NAVARRI
OPA OMNIA
TOM. III.
& CONSILIA
PARS. I.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D. MARTINI AZPILCVETAE

NAVARRI

I. V. D. CELEBERRIMI,

Sacri Apoſtoliciq. Ord. Canon. Reg. S. Auguſt.

CONSILIORVM

ſeu Reſponſorum,

IN QVINQVE LIBROS, IVXTA NVMERVM
& titulos Decretalium, diſtributorum.

TOMI DVO.

QVI IN HAC NOSTRA EDITIONE ET CONSILIIS penè trecentis auctis, & rectius, quam antea digeſti correctiq; ſunt.

Cum adnotationibus, quæ, ſi quando ſententia Doctoris minus probabilis viſa eſt, magis receptam, & præſertim à Concilij Tridentini Illuſtriſs. Cardin. Congregatione magis probatam demonſtrant.

Acceßit Index titulorum totius Iuris Canon. & numerus Conſiliorum, quæ ſingulis titulis aßignantur, & alius præterea capitulorum & legum, quæ hoc in opere penè ad verbum declarantur.

Adiungitur in fine Index totius operis, vniuerſa iuris axiomata, & ſententias, quæ maxime vtriuſque fori iudicem ſcire intereſt, complectens.

Nouo cum Indice eorum omnium, quæ ex ſacro Tridentino Concilio ab ipſo Doctore accurate declarata ſunt.



VENETIIS, M DC.

Apud Ioannem Guerilium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVPREMO
CONGREGATIONIS
LATERANEN. ABBATI
D. THEODOSIO
EX COMITIBVS ROVESCALLAE
Papien. Domino suo colendiss.

IOANNES GVERILIVS S. P. D.

AVD iniuria ab Athenienſibus irriſos nonnunquam fuiſſe Lacedæmonios legimus (Reuerendiſſime Pater) Qui leges & decreta quas ſuis conderent, eas omnes in Archiuum conferrent: quaſi ijs omnibus in abditum & ſecretum quendam locum incluſis, hominum vita inſtitui & ordinari poſſet, cum nulli vnquam eæ leges eſſent enunciatæ. Quod longè ſecus faciendum Athenienſes ſapientiſſimi homines ipſi extimarunt. Idem à Romanis lege ſancitum fuit, ac obſeruatum: Quippe quia fruſtra leges, ipſaq; conſilia ad bene beateq; viuendum inſtitutæ à Principibus legislatoribus & conſiliarijs dicerentur, niſi omnibus paterent. Hoc idem ſenſit & fieri iuſſit Mercurius ille Trimegiſtus vere ter ſapiẽs, vt ſuis ſimiliter populis,& Iudicibus enunciarentur, vt quid obſeruandum, à quibus etiam abſtinendum intelligerent. Sanxerunt inſuper quales Principum & Reipublicæ eſſe deberẽt conſiliarij, optimorum q; conſiliariorũ qualitates, quæ & ſi multæ, quatuor tantum hic adferam. Quarum vna quæ principem locum tenet, à ſapientiſſimis hominibus exiſtimatur, vt ſpectatæ ſcilicet probatæque vitæ eſſent. In acquirendis conſilijs (inquit ſapiens) vitæ probitas neceſſaria. Quis namque in cœno clarum fontem quærat? aut quis in turbida aqua potum petat? vbi intemperantia & vitiorum confuſio dominantur, quis non horrendum exti met? Et per ſapientem ait Spiritus ſanctus, Conſiliarius tibi ſit vnus

de mille. Veridicum item esse decet consiliarium in veritate consulentem, non ad sui Principis vel Reipub. libitum ac præceptum. Nam falsi amici (inquit Sapiens) pro consilio adulationem,& falsitatem adferunt; nocet enim quamplurimum in consilijs adulatio quemadmodum è contra prodest consilij veritas. Expertum perinde experientia multiplici, industrium, ac perspicuum consiliarium esse oportet. Hinc senes eligi debent consiliarij, senectus in consilijs vtilior inquit Diuus Ambrosius in Exameron Homelia prima,& multis scripturæ sanctæ in locis, Moysi magno illi legislatori præcipit Dominus dicens. Voca & congrega seniores ad consilium: senectutis enim bonum stabile prudentia est: postremo consiliarium & immutabilem esse decet. Sapiens enim cõsilium mutat nunquam, aut perraro, aut si mutat in melius tamen. Audi fili mi, consilium, (inquit Sapiens) & hoc à stabili & sapiente consiliario, & cum fatuo consilium non habeas. Sed ne longior protrahatur sermo, dicam, & vnico proferam verbo, ipsorum consiliorum qualitatem, vt scilicet examinata cum deliberatione sint excussa. Triplex inquit sapiens, est consilij acquirendi deliberatio. Prima de Honesto, Secunda de Vtili, Tertia de Conflictu vtriusque. Et ex sententia eximij Doctoris Hieronymi de consiliarijs, & consilijs demum ipsis, quid sentiendum sit, ex hoc licet cognoscere, quòd Beatum eum appellat qui primo per se sapiat, secundo qui sapientem audiat: Qui autem vtrisque caret, hunc tam sibi quam alijs inutilem esse. Hinc Romani illi rerum Domini, suos Consules quibus totius administrandi imperij moles incumbebat, sic appellabant quod vel Reip. in vniuersum cõsulerent, vel singulis in rebus maturo admodum consilio vterentur. Hinc etiam senatus consulta sic dicebantur, quòd nihil nisi senatu benè consulto, agere liceret: non enim fatuis est in consilijs credendum, sed Senatoribus sapientibus tantum. Mirabile certe ac propè diuinum est Dei Opt. Max. munus Pater Reuerendissime huius tanti Doctoris tamq; præstantis legislatoris & consiliarij Nauarri; non solum Hispanico generi suo verum vniuerso orbi,& quod pluris existimandum, ipsi etiam Regularium Canonicorum congregationi condonatum cœlitus fuisse. Quæ cum inter cæteras omnes, quæ Deo Optimo Maximo famulantur & deseruiunt Religiones (absit dicto inuidia) digniorem & eminentiorem hæc ipsa sibi vindicat locum. In qua, ab ipsa ineunte ætate per tot annorum spatia Nauarrus ad senium vsque sub Apostolorum præceptis, quæ post à Maximo & Sanctissimo Doctore Augustino instaurata fuerunt, quem Nauarrus Doctor multis in suorum scriptorum locis, patrem & Patriarcham appellat, tam strenue, tamque egregie militauit. Sed cum præclarissimi istius legislatoris, & consiliarij quamplurima extent scripta, in quibus, & singularis eius vitæ innocentia, & morum probitas, cernitur consulendo, & in consultando veritatem ipsam egregie aperiat, experientiam tamen in ipsa practica; & stabilitatem eximiam in vtrisque, aliaque omnia, quæ ad probum consiliarium pertinent, præclarè dicit, & docet. Quo factum est, ut non Lacedæmoniorum ignorantiam, sed Athenienſium potius ſapientiam imitatus, Romanorum ſententiam,& ipſius Triſmegiſti præceptum ſecutus, congeri hanc quam maximam legum & cõſiliorum ſuorum in publicam mortalium vtilitatem prodire voluerit. Quibus qui enixe ſtudere, & niti voluerint, inter omnes artium & ſcientiarum profeſſores, quaſi in propria verſati officina,& quid imitandum, quid fugiendum ſit, diſcere facillime poterunt. Floret enim primo in illis ſpiritale quoddam pharmacum ad animam ipſam, quouis morbo & macula labefactatam, perfectiſſime ſanandam, ac in poſterum tuendam. In ijs legum omnium, tum ciuilium, tum canonicarum veneranda quædam Diuinaque ſplendet Maieſtas. In ipſis etiam veterum Poetarum perſpicuitas, & prudentia, qui apud Aegyptios olim ſacerdotum & prophetarum cognomen meruerunt, (cum humanarum Diuinarumq; rerum cognitionẽ traderent,) facillimè cognoſcitur. In ijs Moralis philoſophiæ, Naturalis, Diuinæque vera & perfecta datur intelligentia. Et quod præſtantius eſt, ipſius Sacræ Theologiæ,& Diuinæ ſcripturæ Arcana feliciter exprimuntur & explicantur. Docent hæc omnia ab intus & extra: & hominem totum inſtruunt; vt nulli quicquam obſcuri reſtet, quod doctiſſimi Legislatoris & conſiliarij ductu, & doctrina non ſplendeat, & viam ad bene beateque viuendum ſtudioſis omnibus ſuis muniat, modo vt ſapientiſſimis illius præceptis & conſilijs parere voluerint. Cum vero ex Plutarchi ſententia nil aliud ſit Reſpublica quam Myſticum quoddam corpus, ab ipſo Fato imò potius a Diuino gubernatum auxilio, cuius capitis locum Princeps tenet, qui & Baſilicos à Græcis dictus, tanquam vera populi baſis vt inquit Gregorius ille Magnus, merito Regularium canonicorum familia, Reſpublica venit appellanda. In hac Tu Pater Reuerendiſſime, vbi caput, & Baſis tam pie, tam ſancte, tamque iuſte præſides, tanquam cœlum ſuper elementa, & vt caſtrum ſupra ciuitatem fulges. Et cum virtutibus omnibus, quæ ad Principem & Reipublicæ gubernatorem ſunt neceſſariæ, inſignitus & perfecte ſis decoratus, Illuſtris generis præclara Roueſcallorum comitum Nobilitate, Prudentia expertus, morum probitate, ad laborem & ſolicitudinem indefeſſus, immunis à culpæ ſorditie, virtuoſus in Iuſtitia, in Miſericordia clemens & pius, omni doctrinarum genere præditus, in Magnificentia largus, in iudicio iuſtus, & affabilis, in ſuſcipiendis hoſpitibus & peregrinis munificus & liberalis, longanimis in patientia, virtuoſus in vita, Malos tibi ſubditos ad ſupplicia coercens, à Tyrannide, & Iniuſtitia procul. Non ambitione ſeu libidine dominans, & cum Sapiente omnia vt vnico complectar verbo, per virtutes omnes euectus ad honores. Hæc cum in Te ſplendeant, merito ad Rempublicam hanc Religioſam ſummo cum omnium conſenſu & gaudio, diſcrepante nullo, aſſumptus fuiſti, quæ legibus & conſilijs inſtruenda & regenda eſſet. Tibi igitur vni leges & conſilia hæc omnia Doctoris Nauarri Regularis canonici merito dicare & conſecrare volui, tibi inquam tanquam Principi & Paſtori vigilantiſſimo, cui Diuina humanaque cura Imperandi

Universidad de Deusto
Biblioteca

randi ſcilicet & Regendi, Iudicandi, conſiliandi impoſita fuit. Accipe igitur Manna hoc cœleſte, quo vniuerſum populum à Deo tibi commiſſum paſcas. Cum enim omne delectamentum, & omnem ſuauitatis ſaporem in ſe habeat, non poterit non omnibus mirifice prodeſſe. Hæc namq; ego ipſe, qui quidem ſum tam tibi deuotus & deditus, cum menſibus elapſis alia Doctoris Nauarri iam tuo nomini dicauerim ſcripta: Nunc etiam pro tuæ dignitatis merito, & officij culmine, vt maius erga Te deuotionis & famulatus obſequium oſtendã meum, duo etiam hęc conſiliorum volumina protectionis tuæ ſplendori dicare volui; quæ etiam accuratiſſime imprimenda curaui, vt tanti Doctoris, generoſos laborioſoſq; partus omnes literarum ſtudioſi lectitare, die noctuq; manibus verſare valeant, quibus non ſibimet tantum, verum & alijs proponere poſſint, quid fugere quid imitari, quid etiam in omnibus conſiliari, & veluti quodam in ſpeculo chriſtianæ totius perfectionis intueri, & contemplari valeant. Accipe igitur Pater Reuerendiſſime famulatus Guerilij tui obſequium, & quod antea in bibliothecarum angulis obſtruſe latitare videbatur, nomen nunc, dignitas, munuſque tuum, & virtutum tuarum ſplendor eximium vbique illud diffuſum faciat. Quod ſi labores hos noſtros qualeſcunque ſint, tibi non ingratos fuiſſe cognouero, alios in futurum nobiliſſimos diuinarum legum ſcriptores & Doctores, ſub tuæ protectionis nomine in publicam lucem emittere curabo. Vale.

D. NAVARRI STVDIOSVS
Lectori eiuſdem ſtudioſo S.

QVoniam ſingula fere D. Nauarri Conſilia in vtranque partem propoſitam ſibi iuris controuerſiam (caſum vulgo nominant) examinant, & quid de ea dicendum ſit eruditè & ſolerter concludunt, non viſum nobis eſt, Lector ſtudioſe, in operis frontiſpicio, ſicut in priore editione factum eſt, quæſtiones in vtranque partem in hoc opere ventilatas præponere, ne vel aliquas ex his omitteremus, vel ipſum operis quaſi ueſtibulum longius quàm par ſit produceremus. Accedit quòd quæſtiones ex facto plerunque emergunt, quod cum aliquando paucis uerbis comprehendi non poſſit, breue aliquod problema ex eo commodè componi non potuit. Itaque ſatius viſum eſt in hac editione quæſtiones ad rerum indicem locupletiſſimum tanquam in proprium locum relegare, vbi cum neceſſe etiam fuerit auctoris ipſius ſententiam & iudicium inſerere, & etiam quæſtionem cui ipſe reſpondet, præponendam iudicauimus. Hoc autem in earum quæſtionum locum repoſuimus, ut titulos iuris Canonici, ad quos tanquam in proprias ſedes hæc D. Nauarri Conſilia ſpectare iudicata ſunt, hic enumeraremus, & quot in eorum ſingulos Conſilia ab auctore conſcripta ſint referremus, ut qui iuri maxime Canonico ſtudent, uel alijs illud prælegunt, uideant quomodo ab inſigni iuris interprete ad particularia ipſa facta iuris definitiones & generales ſententiæ accommodentur. Subiecimus etiam alium Indicem quaſi prioris appendicem, in quo capita & leges aliquot vtriuſque iuris recenſentur, quorum uerba in hoc opere explicare, & ſenſum iuris conditorum rimari Doctor noſter diligenter & ſtudioſe voluit: vt ex altero noſtri ſæculi Scæuola, uel ſi mauis Panormitano iuris utriuſque mentem, ſi non ſemper, ſaltem aliquando penetrare poſſes. Vale.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX TITVLORVM IVRIS CANONICI, ET CONSILIORVM QVAE IN EOS DIGESTA SVNT.

IN LIBRVM PRIMVM 1. Decretalium.

IN titulum 1. Decretalium Sexti & Clementinarum de Summa Trinitate & fide Catholica, Cõsilium 1.pag.1.
In titulum 2. 1. Decretalium & Sexti de constitutionibus.consil.11.pag.2.& seq.
In titulum 3. 1. Decretalium & Sexti, & Clementinarum de rescriptis.consil.21. pag.44.& seq.
In titulum 6.1.Decretaliũ & Sexti & Clementinarum de electione & electi potestate.consil.15.66.& seq.
in titulum 9.1.Decretalium,Sexti & Clementinarum de renunciatione . consil. 12.82.& seq.
in titulum 10.1.Decretalium & Sexti, de temporibus ordinationum . & qualitate ordinandorum . consil.43. pag.94. & sequen.
in titulum 14. 1. Decretalium & Sexti de ætate & qualitate, & ordine præficiendorum.consil.7.127.
in titulum 15.1.Decretalium de sacra vnctione.consil.1.131.
in titulum 16.1.Decretalium de sacramentis non iterandis.consil.8.134.
in titulum 17. 1. Decretalium & Sexti de filijs presbyterorum ordinandis vel nõ . consil.10.139.
in titulum 20. 1. Decretalium de corpore vitiatis ordinandis vel non.consilium 7. pag.151.
in titulum 21. 1. Decretalium & Sexti de bigamis non ordinandis. conſ.4.155.
in titulum 22. 1. Decretalium de Clericis peregrinis.consil.1.159.
in titulum 28. 1. Decretalium, Sexti, & Clementinarum de officio vicarij. consil.1.160.
in titulum 29. 1. Decretalium, Sexti, & Clementinarum, de officio & potestate iudicis delegati.consil.10.161.
in titulum 31. 1. Decretalium, Sexti, & Clementinarum,de officio iudicis ordinarij.consil.11.169.
in titulum 32. 1. Decretalium de officio iudicis.consil.1.182.
in titulum 33. 1. Decretalium & Sexti, de maioritate & obed. consil.12.183.
in titulum 35.1. Decretalium & Sexti, de pactis.consil.7.195.
in titulum 36. 1. Decretalium de transactionib.consil.1.202.
in titulum 37.1.Decretalium de postulando.consil 1.203.
in titulum 38.1.Decretalium,Sexti,& Clementinarũ,de procuratorib.conſ.1.203.
in titulum 40. 1. Decretalium, & Sexti, de his quæ vi metusve causa fiunt.consil. 10.pag.205.
in titulum 41. 1. Decretalium, de in integrum restitutione.consil.1.223.
in titulum 43. 1. Decretalium & Sexti, de arbitris.consil.1.223.

IN SECVNDVM LIBRVM Decretalium.

In primum titulum secundi Decretalium Sexti, & Clementinarum, de iudicijs. consil.4.pag.225.

in

in titulum 2.2. Decretalium,Sexti,& Clementinarum,de foro competenti, consil.6.230.
in titulum 9.2.Decretalium de ferijs.consil.6.242.
in titulum 12.2.Decretalium & Clemen. de causa possessionis & proprietatis.consil.1.245.
in titulum 13.2 Decretalium & Sexti de restitutione spoliatorum . consilium 3. pag.246.
in titulum 14.2.Decretalium Sexti & Clementinarũ de dolo & contumacia.consil.1.252.
in titulum 17.2. Decretalium & Clementinarum de sequestratione possessionis & fructuum.consil.1.253.
in titulum 18. 2. Decretalium & Sexti de confessis. consil.1.254.
in titulum 20.2. Decretalium, & Sexti & Clementinarum de testibus & attestationibus,consil.2.255.
in titulum 21.2. Decretalium de testibus cogendis vel non consil.2.256.
in titulum 22.2. Decretalium de fide instrumentorum.consil.4.257.
in titulum 23. 2. Decretalium de præsumptionibus.consi.4.259.
in titulum 24.2. Decretalium Sexti & Clementinarum de iureiũrando.consil.12. pag.262.
in titulum 26.2. Decretalium & Sexti de præscriptionibus.consil.5.272.
in titulum 27.2. Decretalium Sexti & Clementinarum de sententia & re iudicata. consil.2.280.
in titulum 28.2.Decretalium Sexti & Clementinarum de appellationibus recusationibus & relationibus. consilium.7. pag.282.

IN TERTIVM LIBRVM. Decretalium.

In titulum 1.3. Decretalium Sexti & Clementinarum, de vita & honestate clericorum.consil 3.291.
in titulum 2.3. Decretalium de cohabitatione clericorum & mulierum . consil. 2.pag.294.
in titulum 3.3 Decretalium & Sexti de clerico non residente in ecclesia vel præbẽda.consil.22.296.& seq.
in titulum 4. 3. Decretalium Sexti & Clementinarum de præbẽdis & dignitatibus.consil.34.315.
in titulum 5. 3. Decretalium & Sexti de clerico ægrotante,vel debilitato.consil. 3.pag 343.
in titulum 9. 3. Decretalium & Sexti, nec sede vacante aliquid innouetur.consi.1. pag.346.
in titulum 10. 3. Decretalium de his quæ fiunt à prælatis sine consensu capituli consil.1.347.
in titulum 11. 3. Decretalium de his quæ fiunt à maiori parte capituli . consilium 1.pag.348.
in titulum 45.3. Decretalium vt Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur.consil.1.ibid.348.
in titulum 12.3.Decretalium,Sexti & Clementinarum de rebus Ecclesiæ alienandis vel non.consil.19.349.
in titulum 16.3. Decretalium, de deposito consil.5.364.
in titulum 17. 3. Decretalium de emptione & venditione.consil.22.373.
in titulum.18.3. Decretalium de locato & conducto.consil.4.412.
in titulum 20. 3. Decretalium de feudis . consil.1.415.
in titulum 23. Decretalium de solutionibus.consil.7.419.
in titulum 24.3.Decretalium de donationibus consil.10.pag.433.
in titulum 25. 3. Decretalium de peculio clericorum.consil.4.446.
in titulum 26.3.Decretalium Sexti & Clementinarum de testamentis & vltimis uoluntatibus.consi.17. 449.
in titulum 27. 3. Decretalium de successionibus ab intestato. consilium.9. pagina 473.
In titulum.28.3. Decretaliũ,Sexti & Clementinarum de sepultur. consilium 60. pag.476.
in titulum 29.4. Decretalium de Parochijs & alienis parochianis.consilium 3. pag.488.
in titulum 35.3.Decretalium Sexti & Clementinarũ de decimis,primitijs & oblationibus.consil.3.490.
in titulum 31.3.Decretalium,Sexti & Clementinarum de regularibus & transeuntibus ad religionẽ.consi.91.494.& seq.
in titulum.32.3.Decretalium de conuersione coniugatorum.consi.15.592.

in

Universidad de Deusto
Biblioteca

in titulum 33. 3. Decretalium de conuersione infidelium.conſ. 4.607.
in titulum 34. 3. Decretalium & Sexti de voto & voti redemptione . conſil. 44. pag.626.
in titulum 30.3. Decretalium Sexti & Clementinarum de ſtatu monachorum & clericorum regularium. conſ.18.667.
In titulum.36.3.Decretaliũ,Sexti & Clementinarum de religioſis domibus.conſil.3. 714.
in titulum 38.3.Decretalium Sexti & Clementinarum de iure patronatus, conſilium 8. 716.
in titulum 39. 3. Decretalium Sexti & Clementinarum, de cenſibus , exactionibus & procurationibus . conſilium 9. pag.737.
in titulum 40. 3. Decretalium, & Sexti de conſecratione Eccleſiæ vel altaris. conſil.2. 743.
in titulum 41.3 .Decretalium & Clementi narum,de celebratione Miſſarum,& ſacramento Euchariſtiæ & diuinis officijs. conſil. 23.745.
in titulum 42.3.Decretalium & Clementi narum,de baptiſmo & eius effectu. conſil. 6.764.
in titulum 45. 3. Decretalium , Sexti & Clementinarum , de reliquijs & veneratione Sanctorum , conſilium 3. pagina 769.
in titulum 46.3.Decretalium de obſeruatione ieiuniorum. conſil.6.771.
in titulum 48.3. Decretalium de Eccleſijs ædificandis vel reparandis. conſilium 1. pag.773.
in titulum 49.3.Decretalium,Sexti,& Clementinarum de immunitate eccleſiarũ, cœmiterij & rerum ad eas pertinẽtium. conſil.6.774.
in titulum 50. 3. Decretalium & Sexti,ne clerici vel monachi ſæcularibus ſe negotijs immiſceant.conſil. 6.778.

IN LIBRVM QVARTVM
Decretalium.

In titulum 1. 4. Decretalium & Sexti de ſponſalibus & matrimonijs . conſil. 20. pag.3.Tomi ſecundi .
in titulum 2.4. Decretalium & Sexti de deſponſatione impuberum . conſil. 5. pag.22.
in titulum 3.4 Decretalium de clandeſtina deſponſatione.conſil.15.31.
in titulum 5.4. Decretalium de conditionibus appoſitis in ſponſalibus & alijs contractibus.conſil.3.42.
in titulum 6. Decretalium qui clerici vel vouentes matrimoniũ contrahere poſſint. conſil.2.46.
in titulum 7.4. Decretalium de eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium. conſil.5.49.
in titulum 11. 4. Decretalium & Sexti de cognatione ſpirituali . conſil. 8. pagina 52.
in titulum 12. 4. Decretalium de eo qui cognouit conſanguineam vxoris ſuæ conſil.2. 60.
in titulum 14.Decretalium & Clementina rum de conſanguinitate & affinitate. cõ ſil. 16.62.
in titulum 15.4.Decretalium de frigidis & maleficiatis.conſil. 3.78.
in titulum 16.4. Decretalium de matrimonio contracto contra interdictum Eccleſiæ.conſil. 2.87.
in titulum 17.4. Decretalium qui filij ſint legitimi. conſil.3.89.
in titulum 19.4.Decretalium de diuortijs. conſil.7.95.
in titulum 20.4. Decretalium de donationibus inter virũ, & vxorem , & de dote poſt diuortium reſtituenda . conſil. 2. pag.102.
in titulum.21.4. Decretalium de ſecundis nuptijs conſil.3.104.

IN LIBRVM QVINTVM
Decretalium .

In titulum 1.5.Decretalium & Sexti de accuſationibus, inquiſitionibus & denunciationibus.conſil.8.107.
in titulum 3.5.Decretalium,de ſimonia & ne quid pro ſpiritualibus exigatur uel promittatur , conſil.101. 115. Quibus additur etiam vnũ quod poſtremo miſſum fuit.vlt.
in titulum 4.5. Decretalium ne prælati uices ſuas vel Eccleſias ſub annuo cenſu concedant.conſil.2.231.
in titulum 5. 5. Decretalium & Clementinarum de magiſtris . conſil. 1. pagina.232.
in titulum 6.5. Decretalium & Clementinarum de Iudeis & Sarracenis & eorum ſeruis.conſil.6.233.
in titulum 7.5. Decretalium Sexti & Clementinarum de hæreticis . conſil. 24. pag.244.
in titulum 9.5. Decretalium de Apoſtatis & reiterantibus baptiſma. conſil.1. 279.
in titulum 12.5.Decretalium,Sexti,& Clementinarum de homicidio voluntario vel caſuali.conſil.50.284.
in titulum 13.5. Decretalium de torneamentis.conſil.1.317.
in titulum 16.5.Decretalium de adulterijs & ſtupro.conſ.1.ibid.eo.317.
in titulum 17.5. Decretalium de raptoribus & incendiarijs & violatoribus Eccleſiarum conſil.4.318.
in titulum 18.5.Decretalium de furtis.cõſil.6.323 .
in titulum 19.5. Decretalium,Sexti & Clementinarum de vſuris.conſil.35.326.
in titulum 20. 5. Decretalium de crimine falſi.conſil.6.384.
in titulum. 21. 5. Decretalium de ſortilegijs.conſil.2.387.
in titulum 26. 5. Decretalium de clerico excommunicato , depoſito vel interdicto miniſtrante.conſil.18.389.
in titulum 27. 5. Decretalium de clerico non ordinato miniſtrante.conſilium 5. pag.399.
in titulum 29.5.Decretalium de eo qũi ordinem furtiue ſuſcepit.conſil.2.403.
in titulum 31.5.Decretalium Sexti & Clementinarum,de priuilegijs & exceſſibus priuilegiatorum.conſil.25.407.
in titulum 32.5. Decretalium de purgatione canonica.conſil.1.435.
in titulum 33.5.Decretalium de purgatione vulgari.conſil.2.ead.
in titulum 34. 5. Decretalium , & Sexti de iniurijs & damno dato. conſil.11.pagina 438.
in titulum 35.5. Decretalium , Sexti & Clementinarum de pœnis. conſilium 1. pag.449.
in titulum 36.5.Decretalium Sexti,& Clementinarum de pœnitentijs & remiſſionibus conſil.41.451.
in titulum 37.5.Decretalium Sexti & Clementinarum de ſententia excommunicationis.conſil.58.494.
in titulum.38.5.Decretalium Sexti & Clementinarum de verborum ſignificatione.conſil.11.556.

INDICIS TITVLORVM IVR. CANON. FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPITA DECRETI M. GRATIANI,

QVAE SVNT IN HOC OPERE expositа, quæ asteriſco notantur ad ſecundum tomum pertinent, quæ non, ad primum.

Prior numerus paginam, alter columnam paginæ, littera Marginalis partem columnæ denotat.

Dist.1.in principio. Quod tibi fieri non vis,, alteri ne feceris, Verus illius sensus declaratur. 388. 2.g

Cap.Erit autem lex.4. dist. quod habet legem nullo priuato commodo, sed publica vtilitate debere esse conscriptam.286.1.b

* §.leges dist.4. qui habet, ad legis obligationem tria requiri, explicatur.536.2.f

cap.quoniam.18. dist. quatenus habet absque necessitate &c. 304.1.g

cap.perlectis.25.dist.& cap.perlectis.92.dist. qua habent ad diaconum pertinere pradicationem.165.1.c

* cap. miramur.61. dist. & cap.in causis de re iudicata, quæ habent dispositum quoad aliquos censeri dispositum quo ad alios. 383.1.c

cap.peruenit.86.dist.quod loquitur de presbyteris &alijs qui male suscipiunt tutelas vel curas.779.1.c

cap.clericos.1.quæst.2.& alia quæ habent clericos, qui habent patrimonia vnde viuant, redditus suorum beneficiorum non posse capere.293.1.a.b

* cap.ex multis.1.q.3.in quo expresse prohibetur ne quid recipiatur à canonico recipiendo in Ecclesia 210.2.g.& 211.2.b

cap. super causa.2. quæst.4. explicatur. 305. 1. g.h

cap.1.10.q.1. quod habet Nouerint conditores basilicarum in rebus quæ eisdem Ecclesijs conferuntur nullam potestatem habere.722. 2.e.& 725.1.c

cap. adijcimus.16. q.1. quod habet nullus præter Domini sacerdotes audeat prædicare. 165.1.b

cap.cognouimus.17.q.2. quatenus habet non debet eadem res diuerso iure censeri. 239. 2.a

* cap.si quis suadente.17.q.4. quid requiratur vt in eum quis incidat.520.1.f. & rursus. 523.1.c

cap. placuit.23.q.5. quatenus habet seipsum occidentem carere debere sepultura. 483. 2.c

* cap.si duo.25.q.6.quatenus habet consanguineos matrimonio coniunctos, separari debere.61.1.b

cap.si vir.27. q.2. quod loquitur de separatione viri & uxoris, à iudice facienda.pag. 542.2.f

cap.hæc verba de pœniten. distinct.1.quatenus habet verba cum effectu sunt intelligenda. 513.1.a

* cap. si quis autem, de pœn. distinct.7. Tene certum & dimitte incertum, hæc verba explicantur.371.2.c

* cap.vbi.30. quæst.2. quod habet ubi non est consensus, ibi non est coniugium.30.1.b

* cap.nec tam.35.q.3. Quod videtur dicere ordine naturæ fieri incestuosum cum quis cognoscit cognitam à cognato suo.74.2.b

cap.corpora Sanctorum non transferantur de loco ad locum sine licentia principis. de consec. dist.1.explicatur.485.1. Add.778.1.e.f

cap.nocte sancta de consec.dist.1.quatenus habet tres Missas in die natali celebrandas esse.745.1.c

* Gloss.c.tribus gradibus de consec.dist.2.qua habet Christi corpus desinere esse in Eucharistia statim atque sumpta est reprobatur. 491.2.a

cap.& hoc attendendum de cons.dist.1. quod videtur probare non esse faciendas Missas peculiares in festis solennibus.753.1.c

CA-

CAPITA LIBRI DECRETALium D.Gregorij IX.

Cap.super litteris de rescriptis, quatenus habet mendax precator careat impetratis, pagin. 59.2.a

* cap postulasti, de rescriptis, quod habet gratiam subrepticiam facere tacitum illud, quo expresso difficilius Papa dispensasset. pag. 72.1.e

cap.cum in cunctis, §. cum vero, de electionibus, quatenus habet episcopum perdere beneficia prioria ipso iure per consecrationem. 80.2.g.& 81.1.b

cap. cum in cunctis, §. si. de elect. quatenus habet canonicos priuari eligendi facultate, si contra formam illius capitis elegerint. pag. 84.1.f

cap. . de sacramen. non iteran. quatenus habet non esse iterandum sacramentum, sed quod defuit supplendum.133.1.a

cap.si. de offic.ord. quatenus habet eum qui habet potestatem ex priuilegio posse eam alteri delegare.27.1.c.d

cap.si. de bigamis quatenus habet subdiaconũ qui nulliter matrimonium contraxit bigamiæ pœnam incurrisse.156.1.f

cap.constitutus, de appellationibus, quatenus habet legatum à latere posse cognoscere de causa appellationis interposita ab ordinario inferiore ad Papam.238.1.f

cap. ad nostram, de appellation. explicatur. pag.284.2.f

* cap.si. de offic.delegat.& c.fin. de offi.ordin. conciliantur.419.2.b.c

cap.super eo de prabendis, quatenus habet habentem vnum beneficium curatum, posse habere aliud beneficium simplex cui annexum esset aliud curatum. 332.1.h.& col. 2.ead.lit.h

cap.significauit, de prabendis, quod probat nõ valere statutum ut habens certum beneficium teneatur dicere Missam de S. Maria. 753.2.a

cap. cum nostris, de conces. praben. quatenus videtur probare electionem de episcopo ad quandam præposituram non valuisse. pag. 81.1.d

cap.significauit, de donat.inter uir. & uxorẽ, explicatur.103.1.d

cap. per vestras, de donat. inter vir. & uxor. quatenus habet, quod marito ad inopiam vergente dos apud mercatorem deponatur. pag.23.2.a

cap.peruenit, de fide iuss. quatenus habet debita quædam de bonis clericorum esse soluenda.431.1.c.d

cap.ad hæc, de testamentis, quatenus habet beneficiatum ægrotantem aliquid de suis rebus donare posse.436.2.f

cap.de priore, de appel. quatenus habet grauiter debere castigari priorem, qui appellationem non admisit.284.1.g

cap.ad Apostolicam, de regul. quatenus habet professionem ante annum nouitiatus factã de consensu partiũ ualidam esse.566.1.g.h

cap. in insulis, de regularibus ubi obseruetur. 538.2.f

cap.si. de regul. quatenus habet prælatos superiorum ordinum teneri ad requirendos fugitiuos.581.1.b

cap.1.de statu monach. quatenus habet non licere monachi è monasterio exire.690.2.e.f

cap.litteraturam, de voto, in casu simili explicatur.628.2.e.f

ca.Episcopus, ne cler. vel mon. quatenus habet clericos exercere posse iurisdictionem mortis iustitia mediante per alios.26.2.g.h

* cap.1. de sponsal. quatenus habet non esse separandam uxorem inscie contrahentem. pag.13.2.a

* cap.2. de desponsat. impub. quatenus habet matrimonium posse contrahi ante pubertatem.26.2.f.& rursus ubi non est consensus.29.2.d

* ca.super eo, de conditionibus appos. quatenus habet eum qui contraxit matrimonium per verba de præsenti, si patri eius placuerit, superueniente eius beneplacito cogendum esse ad contrahendum matrimonium. pag. 43.1.a.b.c

* cap.1.& c.veniens, de eo qui duxit. explicatur.15.1.b.& 20.2.g

cap.discretionẽ, de eo qui cognouit consan. vx. quatenus habet maritum qui causam dedit adulterio vxoris non posse illam dimittere. 596.1.f

* cap.consultationi, & c.laudabilem, de frigidis & maleficiatis habet eos qui propter impedimentum perpetuum possunt iuste separari, si voluerint, posse cohabitare perpetuo vt frater & sor.83.1.b.c

* cap.quod sedem, de frig.& malefic. quod habet puerum qui non potest reddere debitũ non esse aptum matrimonio.28.2.e

cap. 1. de prabendis & eius glossa quæ habet posse teneri dignitatẽ & canonicatũ in eadẽ Ecclesia cũ dispẽsatione episcopi.334.1.b

* cap.

Universidad de Deusto
Biblioteca

* cp. nobis, de simonia, quod habet Simoniacam collationem esse penitus reprobatam. 220.1.b. & 221.1.a
cap. per tuas, de simonia, quod habet eum qui ordinatus est ad præsentationem, &c. 105.2.d. & fol.seq.106.2.f
* cap. de hoc, de simonia, quatenus in eo Pontifex mandat, ut iudex reges qui aliquid ab episcopo simoniace acceperunt inducat vt illud ecclesiæ restituant. 229.2.c.d. & fol.seq.1.f
* cap. sicut tuis, de simonia, quatenus probat eum qui solutt pecuniam, pro sua promotione se ignorante datam, reputari simoniacum. 126.1.b
* cap. de hoc, de simonia, quod videtur iubere pecuniam pro beneficio datam restituēdam esse ecclesiæ. 192.2.e
* cap. omnipotens, de accusatio. quatenus habet de crimine accusatum promoueri non posse. 112.1.f
* cap. 1. ne prælati vices suas, quatenus habet conductorem spiritualis iurisdictionis priuari officio. 231.1.d
cap. 1. de hæreticis, quod habet dubius in fide infidelis est. 392.1.g
* c. pen. de homicidio, quatenus loquitur de clericis in bello pugnantibus. 291.1.b
* cap. in litteris, de raptoribus explicatur. pag. 484.1.g
cap. fures, de furtis, quatenus probat furem qui furando occiditur non esse in loco sacro sepeliendum. 483.1.b
* cap. 1. de clerico non ordinato ministrante. quatenus habet diaconum qui baptizauit solemniter, esse irregularem. 401.2.a.b
cap. 2. de nouis operis nunciat. quatenus habet ob vitandum scandalum, relinquenda esse illa, quæ sine peccato mortali relinqui possunt. 591.1.d
* Glo. cap. omnis utriusque, de pœn. & remiss. asserens eos qui sunt confessi religiosis habētibus priuilegium, debere iterum suis parochis confiteri, damnatur. 483.1.a
cap. cum infirmitas, de pœn. & remiss. quatenus habet illum canonem non obligare nisi in ecclesijs in quibus est publicatus. 9.2.a
* cap. ea noscitur, de sent. excom. quatenus habet pauperem percussorem clerici obligatum esse ad eundum Romam. 537.1.c.d
* cap. Sacro de sent. excom. quo prohibitio ab ingressu ecclesiæ appellatur interdictum, & c. 1. eod. tit. lib. 6. quo uocatur suspensio, conciliantur. 561.2.b
* cap. perpendimus, de sent. excom. quatenus agit de clerico qui se enormibus immiscet. 434.2.f
cap. si vero, 1. de sen. excom. quatenus habet virum non incidere in canonē, qui clericū cū uxore turpiter inuentum occiderit. 519.2.d
cap. exijt, de verb. signific. multis in locis declaratur. 461.2.c.d

CAPITA LIBRI SEXTI Decretalium Bonifacij VIII.

* cap. 1. de rescriptis. lib. 6. an habeat locum in rescriptis episcoporum sicut & principum. 539.2.d. & 540.1.e
cap. licet canon, de electionibus lib. 6. quatenus habet eum qui non fecit se promoueri ad sacerdotium intra annum, priuari ecclesia parochiali. 80.1.e
cap. 1. de tempore ordinat. lib. 6. quatenus loquitur de ordinante clericum ad sacros ordines & de clerico ordin. ad illos. 117.1.c
cap. ordinarij, de offic. ordin. in 6. explicatur. 175.1.a.b
cap. 1. de cleric. non residente in 6. quatenus habet per corporalē infirmitatem quem lucrari distributiones in absentia. 304.1.f
cap. licet. de sepulturis in 6. quatenus habet filio impuberi patrem sepulturam eligere non posse. 480.1.f
cap. exigit, de censib. lib. 6. quatenus habet visitatores suspendi si non restituant intra mēsem duplum eius quod acceperunt. pagina 737.1.c
cap. quicunque, de hæreticis lib. 6. quatenus excommunicat eum qui hæreticum in sacro loco sepelit. 263.1.a. & col. 2. ead. lit. a
* cap. statutum, de hæreticis lib. 6. quatenus habet filios hæreticorum non posse promoueri ad ordines 278.1.g
cap. is cui, de sent. excomm. lib. 6. quatenus habet, suspensionem per appellationem tolli. 287.2.c

CLEMENTINAE ALIQVAE & Extrauagantes.

Clemen. 1. de rebus ecclesiæ non alienandis explicatur. 353.1.c
Clemen. dudum, de sepulturis, ibi prælatos & rectores. 145.2.a
Clemen. ne in agro, §. cæterum, de statu monachorum, quatenus habet vtrunque esse promouendum. 80.1.g

Cle-

Clem Gratia de rescriptis qua habet, eum qui habet expectatiuam ad aliquod beneficiū, perdere illam per assecutionem alterius incompatibilis illi. 323.1.d. & 324.2.f
Clemen. 2. §. 1. de hæreticis, qua excommunicat Inquisitores & iudices hæreticorum accipientes pecuniam. 267.2.b
Extrau. Bonifacij de sepulturis quatenus eos qui mortuorum cadauera laniant, exenterant & similia excommunicat. 468.1.h
Extrauag. Martini V. & Calixti III. de censibus explicantur. 398.2.f

LEGES TAM DIGESTORVM quam Codicis.

L. in ambiguis. ff. de legibus explicatur, pag. 253.2.d
L. idem Iulian. de legatis 1. qua legatario qui sine suo delicto est rei legatæ incapax debeti æstimationem. 463.1.a
L. iure ciuili. ff. de condit. & demonstr. explicatur. 650.1.h
L. apud Labeonem, ff. de doli mali excep. qua videtur habere donationem ab ægroto factā sine mentione mortis fuisse indicandā causa mortis esse factam. 437.1.c
L. Paulus 1. ff. de solutionibus quatenus habet creditorem non esse cogendum in alia forma nummos accipere. 377.1.c
* L. & nihil. ff. de ritu nuptiarum qua habet nihil interesse an cognatio descendat ex iustis nuptijs an non. 75.1.a
* L. si me & Titium, ff. de reb. cred. explicatur. 228.1.g
* L. liberi. ff. de nuptijs qua ætat liberis duce re parentum concubinas. 75.2.b
L. Iulianus, §. offerri, ff. de actio empt. quatenus habet, quod uenditor accepta parte pretij, tenet eam quasi pignus donec totum soluatur. 351.2.a
L. oratio, ff. de sponsalibus quatenus probat matrimonio prohibito prohiberi sponsalia. pag. 322.1.g.h
L. 1. ff. quarum rerum actio non detur: quatenus habet rescindendum id quod patrono libertus promisit. 222.1.h
* L. 1. ff. nil nouari appellatione pendente, & l. reus, ff. de minoribus & honoribus conciliatur antinomia. 112.2.h
L. prouinciales, ff. de verb. signific. quatenus habet prouinciales sunt, qui sunt incolæ prouincia. 31.1.d
L. curabit. C. de actione empti quatenus habet quod emptor qui percepit fructus rei emptæ tenetur ad vsuras precij non soluti. 399.2.a.c
Glossa in l. quotiens. 1. C. de fidei commissio. qua habet eum qui emit rem aliquam uenditam alteri, scienti illam esse venditam debere postponi priori emptori. 393.2.d
* L. vltim. C. de falsarijs monet, quatenus habet ignorare impuberem quicquid non iudet. 54.2.c
L. 3. C. de episc. audient. quatenus habet, ne crimina iterata remissionem habeant. pag. 17.2.c
Authen. Erubescimus sine lege loqui de trien. & semiss. §. consideremus, quid significet his verbis Imperator. 402.2.a

INDICIS CAPITVM DECRETI FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Insignis forma doctrina insignior vnus.
At superat summi cultus vtrumque Dei.

CONSILIORVM, SIVE RESPONSORVM D. MARTINI AZPILCVETAE DOCTORIS NAVARRI.

LIBER PRIMVS.

De summa Trinitate & fide Catholica.

SVMMARIVM.

Fidem confiteri occultus Christianus habitans inter infideles non semper tenetur, secus quando per omissionem subtraheretur honor Deo debitus, vel vtilitas proximo impendenda.

CONSILIVM PRIMVM.

VM multi infideles adulti baptizẽ B turi, & credant in Christũ firmiter, tamẽ minimè publicè audẽt id publicare formidine pœnæ: quæritur, an possint saluari, quia non habent commoditatẽ relinquendi patrimoniũ, & patriam ob multos respectus.

1 Respondeo primò, q̃ omnis Christianus de præcepto tenetur cõfiteri fidem in omnibus prædictis casibus, & confiteantur in illis occurrentibus; nec eos timor pœnæ excusat. f

A dem iuxta illud Pauli,[a] [Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem, propterea quod id affirmat D. Thomas receptus. [b] Secundo, quod præceptum de confitendo fidem, est affirmatiuum, & ideo licet obliget semper, non tamen obligat, vt aiunt, ad semper, sicut obligant negatiua, secundum Diuum Thomam receptum à Theologis, [c] & Archidiaconum [d] receptum à nostris vbique. Tertio, quod ex his sequitur, illos, de quibus quæritur, non obligari semper, & in quolibet loco ad eo, & tempore, quando scilicet per dimissionem huius confessionis subtrahetur honor debitus Deo, & etiam vtilitas proximo impendenda: puta si aliquis interrogatus de fide, taceret, & ex hoc crederetur, vel quod fides nõ esset vera, vel alii per eius taciturnitatem auerterentur à fide. quæ sunt verba D. Thomæ, [e] & consequenter non possunt saluari, nisi proponant firmiter confiteri fidem in omnibus prædictis casibus, & confiteantur in illis occurrentibus; nec eos timor pœnæ excusat. f

a Ad Rom. 10.
b 2. 2. q. 3. art. 2.
c 2. 2. q. 33. art. 2. & d. q. 3. art. 2.
d In cap. si confitendum. 2 q. 1. & in summa, de pœn. dist. 5.
e 3. q. ar. 2.
f Aug. cap. presbyteros. 50. dist.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De constitutionibus.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia tunc demum à peccato excusat in totum, si sit & ita iusta, quod non omisit facere aliquid eorum, quæ homines suæ conditionis ut sciant facere debent, & num. 2. 5. & ita causa peccati, quod si sciret, non faceret. & nu. 3.*

2 *Ignorantia affectata, qua quis ideo vult laborare, ut liberius peccet, nō minuit, sed auget peccatum, at crassa, qua quis ignorat quod homines suæ conditionis cōiter sciunt, excusat à tanto sed non à toto.*

3 *Ignorantia comes, & nō causa peccati est, quando quis etiamsi sciret, non abstineret, & hæc nunquam à culpa excusat.*

3 *Ignorāti probabiliter legem promulgatam, etiamsi sciat latam, excusatur.*

3 *Promulgatio est de legis essentia, etiamsi sit facta in Concilio, etiam cum Papæ confirmatione, nec antea ligat. 4.*

4 *Concilij etiam auctoritate Apostolica Papa absente congregati lex lata, & promulgata non ligat, nisi etiam ab ipso Papa fuerit confirmata.*

5 *Creditur in conscientiæ foro asserenti se ignorasse, & iustè ignorasse.*

6 *Ignorantia præsumptiue in foro exteriori probatur eo ipso, quòd non probatur scientia: item probatur iuramēto, & aliis veri similibus præsumptionibus. 7.*

7 *Iuramento nostro etsi standum sit regulariter in ijs quæ dependent ab animo nostro, hoc tamen fallit, quando contrarium per probabiles probatur coniecturas, uel iuris præsumptio contraria adducitur, seu alia qualitas aliqua.*

8 *Scisse legem, ad effectum ut ea ligetur non dicitur is, qui de ea aliquid audiuit nu. 11. sed nec requiritur vera per sensum corporis scientia, nu. 10. sufficit tamen talis auditio, uel relatio, quæ in audiente fidem & credulitatem inducit, vel inducere debet, nu. 11.*

9 *Iobelæorum dies incipit post eorum in diœcesi publicationem.*

9 *Credere non tenemur quod à quouis quomodolibet audiuimus, nec etiam charta impressa, vel aduenis referentibus. 32. sed ijs quæ inducere debent fidem & credulitatem. 11.*

Lex Pontificis Romæ publicata ex stylo nō desinit ligare prouinciales, etiam antequam in eorum publicetur prouincijs, requiritur tamen, nu. 12. & 23. quod sic recepta à maiori parte populi in quo quis tunc reperitur. nu. 12. 11

Romæ cum fueris, Romano viuito more. 13

Lex certum tempus à conditore præfixum habens non ligat ante, post uero omnes etiam ignorantes quo ad solam actus irritationem, quòd si certum non habet præfixum tempus, & sit inferioris principe, statim scientes, nu. 16. si principis, habet de iure tacito menses duos à die publicationis. 17. ex stylo tamen Romano statim ligat omnes, nisi probetur ignorantia. 18. 14

Promulgatio legis facta in aula principis de iure communi non habet vim in prouincijs, in quibus non publicatur, secus de stylo quo ad leges Pontificis 19. 20. 18

Regulæ Cancellariæ ligant etiam prouinciales, nisi probent earum iustam ignorantiam. 19

Legum Ecclesiasticarum scientiam habere magis satagere tenētur homines, quā sæcularium, cum à spiritualibus quæ nota sunt, non admodum diuersa sint. 20

Promulgatio legis in prouincia etsi non requiratur ad effectum obligandi, requiritur tamen quandoque ad effectum ut incurratur pœna. 21

Intellectus capit. cum infirmitas de pœnit. & remiss. 21

Ignorantia promulgationis legis si sit probabilis, iure naturæ excusat alias non. & 21. 22

Lex quæ non est recepta per maiorem partem ciuitatis, cuius quis est, non ligat, cum sub ea conditione censeatur promulgata, si recipiatur. num. 24. quod & de extrauagantibus & bullis etiam tenendum, num. 33. 23

Lex quæ decennio non fuit recepta, non ligat, sed qui primi non recipiunt, peccant, nisi probabilis ignorantia, aut principis potentis cogere dissimulatio excuset, at reliqui legitimam non seruandi causam habent, si ab alijs nequaquam seruari cœptam non seruant. 24

Lex quæ etiam ob ignorantiam non fuit decennio recepta, seu obseruata modo accederit casus de quo lex statuebat, enerua tur. 26. 27. 25

Desue-

25 *Desuetudo illa tollit legem, quæ actum cōtra legem continet, & hoc etiā si dictus actus fiat ab ignorantib. legē. 26. & 27.*
Recepta quæ non fuit à principio lex, si vt potest postea ab vniuersitate recipiatur, vim legis quo ad futura obtinebit, at à principe reuocata, non potest nisi ab eodem viuificari. 29.

28 *Concilij Tridentini decreta omnia in singulis prouincijs publicari debere nullibi præcipitur: degentes tamen in prouincijs, in quibus non fuit receptum, etiam si de illo scientiam habeant, ibi, non tenentur seruare, num. 32. illorumque si sint dubia, interpretatio Papæ, seruatur.*

31 *Ieiuniorum, & festorum obseruantiā possunt Concilia prouincialia, & episcopi collaudante populo imdicere.*

32 *Promulgare omittentes prælati bullas Papæ ad ipsos transmissas peccant.*

34 *Monere non tenetur confessarius pœnitentem probabiliter ignorantem ius commune, cui contrauenit, potestque eum absoluere, ac dicere, quod sit in bono statu, imò & tenetur, quando scandalum ex contrario timetur. idem dic de superiore. 35.*

36 *Doctor legens aliquam materiā in aliqua prouincia non tenetur monere auditores de extrauagantibus, quæ prouinciales non ligant, sed nec tenetur tacere, modo moneat quæ rōne illæ ipsos non ligēt.*

37 *Confessarius potest absoluere pœnitentem probabili ratione tenentem sententiam, cuius contrariam ipse credit veram, secus si sine probabili ratione illam teneat. 54.*

38 *Plura beneficia habentes, vel conferentes debet monere confessarius habenti vnū sufficiens non licere habere aliud sine iusta consuetudine, vel dispensatione, & causa tollente deformitatem, quæ ex pluralitate oritur. 39. 40.*

38 *Commendatarius perpetuus æquiparatur titulari, excepto eo quòd per eius mortē non vacat beneficium per obitum, sed datum. 39.*

41 *Canones prohibentes Episcopis, ne hæreticos, vel schismaticos abiurare volentes absoluant, vel dispensent, sunt seruandi, nisi prout sunt vel consuetudine derogati, vel usu non recepti. 42.*

Residentiam ne faciat in parochiali, cum sit iuris diuini, nemo potest excusari sine causa legitima, quæ & quousq; sufficiat iudex recta ratione ductus arbitratur. 44. 43

Ordinans sacris ordinibus aliquem sine titulo, ex quo viuere possit, subijcitur pœnæ cap. cum secundum, de præb. nisi ab ordinato sit deceptus: ordinatus autem absolutè sine titulo, est suspensus. 45

Illegitimus clerici filius non potest in Ecclesia, in qua pater habet, vel habuit beneficium, nedum & minister in aliquo etiam sacristæ vel cantoris officio ministrare, sed nec & peregrinus celebrare. 46

Sacerdotis illegitimus filius per Cōcilium est factus inhabilis ad obtinendum de cætero beneficium in Ecclesia, in qua pater fuit beneficiatus: ante autem Concilij obtenta, post trimestre, nisi illa resignauerit, si pater adhuc erat beneficiatus, vacauerunt. 47

Incestus affinitatis taciturnitas non sitiat dispensationem impetratam super impedimento consanguinitatis. 49. 47

Taciturnitas eius quod expressum redderet principem difficiliorem, vitiat gratiam, sed hoc tunc demum, quando iura exigunt illius expressionem, nu. 50. & 53. 48

Remissionem secundi delicti obtinens, tacita remissione alterius similis prius obtenta, est subreptitius: quia tacet id, quod iura saltem tacitè iubēt exprimi, n. 53. 48

Obligatum quem ipso iure ad aliquid esse nō est dicendū sine iure ad id obligāte. 48

Falsi expressio, qua princeps mouetur ad facilius concedendum, vitiat gratiam. 49

Duo patiens essentialia impedimenta matrimonij, si super vna validā impetrat dispensationem, altera tacita: dicendū est dispensationem vnius valere, sicut & absolutionem ab vna ex duabus excommunicationibus. 49

Beneficium secundum impetrans, de primo quod obtinet, tenetur mentionem facere, sed non de cura primo annexa. 50

Criminoso tacenti crimen facta collatio tenet, modo ex eo non inducatur irregularitas, vel inhabilitas. 51

Confessarius putans pœnitentem non se accusare de aliquo, non ob obliuionē, verecundiam, vel aliam iustam causam, sed quia credit se ob iustam dispensa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tionem, vel rationem, vel probabilē opinionem non esse in peccato. potest eundē de hoc non interrogando absoluere.

54 Eucharistiam cum denegat sacerdos ei, qui est in statu peccati quem non potuit absoluere, cauēat ne dicat se ideo denegare, quia eum non absoluit.

55 Pontificis bullas ac diplomata supprimentes, vel ne publicentur prohibentes, nisi causam iustam excusantem ostendant, non videntur absoluendi.

56 Exigentes gabellas à religiosis, etiam ex mandato dominorum, & sub pretextu probabilis, vel necessariæ causæ, aut ex inueterata consuetudine, sunt excommunicati, nisi probabilis eos excuset ignorantia, vel Pontificis concessio.

57 Cum Paganis, ac ēt Iudæis locando gabellas, modo eas per se non exigant, necnō, & cum schismaticis, & hæreticis ēt publicis, non denunciatis, tamen licitè contrahitur 58. & nu. 60. ois tamen familiaritas cum infidelibus vetatur. 59.

61 Abiuratio hæresis præmittenda est, antequàm quis ab ea per habentem potestatem absoluatur: idem de schismate, si includat hæresim, alias non.

62 Schisma opponitur Vnitati Ecclesiasticæ caritatis, hæresis fidei: & omnis hæreticus est ēt schismaticus, & non econtra.

63 Hæreticam si ducat Catholicus, peccat, nec tenet pactum, vt aliqui ex filijs hæreticè nutriantur, quamuis matrimoniū contractum teneat. & nu. 66.

64 Hæreticos, schismaticos, non denunciatos, ad scholas Catholici admittere possunt, itemque vota ab eisdem, dum sacra quibus interfuit, celebrantur, oblata recipere. 65.

66 Compaternitatem etsi contrahat hæreticus, & schismaticus, modò sit baptizatus, non tamen potest Catholicus horum infantes ritu ab Ecclesia non permisso baptizādos de sacro fonte leuare, nec eosdem admittere, vt ipsius Catholici filiū ritu Catholico baptizandum leuent.

68 Græcos, & Armenos numerandos inter hæreticos non satis constat.

69 Moschouitas, ac Ruthenos ab hæresibus recedentibus, licitè, diem apud nos sunt, in nostris Ecclesijs ritu nostro conferuntur sacramenta, licet reuersi ad suos sint ritu Græcorum priuilegio, vel consuetudine permissa vsuri.

Græcus in sua terra ritu Latino, sicut nec Latinus in Latinorum locis potest Græco ritu conficere. 69

Hæreses omnes, etiam in mortis articulo cō- stitutus; nisi saltem in genere detestetur, non potest absolui, nec ad alia sacramenta, nec ad sepulturam admitti. 70

Fructus ex prædio quotannis nascituri, ēt cum pacto, vt post singula quinquennia tantum redimi possint; si emantur, licitè fieri potest, secus esset, si prædicti fructus ex mutuo, vel locato percipiātur, ita vt etiam capitale restituatur. 71

Vsuras, in quibus quis, dum esset pupillus, & ignorans, ex contractibus per tutores secundum consuetudinem regionis initis reperitur locupletior, tenetur restituere, nec aliter est absoluendus. 73. 72

Bulla Cœnæ, vbi non est recepta, non ligat. 74

Libros per Bullam, scientes, aut scire debēs, 74 prohibitos legens etiam ob bonum finē, ligatur censura Papæ reseruata. 75.

Hæreticorum libros prohibitos, ēt ex causa, 75 legendi licentiā non dat inferior Papa.

Missa, vt dicatur priuatis in domibus etiā 76 ob infirmos, non potest concedere Episcopus in locis in quibus sacrum Concilium est receptum.

Consuetudō interpretatiua Concilij est attendenda. 76

Peste infectis tenetur parochus sacramenta ministrare vtem & sanis petentibus, monitus tamē prius de periculo: nec potest recedere, nisi saltem dimisso vicario: non parochus autem, potest & ipse, si velit, eisdem magno cum merito, etsi cum periculo sitæ, ministrare. 77

Eucharistia debet omissa processione occul- 79 tè ad infirmas deferri, vbi de honestatione arbitrio boni viri probabiliter timetur.

Decimarum iudicium potest in possessorio 80 Ecclesiastica persona introducere coram laico, in petitorio non, etiam vt reus, nisi inuitus trahatur. 81.

Trahi se ad iudicem secularem super de- 81 cimis, & alijs spiritualibus causis cum consentit clericus lugatur bulla Cœnæ, vti dictæ actioni fauorem præstans. 82.

Ascripticij coloni possunt quocunq; fugerint 83 ad seruitutem seruorū fugitiuorum vēdicari à dominis ēt Ecclesiasticis. 84.

Oblati, et donati, licet nō sint vere religiosi, 83 tamē nō possunt à monasterijs recedere.

Clerici

85 Clerici sæculares iurisdictionem obtinentes si illam per se causa sanguinis exerceant, peccant, & ob id sequuta morte, vel mutilatione fiunt irregulares, secus si illam exerceant per generales vicarios vel delegatos particulares, etiam si sequatur iniustæ sniæ exequutio, n. 86.

87 Hæretico notorio, sicut nec Iudæo, imò multo minus est concedenda in altos præeminentia.

88 Hæreticos occultos in foro conscientiæ absoluendi potestas, ita ex decreto Sacri Concilij competit Episcopis, vt non possint alteri illam generaliter delegare: licet cum occurrit aliquis casus possint illius absolutionem particulariter alteri demandare, nu. 89.

88 Absoluendi potestatem ordinariam qui ex officio habet, potest illam alteri generaliter delegare, secus si in certis casibus ex priuilegio competat. 89.

90 Pœnitens, qui Episcopum habentem potestatem absoluendi non potest, vel erubescit adire, adeat per alium, vt sic ex eius absolui possis mandato.

CONSILIVM PRIMVM.

Continens quæstionum fere quotidianarū, seu casuum pro Vltramontanis decisiones 48. tum ad titulum de constitutionibus, tum ad alios spectantes.

REsponsurus ad propositas mihi qōnes, quæ sunt 41. ꝓmitto septem alias, ex quibus, & ex illis constituuntur 48.

1 PRIMA QVAESTIO. An, & q̄ ignorātia legis excuset à peccato trāsgressionis illius? Rñdeo primò, quòd duo requiruntur, vt ignorantia excuset omnino, siue (qđ aiunt) à toto, nēpe ꝙ sit causa illi[a], & ꝙ sit iusta, siue vt Theologi vocāt, inuincibilis, siue vt nos vocamus, probabilis, vt resoluit S. Thom. [a] Secūdò, ꝙ illa ignorātia dr̄ causa peccati, q̄ tollit scientiā, qua existente non fieret illud, vt resoluit idē S. Thomas. [b] Tertiò, ꝙ illa ignorātia dr̄ iusta, siue inuincibilis, vel probabilis, q̄ est de eo, ꝙ quis non tenetur scire, vel non pōt, adhibita diligentia, quæ ab alijs suæ cō ditionis arbitrio viri prudētis adhiberi debet, iuxta mentem S. Thomæ, [c] & Nauar. Conf. Pars I.

a 1.2.q.76. art. 8.

b d. 90. 76. art. 1. & 9. 6. art. 8.

c In d. q. 76 art. 2.

A probaī in §. notandū. [d] Cui cōsequens est, ignorantiā q̄ quis hēt, q̄ non vult scire, quò liberius peccet, q̄ appellatur affectata, vel ob negligentiā laborādi, & efficiendi qđ ad sciendū hoīes suę conditionis arbitrio prudentis viri efficere debēt, q̄ appellatur crassa, nō excusare, vt idē S. Thom. tradit [e] & probatur per illud Apostoli. [f] [Ignorans ignorabit.] qđ intelligitur de eo [qui noluit intelligere, vt bene ageret,] [g] noluit inquā, aut optando non intelligere, aut nō faciendo id, qđ dēt, ad intelligendum. [h]

2 Quartò, ꝙ in Man. conf. [i] hoc resoluimus in hæc verba. [Triplex est B ignorātia, affectata, crassa, siue supina, & iusta. Affectata siue optata est, qua qs ignorat id, qđ scire tenet: quia nō vult scire, quò liberius absq; iuxt cōscientiæ cōtradictione, vel alia de causa peccet, iuxta illud. [k] Noluit intelligere, vt bñ ageret. quę adeo nō excusat, aut minuit peccatū, vt ēt augeat ob circūstantiam mali desiderij. Crassa vero siue supina est, qua qs ignorat id, qđ cōiter omnes sui ordinis sciunt, qđ contingit per cul pā latā, de qua supra [l] quę excusat à tōto, sed non à toto. Iusta verò, quæ à C Theologis inuincibilis, & à nostris probabilis appellatur, est, qua q. ignorat, qd nō oportet eum scire, [m] & qua cōiter homines eiusdē ordinis adhibita debita diligentia laborāt, iuxta S. Tho. [n] qualis est eius, q. petit consilium à viris habitis pro ꝑditis scientia, & conscientia in id sufficienti, q. falsē illi cōsulūt. arg. cap. capellanis, [o] & eorum q̄ tradit Alexander [p] & S. Antoninus, q̄ & hæc oīno excusat, qñ est causa actus. Ignorā tia enim interdum est peccati causa, interdū non, sed eius comes. Est causa, qñ D actus non fieret, nisi ignoraretur: est solum comes, qñ peccaretur, etiam si sciretur: & hæc nunquam à culpa excusat, illa verò interdum omnino, interdū ex parte, vt prædictum est.] Hæc ibi.

Quintò dico, ꝙ ad hoc, vt quis dicatur legis transgressor, & ob id peccare, nō sufficit vt sciat legē esse faciendam, vel fieri, nec esse factā, ēt in Cōcilio publico, vt rectè tenet Decius contra Panormitanū, [r] si nōdum est promulgata: nu. 19. qa lex nō ligat antequā promulgetur. [s] §. leges, De essentia eñ legis est ꝓmulgatio, vt 4. dist.

d 1.q.4. & in cap. 2. de constit.

e In d. ar. 8

f 1. Corint. 14.

g Psal. 68. c. ideo, 37. dist.

h Arg. l. ma gna negligē tia. ff. de ver bor. sign.

i C. 23. nu. 45.

k Psal. 68. relat. in ca. ideo, 37. di.

l C. 17. nu. 167.

m 1. q. 4. §. notādū est.

n Vbi sup. q. 67. art. 3.

o Iuncta gl. 3. de fer.

p Consil. 1. col. 4. vol. 2.

q 1. p. tit. 3. q. 10. §. 10.

r Inc. 1. de postul. prael. nu. 19.

s §. leges, De essentia eñ legis est ꝓmulgatio, vt 4. dist.

Universidad de Deusto
Biblioteca

[a] *In 1.2.q. 90. art.4.* S.Tho.receptus definit [a] neq; si iam est promulgata, si probabiliter ignoret eã esse promulgatam,per prædicta.

4 Sexto,vltra omnes, quod non sufficit legem esse factam in Concilio œcumenico,vel promulgatam in eo, antequam confirmetur à Papa specialiter, & generaliter confirmando totũ Concilium: quia quicquid alij dicant, leges Concilij quamlibet legitimè congregati non obligant ante confirmationem Papæ subsequutam, vt satis probatur in vltimo decreto Conc. Trid. & confirmatione ipsius à Pio IV. petita, & facta,& ex stylo omnium Conciliorũ absente Papa, & præsentibus eius Legatis actorum & conclusorum. Nec obstat, quod in Hispanijs aliquot constitutiones Concil.Trid.nondum perfecti,nec confirmati visæ fuerint obseruari: qñ id factum est per errorem opinantium leges Concilij generalis vim habere ligandi ab eo tempore,quo in ipso Cõcilio promulgantur, aut quia fuerunt acceptæ in leges obligatorias à Prælatis, qui poterant eas suo iure ferre, & eis vim obligatoriam quo ad sua territoria indere.

SECVNDA QVAESTIO. Qũo potest constare de ignorantia? Rñdeo primo,quod in foro Dei & conscientiæ [b] *Arg.c.hu manæ aures.22.q.5.* statur dicto Rei,[b] & glosse putatæ singularis,[c] cui similis in verbo [electio.]

[b] *In cle.1.* 5 Secundò, q̃ non sufficit etiam in foro conscientiæ,quod reus dicat se ignorasse,nisi dicat iustè, siue probabiliter, siue inuincibiliter ignorasse. Tunc autẽ sic ignorat,qñ non oportebat eũ id scire,vel si oportebat eum scire, non optauit id ignorare, neq; neglexit adhibere ad id sciendum eam diligentiam, quam communiter alij suæ qualitatis prudentis viri arbitrio adhibere debent,per re-

[c] *Cap. pastoralis. de excep.ca.si vero, 2. de sent.excõ. c.cum dilectus.2. de succes.ab intest.* sponsum ad præcedentem quæstionem.

6 Tertiò, q̃ ignorantia probatur quo ad forum exterius. Primò per præsumptionem iuris, quæ regulariter præsumitur donec scientia probetur, [c.præsumitur, [d] cuius glossa ponit alios tres modos probandi,putà per iusm. [e] Secundò,probando aliquid, q̃ necessario consequitur ignorantiam, vt quod erat infans,vel furiosus. [f] Tertiò, probando aliquid, quod verisimilis ignorãtia cõsequitur, vt probando absentiam. [g]

[d] *Cap.fra.* [e] *In c. inter alibi, verba. 11. 9.3. cõclus. 6. coroll.65.* [f] *In cap.si quis autẽ, 12 de pœn.dist. 7.nu.10. et 3.rub. de iure.nu.43.* [g] *Cap.fra.*

7 Probatio autem iuramenti ideo ad *quæ mandamittitur*, quia regulariter ea quæ sunt *mon.actor.* in animo aliter probari non pñt, iuxta *non pos-* glossam putatam singularem,[h] cui simi- *h In Sexto* lis est in cap.significasti, [i] & ignorantia *qui admit.* in animo cõstitit,vt palam est. Quõ fit, *cipit*, vt si contrarium probaretur, non credetur *ẽna. Inst.* iuramento, iuxta glossas notabiles & receptas,[k] quæ addunt posse probari contrarium per coniecturas probabiles:nam per probationem, quod erat [l] publicè notum, tollitur probatio per *posuisti.* iurm, vt ait glossa. [l] Tollitur item per *dis.verb.* præsumptionem iuris, si qua est contra iurantem,per regulam Bartoli, [m] cet, [iuramento eius, contra quem est præsumptio legis, non esse standum.] Tollitur etiam, quando qualitas personæ, vel alia indicia in contrarium monuent, secundum Baldum, [n] quem inter alios sequitur Decius. [o]

[h] *In dicto c.1. de reg. iur. lib.6.* [i] *Arg.c. fi. de reg. iur. lib.6.* [k] *De prætionis ligabit scientes,per glossam, & bend.lib.6. In clem. verb. ex actus,licet nõ quo ad peccatum,per re- sponsionem ad primam quæstionem,& de hac adnotata per Panormitanum commuter receptum,* [m] *licet quo ad aliquid discedat ab eo Decius, potius verbis, quam mente,si satis res perpendatur.* [l] *l. de quib. ff. de leg.* [m] *In l.1. ff. de reg. iur.* [n] *In l.3. ff. de testib.* [o] *In d.c.2. n.7.*

TERTIA QVAESTIO. Quæ sit sciẽtia legis sufficiat,vt quis ligetur ea? Respondetur, quòd hinc videtur, quòd quælibet sufficiat, eo quod nec canon, nec vlla lex videtur distinguere,nec restringere,& ita nec nos distinguere nec restringere debemus. [p]

[p] *In d.c.2. n.8. & 9.* [q] *In d.c.2. n.9.* [r] *Sext.*

8 Illinc autem vt contrarium. Primò quidem, q̃ aliàs sequeretur quemlibet morantem Romæ teneri ad seruãdam legem, cum quoquo modo audiuisset eam à Papa in ea esse promulgatam. Secundò, q̃ etiam sequeretur, q̃ quicunque Italus,Hispanus, Gallus, vel Germanus audiuisset in sua patria legẽ aliquam promulgatam Romæ, teneretur ad eam seruandã: & consequenter peccasse mortifere oẽs prædictos,qui sciuerunt,vel audierunt,& non statim,vel saltem post duos menses seruarunt formã pronunciandi horas Canonicas iuxta formã Breuiarij noui auctoritate Pij V. compositi, in cuius prologo iussit, & præcepit, vt omnes, paucis exceptis,qui ad pronunciandas horas Canonicas tenerentur,ẽm formam in eo præscriptã eas pronunciarent, sub pœnis contra negligentes eas pronunciare constitutis: & quod prædicti omnes tenebantur statim quærere, & emere, & quãto citius possent facere deferri ab Vrbe ad suam patriã illa Breuiaria, quãticunq; cõstitissent,

sent,qđ nullibi extra Vrbem seruatum esse credimus: nec vllos, vel paucos illius omissionis pœnituisse putamus.

9 Tertiò facit ad id, quod scripsimus vel noſſe aliquid, eo q̃ id quomodolibet, vel à quolibet audierit, iuxta illud Sapientis, [b] [Qui cito credit, leuis est corde.] quod satis probatur per c. non solum. [c] Quartò facit & illud, quod sæpe respondimus circa indulgentias iobelleas,quæ ob varias causas solẽt mitti à Sede Apostolica in prouincias,quærendas ab eis, qui prima hebdomada postquam eas scierint concessas,vel fuerint publicatę,illa & illa pietatis opera fecerint, nempe quod non intelligunt de prima hebdomada,quæ sequitur quamlibet primam scientiam illius cõcessionis & publicationis, sed de illa q̃ est prima postquam sciuit eam per publicationem factam iussu Episcopi sui in ea ciuitate,vel oppido,in quo moratur seu inuenitur.

[b] *Eccl.10.* [c] *11.q.3.et e.si quid vel 86. dist.*

10 Quapropter dicendum est primò, q̃ non requiritur vera scientia, quæ nascitur ex notitia intuitiua alicuius quinque sensuum, de quibus alibi, [d] quæ requiritur in teste deponente, [e] quamque definiuimus alibi. [f]

[d] *In dicto coroll.65. & in prælu.2.* [e] *Manua.cõsiliorum.1.* [f] *Ca.tuæ es. 3.q.9.*

11 Secundò, q̃ non sufficit quælibet auditio, & relatio, sed requiritur talis, quæ inducat, vel inducere debeat fidẽ, & credulitatem in audiente, per argumentum pro posteriore parte formatũ.

12 Tertiò, q̃ non vſ requiri, vt per Præsules,vel alios prælatos in suis territorijs publicetur: quoniam in q. sequẽti concluditur (attento stylo,& cõsuetudine Curiæ) sufficere publicationẽ, & promulgationem in Curia factam.

Quartò, q̃ ex capite ignorantię non potest excusari à peccato transgressionis, quiiusta ratione firmiter credit legem esse in Curia publicatam, per responsa supra ad primam quæstionem, & infra ad quintam.

Quintò, q̃ excusari fortè posset ex eo capite, qđ non sit recepta, nec scita à maiore pte populi cuius ipse est pars: eo q̃ lex etiam iuste promulgata non videtur ligare,si maior pars eam nõ recipiat, per respondenda infra: [g]

[g] *Ad 7.5. & 9.6.*

13 Sextò, q̃ ex his infertur,vnã eandemq; sciẽtiam vnius eiusdemq; legis, quæ sufficit,quo hñs illam in vno territorio ea ligetur,nõ sufficere vt idem in alio territorio similiter ligetur. Quod confirmatur per c.illo, [h] quatenus Ambrosius cõsuluit Diuę Monicæ matri patris nostri Augustini, q̃ ipsa sciens legem de Sabbato ieiunando, tenebatur seruare illam Romæ,non Mediolani.

[h] *Adiunct.gloss.12. dist.*

14 QVARTA QVAESTIO. A quo tempore incipiat ligare cõstitutio. Respondeo primò, q̃ lex non ligat ante lapsum temporis, ante quod legislator noluit vt ligare inciperet,quia ad illius vsque lapsum non habet virtutem ligandi,vt palam est: cum lex non habeat maiorem virtutem illa, quam legislator indidit ei. [i]

[i] *Arg.c. fi. de reg. iur. lib.6.*

15 Secundò, quòd non est dubium à quo tpe vult legislator vt sua lex inciat ligare,qñ illud exprimit,vt in cap. *fra.* cum singula, [k] adeo quòd si lex dicat, *ff. de leg.* vt liget ex nunc,ab ipso tpe promulgationis ligabit scientes,per glossam, [l] ẽt iustè ignorantes quo ad irritationem actus,licet nõ quo ad peccatum,per responsionem ad primam quęstionem,& *tunc. de hac* adnotatã per Panormitanum commu- *reti.*

[k] *§. fraus. ff. de leg.* [l] *In clem. verb. ex. de hæret.*

16 Tertiò, quòd est grande dubium, an lex incipiat ligare ante lapsum duorũ mensium post promulgationẽ eius, an solum post lapsum illorũ. Et rñdendum est,quòd si est lex inferioris Principe, statim incipit ligare subditos à tpe scientiæ illius,ẽm Panormitanum, [n] quo multa citantur ibi à Felyno & Decio: sed plus mouet hæc ratio, quòd nullo iure cauetur, vt legis inferioris Principe vinculum differatur, & ita est dicendum. [o] Ad præsumendum autem scientiam quo ad forum exterius, *ff.* tempus videtur esse arbitrarium, vt Panormitanus receptus concludit: [p] quia viciniores videntur citius scire argum. *de trien.& quosdam,* & ca.quanto, *de præsumpt.* tento,Princeps non videtur ligare ante lapsum duorum mensium, etiam scientes eam factam & promulgatam, vt vſ [q] tenere glossa vltima. [q] & Antonius, [r] quam contra Panormitanum, Imolam

[n] *In d.c.2. n.7.* [o] *C.consuli 2.q.4.et §.cõsideranu.8.* [p] *Vbi sup.* [q] *In data* [r] *Sext. In d.c.2.*

& Felynū sequuti sumus cū Decio ibi-
a In prima & secunda lect. dē, [a] qui idem tenet alibi, [b] & merito. Tum quia authentica, [c] tàm in rubro, q̄ in nigro expresse habet, illā post duos
b In c. 1. de postu. pral. nu. 19. menses, & non antea valituram, & consequenter ante illos duos menses eam non ligaturam. Tum qa etsi bona pars
c Vt facta nouæ cōstit. coll. 5. causæ, quare datur dilatio duorum mēsium, sit, ne ignorantes obligentur: tamen non est sola, quia etiam datur, ne alios liget, antequam alios, & vt omnes incipiat eodem tēpore ligare, & vt tollatur confusio, rixa, & imparitas subditorum, dum alij ante alios ligantur: p quod tolluntur argumenta Bonifacij à Vitalinis, quibus reprobat Panlum de
d In proœ. clem. in §. nūc igitur, à nu. 41. Leaza. tenentem idem quod nos, [d] argumenta item Philippi Franci. [e] 18 Tum quia vt scientia legis, donec promulgetur, non ligat, ita pars fere ratione scientiæ legis promulgatæ, donec
e Super data Sexti, sub finem. labatur tempus tacitè cōstitutum ad ligandum, non debet ligare. Et quamuis hęc pars solo iure scripto attēto verior videatur, de cōsuetudine tamen & stylo videtur in Vrbe seruari, vt transgredientes legem Papæ publicatam etiam ante duos menses, puniantur, non solum qui cōfitentur, vel probantur sciuisse illius promulgationem, sed etiam qui nō probauit iustè illam ignorasse: præsupponendo, q̄ præsumitur scire. Quæ consuetudo & stylus restringi forte posset ad forum rātum exterius, & Vrbicolas.

Quintò, quòd vna opinio, q̄ pauciorum est, tenet legem promulgatā in Curia Principis non ligare prouinciales, hoc est subditos extra prouinciā, vbi est Curia, degentes, ēt post duos menses à publicatione facta in Curia, donec per Gubernatores prouinciarū in earū Metropolibus promulgetur. Primo quidē, quòd expresse hī in prædicta authenti-
f Vt facta nouæ cōstit. a ca, [f] quòd lex noua non obligat Prouinciales, nisi post duos menses à publicatione in eorum Prouincijs facta, & iure Canonico non est expressum contra
g Arg. c. 1. de oper. no. nunc. & c. rium: ergo illi stādum est. ğ Secundò, quòd Ioannes Andræas [h] receptus cōmuniter tenet id quod dicimus esse ve-
si in aduto rum de lege Imperatoris, & eadē ratione
riū. 10. dist. vel maior videtur de lege Papæ. quia
h Super gl. hæc extenditur ad omnes Christianos,
latæ Sexti, & cōsequēter ad multò plures Prouin-

cias, quam lex Imperatoris: & ita durius esset, quòd hæc ligaret antequam publicaretur in Prouincijs, quam illa. Tertiò, quòd cap. cum infirmitas, [i] significat, illam constitutionem etiam fa-
i De pœnis. ctam in Concilio generali non ligasse
sentent. et re. missa. publicationem eius à Prælatis factam. Quartò, quòd durum videtur dicere, omnes leges, quæ passim motu proprio Pont. Max. fiūt Romæ, ligare post duos menses à publicatione in Curia facta, vltimos quosque cultores Septentrionis & Occidentis, Aethiopes item, & Indos. Quintò, quòd Caietanus versatus in Curia sic scripsit. [k] [Quod si
k In 1. 2. q. Romæ noua lex promulgatur, & nec
90. art. 4. Curia ipsa curat vt promulgatio ad Ecclesias Cathedrales deueniat, nec Prælati, qui ibi sunt, insinuāt suis Ecclesijs, accusari nec apud homines ignorantiæ possunt absentes nescij.] Sextò, quòd lex naturę, & diuina dictat, vt iustè ignorantes legem non ligentur illa, [l] & necgari non potest Indos, Aethiopes Occiduos, & Hyperboreos iustè ignorare legem humanam nouam in sola Roma publicatam etiam post duos menses.

19 Altera verò opinio, quæ frequentior est, tenet contrarium, videlicet, q̄d lex ligat omnes etiā Prouinciales post duos mēses à publicatione legis in Curia facta. Pro qua facit primò ratio p̄dictæ glossæ vltimæ, [m] videlicet, quòd
m In Sexto. alioquin sequeretur, quod liber sextus solum ligaret in Prouincijs, in quarum Academijs prælegitur: qa non est publicatus in alijs. Secundò, quòd cōsuetudo, & stylus Curiæ, quæ vim legis habet, [n] seruat, vt iudices Vrbis iudicent contra omnes totius orbis Christianos secundum leges Papæ promulgatas in ea in locis ad id p̄stitutis: nisi iustam ignorantiam probēt. Imò & multi Epi residentes in suis Ecclesijs deferri faciunt ad se Extrauagātes nouas, q̄ promulgantur in Vrbe, & secūdum eas decidunt causas suæ diœcesis. Tertiò, quòd regulæ Cācellariæ, q̄ nō publicātur extra Curiam, ligant omnes degentes extra eam, & in Francia, testāte Bartholomæo Cassiodoro, [o] & ante fuit decisum in Capella Tholosana. [p] Quartò, quòd alioquin sequeret, quòd bulla Cęnę Domini in sola Roma publicata,

n C. grauam. de cōsti. gl. fin.

l C. 2. de cōstitu. in prœmio.

o Cōsil. 10. visō proc. Su. col. 5.

p Decis. 444. inter gulam Cā.

non

non ligaret extra Curiam & Romanam Prouinciam existētes, nec multę aliæ Extrauagantes magni momēti in sola Curia Romana publicatæ ligarent alios, quā Romanos: & q̄ si publicarētur Toleti, ligarent tm̄ Prouinciales, & nō Hispalenses, nec Legionenses, si nec Legione, nec Hispali publicarentur, & si publicarentur Parisijs, non ligarent Tholosates, nec Lugdunenses, si nec Tholosæ nec Lugduni publicārētur: & ita magna disparitas & confusio seminaretur in Prouincijs. Sequeretur item, quod non solū liber sextus nō ligaret vniuersos, vt ait prædicta glossa, sed quod nec liber Decretalium, nec Clementinarū, ligarēt Prouinciales: quia nulla vel pauca eorū sunt hactenus publicata in Prouincijs. Quæ omnia videtur absurda, & ita non asserenda. [a] Quinto, quod Thomas [b] ait, quod subditi absentes a legis promulgatione obligātur ab ea, illa ratione, quod illa deuenit, vel deuenire pōt in eorum notitiam, nulla facta mentione de faciēda promulgatione, siue publicatione in prouincia, nel capite prouinciæ. Per quæ oīa vī resoluendū, quod attēto solo iure scripto prior opinio videtur verior. Attento vero stylo, & consuetudine Ecclesiæ, Curiæq; Romanæ, posterior debet seruari quoad leges Papæ, nempe q̄ requiratur quidem promulgatio earum, sufficere aūt quod fiat Romæ in locis ad id præstitutis, vt ligent ēt Prouinciales post duos menses, vel aliud tempus expressum in eis. 20 Non obstāt argumēta pro priore parte adducta. Ad primum enim & secūdum respōdetur, ea procedere iure scripto tantùm attento: hanc verò partem, quam defendimus, procedere consuetudine, & stylo Curiæ attentis, eo quod licēt vno respectu maior ratio suadeat, ne lex Papæ ad oēs terras sibi subditas extendatur per solā publicationem Romæ factam, quam lex Cęsaris per publicationem in eius Curia factam, vt secūdum argumentum probat, alia tm̄ maior suadet contrarium, puta quod Papa minus discurrit: & ideo, vt ait Ioannes Monachus, [c] dicatur habere pedes plūbeos, & non plumeos: & quod vnus est totius orbis Christi Vicarius in spiritualibus, de quibus nosscēdis maiorē curam

a Leg. nam quod absurdum. ff. de bon. libert. ea. dudum 2. de elect. lib. 6.

b In d. cap. 2. quæst. 90. art. 4.

c In reg. in gen. de reg. tur. lib. 6.

deben habere subditi eius, quàm subditi Cæsaris de temporalibus, quibus ille præest: & quod statuta eius vt plurimum non sunt tot, neque adeo diuersa à spiritualibus, quæ nota sunt Christianis, ac Cæsaris.

21 Ad tertium, quod à nomine video solutum, respōdeo, quod prædictum c. cum infirmitas, probat quidem, quod medici non debēt arceri ab ingressu Ecclesiæ propter violationem illius canonis, nisi in terris, in quibus ille fuerit publicatus, non tamen probat, quòd canō ille non debeat seruari in alijs donec in eis publicatio fiat. Nam canon ille duo continet: Alterum absolute, quod medicus corporalis ante omnia moneat infirmum, vt spiritualem accersiat: & quoad hoc non requirit publicationem: Alterum sub conditione, quòd medicus si frangat illam legē, arceatur ab ingressu Ecclesiæ in terris, in quibus facta fuit publicatio illius à prælatis: & ita solum quo ad incurrendum hanc pœnam requirit publicationem, quam non requisiuisset, nisi specialiter id cautū fuisset, Vnde illud c. argumento ab speciali retorqueri potest pro parte posteriori, adeo non obstat illi.

Ad quartum respondeo, concedendo dutum quidē, & durissimum esse dicere, quod omnes existētes extra prouinciā Romanam, nō seruando legem publicatam Romę tm̄, statim post duos menses peccant: sed negando esse durum dicere, quod obligantur post tps, quod vir bonus siue iudex arbitrabit esse sufficiens, vt illi, de quibus quæritur, sciant, attēta distantia Prouinciæ, & qualitate legis, & frequētia hominū illius Prouinciæ habitantiū Romę, & venientium ad eam, & redeuntiū ab ea: quod est aptissimum temperamentum dictorum. [d]

d In d. c. 2.

Ad quartum respōdeo primò, quod Caie. à contrario sensu idem quod nos sentit quo ad scientes legē Romę publicatam, dum solos nescios excusat, & cō sequenter idem dicitur sentire quo ad debentes scire: quia scire, & debere scire in hoc ęquantur, [e] & ita clare sentit,

de cōstit.

e Leg. quod tantùm publicata, si id sciant etiam ab bus creditis. ff. de re tequā in prouincia publicetur. Quo ad

ignorantes aūt probabiliter idem sentimus,

timus, quod ille, q̃ non sunt rei, si iuste ignorant, vt supra in quæstione prima diximus, & postea in quinta & sexta dicemus.

22 Ad sextum concedimus legem naturæ excusari iustè legem ignorantem, et in sua Prouincia publicatam: negamus tamen, omnes Prouinciales, vbicunq; degant, iustè ignorare legem Romę tantùm publicatam. Tum quia sunt, qui illam scire debent quo ad vtrunq; forum vel alterum tantum, & etiam secũdum Caietanum sciẽtes legem esse latam & promulgatam peccant, si eam non obseruant, vt prædictum est, & consequenter peccant, qui scire debent, cum illi coæquenter scientibus,[a] & ita Prouinciales, scientes vel scire debentes, non excusantur ab eis ex capite defectus promulgationis in sua Prouincia, licet forsan excusari possent ex capite defectus receptionis in illa, vt infra,[b] tãget.

23 QVINTA QVAESTIO. An lex non recepta liget? Respõdeo primo quod non, §. leges,[c] ibi, [leges confirmantur, cum moribus vtentium approbantur. & l.] de quibus,[d] ibi, [nam cũ ipsæ leges nulla alia ex causa nos teneant, quã quod iudicio populi receptę sunt. Iqd & tradimus in Manu.[e] in hæc verba, [Lex antequam recipiatur, saltẽ per maiorẽ partẽ ciuitatis, cuius pars transgressor, non ligat: qm promulgata videtur cum conditione, si recipiatur, saltem per maiorem partem, vt singulariter dixit Dominicus,[f] per recẽtiores receptus,[g] & profundius Felynus,[h] [Id 24 Secundo, quod vltra rationem pcẽ. à nu. 12 sitã in Man.[i] quare lex non recepta non obliget, videlicet quod, præsumitur legislator ferre illã sub conditione, si fuerit recepta: potest reddi alia, videlicet q̃ iusta causa excusat à peccato violationis legis humanæ, vt tradimus alibi,[k] post S. Tho.[l] & Archidiaconum,[m] & iustam causam videtur quis habere non seruandi legem, quod ab alijs non seruatur, nec cepit seruari: cum enim lex respiciat vtilitatem communem,[n] non videtur eius lator velle vnum, vel alterũ ligare ad seruandum, quod alij consubditi non seruant, nec seruare incipiunt.

Tertio, q̃ qui dicunt peccare illos, qui non seruant à principio legẽ iuste promulgatam, asserunt tamen, q̃ si sciẽte id superiore, & potente cogere, & nõ cogente seruare, non seruant, non videtur peccare eo quod videatur superiorem suspendere, vel tollere, iuxta glossam singularem & celebrem,[o] quam Pa nor. & communis ibi, & alij approbant, quos refert Felynus,[p] asserunt item, nõ ligare illam quæ decennio non est recepta, vt post Calderinum, Cardinalem, & Imolam tradit Felynus.[q]

Et addo omnibus, quod primi non recipientes possunt excusari à peccato ignorantiæ probabilis, qua legem probabiliter ignorauerunt, per resolutionem primæ quæstionis.

25 SEXTA QVAESTIO. An lex non recepta ab eã ignorãtibus ita eneruetur, sicut non recepta ab eam scientibus: quæ quotidiana, & noua quæstio est. Et pro parte quidẽ negante facit primò, quod desuetudo legis, quæ non implicat transgressionem eius, vt quia casus eius non occurrit, non tollit illam, sm Ioannem Andræani,[r] quod latè cõ firmat Felynus,[s] & quod cum ignoratur lex, non videtur occurrere casus, in quo ea sit vtendum. Facit, quod actus agentiũ non operantur vltra intentionẽ cõrum,[t] & q̃ non obseruantes legem, eo quòd ignorant, non intendunt eã tollere, eo quòd non vtantur ea: voluntas enim, cuius actus est intentio, secundum S. Thomam receptum,[u] non fertur in incognitum, vt ait Augustinus.[x]

26 Pro affirmatiua vero, quæ videtur verior, facit, q̃ iustior est causa obseruãtium legem, eo quod ignorant eam, quam corũ, qui scientes eam nolunt recipere, nec vti ea: & ratio quare lex nõ recepta non ligat, est, quia nõ est firmatã vsu, vt sentit l. de quibus,[y] & hæc ratio æque militat cũ desinit seruari per ignorantiam, ac si desineret seruari per renutum siue noluntatem, siue, vt tradixerim, nolentiam seruandi.

Nec obstat primum argumentum in oppositum: cui respondeti potest, cõcedendo quod desuetudo, quæ non implicat vsum contrariũ legi, non tollit eã, vt nõ tolleretur dispositio, sl. quæriẽs disponens, vt hermaphroditus habeatur pro viro, vel fœmina iuxta sexum, quiã eo prænalet, licet per mille annos nullus hermaphroditus nasceretur in aliqua Prouin.

27 Concedẽdo item consequenter, quod desuetudo, siue non vsus ignorantiæ legis sine contrauentione ipsius, nõ tolleret legem ignoratam. At negãdo, quod omnis vsus legis ignoratæ sit absque contrauentione ipsius: & ita negando, quod non tollatur per desuetudinẽ ignorantium, & vtentium contra illam occurrẽtibus casibus. Ex quo sequitur, quod lex Papæ ignorata per omnes homines alicuius prouinciæ, vel per maiorem partem eorum qui in ea non sunt vsi tempore in id sufficienti, contrauenientio ei in casibus occurrentibus, censetur eneruata quo ad illam.

Non obstat etiam secũdum argumẽtum: quia ad eneruandã legem per non vsum eius, non requiritur, quod subditi noluerint eam recipere per actus positiuos voluntatis, sed sufficit, quod non recipiant illã, & vsu eorum non fiat, per illa duo tam celebria iura.[a]

28 SEPTIMA QVAESTIO. An paria sint legem reuocari a legislatore, & eam a subditis non recipi? Rndeo, non esse quæstionem, & satis quotidianam, & videri resoluendam esse negatiuè. Tum quia legem esse latam, & promulgatã ea conditione, vt non liget nisi recipiatur, & nõ esse latam nec promulgatam, non sunt paria: casu enim priore extat lex, licet non donec recipiatur: posteriore verò non extat lex, nec recipi potest. sicut in simili non sunt paria, rescriptum esse ipso iure nullum,[b] & esse validum, sed elidibile per exceptionem,[c] illud enim etiam aduersario nõ opponente, & consentiente est inutile, iuxta gl. cõiter receptam,[d] hoc verò parte non opponente ualet, iuxta communem.[e] Tum quod lex iam lata, & promulgata nondũ reuocata, licet à principio non recipiatur à subditis, potest tm postea mutata volũtate recipi, quia substantia eius durat, reuocata verò minimè, nisi denuo feratur à legislatore: quia iam substantia eius perijt, & quod extinctum est, non potest reuiuiscere, nisi auctor potens illud denuo produceret.[f]

29 Ex quo sequitur primò, q̃ leges non ius inducentes Conc. Triden. licet nondum sint receptæ in aliquot terris, quibus notum est eas esse constitutas, nõ cẽsentur perijsse, nec reuocatæ quo ad illas, sed quadantenus suspensæ, simulac vniuersitates illarum eas recepe rint, vim ligandi habituræ. Secundo, legem, quæ nõ est recepta in aliqua terra ob ignorantiam eius, simulac habita eius scientia, recepta fuerit, perinde ligaturam eos, qui terram illam incolũt, ac si à principio fuisset recepta, quo ad actus prædictam scientiam, & receptionem consecuturos.

OCTAVA QVAESTIO, siue prima propositarum: Sint ne omnes obligandi in foro conscientiæ ad obseruãda decreta Conc. Trid. quæ ad mores & reformationem spectant, cũ apud eos nõ sint promulgata ab ordinarijs, nec Synodaliter i vniuersa prouincia recepta? Non quæritur aũt hic de ijs, quæ particularem promulgationem requirunt, vt decretum primum sess. 24.[g] sed de alijs. Ratio dubitandi est. Tum quia par omnium videtur ratio, cum omnia promulgari iubeat Conc. Tum quia si lex etiam promulgata, non tamen obseruatione firmata, non obligat secundũ Doctorum sententiam, minus videtur obligare, quę ab ordinario prælato neq; est recepta, neque promulgata, neq; obseruata. Tum quia videmus vniuersales leges diuersimode à diuersis Prouincijs obseruari, alias ẽt non omnino obseruari, vt est in ieiunijs, festis diebus, &c.

30 Respondeo primo, non videre me vllum Canonem in Conc. Trid. quo iubeantur omnia in eo constituta in omnibus prouincijs publicari, vt in propositione quæstionis dicitur, tametsi Pius IV. in confirmatione tam simplici verbo facta, quàm bullata, præcepisset, vt ab omnibus Christi fidelibus, tam præsulibus, quam alijs, recipiantur & obseruentur, & per alias literas declarasset, ea incepisse obligare a Kal. Maij 1564. & sub finem præfatæ cõfirmationis bullatæ insistet, vt literæ eæ, & quædã alia publicarentur in quatuor locis Vrbis. Sed aliud est iubere vt recipiantur, & obseruentur, aliud vt publicentur in dictis quatuor locis, quod illico factum fuit, & aliud vt constituta in Conc. publicarentur in illis, quod nunquam factum est, nec iussum vt fieret.

Secun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

31 Secundo dico, quod diuersa festorum & ieiuniorũ obseruantia in diuersis prouincijs parum facit ad hoc. Tum quia illa cõingere põt, q; diuersi prælati, & diuersa Concilia prouincialia diuersa festa & ieiunia indixerunt, vt possunt iuxta c. pronunciandũ, [a] ibi; [& illas festiuitates, quas Epi i suis episcopatibus cũ suo populo collaudauerint.] [b] Tum quia fieri potest, vt per contrariã consuetudinem seruata sint in alijs prouincijs, & in alijs non. [c]

32 Tertiò, q; huius quæstionis determinatio satis desiderat summam summi Pontificis sententiã. Tum quia interpretationẽ dubij contingentis Conc. Tridẽtini requirit, & illa per prædictas litteras confirmatorias illi reseruatur. Tũ quia glossa vltima, [d] dixit declarationem summi Pontificis requirere quæstionem illam de tempore, à quo incipit ligare noua constitutio.

Quartò, q; salua eius interpretatione, vt respondendum, id quod colligitur ex decisione quæstionum præmissarum, nempe q; constitutiones Concil. Trid. nouæ, siue quæ ius nouum induxerunt, nõ ligant Polonos in Polonia degentes, qui eas ignorant probabiliter, per primæ quæstionis resolutionẽ, neq; eos, qui eas sciunt, non quidem ea ratione, quòd illæ non sunt promulgatæ, sed ea, quod non sunt receptæ à principio, neque per decennium postea, per decisionẽ quæstionis quartæ, & quintæ.

NONA QVAESTIO, siue secunda. Idem quæritur de bullis Pontificũ, v.g. de pœnis in non recitantes officiũ, de confidentijs, de non habendo officio B. Mariæ Virginis lingua vernacula, de censibus, de cambijs. Item de bulla Cœnæ Domini, & de alijs, vtrum obligent omnes, etsi ab ordinario vel ignorẽtur, vel non promulgentur. Non obligare probantur primo, quia vt plurimum illi nesciunt ea authentica sciẽtia, sed tm vel ex auditu ab aduenis, vel quia chartam impressam viderũt. Secundo, quia Caietanus dicit & alij approbant, quòd si Papa illas non mittit Metropolitanis, &c. & illi vt subditi excusant: si mittit, & ipsi non promulgant, ipsi quidem rei sunt, subditi tamen excusantur.

33 Respondeo, quod bullæ Papæ publicatæ Romæ, ligant Polonos scientes eas esse Romę publicatas. Quod ẽt ipse Caiet. citatus in propositione quæstionis præsupponit, dum solos nescios excusat, vt dictum est in tertia & quarta quæstione. Itaq; ex defectu promulgationis non excusarentur, licet ex defectu receptionis excusari forte possent, iuxta d. quæst. quintam & sextam.

[Aduerte, quia dum rũsio restringitur ad dicta sup. q. 5. raro erit locus excusationi quo ad bullam Cœnæ, q̃ quotannis fertur. Et certè cũ processus Bullę feratur potius in modũ præcepti q̃ legis, & sententia excõicationis pluribus in locis feratur cõtra illos, de quibus Papa certo scit quod nolunt mãdata eius recipere, non põt dici illa ferri sub cõditionẽ si acceptetur, & cũ singulis annis renouetur & feratur, vix põt accommodari, quod dicitur de lege nõ recepta.]

DECIMA QVAESTIO. An peccantem cõtra bullam ex ignorantia, cõfessarius, qui eam scit, teneatur admonere, & instruere cũ non sit cõfessarij bullas promulgare, sed ordinarij: videtur enim melius nõ instruere, sed relinquere ignaros, cum idẽ in matrimonio prohibito, & in similibus casibus suadeant Doctores, maximè quod confitentes etiam docti ex eo vix emendentur.

34 Rũdeo, non teneri cõfessarium ad admonendum bullã, quã ille probabiliter ignorat: quia neq; peccat ignorãdo, neq; transgrediendo, iuxta responsa ad primã qõnem: pro qua responsione est textus in c. quia circa, [e] secundũ intellectũ Adriani, [f] quẽ latè defendimus, & explicamus alibi, [g] [vbi adijcimus hæc verba: Est igit in illo c. quia circa, casus, in quo, qui credit matrimoniũ inter alios nõ valere, cũ eis dissimulare põt, etiã si sit superior, & eis licere in bono statu viuere: imò & debet qñ scandalum ex cõtrario facto nasci speraretur. Cui cõsequens est ẽt confessariũ posse absoluere confitentẽ, quem videt ignorantia iuris humani probabili à peccato excusari, & pẽrtim si suspicaretur eũ veritatem monitum illã non amplexurum.]

VNDECIMA QVAESTIO. An teneatur quis de ijs alios docere, si illi docendi munus, siue sponte, siue ex officio incumbit, v. g. lecturus decensibus, an-

an teneatur bullę Pij V. facere mentionem, & secundũ illam determinare, vbi non est promulgata, nec recepta, & sic de alijs siue in præsenti, siue in futuro?

36 Colligi potest responsio ex responsis ad quintam, quod non tenetur docere legem, quę non ligat illos incolentes Prouinciam, in qua legit, sed si vult, potest, simul docendo rationem, qua eos ibi non ligat, quia nulla lege tenetur ad primum, nec prohibetur à secundo, & consequenter ita dicendum est. [a]

DVODECIMA QVAESTIO. Vtrum possint absolui, qui nolunt obedire his bullis, cum illis a confessario dicitur? Videntur enim non esse obligati confessario credere, sed suis prælatis, à quibus nihil horum audiunt. Et an sit salubre consilium tunc ad aliũ remittere pœnitentem, qui scilicet casum ignoret. Quod si alius confessarius nõ sit, an hic possit deponere conscientiam, & absoluere, cũ pœnitens nõ videatur esse obligatus ad credendum, vel si probabiliter credit quod illa sua admonitione nihil aliud efficiet, quàm quod illi odiosam apud monitos confessionem reddet, cõfitẽs aũt nõ emendabitur. Tunc etenim omnino videtur abstinendum, cùm & in matrimonio prohibito, & in alijs similibus casibus id suadeant Doctores.

37 Respondetur, q; cõfessarius potest absoluere confitentem tenentẽ opinionem, de qua dubitat ipse, si videt cõfessum niti auctoritate, vel ratione probabili, vt latè probauimus alibi [b] imò & si confessarius credat contrariã opinionem, cui ipse adhæret, esse verã, vt etiã latè probamus ibidem [c] & consequẽter cõfessarius (de quo in quæstione) potest confessum (de quo in eadem) cum ratione probabili niti arbitratur, absoluere: etiã si ipse contrariam credat esse veram.

DECIMA TERTIA QVAESTIO. Huc pertinent nominatim decreta Cõcilij, & bullæ, & residentia, de pluralitate beneficiorũ, & multis alijs similibus, quibus passim in illo regno & quidem valde cõiter contrauenitur, partim ex ignorãtia, cùm per multorum annorum vsus, & consuetudo obfirmata hoc permiserit, & hucusq; tenere videtur, partim ex eo, quod multi, quãuis non ignorẽt prohiberi renouatis decretis putãt tamen eatenus se in conscientia liberos, ac securos esse, quatenus in foro exteriori idipsum illis permittitur: cũ nõ modo illa superiorum suorum siue admonitione, siue mãdato, siue iuriũ antiquorum, & decretorũ recentiũ executione cohibeantur, verum ẽt vltro ab ipsis ordinarijs scientibus, & volentibus talia præmiorum, imò mercedis loco consequi soleant, vt in illis confirmẽtur, ac conseruentur. Proinde quæritur, num qui hæc vident, & norunt, teneantur in conscientia quamuis ad officium illorũ nõ pertineat (puta quod sint simplices sacerdotes, siue ẽt Doctores, aut cõcionatores, non tamen dignitates, officia, personatusque gerentes) tam publicè, quàm priuatim prælatos, & subditos cõmonefacere, conscientias conferentiũ, & acceptantium perstringendo, & obligando, atque pœnas in decretis & bullis contentas irrogãdo. Quorum in altero periculum inest animarum, quæ ob negligentiã pereunt: in altero periculum publici scandali, quod inde diuersimode exoriri possit commotis, turbatisq; Superioribus, & subditis, cum vtrique non nisi synodaliter receptis promulgatisque decretis reformari maximè circa inueteratas consuetudines debeant. [i]

38 Rãdeo, nil me posse rũdere apposi 8. artic. 19. tius, quam quod scripsi breuiter, sed ac & quolibet curate cõprehendendo multa paucis in 9. art. 19. Man. Conf. [d] in hæc verba, [Mortifere [k] Cap. vnio peccat, qui habet multa beneficia diuisa in titulum, quorum vnum suo statui cum venisdecenti sufficit, vel sine dispensatione, sent. de re- vel iusta cõsuetudine, iuxta glossam in stu. spol. c. gularem [e] receptam à Pan. & commu- eam te, de ni [f] & ab alijs, quos cito: & & probatur ata. & qua per cap. conquerente, [h] & sentit S. Tho lit. & c. exmas. Dixi, diuisa: quia secus si legitimè turpãdæ, §. vnita, aut annexa. [i] Dixi, in titulũ: quia qui vero. de licet habere vnum in titulum, & aliud prabend. ad tempus commendatũ ad sex menses l C. nemo, tantum, si est ecclesia parochialis. [k] de elec. li. 6

39 Dixi, ad ipsum de commendato m In ca. cũ in perpetuũ idem est dicendũ, quod de autem. 44. dato in titulũ iuxta Card. Alexãdrinũ [l] & Gomesiũ & citatos p eũ, & Maiorẽ, [m] qđ probaui i reg. de immusi: [n] excepto q; vacãs per mortẽ com firmis remẽdatarij, cẽsetur vacare eo modo quo sig. q. 13. vacabat tpe, quo fuit commendatũ, vt n In 4. dist. stylus Romanæ Curiæ hodiernus palã 24 q. 13. seruat.

a De consecra. dist. 3. b Et arg. c. concilij. de obseruat. ieiun. c c. illa 12. dist. & ca. vtinam 76. distinct.

d In data Sexti.

a Arg. cap. consuluisti. 2. q. 4. ca. 2. de trãslat. prælat. & eo rũ, quæ ad quæst. præcedentem refundimus.

b In d. c. si quis autẽ. à nu. 54. c a nu. 66.

d cap. 25. à nu. 125.

e In c. ducentas. dum. 2. de elect.

f Ibidem.

g In ca. ad hoc, de præbend.

h de cleric. nõ residen.

i Quolibet

k Cap. vnio

l In 4. dist.

m In reg. de immusi

n

seruat. Dixi, quorum vnũ sufficit, alioqui secus: nam quamuis Concilium Tridentinum [a] quod approbat tacitè præ-
a Sess. 24. cap. 17. de reform. dictam glossam statuerit, vt vnum tantum conferatur vni, quale & quantumcunque sit illud, adijcit tamen, quod si illud ei non sufficeret, liceat sibi aliud simplex sufficiens, dummodo vtrunque personalem residentiam non requirat, habere. Ex quo duo colligi possunt, scilicet, quem iustè tenere duo beneficia non requirentia residentiam personalem, quorum alterum nõ sufficiat, absq; vlla dispensatione: quæ ante hoc Con-
b In c. cum iãdudum, & c. extirpãdæ. §. qui verò, de præbend. cil. fuit communis opinio. [b]

40 Et quod Concilium non prohibet retentionem plurium ét requirentium residentiam personalẽ, per iustam dispẽsationẽ. Dixi, absq; dispensatione: quia non sufficit habere iustã causam ea obtinendi, attẽto solo iure naturæ, & diuino, sine dispensatione iuris positiui id
c In d. quo libet. 9. art. 15. prohibentis, iuxta S. Thom. [c] Dixi, aut consuetudine iusta: quia tantum (licet non plus) valeret illa, quantum dispẽ-
d Ibidem. satio, iuxta eundem [d] vtraq; enim posset iuri humano derogare, & neutra na-
e Cap. fi cũ tibi late not. de consuet. turali, vel diuino. [e] Porrò iusta causa tenendi plura attento iure naturali, & cõ sequenter dispensandi, & consuetudinẽ circa id inducendi est secundum eundẽ circunstantia eiusmodi quæ sufficiat ad tollendum deformitatem, quam multitudo beneficiorũ præsefert. Plura siquidẽ beneficia tenere, vt ait ille, nec adeo suapte natura est malum, vt per nullam circunstantiam iustificari possit, vt fornicatio, & alia id genus vitia, neq; adeo indifferens, vt sine aliqua circunstantia iustificari liceat, vt habere duo prædia,
f c. 23. n. 1. vel domos, vt supra [f] diximus. Talis aũt est circunstantia eius, cui attenta suæ personę qualitate non sufficit vnum beneficium ad honestè decenterq; viuendum. Talis item, tanta prudentia, sagacitas, & industria alicuius, vt speretur plus
g cap. cum iãdudum. sens. numer. 4. de præbend. eis, quibus præest, profuturus etiã abs. quã communiter alius præsens, & potius accipit propter vtilitatem beneficiorum, aut subditorum, q̃ propriam,
h ca. graue col. 2. ca. tit. iuxta Innocẽtium [g] receptum. Talis est etiã defectus aliorum idoneorum, iux-
i d. cap. de multa. ta Hostiensem [h] talis insuper notabilis animi virtus, nobilitas, & scientia, [i] quãuis hæc causa videatur includi ĩ prima: quoniam ideo cum nobili & graduato dispensari posse videtur, [k] quia eius honesta sustentatio pluribus, quam alte-
k Per de ma. ca. rius indiget, vt ibi diximus. Talis etiam
l In ca. visa fuit Cardinali [l] intentio tenentis gratia. plura beneficia non ad splendidiorem victum, vestitum, & famulatum, & alia eiusmodi, sed ad largius erogandum in pauperes, & opera pia, retento sibi tantum ad vitam decentem necessario, & adhibita vera intentionis executione.

DECIMAQVARTA QVAESTIO. Quo procedẽdum sit cum ijs, qui post abrenunciatam hæresim reconciliationemq; cum Ecclesia factam, ad beneficia Ecclesiastica, & ordines admittũtur, imò verò etiam inuitantur ab ipsis Episcopis, cum in talibus tã in admissione, quã consequẽter in executione officij sacerdotalis, subsit, & multiplicetur irregularitas, interdũ verò etiã incurratur excommunicatio. Illi enim excusari vidẽtur, quod irregularitatem nesciãt, & omnia ab Episcopis legitimè fieri pũsumant, tantoq; magis, cũ ab illis ipsis inuitãtur. Quod si qui irregularitatem sciunt, vel ob metum, & verecundiam, vel ob inopiam, vel ob itinerum longitudinem, vel difficultatẽ ad rehabilitationẽ, vel ad absolutionem ab irregularitate petendam à S. Apostolica venire nõ possunt: Episcopi verò altera ex parte in ea hucusq; plerique sunt opinione, vt existiment reconciliationẽ publicam illis ad vtrunque sufficere, quod ipsum non rationibus, & auctoritate canonum, sed consuetudine recepta, euidenter; fidei Catholicæ vtilitate, quæ exinde speratur, metiuntur: Quid igit sit faciendũ cũ istiusmodi tam promotoribus, quam promotis, siue antequã admittantur, siue postquam multo iam tẽpore admissi in officio sacerdotali fuerint. Et vtrum necessaria sit omnino rehabilitatio Pontificis. Item an cõmissio generalis pro rehabilitandis, à Põtifice dari ordinarijs, in illis partibus, aut obtineri possit tantò diligentius resolutio petitur, quantò illic hoc accidit frequenter; quinimmo tanti ea res est momenti, vt qui ex nobilitate, doctrina, vel singularibus dotibus animi in clero, & præsentãtur, & ad dignitates etiam maximas

ximas vocãtur, ex eorum vt plurimum numero esse soleant.

41 Respondeo primò, certum esse lapsum in hæresim, vel schisma posse recõciliari Ecclesiæ. [a] Secundò, q̃ iura, quæ
a Ca. aut cõstituerentur, verant Episcopis restituere aliquos lacumaliquot ps̃os, in aliquot casibus videntur esse le preced. & ges humanæ, vt satis colligitur ex cap. si. q. 5. c. dist. lapsis. [b] Cum ergo iura humana tolli
g in summa etur. possint consuetudine cõtraria præscripta, [c] consequitur quod in terris, in qui
b & ca. mibus habetur consuetudo præscripta, vt ror, cũ suis lapsi ẽt ob hæresim, vel schisma recõci-hab. dist. liẽtur per Eps, poterunt reconciliari & c. de lap per eos, nõ obstãtibus iuribus antiquio fer. 16. q. 6. ribus illa consuetudine. Pro quo facit, c. cap. fi. de q̃ licet excõicatio ob hæresim videatur consuet. & omnium ipso iure latarum antiquissi-lx. C. quæ ma, [d] fuit tẽ tempus, in quo hæreticus stilong. con non erat excommunicatus ipso iure, & suetu. excõicatio ob hæresim lata, olim non
d Vncta ca. erat reseruata Papæ, vt diximus in Ma-Adhæremus. 24. q. 1. nu. [e] Tertio, quod non obstat his innouatio canonum præcedentium facta in
e Cap. 27. n. 52. & in rep. cap. sta Concilijs, si ea non fuit recepta, per responsa ad quintam quæstionem.

42 Quarto, quod si in illis terris, in
quorũdam de Iudæis. not. ob. 11. nu. 4. quibus proposita in quæstione, siũt canones noui vel bullæ denegãtes facultatem reconciliandi Epis, fuerunt recepti & non sunt legitimè per consuetudinẽ abrogati, necessario seruãdi sunt, & qui
f cap. 27. nu. 46. incurrerunt in excõicationes, & irregularitates reseruatas Papæ, ab eo, vel eius Legato, vel ad id delegato absoluendi sunt, non obstante difficultate, & itineris longitudine, quamuis ob impedimẽtum veniendi absolui possunt ab excommunicatione iuxta notata in Manual. [f] Quinto, quod an prædictis canonibus, & bullis in illis terris sit derogatum, & an sint recepti, nec ne, legitime definiri non potest, nisi narratis illis, quæ ad id sunt necessaria. sed applicando respõsa ad q. 5. 6. & 7. poterit responderi eis ab eo, cui necessaria facti narrata fuerint.

DECIMAQVINTA QVAESTIO. Possit ne dare aliquis parœciam absenti, aliquoties tamen etiam in anno, puta ad principalia festa visitanti, & vicarium idoneum habenti, quem certo scit plus profuturum propter auctoritatẽ, quam alium, præsentem carentem hac auctoritate, præsertim ob generis nobilitatem, & amicorum frequentiã, quorum aspectu prouentus ecclesiastici, & libertates securius, citiusque conseruãtur, & ab hæreticorum violentijs, vel deceptionibus defenduntur, cum in contrarium videatur esse Conc. Trid. ex altera vero parte est vtilitas Ecclesiæ, maximè si nemo inueniatur, qui parœciam accepter, & inter rusticos quasi in perpetuo exilio habitet, nisi vel ipse vicarius, vel illi similis, qui facile à potentioribus opprimetur, & perdet fructus & decimas. Et vtrum in hoc possit Episcopus, vel saltem Metropolitanus dispensare, præsertim cum viget, vel paucitas sacerdotum, vel periculum, ne ab hæreticis, aut quibusuis alijs occupetur, & desoletur. Videtur enim posse secundũ Concil. Trident. [g] *g Sess. 23.*

43 Respondeo primò, quod prædictũ *de reform.* Conc. Trid. videtur declarasse [h] beneficiarium beneficij curam animarum ha-
h In c. 1. de bentis iure diuino residere debere in illo, cui consequens est, neminem excusa-
reform. sess. ri à residentia, nisi iusta de causa, & eo
23. modo quo dicitur ibidem. [i] Secundo,
i In d. c. 1. quod hoc non est inuentum Concilij *& in ca. 1.* Trid. idem enim iuris fuisse ante illud, *de reform.* communis sententia habet: vnde Fely [k]
sess. 6. nus dixit post alios, non posse induci
k In c. cum consuetudine, vt quis non resideat in
oẽs, de cõst. beneficio curato: quod nulla ratione
nu. 33. alia defendi potest, quam quia iure naturali, vel diuino residendum est in illo. Tertio, quod huic est cõsequens, seruandum esse hoc etiam in terris, in quibus Concilium Tridentinum non seruatur, nec debet seruari: [l] *l Arg. prin. 5. dist. et §.*

44 Quarto, q̃ cum causa sit iusta non *ius na-* residendi, arbitrio iudicis definiendum
tur. ale. In- sit, [m] poterit huiusmodi beneficiarius
stit. de iur. natu. gent. & ciuil. m arg. l. 1. ff. de tur. de lib. & c. de causis, de offic. deleg. tempore, qua, & quanto videbitur Epi scopo rectam rationem in arbitrando secuto, visis circunstantijs personæ, loci, temporis, & alijs, nec erit opus scripta licentia in eis regnis, in quibus non dum seruatur Concilium Tridentinũ, quia nec iure diuino, nec aliquo humano anteriori ea requiritur.

DECIMASEXTA. An in Concilio Tridentino [n] ipso iure sit suspẽsus is, qui absq; patrimonio ordinatur, vel
n Sess. 21. ca. 2. de reform. habens quidem beneficium, sed insuffi-

ciens,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciens,& quàs pœnàs innouet Conciliũ, E quãdo in prædicto cap.dicit, [Antiquorum pœnas super his innouando?]

45 Ad hãc quæstionem, quæ satis difficilis est,& fuit aliquando controuersa in sacro Pœnitentiariæ prætorio,respõdeo primò, quod ordinatus ordine sacro absolutè,i. sine titulo beneficij, vel patrimonij, est suspensus, ẽm canones antiquos.[a] Secũdò, quod illa pœna mutata fuit ab Innocentio III.[b] in pœnam ordinantis,qua cogitur alere ordinatũ. Tertiò, q̃ illa mutatio vr restringenda ad ordinatum,qui bona fide, ab Episco po sciente,vel debente scire eũ non habere quo se aleret,fecit se ordinari,non F aũt videtur comprehendere illum, qui per mendacia & fraudem,fingẽdo titulum,decepit Episcopum.Tum quia dolus & fraus nemini patrocinari debẽt.[c] Tum quia alioquí ordinans sine culpa punireturr, & ordinatus cũ culpa à pœna esset immunis.[d] Tum per capit. per tuas,3.q.[e]quatenus habet, eũ qui ordinatur ad titulum patrimonij quæsitum cum pacto de restituendo illud post ordinationem, esse suspensum, donec dispensetur cum eo. Quartò,quòd renouatio pœnarum in absolutè ordinatum, G quam induxit[f] Concilium Tridentinũ, intelligi videtur de pœna prædictorum [g] canonum, [g] &[h]quæ sublata fuit per mu tationem prædictam.[i]

[Aduerte, quòd sacra Congregatio censuit innouatam tantum pœnam d.c. cum secundum,vt dictum est consil.14. de temp.ord.& etiam consil.47.]

DECIMASEPTIMA QVAESTIO.

[k] Sess. 25. 15. de ref. Cum Concil. Triden.[k] prohibet illegitimos filios clericorum in Ecclesijs, in quibus illorum parentes beneficiũ aliquod habuerint,vel habent;etiam quo quo modo ministrare, an prohibeat hu H jusmodi illegitimos in prædictis Eccle-

l. Arg. rub. de cler. non ord. ministr. & gloss. in verb. offic. sijs etiam sacrum facere,vel per accidẽs epistã,aut euangelium, vel etiam sacrum cantare solemni ritu, denique sacristæ, vel cantoris officio fungi?

46 Respõdeo, quod huiusmodi filius cle. 1. de re gula & ca. perlectis. illegitimus non pôt subdiaconatus, vel diaconatus officio fungi,neq; sacrisfãm, vel cantorẽ agere in tali ecclesia: quia 25. dist. ab initio. negari non potest,eũ,faciendo illa, mi[l] nistrare aliquo modo in illa.[l] Maioris aũt quæstionis videtur : an liceat eí pri uatim interdum,tanquam extero & peregrino,ministrare, ita quod non videatur Ecclesiæ inseruire. Arbitror aũt negatiuam partẽ esse ueriorem, quia licet non videatur tam ministrare Ecclesiæ, quam suæ consolationi consulere,negari tamen nõ pôt eum ministrare aliquo modo in illa Ecclesia in altaris ministerio.Et constat rationem sugãdi memoriam incontinentiæ paternæ attingere aliqua ex parte celebrationẽ illam priuatam,& ratio legis est anima legis,vt ait Dynus[m] pro quo est c.Marcion.[n]

DECIMAOCTAVA QVAESTIO.

Si de facto sacerdotis filius beneficium habeat Ecclesiasticum in Ecclesia,in qua eius pater quondam aliud beneficium habuerit, an sit ipso iure prinatus,vel priuandus?

47 Rñdeo, quòd beneficium quod filius habebat ante Concilium,non vacauit ipso iure,donec laberetur trimestre datum ad permutandũ pro altero alterius Ecclesiæ. Si autem illud post Concilium quæsuit,nil cõsecutus fuit in illo, quia est factus inhabilis ad illud [o] in illis verbis,[non liceat,&c.] & adiunctis illis alijs,[qd si in præsenti,&c.] & collatio beneficij facta inhabili nõ valet.[p]

DECIMANONA QVAESTIO.

Cũ aliquis duo habet impedimenta essentialia, quorum alterum sit publicũ, alterum secretum ; vt si contraxerit cũ consanguinea in quarto gradu,cuius sororem carnaliter prius cognouerat,an satis sit impetrare gratiam à Pontifice impediméti publici consanguinitatis, nõ narrãdo alterũ impedimentũ occultum,& postea impetrare gratiã ab aliquo,q̃ eã cõcedere possit pro occulto.

48 Et q̃ pro parte negatiua facit in primis,quod tacicurnitas eius, quod ex pretium redderet principem difficiliorẽ ad gratiam concedendam ; reddit eam [q] nullã,[q] & videtur quod Papa difficilius concessisset dispensationem, si nouisset aliud impedimentum. Secũdò,quòd in cessus impedit matrimonium contrahẽdum.[r] Tertiò,quòd remissio pœnæ homicidij est nulla,mentione nõ facta remissionis alterius similis,secũdum Guielielmum de Cugnano[s] a Baldo, & alijs communiter ibi, & alibi receptum,

[a] In c. super literis. de rescr. [b] Vbi supr. [c] Arg. c. cõsuluisti. 2. 9.4. & c.2. de transla. prælat. [d] Ca. super literis.de rescript. l.etsi legib. C. [e] Cel vul. publicã. quæ est.§.subic. dicenti.25. 9.2.

Propter quod dixit Andr. Siculus[a] relatus à Fely. [b] vidisse decapitari vnum homicidam,non obstante remissione secũdi homicidij impetrata, non facta mentione de priori, & non alia ratione, q̃ quia difficilius princeps remisisset ẽm, si meminisset remissionem prioris.

49 Non obstantibus tñ his,pars affirmatiua est verior. Primò quidẽ, q̃ nullo iure canonico, vel Cæsareo cauetur, q̃ in impetratione dispensationis super vno impedimẽto matrimonij debeat fieri mẽtio de alijs,ad hoc vt valeat dispẽsatio quo ad impedimentum, ad q̃ illã impetratur:& nõ est inducenda obligatio iuris sine iure ad id obligante.[c]

50 Secundò, q̃ licet omnis expressio falsi, qua mouetur princeps ad facilius concedendam gratiam,faciat eam subreptitiam,& ipso iure nullam,[d] non tñ omnis taciturnitas veri,cuius expressio retraxisset principem ad non tam facile concedendum, reddit gratiam nullã, sed solum illa, qua tacetur verũ, quod iura iubent exprimi in tali impetratione:quæ est resolutio Rotæ[e] & Aegidij,[f] & Fely.[g] Et relata à nobis in Minu. cons.[h] pro qua facit glossa recepta[i] quatenus habet,in impetratione beneficij, facien dam quidem esse mentionem de beneficio habito,sed non de cura, vel ordine primo illi beneficio annexo,licet mẽtio illorũ difficiliorẽ redderet principẽ ad cõcedendũ:quia id nullo iure præcipit.

51 Facit etiam, q̃ valet collatio beneficij facta criminoso, crimine non inducente irregularitatem & inhabilitatem ad beneficium, non facta mentione de illo crimine, licet expressio illius difficiliorem redderet principem ad conferendum ; vt sentit Innoc.[k] & resoluit Felynus post alios.[l]

52 Tertiò,q̃ valet impetratio absolutionis ab una excõicatione, non facta mentione de alia, ẽm glossam 1. communiter receptam.[m] Quarto,q̃ passim contingit in Curia impetrari dispensationem super vno impedimento matrimonij, non facta mentione de alio,& postea impetratur dispensatio super alio, quorũ vtraq; iudicatur valida. Quintò, q̃ incestus magna ex parte sunt occulti cognatio aũt magna ex parte publica, & si in impetratione impediméti cogna

[e] De rescr. 51. i nouis. [f] Dec. 698. [g] In cap. postulasti. de rescr. col. 4. [h] Cap. 22. nu. 86. [i] In clem. 1. de præben. i uerbo uel alteri. [k] In c. proposuit. de cõcess. præb. in uerb. excommunicatione. [l] In cap. 2. nu. 4. de rescript. [m] In ca. ex parte. de officio ordin.

A tionis exprimendus esset incestus, coge retur impetrans infamare se,& frequenter alium prodere contra ius naturale, quo vetamur nos,& alios prodere.[n]

[n] Cap. quis aliquando.

Ad primum autem oppositorum respondet ẽm fundamentum. Ad ẽm verò §. nõ tibi dis respondetur concedendo, quod omnis incestus ẽm aliquos impedit quidẽ matrimonium contrahendum,non tñ dirimit contractum inter ipsosmet incestũ committentes, & minus quo ad alios, quo ad quos non gignitur ex eo affinitas,concedendo item,qđ expressio eius aliqñ difficiliorẽ redderet principẽ ad B concedendũ : sed negando, quod ex eo sequatur dispensationem esse nullam : quia non tacetur verum,quod iubeatur exprimi, & quod sit necessario exprimendum,per fundamentum secundũ.

53 Ad tertiũ uerò respondeo nouissime,& uerissimè, & licet à nemine quod sciam fuerit satis ei respõsum,concedẽdo quidem illud dictũ Gulielmi,negando tñ,quod id eueniat ex eo solo,quod tacetur verum, quo expresso difficilius remisisset princeps secũdum, sed etiam eo quod tacetur verũ,quod per illã l.3. deberet exprimi in secunda impetratio C ne veniæ.Nam prædict. l.3. statuens ne crimina iterata remissionẽ habeãt,significat necessariã esse expressionẽ remissionis criminis semel admissi, vt valeat remissio iterũ admissi,quod à nemine, quem viderim,vidi animaduersum. In quæstione autem proposita non agitur de remissione criminis, & minus de remissione criminis iterati,imò nec de relaxatione impedimenti iterati. Quæ solutio confirmatur euidenter, eo q̃ nemo negat impetrationem veniæ homicidij valere non facta mentione de impetratione veniæ incestus,adulterij, furti,rapinæ, aut alterius criminis separatim,& dissimilis prius obtentæ.

VIGESIMA QVAESTIO. Quo modo procedendum sit confessarijs circa absolutionem Eorum, vel aliorũ dignitates & personatus gerentiũ,in ijs casibus, qui expresè in decretis Concilij Trid. & bullis continentur, siue ad eorum propriam spectent personã, quod contraria committunt, & debita omittunt, siue ad reformationem aliorum, quod scientes, & valentes corrigere er-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rātes,eos reformare respectibus humanis negligant, de quibus illi non cōfitētur,& cōfessor inquirere tenetur,maximè si publicè obaudiunt apud vulgus: vel si confitent,ob non publicationem ad pœnas se putant non obligari,cum si confessarius pro cōscientia sua illū, vel nō absoluat,vel de suspensione,aut alia pœna admoneat, publicum scandalū,& multa inconuenientia exoriri possent.

54 Respondeo,q confessarius nō pōt negare confesso absolutionem,ob peccata,quæ sibi non est confessus,neq; tenetur interrogare confitentem, nisi qñ probabiliter credit eum per obliuionē, vel ecūdiam,vel aliam iniustam causam taciturum aliquid,qđ de necessitate est confitendum,vt dicimus alibi, [a] & ita confessarius non tenetur interrogare Epos, vel alios habentes dignitates, si putat eos ideo non se accusare de retētione illorum beneficiorum, quia credunt se iusta dispēsatione, vel ratione, aut auctoritate probabili à peccato excusari: qm̄ per responsionem ad quæstionem 12. pōt confessarius absoluere confessum nitentem opinione contraria ei, quam ipse hēt. Si aūt se accusarent de tali retentione, vel peterent cōsilium, teneretur eis dicere,qđ sentit: & si absq; vlla ratione vel opinione cōtraria nolunt ei obedire, pōt denegare absolutionem, sed non debet dicere,se illam denegasse,ēt si peterent ab eo tāquam à suo parocho communionem, nisi illud, à quo noluit desistere, esset notoriè peccatum mortiferum: tunc enim posset illam denegare, nō quidem dicendo, q denegauit absolutionem; sed quia est necesse discedere à statu peccati notorij, etiam post confessionē, & absolutionem, quò possint communicare,iuxta ea quę diximus in Manua. confess. [b] post Bonauenturam, Paludanum,& alios ibi citatos.

a In c.1.§. diligens,de pœnit.dist.6.

b C.21.nu.

55. VIGESIMA PRIMA. Similiter quæritur,an sint absoluendi,aut quibus conditionibus regij consiliarij, & iudices,qui Romani Pontificis diplomata, seu bullas supprimunt, aut prohibent publicandas, vt bullam Cœnæ Domini, vel alias quascunq; tàm generales, quàm particulares,aut speciales?

55 Respondeo quęstionem esse generaliter propositam,non facta mentione de priuilegio, quod prætendūt habere, nec de modo, vel causa,& fine,quo,vel ob quem id faciūt: & indigere videtur decisione Papali, & vtinam illa sufficeret. Memini me aliqñ denegasse absolutionem cuidam mihi confesso, donec proposuisset firmiter, se nūquam id amplius facturum, cōsuluisse item aliquibus cōfessarijs,vt idem in similibus casibus facerent,iuxta ea, quæ magis inuno,quam explico in Manuali confes. [c] *c C.27.nu.*

VIGESIMA SECVNDA. An ga 69. bellarum, & pedagiorum exactores, q indifferēter prædicta exigunt à clericis, & religiosis commissione suorum domi notum,vel propria auctoritate,quocūque prætextu probabili,vel necessario, non habendo ad eam rem priuilegiū à Sede Apostolica,vel principe proprio, nisi deprauatam consuetudinem, scientes excommunicationes,vel non scientes,sint excommunicati,necne?

56 Respōdeo esse excommunicatos, nisi probabilis ignorantia eos excusaret,iuxta responsa ad primam quæstionem. [d] *d per c.quā*

VIGESIMA TERTIA. An qui gabellas,& alios reditus Iudæis, Paganis,vel schismaticis exigendas committunt,item locant,aut cum ijsdem societates mercimoniorum,& aliorum commodorum contrahunt,pro excommunicatis censeri debeant: & qūo absoluendi, si confiteantur, & mutare consuetudinem inueteratam non proponant,& si nunc confiteantur,quomodo cum illis agendum sit in locis,vbi municipalia statuta id permittūt, vel saltem non prohibent in foro ciuili, & Ecclesiastica iurisdictio suspensa est? *quā, de sab.lib.6.& clem. pen. eo.tit. & ad nol. in l.fi.C.eo. tit.*

57 Respondeo primò,q iure communi non prohibentur Christiani locare Iudæis reditus,& gabellas,imò permittitur [e] modo Rex; vel dominus terræ deputet aliquem fidum Christianum ad exigendum illas,& non permittat,vt ipse Iudæus per se, vel alium deputatū à se,exigat,vt ibidem exprimitur,& Panormitanus,& Anania declarant. *e In ca. sp. ciali, & Iudæus.*

Secundò, q nec Christiani vetantur exercere regulariter mercimonia cum Iudęis,vt expresè dicit Panormitan. per illum textum, argumentum à spe- *f In c. miserabilis de Iudæis.*

ciali sumptō ex eo,q prohibet id eis in certo casu: quod ipsum probat alibi [a] & idem dicendum est de Paganis, & ét de Sarracenis; exceptis armis, & alijs quæ prohibentur deferri ad eos. [b] *a In c. cum sit nimis eo. tit.* *b In ca. ita quorūdam, de Iudæis.*

58 Tertiò, q de schismaticis idem est dicendum,quod de hæreticis,de quibus in quæstione sequenti agitur, videlicet quod si sunt denunciati excommunicati,non potest Catholicus commercium habere cum illis, neque contrahere licitè, [c] adiuncta extrauag. [ad euitanda.] relata,& declarata à nobis in Manua. confess. [d] *c C.cū excitato, & aliqs multis, 11.q.3. d C.27.nu. 35.*

Quartò, q uidetur posse dici, licere Christianis contrahere, & commercium habere cum schismaticis, & hæreticis, qui non sunt denunciati excommunicati, licet sint notoriè hæretici, & consequenter notoriè excommunicati, per dicenda ad quæstionem sequentem.

59 Quintò, q vetatur Christianis nimia familiaritas cum infidelibus, de q- bus in cap. nullus. [e] *e Et in cap. omnes, 28. q.1.& in c. cum sit nimis,et in c. fina.de Iudæis, & in l. nemo. & in l.fi.C.eo. tit.*

Sextò, q ex his infertur modus, quo Catholicus se debeat habere cum prædictis infidelibus,& in absoluendo communicantes cum eis.

VIGESIMA QVARTA. Idem quæritur de hæreticis, quorum plena sunt omnia, cum quibus tam Ecclesiasticis, quam sæcularibus personis quotidiana intercedunt commercia,& conuersationes, coniūguntur matrimonia, & omnis generis interueniūt cōtractus, atque Catholicos multis in locis cōtingit illis esse subiectos: quo modo Catholicorum piorum cōsciētię hac parte assecurādæ sint, maxime vbi nulla alia de hæreticis accessit declaratio, nullū nominatim p Episcopos decretum, sed saltem illi nomine hęreticorum cēsentur,qui sua spōte ab Ecclesia se separāt, & cum Catholicis in rebus spiritualibus, & in communione sacramētorum nō communicāt. Videntur enim antiquorum canones, & Conciliorum decreta etiam hac parte multos in bonis conscientijs scrupulos injicere, & excommunicationis metum incutere.

Respōdeo, nullam mihi occurrere rationem defendēdi communicationem Catholicorum cum hęreticis, & schismaticis notorijs ætatis nostrę: qa omnes sunt excommunicati per cap. excommunicamus, [f] & per bullam Cę. næ Domini, de qua in dicto Manuali [g] præter illam, quam nouè posui [h] in hęc verba. *f De hæret. g C.27.nu. h In d.c.27 nu.35.*

60 Nota tertio,quòd hæc extrauagās nihil prodest quo ad excommunicatos manifestos,qui nullo modo possunt occultari: quod cōsequi videtur,peccare omnes Catholicos Galliæ, & Germaniæ, qui Lutheranis manifestis, imò & palam confitentibus se tales, communicāt. Tum quia manifesti excommunicati propter hæresim notoriam per bullam Cęnæ,de qua infra. Tum quia non vt prodesse dicere,q finis prędictę extrauagātis ad euitāda, restringendus est ad excommunicatum ob percussionem clerici notorie iniustam, vt habet tenor relatus à Felyno,& Antonino, & à nobis, [i] quia vel illa restrictio nō fuit posita, vel postea fuit sublata in dicto Cōcilio Lateranēsi, & in dictis cōcordatis. Sed quia durum est damnare gērem in qua sunt tot viri eruditissimi,pietissimi & Academię celeberrimę Parisiēsis Tholosana, & Louaniēsis,probabiliter dici potest prędictam extrauagātem esse vsu receptam cum sola illa limitatione de excommunicatione manifesta percussionis clerici,iuxta tenorē antiquæ, vel quod multitudo hęreticorum,& necessitas communicandi, & negotiādi facit licitum,quod alias non esset. [k] *i In d.c.27 nu.57.* *k Iuxta regulā, quod non est licitum,de regulis iuris.*

VIGESIMA QVINTA. Item quęritur de schismaticis,quomodo sint à Catholica Ecclesia recipiendi?

61 Respondeo,vt respōdi ad præcedē tem,s. idem esse dicendum de schismaticis,quod de hæreticis, quorum vtriq; sunt excommunicati per prædictā bullam Cœnæ Domini: & ita nō possunt reconciliari, nisi per habētem auctoritatem absoluēdi eos à cēsura, neque ab illo,antequam abiurēt suum schisma,si est tale quod implicat hæresim, quale autem sit tale, & quod non, declarauimus [l] in hæc verba.

62 [Hic significatur hęresim differre à schismate,& hęreticum à schismatico, & rectè quidem, vt colligitur ex cap. schisma, [m] & Thoma [n] loquēte in hæc verba. Hæresis,& schisma distinguūtur secundum ea, quibus vtrunque per se, *l In d.c.27 nu.57.* *m 24.q.1.* *n 2.2.q.39 art.1.ad 3.*

& directè opponitur. Nam hæresis per se opponitur fidei, schisma autem per se opponitur vnitati Ecclesiasticæ caritatis: & ideo sicut fides, & caritas sunt diuersæ virtutes, quamuis quicũque caret fide, careat caritate, ita etiam schisma, & hæresis sunt diuersa vitia: quãuis quicũque est hæreticus sit etiam schismaticus, sed nõ cõuertitur, & hoc est, q. *a In epist. ad Galat.* Hieronymus dicit. [a] Inter schisma, & hæresim hoc interesse arbitror, qđ hæresis peruersum dogma habet, schisma ab Ecclesia saparat. Hæc ille, ex quibus colligas, quod schisma generatim sumptum est peccatum, quo quis se separat ab vnitate Ecclesiæ nolendo subesse ei, vel membris eius, quatenus sunt eius, licet credat esse vnam Ecclesiam, & vnũ Vicarium supremum.

VIGESIMASEXTA. An fœminæ Catholicæ liceat nubere viro schismatico, qui illam permittit viuere secundum cæremonias, & ritus Romanæ Ecclesiæ, filios tamen ex illa susceptos, vel omnes, vel aliquos, prout inter illos, quod ante cõtractum matrimonij facere mutuo solẽt, cõuenerit, vel sibi masculam, illi fœmineam prolem educandam suo ritu, aut è contra deputando, baptizat in templo Græcorum, vel Armeniorum, educãdos qúe tradit præceptoribus schismaticis? & contra viro Catholico num liceat ducere vxorem schismaticam fœminam, & permittere baptizari filios in Ecclesijs Græcorum? Communiter enim inter se faciunt pacta, vt si masculus nascatur, baptizetur in ea fide, cuius est suus pater, si fœmella, in matris fide.

63 Respondeo, q. non licet Catholico cõtrahere matrimonium cum schismatica, vel hæretica, neque Catholicæ cum schismatico, vel hæretico, [b] quam huius matrimonium contractum valeat, vt post alios diximus in dicto Manua. [c] Pacta vero illa in quæstione proposita non valent: quia sunt turpia, quæ non valent. [d]

b Ca. caue. & seq. 28. q. 1.
c Cap. 22. à nu. 48.
d l. iuris gẽ tiũ. §. prætor ait. ff. de pac. & l. ge neraliter ff. de verb. obl. & c. fin. de cõsd. appos.

VIGESIMASEPTIMA. An filij schismaticorum possint admitti ad scholas Catholicorum, & conuersari cum pueris Catholicis, de quibus dubitatur, aut parua admodum spes est conuersionis?

64 Respondeo, q. tenendo considerationem prædictam, per quam diximus posse Catholicos conuersari cum hæreticis non denunciatis pro excommunicatis in mercimonijs, in quibus nõ agitur de vlla conuersione illorum, à fortiori dicendum est licere communicare cum scholasticis sponte venientibus ad scholas Catholicorum, quod est via, & gradus aptus ad eorum cõuersionem. [e] Quamuis contra non liceat Christianis scholasticis adire scholas hæreticorum.

e Arg. auth. multo ma- gis. C. de ss. eccles. & eccles.

VIGESIMAOCTAVA. Rudis et crassa plebecula, & vulgus schismaticorum offerens sua vota secundum antiquas patriæ consuetudines, dum apud Catholicos celebrantur festa principalia Domini Saluatoris nostri. Beatissimæ Virginis Mariæ, & aliorum Sanctorum, & quando fiunt dedicationes, an illud vulgus, interdum verò etiam & magnæ dignitatis viri (qui item non minori zelo lubenter templa, ac festiuitates Catholicorum frequentant) arcendi sint à Catholicis templis, cum oblatis largissimis muneribus pro sua & suorum salute audiunt sacra, cõciones, cæteriſque cum deuotione intersunt cæremonijs, nulla tamẽ ratione à schismate se abduci permittunt, aut ad sanam Catholicæ fidei doctrinam reduci possunt?

65 Respondeo eius decisionem pẽdere à rñsione decisionis quæstionis 24. & tenendo, qđ non tenemur vitare hæreticos notorios nõdum pro excommunicatis denunciatos, respondendum est licere prædictas oblationes accipere, & offerentes ad sacras conciones, & alia officia sacra, quib. voluerint interesse, admittere, & maiori ratione quam ad mercimonia, cũ remissio illa ad sacra, gradus quidam sit, & mediũ ad persuadẽdum eis cõuersionem, & fidẽ Catholicam, vt dictum est ad qõnem præcedentem: & in his quæ pertinẽt ad salutem animæ, etiam cum excommunicatis denunciatis possumus colloqui. [f]

f C. cum tu luntate de sent. excõ.

VIGESIMANONA. Item quæritur, an viro Catholico liceat leuare de sacro fonte sacro eum, qui ritu Græcorũ baptizatur, vel schismaticum admittere in patrinum, quando nostri infantes ritu Romano sacrũ suscipiunt baptisma?

Respon-

66 Respondeo primò, licere Catholico leuare de sacro fonte baptizatum more Græcorum in eis terris, in quibus licitum est illo modo baptizare, in alijs autem non; quia illud esset peccanti opem ferre, & consentire, quod est peccatum. [a] Secundò, quòd licet non baptizatus non posſit esset patrinus, neq; contrahere cognationem spiritualem, vt probat S. Thomas [b] hæreticus tamen vel schismaticus baptizatus contrahit illam, si fuerit patrinus, secundũ Syluestrum [c] & Sotum. [d]

a Ad Rom. 1. & c. 1. de off. deleg.
b In 4. dist. 42. q. 1. art. 2.
c Verb. matrimonium. 8. q. 7. ver. 12.
d In eod. 4. dist. ead.

67 Tertiò, quòd licet teneamus Catholicos posse communicare hæreticis, & schismaticis notorijs, si non fuerint denunciati excommunicati, & vitandi per responsum ad 24. siue 7. quæst. non tamen videtur licere admittere eos in patrinos: quia id esset cooperari eis ad peccatum, [e] non enim licet eis esse patrinos, quamuis contrahant cognationem spiritualem, si admissi fuerint: sicut etiam, quamuis valeat matrimoniũ contractum inter hæreticum, & Catholicam, peccant tamen contrahendo illud, secundum S. Thom. communiter receptum [f] quod ipsum etiam nos diximus in Manuali. [g]

e Cõtra di. c. 1. ad Ro. 1. & c. 1. de off. deleg.
f In 4. dist. 39. q. 1. art. 1. ad 5.
g Ca. 22. à nu. 48.

TRIGESIMA QVAESTIO. An Catholici sacerdotes in locis, vbi non promulgantur bullæ (scientes tamen vel opinantes de pœna excommunicationis) possint ingredi templa Græcorum, vel Armenorũ, & interesse Missis illorum, & reliquis cæremonijs, non quidem vt eas approbent, aut sequantur, sed aut ex necessitate, cum alia tẽpla desunt, aut quando studiosè, vt deprehensis eorum erroribus, ac superstitionibus, verius, ac liberius eos reprehendere, & ad sanum dogma Catholicum reducere valeant. Idem quæritur de conuersatione cum eisdem Ruthenis, Armenis, &c. quid sentiendum? de qua & paulo superi? facta est mẽtio.

68 Respondeo primò, quòd hęc quæstio præsupponit vnum, & quærit aliud, Præsupponit enim Armenos, & Græcos esse annumerandos hæreticis: qđ tamen non videtur constare, cum appareat ex decreto Eugenij Papæ in Cõcilio Florentino dictato, eos dedisse obedientiam Romano Pontifici, & fidem Catholicam de Spiritu sancto suscepisse, & in Cõcilio generali, cui præfuit Innocentius III. dicatur Græcos redijsse ad obedientiam Ecclesiæ Romanæ, vt habetur in cap. licet. [h] Secundò, quòd præsuppposito, quod aliqui eorum sint hæretici, cauendum est ab alijs hæreticis. Quatenus autem cauendum sit ab illis, dictum est supra. [i]

h De baptis mo.
i Ad q. 23. & 24. sine 16. & 17.

TRIGESIMAPRIMA. An Ruthẽni, & Moscouitę recedentes ab omnibus hæresibus Græcorum, perseuerãtes in illorum consuetudinibus, puta in obseruatione ieiuniorum, non his temporibus quibus Ecclesia præcipit, item in sumptione Eucharistiæ in fermẽtato, aut sub vtraq; specie, secundum qđ illis est concessum in Concilio Florentino, possint tuto, ac sine scandalo Catholicorum admitti ad sacramenta pœnitentiæ & sanctissimæ Communionis ritu Romano, qui postmodum reuertẽtes ad suos viuunt more Græcorum, vtunturq; suis cæremonijs vt prius?

69 Respõdeo primò, quòd etiam hæc vnum videtur præsupponere, & aliud quærere. Præsupponit enim Moscouitas esse mundos ab omnibus erroribus Græcorum, quod mihi non cõstat, licet, vel audisse gaudeam. Secundò, q. hoc præsuppposito, qđ non habent alios errores aliorum hæreticorum, admitti possunt ad pœnitentiam, & alia sacra in terris Catholicorum, licet vtantur in terris suis alijs ieiunijs, & alio modo communicandi, & confitendi sacramẽti concessis eis per antiquissimam consuetudinem, vel priuilegium Apostolicum contra iura humana, quibus introducta sunt multa ieiunia quo ad modũ & tempus præsertim, vt diximus in Manuali [k] & ét ritus communicandi sub vna tantũ specie, & consecrandi in azymo, vt satis colligitur ex citatis in eodẽ Manuali: [l] nam Græcus peccaret consecrando in sua terra in azymo, & Latinus consecrando in sua in fermentato, vt declarat Thomas receptus [m] & sẽtit, licet non ita aperte, Panormitanus. [n]

k C. 21. nu. 12.
l C. 21. nu. 37.
m In 3. p. q. 74. art. 4.
n In c. ltte- ras, de cele brat. Missa rum.

TRIGESIMASECVNDA. Vtrũ in articulo mortis, etiã si plenè errores suos non reuocent, aut aliquid de schismate retineant, si tamẽ Catholicos accedant sacerdotes, & illis confi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

teantur, & sacramentis instrui, petant, sepulturamq; Christianorum Catholicorum postulauerint, à quib. sacerdotibus absolui, sacro oleo vngi, sepulturæq; inter fideles ritu Catholico tradi possint: & maximè si contingat eos citius mori, quam vt instrui de his, quę ad Christianam fidem pertinent, possint, aut animi sui intentionem tum voluntatem promptam declarare?

70 Respondeo primò, q̃ non possunt absolui, neq; ad sepulturam sacram admitti, neq; aliorum sacramẽtorum participes fieri, qui explicitè in specie, vel saltẽ implicitè in genere non recedunt ab omnibus erroribus suis, licet recedant à bona eorum parte, & fere ab omnibus; quia impium est dimidiã à Deo aliquem sperare salutẽ, [a] Secundò, q̃ si morbus, vel periculum mortis adeo vrget, vt non possint specialiter omnes errores detestari, nec de veritate cõtraria speciatim instrui, sufficit detestatio generalis, cum proposito speciatim detestandi postquam fuerint instructi; quia licet teneamur aliqua explicitè credere, non tamen omnia, vt post Thomã [b] & alios diximus in Manuali. [c]

a *Cap sunt pluralit. de pœn. dist. 3. et c. desleat cum glo. de reg. iur.*

b *2.2. q.2. art.6.*

c *Præl. 4. n.19. & c. 11. nu.18.*

TRIGESIMA TERTIA. Sint ne cogendi ad restitutionem, qui data aliqua summa pecuniæ, accipiunt fructus alicuius possessionis, vel in parte, vel in toto ad certum tempus, verbi gratia ad quinque annos? His enim elapsis summa reddi debet. Teneri ad restitutionem ex eo videntur, quia videntur facere apertam vsuram, prę figentes tempus restituendæ pecuniæ. Non teneri autem, ex eo, q̃ illi, qui sic pecunias collocant, essent vt plurimum contenti, vt illis nunquam restituantur. Tempus aũt potius est affixum propter vendentem seu census seu fructus, vt se possit post tot annos redimere, & ideò, vt plurimum addunt in contractibus, q̃ si nõ soluant, post quinquennium, nõ possint soluere ante aliud quinquennium, & sic deinceps. Quare quæritur, an ipse saltem, qui habuit animum nunquam repetendi summam principalem, possit excusari ab obligatione restitutionis.

71 Respondeo, hanc quæstionem obscurè proponi, eo q̃ non exprimitur in ea quo titulo detur illa pecunia, an emptionis, an conductionis, an mutui. Si enim datur in mutuũ, clara vsura est, [d] & etiam si titulo conductionis, quia illa non patitur, vt pretium reddatur cõducenti, post cõductionem perfectam. Si aũt detur titulo emptionis, ita quod periculum huius rei pertineat ad dantẽ pecuniam intra illud quinquennium, & ipse fiat dominus eius licet reuocabiliter, licitè posset dari, seruando ea, quæ post alios seruãda diximus in d. Manua li. [e] in hæc verba, [Peccat mortaliter, qui emit aliquid cum pacto de retrouendo simulatè, animo magis mutuãdi, q̃ emendi, & vsuram committit. Qui aũt minoris iusto pretio, & dempta parte, qua illud pactum præfatũ diminuit, peccat quidẽ peccato iniustitiæ, sed nõ vsuræ coram Deo, licet aliquando corã hominibus præsumatur vsura, secũdum omnes:] & alia quæ paulo inferius scribentur, memoranda, & quotidiana.

d *C. consu. lum. de fide.*

e *C. 17. nu. 248.*

TRIGESIMA QVARTA. Simili ratione quæritur de pecunijs pupillorum, quæ dantur pro censu annuo, qui vulgo interesse dr, prestituto certo tpe restitutioni principalis summæ, vt ex eo censu interim, dum ad ætatem perueniunt, educari, ac sustẽtari possint, absq; diminutione capitalis, vel patrimoniũ eorum accrescere. Num igitur pro vsuris huiusmodi census reputandi sint, & vtrum ad restitutionẽ teneãtur, & vtrũ tutores, an pupilli. Hi enim excusari vñr, quod non modo non consentiunt, sed nec quid agatur, sciant: illi verò ex officio tutelæ, quo commodis pupillorum prospicere obligantur, præsertim q̃d vix alius securior, & accõmodatior modus augendis, conseruandisq; pupillorum bonis absq; illorum præiudicio reperiri posse videatur: qui si aliàs licitus nõ sit, hoc tñ casu absq; peccato admitti posse existimatur ob pupillos, q̃bus diuinæ humanæque leges fauent. Quæritur itaque, si quis hoc casu, vel alio, quouis, sibi, aut alijs cõmodis procurãdo, pecuniã dederit, & cẽsum acceperit, vbi & leges publicę, & inueterata cõsuetudo hęc admittũt, vtrũ vsurę scrupulo conscientia illius sit perstringẽda, quæ satisfactio imponenda, & vtrũ absoluendus sit, si restituere nolit, aut nõ possit, aut quæ moderatio adhibenda cum

eum ijs, qui multo tempore huiusmodi censibus vsi sunt, & vtuntur.

72 Rñdeo, nihil mihi occurrere aptius, quod resp̃ondere possim, q̃ quod in d. scripsi Manuali. [a] Notandũ aũt, quod periculũ pecuniæ collatæ vitare põt eã conferens, facta cũ socio conuentione, vt se faciat securũ, siue (vt aiunt) assecuret, susc̃ipiẽdo in se periculũ eius, cõstitutò ei pretio illo securitatis, quo eum tertius assecuraret, aut vt tantò minus de lucro cõi accipiat. Nã qua rõne tertius põt eũ assecurare, eadẽ põt, & soci⁹, vt recte Sylu. dixit. [b] Quæ confirmãtur ex eis, q̃ pridẽ rñdimus Vlisspponæ cõtra quandã maximi ponderis, societatẽ inquã, oblata alia iusta, q̃ colligi potest ex Maiori [c] Caietano [d] & Syluestro, [e] videlicet, quod fierent tres contractus: primus societatis, in quã alius pecuniã, alius operã & industriã conferat: secundus, quo qui operã cõfert, assecuret alterius tãto ex lucro remisso: tertius, vt ad tollẽdas suspiciones, & molestias rõnũ, qui operam p̃stat lucrum incertũ lucro aliquo certo redimat, aut pro lucro verisimili, sed incerto, tantundẽ certi retineat. Pro quo facit efficaciter, q̃d nemo negat eũ qui cõfert aliquã pecuniã i societatem, posse assecurari de sorte, & de aliqua certa parte lucri ineũdo suos cõtractus assecurationis sortis, & lucri cũ tertio; & qua ratione põt inire cũ tertio eadem ẽt põt cũ socio, cessante oĩ fraude, & simulatione. Addo, q̃ p̃t fieri eodem tpe, vt monstrat Mator, [f] & non solum formaliter, & explicitè, sed ẽt æqui pollenter, & implicitè, si quis negotiator, publice protestaretur se paratũ ad accipiendũ pecuniã à quocunq; volẽte illi conferre illã in societatẽ cum pacto de assecuratione sortis ad rationẽ quatuor pro centũ, & lucri certi, quatuor p̃ duodecim incerti lucri. Itaq; ex lucro incerto uerisimili duodecim ex centum accipiat quatuor pro assecuratione sortis, & quatuor p̃ certificãdo lucro duocim, & cõsequenter nõ teneatur reddere nisi quatuor. Et postea alius sciẽs hãc protestationẽ confert ei centum, dicẽs. Ego cõfero tibi cẽtũ i societatẽ negotiationis cũ securitate sortis, & redẽptione lucri incerti, iuxta protestationẽ tuã. Pro quã pter prædicta vrget c. per vestras. [g] sic noue inductũ: ibi Papa iubet, ut marito vergẽte ad inopiam dos deponatur apud aliquẽ mercatorẽ, quo ex pacto lucri honesti onera matrimonij sustẽtet: & ita intentio eius fuit, ut dos salua seruaret; siquidẽ ob hoc iubebat illã à marito auferri: & ita vt noluisse, vt lucrũ, & dãnũ mercatori traderet, q̃d erat eã periculo obijcere: voluit itẽ certum aliq̃d lucrũ inde, puenire ad matrimonij onera sustinenda. At hæc duo fieri nõ p̃nt sine assecuratione capitalis, & lucri icerti, p certa redẽptione. Ergo Papa tacite voluit illa fieri. Facit ẽt, quod in multis Galliæ locis q̃n in ea plegebamus audiuimus, & nũc audimus in aliquot Italiæ partib. & mõtib. idẽ seruari, q̃d Ecclię, & viduæ, & pupilli more antiquo cõferebant suas pecunias, vt quatuor secura pro 100. sibi lucrarentur. Quæ cõsuetudo defendi nullo mõ põt p intellectũ, quẽ Io. And. & nonnulli alij [h] assignant, s. q̃d in fauorẽ Ecclesiarum, viduarũ, & pupillorum cũ illo lucro mutuari non poterat; quia esset vsura, q̃ neq; ẽt ad redimẽdos captiuos admitti põt: nec vllo alio modo defendi põt, q̃ dicẽdo, quod exordiũ cępit ab hoc societatis modo, qui fit cũ securitate, & redemptione prædictis, & continuata fuit vsq; ad illud tps. Ad q̃d conijciendum facit quod vix tertiã partẽ lucri verisimilis sibi pro sua rata regulariter contingentẽ accipiebant. Nã verisimile lucrum cẽtum ad minus erat duodecim vel quindecim, & nõ recipiebant nisi quatuor pro centũ: quod significat illos reliquas duas partes pro securitate eiusmodi & redemptione dubij p certo relinquere. Pro quo etiã facit, q̃d Caietan. [k] scripsit. Intelligimus tñ hoc, cessante oĩ fraude, & simulatione, & vt prædicti tres contractus veri fiant. De quib. oĩbus copiosius scripsimus alibi [l] & rñdendo ad q̃dã Sotæ argumenta. Equidem optarem, vt Epi, vel saltem Pontifices maximi declararent prædictã consuetudinẽ esse iustã, eo q̃ præsumendũ sit quod in terris, in quibus a tpe immemorabili illa inoleuit, habuit originem eiusmodi lucrum, & ità bona conscięntia seruari posse: monitis præsertim pecuniam deponentibus, & depositarijs, vt

a *c. 17. a n. 254. in hæc verba.*

b *verbo societas. 1. q. 2.*

c *In 4. lib. sent. dist. 15. q. 49. d in tom. 1. opus. tra. 31 respon. 11.*

e *verb societas 1. q. 1.*

f *in 4. dist. 15. q. 40.*

g *de donat. inter virum & uxorẽ.*

h *dist. c. per vestras.*

i *cap. super eo. de vsur.*

k *in l. 17. resp. 11. respon.*

l *l. in prędict. comm. c. 1. 14. q. 3.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tres prædictos cõtractus faciant, vel habeant pro factis. Pro quo est, quod consuetudo immemorialis facit præsumi titulũ requisitum ad eius valorem. [a]

a Ca. super quibusdã, de Cler. sig. & l. hoc iure §. ductus aquæ quoti. & æsti.

73 Hæc ibi: ex quibus colligi pót id quod respondendum est prædictæ quæstioni. Si.n. vsura fuerit commissa in casibus propositis, necessario restituendũ est etiam à pupillis, qui nõ peccauerũt, postquã sciuerint per eum modum iniquum sua bona creuisse, nec absoluendus est qui noluerit sic quæsita restituere. Si autem non est admissa vsura propter hmõi tres contractus expresse, vel tacitè initos, vel probabiliter præsumptos, vt credatur verus intellectus ille, quem nouè dedimus prædicto c. pernestras, nihil erit restituendum, & absoluendus est ẽt, qui noluerit restituere.

TRIGESIMA QVINTA. Vtrum omnes vniuersaliter incurrant excommunicationẽ propter lectos libros prohibitos, etiam illos qui ex professo nihil de religione tractant, cum ijs de prohibitione non constiterit: & vtrum à simplici confessario absolui possint, etiam si libros illos tanquam minime periculosos, & sibi ad aliquam artem necessarios retineant?

74 Respondeo primò, eos, de quibus proponitur quæstio, non incurrere excõicationem, si probabiliter ignorant prædictam prohibitionẽ retinendi illos libros, per responsum ad primã quæstionem: eos ẽũ, qui eam sciunt, vel scire debent, incurrere illam, nec excusari eo q̃ expediant eis ad aliquã artẽ exercendam: quia oportet obedire superioribus iuxta bullam Iudicis Pij IV. licet forte possent excusari ea rõne, quod non fit recepta, per ritus ad 5. qõ. Secundo, qã non possunt à simplici sacerdote absolui, ẽt si eos cõbusserint, vel tradiderint officio Inquisitionis, qa absolutio eiusmodi excommunicationis est reseruata Papæ per bullam Cœnæ Domini, quã præsuppono ibi esse in hoc receptam, [Aduertendum, quia modo bulla Cœnæ non comprehendit nisi hæreticorũ libros hæresim continentes, vel de religione tractantes.]

b Cap. 2. ale xandri.

75 TRIGESIMA SEXTA. Simili modo quæritur de ijs, qui absq; licentia legunt libros hæreticorum, inter quos versantur studio cognoscendi illorũ errores, vt eos lucidius populo explicare, ac refellere valeant: & maxime si illis obtruduntur, siue à Catholicis, siue ab hæreticis ipsis: & vtrum loci ordinarij possint dare facultatem legendorum librorum prohibitorum, quibus cum eũdenti vtilitate Ecclesiæ id absq; periculo concedi possit, an vero pro ea ad Sedem Apostolicam recurrendum. Vr.n. Concil. Trid. hãc auctoritatem, quãuis obscurius, ẽpis concedere inter alias facultates generaliter illis concessas?

76 Idem quoq; ad præcedentem respondeo, quanquã sunt aliqui qui cõtra sentiant, sed mihi semper visum est hoc verius, & nullos ordinarios posse facere facultatẽ in quæstione contentam, nisi ex speciali delegatione Papæ: quia inferior non põt legem superioris tollere, neque absoluere à reseruatis Papæ. [c]

TRIGESIMA SEPTIMA. Vtrũ vo. Eps possit dare licentiam celebrandi facrum apud infirmũ, non obstante Cõc. Trid. Vr. ni posse, præsertim si ante Cõcilium habuit hanc potestatem siue ex canone, siue ex consuetudine, quæ olim certa fuit nam ibi Concil. videtur tantum iubere, vt non fiat id sine vel ordinarij, vel absque Episcopi licentia.

c Ibidem. d 7. q. 1.

77 Respõdeo, q̃ debent infirmis, qui sunt in maiori periculo, subuenire, sanis aũt dare licentiam sumẽdi sacramẽta ab alijs, [a] & si ipsi voluerint accipere ab eis, qui ministrãt infectis, & hoc suo iure petierint, poterunt etiam ministrare illis præmonitis tamen se nescire, an sint ita infecti, vt possint alios inficere, & quod eligant, vtrum maluerint.

a Arg. cap. vbi periculũ maius, de elect. lib. 6. cum suis concord. & c. duo mala 13. dist.

TRIGESIMA NONA. Idem quæritur de sacerdotibus, qui ad infectos morbis cõtagiosis uocãtur, quibus absque suo periculo ministrare nõ possunt.

78 Respondeo posse iuste, imò cũ magno merito manere, imò & ingredi ciuitatem infectam ad visitandos spiritualiter, vel corporaliter peste infectos, licet ad id non teneantur, vt expressè determinat Caietanus, [b] vbi etiam tacite determinat alteram partem quæstionis videlicet quod non possunt fugere illi qui tenentur infectis sacramenta ministrare, saltem non dimissis idoneis vicarijs. quod satis videtur colligi ex ipso S. Thoma [c] & ex cap. aduersitas. [d]

b 2. 2. q. 26. a. 5.

QVADRAGESIMA QVAESTIO. Si contingat sacramentum Eucharistiæ ad ægros portare per loca, vbi inhonestatis periculum propter hæreticos vel alios, timetur, an præstet, non portare, an portando dissimulare, ne inde Catholicis scandalum, hæreticis gaudium exoriatur, quorum vtrunq; sæpe comprobatum est. Idem & de processionibus cum sacramento quæritur, num intermitti possint, etiam contra instituta Ecclesiæ, ob easdem causas.

79 Respondeo q̃ si viri boni & prudẽtis arbitrio probabiliter timetur dehonestatio sacramenti, & quod non poterit eis à Catholicis resistis, iuste poterũt omitti processiones, & sacramenti ad infirmos deportationes publicæ: quia licet ex iusta causa cõtrauenire legi humanæ, vt supradictũ est in rũsione ad quæstionẽ 8. prẽmissam: & processiones & deportationes publicæ prædictæ iure humano sunt ĩstitutę, vt palàm est.

QVADRAGESIMA PRIMA. Vtrum incidãt in bullam Cœnæ Domini iudices sæculares, qui citatos ad se, p decimis iudicant, cùm in hoc beneficiũ præstent Ecclesijs: nam si illi recusauerint iudicare, Ecclesiasticus decimis prius habitur, cùm postquam iudicium Ecclesiasticis sit ablatum, rei vt plurimum parum excommunicationes curent, & iudex sæcularis timoratus iudicare nõ aũdet, ne in bullam incidat: vnde videntur etiam hortandi, vt iudicent. Nec videntur obstare bullæ, cum ipsi non trahant, sed tractos iudicent.

80 Rũdeo primo, q̃ Ecclesiasticus potest super decimis adire sæcularem per viam possessorij, seu interdicti retinendæ vel restituendæ possessionis, iuxta vsum receptũ, & ea quæ scripsi in d. Manu. [e] vel per viam innouationis, vt signi ficauit Ioannes Faber. [f] Secundò, quod nõ audeo dicere, posse Ecclesiasticos directa via petitorij adire iudices sæculares super decimis, & alijs spiritualibus, quatenus spiritualia sunt. [g]

e Cap. 27. nu. 69. f In §. retinẽdæ. insti. de iterdic. g Arg. c. beneq̃dem.

QVADRAGESIMA SECVNDA. Quid de illis, qui se trahi ad iudices laicos pro decimis patiuntur, incurrũt ne in bullam Cœnæ Dominĩ? Videntur enim non incurrere, cùm non illi potestatem Ecclesijs abstulerint, sed legem factam à republica, fortè etiam spirituabilibus consentientibus, vel saltẽ ob euidens commodum suum & Ecclesiasticum non repugnantibus, sequuntur. In bullis vero non videntur excommunicari, nisi qui aliquam habeant iurisdictionem. [h]

96. dist. & ca. decernimus. de iudic. & bullæ Cœnæ Domini.

81 Respõdeo idem esse dicendum de his, qui trahuntur in alijs spiritualibus causis, quod in causis decimarum: quia præfata excommunicatio 14. expresse fertur in trahentes in alijs causis spiritualibus, & eis annexis, ac in causis decima-

h In excommunicatione 14. quæ ponitur in §. excõicamus oẽs, & singulos cãcellarios.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cimalibus, & beneficialibus, vt palam est ex litteris.

QVADRAGESIMA QVARTA.

Sint ne cogendi domini, ne suos subditos persequantur, cùm ex eorum pagis alio habitandi gratia transmigant, cum hoc illis lex, & consuetudo cõis permittat: qua etiam lege & consuetudine cogunt filios subditorum ad idem, vel vt libertatem pecunia emant. Origo autẽ huius quasi seruitutis esse potuit, vel quia olim bello fortè capti fuerant, vel quia in principio cùm ad eos migrant, non pauca illis donauerant, vt domum boues, vaccas, &c. quod etiam nunc obseruatur: ratione quorum sciũt se, suosque successores ad mansionem obligari, volenti autem non fit iniuria.

83 Respõdeo primo, multiplices esse colonos, vt glossa magistralis declarat,[a] quorum quidam sunt adscriptitij, qui licet verè sint liberi, sunt tñ ferè serui: quia sunt addicti, & adscripti glebæ terræ, quam ipsi, vel eorũ, maiores accepe runt colendam, quam nõ licet eis, inuitis dominis relinquere, de quibus in l. cũ satis, & in l. cũ scimus, eó. ti. de agric. & cens. Quales nulli dicũtur esse in Frãcia, & in Hispanijs, cũ tñ sint multi (vt aiũt) in Sabaudia, & alijs Prouincijs. Secundo, quod domini terrarum, quibus sunt aliqui coloni adscriptitij, possunt iustè vẽdicare illos, quocunq; iuerint, ad similitudinem seruorum fugitiuorũ, per prædictas leges, & alia multa.

a in rub. C. de agric. & cens. lib. 11.

QVADRAGESIMA QVINTA.

Quod cũ à sæcularibus strictissimè obseruetur, de quibus quæsitum est, quæritur ẽt, nũ Ecclesiastici in bonis suis, quę plurima habent ijsdem iuribus, & consuetudinibus subiecta, possint bona cõscientia eodem rigore vti, aut similiter se gerere circa subditos, nec ijsdem emi grandi aliò, vel alterius vitæ suscipiendæ facultatem concedere?

84 Rñdeo nihil obstare, quo minus Ecclesiæ, & Ecclesiastici viri eodẽ iure, quo sæculares, in hac re vti possint, præsertim q. ẽt monasteria, & religiosi vbiq; gentium habeant donatos, & oblatos qui nõ sunt vere religiosi, & tñ nequeũt iuste recedere à monasterijs, iuxta ea q̃ leguntur, & notãtur in c. vt priuilegia,[b] cum vtrobique, & alibi sæpe notatis.

b de priuil. & c. in pra sentia, de probat.

QVADRAGESIMA SEXTA.

Cum omnes tam Ecclesiastici, quam sęculares in regno Poloniæ vno eodẽque iure vtantur, & quemadmodum sæculares, ita & Ecclesiastici iuxta iuris municipalis, & cõsuetudinum dispositionem in oppidis, villis, cæterisq; possessionibus quas amplissimas habent, suprematn in subditorum suorum vitas, bona, & omnia potestatem habeant absque vlla ad sæculares magistratus appellatione, quę ritur, quomodo instruendæ sint hac in parte Ecclesiasticæ personæ, ne ob rigorosiorem, siue per se, siue per alios administrationem, iustitiæque, quæ saltẽ illis inscijs fieri non potest, executionẽ, in pœnas canonum, & irregularitates, siue scienter siue inscienter incurrãt, aut quod sæpe fit, absque vlla Superiorum animaduersione sustineant.

85 Respondeo primò, quod peccarẽt huiusmodi Ecclesiasticæ personæ, quæ per semetipsos cognoscerent de criminibus, ob quæ sit imponẽda pœna mortis, vel mutilationis, & fierent irregulares, si per eorum sententiam mors, vel mutilatio membri consequeretur.[c]

Secundò, quòd non peccant, imò benè merentur de Deo, & de Repub. huiusmodi Ecclesiastici, qui per alios suos vicarios generales, vel speciales delegatos cognoscunt de huiusmodi criminibus, & dicendo eis, vt faciant iustitiam, nec vllam ob hoc irregularitatem incurrunt, licet vicarius generalis, vel delegatus particularis sententiam mortis, vel mutilationis ferat, & ex illius executione consequatur mors, vel mutilatio, vt contextus vtilis,[d] habet in hæc verba: [Episcopus siue quicunque alius præla tus, vel clericus iurisdictionem obtinẽs temporalem, si homicidio, aut alio maleficio ab aliquibus in iurisdictione sua perpetrato, baliuo suo, aut alij cuicunque iniungat, vt super hoc veritatẽ inquirens iustitiæ debitum exequatur, irregularis censeri non debet: quamuis ipse baliuus, vel alius contra malefactores ad pœnam sanguinis processerit, iustitia mediante. Nam licet clericis causam sanguinis agitare, non liceat, eas tamen, cum iurisdictionem obtinent tẽporalem, debent & possiunt metu irregularitatis cessante, alijs delegare.

c iuxta ca. clericum. cap. sicut, vel ma nachi.

d cap. Epi scopus, eod. tit. lib. 6.

Ter-

86 Tertio, quod quamuis contextus prædictus habeat non incurrere ipsos irregularitatem, eo q. delegatus ab eis [iustitia mediante] mortem intulerit, idem tamen est dicendum, etiamsi contra iustitiam eam pati fecerit, vt adnotauit ibi glossa memorabilis, & recepta per omnes,[a] ratione à se ibi reddita.

a in verbo iustitia mediante.

QVADRAGESIMA SEPTIMA.

Quid dicẽdum de illis, qui in perpetuũ vendunt, vel ad tẽpus sumpta pecunia cõcedunt possessiones suas hæreticis, à quibus periculum imminet subditis vẽditis, aut oppignoratis, tũ vero Ecclesię in illis possessionibus existenti, quæ plerumq; spoliatur: interdum verò ab illis qui ad tempus vsumfructum habent, & sunt hæretici, coloni ad operas diebus festis, negligendasque deuotiones sacrorumq; celebrationes coguntur. Vtrum, & quomodo tales sint absoluendi, præsertim si necessitate se adductos extrema id feciſſe asseuerent, nec alteri, puta Catholico, siue venditionem, siue oppignorationem huiusmodi, aut locationem facere posse ostendant?

Respondeo, quòd, vt respondi ad 24. siue 17. quæstionem, satis defendi põt licere Catholico contrahere cum hæretico non denunciato pro excommunicato, per considerationem nouam ibidem relatam.

87 Secundo, q. sicut non licet concedere, vel dare Iudęis officium, cui aliqua præeminentia sit annexa, per respõsa supra,[b] ita imò minus est danda, vel concedenda, hæretico notorio: quia lõgè peior est infidelitas hæresis, quam Iudaismus, vel Paganismus, vt tradit San. Thom. recep.[c]

b Ad q. 23. siue 16.

c 2. 2. q. 10. art. 6.

QVADRAGESIMA OCTAVA.

Cum Conc. Trid.[d] absoluendi ab hæresi solis Episcopis, non eorũ vicarijs concedat auctoritatem: quæritur, q̃n est raritas Episcoporum, & amplissimæ patẽt diœceses, ita vt ad Episcopos reconciliationis causa plerique saltem commodè venire nequeant, multi etiam verecundia ob Episcoporum Senatoriam dignitatem deterreantur, vtrũ Episcopi possint pro vna, vel pluribus vicibus absoluendi alicui personæ sibi gratę concedere facultatem ex legitima causa, vel non. Itẽ si illos, vel ægrotare, vel abesse contingat, ita per se absoluere non possint, num subdelegatio illorum valeat, necne. An vero huiusmodi facultas à solo Summo Pontifice obtineri debeat pro personis aliquot in diœcesi idoneis.

d cap. 6. Sess. 24.

88 Rñdeo primo, quod prædictum[e] Concil. Trid. de reform. solum dat Episcopis facultatem absoluendi à contentis in eo, quo ad forum conscientię tantum, & consequenter si absoluendus indiget absolutione in vtroq; foro, recurrendum est ad Papã, vel legatum eius, qui habeat eiusmodi facultatem absoluendi in vtroq; foro. Secũdò, quod Episcopus potest absoluere per se, vel per alium suum subditum: quia omnis, qui habet potestatem ordinariam absoluẽdi aliquem ex officio, potest absolutionem delegare per c. fi.[f] quod licet specialiter disponat de absolutione ab excõicatione canonis, [si quis suadente,] ratio tamen huius habet locum in alijs vt declarat Pan. & consequenter idem ius esse debet de illis, & nec obstat c. fi.[h] quia disponit de habẽte potestatem ordinariam ex priuilegio, vt glossa singula ris declarauit,[i] quam vtrobique Docto res approbant.

e Cap. 6. Sess. 24.

f de off. ordin.

g Cap. cum dilecto. de consir. & vtil.

h Ibidem.

i In d. c. fi. de offi. ord.

89 Tertio, quod nõ videtur posse Eps constituere vicarium, vel delegatum generalem ad absoluendum hæreticos: *de offic.* detum quia Concilium noluit dare illam facultatem vicario generali: tum quia prædictum c. vlt. (quo nitimur)[k] non habet eum, quia competit ordinaria potestas absoluendi aliquos in certis casibus, ex priuilegio posse illam generaliter alicui delegare, ita vt habeat potestatem absoluẽdi pro suo arbitrio eos, qui videbuntur ei absoluendi, sed tantũ quod potest delegare absolutionem in illis casibus, cũ illi occurrerint, & possint exercere illum actum absoluendi de mandato ipsius, inter quæ est magna differentia, vt declarat Felynus.[l]

quil. h §. cæterũ leg. k De offic. ordi.

l Ibidem.

90 Quarto, quod qui ob verecundiã, vel alia impedimenta, non possunt adire Episcopum personaliter, possunt adire per confessarios, vel alios, vt de mandato eius absoluantur per alios.

In his vero quæ S. Inquisitionis officium, vel decretorum Sacri Concilij declarationem concernunt, tutius erit suprema Romæ tribunalia consulere, quorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

quorum censuræ, quæ dicta sunt subijciuntur.

SVMMARIVM.

1 *Papæ responsio, data vt à Doctore, aliorum non præiudicat opinioni.*
2 *Papa an responderit, vt Doctor, an vt legislator, primò ex verbis est diiudicandum, quæ si non sufficiunt, recurratur ad alias coniecturas, & ad qualitatem suò qua fuit interrogatus.*

CONSILIVM II.

QVibus signis cognoscitur, an Papa loquatur, vt Papa, & legislator, an vt Doctor?

1 Respondeo primò, Iurisconsultos ad hoc, vt certius respondeant, specialius esse interrogandos: quia vt ait San. Tho.[a] [sermones in moralibus eo sunt veriores, quo specialiores:] licet in speculatiuis generaliores sint veriores specialioribus.& hæc quæstio adeo generaliter proponitur, vt vix ei satisfieri possit, nisi bona parte iuris perspecta.

Secundo, quod glossa solènis,[b] ponit aliqua signa, per quæ cognoscitur, quis Canon dicatur generalis cõstitutionis vim habere; cui parum, vel nihil addunt Doctores commentantes illud: & multa, quæ ad hoc aliquid faciunt, citat Felynus,[c] vbi Inno. IV. in suo commento ad finem ait, [quod opinio Papæ, quã ponit, vt commẽtator, non præiudicat opinioni alterius Doctoris.

Tertio, quod fortè clarius, & breuius, quam alius aliquis dixerit, dici posset; quod tunc dr̃ statuere vt Papa, cum id expresè ait, & tunc vt Doctor, quando id exprimit: & quòd cum respondet interrogatus vt Papa, videtur respondere vt Papa, & cũ interrogatus vt Doctor, videtur respondere vt Doctor, etiã si id non exprimat, per illam cõclusionem, quæ colligitur ex cap. pastoralis.[d] & ornatur[e] a Felyno. Similiter id, quod respondet Papa de iure, rñdendo alicui quærenti, vel interroganti eum super aliquo dubio iuris, censetur velle vt in similibus casibus idem respondeatur, & quod ex circunstantijs temporis, loci, modi, & causa respondendi, & interrogandi, & scribendi, & dictandi, facile colligi potest in dubio in qua persona loquitur, vel scribit, & melius ex particularibus verbis: nisi cum per illa expresse declaratur mens, & intentio Papæ. Quare arbitror, q̃ cum quis super casu occurrenti consuleretur, vel interrogaretur, an illa, vel illa dispositio censenda sit facta à Papa, tanquam Papa, vel tanquam Doctore, ante omnia circunspicere debet, an per verba dispositionis declaretur expresse, in qua persona id disponit: & si per illa id non declaratur, consideret, an de iure interrogatus, vt Papa id fecerit, an interrogatus vt Doctor, & vir in illa materia eruditus: ponderatis etiam alijs circunstantijs facile cognoscet, quid sit ei probabiliter respondendum. Salua, &c.

SVMMARIVM.

Extrahi equos lex secularis prohibens, laicos ligat, prout est recepta. nu. 2. clericos autem non. nu. 4. & 5. 1
Recepta an sit lex in foro conscientiæ, ab vsu Doctorum confessariorum, & pœnitentium dignoscitur, ligatque conscientiam, prout in eo foro est recepta.
Lex secularis sub pœna prohibens, aut iubens aliquid antea sub peccato, nec iussum, nec prohibitum, non videtur obligare ad peccatum, sed & non recepta, vel solum in parte, nõ obligat, nisi prout est recepta. 2
Lex secularis generaliter loquens, si sit rationabilis, & fauorabilis, canonibusque non contraria includit clericos, modo nõ sit concepta per verba præceptiua vel prohibitiua. num. 5. nec habeat admixtã pœnam, vel aliter sit eis præiudicialis, nume. 5. 3
Statutum seculare prohibens alienare in non subditum, non includit clericum. 4

CONSILIVM III.

AN lex principis sæcularis, quæ prohibet equos extra regnum summa asportari, obliget in foro conscientiæ clericos extrahentes equos suos in suis equitijs genitos?

1 Ad hanc quæstionem respondeo, q̃ illa semper mihi visa est magna, & quotidiana. Primùm quidem ea ratione, q̃ viderim in regnis Castellæ, vbi est lex huiusmodi ab antiquo instituta, perinde procedi contra clericos extrahentes huiusmodi equos, ac contra laicos.

Secundo, q̃ præsupponit, laicos, qui eos extraxerint, peccare mortaliter: qđ nunquam mihi fuit satis certum propter ea, quæ post multas interrogationes huic similes multo tempore factas, & post responsum ad eas multo tempore dilatum, tandem in nostro Man. Cõfes.[a] ieci quædam seminaria, ex quibus diligens lector satis potest colligere huiusmodi quæstionum decisionem, licet ipse iusta de causa expresse eas non deciderim. [Ex quibus est illud,[b] quòd lex principis sæcularis prohibens, vel iubẽs aliquid sub pœna temporali, nõ videtur ad pœnam æternam obligare, nec consequenter ad peccatum mortiferum, ni si cum id quod prohibet, vel iubet, per aliam legem naturalem, diuinã vel humanam esset sub pœna peccati mortiferi prohibitum, vel iussum, illud item quod ponitur paulò post,[c] scilicet, qđ dictum præcedens habet locum etiam cum adijcitur pœna valde grauis, scilicet amissionis magnorum bonorum, famæ, vel vitæ, & illud quod ponitur inferius,[d] scilicet, quod cõsuetudo est optima legum interpres, & quod illa videtur sic interpretata hmõi leges, & illud positum consequenter inferius,[e] & melius repetitum[f] nempe, q̃ lex humana etiam iusta, si non est recepta, non obligat, nec etiam si est recepta, quo ad illud, quo ad quod non est recepta: & consequenter, q̃ licet lex sit recepta quo ad pœnam temporalem, non tamẽ obligat quo ad pœnam æternam, si non est recepta quo ad illam: & quod præfata lex, & hmõi licet sint receptę quo ad pœnam tpalem, & exteriorem fori exteriris, non tñ videntur receptæ quo ad pœnam interiorem interioris fori, quæ est æterna, quia nec confessarij, nec confitentes eruditi cõsueuerunt hmõi legũ obseruantiam iniungere, nec accipere in foro interiori, reputãtes satisfieri legi soluendo pœnam temporariam, cum deprehendetur eorum transgressio.]

3 Tertio quod præsupponit difficultatem illam grandẽ in multis locis vtriusque iuris tactam, & tractatam, an & qñ leges sæculares generaliter subẽtes, vel prohibentes aliquid, includãt clericos? vt colligitur ex Pano. & ex plurimis, quæ adiecit Felyn.[h] & Decius,[i] in qua cõmunis resolutio habet, quòd lex Imperialis generaliter loquens rationabilis, & fauorabilis, cui non contradicunt canones, etiam habet locum in clericis secus si est præiudicialis.[k]

Quarto, quod nõ est facile definire, quæ lex dicatur fauorabilis, & quæ præiudicialis: quia varij varie id asserunt. His præmissis, ad quæstionem respõderi potest primò quidem, quod qui tenuerit laicos præfatam legem transgredientes non peccare mortaliter in foro conscientię iuxta supradicta, cogitur dicere partem negatiuam quæstionis, scilicet præfatos clericos non peccare in foro conscientiæ, per illam regulam topicam, [Si quod magis videtur inesse, & non in est, ergo nec id quod minus.[l]

4 Secundò, quòd qui tenuerit prædictam legem esse præiudicialem, etiam tenebitur eandem partem asserere iuxta præfatam communem resolutionẽ, quæ habet legem Imperatoriam etiam generaliter loquentem, & nullã de clericis specialẽ mentionem facientem, nõ includere clericos, si est præiudicialis.

Tertiò, quòd etiamsi esset fauorabilis, non obligaret eos, attento quòd loquitur per verba præceptiua, vel prohibitiua, quoniam etiam secundum receptiorem sententiam lex sæcularis, etiã fauorabilis, & generaliter loquens, non includit clericos, si prohibendo, vel præcipiendo loquatur, vt post alios tradit Decius.[m]

5 Quarto, quod præfata lex vr̃ præiudicialis, partim quia est pœnalis, & non statuit de contractibus, nec de ultimis voluntatibus, nec de iudicijs: partim quia statuit de delictis, & nõ de antiquis, sed de nouis, quæ ipsa nouè inducit: partim quòd nemo (quod sciam) vocauit legẽ huiusmodi fauorabilem: & meritò, quia est odiosa, & in odium delicti inducta, & ideo restringenda,[n] cum alijs multis: partim quod Doctores asserentes leges de contractibus disputantes satis posse dici fauorabiles, cum aliqua difficultate id asserunt, signando contrarium dicendum

a Cap. 23. nu. 48.
b Nu. 54.
c Nu. 57.
d Nu. 59.
e Nu. 40.
f Nu. 62.
g *In repet. ca. Ecclesia S. Mariæ de constit.*
h *Ibidem à nu. 37. per 20. q.*
i *à nu. 24.*
k *Arg. c. 1. de nou. ope. nũc. & c. si in aditor. 10. dist. & torum, quæ prædicti vbi supr. citãt.*
l *Ex authẽ tica multo magis, C. de sacroæs. Eccl. & ca. cum in cunctis, de elec.*
m *In præfa to num. 27. inducẽs sub titter ad id præfatum, ca. Ecclesia S. Mariæ.*
n *ca. pœnæ, de pœ. dist. & l. inter pretatione, ff. de pœnis.*

cendum esse de legibus disponentibus de delictis,& pœnis eorum.

Quintò, quòd statutũ prohibens alie nare in non subditum, non includit cle

a In c. fin. ricum, secundum Ioannem Andræam,[a] *de immun.* quem communiter esse receptum pro *eccle. lib.6.* bat Felynus [b] referendo plurimos ei *b Vbi supr.* concordantes. Salua,&c.
nu.9.

SVMMARIVM.

1 *Donatio inter coniuges contracto matrimonio facta non valet, nisi sit turata. num. 10. at constitutio dotis, & illius augmentum tenet, quia cum fiat ob onera matrimonij, non est proprie donatio. nu. 9.*

2 *Domicilium originis non perditur per domicilium habitationis alibi translatum.*

3 *Statutum ciuitatis ligat omnes illius ciues hoc est habentes in ea domicilium, at ibi natos, alibi habentes domicilium, non ligat. nu. 7. 8. & 11.*

4 *Domicilium habitationis in loco potest habere filiafamilias nupta ex triplici capite, primo ex domicilio patris, item & mariti cum quo uiuente decreuit viuere, ac etiam ex propria persona constituendo in eo velle degere, quod acquiritur, simulac quis etiam filiusfamilias incepit in loco habitare eo animo, vt vitam ibi peragat, hicque animus ad cautelam potest explicari coram iudice vel notario. nume. 8. & est principalis, & magis attenditur, quam domicilium originis. num. 5.*

5 *Diœcesis appellatione in dubio venit illa, quæ est domicilij. Vnde Florentinus est proprie is qui habet Florentiæ domicilium: hæque diœcesis & non origmis exprimitur ex stylo Curiæ in supplicationibus: quæ Papa porriguntur: licet im propriè quo ad aliquos effectus etiam Florentini dicantur: qui solæ origine Florentini sunt. nu. 6. 7. & 12.*

13 *Domicilium Curi prævalet, & attenditur quo ad effectum repetitionis dotis.*

CONSILIVM IV.

SPoleti est statutum iam pridem receptum, quòd pro nulla muliere ciuitatis Spoleti, vel eam habitante possit dari, neque recipi dos maioris summæ mille florenorum, siue quingentorum ducatorum: quod cõfirmatum est à Papa, & munitum pœna excommunicatio nis latæ sententiæ. Quo statuto stante, quidam Spoletanus origine venit Romam, vbi moratus est decẽ, & amplius annis, & conuenit cum alio etiam origine Spoletano, qui venit ad Vrbem ante triennium cum proposito eam inhabitãdi, & constituendi domicilium, vt duceret in matrimonium filiam ipsius, quæ manebat Spoleti: quam fecit deduci ad Vrbem, vt in ea contraheret matrimonium iam conuentum: & abhinc triennio contraxere per verba de præsenti, nulla dote constituta expresse, sed non dum consummauerunt, quia pater dicebat videri sibi, quod non poterat constituere suæ filiæ dotem vltra præfatos mille florenos, gener autem dicebat impensas faciendas vxori inhabitaturę Romæ esse longe maiores, quàm sint faciendæ Spoleti: & quia ipse intendebat degere Romæ, non poterat onera præfati matrimonij ex dote tam parua sustẽtare. Interim præfatus sponsus emit officium quoddã valoris 4000. ducatorum, vt honestè degere posset in Vrbe, & cõsequenter mortuus est pater spõsę, & le gauit filiæ pro dote secuta 50. quę mille florenis æquãtur. Gener nõ est ea dote contentus, & sponsa, cognatiq; eius vellent, si liceret, augere dictam dotem vltra summam in prædicto statuto contentam. Quæritur an liceat eis eam augere, & spõso illud auctarium recipere?

1 Pro parte negãte facit primò, quod nõ valet donatio facta ab vxore marito neq;ècontra facta vxori a marito, constante matrimonio, [c] & auctio dotis videtur quædã donatio, ergo ea nõ licet.

Secũdo quod Spoletanus origine habitans Romæ, etiam si constituat in ea domicilium, non desinit esse Spoletanus origine, nec desinit habere domicilium originis Spoleti, quia illud est immutabile. [d]

Tertio, quod statutum alicuius ciuitatis ligat omnes ciues eius, secundum oẽs: at ciues origine sunt verè ciues, ergo præfatum statutum ligat præfatos contrahentes, quia sunt ciues Spoletani origine.

4 Pro parte autẽ affirmante facit primò, quòd vterq; tam sponsus, quàm sponsa

sponsa sunt Romani domicilio habitationis: maritus quidem quia transtulit domicilium, quod habebat habitationis Spoleti, Romam, quia venit ad eam animo vitam peragendi in ea, & habet habitationem in ipsa eo animo, & emit officium quatuor mille ducatorum ad peragendam vitã in ea, vt in casu præsupponitur: sponsa verò, eo quod sponte ad mandatum patris venit ad Vrbẽ nuptura præfato sponso, prout etiam nupsit, animò vitam peragendi cum illo in Vrbe, & ita est Romana domicilio tam patris, qui erat domicilio Romanus per decennalẽ, & longiorẽ habitationẽ, ẽ ad hoc sufficit, [a] quã domicilio mariti, qui iam à triennio habet illud Romæ: tum ex persona sua, quæ sponte iam à triennio cœpit habitare Romę, & ad cõtrahẽdum domicilium habitationis in aliquo loco, sufficit quod in eo incipiat habitare animo vitam in eo peragẽdi, [b] etiam si sit filiusfamilias [c] & consequenter facti sunt iam exteri, & forẽses, quos non ligant statuta municipalia, iuxta legem finalem. [d]

5 Secũdo, quod licet domicilium originis sit firmius, & immutabilius, domicilium tamen habitationis est principalius, iuxta glossam celebrem, [e] quæ habet magis attẽdendum esse domicilium habitationis, quàm originis.

Tertio, quod glossa præfata cũ Comm postellano, & Speculatore tenet, p diœcesanũ, in dubio intelligendũ esse diœcesanum domicilij habitationis. Vnde Philippus Franeus colligit illam diœcesim dici propriè diœcesim alicuius, in qua ille habet domiciliũ habitationis, & Bartolus [f] tenet, repræsalias concessas contra Florentinos, nõ posse exequi contra illos, qui sunt origine Florẽtini, sed non habitant Florẽtiæ, nec munera subeũt ibi, & sunt incolæ, & municipes alterius ciuitatis, & stylus Curiæ hẽt, vt orator exprimẽs diœcesim, cuius est, exprimat diœcesim, vbi habet domicilium, & non diœcesim, vbi natus est.

6 Quarto, q̃ contextus expressus l. prouinciales, [g] habet, [h] & non qui ex prouincia sunt oriundi: ergo non dicẽtur Spoletani, qui extra Spoletum habent domicilium, & sunt municipes, qđ planè verum est secundũ communẽ vsum loquendi, vt dicebat Iacobus de Arena relatus per Bartolum: quæ significatio est attendenda, [k] & regulariter sic sumitur, & quamuis illa lex habeat multos intellectus, vt per glossam Bartoli, *men Cassi-* & Alciati, [l] habetur, genuinus tamen vi- *us, ff. de le-* detur esse, quod regulariter, & vt pluri- *gat. 3.* mum illi tantum dicuntur prouinciales vel Florentini, vel Romani, qui habent domicilium habitationis in prouincia Florentiæ, vel Romæ, licet quo ad aliquos effectus dicantur esse ciues locorum, vnde originem trahunt.

Quintò, quòd ex parte contraria negante sequeretur, quod si vir, & mulier Spoleti nati haberent domicilium habitationis in Hispania ante 20. annos contractum, & vellent contrahere matrimonium ibi, ad viuendum ibidem, subijcerentur præfato statuto, quod est ridiculum.

7 Sextò, & peremptoriè, q̃ statutum Spoleti non potest obligare, nisi subiectos iurisdictioni Spoleti: quia cum stare sit iurisdictionis, solũ obligat eos qui ei subiacent. [m] At qui nati sunt Spoleti, & habent domicilium habitationis in Hispania, Gallia, vel alia parte Italiæ extra territoriũ Spoleti, non subiacent iurisdictioni Spoletanæ: ergo statutum Spoletanum non ligat eos. Cum ergo præfati, de quibus quæritur, habeãt domicilium Romæ, & sint propriè diœcesis Romanæ, & subiecti iurisdictioni Romanæ, & non sint propriè diœcesis Spoletanæ, nec subijciantur iurisdictioni Spoletanæ, consequens profecto est, eos non ligari statuto Spoletano quo ad ea, quæ extra Spoletanum territorium iaciunt, vel facere prætendunt.

8 Septimo, q̃ non est quæstio de dote antehac constituta, sed de dote post hac constituẽda, & de auctario eius constituendo. & possunt præfati domini cõsulentes ad maiorẽ cautelam protestari se constituisse domicilium suum Romæ, & habere illud Romę, & si quatenus opus est nouè cõstituere illud, volentes in præsentia in ea viuere, & mori: qua protestatione corã notario publico, vel iudice facta, postea sine vllo metu præfati statuti, & excommunicationis ei adiectæ potest per aliud instrumentum ipsa mulier augere dotẽ, & ipse vir recipere

a Iuxta l. 2. & 3. C. de incolis lib. 10.

b l. 3. ad ff. gloss. recept. C. de incol. lib. x. e l. placet ff. ad munic.

c leg. 1. & 3. & ff. sponsus. de don. inter vir. & uxorem.

d l. 1. l. municeps, & fin. ad municip. e l. cunctis C. de incolis, lib. 10.

f in tract. repræsa. in 7. q.

g ff. de verbor. signifi.

h Prouinciales dicti qui sunt in cola prouinciæ.

re illud auctarium, tanquam incolæ, & municipes Romani, & subiecti legibus, & statutis Romanis, quibus nō vetatur præfatum auctarium, nec constitutio dotis maioris, quàm mille florenorum.

9 Non obstant adducta in oppositū. Ad primum enim respondetur primò, concedendo quod regulariter donatio inter virum, & vxorem, non valet, sed negando, quod cōstitutio dotis, vel auctarium eius sit donatio propriè, quoniam fit ob causam dotis, & datur ad sustentanda onera matrimonij: & donatio ob causam, nō est proprie donatio, [a] quod post alios ab eo citatos tenet, & probat Ioannes Lupus. [b]

Secundo respondetur, quòd licet regulariter non valeat donatio inter virū & vxorem, fallit tamen in constitutione dotis: quia illa potest post contractū matrimonij constitui. argumento l. si quis pro, [c] per quā, & alia id tenet præfatus Ioannes Lupus. [d]

10 Tertiò respōdetur, quod ad maiorem cautelam iurari potest constitutio dotis, vel auctarij eius, per quod iuramentum firmatur, & fit valida donatio inter virum, & vxorem, arg. c. si vero, [e] & per alia plurima, quę cumulat præfatus Ioannes Lupus. [f]

11 Ad secundum concedimus Spoletanum origine, licet habeat alibi domicilium, dici quidem Spoletanū quoad aliquos effectus particulares, sed non communiter, præsertim quo ad hoc, vt subiaceat iurisdictioni Spoletanæ, & cō sequenter statuto per illam iurisdictionem facto, de quo effectu in præsenti quæstione agitur.

12 Ad tertium respondetur eo modo quo ad secūdum, scilicet quòd origo facit quidē ciues quo ad aliquos effectus, sed non quo ad hoc, vt sint subiecti iurisdictioni ciuitatis, vbi nati sunt, si habent domicilium habitationis in alijs regnis, vel alia ciuitate, vt domini cōsulentes habent.

13 Ad quartum respondeo primò, cō credendo q̄ attendendum est domicilium mariti quo ad sciendū, vbi mulier debet exigere dotem, sed negādo, q̄ in proposita quæstione agatur de exactione dotis: quia immo agitur de constitutione, vel auctione eius. Secundò negando, quòd domicilium principale dicti consulentis mariti sit Spoleti: quia immo est Romæ, per supradicta. Et ita procul dubio nihil obstat præfatum statutum prędictis dominis consulentibus, quos Deus Optim. Maxim. faciat sibi gratiosos in hoc sæculo, & gloriosos in altero. Amen.

a Lib. 1. ff. de donat.
b In repet. cap. per vestras, de donat. inter vir. & vxor. limi. 2. nu. 50.
c §. si vxor, ff. de donat. inter virū & vxor.
d Vbi supr. limit. 5. nu. 53.
e Et c. cum cōtingat, de iureiur. & c. quamuis pactum. de pactis, li. 6.
f Vbi supra limit. 3. nu. 51.

SVMMARIVM.

Constitutio noua non extenditur ad præterita, nisi cum agitur de effectu futuro, qui potest stare sine effectu præterito. 1

Indulta de promouendo, à quocunque ante Concilium obtenta, per illud censentur modificata. 1

CONSILIVM V.

QVidam ante Conc. Trid. impetrauit rescriptum a Papa, assumendi primam tonsuram, & quatuor minores, a quo mallet Antistite, & postquam assumpsit primam tonsuram, superuenit Concilium, quod [g] statuit, ne quis ordinaretur nisi à proprio Episcopo, vel de consensu eius, etiam virtute rescripti generalis, vel specialis. Quæritur an liceat huic accipere quatuor minores absque licentia Episcopi?

g In fine c. 23. ca. reform.

Quidam responderunt, q̄ sic, per dicta Dominici, & relatorum ab eo, [h] sed nobis, salua eorum pace, vt contrarium verius, scilicet q̄ non potest ordinari virtute prædicti rescripti sine licentia, vel consensu, vel litteris commendatijs sui Episcopi de probitate, & moribus: quia licet constitutio noua non extendatur ad præterita regulariter, [i] saltem tamen, q̄n agit de effectu futuro, qui stare potest sine effectu præterito, iuxta glossam solemnem, & à multis putatam singularem [k] & aliam æquè solemnem, & à multis putatam singularem, & receptam [l] & alia multa, quæ nos adduximus alibi, [m] vbi etiam multa pro contraria parte adducta legi possunt.

h In cap. n. 9. de cess. pot. lib. 6.
i cap. fi. de constitu.
k In clem. vt lite pend. verb. statum. & ibi ita.
l In Clem. per. verb. de iure, & bonefi. & in reg. c. si quis de rescript. excepti. 2. à nu. 40.

SVMMARIVM.

Vtilitas publica iuuanda, & priuata præferenda. 1

Lex,

a Lex, quæ solutio cambij sex menses differtur, est iniqua, & per illam datur occasio vsuras exercendi, nu. 4.
3 Delinquendi, seu decipiendi materia non mandanda.
5 Lex prohibens præsenti pecunia vendi, iuri naturæ contraria.

CONSILIVM VI.

AN liceat ciuitati Barchinonensi cum consensu Cæsaraugustæ, & Valētiæ, statuere, quod omnia cambia, quæ fiunt in ea ad ciuitates Cæsaraugustæ, & Valentiæ, vel ab illis ad Barchinonensem, censeantur facta cum termino soluendi infra sex menses à die præsentationis literarum currentes?

1 Respondeo primò, q̄ pro parte affirmante facit, q̄ dicitur à rerum peritis hoc esse valde vtile futurum præfatæ Barchinonæ, & toti principatui Cathalonię, & vtilitas publica reip. iuuanda est imò & præferenda priuatæ. [a]

2 Pro parte tamen negante facit primo, q̄ est iniquum, vt is, qui dedit pecunias Cæsaraugustę campsori pro literis cambij Barchinonam; non possit in ea petere pecunias in eis contentas vsque ad sex menses: & q̄ peregrinum veniētem Romam, vel ad alias terras, qui Cęsaraugustæ dedit pecunias pro literis cambij, oporteat manere sex mensibus Barchinonæ ad recuperandum suum viaticum, & perdere opportunitatem suorum negotiorum Romę, vel alibi gerendorum, contra c. 1. [b] quatenus probat peregrinos, & iter facientes iuuandos esse, & non molestandos.

3 Secundò, quòd non est danda materia delinquendi, & decipiendi alium, [c] & per huiusmodi statutum datur campsoribus materia delinquendi, & decipiendi eos, qui tradunt pecunias suas in aliqua p̄dictarum trium ciuitatum pro literis cambij ad aliquam earundem ciuitatum directis, accipiēdo pecunias, & dando literas, per quas is, cui dātur, putat, statim intra paucos dies eas soluendas, & differtur ei solutio p̄ sex menses.

4 Tertiò, q̄ per viam indirectam datur occasio vsuram exercēdi, vendendo merces carius propter solutionem dilatam, & emendo vilius propter eam anticipatam. Cæsaraugustanus enim, vel Valentinus importat merces Barchinonam, & sciens quod pretium earum nō potest extrahere à principatu Cathaloniæ, nisi per literas cambij, & quod per huiusmodi literas non poterit Cæsaraugustæ, vel Valentię habere pecunias, nisi post sex menses à præsentatione literarum, longè carius vendit, quàm si intra octo dies à præsentatione literarum solueretur ei pretium in sua ciuitate, & contra Barchinonenses, si vilius poterit emere soluendo statim vendito ri, vel dando literas de statim, vel intra octo dies ei soluendo in sua ciuitate.

5 Quartò, q̄ videtur contra ius naturale, & gentium prohibere, ne quid Barchinonæ p̄senti pecunia vendi possit, [d] & per prædictum statutum videtur indirectè quadantenus id fieri, cum non possit, vt dixi, habere literas cambij, per quas differtur solutio ad sex mē ses. Per quæ non auderem affirmare partem affirmatiuam, neque dicere, q̄d præfatum statutum sit vtile Barchinonæ, & principatui prædicto Cathaloniæ, quoniam inducit maiorem victus, & vestitus caritatem, & omnium mercium particulariter pauperibus, & tenuibus vendendarum: & arbitror magis me Deo, & præfato principatui obsequi respondendo hoc, quàm contrarium, quod magis voluisset D. consulens, qui magis videtur id desiderare.

a Ca. 3. de postul. prælat. & ca. li. eod. de regular.
b De empt.
c L. cōuenit. ff. de pac. dotal. ca. ex parte, de cōsuet.
d Arg. to. tius tit. de contrahen. emp. et vēd. lit. ff. & C.

SVMMARIVM.

Statutum ne in Priores eligantur plusquā tres de vna natione, tenet, sicut & illud quod certum genus personarum solum habilitat, vel inhabilitat ad dignitates, & beneficia obtinenda. 1

Indigni, vel minus idonei si sint vocati à statuto, vel testatore, loco horum alij possunt eligi. 2

Libertatē plenā non tollit omnis restitutio. 3

Plena libertas, & sufficiens adhuc esse potest, etiam si in aliquo restringatur. 3

CONSILIVM VII.

CApitulum Generale cuiusdam ordinis multarum nationum constituit, ne Priores monasteriorum eligerentur

lrentur plures, quàm tres de vna natione. Quæritur, an constitutio sit valida.

1 Respondeo, quòd sic: tum quia multis de causis potest esse rationabilis, scilicet, ne alijs detur causa superbiendi, alijs murmurandi, alijs tribuendi nimiũ suæ genti, vel nationi: tum quia statutis collegij Bononiæ, & aliorum multorum in Hispania illorũ instar factis cauetur, ne ex eadem ciuitate eligantur plures collegæ, & ne ex eadem diœcesi plures, quàm duo, &c. Tum quod valet consuetudo, vt Abbas certi monasterij eligatur solum de certo monasterio. [a]

a C.cũ dilectus, de consuetud.

Tum quia institui potest, vt beneficiũ conferatur alicui propinquo patroni illius, iuxta Dominicum receptum. [b]

b C.cum in eccles. tua. de præb. lib. 6. nu. 5.

Tum quod in Ecclesia Toletana statutum est, ne fiat beneficiarius eius descẽdens ex Iudæo, Saraceno, vel hæretico. Tum denique quòd non censetur tolli eligendi libertas, eo quod electio restringatur ad certum genus hominum, [c]

c In c. cum terra, nu. 4. de elect. & in ea. licet, fũt beneficiarij nisi Hispani, & in Galli. Tum ob alia, quæ breuitatis causa omitto.

vt tradit Panor. cõuniter receptus. Vnde, & Papa de collegio tantum Cardinalium eligitur, & in Hispania non n. 12. eo. tit.

Non obstat, quòd prædicta constitutio videtur aliquibus cõtra bonum publicum, quia immo multis respectibus promouet illud, vt præactum est.

2 Non obstat, quòd prædicta lex videtur cogere ad eligendos indignos, negatur enim illud: quia quando nõ possent eligi omnes Priores digni de omnibus nationibus, nisi plures quàm tres eligerentur de vna; tunc possent eligi plures de illa, quia nunquam est eligendus indignus, vt post sanctum Thomam, [d] diximus in Miscellaneis de oratione [e] & Sotum, [f] vbi dixit, quod stante statuto fundationis beneficij, vt conferatur vni ex cognatis suis, si nullus inueniretur idoneus, posset conferri alteri.

d 2. 2. q. 63. art. 2. e Miscell. 34 nu. 3. f Lib. 3. q. 6. art. 2. & 3. de iust. & iure.

3 Non obstat, q̃ in electionibus debet esse plena libertas eligendi: & quia multis modis potest restringi libertas electionis, ita quod maneat tanta, quãsess. 25. Con. cilij Trid. ta est necessaria ad hoc, vt electio valeat: sicut & in matrimonio carnali cõtrahendo debet esse plena libertas, potest tamen aliquo modo restringi, remanente ad id necessaria, vt tradit Panormitanus, [h] & alij alibi. Salua, &c.

h vbi sup.

SVMMARIVM.

1 *Statuta Papalia sunt, quæ Capitulum generale auctoritate Apostolica condidit: vnde nec ipsum, nec illud representans potest ea tollere.*

2 *Sententiam definitiuam non potest reuocare iudex, qui illam tulit, etiam quod sit Capitulum generale, sicut nec alia irreuocabilia tollere potest.*

3 *Capitulum non generale, representans Capitulum generale, habet eandem potestatem, quam habet ipsum Capitulum generale; à quo, si quid iniustè factum, ad Pontificem, cui immediatè subijcitur, recurrendum.*

4 *Capitulum, si is, ad quem spectat, conuocare negligit, ad iuris remedia recurrendum.*

5 *Suspitionis allegatæ causa, non coram ipso iudice allegato suspecto, sed coram electis arbitris est retractanda.*

CONSILIVM VIII.

QVæritur primo, an Capitulum representatiuum Capituli generalis, possit tollere facta in Capitulo generali auctoritate Papæ, & si hæc non potest tollere quæ possit?

Secundò, an Præpositus Capituli representatiui debeat proponere ea quę iustè reuocari possunt?

Tertiò, quid remedij adhiberi possit, quando is, ad quem spectat conuocare Capitulum, non vult illud conuocare?

Quartò, coram quo iudice sit tractãda causa suspicionis?

1 AD PRIMAM QVAESTIONEM respondeo primò breuiter, quia non vacat pro dignitate quæstionis eam tractare, quod iuri propius videtur, quod Capitulum representatiuum Capituli generalis, non potest tollere facta in Capitulo generali auctoritate Papæ: quia facta illa sunt facta Papæ, & inferior non potest tollere facta superioris: & consequenter statuta facta in Capitulis generalibus auctoritate Apostolica, quæ potest facere ordo virtute

virtute priuilegij, quod ad id habet, nõ potest tollere Capitulum representatiuum, quia non posset illa tollere etiã Capitulum ipsum generale. is enim, qui facit aliquid auctoritate Papæ, non põt tollere illud auctoritate sua inferiori, periura, quæ in hoc citat Felynus. [a]

a In c. cum accessisset, de constitu. nu. 9.

2 Secundò, quòd neq; facta irreuocabilia per Capitulum generale põt reuocare Capitulum representatiuũ: qualis est sententia definitiua prolata à Capitulo generali: quia sententia definitiua est irreuocabilis ẽt ab eo qui eã tulit. [b]

b C. in literis, de offic. deleg. & l. iudex, ff. de re iud. cum adnot. eis.

3 Tertio, quòd alia reuocabilia, quæ possent reuocari per aliud Capitulum generale, põt reuocari per Capitulum representatiuum: quia eandẽ potestatem habet, quam habet generale: &, si male reuocauerit, põt appellari ad Papam, sicut & posset appellari ad eum, si Capitulum generale iniustè reuocaret: quia ambo subijciuntẽ immediatè Papæ.

SECVNDAE quæstionis solutio colligitur ex solutione ad primam, nẽpe quòd Præpositus præfati Capituli representatiui, vel totum Capitulum debet proponere ea, quæ iustè reuocari possunt, licet sint tractata in Capitulis generalibus, non autem alia.

4 AD TERTIAM respondetur, quòd possunt, & debẽt fieri ea, quę possunt, & debent fieri iure communi, quãdo is, qui debet vocare Capitulum, non vult illud vocare: de quo Abbas Panormitanus, [c] Felynus, [d] & in alijs locis per eum allegatis.

c In ca. nobis, de elect. d In c. cum omnes, de constit. nu. 34. & 35.

5 AD QVARTAM, quòd causa suspicionis non est tractanda corã iudice recusato, sed coram arbitris electis à partibus, iuxta formam c. suspicionis. [e]

e De off. de leg. & c. ab arbitris, eo. tit. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Declaratio priuilegij concessi monasterio Vrbis in Cap. Minimorũ Auenioni facta ita intelligenda, vt dicto priuilegio non contradicat, nu. 2.*

2 *Iura iuribus concordanda sunt.*

2 *Lex generalis per specialem illam limitantem limitanda.*

3 *Voluntas disponentis in omni dispositione attendenda.*

4 *Legis verba contra auctoris mentem non sunt interpretanda.*

A *Nulla sunt, quæ lite pendente, vel parte cuius interest non audita sunt, & nu. 9.* 7

Monasterium S. Trinitatis Minimorum cõtra suum priuilegium Generali obedire non tenetur. 7

Obedire oportet magis Deo, quam hominibus. 7

Regularis contra maioris præcepta prælato obedire non debet. 7

Monachus prælato secundum suam regulam præcipienti pareat. 7

Regularis à superiore grauatus appellare potest. 8

B *Professus in vno monasterio non potest iure communi à superiore ad aliud inuitus sine culpa, & causæ cognitione trãsferri, volens autem ita demum, si adsit legitimi superioris auctoritas: fallit apud Dominicanos, & alios, quorum religiosi omnes faciũt vnum corpus: quia tunc etiam sine culpa, subsistente causa, potest quis à superiore inuitus, etiam contradicente conuentu, transferri, nu. 11.* 10

Monachorum, & monialium creatio ad prælatum immediatum monasterij cum maiori parte conuentus iure communi spectat. Vnde solus mediatus superior alibi professum facere filium alterius monasterij contradicente immediato superiore, & alijs eiusdem monasterij, non potest, nu. 15. 12

Episcopus, etiam vt superior, monialẽ creare non potest. 12

Consilium alicuius sequi debet, qui illud requirit vt collega. 13

Statutum concedens immediato superiori creationem monachorum ita debet intelligi, vt non excludat mediatum superiorem, ac conuentum, sed vt simul cum illis creet. 14

Statuta, & consuetudines iuxta commune ius intelligenda, vel ita vt inquantum minus potest ab eo recedatur. 14

C

D

CONSILIVM IX.

EXcellentissimè Domine Doctor, in comitijs generalis Capituli Auenioni celebrati 1578. à fratribus Minimis trium nationum, Italiæ, Hispaniæ, & Galliæ, quæ sequuntur fuerunt ordinata hac forma.

[Memores Patres, pace & vnione, minima maxima fieri, maxima verò odio, & seditione decrescere, placuit tàm Italis, q̃ Hispanis, quo ad officium correctoriatus iura prætensa cedere, cum ex Illustr. & Reuer. Protectore coram Patrib. declaratum extitit, voluntatem D. Francisci fuisse, q̃ conuentus Romanus quo ad correctoriatũ regatur à fratibus Gallicæ nationis: qđ fuit confirmatum eo præsente, totoq; Cardinaliũ Senatu, volunt tamen, quòd ad alia omnia sit communis, & fratres mixtim ex omnibus nationibus sint in illo conuentu, induantur nouitij indifferenter, quarumcunque regionum fuerint.]

Priuilegium conuentus S. Trinitatis sequitur, quod perpetuo vsu fuit receptum à tota Religione, quæ etiam postulauit ipsius cõfirmationem, quæ fuit facta à Iulio III. ad instantiam Regis Christianissimi Henrici.

[Vniuersis p̃sentes has literas inspecturis fratrer Francis. de Paula ordinis fratrum Minimorũ humilis institutor, ac S. Sedis Apostolicæ gratia, & cõcessione, oium eremitoriorum, & locorũ, oratoriorum, & fororũ eiusdẽ ordinis vbicunq; constitutorum necnon cõgregationum frattũ religioforum, & p̃sonarum aliarũ sub regulari obseruãtia in eisdem degentium superior, licet immeritus, ac generalis corrector salutem in Dño: Nos pie cõsiderantes regiã maiestatẽ Frãciæ nobis, & ordini nr̃o p̃fato cõparasse locũ Conuentus nostri S. Trinitatis in monte Pincio in vrbe Romana, & ea pp ad ipsius bñficij p nos acceptí memoriã, & vt fratres nostri ordinis in dicto Conuentu residentes in diuini cultus persolutione reddant̃ in futurũ salutis animarũ dictorum benefactorũ memoriores, volumus, & ordinamus, q̃ à modo, & in posterum d. Cõuentus in monte Pincio in vrbe Romana regatur per fratres Gallicę nationis, quãdiu inueniãtur, qui inibi residere, & cultui diuino insistere voluerint, sin aũt nulli reperiant̃, qui inibi residere voluerint, quia oẽs in Christo vnanimes esse debemus, illud per alios regi, & inhabitari volumus, pariterq; si locus supportare poterit, vltra q̃ reperiant̃ habitãtiũ Gallicæ nationis, alios secũ aliarũ nationũ mixtim residere volumus. Datum, &c.]

Quæritur primò, vtrũ pẽdente lite, quã nobis mouerant Patres Zelosi Hispaniæ, & Italiæ ad annullandũ priuilegium coram SS. Domino 1576. nec dũ lite decisa potuerint talia statuere in illo Cap. Auenion. quod vr̃ contra priuilegiũ, p̃sertim cũ conuentus Roma. p procuratorem non cõparuerit, nec vocatus, nec auditus fuerit in re tam grauí, & ad illũ spectãte, in qua statutum, & voluntas S.P.N. Frãcisci de Paula ledit̃, maiestati regiæ iniuria grauis fit, & toti nationi, imò & toti religioni, q̃ confirmationem priuilegij postulauit a S.S. & obtinuit, graue damnũ infertur.

Secundò, vtrum fratres huius cõuentus teneantur Generali obedire præcipienti, & facienti ad formã statuti Auenionensis, p̃sertim cum à Barcinonẽsi Capitulo sequente fuerit conclusum nulla statuta ante nouem annos non probata fortiri vim statuti permanẽtis, præterea cum semper fuerit ab hoc conuentu reclamatum pro grauamine.

Tertiò, vtrũ non relinqueretur huic conuentui sua actio in casu, qđ probaretur hmõi cõstitutio in sequẽti Capitulo, vel p appellationẽ, vel oppositionẽ.

Quartò, vtrũ iuxta formã priuilegii, si aliq nostrę nationis voluerint hic Romę morari, & cõpatiatur locus, petita licẽtia, & nõ obtẽta à Generali, possint à correctore recipi pro conuentualibus.

Quintò, vtrum nouitij etiam possint indui eiusdem nationis, modo habeantur sufficientes, petita licentia, & non obtenta ab ipso Generali.

Sextò, vtrum fratres extranei, qui sine iusta causa, vel culpa, vel legitima causæ cognitione obtruduntur ab ipso Generali, vt occupẽt nostrorum sedes, possint recusari ad inhabitandum, & votandum in electionibus.

Septimò, vtrum ipse Generalis possit fratres Gallicæ nationis amouere, vt alios extraneos inducat.

Octauò, vtrum ipsi Galli teneantur obedire præcipienti cõtra formam priuilegij, quod habẽt, quandiu voluerint inhabitare, non accersitis alijs ad petitionem conuentus.

1 AD PRIMAM quæstionem respondeo primò, quòd declaratio facta Auenioni, præsente Illustrissimo Protectore, non est contraria priuilegio, nec intentioni Gallicæ gentis, quatenus cõtineat Italos, & Hispanos cessisse iura ptensa contra priuilegium S. Francisci, imò est eis consona, & commodissima, vt palam est. Secundò, q̃ non est etiam contraria, quatenus statutum fuit, vt illud per Correctores gentis Gallicæ regatur, per ea multa, quę non pridem p illo allegauimus in lite cõtra prędictũ monasterium, & monachos Gallos mota. Tertiò, q̃ etiam dici potest, prædictam declarationem non esse contrariã prædicto priuilegio, & intẽtioni Gallicæ gentis, quatenus continet, q̃ ex qua libet alia gente possint in prædicto monasterio indifferenter recipi fratres, si intelligatur eo modo, quo debet intelligi fm limitationem, & modificationẽ ipsiusmet priuilegij S. Frãcisci, scilicet, quando locus supportare potest, & nõ reperiantur alij Gallicæ nationis. Non enim sunt contraria dicere: homines cuiuslibet gentis habitare possunt in hoc oppido, & homines cuiuslibet alterius gentis possunt habitare in hoc oppido, quando defuerint homines Galli: vtrumq; enim potest esse simul verum, qñ scilicet defuerint Galli, q̃ possint, & velint habitare in eo, vt palã est.

2 Secundò principaliter dico, q̃ prædicta declaratio est intelligenda modo prædicto, ita vt non contradicat priuilegio. Tum quia expedit iura iuribus cõcordare. [a] Tum quia lex generaliter loquẽs, siue præcedat, siue sequatur de bet limitari per aliam legem illam specialiter limitantem iuxta iura, [b] & late tradit Decius post alios, [c] & probatur efficacissimè per duas glossas solemnes receptas, quarũ altera est il. [sciẽdũ [d]] & altera in auth. [offeratur, [e]] quæ receptæ ab omnibus aiunt, prędictam authen. quæ generaliter disponit debere actorem præstare fideiussores reo, licet sit posterior, debere limitari p d.l. [sciẽ dum,] quę hẽt eum, qui bona immobilia hẽt, non teneri ad dandum fideiussores. Cũ ergo prędicta declaratio generaliter dicat, posse in pdicto monasterio assumi indifferenter personas ex omni natione, limitanda est per prædictum priuilegium disponens, tũ id fieri debere, cum locus supportare possit, & desint Galli, qui possint, & velint ad seruiendum prædicto monasterio assumi.

3 Tertiò principaliter dico, q̃ prædicta declaratio limitanda esset, vt modò dixi, etiam si prædictum priuilegium non sic limitasset. Tum quia in omni dispositione rectè intelligenda mens, & voluntas disponentis debet habere primum locum, & illa eam regere debet. [f] Cum ergo palam sit, mentem, & voluntatem S. Francisci viri gratissimi concedentis illud priuilegium prædicto monasterio fuisse ad significandam, & demonstrandam gratiam, quam ipse, & ordo suus debebãt Regi Galliarum, & toti eius regno ob magna beneficia in eo recepta, & ob emptionem amicissimè, & gratiosissimè factam à Rege ipso loci ad ędificandum monasterium pdictum in prædicto Monte Pincio, & acceptatio priuilegij ab eodẽ Rege, & toto suo regno facta, & executa tpe longissimo, & confirmata à fœlic. record. Iulio Tertio, & adeo soleniter declarata p pdictum Capitulũ generale, p̃siden te principe illo præcedenti, & Illustrissimo Cardinali Armeniaco primariæ, ac Regum regiæ nobilitatis ornamẽto, & Protectore. Cum ergo inquam palã sit mentem, & voluntatem oium prędictorum fuisse, vt prædictum monasterium regeretur, & gubernaretur semper, quatenus fieri posset, per Gallicæ nationis Rectores, & Correctores, cõsequens est, eorum mentem, & voluntatem fuisse, vt Gallicæ gentis monachi, & personæ fauorabiliter, & amore pręcipuo assumerentur, & tractarentur in eo, vt nũquam, quoad fieri posset, deessent, qui possent, & vellent rectè regere illud ad gloriam Dei, & sui ordinis, & gentis Gallicæ, & consequenter, vt in eo inuenirentur tales, qui libentissimè eligerent Correctores, & superiores prudentissimos gentis Gallicæ, cum verisimile sit (id quod experientia clarè postea docuit) fore, vt alienarum gentium monachi ægrè, & ferè coactè eligerent Correctores Gallicos, cũ ob peccata fragilitatis humanæ etiam in societatibus eorũ, qui religioni addicti sunt, non desint aliquot seminantes odia, & inuidiam inter diuersarum, imò & earumdem

[a] *Ca. cũ ex-pediat, de elect. lib. 6. cum et concord.*

[b] *L. in toto ff. de regul. iur. & cap. generi per ſpectem de-rogatur, co. tit. lib. 6.*

[c] *In di. reg. in toto.*

[d] *ff. qui fa-tisd. cog.*

[e] *C. de lit. is conteſt.*

[f] *f L. in con-ditionibus, ff. de condi. & demonſ. cum ei con-cor.*

rumdem gentium personas. Tum quia prædicta declaratio, quatenus habet assumi posse monachos in prædicto monasterio ex alijs gẽtibus, intelligenda est, quando commodè, & salua dignitate fieri potest. [2] At non pót commodè, & salua dignitate monasterij prædicti, & priuilegij, & omnium prædictorum, qui cõfirmauerunt, & declarauerunt illud, fieri, vt omni tpe possint assumi in eo monasterio alienarum gentium personæ: qm̃ alioquin paruo tpe contingeret, q̃ nulli Galli essent ibi, quod est contra mentem, & voluntatem Sancti Francisci, & aliorum prædictorum omnium, qui concesserunt, & declarauerunt prædictum priuilegium. Ergo dicendum est id fieri posse, nisi quando locus supportauerit, & non inuenientur Galli, qui velint, & possint ibi seruire Deo. Tum quia puerile profectò, & paruæ prudentiæ virorum fuisset velle, ut aliquod monasterium per vnius solius gentis, & nationis viros gubernaretur, & non prouidere, quod concessa facultate assumendi monachos ex omni gente, oĩ tpe non posset obseruari, quod ipsi volunt. Quare aut dicendum est prædictum S. Franciscum, omnium consensu prudentissimum virum, & omnes, qui prædicto priuilegio fauerunt, fuisse paruæ prudentiæ, & puerilis iudicij? quod est absurdum, & ita non dicendũ. [b] Aut certè dicendum est prædictam declarationem, quatenus habet, ex omni gente indifferenter assumi posse monachos in prædicto monasterio, intelligendam esse, quando locus supportaret, & deessent ex gente Gallica, qui assumi vellent, & possent.

a Leg. nepos Proculo, ff. de verb. sig. & c. Si fuerit, 22. q. 2. cum et cõ cord.

b Leg. nam quod absurdum, ff. de bonis liber.

4 Tum quia ita debẽt interpretari verba legis, & dispositio illius, vt eorum interpretatio non nitatur contra mentem eius, & auctoris ipsius, iuxt. illam regulã penul. [c] [Certum est, quod is cõmittit in legem, qui verba legis complectens, contra legis nititur voluntatem] quę regula decerpta fuit ex l. [non dubium.[d]] & palã est, quod qui declarationem p̃dictam Capituli Auenionensis ita intelligeret, vt omni tpe possent indifferenter assumi de omni natione monachi interpretaretur verba declarationis contra mentem, & voluntatem prædicti privilegij, & auctoris eius, & omnium, qui illud confirmauerunt, approbauerunt, & fouerũt. Quod etiam esset contra c. [Mancion.[e]] in illis verbis: [Nec putemus in verbis solum scripturarum esse Euangelium, sed in sensu, non in superficie, sed in medulla, nõ in sermonum folijs, sed in radice rationis.] *e Mancin. 1. q. 1.*

5 Quartò principaliter dico, q̃ prædicta declaratio Auenionensis sic, vt dicitur ab aliquibus, sed prauè, intellecta, vt omni casu, & tpe possint, & debeant ex omni natione assumi monachi, sicut ex natione Gallica, & eos qui assumpti sunt in illud, posse dimitti ad alios conuentus, & loco illorum assumi ex alijs nationibus, perinde ac in alijs conuenti bus eiusdem ordinis, est contrarijssima priuilegio Sancti Francisci, & omnibus præcitatis, imò & ipsi Capitulo Auenionensi, quatenus Itali, & Hispani in eo cesserunt iuribus ab eis male antea prætensis cõtra prædicta: qm̃ palàm est eos eadem ipsa iurá, quæ nunc intendunt, tunc prætendisse: & ita iudicandum est illa iam cessa esse, & sublata in prædicto Capitulo: & eos ab eis iam discessisse ibi dem, & vereri debere ea iterum non fidem, & vereri debere ea iterum non pudore replicare: cui consequens est prædictam declarationem, in hoc reprobo sensu acceptã, esse ipso iure nullam. Tum quia lite pendẽte facta esset, contra rubricam, [vt lite pendente nihil innouetur.] Tum, quia esset facta contra partem inauditam, cum ad id nõ fuisset vocatum monasterium, quod fieri non potuit, vt dicitur, [f] ibi, [contra partem inauditam nihil possumus definire.] Tum quia Regis Franciæ, & totius regni, & maiestatis eorum plurimum interest, vt prædictum priuilegium, & prædicta declaratio intelligantur rectè, & sanctè eo modo, quo intelligenda esse supra diximus, & cõsequenter non posset prædicta declaratio prauè intellecta eis prę iudicare: quia res inter alios acta alijs non præiudicat. [g] *f Cap. 1. de causa poss. & propr.*

6 Quintò, q̃, vt nos in præcedenti eademq; lata informatione diximus, non solum ordini prædicto, sed etiam sanctæ sedi Apost. Romanæ, & Regi, & toti regno Franciæ, & gloriosę ciuitati Romanæ, & deuotioni omnium Christi fidelium magnũ refugium, & asylum est, vt

c De regu. iur. li. 6. d C. de legib.

g Lib. 2. C. quibus res iudic. non nocet.

vt prædictum monasterium in dies magis, ac magis augeatur, & decoretur Gallicanis muneribus, & fauoribus, vti quotidie decoratur, quo religio Christiana Italorum, & Gallorum Romæ coniunctiore, & fortiore fędere vnita totum orbem Christianum inuitet, & contineat, ac quadantenus cogat ad perseuerandum in eademque verissima in eadẽ que firmissa fide Catholica.

7 Ad Secvndam colligitur responsio ex responsione ad primam, scilicet prædictum monasterium, & Correctorem, ac conuentum eius non teneri ad obediendum Generali, qui aliquid contra prædicta præceperit. Tum quia, [oportet magis obedire Deo, quam hominibus.[a]] Tum quia S. Th. receptus *a Act. 5. & c. Iuliamus, & ca. resist. 11. q. 3.* ab omnibus concludit, [b] non esse a monachis a obediendum Prælato in omni bus, sed solum in ijs, quorum contrariũ non præcipit, qui maior est eo, scilicet Deus, & iustitia eius, & in eis, in quibus habet potestatem præcipiendi secũdum suam regulam. *b In 2. 2. capit. 104. art. 5.*

8 At Generalis præcipiens cõtra prædicta, præcipit contra ea, quæ præcipit Deus, & iustitia eius, & extra ea quæ sibi sunt subiecta, & ideo non est obediẽdum ei, sed modestè appellandum, & eo modo, quo religiosi grauati possunt, & debent appellare, & adire superiorem, vt ab eo degrauentur, per quam appellationem, & per iuridicé Superiotis auditionem suspendentur sentẽtiæ, & censuræ Generales, quas ausus fuerit cõtra ius proferre, vt nos tradimus in comm. de reg. [c] vbi efficaciter probamus religiosos appellare posse ab omni sententia iniusta Superioris, etiam a lata sup. per Correctione, si modum excedat, & Superiorem, qui non admittit appellationem, esse castigandum, & alia id genus multa de appellatione religiosorũ. *c Cap. non dicatis. nu. 62. & late tam in cap. nullam. nu. 51.*

9 Ad Tertiam respondetur id, quod responsum est ad secundam, scilicet, quòd per prędictam declarationem bene intellectam nihil detrahitur priuilegio: & quatenus per eam malè intellectam detraheretur aliquid, posset annihilari, & annullari per vias nullitatũ supradictarum resultãtium ex eo, quòd facta fuit lite pendente, & monasterio inaudito, & Rege, ac regno, quorum

A multum interest, nullatenus vocatis.

10 Ad Qvartam respondeo, q̃ Romanũ monasterium non pót recipere monachos eiusdẽ ordinis in alijs monasterijs professos, & filios eorũ factos pro cõuentualibus filijs huius monasterij sine auctoritate legitimi Superioris. Tum per notata in cap. fi. [d] Tum quia, sicut iure cõmuni antiquo monachus, pfessus i vno monasterio, & filius eius per professionem factus nõ potest cogi, vt cõtra voluntatem suam trãseat ad aliud monasterium etiam eiusdẽ ordinis sine culpa, & causæ cognitione, vt B tradimus latè in com. de reg. [e] ita eadẽ ratione non poterit recipi etiam volẽs pro filio, & cõuentuali alterius monasterij eiusdẽ ordinis sine auctoritate legitimi: quia correlatiuorũ eadem est rõ. [f] *d De regular. e Super ca. statuimus, nu. 22. f Ca. scien- dum. 6. q. 1.*

11 Dixi, solo iure communi attento: quia iure speciali Dominicanorũ, vt puto, recepto ab alijs religiosis, pót Generalis, vel Prouincialis religiosorũ facientium vnum corpus, trãsferre suum subditum ad aliud monasterium eiusdem corporis sine culpa, subsistente tamen rationabili causa, vt latè tradimus nos in prædicto comm. de reg. [g] & con- C sequenter in hoc ordine Minimorum, qui omnes, vt aiunt, faciunt vnum corpus, posset Generalis sine culpa ex aliqua magna iusta causa transferre vnum monachum sibi subditum ad aliud monasterium eiusdem ordinis, etiam contra volũtatem suam, & sui monasterij, sicut Generalis Dominicanorum, sed si absque rationabili causa id faceret, posset appellari. Ex quo infertur, quod si Generalis huius ordinis Minimorum vellet aliquos Gallos transferre ex hoc monasterio in aliud etiam eiusdem ordinis sine iusta culpa, & legitima causæ D cognitione, & possent contradicere, & etiam Corrector, & conuentus eorum, ne id faceret, & si ad faciendũ pergeret, appellare, adiecta causa appellandi, qđ id faceret ad minuendam auctoritatem Correctoris, & conuentus, & ad hoc, vt non inuenirentur idonei Correctores, & fratres ex natione Gallicana ad defendendum priuilegium prædictum, & unitatem, & honorem eius monasterij, & Regis, ac regni Galliarum, & totius Gallicæ nationis. *g Super ca. statuimus. nu. 22.*

12 AD QVINTAM respondeo E quod communis obseruantia omnium religionum, quas ego ætate mea tractaui, habet, vt prælati immediati conuentuum particularium cum maiore parte eorum recipiãt monachos nouitios. & induant eos habitu religionis, iuxta

a C. fin. de reg. libr. 6. verbo pertineat.

glossam, [a] quã ibi sequuntur Archidiaconus, & Ioannes Andræas, Lapus, Antcharanus, Dominicus, & Philippus Frãcus ante quos omnes dicit ibi Ioannes Monachus, q̃ iure communi creatio monachorum pertinet ad Abbatem, & conuentum: quem etiam ibi sequitur Philippus Probus, & etiam prædictus F Lapus, [b] dicens per hoc, quòd creatio monialium pertinet ad Abbatissam, & conuentũ monialiũ: adeo quod Episcopus, etiam si sit superior earum, nõ potest creare, neque præcipere Abbatissæ, & conuentui, vt recipiant aliquã monialem: in tantum quòd possent appellare ab illo iuste, si id eis ꝑciperet:

b Alleg. 32.

c Cons. 16. tit. de regu.

& idem tenet Calderinus, [c] allegando in id prædictum Ioannem Monachũ. [d]

d Et etiam in cons. 3. de sent. excom.

Idẽ tenet Archidiaconus & Cardinalis a Turrecremata. [e] Pro qua conclusione optime facit cap. [cum Ecclesia Vulterana, [f]] quatenus ibi Papa declarat, nullam iniuriã fecisse canonicos Episcopo, eo quod noluerunt recipere canonicos ab eo solo creatos, ea ratione, q̃, qui iure suo vtitur, nulli facit iniuriam. Facit etiam, [g] quatenus probat, in ecclesia collegiata electionem prælati ad solũ Capitulum pertinere, & cap. 1. [h] quatenus habet, alienationem rei Ecclesiæ fine collaudatione Capituli esse irritã, immo & cap. ea noscitur. [i] quatenus habet, præsentationem beneficiorum ad monasterium pertinentem faciendam esse a prælato, & conuentu ipsius. Omnium tamen firmamentorũ neruosissimum est prædictũ capitulum vltimũ, [k] quod expressè habet non posse Abbatẽ creare fratres monachos, sine consensu fratrum. Non obstat quod Panormitanus, [l] sentiat contrarium. Tum quia ait consuetudinem, & priuilegium, si qua sunt, esse in primis obseruanda: & prædictũ monasteriũ Romanum est in possessione seruandi communẽ opinionẽ. Tũ quia ipsemet Panormitanus tenet, quod hanc creationem debet facere cũ

e In cap. fi. 16. q. 7.

f De elect.

g Cap. 1. de elect.

h De his quę fiunt a prælatis.

i Eod. tit.

k 16. q. 7.

l In d. cap. cum Ecclesia Vulterana.

G consilio conuentus: & quando datur alicui potestas a lege limitando eã a principio, eam exercere debet cum illa limitatione, vt tenet ipsemet Panormitanus quem sequitur ibi Felynus. [m]

m In ca. ex parte de cõ.

13 Tum quia Bartholus communiter receptus tenet, [n] quòd non solum est requirendum consilium, sed etiam sequendum illud, quando est requirendum ab alio tanquam a collega, & a participe officij: vt in casu proposito lex dat potestatem creandi prælato cũ consilio conuentus, tanquam cum collega, & participe officij, qualis est in expediẽdis omnibus præcipuis secundum omnes: & consequenter etiam Panormitanus tenetur confiteri creationem monachorum iure communi spectare ad prælatum, & conuentum, & q̃ non potest alter sine alterius cõsensu creare, saltem ad effectum obligandi monasterium ad illum retinendum, & alendum.

n In lib. 11. §. si plures, num. 7. de

14 Non obstat etiã constitutio quædam prædicti ordinis Minimorum, quæ videtur prædictam creationem concedere Vigili, Prouinciali, vel Generali. Tum quia est contraria iuri communi, intelligendo quòd soli præfati sine consensu, & consilio conuentuũ possint eligere: & non potuit collector capitulorum regulæ constituere aliquid contra ius commune, iuxta cap. [quod super his, [o]] Tum quia potest intelligi, & ueH rificari in conuentibus alijs ab hoc Romano, ea ratione, q̃ hoc non subest vlli Prouinciali, vt in facto proponitur. Tũ quia statuta etiam confirmata a Papa, & cõsuetudines etiam præscriptæ, sunt intelligenda, vt sint conformia iuri cõmuni, vel quàm minimè distent ab eo, P & prædicta constitutio potest rectè ac planè intelligi, & seruari sine vlla violatione iuris communis, intelligendo, q̃ prædicti Vigil, Prouincialis, & Generalis possint interesse creationi monachorum cum Correctore, & conuentu, hoc enim modo intellecta, parum contrariatur iuri communi, ut palam est. Tum quia absurdum est, & ideo non decendum, q̃ immo, & indecorum ordini adeo Illustrissimo, ut soli Vigiles, vel Prouinciales fortè iuuenes, & nõ adeo fortè moribus, & prudentia probati, creẽt quos, & quot volẽt monachos in mona-

o De major. & obed.

p Cap. cum dilectus, de consuetu.

q Leg. nam ab hostibus, ff. de bonis libert.

monasterijs, refragantibus, & conuenA tibus eorum, in quibus multi, & graues, & multi eruditi, sapientes, prudentes, & experti inueniuntur, qui lõgè melius nouerunt quid conueniat suis conuentibus angendis, honorandis decorãdis, & Deo, & populo placidiora faciendis.

15 AD SEXTAM respondetur, quod non potest Generalis solus recipere p conuentualibus, & filijs huius monasterij alios monachos etiam eiusdem ordinis in alijs monasterijs professos, nolentibus Correctore, & maiore parte conuentus huius monasterij, vt ex rũsione ad quintam quæstionem colligiB tur, quia nec iure communi, nec speciali præfatæ constitutionis rectè intellectæ id facere põt, vt ibidem dictum est.

AD SEPTIMAM colligitur responsio ex responsis ad duas præcedentes, scilicet, q̃ non potest Generalis amouere, nec transferre monachos Gallicæ nationis in alia monasteria sine iusta culpa, vel maxima causa, contra voluntatem eorum, vel Correctoris, & conuentus, & volenti id facere, contradicere possent, & appellare, vt diximus supra in responso ad quartam quæstionem.

AD OCTAVAM etiam colligitur C responsio ex responsione ad quartam quæstionem.

SVMMARIVM.

1 *Regulares exempti solennizantes matrimonia sine licentia parochi, non solum incidunt in excommunicationem contra ipsas per clementinam 1. de priuileg. sed etiam in suspensionem generaliter contra omnes sacerdotes per Sacrum Concilium Tridentinum latam, & num. 3.* D

1 *Lex vetus stat, nisi in quantum per nouam ab ea recedit, vel tollitur, vel ei contrariatur.*

2 *Pœna vni facto imposita per legem antiquam, non tollitur per aliam pœnam eidem facto impositam per legem nouam, nisi aliter appareat mentem legis nouæ fuisse eam tollere, & præsumitur quando statuentes per statutum aliam imponunt pœnam, & præsertim dum exigunt à potestate, vt imponantur pœnæ statutariæ, num. 4.*

Pœnæ plures si reperiantur contra idem statutæ delictum, utique si sint imponendæ, vna tantum, quam iudex elegerit, est subeunda: at si sint impositæ ipso iure incurrendæ, vtraque incurritur: adeo Si pro eodem facto secundum gloss. duplex incurratur excommunicatio, numero 1.

CONSILIVM X.

QVAERITVR, an pœna excõicationis ipso iure ꝓposita religioso matrimonium solemnizanti sine licentia parochi per clementinam primam, [a] sit sublata per pœnam suspẽsionis introductam per Concilium Tridentinum, [b] contra sacerdotem regularem, vel sæcularem, qui alterius paro chi sponsos sine illorum parochi licentia matrimonio coniungere, aut benedicere ausus sit.

a De priuil.

b C. 1. de re form. matri. sess. 24.

1 Quæstio hæc materiã habet in multis locis tactam, & in raris, vel forte nullis satis resolutam, videtur tamen negatiuè resoluenda. Primò quidem, quòd à lege antiqua non est recedendum, ni si quatenus per nouam reperitur recessum, [c] & prædictum Concilium nulla-

c L. precipitenus recedit a d. clemẽ. 1. Secundò, q̃ mus. C. de

posteriores leges non tollunt priores, *appell. cum* nisi eas expressè tollant, vel eis sint con*suis cõcord.* trariæ, [d] & præd. cap. 1. non est contra *d Cap. 1. de* præd. clemen. Tertiò, q̃ nouæ actionis *const. lib. 6.* inductio non tollit veterem, [l. quo- *e ff. de actiones,]* [e] per quam dixit Imola relatus à *& oblig.* Dominico, [f] quod pœna à vetere lege *f In ca. eos,* imposita nõ tollitur regulariter per al- *de tẽpor. or.* teram pœnam à noua lege impositam. *dina. lib. 6.* Quartò, quòd sententia excommuni- *g In cap. ita* cationis lata per Alexandrum, [g] non *quorũdam,* censetur fuisse sublata, sed potius du- *de Iudę.* plicata per Clemẽtem, [h] vt sentit glos- *h In c. quod* sa ipsius, [i] quatenus ait, eiusmodi defe- *olim, de Iu-* rentes arma Sarracenis duplici excom- *dę.* municatione esse excommunicatos, il- *i In verb.* la videlicet, quã tulit olim Alexander. *supponim°.* k & Clemens, [l] ex qua glossa infert Io- *k In d. c. ita* annes ab Anania esse verum, quod ait *quorũdam.* Bartolus, [m] videlicet. *l Per d. ca.*

2 Quòd lex noua inducens vnam pę- *quod olim.* nam, non tollit alteram per veterem *m In l. 1. ff.* impositam: quod ét Felinus nõ citato *vi bon. rapt.* Anania ibidẽ tenet, & affirmat, limitãs

hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc non procedere quando de mente le gem nouam ferentis apparet, quòd voluit eam tollere, iuxta Dominicum. [a]

a In d.c.eos.

3 Quinto, q̃ nulla verba præd.c.1.significant expresse, nec tacite voluisse Concilium tollere pœnam impositam a d.clem. immo sunt complura, quæ significant contrarium. In primis quidem, qđ pred.cle. contra solos religiosos hoc statuit, illud autem c.1. etiam contra sacerdotes sæculares, cõtra quos non debuit imponi tanta pœna, quanta contra religiosos. Tum qa maior inconueniẽtia consequi posset excõicationem parochorum, & aliquorum magnorũ plebanorum, q̃ excõicationem religiosorum, præsertim simplicium, vt palam est. Tum quia vt plurimũ religiosi sunt exempti, & canones grauius puniũt eos in eiusmodi rebus excedentes, q̃ non exemptos, iuxta Ioannem Monachũ & cõem, [b] quæ habet pœnam suspensionis illius c. contra celebrantem coram excommunicato non habere locum, si celebrans non est exemptus.

b In c.1.cũ glo.verb. in gressum. de priuil.lib.6.

4 Non obstant illa multa, q̃ post alios adducit Decius, [c] quibus concludit, per statutum ciuitatis, quo imponitur pro aliquo delicto noua pœna, videri tolli pœnam à iure cõmuni impositam: quod etsi multi non satis aduertant, ratio est, quia vi de mente statuẽtium esse illud. Tum quia ciuitates, quæ possunt recedere per particularia statuta a iure communi quo ad se, [d] facientes talia, videntur limitare ius commune quo ad se, Tum quia communiter faciunt, quod potestates iurent seruare sua statuta, & communiter, quòd imponant pœnas ab eis statutas: quia cum possint imponere duas diuersas, censentur tollere pœnam iuris communis.

c In cap.de causis, de officio dele.

d iuxt.l.omnes populi, ff. de iustitia, & iure.

5 Non obstat etiam dicere, quod tam Bartholus, quàm Pan. & alij fere omnes tenent, quod licet duæ pœnæ sint statutæ ab vna, vel à duabus legibus, iudex, qui vna earum reum punierit, non potest eum alia punire: quia hoc verum est in pœnis, quæ sunt imponendę a iudice, non autem in his, quę imponuntur a iure: quia vtraque punitur, ut præd. Anania quem nos iampridem retulimus, & secuti fuimus, [e] singulariter colligit ex prædicta glossa, [f] in hæc ferè verba.

e In repet. d.c. ita quorundam, de Iudæis.

f dicta.quod olim.

[Illud Bartholi, s scilicet punitum a iure dicte pœna vnius legis prioris, vel posteriorís, non posse puniri pœna alterius, li mitãdũ est quo ad pœnas per suam iudicis infligendas, non quo ad alias ipso iure impositas.] Cùm ergo tam suspẽsio prædicti ea. Concilij Tridentini, quàm prædicta excommunicatio pred. Cle. ipso iure incurrantur, nihil inconuenit, vt idem regularis incurrat eas ambas, &c.

g In lib.1. ff. de vsu.

SVMMARIVM.

1 *Confidentiarum Pij IV. & V. constitutiones odiosæ sunt pœnales, & restringendæ, nec ad pensiones extendendæ, num. 7. modo non dentur in titulum, num. 8.*

2 *Lex omnis censeri debet odiosa, & restringenda, quæ in odium aliquorum, vel alicuius rei facta est principaliter, item, & facta ad arcendum dolum. num. 3. sicut & pœnalis, vel exorbitans à communibus iuris regulis nu. 4. & 6. nec desinit esse talis, licet minus principaliter respiciat fauorem alicuius, num. 2. publicam vtilitatem, nu. 6. secus si immediatè vel principaliter respiceret vtilitatem, quia tunc esset fauorabilis num. 6.*

3 *Exorbitantes sunt constitutiones per Pium IV. & V. contra confidentiarios latæ, cum multa à communibus iuris regulis tam circa pœnas, quàm modum probandi inducant, & nu. 6.*

4

5

6

7 *Pensio quædam res temporalis est, & quæ in odiosis non venit: appellatione beneficij, nisi agatur de illis, quæ dantur in titulũ, et impetrabilem. nu. 8.*

CONSILIVM XI.

AN Bullæ Pij IV. & V. super confidentijs censeantur odiosæ, an fauorabiles.

1 Respondeo, q̃ debent censeri odiosæ, & restringendæ. Primo quidem, q̃ lex facta in odium aliquorum, vel alicuius rei, censenda est odiosa, & restringẽda iuxta, [l. qui de exceptione,] [h] quæ probat, qđ Senatusconsultum ad Macedonianũ inducit exceptionem pro filijs familias ad arcendum dolum fenneratorum, & votum captandæ mortis alienæ, vt habet l. [i] est odiosum, & ideo restringendum, adeo vt tutus eius exceptione, si sol-

h ff. de excep. indeb.

i l. ff. Maced.

fi soluat, non repetat licet regulariter tutus exceptione perpetua repetat solutum, [a] & præfatæ constitutiones fuerunt latæ ad excludendum, & arcẽdum dolos, & fraudes, & vota captandæ mortis alienæ, quæ inducebantur per confidentias beneficiales illicitas: & constat præfatas constitutiones fuisse factas principaliter in odium simoniæ, & simoniacorum, & ad exterminandum illam, & illos ab Ecclesia, colligitur ex bulla Pij IV. in locis, vt ibi: [pactiones illicitæ, &c.] quæ verba significant Piũ IV. motum fuisse ad edendam præfatam constitutionem contra confidentiam beneficialem ob odium, quo erat in illam, eo quòd effict delictum, & crimen dignum, quod odio haberetur, & expelleretur ab Ecclesia tanquam pestis, quæ suo contagio multos inficiebat: qđ ipsum etiam colligitur ex constitutione Pij V. ex illis verbis proœmij, quibus clare ait Pium IV. tuliſſe, [constitutionem confidentiam beneficialẽ, ad tollendam fiduciariæ mancipationis beneficiorũ ecclesiasticorum corruptelam.] Per quæ verba clarè significatur, causam finalem, ob quam Pius IV. fecit illam constitutionem, fuisse sublationẽ illius pestilentis confidentiæ, cum sint verba proœmij, ex quo solet colligi causa principalis dispositionis, [b] Idipsum colligitur ex eadem constit. Pij V. ibi: [multorũ peruersitas, &c.] Per quæ omnia coniuncta colligitur, & probatur, causam principalem, ob quam motus fuit Pius V. ad muniendam constitutionem Pij IV. & augendum pœnas eius, fuisse odium intensum, quo erat in crimen præfatæ pestilentialis confidentię: & consequenter vtraq; cõstitutio fuit facta in odium prefati criminis: cui consequẽs est illas esse de numero exosarũ.

a toto ti. de tutum, & ff. de vsu. cõdi. indeb.

b l. fin. ff. de hære. inst. c. quia propter de ele.

2 Secundò, quòd etiam constitutio, q̃ partim est fauorabilis, & partim odiosa, debet reputari odiosa, si principaliter est facta in odiũ, licet minus principaliter respiciat fauorem alicuius, [c] & notant Dominicus, & Francus. [d] At negari nõ potest prefatas cõstitutiones saltẽ principaliter factas esse propter odium, per deducta in præcedenti argumento, ergo odiosæ censendæ sunt.

c arg. l. quæ retur, ff. de statu hom. d In d. cap. ferat cũctis. de elec. li. 6.

3 Tertiò, quod lex disponens aliquid ad arcendum, & euitandum dolum, & malitiam, censetur odiosa, vt ait Bald. communiter receptus, [e] dicens, quod ratio legis quæ consistit in præsumptio ne doli, censetur odiosa.

e In l. pen. nu. 5. C. de pactis.

4 Quartò, qđ iura pœnalia sunt odiosa, & restringenda. [f] At prædictæ constitutiones non solum sunt pœnales, sed ét pœnalissimæ: ergo odiosæ, & restrigẽdę. Quintò, quòd iura, quæ exorbitãt à tatione, iure cõi, & regulari, odiosa sunt, & restringenda. [g] At pdictæ constitutiones exorbitant a iure communi inducendo pœnas irregulares, & nouas ꝓbationes, & præsumptiones contra regulas iuris communis, puta per testes singulares, & aliàs inhabiles, & quod intentio etiam vnius intendentis confidentiam sufficiat, & alia multa adeo dura, quod vix vmquam omnia vsu recipientur: ergo odiosæ, & restringendæ censeri debent.

f C. pœnæ. de pœn. dist. l. interpre de pœnis, c. de exorbitant. a glo. cit.

g In l. de quæ ff. de iure cõi, & de pœnis, c. 5 Sextò, quòd non obstat dicere, q̃ pdictæ constitutiones respiciunt vtilitatem publicã animarum, ne scilicet peccatis inficiantur. Tum quia non sufficit ad hoc, vt lex sit fauorabilis, q̃ quomodocumq; respiciat vtilitatem publicam: nam si hoc sufficeret, omnis lex, ét Macedoniana, esset fauorabilis, quia omnis lex aliquo modo respicit vtilitatem publicam, quod colligitur ex definitione eius, [h] dum ait vnam conditionem legis iustæ esse, q̃ nullo priuato cõmodo sed communi ciuium vtilitate fiat: quod tñ ſm omnes est falsum. Tum quia ſm Fortunium, [i] omnes leges ét ciuiles sunt ad quærendum felicitatem æternam, quę est omnium vtilitatum publicarum princ. & priuatarum maxima, & suprema: & ita nulla lex etiam sæcularis dici posset odiosa, quod est falsum secundum omnes. Et si replicetur, quod nos cum communi recedimus a sententia Fortunij. [k] Respondeo, quod nos cum communi sequimur glossam solennem, [l] quæ habet leges canonicas factas esse ad finẽ quærendi felicitatem æternam: & ita seque retur saltẽ, quod nulla lex canonica esset odiosa, si sufficeret ad hoc, vt esset fauorabilis, quod fieret quomodocumq; propter vtilitatem publicam: quod est falsum secundum omnes. Tum quia nul la lex iusta est adeo pœnalis, & exorbitans a iure communi, quæ non sit facta

h In c. erit iustæ esse, autem 4. d. communi ciuium vtilitate fiat: ſm omnes Fortunium, i In l. de quærendum ſ. fine in princ. k In cõmẽt. c. inter ver. quimur l. cõcl. 5. et in fer. 13. q. 5. num. 29. l In ca. cũ propter vtilitatem publicam de cõtingat. falsum

aliquo

aliquo modo ob utilitatem publicam: & si hoc sufficeret ad hoc vt esset fauorabilis & extẽderetur, vanè, & inutiliter omnes Iurisconsulti dicerent in mille locis esse aliquam legem saltem canonicam odiosam, & restringendam.

6 Tum denique, q̃ tunc demum lex dicitur fauorabilis, eo respectu quo respicit illã immediate, vel principaliter, & non q̃n secundario, & per quandam consecutionem: eo quod plus respici debet, id quod principaliter agitur, quam quod secundario, [a] & quod dispositio potentius, insluit in immediata, & propinqua q̃ in remota, iuxta illud. [Quæ incontinenti fiunt, inesse videntur,] [b] & q̃d nõ sit quis irregularis, propterea quod det causam remotam homicidij, iuxta glossam singularem, [c] & alia multa. Quibus est consequens, prædictas cõstitutiones, & alias multas pœnales nõ ideo debere dici fauorabiles, quod secũdario & minus principaliter inducant vtilitatẽ publicam, vel priuatam, sed q̃n fiunt immediatè, & principaliter ad illã inducendam. Cum ergo prædictæ cõstitutiones immediatè, & principaliter sint factæ ad tollendas fraudes, dolos, & crimen odio dignissimum, & inducãt pœnas grauissimas, & multa exorbitantia a iure cõi regulari propter odium confidentiæ pestilentis beneficialis, cẽseri debent odiosæ, & restringẽdæ: quãuis per quandam consequentiam, & secundario respiciant vtilitatem publicã, & priuatam, quæ consistit in obseruandis legibus diuinis, & humanis.

7 An autem casus de eo, qui per cõfidentiam transtulit pensionem in alium comprehendatur in prohibitione pœnali, & odiosa, dicitur quòd nõ. Tum quia nullũ verbum illarum loquitur de translatione pensionis: & dispositio non cõuenit ei, cui verba nõ cõueniunt, vt ibi Bartholus communiter receptus id addãno infec. notauit, [& c. indemnitatis,] [e] quod ad hoc multi graues auctores commendarunt. Tum quia constitutio odiosa non debet extendi, sed restringi, [f] & prædictæ bullæ cõtinent odiosam, & pœnalem dispensationem vt supra probatum est. Tum quia non est tanta ratio puniendi transferentem cum confidentia pensionem, quę est quędam res temporalis, vt dixi in alio consilio, quãtã est puniendi conferentem, vel accipientẽ cum eadem confidentia beneficium, quod est spirituale, [g] vt palam est: & ita licet essent cõstitutiones fauorabiles nõ possent ad hũc casum extendi. Tum quia, qui de duobus propositis, dicit aliquid de vno, vt illud negare de altero, [h] & prædictæ cõstitutiones puniũt expresse confidentiã beneficialem, & non trãslationem confidentialẽ pensionis. Nec prodest aduersanti, dicere, quod auctoribus earum non uenit in mentem pensio: quia imò expresse meminerũt de illa, dicẽtes, [q̃ eius constitutio nõ valet, q̃n fundat in renũciatione, vel collatione, vel collatione cõfidentiali beneficij.

8 Tum denique quod pensio non est beneficium: vnde regula de infirmo resignante beneficium, nõ habet locum in transferente pensionẽ, vt latè tradit Gomesius, [i] neque regula de annali possessore, vt ipsemet tradit, [k] & meritò, quia illa non est spiritualis, neq; obligat ad dicendas horas canonicas, neque habet perpetuam durationem, neque requirit residentiam, quã beneficia omnia requirunt de iure communi, [l] & potest renũciari, & remitti gratuitò sine vlla superioris auctoritate, iuxta Card. Alexandrinum cõiter receptum, [m] imò & consueuit redimi pecunia cum Papæ auctoritate, quãquam tamen nunquam audiui redimi pecunia vllũ beneficium nec dignum, nec paruũ: & propter alia per quę pleriq; omnes tenent hoc pro indubitato, quamuis pauci parum librantes essentias beneficij, & pensionis in cõtrarium leuissime hallucinati sint, & potest eorum dictum procedere in pensione, quæ datur in titulum uacabilem, & impetrabilem, qualis non est hæc de qua loquimur. Salua, &c.

De rescriptis.

SVMMARIVM.

Rescriptis ad lites, & beneficia simplex sine dolo facta subreptio non obstat quoad ea quæ etiam sine ea concessa fuissent, priuilegijs autem sic obtentis obstat. 1

Indulgentiarum concessio est restringẽda. 1

Indulgentia indefinite concessa vt liberetur anima à pœnis purgatorij, non statim sequitur vt sit concessa plena, plena via, vel plenissima, per quam anima ab omnibus pœnis purgatorij liberatur.

CONSILIVM I.

ANgratia de altari priuilegiato à Papa facta Ecclesiæ N. ad petitionem eius dicentis, quod erant in ea 20. Sacerdotes, valeat, si nõ sint plures, quam 16. Sacerdotes.

1 Respondeo videri mihi prædictam gratiam reformãdam. Tum propter eorum opinionem, qui referẽte Felyno, [a] tenent differentiam esse magnam inter literas ad lites, & beneficia, & inter literas pure priuilegij: eo q̃ in illis non obstat subreptio simplex sine dolo facta, quo ad ea, quę fuissent concessa, etiamsi subreptio non fuisset commissa, in literis autem priuilegij sic. Tum quia concessio indulgentiarum est restringẽda, iuxta glossam regulæ Cãcellariæ. Tum quia etiamsi prædicta gratia nõ esset reformanda ob prædicta, videretur reformanda, eo q̃ non exprimitur in ea quã titas indulgentiæ, nec quantitas pœnarum, à quibus liberabit illa indulgẽtia ob Missam in prædicto altari dicendam: solùm enim conceditur in ea indefinitè indulgẽtia, vt liberetur anima, pro qua dicetur, indefinitè à pœnis purgatorij, & non ab omnibus: & non omnis indulgentia liberat ab omnibus pœnis purgatorij, vt palàm est, sed tantùm plena, plenaria, vel plenissima: & multæ indulgentiæ non plenariæ conceduntur pro liberatione animarum à pœnis purgatorij indefinitè. Quare reformanda videtur, ita vt dicat, plenè liberetur, vel quod ab omnibus pœnis, quas patitur, liberetur. Nulla enim Missa, etiam non priuilegiata, est, per quam ex opere operato non minuatur aliquo modo pœna purgatorij, &c.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum restitutionis in integrum sine mandato impetrari non potest, nec ad lites, at gratiosum, vt dispensationis, potest, nu. 2. impetrationis beneficij, immunitatis, & priuilegij, restitutionis relegati. nu. 3. & 4.*

Beneficium alieno nomine acceptari non potest sine speciali mandato, impetrari vero alteri, etiam sine omni mandato, ac ignoranti, & absenti potest, nu. 3. 1

Cõcessum in materia permissiua censetur, quod non prohibetur. 2

Mandatum nec ad priuilegia, nec ad restitutionem impetrandã requiritur. 4

CONSILIVM II.

ANdispensatio possit impetrari sine speciali mandato?

1 Pro parte negante vt rex. [in cap. innotuit] [b] quem in hoc cõmendat Panor. ibidem, & Corsetus, [c] appellat ad hoc esse vnicum, & solitarium in iure: & antea idem tenuit Hostiensis, quem ibi sequitur Abbas, [d] & facit l. [illud,] [e] quatenus habet necessarium esse speciale mandatum ad restitutionem in integrum petendam. Facit etiam cap. [nõ nulli,] [f] quatenus habet, non posse impetrari rescriptum sine speciali mandato. & Rota, [in tit. de rescript.] [g] habet, quod procurator generalis, vel coniuncta persona non potest acceptare beneficium sine speciali mandato.

2 Sed contrariũ est tenendum. Tum quia nulla lege id cauetur, & ita nõ est dicendum, [h] præsertim ad inducendam prohibitionem, & obligationem in materia permissiua, in qua videtur concessum, quod non inuenitur prohibitum, [i] vt resoluit glossa. [k] Tum quia prædictum cap. [innotuit.] [l] non probat id quod Abbas, & communis aiunt, quia non loquitur de speciali mãdato eius, pro quo erat impetranda dispensatio, sed de mandato Capituli. Imò neruosè vrget, p̃ hac parte, quatenus significat, sufficere speciale mandatũ Capituli ad impetrandum dispensationem, pro eo qui fuerat electus. Tum quia sunt duæ glossæ receptissimæ. altera in c. [ad aures,] quam Abbas, Decius, & communis laudant, & altera in d. cap. [nulli,] [m] prope finẽ glossæ magnæ laudatæ per Abbatem, Felynum, & omnes ibidem, [n] quatenus habent non requiri vllũ mandatum ad impetrãdum beneficium Ecclesiæ-

a *l. si quis nec causam ff. de rebus credit.*
b *l. lecta ff. si certũ petatur.*
c *In c. de cætero, de homi.*
d *l. 4. §. quo uenit ei, cui verba nõ cõueniunt, vt ibi tres. ff. de ædãno infec.*
e *§. pen. de elect. lib. 6.*
f *C. odia. de reg. iuris, li. 6.*
g *In d. reg.*
h *In reg. de*
i *C. cum*
k *C. de clerico*
l *C. cõsuluit*
m *C. de rescript.*
n *De rescr.*
a *De rescript.*
b *De elect. sub fin.*
c *in sing. ver bo mãdatũ.*
d *in c. fusci tata, de rescript. in integr.*
e *§. si talis, ff. de minoribus.*
f *§. sunt & alij, de rescript.*
g *decis. 60.*
i *antiquis.*
h *Cap. legatur 24. q. 2. §. cõsidere mus, auth. de triẽ. et se mis. colla. 3*
k *c. 2. verb. inuenitur, de translatione prælat.*
l *De elect.*
m *§. sunt & alij.*
n *De rescr.*
1 *Beneficium alieno nomine acceptari non potest sine speciali mandato, impetrari vero alteri, etiam sine omni mandato, ac ignoranti, & absenti potest, nu. 3.*
2 *Cõcessum in materia permissiua censetur, quod non prohibetur.*
4 *Mandatum nec ad priuilegia, nec ad restitutionem impetrandã requiritur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ibidem communum.9.

clesiasticum alij, quas Imola, & Felynus,[a] dicunt facto seruari, quod & omnes curiales seruant.

3 Tum quia collatio beneficij facta à superiore absenti, & ignoranti sine vlla eius vel alterius petitione valet.[b] Tum quia præfatæ glossæ procedunt in impetratione priuilegiorum, & immunitatum, vt Felynus ibi post Romanum asserit, reddens rationē quare aliud seruetur in impetrando rescripto ad lites, & aliud in impetrādo rescripto gratioso.

b Cap. accedens, de præb. & casit ubi absenti, eo. tit. lib. 6.

4 Faciunt etiam ea, quæ tradunt Barbolus, & alij [c] Doctores,[d] dum tractant, an beneficium, dispensatio, seu priuilegium à principe alicui ignoranti cōcessum, à tempore concessionis, vel sciētiæ sortiri debeat effectum: non enim hoc in dubium Doctores verterent, nisi dicerent spensationem, beneficium, seu priuilegium ab amico, vel quocunq; alio impetrari posse pro certo tenerent. facit, quia ad impetrandum à principe relegati restitutionē nulla specialis exigitur cōmissio: textus est valde singularis [in l. quidam relegatus,][e] quē extollit Baldus,[f] & ibi Sicul.[g] per quem textum Socin. dixit,[h] [quod beneficium, quo nihil de nouo confertur, sed tantum impedimentum tollitur, & in pristinum statum reducitur, acquiritur ignoranti.

c in l. fi. de cōsit. princip. & in l. qui absenti. ff. de acquir. possess.

d in d.c. ad aures. e In 4. col. de rescript. ibi. 4. notab.

f in d.c. ad aures.

g In 4. col.

h ibi.

SVMMARIVM.

1 *Dispensatio licet sit stricti iuris ad annexum, & inseparabile extenditur.*

2 *Dispensatio ab vno coniugum alio ignorante impetrata vtrique prodest.*

3 *Dispensatio absque mandato impetrari potest.*

CONSILIVM III.

QVæritur, an dispensatio impetrata ab vno coniugū super impedimento matrimonij, quod est inter ipsum, & aliam certam personam, prosit vtrique.

1 Pro parte negante facit, q dispensatio strictè interpretanda est secundum omnes, & consequenter non est extendenda de vna persona ad aliam.[i] & ibi gloss. Secundò, quòd non potest impetrari dispensatio sine mandato, vt videtur probare cap. [innotuit.][k] ad quod illum textum tenendum esse mente, dicit ibi Panormitanus, & commendat multum Corsetus.[l]

i Arg. c. 1. de offi. dele.

k de elect.

l in singulis verbis mandato.

2 Sed pars affirmatiua venanda est. Tum quia qui vult vnū, videtur velle, id quod necessario sequitur ex illo. At dispensatio concessa vni personæ ad contrahendum cum alia nihil valeret, nisi extenderetur ad id quod est necessario annexum illi, iuxta glossam notabilem.[m] At dispensatio vnius ad contrahendum cum alia est annexa dispensationi illius ad contrahendum cum eo, ergo, &c. Tum quia passim contingit, vt altera persona contrahentium sciat impedimentum: & sæpe multe contractum, vel resciat postea altera ignorante impedimentum: & sæpe multis de causis conuenit, vt non reueletur dispensatio, neq; impedimentum, super quo illa fit parti ignoranti, per ea quæ scribimus in [c. 22. nu. 70.] Manu. conf. Tum denique, quia cum Papa dispēsat cum altera persona contrahentium, intendit dispensare cum vtraque, quia illæ dispensationes sunt inseparabiles.

m l. 2. ff. de iudic. & in l. subsistit. ff. de reiudic.

3 Ad primum oppositum respondetur per argumēta pro secunda parte allata. Ad secundum respondetur negando, quod dispensationis impetratio requirat mandatum, vt tenet glossa, P. nec contrarium probat cap. [innotuit.] si satis ponderetur. Salua, &c.

n In cap. ad aures. & in l. si quis. & ibi gloss. ff. de reg. iur.

SVMMARIVM.

Agere in iudicio contra aliam sine mandato nemo potest, nisi saltem præstet cautionem, nu. 8.

1

Rescriptum pro alio sine mandato impetrari non potest, & hoc procedit in rescripto ad lites. nu. 9. modo non sit conuentus conuentione carnali, nu. 2. nec ex certa scientia Papæ. nu. 6. nec eius motu proprio concessum. Immo hodie in Curia non admittitur hæc exceptio, nu. 9.

2

Rescriptum gratiosum potest sine mandato impetrari, vt beneficiorum, priuilegiorū, immunitatum impetratio, & super restitutione ad famam. nu. 6. item, & dispensatio, vt attestatur etiam Sylus, num. 7. licet Panor. & Corsetus videantur contrarium sensisse, nu. 3. & 7.

3

CON-

CONSILIVM IV.

REgularis, cum pro sua religione, & procuratoris in Curia officium ageret, & suum monasterium inquietaretur frequentius pro certa impositione, seu talea, absque monasterij mandato immunitatem seu priuilegium cum certa moderatione à Summo Pontifice impetrauit. Dubitatur an gratia sine speciali mandato concessa teneat.

1 Pro parte negante facit primò, q regulariter nemo agit pro alio sine mādato eius legitimo.[a] Secundò, quod rescriptum impetratū pro alio sine ipsius mandato non valet,[b] vel saltem est elidibile per exceptionem.[c]

a l. nemo. ff. de reg. iur. & C. de procurator.

b l. nonnulli. §. sunt & alij, et c. ex sonam de decan. de refer. ed. c. nonnulli. §. sūt alij. & in c. cum dilecti. de cōsti. verbo secūs. num. 11.

2 Tertiò, quòd prædictus [§. sunt & alij,] quatenus habet coniunctam personam posse impetrare pro alia persona sibi coniuncta, solum procedit in persona coniuncta carnali coniunctione, & non coniuncta spirituali tantum, iuxta glossam notabilem,[d] quam Panormitanus, & communiter omnes sequuntur ibi, & multi alij alibi, quos congerit Felynus,[e] & ita licet prædictus religiosus esset coniuncta persona spiritualiter aliorum religiosorū eiusdem ordinis, nō th videtur potuisse impetrare ea, quæ obtinuit pro illis.

d in c. cum dilecti. de cōsti. congerit. e & ita licet.

3 Quartò, quod non potest quis impetrare pro alio dispensationem sine ipsius mandato speciali, vt videtur expressum in cap. [innotuit.][f] quod ād hoc putat esse singulare Panormitan. & Antonius Corsetus.[g]

f de elect. g ibid. & in ca. subsistit. de reslit.

Quibus non obstantibus, pars affirmatiua tenenda est, nempe quod est valida, & firma. Tum per l. [vniuersis,][h] quatenus habet non referre à quo sit impetratum, modo à principe sit concessum, secundum Baldum ibi communiter receptum. Tum quia per prædictam l. [vniuersis,] determinat Bartholus in ea, quod quando reformatio fit in Concilio, non refert, an ille, qui fecit propositam, esset infamis, necne, postquam apparet de consensu populi: quem referunt, & sequuntur Paulus à Cast. & Alexander,[k] quod rursus pro hac l. vide Iason.[l]

h in l. 1. in princ. ff. de integ. restit. singul. verbo mandatum. C. de precibus Imper. offerend.

k in lib. 1. ff. de leg. fals. num. 11.

l in d. l. vni uersis.

4 Tum quia impetratio beneficiorū pōt fieri pro aliquo sine mādato eius, A vt est casus in c. [ex ore,] vbi Panormitanus communiter receptus,[m] & duæ glossæ putatæ singulares,[n] quod ipsum est dicendum de impetratore priuilegiorum, & immunitatum secundū Lodonicum Romanum, quem refert, & sequitur Felynus.[o]

m De his quæ fiunt à maiori parte capit. n in ca. ad aures, & in. o d. §. sunt & alij, n. 10

5 Quinimmo idem dicendum est de nonnullis omnibus literis gratiæ, quæ non dātur §. *sunt &* ad lites, vt definit Rebuffus.[p] Tum quia *alij*, de reconiunctus pro coniuncta persona pōt *script.* impetrare etiam rescriptum ad lites, ut habetur in dicto §. [sunt & alij,] & pro dictus religiosus est coniuncta persona *et alij. n. 10* spirituali cōiunctione prædicto monasterio, ordini, & fratribus eorū. Et quam vis ad hoc respōderi possit, quòd supra allatū est in tertio argumento pro contraria parte, attamen in nostro casu vltra coniunctionem spiritualem interuenit mandatum monasterij, & multæ literæ multorum fratrum eiusdem ordinis, & quod agebatur de interesse eiusdem religiosi impetrantis, & de vtilitate publica religionis, quæ omnia coniūcta possent multum in hoc operari.

p in c. cum dilecti. de rescript. ibi. 4. notab.

6 Tum quia literæ ad restituendum aliquem ad formam, possunt impetrari sine mandato, secundum Baldum receptum, quē refert, & sequitur Felynus.[r] Tum quia rescriptum etiam ad lites ex certa sciencia Papæ datum ad petitionē eius quem nouit non habere mandatū, est validum, & firmum, per hec iura,[s] & alia, quæ tradit post alios Felynus.[t] & in specie de rescripto impetrato sine mandato determinat idem Felynus.[u] Et in casu nostro Sanctissimus D.N.no tuit prædictum religiosum non habuisse aliud mandatum totius ordinis, quā illud, quod tacitè colligi posset ex scripturis plurimis: quas ante Sanctitatem ipse præsentauit.

q in l. 1. C. de prec. Imper. offer. r in dict. §. sunt & alij, s l. idem Vlpianus. ff. de excus. tutorum, & l. 1. ff. de reiud.

t in c. cum inter, de exceptione dict. §. [sunt & alij,] adeo quidem, q v in dict. §. prædictus Petrus Rebuffus,[x] dixit se sunt et alij, nunquam vidisse illū in regno opponi, nu. 51.

u vbi supra, post impetrationem factam. Tum quia etiam dispensatio potest ab alio pro alio sine mandato impetrari, per textū y in c. inno- in hoc mihi singulare, y quatenus irre- tuit. de elec.

fraga-

fragabiliter probat potuisse Capitulũ Vigorien se petere legitimationẽ pro illo, quẽ elegerat: qua ratione iure quis miretur Pan. commendãtem ibi illum textum pro contraria parte, & magis Antonium Corsetum commendantem ob hoc Panormitanum, [a] præsertim cũ quotidie videamus in Curia innumeras dispensationes impetrari pro absentibus sine vllis illorum mandatis. Tum denique, quòd S. D.N. omnia ea, quæ fecit, ordinauit, & concessit in vtilitatem, & decorem sui ordinis, cõcessit proprio motu, & de certa scientia, vt suis literis testatur: & palàm est suam Sanctitatem potuisse omnia illa facere, & concedere sine vllius instantia, & petitione.[b]

8 Ad prius oppositum respondeo primò, concedendo neminem regulariter posse litigare in iudicio cõtra aliũ, non præstando saltem cautionem de rato, negando tamen, q̃ non possit quis agere alterius negotia sine mandato eius, vt palàm probant toti tituli de negot. gest.[c] Respondeo secundò, negando ẽt, q̃ in casu proposito agatur de admittẽdo, vel non admittendo aliquo ad impetrandum aliquid ad litigandum pro alio sine mandato, quia solum agitur de impetratione gratiarum reformationis & id generis aliorum. Tertio respõdeo, quod non tantùm agitur de valore impetratorum, quatùm de valore factorũ, & concessorũ à principe motu proprio & ex certa scientia, ac de plenitudine potestatis, vt patet ex ipsis litteris, quæ per supradicta valent, non obstante defectu personæ impetrantis.

Ad posterius oppositum rñdeo primò, quòd ille §. [sunt & alij,] facit primum pro nostra parte per locum a speciali, quatenus per eũ ob aliquas rationes speciales statuitur, ne alius pro alio rescripta ad lites impetret, ergo regula [d] c. præsentiter põt quis alia pro alio impetrare. [d] te. §. loca. Secundò, q̃ ille, §. non habet locũ in re scriptis motu proprio, & ex certa scien- adiecta gl. tia concessis, vt prædictum est, & de his verbo spe- aliter, de quæritur in casu proposito. Tertiò, q̃ cialiter, de præb. lib. 6. tñ loquitur de rescripto ad lites exercendas, de quo non agimus. Quartò, quod ille §. non procedit in Curia, quę regulariter non admittit huiusmodi exceptionem, præsertim in rescriptis Rotæ Auditoribus directis, vt Felynus qui fuit Auditor Rotæ, ibidem adnotat: & in casu agitur de actis in Curia.

9 Quare proculdubio hęc pars est tenenda, & fouẽda in gloriã Dei, qui nos omnes seruet, & foueat. Amẽ. Salua, &c.

[a] in singu. verbo mandatum.

[b] Arg. c. cũ olim per mũdũ, 9. q. 3. & ca. 1. de cõstit. & c. proposuit, de conces. prabend. [c] ff. & C.

SVMMARIVM.

Licentia assumendi ordines nec moree, nec translatione concedentis expirat. 1

CONSILIVM V.

NObtinuit à suo Episcopo dimissorias, vt posset à quocunque Catholico antistite ad quoscunque etiam sacros, & presbyterij ordines promoueri. Deinde, antequam ordinaretur, prædictus suus Episcopus vita functus est. Quæritur an virtute illarum dimissoriarum ordinari possit.

1 Ad hanc quæstionem respõdeo affirmatiuè, quòd sic, quia huiusmodi dimissoria concessa ab Episcopo non moritur, nec desinit valere mortuo, vel semoto siue translato Episcopo eam concedente, vt tradit Cardinalis, [e] cuius dictum multis fundamentis confirmauimus nos alibi, [f] secundum quod etiam aliàs sæpe respondimus.

[e] in clem. de cler. [f] in c. cum, de præb. dist. 1.

SVMMARIVM.

Dispensatus ut non obstante occulto subdiaconatu possit in genere vxorem ducere, impetrando postea ut possit ducere affinem, non tenetur de prima dispensatione mentionem facere. 1

Plures qui patitur defectus, potest super singulis, nisi aliud reperiatur in rescripto cautum, separatas impetrare dispensationes absque eo quod in vna de altera mentionem faciat nisi dicti defectus se contingerent, & alter ex altero augeatur. 2

CONSILIVM VI.

SVbdiaconus occultus, & malè ordinatus impetrauit à Papa dispensationem, vt posset vxorem ducere: deinde, nulla de huiusmodi dispensatione mentione facta, impetrauit, vt affinem ducere

ducere posset. Dubitatum fuit, an posterior dispensatio valeret, tacita priore.

2 Respondetur, quòd quamuis indulgentia secũdi homicidij non valeat, nõ facta mentione de indulgentia prioris, [a] L. 2. C. de epis. audt. sm Gulielmum de Cuneo, [a] relatum per Baldum ibidem, & quamuis dispensatio super pluralitate concessa illegitimo non valeat, non facta mentione de priore dispensatione, qua factus est habilis ad vnũ, [b] attamen cùm id ideo procedat, quia lex illa 2. requirit expressionẽ iterationis, siue geminationis delicti, & illud c. 2. [c] requirit illo casu illam mẽtionem ex ratione specialitatis, quod illę dispensationes se contingũt, & sunt quasi circa idem: & tacitum auget delictum, vel defectum expressum, super quo dispensatur, sequitur vt si secunda dispensatio nõ fit circa idem, videatur non esse necessaria mentio prioris: & ita gratia facta de pœna adulterij non requirit mentionem de gratia penę periurij, lusus, vel homicidij, nec gratia pluralitatis beneficiorũ facta illegitimo requirit mentionem gratiæ factæ ei de non ieiunando certis diebus, vel nõ soluendo pœnam periurij. Ex quo fit, vt similiter gratia ducẽdi vxorem facta subdiacono occulto, & male ordinato, nõ vitietur eo q̃ tacuit, præsertim sine dolo, quod erat affinis vxoris, nec secũda gratia postea impetrata super affinitate, non facta mentione de dispensatione super ordine, quia sunt res separatæ, nec vna auget alterã, ideo nullo iure videtur requiri mentio alterius in altera.

[b] C. 2. de filijs presbyt. lib. 6. [c] 2. de filijs presbyt.

SVMMARIVM.

1 *Facultas edendi carnes in diebus ieiuniorum dicentis se nobilem, & infirmum, valet, licet non sit nobilis.* A

1 *Copulatiuè etsi narrentur multæ causæ in libello, cõmissione, vel priuilegio, quæ oẽs ad effectum qui quæritur non sunt de iure necessariæ, satis est vt una verificetur sufficiẽs ad dictum effectũ producendũ.* B

CONSILIVM. VII.

VTrum dispensatio de comedendo carnes diebus ieiuniorum, cum adiectione, [extra Quadragesimam, & Nauar. Cons. Pars I. de consilio vtriusq; medici,] dicenti se nobilem, & infirmum, valeat, esto quod non sit nobilis. C

1 Respondetur primò, q̃ facile quis posset defendere non ualere. Secundò, q̃ defendi põt q̃ valeat, saltem de æquitate. Tum quod S. Sanctitas omnibus petentibus, cuiuscunque conditionis sint, videtur concedere illam cum prædictis conditionibus. Tum quod clausula illa, [de consilio vtriusque medici,] non potest uerificari per nobilitatem, sed tantùm per solam infirmitatem. Tũ quod q̃n in aliquo libello, commissione, vel priuilegio ponuntur multæ causæ, etiam copulatiuè, quę omnes nõ sunt de iure necessariæ ad operandum aliquẽ effectum, sufficit vt vna illarum, quæ illum operari potest, sit vera, iuxta glossam, & ea quæ latissimè adducit Felynus, super ea. At constat: quod sola causa infirmitatis in casu proposito sufficiebat ad obtinendum hoc priuilegium. ergo, &c.

SVMMARIVM.

Subreptio per falsi expressionem gratiam annullat quoad illam partẽ, cuius fuit causa, & nu. 3. 1

Exemptio per quasi possessionem 40 annorum præscribitur. 2

Religiosi ac eorum Abbates iure communi Episcopo subiacebant, licet postea accidisset, quod religiones fuerunt exemptæ, nume. 5. 4

Religionis alicuius approbatio, seu erectio non debet censeri subreptitia ob leuem aliquam falsitatem sine dolo expressam. 5

CONSILIVM VIII.

AN Gratia Pij V. qua congregationem secularem clericorum, & laicorum, ad educãdos, & regendos orphanos instituram, fecit regularem sub regula sancti Augustini, sit subreptitia, & nulla, ita quod professiones factæ sint nullæ, propterea, quod in bulla dictę gratiæ narratur prædictam congregationem exemptam fuisse à Paulo III. à iurisdictione ordinariorum, quod tamẽ non inuenitur in eius bulla.

D Et

1 Et pro parte quidem affirmante fa cit, quod subreptio præsertim illa quæ fit per expressionem falsi, vitiat gratiã in totum, [a] quia mendax precator dẽt carere impetratione, imò & puniri. [b]

a Ca. super literis, de rescript.

b C. etsi lege. 25. q. 2.

At Pius V. in sua bulla, quam non motu proprio, sed ad supplicationem præfatæ congregationis concessit, habet Paulum III. exemisse eam à iurisdictione, & auctoritate ordinarij, quod tamẽ videtur falsum, quoniam Paulus III. non exemit eam à tali iurisdictione, vt patet ex contextu bullæ ipsius.

2 Pro parte autem negante facit primò, quòd non concluditur prædictam congregationem non fuisse exemptam à Paulo III. eo quod in prædicta bulla eius non contineatur: quia potuisset exemisse per aliam: & non probatur nõ esse, quòd contingit abesse. [c]

c L. neque natales, C. de proba. & c. in præsen tia, eod. tit.

3 Secundò, q̃ prædicta congregatio videtur mansisse in quasi possessione exemptionis per quadraginta, & amplius annos, & sic eam quæsiuisse. [d]

d C. de quar ta, cũ ei annotatis, de præscriptio. e C. si eo tẽpore, & ca.

Tertiò, q̃ subreptio non vitiat gratiam, nisi quo ad illud, cuius causa fuit: & gratia potest esse subreptitia quo ad aliquid, & valida quo ad aliud, [e] vt tradit Nicolaus Millis, [f] Panor. & oẽs. [g] At prædicta expressio falsa exemptionis non videtur fuisse causa, vt Pius V. faceret eam de sæculari regularem, qm̃ communi iure antiquo, & ordinario tã monachi religiosi, quàm Abbates eorum subiacebant Episcopis, [h] licet non possent ab ordinarijs inquietari super quibusdam, de quibus ibi latè, præsertim ca. [quam sit necessarium,] & ita posset dici, quod prædicta congregatio est quidem religiosa, & regularis sub regula S. Augustini, quæ à Sede Apostolica approbata est, & clerici, & aliæ personæ professæ in ea, religiosi, & regulares ipsius congregationis religiosæ, siue illa, vel illi sint exẽpti, siue non.

susceptа, de rescrip. li. 6. f In 5. gra. sub finem. g In c. super literis, de rescript. h Ca. 1. 18. q. 2. & per totam quæstionem.

5 Quarto durum videtur concedere prædictos presbyteros, qui expressè ẽt tria substantialia vota religionis emiserunt sub regula tam approbata, in congregatione adeo graui, magna, vtili, & sancta, posse ad statum sæcularem redire absque Sedis Apostolicæ facultate ea sola occasione, quòd nõ sint exẽpti: & dictum fuerat in bulla Pij, q̃d erant exẽpti sine dolo, & malitia ipsius, quibus non est credendus vsus esse Pius ille, neque congregatio prædicta ab huiusmodi vitijs aliena, maxime cùm, vt prædixi, exemptio per accidens conueniat religioni, imò à principio quando illa magis nitebat, non erat exempta.

Quintò, quòd oẽs rationes, quibus prædictus Pius motus fuit ad faciendã prædictam congregationem regularẽ, & constituendum, vt eius personæ profiterentur expresè, & non esset locus professioni tacitæ, ita persuadent illa sine exemptione, ac cum exemptione: ergo exemptio non fuit causa, vt prædicta institueret, cũ ex zelo moribus ei⁹, & rõnibus ab eo expressis satis colligatur, q̃d æquè facilè instituisset, & constituisset eadẽ in vno casu, ac in altero. Per quæ omnia credo nõ facilè persuasum iri S. D. N. vt prædictis presbyteris, quam prætendunt, libertatem permittat, cuius tã summę auctoritati cũ summa eruditione, summæq; iustitia, & religione cõiunctæ prędicta, & alia omnia, meq; ipsum humillime submitto.

SVMMARIVM.

Subreptitius est, qui impetrans à Papa secundum beneficium, bona fide, & per simplicitatẽ tacuit primum, ex eo quod intendebat istud statim relinquere.

Ignorantia facti excusat, sed non iuris, præsertim clari, & quamuis excusaret à peccato, non tamen sufficit ad sanandam subreptionem, num. 3.

CONSILIVM IX.

AN impetrans beneficium à Papa, tacito alio, q̃d obtinebat, eo quòd volebat statim illud relinquere, credẽs bona fide, quod nõ tenebatur ad illud exprimendum, excusetur in foro conscientiæ, ita quod sine tituli reformatione possit illud licitè retinere?

1 Respondeo, quod D. consulenti videntur fauere ignorantia, bona fides, & simplicitas & q̃ si dixisset Papę se habere quidem canonicatũ, sed velle statim renunciare illi, habito secũdo, perinde concessisset secundum, ac si non habuisset alium: & quod ignorantia rei exprimendæ excusare videtur subreptionem. [a]

a C. gratia, de rescript. lib. 6. b In c. super literis, 1. & 2. concl. & ẽt in ca. ad audiẽtiam, 2. de rescr. e De prebẽ. lib. 6. d Cap. cum adeo. & ca. si proponẽte de rescript. lib. 6. & d. ca. si motu, & clem. 1. de præben. e C. ignorãtia, de reg. iuris, lib. 6. f Cap. 1. de reg. iu. li. 6. g Perinde valere.

Sed contra eum neruosissimè facit, quod gratia beneficialis est ipso iure nulla, si taceatur beneficium prius obtentum, etiam sine dolo, & per simplicitatẽ, vt latè scribit Felin. [b] & est textus irrefragabilis in c. [si motu proprio.] c

2 Facit etiam, quod ignorantia prædicti Domini non fuit facti, sed iuris, nõ solum regularum Cancellariæ, sed etiã antiquissimi decretalium, [d] & quod p̃dictum cap. [gratia] loquitur de ignorantia facti, & non iuris, quę non excusat, præsertim adeo clari, atq; est hoc, de quo loquimur. [e] Facit etiam contra eum: quod cũ impetratio sit ipso iure nulla, videtur tenere canonicatum sine titulo, sine quo nõ potest licite teneri. [f] Quare non auderem dicere, quod nõ teneatur reformare prædictam gratiã, & obtinere aliquod, [g] quamuis credam ipsum non peccasse in sic impetrãdo, p ea quæ dixi supra ei fauere. Salua, &c.

SVMMARIVM.

Subreptitius non est, qui vnica supplicatione quatuor beneficia, quorum nullũ excedit valorem scutorum vigintiquatuor, impetrando, asseruit eorundem valorem simul iunctum scutorum vigintiquatuor non excedere summam.

CONSILIVM X.

AN Impetratio plurium beneficiorum, quorum nullius valor ascendit ad summam vigintiquatuor ducatorum auri de Camera, sit nulla, eo quòd in supplicatione, in qua petuntur quatuor talia, non exprimitur vera valoris summa coniunctim, ita quod omnium simul valor ascenderet ad triginta scuta, & nullius valor per se ad decem?

1 Respondi non videri nullam, quia valor beneficij non ascendentis ad summam viginti quatuor ducatorum non est necessariò exprimendus, vt testatur Gomezius. [h] Salua, &c.

h In reg. de valore bene ficiorum pa g. 3.

SVMMARIVM.

Nominatus tanquam magis idoneus repertus in concursu ad parochialem in mense Papæ vacantem, & differens obtinere prouisionem, vt alius eandem tã quam ad eãdem Sedem per Concilium Lateranense deuolutam impetret, si impetratio tenet, ad nullam monitionem faciendam tenetur, at si dicta impetratio sit subreptitia, vt putat auctor, numero 2. & sequen. tenetur monere vel Papam, vel Datarium, vel Episcopum, numero 5.

Subreptitius est, qui beneficium tamquam deuolutum impetrat, tacendo specialem modum deuolutionis, qui Pontificem à concedendo retraxisset.

Nominatus in concursu parochialis tamquam dignior, si morte, vel renunciatione, vel aliter ius suum, antequam instituatur, amittat, ad Episcopum redit integrum ius nouum concursum, & reliqua omnia, vt prius faciendi.

Deuolutio beneficiorum ad sedem Apostolicam inducta per Concilium Lateranense contra ordinarios intra sex menses non conferentes, non habet locum in materia institutionis, nec nominationis ad parochiales, pro quibus factus fuit concursus, in mensibus Papæ vacantes.

CONSILIVM XI.

ECclesia parochiali vacante in mẽse Papæ Episcopus iuxta formam Concilij Tridentini admisso concursu nominauit digniorem, & iussit ei, vt adiret S. D. N. ad habendum titulum: qui licet à principio curasset aliqua ex parte illum habere, neglexit tamen p trienium: postea curauit illam tamquam tanto tempore vacantem, & sic ad Sedem Apostolicam per Concilium Lateranẽse deuolutam impetrari cuidam tertio ea digno. Quæritur an nominatus per concursum teneatur declarare Papæ, se fuisse nominatũ ad illam per concursum, præsuppositio, quòd valuit prouisio Papæ facta dicto tertio.

1 Respondetur primò, quòd præsuppositio valore prouisionis Papæ non tenetur D. consulens ad monendum Papam, nec Datarium, neq; Episcopum, nec prouisum, quo suis cõscientijs medeantur, per rationem in casu tactam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secundò, quòd non esset dubitãdum de valore prouisionis, si cum impetrare tur à Papa tamquam deuoluta, fuisset Sanctitati suæ narratus modus deuolutionis, scilicet, quod fuit decretus ab Episcopo cõcursus, & facta examinatio concurrentium, & nominatus dignior, & quod ipse erat contentus, vt conferretur alteri, Episcopo tamen id nesciente, nec consentiente: quia visus esset Papa derogare Concilio. 2

a Arg.l.idẽ Vlpianus, ff.de excus. tut.& l.qui dã consulebat, ff.de reiud.

2 Tertiò, quòd si p̃dictus modus deuolutionis non fuit Papæ narratus, sed solum fuit ei dictũ, quòd prouisio eius erat ad eum deuoluta, dubitari põt de valore prouisionis. Et mea quidem sententia, salua saniori, censenda est subreptitia. [b] Tum quia difficilius contulisset eam Papa, si præfata scitiisset. Tum quia Episcopus non fuit negligens in prouidendo Ecclesiæ præfatæ, quia fecit omnia, quæ ad ipsum spectabant.

b C.postulasti, de reser.

3 Tum qa negligentia nominati non debet ei nocere. Tum quia, sicut electo ad aliquam dignitatẽ nolente consentire electioni de se factæ, vel renũciante iuri sibi quæsito, vel moriente, antequã electio confirmet, ius eligẽdi redit ad primos electores, qui habebunt tm̃ tempus ad eligendum denuo, quantùm habuerunt ante primam electionem, [c] ita etiam ad Ecclesiam parochialem p concursum iuxta formam Concilij Tridentini nominato renunciante, moriẽte, uel aliàs ius quod habebat antequã instituatur perdente, potestas prouidẽdi per nouum concursum redit ad Episcopũ, cuius iuri voluit Papa derogare, ignorãdo illud ei competere, vt ignorabat tempore, quo præfatam Ecclesiam contulit, cum nihil ei de præfato cõcursu, neque de nominatione virtute illius facta sibi fuisset narratũ. Tum quia gratia principis intelligenda est sine prẽiudicio tertij, [d] & gratia principis intelligẽda est sine præiudicio Epi, & nominatione, ff. ne ti, de quibus nulla fuit ei mentio facta. 4

c C. si electo de electione. lib.6.

d Li.2.§. si quis à prin cipe, ff. ne quid in loco publico fiat,

Tũ quia licet statutum sit certum tps ad conferendum, [e] non est tñ institutum tale ad instituendum, vt Panor. *de off.dele.* cõtendit receptus docet, [f] & ita præfatus D. cõsulens nõ perdidit ipso iure ius siqui bi p nominationẽ quæsitũ per lapsum sex mensium: neq; Eps poterat præfigere terminum Papæ ad instituendum: neq; tenebatur scire causas ob quas S. Sanctitas non instituit D. consulẽtem. Tum per alia quæ non vacat scribere.

e C. si electo de electione. lib.6.

f In eodẽ c.

5 Quartò rñdetur, q̃ D. cõsulens põt suæ cõscientiæ satisfacere renunciãdo iuri sibi quæsito per p̃fatam nominationẽ in manibus præfati Epi per se, vel p procuratorẽ, allegando in specie, vel in genere causas, ob quas nõ conuenit ipsi præfatam institutionẽ à Sede Apostolica quærere, idq; poterit facere, Papa & Datario inscijs: vel Eps per nouum concursum, & nouam nominationem prouideat Ecclesiæ suæ, perinde ac si antea minimè nominasset. Salua, &c.

[Aduertendum in casu proposito, non posse accommodari quod dicitur de deuolutione ad Pontificem facta, cum agatur de beneficio quod vacauit in mense eidem Pontifici reseruato.]

SVMMARIVM.

Parochialem adeptus, si per negligentiam etiam à superiore non monitus, num.9. cum iusto non detineretur impedimẽto, intra annum nõ accepit ordines, eam ipso iure dicto anno elapso perdit, fructusque postea perceptos suos nõ facit, sed illos ẽt in foro cõscientiæ tenetur restituere, n.2.& 10. imo nec perceptos in primo anno, si parochialẽ eo accepit, & possedit animo, vt nõ promoueretur. n.10. 1

Fructus male percepti triplici modo restitui possunt remissiue. 3

Expressio defectus sufficienter fit per verbũ forte, vel forsan, et hoc stylo Curiæ. 4

Pensio reseruata resignanti beneficium in quo titulum canonicum non habebat, tacito dicto defectu, non tenet, nu.5. nisi ex clausulis in supplicatione appositis talis sanetur defectus, 6.7.& 8. 4

Taciturnitas eius quod expressum retraxisset principem à concedẽdo, vel tũ facile concedendo gratiam, etsi nõ semper causet subreptionem, nu.6. illam tamen causat expressio talis falsitatis, num.5. 6

Mandatum de conferendo beneficium alicui resignãdũ nõ se extẽdit ad illud si talis prius moriatur, quã resignet. 6

Pensiones quando collitiganti cedenti reseruantur, non inspicitur an ius habeat in beneficio, vel non, imò absoluè habentur pro validis, numero 10. 6

Ignorantia iuris admodum noti non excusat illum qui illud tenebatur scire. 9

Pensio reseruata resignanti, qui beneficij titulo erat priuatus, sustinetur ex mente Pontificis, si quæ colligi possit ex verbis supplicationis, &c. 10

Clausula illa, siue prædicto, siue alio modo dicat, facit, vt collatio facta resignatario, de beneficio resignato ab eo qui eodem prius erat priuatus, teneat. 10

Fructus ecclesiæ vacãtis de iure in illius vtilitatem conuerti debent, vel primo legitimo successori tradi. 11

Execrabilis etsi sit is qui plures parochiales sine dispensatione obtinet, secus tamen est in eo qui easdem post priuationẽ ipso iure meursam retinuit, & n.14. 12

Execrabilis ad beneficia obtinenda, non autem ad pensiones inhabilis fit, nu.15. 12

Execrabilis beneficia vacantia, non omnia sed vltimo loco obtenta, sunt reseruata collationi Sedis Apostolicæ. 12

Intrusus in aliquo beneficio, ad illum tunc inhabilis fit, quando in eo sine titulo se intrusit: secus si illius possessionẽ à principio iusto titulo acceptam post amissum titulum continuauit, nu.14. 13

Possessionem beneficij legitimo cum titulo acceptam post illam amissum continuans, non fit intrusus, vt qui ab initio sine titulo illam apprehendit.14. 13

CONSILIVM XII.

QVidam adeptus ecclesias aliquot parochiales intra annũ non fecit se promoueri ad ordinẽ presbyteratus, & aliquot annos p̃cepit fructus, & postea, vt satisfaceret Concilio Tridẽtino, [a] resignauit eas i alios, reseruatis sibi pẽsionibus. Quærit qd agẽdũ.

a De refor. c.2.sess.7.

1 Respondeo primò, conari eum deberi reminisci, an per negligentiam suscipiendi ordines ipso iure perdidisset illas Ecclesias per lapsum anni, [b] nam si quod impedimentum iustum habuisset, nõ perdidisset eas, [c] & alioquin sic.

b Iuxta ca. licet canon. & c.cõmissa, de elect. lib.6.

Secundò, q̃ ẽt dẽt conari meminisse, an sciret, & aduerteret, quòd p huiusmodi negligẽtia p̃diturus esset illas Ecclesias, an ignoraret, vel nõ aduerteret.

c Per dicta in ca.cõmissa.

2 Tertiò, quòd secundum communẽ opinionem is, qui per huiusmodi negligẽtiam perdit Ecclesiam pãrochialem, non facit fructus suos receptos post p̃ditionem iuris, & tenetur restituere eos etiam quo ad forum conscientiæ, quãuis regulariter pœna nõ debeatur in illo foro, iuxta glossam singularẽ, [d] vt nos *d In c. fra.* tradimus in comment. cap. non liceat. [e] *ternitatis'.*

3 Quartò, quòd prædictus D. consulens in restituẽdo vti potest vno de tribus remedijs, quæ nos ponimus latius, *12.nu.14.* & profundius, quam aliquis alius, [f] quę *f In dic.§.* ibi videri possunt, & quod ad propositum casum est valde aptum illud, scilicet restituendi illos illismet familiaribus, in quorum fauorem renunciauit prædictas Ecclesias, & quod illi ratione gratitudinis possunt intuitu pietatis, vel paupertatis suæ, vel aliorum cognatorum suorum, remittere illos.

d In c. fra. 12.q.2. e 12.q.2.§. 12.nu.14.

[Aduertẽdum, cùm hic agat̃ de fructibus beneficij, quod modo hẽt legitimum successorem, & administratorem non posse in hoc verificari omnes tres dictos modos restituẽdi, quia imò dicti fructus vñr restituendi dicto successori.

4 Quintò, quòd magnæ quæstionis videtur esse, an reseruatio pensionum à Papa ei, qui renunciat beneficium, in quo non habet titulum canonicum, alicui, valeat, non facta mentione, quòd non habet, & titulum canonicũ: si enim faceret eam, vel saltem diceret se dubitare, vel habere scrupulum, valeret, q̃a satisfieret mentio de illo defectu, stylus enim Curiæ habet, vt defectus per verbum, [forte,] vel [forsitan,] expressus habeatur pro expresso. Quare consulendum videtur D. consulenti, vt quærat in registro supplicationem regi stratam super hac reseruatione pensionum, vt videãtur omnes clausulæ eius, si quæ sint, quæ directè, vel indirectè, tacitè, vel expressè de hoc defectu tituli canonici mentionem faciat.

5 Sextò contra reseruationem pẽsionũ huiusmodi sine vlla expressione defectus facta facit primò, quòd difficilius cõcessisset Papa pẽsiones, si sciuisset nõ cõpetere sibi ius in illis Ecclesijs, & gratia principis facta, tacito illo, q̃d expressum retraxisset à concedendo, vel tam facile concedendo, est subreptitia. [g] Secundò, quòd licet taciturnitas veri, quod retraxisset principem à concedẽdo *de rescript.*

g Ca.postu lasti, & cacundò.

Universidad de Deusto
Biblioteca

do, non semper annihilet gratiam, expressio tamẽ falsi, quod faciliorem reddit principem ad concedendum, semper annihilat gratiam iuxta illud. [Mẽdax precator careat impetratis,] [a] & tradimus nos in Manu. [b] post Rotam. [c] & Felinum, [d] At prædictus D. consulẽs renunciando illas ecclesias asseruit sẽ habere ius in illis, quia priuatio prẽsup ponit habitum, [e] ergo debet carere gratia pensionum impetrata.

6 Tertiò, quod sub mandato conferẽdi beneficiũ ab aliquo resignandum nõ includitur beneficium eius, si per mortem ipsius resignatione nõ facta vacet. f Ergo nec pensio imposita beneficio propter resignationem valebit quidquam si resignatio eius non valuit: at resignatio eius quod non est, nõ valet, quia non entis nullæ sunt qualitates, ergo, &c.

Pro valore autem gratię pensionum facit primò, quòd prædictus D. consulens ignorabat, uel saltem non aduertebat se perdidisse titulum canonicũ, quem habebat, propter negligentiam accipiendi ordinem, & taciturnitas gantium, & cedentibus assignantur pẽsiones, nec curant partes, neque Cãcellaria, an cedentes habeant ius, nec ne: & stylus Curiæ facit ius. [i] Tertio, quòd communiter resignantes dicunt se resignare ex quibusdam causis animum suũ ad id mouentibus: sub quibus uerbis uidetur posse comprehẽdi defectus boni tituli: & ita uideri potest expressus defectus illius saltem in genere, quod uidetur sufficere.

7 Sed quia expedire uidet, ut uideatur copia supplicationis registratæ, suspendo super hoc articulo meam sentẽtiam, donec illa monstretur. Salua &c.

Visa post hæc supplicatione p̃dicta, addo, qđ ex illius tenore colligitur sufficienter esse factam mentionem Papæ de defectu tituli generaliter, uel specialiter. Primo quidem per illa uerba. [Ex certis causis animũ suum mouẽtibus.] Secũdo per illa. [Reseruatis ualidè infrascriptis, & non aliàs &c.] Tertiò per illa. [Præmisso siue alio quouis modo uacet p resignationẽ corã notario, &c. aut per cõstitutionem execrabilis, uel aliàs uacet, etiamsi deuoluti affecti specialiter, uel aliàs, ex quauis causa in literis etiam dispositiuè, uel conditionaliter exprimenda generaliter reseruata litigiosa, cuius litis statum &c. existat.] & per illa. [Quomodolibet se intromittendo, molestando, deturbando.] & per illa. [Illaq; ex quauis causa nulla, & inualida.] Per quæ omnia colligitur Papam uoluisse reseruare prædicto D. consulenti prędictas pensiones, etiam si Ecclesiæ uacassent, & collatio fuisset reseruata Papę, uel deuoluta ad ipsũ, &c.

8 Ad argumenta in oppositum facta respondeti põt illorum uim procedere, qñ ex uerbis ipsiusmet Papæ, uel literarum eius non constat expresse, uel uirtualiter de ipsius intentione. [k]

POST HANC nostram responsionem proponuntur nobis aliæ tres, quę uidentur esse uirorum egregiè doctorum, quæ continent quædam contraria eis, quæ nos supra diximus, & interrogamur, quid de illis nobis uideatur, & an pròpter allegata in eis discedamus à nostra snía, an uerò perstemus in illa.

9 Ad quod respõdemus primò, quòd nunc pro comperto habemus D. consulẽtem ipso iure perdidisse Ecclesias parochiales in eius fauorem resignatas, etiam ei à Papa collatas, per negligentiam suscipiẽdi presbyterium: licet in responsione prima aliqua ex parte dubitassemus, an habuisset aliquod iustũ impedimentum, quo minus promoueri se faceret: nunc autem præsupponitur non fuisse illi ullum impedimentum, & quando tunc, & nunc pro certo habemus, & habemus, quod ad constituẽdum in mora, & negligentia suscipiendi presbyterium non requiritur monitio ulla Superioris, ultra illam quæ iure communi fit, [l] atque ita ignorantia iuris, quod ipse tenebatur scire, fuit improbabilis, & crassa, quæ non liberauit à pœna iuris tam noti, quodque, tam clarè obligantur scire omnes, qui quærunt, uel accipiunt, & conferunt Ecclesias parochiales, & quod i talibus paria iudicantur scire, & scire debere. [m]

10 Secundò, qd ex hoc sequitur præ dictum consulentem non potuisse iuste capere

capere fructus, qui post annum primũ ei obuenerunt, & interim teneri ad restitutionẽ eorum, & etiam ad restituendũ fructus primi anni, si recepit, & possedit. Ecclesias intendendo se non promoueri facere intra illum per prædictum c. [commissa] [a] ut in una rñsionũ præfatarum rectè respondetur. Tertiò, q̃ collationes Ecclesiarum factæ familiaribus D. consulentis per resignationem istam in fauorem illorum fuerunt ualidæ, & legitimæ, qñ ex literis Papæ constat, quod fuit ei animus conferendi eas illis, quomodocumque, & ex qua cumque causa uacassent, etiam si reseruata, litigiosa, & deuoluta fuissent, ut rectè tangitur in una prędictarum rñsionum. Quartò, q̃ reseruatio pensionum facta prędicto D. consulenti fuit ualida, eo quòd ex tenore supplicationis à Papa signatę, & prouisionis factæ colligitur, Papam uoluisse illam sibi reseruare, ẽt si nullum ius in beneficijs habuisset, q̃ renunciauit, ut supra respondimus post copiã supplicationis uisam. Nec obstant considerationes in contriũ adductæ: quia solum procedunt qñ ex literis Papæ non colligitur mẽs ulla eius contraria, ut in nostro casu clarè colligitur ex literis prædictis, & ex stylo Curiæ, ẽm quem quotidie fiunt concordiæ, per quas litigantes resignant in fauorem collitigantium reseruatis pensionibus, de quibus numquam dubitatũ est, an desinant ualere eo solo, quòd resignantes non haberent ius in beneficijs resignatis. Quintò, quòd prædictus D. consulens potest, & debet restituere prædictos fructus male perceptos post annum primum, & etiam quos percepit ultra illũ, si recepit, & possedit. Ecclesias intendens non assumere presbyteratum, præfatis familiaribus, in quorum fauorem resignauit eas, & quibus Papa eas contulit: eo quòd fructus ecclesiæ uacantis debent conuerti in utilitatem eius, illa uacante, vel tradi primo successori, [b] quod profundius alijs (secundum quod dictum est) tradimus in comment. cap. non liceat. c

11 Post hæc omnia iterum mihi propositus fuit idem casus in hęc, quę sequitur forma. Ex tribus parochijs, quas dictum est D. consulentem per decenniũ habuisse absque ordine presbyteratus, vnam (parendo decretis Concilij Tridentini) resignauit in manibus Papæ ad fauorem Ioannis, cum reseruatione omnium fructuum, demptis 50. ducatis pro dicto Ioanne, reliquas verò liberè, & simpliciter in manibus ordinarij, qui eas contulit duobus familiaribus ipsius consulentis. Qui postquam de illis fuerunt prouisi, & habuerunt possessionẽ, consenserunt auctoritate Apostolica reseruationi duarum pensionum super fructibus suarum parochialium ad fauorem dicti consulentis cum accessu, & regressu in euentum, qđ pensiones prædictę ex quauis causa nullę, & inualidę existerẽt, prout in supplicatione, cuius copia datur, supplicatur videri in iure an prædictus cõsulens non promotus, per retentionem vltra annum dictarũ parochialium fuerit factus inhabilis, & incapax beneficiorum, & obtinendorũ: ita vt sine dispensatione non potuerit tuta cõscientia ea retinere, & similiter reseruationes pensionum, quæ ex causa resignationis in manibus ordinarij factæ fuerunt concessæ. Prætereà videndum est in iure an ordinarius potuerit conferre illas duas parochiales, quæ vacauerant ob non promotionem consulentis, & si erant deuolutæ ad Papam, prouisi indigeant noua prouisione.

Respondeo, quòd hæ duæ quęstiones sunt graues, quarum decisio requirit hominem maiori otio, quàm quod est mihi fruentem, præterquam quod votis meis ex parte repugnat earum digna tractatio. Pro reuerentia tamen, qua sum in eum, qui mihi eas imperat, respondeo hæc pauca.

12 ET AD PRIOREM quidem q̃stionem primò, esse distinguendum, an prædictus consulens obtinuisset eas cũ Papæ dispensatione, an verò sine illa. Secundò, quòd si absque dispensatione obtinuit eas, fuit factus inhabilis ad illas, & alia quæque beneficia obtinenda per extrauag. [execrabilis.] Ioannis XXII. [d] & quod illa tantum postremo loco adepta fuit reseruata collatio prębendi Papæ, secundum glossam celebrem [e] Oppos. 10. quam hẽt dicta extrauagans, quã nos se nu. 3. de requimur in repet. c. accepta. [e] licet glosa Gulielmi, quam habet inter extraua

a L. etsi C. si cõtra ius, vel stul. pu bli. & c. super literis, de rescript. b C. 22. nu. 86. c Decis. 32. de rescript. d C. postulasti. col. 4. de rescript. e L. decem, ff. de verbo. oblig. ca. ad diſsoluẽdũ, de dęſpõſa. imp. f Ca. ſuſcepſ ptum, de re ſcript. lib. 6. g l. ſi ſeruũ, §. 1. ff. de re. h Secundò, quòd passim in Curia actio. empt. fiunt, & recipiuntur resignationes liti- h C. grauia, de reſcript. libus. 6. i Ca. quam grauis de cri mine falſi. k Arg. l. Vlpianus, ff. de excuſ. tut. & l. quidam conſulebãt, ff. de re iudicata. l Per ca. literas de cleric. non reſid. ca. cõmiſſa, de elect. lib. 6. m Le. quod te. ff. ſi cer. petatur.

a §. ceterũ. b Cum voi, de offi. ord. & cap. quia ſæpe, de electio. lib. 6. c 12. q. 2. §. tur forma. Ex tribus parochijs, quas dixit. num. 2. d §. porro, de prębend. e Oppoſ. 10. ſtit. ſpol.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gantes communes, putet etiam alias esse reseruatas, & consequenter solus Papa potuit de illa prouidere. Tertiò, q̃ magna quæstio est, an idem sit dicendũ si prædictus consulens obtinuit prædictas Ecclesias cum dispensatione sufficienti ad eas obtinendas.

13 Nam pro affirmatiua facit primò, quòd videtur æquè malum, aut maius, retinere parochiales ecclesias, quarum titulos ipso iure perdidit, & in quibus nullum ius habuit, quam retinere illas canonicè collatas absque dispẽsatione.

a Arg.c.1. de reg. iur. li.6. cum et concord. [a] Secundò, quòd intrusus in aliquo beneficio est inhabilis ad illud, secũdum Panormitanum, [b] & ipsummet, & alios multos alibi citatos à Felino, [c] & quod qui retinet possessionem beneficij iure

b C. cum iã dudum, de prabend. ipso perditi acceptam virtute canonici tituli censetur intrusus secundum

c In ca. nostra, coro. 2. de rescript. Felinum. [d]

Pro negante verò facit primò, quòd prædicta extrauagans, [execrabilis,] facit magnam differentiam inter eum,

d In dic. c. in nostro, co rol. 2. de rescript. qui malè possidet beneficium cum dispensatione sufficienti, & inter illum, qui possidet sine vlla dispensatione: & quod pœnæ de vno ad alium casum nõ

e Ca. pœna, de pœnit. distinct. 1. sunt extendendæ, [e] & præd. extrauagãs loquitur de possidente sine dispensatione: ergo non est extendenda ad possidentem cum illa.

14 Secũdò, quòd multum interest inter eum, qui accepit possessionem sine aliquo titulo, & eum qui eam accepit cum titulo, & continuat eam post titulum ipso iure perditum, per ea quæ in

f Oppos. 7. nu. 16. dicta repetit. [f] diximus, per quæ videtur, quòd licet accipiens possessionem beneficij absque titulo sit intrusus, & fiat inhabilis ad illud, non tamen fit talis, qui continuat possessionem quæsitam cum titulo perdito ipso iure. Tertio, quòd nullibi videtur probari dictũ

g In reperto rio Verbo in trusus. Bartolomæi Brixiensis, [g] quo solo nititur Felinus vbi supra ad dicendum, q̃ possidens beneficium cum titulo ipso

h In regul. de trien. poss. s. 9. 47. iure perdito est intrusus ad effectum inhabilitãdi eum ad dictum beneficiũ: immo Gomezius, [h] dicit de stylo Rotæ illum solum dicẽdum intrusum quo ad illam regulam, qui est talis vno triũ modorum, quorum nullo est possidens cum titulo ipso iure perdito.

E Et hæc pars in præsentia mihi videtur, verior, per præfata, & alia multa, quæ, [i] scripsimus, q̃ ibi videri possunt, & nunc nec vacat, nec pro voto licet hic ea rescribere, nec adducere multa q̃ ne, 7. & 10. p dignitate quæstionũ adduci possent.

15 Quartò principaliter dico, me arbitrari prædictum consulentẽ non esse intrusum proprie, ita vt per intrusionẽ sit factus inhabilis ad p̃dictas Ecclesias obtinendas: & q̃ si eas obtinuit cum sufficienti dispensatione, vt puto obtinuisse, nõ est factus inhabilis ad eas eo solo, q̃ eas retinuerit post titulos ipsarũ ipso iure perditos: & q̃ sola Ecclesia vltimo loco recepta fuit reseruata Papæ: & q̃d ordinarij potuerunt alias cõferre: & q̃ licet incurrisset inhabilitationẽ ad p̃dictas Ecclesias obtinendas, eo q̃ sine dispensatione eas accepisset, non tũ propter hoc factus fuisset inhabilis ad obtinendas pensiones sibi à Papa reseruatas: quia pẽsiones nõ sunt beneficia, & ideo inhabilitatus ad illa per constitutionem pœnalẽ, nõ vt inhabilitatus ad pẽsiones. Salua q̃ iustior, &c.

[Aduertendum id q̃d dicitur nu. 10. pro validitate pensionis esse admodum dubiũ in foro conscientiæ, cũ clausula ne ex huiusmodi resignatione nimium patiat̃, verè nõ subsistat, & clausula illa sine p̃dicto, siue alio mõ &c. nõ respiciat suppletionẽ d̃fectuũ nullitatis pẽsiõis.

SVMMARIVM.

Pensionarius, cui bona fide narranti beneficij fructus esse scutorum 300. reseruata fuit pensio scutorum 20. cũ clausula, modo resignatario remaneant scuta 100. si postea reperiet, tunc fructus verè fuisse minores, rectè fecit remittẽdo pro rata, nec eum excusaret, quòd postea fructus sint aucti: modica tamẽ læsio, puta si eidem solum remansissent 90. non noceret, num. 3. 1

Valor beneficij verus per locationis instrumentum non probatur, esque difficilis probationis. 2

CONSILIVM. XIII.

QVidam habens beneficiũ valoris, vt ipse bona fide putabat, 300. scutorum renunciauit illud in fauorem alterius,

terius, & ei dicẽti illud esse valoris 300. reseruata fuerunt 200. pro pensione, cum clausula [modo remanerent 100. resignatario, [qui locauit illud 275. Quæritur an resignans possit accipere 200. pensionem a resignatario illa sibi sponte soluente, auctis postea eius reditibus ad 300. & amplius.

1 Respondeo primò, quòd pro parte negante facit, quod omnis grãtia, quæ fit exprimenti falsum, quod mouit principem ad eam concedendam, est ipso iure nulla. [a]

a Ca. postulasti, ea. super litteris, de rescript. Secundò respondeo, quòd pro parte affirmante facit, quod consulens bona fide per ignorantiam expressit illum vadorẽ, vt præsupponitur in facto, & ignorantia excusat a subreptione, [b] de quo late Felynus. [c]

b Cap. gratum, de rescr. lib. 6.

c In c. super literis. an. 20. tit. Decis. 20. super reg. 9. Cancell. e Super regu. Cancell. de Valore ex primendo.

2 Facit etiam, quod verus valor fructuum beneficij nõ probatur per instrumentum locationis fructuum, vt latè tradunt Cassadorus, [d] & Gomezius in qu. 11. [e] quamuis credulitas indenta excusẽt a pœna expressionis falsi valoris, eo modo quo ipsi tradunt, & ita eo solo quod renunciatarius locauerit fructus beneficij 275. scutis, non sequitur, q̃ non valerent 300. quoniam fructus beneficiorum locantur, seu arrendantur aliq̃n pluris, aliq̃n minoris, quã verè valeant, & modica pars excessus, vel defectus non videtur nocere, vt præ

f In d. deci. 20. dictus Cassadorus, [f] tradit.

Tertiò dico resoluendo, quòd si prædictus pẽsionarius bona fide, vt ponitur in facto, credebat, tempore renunciationis, prædictos fructus valuisse 300. scutis, non tenetur ab illa fide, & credulitate discedere, eo solo quod fuerint locati, seu arrendati semel solum 275. quoniam mpltis de causis quis locat, seu arrendat minoris vni, quàm alteri, & vno tempore, quàm altero, ratione cognationis, amicitiæ, vel certioris solutionis vel anticipationis precij, vel quia putat q̃ melius conseruabit, vel meliorabit, seu reddet vtilius id, cuius fructus locat: necessitatis item, & fertilitatis, vel sterilitatis anni, & alijs rationibus: diffi

g In c. cum causa de testibus. h In c. cũ dilecti. de empt. & vendit. & in l. 2. C. de rescind. vẽd. culter. n. probatur verus valor, vt prædicti testantur, & alij multi, in quibus sunt Panormitanus, & Felynus, [g] & omnes, [h] neque debet formare scrupulum eo solo, quòd modicus fuerit defectus, ob illa, quæ prædicti Cassadorus, & Gomezius tradunt.

3 Quartò, q̃ si verè coram Deo putaret prædictus pensionarius, quòd secundum communem æstimationem non valerent pluribus, quàm 275. & quòd si locarentur, uel arrendarentur 300. vel 290. locatio esset iudicanda iniusta notabiliter, rectè faceret remittendo renunciatario, tantam partem suæ pensionis, quanta deesset ad hoc, vt deberet putari iusta acceptio residui 100. scutorum.

Quintò, quòd multum faceret ad certius respondendum, scire quibus de causis pensionarius consulens credebat cum renunciaret, esse beneficium prædictum valoris 300. ducatorum, & an locari, vel arrendari potuisset, vel fuisset antea arrendatum pluribus, quam 300. vel 290. vel circiter: quoniam multum iuuarent hæc ad iudicandum quid debeat credere coram Deo, quibus perspectis fortè paulò aliter respondemus, ad gloriam Dei. Salua, &c.

SVMMARIVM.

Beneficium per superueniens homicidium irregularitatem inducens non vacat. 1

Gratia habilitationis in genere ad beneficia suscipi necessaria quærenda, & obtinenda, tacito quæsito, non vitiatur. 2

Expressio falsa eius, quod faciliorem principem ad concedendum reddit, sitiat quidem gratiam, secus de taciturnitate, quæ non vitiat, nisi in casibus, in quibus contrarium in iure cautum est. 3

Irregularis in choro canere, & alia officia facere, quæ laicus, potest. 4

CONSILIVM XIV.

QVidam homicida iam diaconatu legitimè insignitus, habẽs, & possidens vnam canoniã Ecclesiæ cuiusdam collegiatæ, impetrauit a Papa dispensationem obtinẽdi beneficia simplicia non requirẽtia ordinem quæ suo victui sufficerent, quæque sine altaris mini-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ministerio posset tenere, non facta mẽtione, quod haberet prædictam canoniam. Quæritur primò, an prædicta dispensatio valuerit.

Secundò, an esto q̃ valuerit, vel nõ valuerit, possit deseruire p̃dictæ canonię.

1 Pro parte affirmatiuæ primæ quæstionis facit primò, quòd præfatus consulens non perdidit ipso iure illum canonicatum, quem ante homicidium legi timè quæsiuit,[a] Innocentius & communis,[b] Felinus,[c] & alij alibi sæpe: & ita non indigebat dispensatione ad retinendum, sed tantum sublatione irregularitatis ad se ordinandum, & ad alia beneficia obtinenda.

Secundò, quòd non obstat, q̃ in impetratione beneficij quærendi sit faciẽda mentio de beneficio iam quæsito,[d] quia in casu proposito non loquimur de impetratione beneficij, sed rehabilitatione ad illud, vt palam est.

2 Tertiò, quod etiã non obstat, quod in impetranda dispensatione ad beneficia debet fieri mentio de beneficio quæsito,[e] quia illud c. non agit de impetratione habilitatis, vel rehabilitatis ad beneficia, sed de impetranda dispẽsatione ad secundam pluralitatem beneficiorũ, & ita de alio genere dispensationis, ex quo non potest inferri ad aliud.[f]

Quartò, q̃ non obstat dicere, quod Papa difficilius concessisset prædictam dispensationem, si expressisset quod habebat canoniam. Tum quia nõ videtur id esse verũ: quoniam verisimilius est, quòd potius concessisset retentionẽ illius, q̃ obtentionem nouam aliorum,[g] Nec obstat, quod non concessisset habilitatẽ ad noua quærenda: quia id negari potest, eo quòd solum concessit ad quærenda vnũ, vel plura simplicia, quæ sufficerent ei ad honeste viuendum, quod concessisset, ẽt si expressisset, quod habebat canoniã: quia si illa ei sufficiebat nihil concedebat, & si illa non sufficiebat, tantò minus concedebat, quantò minus egebat habendo illam canoniã.

3 Tum quia licet omnis expressio falsa, quæ mouet principem ad facilius cõcedẽdam gratiam efficiat eam ipso iure nullam,[h] non tamen omnis taciturnitas veri, de quo iure cautum non est, vt non expresso illo, gratia sit nulla, vt resoluit Rota,[i] & Felinus,[k] quos sequimur in Manu. Conf.[l]

Ad Secvndam respondetur, quod, vt prædictum est, per homicidiũ, & irregularitatem superuenientem non vacauit canonia, & quod irregularitas per se sola separata ab excõicatione, interdicto, & suspensione, non videtur impedire actum canendi, & psallendi, nec alios, qui non sunt peculiares, & appropriati actui ordinum, secundum mentẽ Innocentij,[m] nullo enim iure videtur probari, quòd irregulari non liceat canere, & psallere in choro, & pronuncire per se, & cum alijs officia diuina, modo abstineat se ab actibus proprijs ipsorum ordinum. Tum quia per definitionem eius a nobis traditam in d. Manu. Confess.[n] constat, irregularitatem esse idem impedimentum ad accipiendũ ordines, & ad vtendum vsu acceptorum, quatenus sunt ordines, non tamen ab vsu eorum officiorũ, quo laici vti possunt: at laici licitè possunt canere, & psallere in choro, & extra illum officia diuina: ergo & irregularis idem facere posset. Tum quod nemo dicet illegitimum, cęcum, monoculum, manu, pede, aut aliquo alio mẽbro mutilatum peccare canendo, vel psallendo in choro, vel extra illum: nec vsus communis vrbis, & orbis contrarium seruat, &c.

a Cap. cler. verbo priue tur. ne cler. vel monac.
b Cap. cum nostris, de concef. præbend.
c C. inquisitioni, de accusa.
d Ca. si pro ponente, de rescript. c. si motu. depręben. lib. 6.
e Capi. non põt de præben. lib. 6.
f L. Papinianus, ff. de mino.
g Arg. cap. quemadmodum, de restituendo.
h Leg & si legibus, C. si cõtra ius vel vti. pub. c. super literis, de rescrip. t
i In mei decis. 31.
k Ca. post. laste. de.
eod. tit. l. ca. 22. nu. 86.
l Ca. 22. nu.
m Ca. si. de excep. pro.
n Cap. 27. nu. 191.

SVMMARIVM.

Mendax precator impetratis carere debet, si dolosè vt facilius moueret concedentem, falsum expressit. nu. 3. nam si per simplicitatem, vel ignorantiam, non vtiat, nisi quatenus fuit causa concessionis. nu. 3. & 3. 1
Subreptionem non inducit expressio falsæ qualitatis, quæ cõcedentem reddit difficiliorẽ, nec taciturnitas illius, quo expresso æquè faciliter princeps concessisset n. 2. 2
Mendacium dictum per procuratorem minus nocet, quàm dictum per ipsum principalem. 3

CONSILIVM XV.

QVidam professus ordinem Minorũ Conuentualium cum omisso habitu sui ordinis in apostasiam incidisse ali-

aliquibus de causis, quæ visæ fuerũt Papæ rationabiles, causa cognita per quẽdam Cardinalem Illustrissimum, cui causa commissa fuit, fuit absolutus ab ordine cum facultate viuendi in aliquo eremitorio, vel aliquo loco pio sub obedientia ordinarij: qua facultate multis annis vsus est. Nunc autem iniecerunt ei quidam scrupulum de subreptione breuis Apostolici, quo ei fuit facta prædicta facultas, eo quòd in eo per inaduertentiam, vel sollicitatoris ignorantiam nominauit se esse fratrem ordinis Minorum de obseruantia, cum tamen esset frater ordinis Minorum Cõuentualium. Quæritur an expressio falsa prædicta reddiderit gratiam subreptitiam.

1 Pro parte affirmatiua facit, quod [mendax peccator debet carere impetratis.[a]] Sed pars negatiua vt verior.

Primò, quòd expressio falsa qualitatis, quę principem reddit ad gratiã concedendam difficiliorem, non vitiat: vt cum quis impetrat beneficium, quod verè est simplex, dicendo quod est curatum, valet impetratio, vt sentit Rota,[b] quam sequitur inter alios Felynus.[c]

2 Secundò, q̃ taciturnitas eius, quo expresso equè princeps fecisset gratiam non nocet.[d] At expressio, quod consulens erat ordinis Conuentualium, non mouisset ad difficilius concedendum: ergo a simili idem dicendum.

Tertiò, q̃ expressio falsi per ignorantiam, vel simplicitatem non reddit gratiam nullam, nisi quatenus est causa cõcessionis,[e] & expressio, de qua in prædicto breui, est huiusmodi: nam Papa non consensisset difficilius, immo tanto facilius concessisset, si dictum fuisset ei prædictum professum esse fratrem ordinis Conuentualium, quantò altior est modus viuendi Minorum de Obseruantia quam modus viuendi fratrum Minorũ Conuentualium.

3 Quartò, quòd narratio falsi per sollicitatorem, vel nogotiorum gestorem facta non uidetur tanti momenti, quãti facta per ipsammet partem, vt sentit Rota,[f] & in hoc casu dicitur impetratio facta fuisse per sollicitatorem, vel procuratorem.

Quintò, q̃ non obstat illud pro parte negatiua citatum, [Mendax precator careat impetratis;] quia illud intelligitur de impetrante dolosè, & malitiosè exprimẽte aliquid falsum, quò facilius, & lubentius illi gratiam, quã petit, princeps concedat: nos autem loquimur de tacente per inaduertẽtiam, vel ignorantiam aliquid, & non de exprimente aliquod verum, quod expressum tantum abest, vt redderet principem difficiliorem ad concedendum, vt potius redderet faciliorem, & non de eo, quod redderet principem difficiliorem ad concedendum. Salua, &c.

a L. & si legibus, C. si contra ius, vel uti. pub. & c. sic per litteris, de rescrip.
b Dec. 73. de rescript. m antiq.
c Ind. ca. super litteris, nu. 2.
d Cap. dudum, de præb. lib. 6.
e Dicto. ca. super litteris. vbi omnes id anno tarunt.
f Titul. de reserip. dec. 74. an anti.

SVMMARIVM.

Excommunicatus ex multis causis, absolutus ex vna, non est ex alijs. 1
Condonatio ex vna causa non extenditur ad alias. & 3. 1
Beneficiarius, qui ex tribus causis fructus restituere debet, ex vna condonationem impetrans, nihil agit. & nu. 3. 1
Dominium quæri, & amitti ex pluribus causis non potest. 2
Subreptitius est, qui cum ex tribus causis fructus suos non feciſſet, illorum condonationem vno tantum defectu expresso obtinuit: si tamen beneficium ipsi postea immediatè iuste conferatur, sibi tanquã legitimo in illis successori restituere potest, & sic retinere, & nu. 4. 3
Condonatio fructuum ad causam expressam videtur restricta. 3
Voluntas non fertur in incognitum. 3
Fructus qui ex pluribus causis restituere debet, sic sibi caueat. 4

CONSILIVM XVI.

QVidam tribus de causis malè percepit fructus cuiusdam beneficij, nẽpe q̃ accepit illud post irregularitatem contractam, & q̃ vno anno horas non recitauit, & altero abfuit a beneficio, quod erat Ecclesia parochialis, & obtinuit a Papa reualidationem tituli, quem nulliter acceperat existens irregularis, cum condonatione fructuũ, nulla facta mentione de prædicta omissione horarum, & absentia. Quęritur an possit absq; aliqua condonatione fructus illorum duorum annorũ retinere.

Pro

Universidad de Deusto
Biblioteca

1 Pro parte negante facit primò, q excõicatus ex pluribus causis licet absoluatur ab excommunicatione contracta ex una causa, nõ censetur absolutus a contractis ex alijs causis iuxta iura, [a] & vtrobique glossam, quæ alia multa pro hac parte citat. Secũdo facit, quod gratia subrepritia non valet, [b] & in præsenti casu gratia cõdonationis fuit subreptitia, quia non tam facilè cõcessisset illam condonationem Papa, si sciuisset, quod ex tribus causis perdidit fructus, ac concessisset, sciens quod ex una tm, [c] nam qui debet aliquid ex pluribus causis, & liberatur ab eo, quatenus debet illud ex una illarum, non videtur liberatus ab eodem, quatenus debet ex alia: vnde sententia liberans aliquem super vna re petita ex vna causa, non liberat eundem, si petatur ex alia causa. [d]

2 Pro contraria verò parte facit, q dominium quæsitum ex vna causa, non potest quæri ex alia, [e] ergo nec perditum ex vna causa potest perdi ex alia: quia quod operatur propositum in proposito, operatur oppositũ in opposito, [f] ergo fructus perditi ex una causa non possunt perdi ex alia: & cũ prædicti fructus essent perditi ex defectu tituli, non videtur potuisse perdi ex omissione horarum, & absentia. Secundò q, aliud est debere aliquid ex duabus causis, quod passim contingit; aliud perdere dominiũ alicuius rei multis de causis, quòd contingere nequit; cum qui iam perdidit illud ex vna causa, non potest perecre illud, quòd iam non habet, ex alia; quia priuatio præsupponit habitum. [g] Tertiò quod Papa condonando ei fructus generaliter, videtur ei condonare illos, quoquomodo fuerint perditi; quia generalis dispositio ad omnia contenta sub genere extenditur. [h]

3 Resoluendo dico primo, quod præfata consulens non liberatur ex præfata condonatione Ppæ, per argumenta pro priori parte adducta. Non obstant adducta pro secunda: quia illa probant quidem, quod consulens fuisset securus, si cõdonatio valuisset; sed illa nõ valuit. Tum quia gratia illã continens fuit subreptitia, vt prædictum est. Tum quia cõdonatio illa restringebatur ad causam perditionis ex defectu tituli expresso in petitione, & non ad alias non expressas: quia noluntas non fertur in incognitũ, secundum Augustin. [i]

4 Secundò dico, quòd alia ratione est securus, videlicet quod qui possidet beneficium sine vllo titulo canonico, si il le ei canonizetur, videtur nouè succedere sibi ipsi, vel alij, qui postremo loco habuit titulum canonicum: & cum fructus illo tempore, quo de iure uacabat beneficium, obuenientes debeantur futuro primo successori, [k] cumq; fructus præfati obuenerint tempore vacationis quia collatio prius ei facta ob irregularitatem non valuit, ipse, tanquam primus successor eius, qui habuit possessionem titulum canonicum, potest retinere illos tanquam nomus successor ratione renalidationis sui tituli per ea quæ ipse clarius, altius, & neruosius quã aliquis alius scripsi in commentario, c. non liceat. [l] Salua, &c.

a Ca. ex parte, de off. ordin. & c. cũ pro causa. de sent. excommun.
b Ca. super litteris, de rescript.
c Ca. postulasti, de rescrip. cũ concordantijs.
d L. cũ quæritur. cum duab. seq. ff. de exceptio. rei iudic.
e L. 3. §. ex plurib. ff. de acq. poss.
f Ca. scien-dum 8. q. 2. & l. etsi cõtratabulas, ff. de vulg.
g L. decẽ, ff. de verb. obl.
c. ad dissoluendum, de despon. impub.
h Arg. c. si Romanorũ, 19. dist. l. de pretio. ff. de publ. in rem actio.
i Lib. 13. de Trin. 2. q. Ratum. 1. ff. de rat. habit.
k Per c. cũ vacante, de præb. in 6.
l 12. q. 2. c. 12. vers.

SVMMARIVM.

1 *Dispensatio ad beneficium retinendum, ex presso vna irregularitate, alia tacita, est subreptitia.*

CONSILIVM XVII.

QVidã irregularis vna de causa obtinuit beneficium, & postea iterũ factus irregularis alia de causa impetrauit cõmissionem a Papa ad quẽdam, vt dispensaret super prima irregularitate, cum retentione beneficij: & cõmissarius habens potestatem dispensandi super secunda, dispensauit cum eo super illa, auctoritate quã habet sine illa cõmissione, & a prima, virtute cõmissionis; cũ retentione beneficij. Quæritur, an præfato dispensato liceat retinere præfatum beneficium.

1 Respõdeo quod non: quia commissio Papæ de dispensando super retentione beneficij fuit subreptitia: quia posset fuit tacita alia irregularitas, qua expressa, non fuisset tam facilè facta commissio de retinendo beneficio: & ita quoad id fuit nulla, & consequenter commissa præstatio non potuit virtute illius concedere illi retentionem, [m] cum nihil ex nihilo fiat, [n] Salua, &c.

m Arg. c. per Gui. de rescr. Cu. Ca. de in 1. 2. C. de epis. aud. Fel. in c. 1. col. 4. de reg. iur. 6. cum similibus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dispensatio presbytericida, dicentis simpliciter se hominem occidisse, est nulla.*

CONSILIVM XVIII.

QVidam occidit voluntariè vnum presbyterum, absolutus postea a peccato per Iobeleum, impetrauit dispensationem super irregularitate, dicens se occidisse quendam hominem, non facta mentione, quod occisus esset presbyter. Quæritur, an dispensatio sit valida.

1 Respondeo quòd non: quia tacuit non exprimendo id quod de iure exprimendum erat, & quod expressum retraxisset principem a concedenda dispensatione, quod facit gratiam subreptitiam. [a] Tacuit enim verum, non exprimendo satis specialiter Papæ delictum, quod commiserat; quia expressit, quod occidit hominem, & ipse occidit hominem presbyterum, quod est longè grauius. Non obstat, quod ipse dixi super extrauagantem, [b] & in Manu. [c] [quod non omnis taciturnitas veri, quod expressum difficiliorem redderet principem ad concedendum, reddit gratiam subreptitiam, sed solum taciturnitas veri, quod iure mandatur exprimi:] non, inquam hoc obstat, quia iura iubent exprimi delictum, ex quo nascitur irregularitas, super qua petitur dispensatio: quod non fuit factum hoc casu, cum solum fuerit expressum homicidium in genere, quod verificari potest etiam in homicidio laici, & in casu erat presbytericidium, & ita homicidium specialiter, & grauissimè qualificatum: & consequenter fuit admissa taciturnitas veri, quod iure debebat exprimi: & ita non solum non est contra hoc, quod ipse, vt supra dixi, immo pro eo. Salua, &c.

a C. postulasti, & ca. super litteris, de rescr.
b De dat. et recep. nu me. 48.
c Capi. 22. nu. 86.

SVMMARIVM.

1 *Subreptitia non est petitio puellæ, quæ, vt obtineret dispensationem cõtrahendi cũ affine, narrauit se incompetenter dotatam, quæ cerè tunc talis, licet ipsa & sponsus haberent spem certam, quòd à matre vltra partem debitam esset titulo donationis, vel alio uoluntario acceptura magnum patrimonium.*

Dotem tantam habere dicitur puella, quantum valet id quod nunc habet, & reliquit pater, ac quod a matre, seu alijs et inuitis potest iure extorquere: illud aũt, quod certo sperat titulo voluntario habere, non auget eius patrimonium, nec facit vt desinat esse pauper. 1

CONSILIVM XIX.

IMpetrata fuit dispensatio a Summo Pontifice pro quadam puella sub nomine paupertatis, ad contrahendum cũ consanguineo in tertio gradu: cui puellæ pater testamento reliquerat centum florenos in auro huius monetæ, ita tamen, vt mater ipsius puellæ, quam maritus hæredem constituerat, & executores testamenti, nacti occasionem eam locandi, possent pro qualitate matrimonij augere, aut minuere dotem. Dicta dispensatio commissa fuit officiali diœcesis, in qua habitant dispẽsati, qui accepta debita informatione, dispensauit cum illis; & sponsus puellę dotauit eam in quatuor mille solidis huius ciuitatis, præter dotem quam habuerat. Hæc puella, etsi non habebat nisi tantum prędictos centum florenos, sperabat tamen se habitutam bona matris, & patris, cuius mater erat hęres constituta, quæ multo pluris valebant: & eandem spem conceperat maritus puellæ; quoniam hoc ab ipsa puella, & ab alijs sæpe audiuerat: itaque erant quasi certi de hac hæreditate obtinenda, quoniam mater & executores testamenti erant male affecti erga alios fratres dictæ puellæ, vnde consummato matrimonio, mater cum vno ex executoribus testamenti donauit omnia bona sua, & bona patris dictæ puellę, dubitatur modo, an quia puella habebat hãc confidentiam, quod mater, & executores essent illi donaturi prædicta bona (quamuis esset hoc in libertate matris) dispensati sint tuti in conscientia, cum in dispensatione dictum fuerit Pontifici, hanc puellam esse inopem: &, si non sunt tuti, quid remedij?

Decla-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Declaret D.cõsulens,an in regno pfatorum dispensatorũ seruetur ius cõmune,vel Castellanũ,quo certa legitima debeatur filijs,& quot fratres habebat prædicta puella, & quanta legitima cuiq; fratrũ debebatur ex bonis patris iam mortui; & si haberi põt, habeatur copia dispensationis:& libenter respondebitur id qđ iuri propius videbitur.

1 Visa copia præfatę dispẽsationis, & testamenti patris præfatæ puellæ dispẽsatæ, & intellecto, q̃ mater eius viuebat, & q̃ nondum ei præfata filia successerat quò ad bona sua,quinimmo ipsa poterat, si voluisset, relinquere alijs bona sua, relictis præfatæ filiæ dispẽsatæ quinq; florenis,& vno terræ arabilis modio tm̃,& q̃ prædicta mater,& executores testamenti patris nõ obligãtur per clausulam ipsiusmet testamenti dare in dotem præfatæ filiæ dispensatæ plusq̃ cẽtum florenos,& vno cacabo, & vestibus cõsuetis,licet possent,si voluissent,iustè iudicata fuit dispensata præfata inops,ad hoc, vt dispẽsatio esset valida: quia spes successionis, præsertim in terris, in quibus certa legitima non debetur necessariò filijs, nec spes donationis,vel applicationis bonorũ, anteq̃ donatio,& applicatio fiant,non censentur esse bona illius,qui habet spem præfatã successionis, donationis, vel applicationis præfatarũ, & ita præfati DD. cõsulentes sine scrupulo possunt vti pfato matrimonio, & præfatis bonis, & alijs inter illos rectè gestis, in gloriam, & obsequium Domini nostri Iesu Christi,qui nos omnes saluet. Amen.

Contrauenire facto proprio licet nemo possit regulariter, nec allegare turpitudinem suam; fallit tamen quando agitur de salute animæ necessaria,nu.7. vel nomine Ecclesiæ siue Reipublicæ id facit. nu.8.& 9. 5

Malam a se factam alienationem bonorũ Ecclesiæ reuocant clerici alienantes & prælatus male a se factam confirmationem electionis. 7

Communem ob vtilitatem sæpe auditur is, qui ob suam repelleretur: & excommunicatus, vel qui in eadem versatur turpitudine.nu.7. 8

Episcopus est iudex in causa suæ Ecclesiæ, etiam ad,instante procuratore fiscali, re tractandum quæ ipse fecit. 9

SVMMARIVM.

1 *Mandatum Papæ, ac illius delegati tenetur exequi ordinarius,nisi quando adest iusta causa supplicandi ab eis;& si continet Dei offensam, peccat exequendo. num.2.& 3.*

2 *Ordinarius sententiam delegati Papæ reuocare non potest.*

3 *Exequutor merus non potest non exequi mandatum Papæ,& eius delegati;nisi quod præcipitur,sit in offensam Dei.*

4 *Indignum qui præficit ecclesiæ, peccat quidem; sed qui non tolerandum diutius tolerat,magis peccat.*

CONSILIVM XX.

NValde deformis corpore impetrauit a Papa commissionem dispensandi cum eo ad Episcopum originis ad ordines, & beneficia, & ab eo dispensatus impetrauit Ecclesiam parochialem alterius diœcesis a Papa in forma [dignum,] scilicet vt ordinarius Ecclesiæ si reperiret eum idoneum, conferret eam illi, qui ordinarius licet a principio renuisset eam illi conferre, propter magnam corporis deformitatem, tandem rogatus contulit, & iussit ei tradi possessionem, quæ tradita fuit.

Quæritur primò, an ordinarius Ecclesiæ præfatæ peccauerit eam illi conferendo.

Secundò, an peccet permittendo illum possidere.

Tertiò,quo remedio possit eum iure ab Ecclesia expellere.

1 AD PRIMAM QVAESTIONEM respondeo pro parte negãte vigere pri mò, quod ordinarius tenetur exequi mandatum non solum Papæ,sed etiam eius delegati,etiam si sit iniustum.[a]

Secundò, quòd ordinarius non potest renocare sententiam delegati a Papa.[b] At delegatus Papæ dispensauit per, & super præfati curati deformitate: ergo, &c.

2 Sed contrarium est tenẽdum. Tum quia [oportet obedire magis Deo, quã hominibus.[c]] At Deus iubet indignos sacerdotio arcere ab eo,[d] ergo, &c. Tũ alijs quia placet Papæ, vt sua mandata non exequantur, quando adest iusta causa supplicandi ab eis.[a] Tum quia irrefragabiliter Innocẽtius ab omnibus vtrobique receptus dicit,[b] quod is cui præcipitur aliquid a Papa, ex quo scit consecutura mala,peccat id exequendo:ita quod non solùm nõ peccat cessando ab executione,sed etiam peccat exequendo,quando ex eo quod præcipitur exequuto sequeretur peccatum,quod post Andræam Siculum, & Felynũ graunter confirmat Decius [c] & ex ministratione præfata adeo deformis sequeretur scandalum, & peccatum, vt præsupponitur in propositione quęstionis,ergo ordinarius non solum poterat se abstinere ab exequendo mandato, sed etiam teneba tur non exequi.

3 Non obstant opposita in contrariũ: quia procedunt in exequutore merum exequutionem habente circa ea, quæ fieri possunt absque legis diuinæ offensione: nos autem loquimur de exequutore mixto,& de re,quæ non potest fieri absque scandalo, & offensione Dei, quam verat illud Matt.18.d.[d]

4 AD SECVNDAM respondetur; quod sic: quia licet non sit tantum peccatum non eijcere, quantum admittere cęteris paribus,[e] non tamen excusat omnino a peccato. Tũ quia in hoc casu non solum prohibetur admissio. sed etiam tolerantia. Tum quia peior est continuatio scandali per totam vitam duraturam,quàm admissio momenta nea.[f]

5 AD TERTIAM respondetur,qđ pro parte eius negante facit primò, q̃ tempus appellandi,& supplicandi a mã dato supradicto facto ordinario est iam pridem lapsum. & illa sunt remedia ordinaria,quibus rescinduntur,vel impediuntur sentẽtiæ, vel alia mandata per subreptionem impetrata.[g]

6 Secundo, quod non licet regulariter cuiquam contra sua facta venire,[h] & quod præfatus ordinarius iam pridem admisit, & sustinuit præfatum pro uisum. Tertio,quod nemo allegans turpitudinem suam audiri debet,[i] & ita ordinarius præfatus non videtur posse allegare, quòd malè præfatum prouisum admisit.

Quibus tamen non obstantibus,contrarium est tenendum,tũ per c.[si quis presbyter.[k]] quatenus habet, ipsum- met prælatum qui malè rẽ Ecclesię alie nauit,posse illã repetere:& c.[nostri.[l]] quatenus habet,electum qui male contulit beneficium ante suæ electionis cõfirmationem, post eam posse suam collationem reuocare.

7 Tum quia qui male cõtraxit matrimonium cum consanguinea, potest petere vt separetur ab ea.[m] Tum quia licet regulatiter nõ possit quis venire cõtra proprium factum, nec allegare turpitudinem suam, fallit tũ qñ agitur de salute animarum necessaria,vt in c.[venientes.[n]] & in iuribus proximè allegatis, vt resoluit Panormitanus cõiter receptus.[o] Tum quia canonici,qui sunt plurales in beneficijs,& possident plura beneficia, nõ possunt nomine proprio seu pro priuata vtilitate opponere pro uiso,quod est pluralis in eis,quia [Turpe est Doctori, cum culpa redarguit ipsum.[p]] possunt tamen opponere nomi ne ecclesiæ,& pro eius vtilitate,vt glos- sa ibi cõmuniter recepta concludit post Vincentium ante Panormitanum,Fely num,& Decium.[q]

8 Tum quia licet excõmunicatus nõ audiatur in iudicijs,[r] fallit tamen cum excipit pro vtilitate Ecclesiæ,[s] & ita licet regulatus ordinarius non deberet ad mitti cõtra præfatum prouisum pro vtilitate, audiri tamen debet pro Ecclesiæ vtilitate. Tum quia agit etiam pro vtilitate publica,qui alioquin est habilis.[t]

9 Per quę omnia resoluẽdum est prę fatum Episcopũ posse agere contra prę uisum, primò nomine proprio pro salute animarum, tam suæ, quam prouisi,& populi,qui ex ipsius administratione sacramentorum scandalizare tur. Secundò nomine Ecclesiæ,de cuius vtilitate, ac reuerentia, & honore agitur. Tertiò pro iure publico, & vtilitate, publica, quæ in sacris & sacerdotijs versatur.[u] & quod probabiliter dici potest procuratorem fiscalẽ sui episcopatus posse petere hoc corã ipsomet Episcopo, qui potest esse iudex in causa Ec cleſiæ suæ, [cap.si quis erga.] adiuncta glossa vltima cõmuniter recepta.[x] quod

cap.

a C.si quando, de rescr.

b In c.nuper, in fi. sitioni, in fi. de sent. excommun.

c In d.ca. si quãdo, n.3.

d Et c.nihil cum scãdalo. de præscrip.

e Arg.cap. quemadmodum,de restaurando. f Arg.c.fi. de consuet. g L.1. ff.de appell.auth. qua supplicatio. C. de precib.Imp. offeren. c.si quando, de rescr.c.cum teneamur, de præbendis.

a Capit.pa- storalis. S. quia Gerbo- de off. del. b Cap. cum inferior. de maiorit. obed. c Act.4. & c.non sum semel placuit,& cap. 6 mutare, de reg.iu.li.6. i Cap. cum super, de cõcess. præbẽ. l.ult. ff. de fur.

capitu. in hoc propositum, citauit Pa- E
[a] *In d. ca.* normitanus communiter receptus. [a]
nostri. sub fi Salua, &c.
nem.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus ecclesiasticus, nec pro labore potest quicquam, ne vnum quidem denarium extra esculentum, & poculentum, licitè accipere.*
2 *Munerum acceptio, quæ etiam iure diuino naturali videtur iudicibus prohibita etsi possit restringi ad magna, quæ obcæcare possunt. nu. 3. attamen quando in indiuiduo prohibetur in aliqua causa, nihil potest accipi. nu. 4.* F
3 *Propinas ideo capiũt Rotæ Auditores, quia videntur assignari loco stipendij.*
4 *Delegati, vt sunt Episcopus & vicarius, quibus committuntur dispẽsationes matrimoniales cum clausula*, vt deposita omni spe cuiuscunque, &c. *nihil, nec pro labore, nec pro processu informatiuo possunt etiam sponte oblatum accipere.*

CONSILIVM XXI.

COnsueuit in quodam Episcopatu G
accipere Vicarius generalis eius vnum scutum pro labore, & occupatione accipiendi informationem testium præsentatorum a partibus ad verificãda narrata in commissione de dispẽsando: & cum dubitaretur, an id ei liceret, respõsum fuit ab aliquot eruditis affirmatiuè, de quo Episcopus nouè creatus videtur habere scrupulum, eo quod commissioni adijcitur hæc clausula, [Per Apostolica scripta mãdamus, quatenus tu frater Episcope, seu fili Vicari, deposita per te omni spe cuiuscunque muneris, aut premij, etiã sponte oblati, a quo H
te omnino abstinere debere volumus, de præmissis diligenter te informes.]

1 Ad hanc quæstionem videtur respõdendum, quòd non licet Episcopo, ne-
[b] *Cap. non* que Vicario, accipere præfatum scutũ. *licet. 11. q.* Tum quia non licet vlli iudicum vende
3. & c. non re iudicium. [b] Tum quia in specie statu-
satis. 14. q. tum est, ne vllus iudex delegatus capiat
5. c. cum ab aliquid aliud, quàm esculentũ, & pocu-
oi, de ut. & lentum, pro labore quem suscipit in ex-
hon. cler. peditione causæ sibi delegatæ, cap. [sta-

tutum. [c]] cuius glossa recepta per om- [c] *8. insuper,*
nes in verbo [esculentum.] dixit, quod *de rescript.*
nec vnum denarium potest licitè acci- *lib. 6.*
pere extra esculentum, & poculentum.

2 Tum denique quòd clausula præfata commissionis declarat, quod in commissione, de qua quæritur, in indiuiduo nullum munus etiam sponte oblatum accipere debeat. cui non video quid satis apte respõderi possit. Tum quia munerum acceptio videtur esse vetita iudicibus iure diuino naturali, vt nos probauimus in comm. de datis, & promiss. quem nuper edidimus super extrauagãti S.D.N. Gregorij XIII. cuius caput est [Ab ipso. [d]] *d Num. 5.*

3 Non obstat, quod respõderi posset, *not. 3.*
hoc ius solum procedere in muneribus magnis, quæ verisimiliter possunt obcæcare iudices, non autem de paruis, & illis quæ verisimiliter non nimis afficiũt eos parti ea offerenti, & quod etiam nõ procedit in illis iudicibus Ecclesiasticis, quibus pro quodam salario extraordinario permittuntur: qua ratione propinas, quæ RR. Dominis Auditoribus Rotæ dantur, saluaremus.

4 Non inquam hoc obstat: quoniam in casu proposito in indiuiduo Papa ip se committens gratiam prouider specia tim, & in indiuiduo, ne commissarius, siue delegatus quicquam etiam spõte da tum accipiat, & quod gratis negotium expediat: cuius mandatum in hac forma expresse factum videtur diligenter seruandum, [e] & alia plurima, quæ afferri possunt. Per quæ videtur nobis hoc iuri proprius: quamuis lubentius, si per conscientiam licuisset, contrariũ respon- *e L. diligen- ter ff. mandat. cap. cum de nõ facer. datati, &c. præb. lib. 6.*
dissemus.

De consuetudine.

SVMMARIVM.

Legi eidem potest etiam per desuetudinem 1
ita in vna parte derogari, vt maneat firma in altera. & 2.
Lex tunc tollitur per non vsum, quando 3
talis non vsus includit saltem æquipollenter actum, legis dispositioni contrarium.

CON-

CONSILIVM I.

VTrum stante statuto capellæ S.D.N. qui seruierit in illa vigintiquinque annis solum teneatur adire illam ad primum kyrie Missæ, nisi certis diebus, quibus si nõ adierit ad Primam, & Tertiã, mulctatur, obligẽtur moderni capellani, q̃ prædictis annis seruierunt, ad eundum prædictis diebus ad Primam, & Tertiam sub pœna prædictæ mulctæ: attento quod nunquam prædecessores illorũ à quadragita annis ad illas iuerũt. B

1 Respõdeo, quòd pro parte affirmatiua videtur irrefragabiliter facere hoc dilemma, quod est validum argumentum, quod aut per non vsum est sublatum prædictum statutum, aut non, si nõ est sublatum, per ipsum obligãtur, si est sublatum, obligantur per ius commune
[a] *1. de cler.* contentum in c. [a] quod innouauit Con-
non resid. lib. 6. cilium Tridentinum [b] scilicet, vt qui
[b] *Sess. 24.* non interest choris non lucretur distri-
c. 12. de re- butiones illis constitutas.
form.

Pro astruenda verò parte negante dico primò, quòd vna eademq; lex potest tolli quo ad vnam partem, & manere valida, & viua quo ad alteram, l. [derogatur, [c]] quæ habet, tunc derogari legi,
[c] *ff. de ver-* cum tollitur quo ad partem: sicut iu-
bor. signifi. risdictio Episcopi potest tolli quo ad
d Cap. audi- quædam, & quo ad alia manere, [d] tunc
tis, de præ- vero abrogari, cum tota tollitur.
scrip.

Secundò, quod statutum prædictum videtur habere duas partes: altera est, quod capellani, qui seruierunt vigintiquinq; annis, nullis diebus regulariter tenẽtur ad capellam, nisi ad Missam ante primum kyrie: altera, q̃d certis diebus in ea expressis teneantur ire ad Primam, & Tertiam, sub pœna mulctę: & D
ita altera pars eius tolli potest, altera
[e] *L. de qui-* manente, & consequenter posse tolli
bus, ff. de le posteriorem, priore manente.
gib. §. l. 4. 2

Tertiò, quòd lex potest tolli per de
dist. & glo. suetudinem, seu per non vsum eius, [e] &
sing. in c. 1. sic potuit præfatum statutum tolli quo
de treug. & ad vnam sui partem, & manere quo ad
pace. alteram. Nec obstat, quod per solum
[f] *In ca. Io-* non vsum non tollitur lex, secundum
annes, de Ioannem Andræam communiter à Pa-
cleri. coniug. normitano, & alijs receptũ [f] & ab alijs,

A quos refert, & sequitur Rochus § quia [g] *In c. fi. de* id verum est de non vsu purè negatiuo *consuet.* se- non implicante actum contrarium le- *ctione 4. nu.* gi formaliter, vel æquipollenter, non *76.* autem de vsu implicante actum contrarium legi, vt in facto præsupponitur, & omnes declarant, & limitant: & in casu proposito agitur de non vsu legis implicante actum contrariũ illi, lex enim, de qua loquimur, disponebat, vt cantores, qui seruierunt vigintiquinq; annis, tenerentur adire certis diebus ad Primam, & Tertiam sub pœna mulctæ: & à tempore, quo illa fuit lata, prędicti B cantores desierunt adire ad illas duas horas sine vlla pœna mulctę, quod implicat actũ contrarium legi mulctanti.

Quartò, q̃ cum prior pars sit seruata semper à tempore, quo illud factum fuit, ante quadraginta annos, & posterior nũquam, sequitur quod prior pars manet, & posterior sublata est.

Quintò, ex his infertur, q̃ cum prior pars absoluat eos ab eundo ad officia, præterquam ad Missam ante primum Kyrie, & posterior obligaret eos ad eũdum ad alia officia certis diebus, & hæc est sublata, & illa durat, absoluti sunt C ab alijs officijs, præterquam Missæ ante primum Kyrie, & nõ erunt obligati ad eundum ad alia officia diebus præceptis per posteriorem partem.

Ad dilemma pro contraria parte oppositum, scilicet aut statutum prædictũ est sublatum per non vsum, aut non est sublatum, respondetur, quod nec est in totum sublatum, neque in nulla parte nõ sublatum, sed ex parte sublatum, & ex parte non sublatum, sublatum quidem quo ad partem posteriorem, quæ exonerat eos: quod concludit propositum nostrum. Salua, &c.

SVMMARIVM.

Consuetudo in Ecclesiasticis rebus, adhoc vt liget subditos, si sit prater ius, decem, si contra ius, quadraginta annorum debet esse prescripta, & rationabilis.
Vocem in electionibus actiuam de iure communi omnes professi, si sint saltem subdiaconi, habent in monasterijs, in quibus professi sunt. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

2 *Plurium suffragio magis expedit, vt fiant leges, & electiones, quam vt hæc facultas ad pauciores, etsi prudentiores, restringatur.*

3 *Vocem actiuam in eligendo non potest non habenti concedere Capitulum, nisi omnibus nullo discrepante consententibus.*

CONSILIVM II.

IN quadam religione est cõsuetudo à septem, vel octo annis inducta, vt tãtum prudentiores re, & ætate habeant vocem in Capitulo, & admittantur in electionibus Superiorum. Quæritur primò, an sit iuridica, & toleranda. Secundò, an maior pars Capituli possit communicare vocem, quæ illi competit in eligendo, his qui illam non habẽt.

1 AD PRIOREM quæstionem respondetur primò, quòd prætata consuetudo non est bona, ideſt, quod est inualida ad hunc effectum, vt tanquam lex iusta liget subditos præfatæ congregationis. Aut enim est contra ius canonicum, aut præter illud. Si est contra illud, oportet quod sit rationabilis, & præscripta spacio quadraginta annorum, [a] consuetudo autem præfata, esto sit rationabilis, non est continuata per quadraginta annos, sed tantum per septem, vel octo annos, ergo non est valida ad præfatum effectum. Neque etiam si est præter ius, quia vt consuetudo ẽt præter ius valeat in rebus ecclesiasticis, & iure Pontificio, requiritur vt sit continuata per decem annos, vt concludit Panormitanus communiter receptus. [b] Ego autem in præsentia inclinor in eã partem, quæ habet, illam esse cõtra ius commune canonicum: quandoquidem vt ij qui, de iure communi canonico omnis religio sus professus tria vota substantialia in religione per Sedem Apostolicam approbata, simulac est professus, & subdiaconatu insignitus, videtur habere vocẽ in Capitulo, etiam in electionibus prælatorum. [c] Est etiam contra consuetudinem omnium religionum antiquarũ ab antiquis Patriarchis inuentarum, & à sancta Sede Apostolica approbatarũ, vt colligitur ex canonibus citatis à Petro Basio, [d] & consuetudo habet vim legis. [e]

2 Secundò, quòd si dicamus eam esse contra ius, qualem egò in præsentia esse iudico, non est bona, neque seruanda: quia est contraria iuri canonico. Tertiò, quòd licet videatur bona illa ratione, quòd docet, vt prudentiorum, & eruditorum, ac maturiorum suffragia pluris æstimentur, quàm aliorum; alia tamen ratione non videtur esse talis, illa scilicet, quod pauciores facilius subornabuntur, quàm plures, & quòd vtile est, vt multi sint consultores, & habentes vocem in Capitulis. Vnde & leges, & plebiscita Romanorum, in quibus condendis maiores cum minoribus occurrebant, quadantenus videbantur firmiora, iuxta illa, quæ habentur in c. [plebiscita.] [f] & vnde sumuntur. Et experientia docuit, in omnibus per orbem dispersis Academijs electiones gymnasiarum, & prælectorum factas ab omnibus auditoribus meliores esse, quàm factas à paucis. Quartò, quòd mea sentẽtia securius esset, quòd omnes professi, & subdiaconatu insigni haberent vocẽ in Capitulo, quàm solum quidam maiores, quo alijs superbiendi, & alijs inuidendi, & omnibus diffidendi occasio non parua datur.

3 AD SECVNDAM iam alijs respondi, non posse à maiore parte Capituli communicari vocem, quæ competit ei in eligendo, alijs, quibus ea nõ competit, per glossam communiter receptam. [g] Et consequenter, si præsupponamus eos, qui non sunt assignati, non habere vocem in Capitulo, respondendum esset, non posse illis communicari à Capitulo, nisi concors fuerit, & nemo discrepauerit. Sed videtur per prædicta omnes professos esse assignatos Capitulis monasteriorum, in quibus professi sunt, non obstante consuetudine prædicta, quæ nondum est satis præscripta. Salua, &c.

De electione, & electi potestate.

SVMMARIVM.

1 *Electio facta præsente excommunicato non valet, si sit denunciatus, & constabat, eratque legitima excommunicatio, nec lata post precedentem legitimam appellationem.*

CONSILIVM I.

AN electio propter cõcursum excommunicati fiat irrita, & nulla, cum aliàs legitimè sustineri posset?

1 Respondeo, q̃ electio est nulla eo solo casu, si excommunicatus erat denunciatus, & constabat illis, qui simul eligebant, & erat notoria, & legitima excommunicatio, & non fuit appellatum legitimè ante excommunicationẽ, per cap. fin. [a] vbi Innocentius, Cardinalis, Panormitanus, & communis, [b] & conditiones adiectę huic decisioni probantur per cap. [solet. c] Salua, &c.

a *De procurat.*
b *In c. illa, de elec.*
c *De sentẽt. excom. li. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Electionem confirmandi, vel infirmandi qui ius habet, potest, & quia spectat ad publicam vtilitatem debet ex officio etiam supplendo quæ sunt facti inquirere de meritis electi, eligentium, & forma electionis. & 2.*

2 *Iudex in concernentibus publicam vtilitatem potest ex officio, nedum quæ sunt iuris, sed etiam quæ sunt facti, supplere: vnde cogit compromissarios ad edenda acta electionis. num. 3. & reum ad edendum propria instrumenta fisco, ac vbi vertitur animarum periculum, numero 4. & notarium ad edenda acta, & hoc etiam quando interessisset conuentio, vt seruentur sub secreto, nume. 5. & quod interceserit iuramentum, numero 7.*

3 *Acta, omnia coram notario, item & coram iudice facta, dicuntur publica.*

5 *Occultum vt remaneat id quod ratione publici interesse debet pandi, priuatorum facto fieri non potest.*

6 *Probari quod ex sui natura non potest nisi per paucas & certas personas, hoc habet priuilegij. vt alias priuilegiati cogantur, & inhabiles admittantur ad testificandum.*

7 *Occultum tenere aliquid qui iurauit, non obest quin iudex possit compellere ad testificandum.*

CONSILIVM II.

CApitulum Ecclesię N. per suos cõpromissarios A. in suum Episcopum elegit, quam electionem confirmare noluit is, ad quem spectat: propterea pro parte Capituli appellatum fuit ad Sedem Apostolicam. Quæritur an debeant constitui iudices commissarij, qui de causa electionis huiusmodi in partibus cognoscant.

1 Respondeo primò, quod si verbum [debeant] in quęstione positum significat necessitatem resoluendum est dubium negatiuè, scilicet quod non debẽt necessariò cõstitui iudices commissarij, siue delegati, qui de contentis in quæstione in partibus cognoscant. Tũ quia nullo iure id cauetur. Tum quia per c. [nihil.] [d] & alia multa [e] constat, quod confirmator electionis non tenetur cõ *d Cap. cum* statuere cõmissarios, & delegatos ad de *statuta, ca.* cidendam electionis causam, sed quod *e De elec. et* potest per se illam decidere, agẽdo acta *c. vlt. eo. tit.* necessaria, per se, vel per alium ad par- *lib. 6.* tium instantiam, vel ex officio suo.

Secundò, q̃ si verbum, [debeant,] positum in quæstione accipiatur pro iustè possint, resoluendum est dubium affirmatiuè, quòd sic, quia omnis iurisdictio, & omne imperium iure Pontificio sunt delegabilia, iuxta glossam solemnem, & receptam. [f] *f Cap. per-*

2 Tertiò respondeo, quòd iudex ha- *uenit, 9. di-* bens ius, & potestatem confirmãdi, vel *stinc.* infirmandi electionem, potest & debet cognoscere de contentis in dubio p se, vel per alium ad instãtiam partium, vel ex officio suo. Tũ quia potest, & debet ex officio procedere, & inquirere de ijs, *g ff. de offi.* quæ pertinent ad vtilitatem publicam, *præsid.*

[l. congruit.] [g] l. si quis in hoc genus.] [h] *h C. de Epi* quas citat in hoc Bartholus, [i] quem Ri- *sco. & cler.* pa, & alij sequuntur, & constat hanc de *i Leg. L. §.* qua loquimur electionis confirmatio- *hoc autẽ in-* nem ad vtilitatem publicam spectare. *dictum, ff.* Tum quia expressè hoc determinat In- *dedam. inf.* nocentius III. [k] cuius glossa [l] recepta *in 2. oppos.* [à Panormitano, & alijs, ait ibi proba- *k Cap. cum* ri iudicem confirmationis electionis *nobis, de ele* posse ex officio etiam ea, quę sunt facti, *ctio.* supplere:] & paulò inferius ait, [quod *l In verbo* etiam si nihil obijciatur electo, ille qui *ex assic.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

cõfirmat electionẽ debet inquirere de modo electionis, an sit canonice facta:
a Per c.ve-nerabilẽ.eo. priusquam. 28.dist. de persona etiã electi, an sit idonea [a] & idem Innocentius iij. in causa postu-lationis suppleuit, cap. [bonæ memo-riæ. [b]] vbi glossa [c] ait [quod iudex po-test supplere non solum ea quæ iuris
b De postu. sunt, sed etiam ea quæ sunt facti in spe-
c In verbo ctantibus ad publicam vtilitatem:] &
curauimus allegare. ita in hac causa electionis, tam insignis Ecclesiæ, in qua de tam publica vtilita-te agitur, merito S. D. N. poterit, & debebit ad instantiam partium, vel ex officio suo per se, vel cõmissarios suos facere omnia quę opportuna fuerint ad sciendam veritatem de persona electi, & electorum, ac de forma eligendi ha-bita, & seruata per Capitulum, & com-promissarios eius. Vnde idem Innocen-tius III. in quadam causa confirmatio-
d De appel. nis electionis, de qua cap. [oblatę. [d]] dixit [quod iudex superior,] ad quem appellatum est super electionis confir-matione, potest, imò debet facere quæ conueniunt, ne gregi dominico diu de-sit cura pastoris.

3 Quartò respõdeo, q̃ potest S.D.N. & debet propter publicam vtilitatem,
e Leg. nec quis ff. Capitulum, & compromissarios eius, &
de edendo. notarios ad edenda sibi omnia coram
f Ca.1. de probat. eis acta, quæ ad huius causæ iustam, & breuem expeditionem pertinent: tum
g De appel. & ca.nihil, per citata in 2.dicto.

4 Tum quia etiam reus cogitur edere
& c.ne pro defectu, de exceptionẽ, de elec. & ca. exceptione, de excep.c. locis citati per Felynum ibidem. Tum
1.co.ti.li.6. quia eadem, imò firmiori ratione põt
h In d.c.1. de probat. iudex cogere reum ad edenda sua in-strumenta in causis publicis, & spiritua-
nu.21. libus, in quibus tñ, & plus exuberat of-
i L.2.C.de edẽ.cum et adnotatis, ficium iudicis, quantum & plus vtilita-tis publicæ, ac salutis, ac periculi ánima rum vertitur, quam in fisco, iuxta præ-
& c.quoniã contra. de probæ. & c. perpetuus. fatum cap. [oblatæ. [e]] tenet Panorm. receptus ab omnibus. [f] Tum quia su-perior iudex potest cogere notarios pu-blicos ad edenda instrumenta, & acta
adiũcta sua gloss. de fide instrum. publica corã eis gesta ei, cuius interest, & magis ex officio suo ratione publicæ vtilitatis, præsertim spiritualis. [g]

5 Quintò, quod non possunt excussa-ri ab editione præfatum Capitulum, & præfati compromissarij, & notarij eo-rum, eo quod conuenerint, vt vota eo-rum manerent secreta. Tũ quia omnia acta coram notarijs dicũtur publica, [k] vt per præfata iura tradit Decius post
k Vide pra-dictum ad l. cum notarius ipse sit persona publica, & c. alios, [l] sicut & acta coram iudice dicun-tur publica. [m] Tum quia non licet ca-nonicis cõuenire, vt electio maneat se-creta, vt notat Panormitanus, [n] citans ad id Compostellanum. Tum quia pa-cto priuatorum iuri publico derogari non potest. [o] Ergo nec pacto canoni-corum fieri potuit, vt maneat secretum quod Reipublicę interest, vt pandatur. Tum quia quoties natura rei probãdæ ad eam est talis, quod non potest probari, nisi per paucas, & certas personas, illæ te-nentur testificari, etiam si fuerint priui legiatæ ad non testificandum, secundũ Hostiensem communiter receptum & etiam si essent inhabiles, secundum Antonium Buttrio, & Imolensem, quos sequitur Decius [r] & probatur per l. [consensu. [s]] cum ergo uota se-creto præstita coram compromissarijs, & notario suapte natura sint talia, quæ non possunt probari aliter, quàm per acta coram ipsis, poterunt compelli ad edenda illa. Tum quia impossibile est scire, an compromissarij præfati serua-uerint formam eligẽdi sibi à Capitulo commissam, nisi habita notitia de suf-fragijs, siue uotis, quæ canonici singu-latim alij alijs dederunt, quoniam ipsi tenebantur eligere illum, in quem ma-ior pars Capituli consentiret, quod an seruauerint, sciri non potest, nisi facta fide de numero uotorum, quæ fuerunt data illis, qui habuerunt aliqua suffra-gia, & uota. Cum ergo superior possit, & debeat inquirere an forma electio-nis debita seruari, fuerit seruata, & non possit hoc scire nisi compellendo nota-rios, ut acta coram eis gesta edant, ne-cessario consequitur, posse & debere il-los ad hoc compelli. [t] Tum denique, q̃ iudex superior potest compellere ad te-stificandum eos, qui sciunt aliqua secre-ta (extra sacram confessionem) etiam si conuenerint inter se, ut teneãtur se-creta', & iurauerint non reuelare illa, etiam

a 2.2.q.70. art.1.c.2. b Ca. quatuor, 1. de accusat. c Ca. dilectus, de excess. prælat. sub finem, & d.c. qua liter, & ca. omnis, de pœnit. d Conel 6. nu.218. e Cap.25. nu.41. f L.1.ff.de recept.arbi. g De prob. etiam iudici iubenti, secundum S.Tho-mam [a] & Innocentium, [b] Panormita-num [c] communiter receptum, quem nos quoque sequuti fuimus pridem iu-re firmo, & ratione probauimus cap. in ter verba. [d] & in Manual. [e] ergo a for-tiori notarium ad exhibenda, & eden-da acta, & gesta coram ipso, tãquam co-ram persona publica, coram iudice, vel arbitro, cum arbitria sint redacta ad si-militudinem, & instar iudiciorum, [f] & in actis coram eo debeat seruari dispo-sitio cap. [quoniam contra. [g]] vt in eo Panormit. communiter receptus anno tauit, & in alia informatione probaui-mus. Salua quę iustior fuerit sententia.

SVMMARIVM.

1 *Religio non potest condere statutum contrarium dispositioni iuris communis etiã quo ad electionem superiorum faciendam, nisi hoc ets speciali sit concessum priuilegio.*
2 *Mutatio antiqua legis, seu vitæ in religiosis solet esse ingrata, vnde eandem inducere volenti facile contradicitur.*
3 *Electio prælati cuiuslibet monasterij de re spectat ad eiusdem monasterij conuentum, expedit autem magis vt eligatur perpetuus, quam triennalis.*

CONSILIVM III.

ORdo Eremitarum Sancti Augu-stini in 35. prouincias diuisus est: quarum omnes, quæ in Italia sunt (sunt autem vigintidúæ) eam ab antiquo con-suetudinem obseruant, vt Præsidens, Prouincialis, & Definitores in Capitu-lo facultatem habeant ad condendas, & reformandas sui ordinis leges.

Dubitatur primò, an in toto seu par-te modum eligendi conformem iuri communi tollere absque expressa Papę facultate valeant.

Secundo, an eligendi prælatos mo-dus aptior Hispanorum sit, quo à mo-nasterio prælatus triennalis eligitur, an Italorum, quo à Capitulo generali perpetuus.

1 AD PRIMAM quæstionem re-spondeo primò, quod certum est præ-dictum Reuerendum Generalem cum prædictis Definitoribus non posse cum maiori parte sui ordinis tollere toti or-dini, nec parti eius modum eligendi, quem iuri communi conformem ha-bent, sine facultate expressa in id à Põ-tifice Maximo facta, quia nulli ei infe-riori licet edere legem contrariam iuri communi. [h]

h Ca.quod Secundò, quòd Celsus Iurecõsultus ait [i] [inciuile esse, de lege, nisi ea tota perspecta iudicare,] ideóque oportere ad rectè respondendum huic quæstio-ni, videre facultatem, quam Pontifex Maximus fecit prædicto ordini ad con-dendas, & reformandas leges sui ordi-nis, & etiam scire si aliquæ prædictarũ prouinciarum habeant aliqua priuile-gia particularia super suo modo eli-gendi.

superhis, de maiorit. & obed.c. infe-rior, 21.dist. clem.ne Ro-mani, de e-lect. i In l.inciui le, ff. de ll.

2 Tertiò, quòd etiam si facultas à Põ tifice Maximo cõcessa Generali, & De-finitoribus prædictis de rigore iuris se extenderet ad faciendam prædictam le gem, qua omnes in vno modo eligendi conuenirent, vtile tamen multum es-set, vt ab eius Sanctitate, quando tam propinqua est, impetrarẽt gratiam spe-cialem eam condendi, quia, vt ait Im-perator, [k] [difficilis, & ingrata est vitæ mutatio:] & qui iam habent sua retia de more tensa in conuentibus particu-laribus, quo fiant Priores, vel alterius generis officiarij, nihil non agent, vt cõ tra talem legem appelletur, supplice-tur, vel aliquo alio remedio iuris, uel non iuris iuuetur.

In authẽ. de monach. coll.1. §.1. c. quia pro-pter, & toto tit. de elec.

3 AD SECVNDAM quęstionem respondeo primò, quod iuri communi conformior est modus eligendi prædi-ctus Hispaniæ, quam modus eligendi prædictus Italiæ, quia iure communi ad quemcumque conuentum cuiuslibet monasterij pertinet electio prælati il-lius. [l] Secundo, quod, ut res humanæ nunc se habent, crescente nimium ho-ratis amore, refrigescente caritate, lon-gè aptior, & commodior est ambitioni reprimendæ, factionibus sedandis, ex-tirpandis odijs, detractionibus minuen dis, & paci Christianæ conseruandæ, & augendæ, Deoq; gratior est modus præ dictus, quem prudentissima, eademque

l Capitu.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

modestissima Italia seruat, quàm ille, quem Hispania seruare dicitur, per ea multa, quę ipse nuper scripsi in cõmen.

a Super ca. 3. de regula. [a] ad probandum quòd ne-*nullã*, 18. mo debet procurare, vt de Abbatibus *g. 2. à nu. 3.* perpetuis fiant triennales, si à suis monasterijs fuerint eligendi. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Scrutatores suffragia vni data alteri falso referentes, magna pœna arbitraria sunt puniendi, & præterea electio non tenet.*

CONSILIVM IIII.

QVid dicendum de Generali cuiusdam ordinis, & scrutatoribus electis ad faciendam electionem Prouincialis; qui machinati sunt, ne scrutatores dicerent verè, quot suffragia habuit is, in quem maior pars consensit, sed tribuerent maiorem partem alteri, qua fraude electus fuit?

1 Respondetur, quòd grauissimè peccauerunt tam scrutatores, quàm Generalis, & quòd electio coram Deo nihil valuit, & digni sunt prædicti fraudatores magna pœna: tum quia rei grauissimæ falsarij fuerunt. Tum quia Concilium generale [b] statuit, vt potestate pri-

b In c. quia propter, de elect. uarentur electores, qui contra formam illius cap. celebrarẽt electionem, etiam sine vlla fraude. Quantò magis debent puniri, qui tam graui fraude id fecerunt? Et quia pœna huius magni delicti non est determinata iure communi, arbitrio iudicis competentis (nisi in cõ-

c Arg. l. 1. ff. de iur. de liberã. & c. de causis, de off. dele. stitutionibus ordinis: quas nos nescimus, fuerit determinatum) relinquitur. [c] Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Electionem à maiori parte factam nõ admittens peccat.*
2 *Electio metu facta est ipso iure nulla, sicut & matrimonium, & professio.*
3 *Metus minor iusto in foro uteriori, si fuit principalis causa actus, utiat.*
4 *Metus, vt annullet actum in foro exteriori, requiritur quod sit iustus.*

CONSILIVM V.

EX sedecim monialibus habentibus votum in electione Abbatissę, nouem suffragatæ fuerunt vni, & septem alteri, & superior, qui aderat, volebat, vt duæ partes suffragantium conuenirẽt in vna, & fecit eas ofties facere electionem, sperans, quod aliquę ex suffragantibus vni, accederent alteri, quo duas partes haberet: & cum noluissent vllæ mutare sua suffragia, minatus est superior eis, quod nisi duæ partes consentirent in vnam, ille esset vocaturus vnam aliam monialẽ alterius monasterij: quo metu compulsę omnes conuenerunt in vnam tertiã, quæ nullum antea suffragium habuerat, quę confirmata à superiore, rexit monasterium multo tpe, sed nõdum triennio completo. Quæritur, an electę à nouẽ, quæ maiorem partem Capituli constituebant, sit aliquod ius repetendi Abbatiam.

1 Respondeo primò, prælatum superiorem peccasse, ac malè fecisse, nolẽdo acceptare electam à maiori parte, præsertim cum toties eligeretur ab illa, imò, & cogẽdo eas ad toties eligendũ, & magis adiungendo minas de vocando aliam, nisi conuenirent duæ partes, contra prædictum textum expressum.

d Iuxta ea. quæ dicta sunt, §. 1. de elect. lib. 6.

2 Secundò, quòd facilè teneri posset prędictam electionem postremam fuisse inualidam, & nullam: quia omnis electio metu facta est ipso iure nulla, per textum putatum ab aliquibus singularem in cap. [vbi periculum. [e]] quatenus requirit etiam in electione Papæ volũtatem liberam eligendi sic, quòd aliàs nõ sit futura valida, quæ communis est Doctorum sententia, & cõfirmatur prã-

e §. cæterũ. de elect. lib. 6.

mò, eo quòd etiam matrimonium carnale est ipso iure nullum, si metu contrahatur, [f] & matrimonium spirituale quo ad hæc æquiparatur matrimonio carnali, iuxta glossam notabilem, & receptam. 3 Secundo confirmatur, quod etiam metus reuerentialis patris efficit profession religionis filij nullam, per textum adiuncta glossa. [h]

f Cap. cum inter. de consan.

g In ca. ex compromissarijs. nu. 5. de elect.

h Verbo patrem, in ca. præsens. 20. de elect.

3 Tertiò, quod omnis metus etiam non iustus reddit actum nullum, & inualidum quo ad forum conscientiæ, si *g. 3.* prin-

principaliter fiat ob illum metum, vt nos efficaciter probamus in Manual. Confess. [a] & consequenter si prædicta monialis, in quam cõsenserunt nouem propter prædictum metum, quo superior minatus fuit se vocaturum aliam de alio monasterio, cessit iuri suo iam quæsito per electionem, iudicandum est inualidè cessisse.

a Cap. 17. nu. 29. & efficactus. c. 22. nu. 51.

4 Quartò, quòd in foro interiori opponetur ei, quod metus ille non fuit iustus, & quod ipsa non appellauit à mandato superioris, & quod rogata fuit, vt desisteret à iure suo, & quod potius fecit rogata, quam metu territa: & q. altera est, & magno tempore mansit in possessione pacifica, & habita p bona, & iuridica ab ipsamet, & id genus alia, per quæ difficile obtinebit pro se sentẽtiam in foro, vt aiunt, fori, quamuis certe in foro quod aiunt, poli, prædictus superior, & pdicta loco eius electa, merito magnis scrupulis cruciari possent.

SVMMARIVM.

1 *Electio secundum honestatem debet fieri de gremio collegij, facta tamen de extraneo tenet debetq; fieri à maiori parte, adeo vt, si solum sint vnus, vel duo, non possint nisi exterum eligere, nu. 4.*
2 *Collegium in sui erectione secundum ius ciuile ad minus tres, secundum canones duas requirit personas, at erectum sustinetur in vna persona, quæ sola posset eligere prælatum, eumque Pontificem.*
3 *Eligere seipsum nemo potest, sed nec pro se cum alijs suffragari, nisi esset vnus ex compromissarijs. num. 5.*
5 *Electores, etiamsi totum collegium sit redactum ad duos non possunt cogi, vt alios accipiant collectores, sed possunt ipsi soli eligere.*

CONSILIVM VI.

IN quodam conuentu deficientibus fratribus, qui votum, & vocem haberent pro electione Prioris dicti conuẽtus, Prouincialis misit illuc duos fratres, à quibus fieret electio alicuius extra conuentum existẽtis, qui schedulis secretis vnum elegerunt absentem, & non pertinentem ad illum conuẽtum. Dubitatur an sit legitima electio.

1 Ad respondendum breuiter, clarè, & aptè, ps suppono primo, quòd electio prælati iure communi non est necessario facienda de aliquo, qui sit de collegio electorum, ad hoc vt valeat: qm̃ licet honestius, & sanctius sit eligere aliquem de collegio, quàm extraneum, [b] electio tamẽ facta de extraneo idoneo & à toto collegio, vel à maiori eius parte, valet, vt satis efficaciter probat cap. [cum inter canonicos. [c]] & ita tenuit glossa Bartholomæi Brixiẽsis [d] & glossa Bernardi, [e] quorum opinionem sequuntur Innocentius, Hostiẽsis, Panormitanus, & communis, eamq; vsus Ecclesiæ seruat secundum eosdem.

b Iuxta ea. & aptè, ps suppono primo, quòd electio prælati iure communi non est necessario facienda de aliquo, qui sit de collegio electorum, ad hoc vt valeat: qm̃ licet honestius, & sanctius sit eligere aliquem de collegio, quàm extraneum, c De elect. electio tamẽ facta de extraneo idoneo & etiam c. à toto collegio, vel à maiori eius parte, valet, vt satis efficaciter probat cap. [cum inter canonicos. [c]] & ita tenuit d In d. ca. glossa Bartholomæi Brixiẽsis & glossa Bernardi, e quorum opinionem sequuntur Innocentius, Hostiẽsis, Panormitanus, & communis, eamq; vsus Ecclesiæ seruat secundum eosdem. f Ibidem.

2 Secundo præsupponendum est, qđ licet nullum collegium Ecclesiasticum possit constitui in vno, quia de iure ciuili requiruntur saltem tres, [g] & de iure canonico saltem duo, [f] constitutum tamen semel in multis, potest totum ius collegij venire ad vnum, & conseruari in illo: casus est in l. [sicut. [g]] & glossa solemnis [h] communiter recepta, & declarata [i] per Panormitanum communi k ter receptũ: adeo quidem, quod si omnes Cardinales exirent è conclaui, postea quam ad eligendum Papam in eo conuenerunt, excepto vno, ille solus posset eligere Papam, vt asseruit glossa l. Ibidẽ, & memorabilis [k] quam communiter ibi receptam magnificat Martinus Laudunensis [l] quẽ sequitur Petrus à Bussio. [m]

g L. Neratius. ff. de verb. sign. h Cap. 1. de elec. §. fina. ff. quod cuiusque. i In c. gratum. de electo. k In c. cum non essent. de elect. & alijs locis supra citatis. l Ibidẽ, & in memoranda. m In clem. Romani. de elect.

3 Quamuis is vnus, in quem resideret ius collegij, non posset eligere seipsum, per cap. [per nostras. [n]] & per *bo*, omnes. rationes tam ab auctore ipsius in contextu eius, quam ab alijs commentatoribus adductas. [o]

§. porro. ver. omnes. n In tract. de Cardin.

4 Tertio, quod ex hoc secundo præsupposito sequitur tertium, scilicet, qđ o In dicto, de re-præfati duo fratres, in quos recidit totum ius collegij, poterant eligere in prælatum aliquem extraneum, alioquin idoneum: quia poterant ambo ei *p De iure* suffragari, licet non potuissent eligere alterum de seipsis: quia maior pars, *q Ibi, & in* cum non essent nisi duo, non poterat *c. Cumana.* suffragari alteri eorum, quod requiritur ad valorem electionis, iuxta præfatum cap. [quia propter.]

lectio. 1. p. ca. 2. nu. 4. p De iure patronat. de elect. & alijs locis supra citatis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a De elect. 5 Nec obstat c.[cũ in iure peritus.[a]] quod videtur probare, quod electus cõ sentiendo electioni suæ, videtur augere numerum suffragiorum, quod ipsum vi
b De elect. lib.6. detur probare ca.[si cõpromissarius.[b]] quia illud est verum, quando electio fit per viam compromissi, ideſt, cum habentes ius eligendi compromittunt accipere in prælatum eum, quem maior pars compromissariorum nominauerit, non
c De elect. d Ibi. & in d.c.cũ in iure peritus. autem cum habentes ius eligendi, eligunt vt collegium per viam scrutinij, vt irrefragabiliter probat c.[Cumana,[c]] & Panormitanus communiter receptus
e De causa possess. & proprietat. f Et in ca. obeuntibus. 63.dist. g Cap.cum Ecclesia Vulterana, de elect. & l.in iuriam. §. 1.ff.de iniurijs. declarat.[d] 6 Quartò, q̃ consequitur prędicta, est quod præfati duo fratres non potest rant cogi iure communi ad suscipiẽdos socios, siue consortes suffragiorum, siue votorum ad eligendum suum prælatũ. Tum argumento cap.[cum Ecclesia Suburbana[e]] & eorum, quæ ibi adnotantur, præsertim per Ripam.[f] Tum quia suo iure vtens nemini facit iniuriam.[g]

SVMMARIVM.

1 *Eligentium de numero non censetur, qui schedulam albam in vrnam ponit, sicut & nec qui recedit de loco in quo ad eligendum conuenerunt, aut voto renunciauit.*
2 *Electio nisi statim post collationem suffragiorum fiat, est nulla, & hoc, si ex ignorantia, vel negligentia eligentium, vel electi malitia, secus si ex malitia eligentium procedat. nu. 3.*
3 *Scrutinio publicato non possunt variare electores immo compellendi sunt ad eligendum illum, qui iuxta vota publicata debet eligi.*

CONSILIVM VII.

IN quodam monasterio canonicè electus fuit Titius in Priorem: verum quia mox decretum non est firmatũ, ita volẽte eo, ad quem pertinebat firmare, inuẽta in vrna schedula alba, quam existimabat cõnumerandã inter voces eligentium, cum tamen mos sit in ordine huiusmodi schedulas connumerare inter renũciatiuas, sicque nihil ponere in numero: ideoq̃, post aliquot dies iussu, & auctoritate superioris firmatum fait decretum ab alio scrutatore, cum præsumeretur ille, qui firmare debebat, malitiosè distulisse. Quæritur quid iuris?

1 Respondeo primo, quod qui præfatam schedulam albam immisit in vrnã, non videtur computandus esse præfati ordinis, vt computetur inter illos, qui suæ voci videntur renunciasse. Tum quia quando electores conueniunt ad eligendum, & aliqui eorum exeunt ex loco electionis, non computãtur in numero electorum,[h] quod ibi Panormitanus multum commendat. Tum quod glossa notabilis[i] determinat eum, [qui renunciat suo voto, non esse magis de numero electorum, quàm sit absens nõ vocandus, vel vocandus, sed nolens venire vocatus:] quod in hoc expresse approbat Bonif.[k]

2 Secundò respondeo Hostiẽsem, Iannem Andreæam, Panormitanum, & cõem tenere, q̃ electio dẽat fieri mox, vel incontinenti post collationẽ suffragiorum, eo quod de forma substantiali electionis sit, qđ statim post collationẽ suffragiorum fiat secundum eosdem, & receptiorem intellectum, c.[quia propter.[l]] vt tradit communis ibi. & aliàs facta declaranda est cassa, & nulla secũdum Ioãnem Andræam, Panormitanũ, & communem[m] per illum textum licet Hostiensis putet esse cassandam.

3 Tertiò, quod præfata conclusio limitanda est necessario, vt tunc solum procedat, quando fit ex ignorantia, vel ignauia quadam eligentium, vel fraude electi, non autem quando differretur per malitiam electorũ, vel propter aliquam causam iustam. Tum quia non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri,[n] neq; sine culpa priuari iure suo,[o] & ita ei, in quem major pars Capituli consentit, non debet afferri cõditio iniqua ab eligentibus differendo electionem, neq; sine culpa debet priuari iure sibi iam quæsito saltem ad implorandum officium superioris, vt compellat electores ad eligendum.

4 Tum quia Gregorius IX. declarauit[p] quod publicato scrutinio nõ possunt variare, qui suffragati sunt, & quod compelli possunt ad eligendum eum, qui debet eligi secundum suffragia publicata,

blicata, & certum est, quod non potest sine magno interuallo temporis fieri, vt peratur a superiore compulsio eligẽtium ad eligendum, & detur illa ab eo, & fiat eius intimatio, ergo necessariò est tenendum, quòd electio facta post moram interpositam per malitiam, vel dolum eligentium, vel aliam iustam causam sine fraude electi valet, & ita limitationem hanc pulchrè tenet Panormitanus[a] & Petrus à Baisio,[b] & necessario elicitur ex præfato c.[publicato] indicto modo præfato.

Quartò, quòd ex prefatis sequitur, prudentissime, iustissimeque fecisse superiorem iubendo vt eligeretur Titius. Salua, &c.

a In d.c.publicato, & c.cũ post petitam, de elect. *b In tract. de elec.par. 3.c.34.n.2.*

SVMMARIVM.

1 *Nocte fieri potest, quicquid eo tempore fieri non reperitur specialiter prohibitum: vnde contractus, testamenta, & collatio beneficij eo tempore facta valent, fallit in electione, in qua seruãda est forma cap. quia propter, num. 2. & in omnibus actibus iudicialibus, qui fiunt sine consensu partium. nu. 2. & 3.*
1 *Electio facta de nocte; tenet, modo non requirat formam c. quia propter, nu. 2. nec obseruantiam decreti Concilij Tridentini, num. 4.*
2 *Electio, in qua, omissis requisitis iure humano, seruantur requisita iure naturali, & diuino, tenet.*
3 *Diem artificialem non finiri occidente Sole, sed durare vsque ad tenebras. Verius est: & an factum in crepusculo dicatur factum in die, ex iudicis pendet arbitrio.*

CONSILIVM VIII.

DEfinitorium alicuius Capituli seruatis alijs seruandis fecit electionem superioris sui nocte. Quæritur an illa valeat.

1 Respondeo q̃ pro electione facit, quòd omnia quæ specialiter non prohibentur fieri nocte, possunt quocunque tempore fieri, & quod omnis cõtractus, & omnis vltima uolũtas potest fieri nocte, vt post alios tradunt Felynus & Decius[c] & quod collatio beneficij nocte facta valet, vt tradit Panor.[d] imò, & ele-
d In c.1. de elect. eccles. sanct. benefic. ctio, in qua non est seruanda forma ca.[quia propter.[e]] vt ipsemet ibidem dicit: & quod non videtur in iure cõi textus qui prohibeat electionem per definitores faciendã noctu fieri, & quod tãta, vel maior potestas dari potest, & quotidie confertur per collationem, vel prouisionem alicuius abbatiæ, diaconatus, vel archidiaconatus, quam per electionem definitorum huiusmodi.

2 Contra tamen præfatam electionẽ facit primò, q̃ licet responderi possit quod electio definitorum non est magis actus iudicialis, quàm collatio beneficiorum, & q̃ electio beneficiariorum, in qua non est seruanda forma dicti capit. [quia propter:] replicari tamen potest, quod electio in qua est seruanda forma c.[quia propter,[f]] non potest fieri nocte, vt determinat Panorm.[g] quem se-
f De elect. g In d. c. 1. quitur Felinus[h] vbi communis opinio videtur idẽ tenere de omnibus actibus iudicialibus, & dies videtur solum durare Sole lucente super terram, secũdum Decium, & per eum allegata.[i]
h In d.c.cõ vt eccl. benef. i In d.c.cõ suluit.

Quibus pro utraque parte consideratis, resoluendò dico primò, præfatam electionem valuisse, si absque alia fraude facta fuit ante tenebras; tum per citata pro hac parte, tũ per illud singulare dictum Innocentij,[k] citatũ in præcedẽti concilio. s.[quod valet electio facta non seruata forma iure humano introducta, si concurrunt iure naturali, & diuino requisita.] Tum quod etiam sentẽtia iudicũ, & alij actus iudiciales noctu facta valent, si de consensu partium fiãt secundum Ioannem Andreæam relatum per Felynum[l] & probatur ratione ualida per Salicetum,[m] & quod electio prędicta fuit de consensu eligentium facta. Tum quod licet aliqui dicant diem artificialem Sole occidente finiri, verius tamen videtur illum durare vsque ad tenebras, iuxta determinationem Cardinalis, quam facit post disputationẽ in cap.[si perfodiens.][n] concludẽs fere in effectu, arbitrarium esse, an factũ in crepusculo sit factum in die: nam, vt ait ẽt ante ortum Solis dr̃ dies, qñ iam albescit. An statim post signata p̃fata Aue Maria cõiter absq; candela, vel alio lumine cernũt se homines, & discernũtur ab alijs,
k In c.quod sicut, de elect. *l In d.c.cõ suluit. nu. 18. versic. tertio fallit.* *m In l. non minorẽ. C. de transac.* *n q.2. de homicid.*

a In c. consuluit, de offic. deleg.
p In c. publicato, de elect.

Universidad de Deusto
Biblioteca

alijs, ita quod sine lumine videri possit: tunc enim Sol bene est ortus, licet nobis nõ appareat: quia radij sui iam operantur effectum quo ad nos, & de sero, donec fiant tenebræ, durant radij Solis quo ad nos, & Sol tunc propriè ex toto non occidit,] hæc ille. Cardinalē sequitur Felynus, [a] & muniri põt eius dictũ ea ratione, quod hoc habet communis vsus loquendi, qui seruandus est. [b] 4 Secũdo dico, quod si fuit facta post tenebras, & quando iam sine candela non posset cerni, nec discerni, valeret quidem quo ad forum conscientiæ per prædicta, & etiam quo ad forũ exterius secundum antiqua iura, quæ non requirebant præfatam formã eligendi secretè, sed non secundum Concilium Tridentinum, & constitutionem ordinis super eius executione facta, ẽm quam requiritur forma secretè suffragandi per schedulas, quæ commodè seruari non potest sine lumine artificiali, plusquam olim electio. in qua seruanda erat forma [c] [quia propter,] quam nocte fieri non posse supra dictum est.

[a] *Vbi supra nu.* 18.
[b] *l. Labeo, ff. de supel. leg.*
[c] *De elect.*

SVMMARIVM.

1 *Electionem non vitiat defectus occultus vnius de electoribus.*
2 *Electio si habeat eligentium consensum, qui solus iure naturæ requiritur, sustinetur.*
3 *Publicatio suffragij tunc vitiat, quando publice facta est, vel fuit vera, vel præsumptiua causa electionis.*
4 *Secretus suffragijs electus, vt requirit Concilium dicitur is, cui alij secretè suffragati sunt, licet ipse suum alteri datum sine fraude manifestauerit.*

CONSILIVM IX.

COngregatis quibusdam ad electionem secretò faciendam, scriba, qui scribebat nomina eligendorum in schedulis dandis electoribus, monstrauit alteri sine vlla fraude, & malitia schedulam continentem nomen, pro quo suffragabatur; alijq; omnes suffragati fuerunt secreto ipsi scribæ qui suum suffragium publicauit. Quæritur an electio [d] *C. 6. de reg. iur. lib. 6.* valeat, stante [d] Concilio Tridentino.

1 Respondeo, quod valet electio. Primo, quòd defectus clandestinus vnius de Capitulo non debet nocere Capitulo id ignorantiæ, [e] neq; actui ab eo aliàs legitime facto. [e] *Ca. fi. de elect. lib. 6.*

Secundò, quòd alioquin sequeretur, quod unusquisq; electorum, posset pro suo arbitrio electionem reddere nullam si conueniret illud eidem, posset enim dicere socio suo clam, pro quo suffragaretur, & electione facta dicere, quòd nõ fuit secretò suffragatus, si conueniret ei iudicare electionem nullam, & tacere id, si placeret ei electio. &

Tertiò, quòd ostensio prefata præsupponitur non fuisse facta fraudulenter, vt esset causa, vt alij suffragarentur pro eo, sed solùm vt sciret socius, quòd ipse scriba non suffragabatur sibi, sed alijs: & ita non potest cassari ratione fraudis.

2 Quarto, quod electio, ad cuius valorem concurrunt requisita iure naturali, valet, licet forma iure humano inducta non seruetur, secũdum singulare dictum Innocentij, [f] & in casu proposito concurrit consensus eligentium iure naturali requisitus: quia omnes consenserũt in scribam præter ipsummet, qui alteri suffragatus fuit. [f] *In c. quod de elect.*

3 Tum quod intentio, & mẽs Concilij fuit statuere, ut Capitula facerẽt electiones secrete in hunc sensum, quod non permittant fieri aliquid, ex quo publicari possint noïa eligentium; & si tale quid permiserint, & factũ fuerit, electio nõ valeat. Fuit item intentio eius, vt nullus capitulariũ manifestet suum suffragiũ alij publicè, nec secretè: & qđ si manifestaret publicè, & Capitulũ id permitteret, nó valeret electio: si aũt secretò alicui manifestatio esset facta, vel præsumeretur fuisse causa cur talis electio facta fuisset, cassaretur illa, & alia non: ne in sua potestate esset cassare publicando se manifestasse suũ suffragiũ, vel ratificare id tacendo; quia nihil iure naturæ requisitũ ob id deforet electioni.

4 Quinto, quod Concilium Tridentinum solum requirit, q̃ omnes prælati eligantur per vota secreta: & D. consulens electus fuit per vota secreta: quia omnes, qui ei suffragati fuerunt, secretò id fecerũt, & suffragium publicatum nihil profuit ei, vel alteri: & consequẽter videtur satisfactum verbis Concilij, & non itum obuiam menti, & rationi illius, cùm nihil sit actum in fraudem legis, nec in iniuriam, & præiudicium alterius. Salua. &c.

SVMMARIVM.

1 *Vicariatus generalis dignitas impatibilis non est alij beneficio impatibili immo licet sit officium, ratione cuius præst, non tamen est beneficium. nu. 5. 6.*
2 *Vicarius potest tolli, & mutari ad libitum constituentis, quando ab eo solo habet potestatem.*
3 *Prælati Minimorum tanto tẽpore sub sunt, quanto præfuerunt. & 4.*
3 *Vicarij generalis iurisdictio eadem est, quæ ipsius Generalis.*
4 *Vicarius generalis præst superiori locali habetque superioritatem, & prælationem 5. 6.*
5 *Generalis Minimorum quare immediatè fieri non potest Vicarius, vel procurator generalis, & nu. 9.*
6 *Delegatum etiam re incepta reuocari posse, similter, & vicarium.*
7 *Rationem diuersam diuersum ius suadere*
8 *Stultus non debet esse melioris conditionis quàm sapiens.*
8 *Iniustè qui detinet officium, seu beneficiũ, non est melioris conditionis, quàm si iustè possedisset.*

CONSILIVM X.

QVæsitum fuit primo, an Generalis Minimorum finito triẽnio sui officij possit constitui Vicarius generalis durãte sequẽte triennio. Secũdo an finito eodẽ triẽnio possit idẽ Generalis fieri Zelosus, siue Procurator generalis, attento tenore cuiusdam capituli Regulæ, quod habet in summa. [Prælatos ordinis Minimorum tanto tempore debere subijci, quanto tempore fuerunt prefecti, nisi assumant gradũ superiorem:] & attento tenore additionis Turonẽsis, quæ habet in summa, [Correctorem præsentem posse constituere Correctorem anni precedentis Vicarium suum ad 15. dies, vel vnum mensem.] & attento tenore c. correctorij, quod habet in summa, [Generales, &

A Prouinciales ordinis Minimorum posse delegare ad loca sibi subdita aliquas personas idoneas, cũ plenaria, vel limitata potestate: attenta itẽ ordinatione Tholosæ facta, quæ hẽt in summa, [socios Generalis precedentis posse deligi in socios sequẽtis, & ẽt in officiũ Zelosi, Prouinciales aũt non posse eligi in socios Generalis, sed sic in officiũ Zelosi.

1 AD Priorem quæstionem respondeo, pro parte affirmãte facere primò, quòd vicariatus generalis non est incõparibilis alij beneficio incomparabili; quia Decanus, & Archidiaconus possunt esse Vicarij generales, imò, & Episcopus potest esse Vicarius Papæ, & Archiepiscopi, & ẽt Episcopi. Secundò, q̃ Vicarius põt tolli, & mutari ad libitum eius, cuius est Vicarius, modo solùm habeat potestatem ab illo. Tertio, quod Corrector, finito suæ correctionis anno, põt fieri Vicarius noui Correctoris ad quindecim dies, vel vnum mẽsem, vt hẽt supradicta additio Turonensis: ergo eadẽ ratione poterit esse Generalis, finito suo triennio, Vicarius sui successoris saltem ad quindecim dies vel mensem, imò etiam ad maius tempus, saltẽ interpolatum, sicut Corrector precessor, posset esse Vicarius successoris ad maius tempus interpolatum ob absentias successoris interpolatas, puta vno mense ob primam absentiam, & alio ob aliam, & ita posset esse saltem maiore parte anni. Quartò, q̃ in Capitulo Turonensi videtur approbatum fuisse, q̃ vnus Hispanus Corrector finito suo anno potuit esse anno sequenti toto Vicarius Correctoris noui: ergo eadẽ, vel maiori ratione tolerari potest, q̃ Generalis suo triennio finito, sequenti triennio toto sit Vicarius generalis.

D 2 Pro parte autem negante facit primò præfatum capitu. regulæ, quatenus significat, qđ Corrector anno suę correctionis expleto non potest anno sequẽti deligi Corrector, nec ad aliam prefecturã, quæ sit inferior Correctoria. Ergo nec generalis suo triẽnio finito poterit eligi triennio sequenti, nisi ad præfecturam superiorem. At vicariatus generalis est minor præfectura, quã vt ita dixerim generalatus, vt palã est. Ergo nõ potest deligi in Vicarium generalem.

Secun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

3 Secundo facit illud idem c.regulæ, quatenus probat, quod quilibet prælatus huius ordinis tanto tempore debet subijci, quanto fuit prælatus. At Vicarius generalis, quatenus est Vicarius, nulli est subiectus, quoniam iurisdictio eius est eadem, quæ ipsius Generalis: vtriusque enim auditorium siue tribunal est idem. [a] Tertio facit idem capit. tenus probat Generalem finito triēnio non posse fieri Generalem ea ratione, qua vetatur recipere denuo eandem iurisdictionem, quam habebat cum esset Generalis. At vicarius habet eandem iurisdictionem, quā hēt Generalis, quia eadem est vtriusq; vt dictum est: ergo non potest illam illo triennio habere.

a C. non putamus, de cōsuet. li. 6.

4 Quarto facit idem c. regulæ, quatenus probat quemlibet prælatum præfati ordinis tanto tempore, quo fuit prælatus, debere subijci Correctori locali: cui tamen non subijcitur, immo præest Vicarius generalis. Quinto, quod ex contrario sequeretur absurdum, scilicet, quod idem posset esse per totam suam vitam Generalis, vel Vicarius generalis: finito enim triennio generalatus, posset esse Vicarius generalis triennio sequēti, & illo finito posset esse Generalis alio triennio, & eo finito Vicarius alio triennio sequenti: & sic consequenter, dum vita ei maneret: quod est absurdum, & ita nō dicendum. [b] Sexto, facit, quod in Capitulo Turonensi, vt supra presupponitur, fuit cōclusum qđ qui fuit Corrector vno anno, & Vicarius ob penuriam fratrum anno sequēti, non potuit eligi Corrector anno tertio: quod nulla ratione alia potuit fundari, q̄ quia idem iudicandum est quo ad hoc propositū de vicariatu, & de ipsa præfectura, cuius est ille Vicarius: & consequenter sicut Generalis finito triēnio non potest deligi Generalis, sic nō poterit etiā deligi Vicarius generalis.

b l. nā quod absurdū. ff. de bonis lib.

5 Per hæc posteriora fundamēta pars hæc posterior negatiua uidetur verior, & æquior. Nec obstant opposita. Ad primum enim respondetur concedēdo quidem, vicariatum Episcopi, uel alterius dignitatis non esse incompatibile beneficium alij beneficio incōpatibili: negando tñ ex hoc sequi, prohibitum præesse, siue superiorem esse, fieri posse Vicarium generalem: quia ratio, quare vicariatus non est incompatibilis alij beneficio incompatibili, est, quia nō est beneficium nec compatibile nec incōpatibile: ratio verò, quare Generalis finito triennio non pōt esse Vicarius generalis, est, quia nō potest esse superior, sed debet esse subiectus alio triennio: & vicariatus licet non sit beneficiū, est tamen officium, quòd facit habentem illud præesse, & esse superiorem alijs.

6 Ad secundū respondetur concedendo Vicariū posse reuocari a suo principali, sicut & delegatus, ēt post inceptā causam, vt determinat Bartolus, [c] negā do tamen, quod ex hoc sequatur, cum *captum*, qui prohibitus est, ne fiat superior gradus inferioris eo, quem præcedenti anno habuit, posse eligi in Vicarium in eodem officio, quod præcedenti anno gessit vt principalis, cum non desinat quis esse superior, eo quod reuocari, vel priuari possit officio suo, [d] cum allegatis ibi per glossam. Et quæstio nostra nō est de Vicario, an reuocari vel mutari possit, sed an prohibitus esse superior, sit prohibitus esse Vicarius generalis, qui habet eandem superioritatem iurisdictionis, quam habet Generalis.

c In l. qui prohibitus. ff. de iudi.

d Arg. c. nō licet, de elect. li. 6.

7 Ad tertium respondeo primò, negari posse, illationem de Correctore ad Generalem ratione diuersitatis, quod frequentius accidit in particularibus monasterijs, ubi sunt paucæ personæ, vt non inueniatur idoneus ad hoc, vt sit vicarius Correctoris, quam in Capitulis generalibus, in quibus fiunt Generales, & Vicarij Generalium, cùm in illis conueniat flos totius ordinis. Secundo responderi posset, quod illud argumentum solum probaret, posse Generalem finito triennio constitui ad aliquod paruum tempus Vicarium, sed non simpliciter, quod nostra responsio habet, & quæstio quieuit.

8 Ad quartum respondetur, negando fuisse approbatū in Capitulo Turonensi, quod ille Hispanus legitimè fuerit in stitutus Vicarius toto secūdo anno, sed solùm, quod ille vicariatus annalis fecit eum inhabilem ad correctoriam sequēntis anni: nō quidē ea ratione, quod fuit legitimus Vicarius, sed ea, quòd stultus non

non debet esse melioris conditionis, q̄ sapiens, iuxta c. [eum qui,] de præb. lib. 6. quod habet, [eum qui uiolenter accipit possessionē beneficij curati, perdere prius simile habitum æquè ac si iuste accepisset secundum:] ita etiam præfatum reuerendissimum Capitulum iustè decreuit, vt is, qui tenuit iniustè vicariatum anno secundo, esset inhabilis ad tenendam correctoriam anno tertio, sicut fuisset si vicariatum tenuisset legitimè, quia non mansit subiectus vno anno, sicut fuit prælatus, vel superior altero, ne per stultitiam lucraretur plus, quam per sapientiam.

9 Ad Posteriorvm quæstionem respondetur, Generalem triennio suo finito non posse fieri Zelosum, siuè Procuratorem generalem. Tum quia officium Procuratoris generalis est minus generalatu, & durante triennio sequenti non potest deligi ad minorā officia generalatu per præfatum c. regulæ: Tū quia illo triennio durante debet esse subiectus Correctori; & præsupponitur in propositione quæstionis, Zelosum, seu Procuratorem generalē, nulli alij, quam Generali esse subditum. Tū ob alia quæ colligi possunt ex supra posita erudita quæstionum propositione.

SVMMARIVM.

1 *Procurator generalis siue Zelosus Minimorum licet non habeat nec præfecturam, nec prælaturam, eximitur tamen à subiectione Prouincialium, & aliorum Correctorum.*

1 *Iudex ut quis sui iudicis sit, iuri exosum.*

2 *Elationis, & superbiæ motus deprimitur dum quis alteri se, & in vilioribus subdit officijs.*

CONSILIVM XI.

QVoniam D. qui dignitus est cōsulere nos super prędictis, & D. qui ante paucos deis consuluit nos super fere eisdem, sunt eiusdem ordinis ordinatissimi, & reformatissimi, quos iure optimo præsumo quærere veritatem circa dubia occurrētia, vt eam seruent, & exequantur, cum sint fere vnus ordine, & conditione, & in sui ordinis conseruatione unito fere affectu, ideo respondeo D. in præsentia interroganti ea ferè quæ in summa latius respondi præfato D. consulenti, & proponenti mihi alia quædam capitula, & ordinationes tā suæ regulæ, quam generalium Capitulorum sui ordinis, cum alia quantulo auctario, quod etiam reddā.

Dico igitur respondisse me primo illi D. Generalē sui ordinis non posse fieri Vicarium generalē Generalis sequentis intra tātum tempus mediatē sequēs, intra quantum fuit Generalis, per illud capitulum regulæ, quod tunc consulēs monstrauit, quod habet in summa, [superiores præfati ordinis sanctissimi tāto tempore debere subesse, quanto præfuerunt.] Secundo respondimus eidē, Prouincialem posse fieri Zelosum, & Procuratorem generalem, attenta ordinatione quadam Tholosani Capituli, quæ habet socios [Generalis præcedentis posse deligi in socios sequentis, & ēt in officium Zelosi, Prouinciales aūt non posse eligi in socios Generalis, sed sic in officium Zelosi.] Tertio Generalem suo triennio finito non posse sequenti triēnio esse Zelosum, siue Procuratorem generalem. Tum quia præfatum c. regulæ debet tanto tpe subesse, quanto præfuit, nisi assumat gradum superiorem: & Zelosus non habet locum superioré generalatu, & nulli alij, quā Generali subest, vt vterque proponit.

1 Tum quia licet non sit prælatura siue præfectura, est tamen officiū, ratione cuius eximitur ab omnibus Correctoribus, & Prouincialibus. & ita nō vī subesse vlli eo modo, quo regula iubet superiores tāto tpe debere subesse, quanto præfuerunt, nisi assumpti fuerint ad munera superiora. Quarto, Generalē finito triēnio non posse cōstitui Vicariū in aliqua prouincia: ita vt subsit alicui Correctori alicuius monasterij, sic tñ vt in casibus sit superior ipsi Correctori. Tum quia exosum est, vt iudex sit iudex sui iudicis. Tū quia rōne hac statutū est, vt Abbas nō subsit monachis. [a] Tū quia Io. Papa lerio scribendo ait, [b] [humani moris est illū vereri, cuius iudicio nūc erigitur, nūc deprimitur.] Tū quia licet apud Deū, cui oīa nuda sunt, aperta veritas præualeat, & ita licet coram ipso

a C. nullā, 18. q. 2.

b In c. iustit. 16. q. 2.

ipso bona fide, & sincera mente, tâ constituentis, quam constituti, fieri posset, vt Generalis constituere posset aliquê subiectum Correctori, cũ potestate, vt viciſſim ipse corrigat Correctorem: tñ apud homines, & ſumma prætoria Eccleſiaſtica, & ſæcularia prçſumetur hoc fieri in fraudẽ regulæ, & mentis S. Franciſci de Paula, qui ad deprimendum motum elationis, & ſuperbiæ, qui naſci poteſt ex regimine loci ſuperioris, ſtatuit, vt tanto tpe quis ſubſit, quãto præfuit.

a De reg. iuris lib. 6. 2 Tum quia regula penul.[a] habet [certum eſſe eum cõmittere in legem, qui verba legis amplexus contra legis nititur voluntatem,] & Hieronymus ait[b] [Euangelium non eſſe in uerbis tantũ ſcripturarum, ſed in ſenſu, non in ſuperficie, ſed in medulla, non in foliis, ſed in radice rationis] præfatum autem ſanctiſſimum Franciſcum potuit moue

b In c. Mar cion. 1. q. 1.

c In c. 1. de pœn. dist. 2. d C. effectũ, 26. q. 7.

re S. Synodus, quæ relata, [c] [hẽt exercium humilitatis eſſe ſubdere ſe viliori bus officijs, quia contraria contrarijs curantur,] vt habet gloſſa.[d]

SVMMARIVM.

1 *Electio facta, non uocatis habẽtibus ius ſuffragandi, non valet.*

1 *Conuentus in ijs quæ ad eum ſeparatim à prælato pertinent, immo & quælibet pars conuentus in ijs quæ ipſam ſolam attingunt, ſine conſenſu prælati procuratorẽ conſtituere poteſt.*

2 *Prælatus, & conuentus ſunt diuerſa, adeo quod propriè prælatus non eſt de conuentu.*

2 *Conuentus cum Vicario ſeu Priore clauſtrali non à ſolo prælato, ſed per electorẽ creato, poteſt mortuo prælato conſtituere procuratorem in his quæ ſpectant ad cõuentum, cum facultate obligandi monaſterium, & eius bona, nu. 3.*

2 *Clauſtralis Prior, ſiue Vicarius non à ſolo prælato deputatus, ſed per electionem electus habet poteſtatem non a prælato, ſed à iure, nec eius officium ceſſat per mortem, vel excommmunicationem prælati.*

3 *Conceſſo uno, & illud conceditur, ſine quo conceſſum, vel nullo modo, vel commodè nequit fieri.*

4 *Prouincialis procuratorem à conuentu legitimè conſtitutum reuocare nequit.*

Reuocatio ad eum pertinet, ad quẽ conſtitutio, & contrarium eſt iuribus exoſum.

Procurator à conuentu conſtitutus agere & cauſas poteſt ſicut & ipſe conſtituens.

CONSILIVM XII.

CVm mortuus eſſet Prior conuentus, & electio ad conuentum ſpectaret, conuentus ad electionem promouendam cum facultate ſuffragandi procuratores N. & M. dicti conuentus profeſſos conſtituit, & quendam Petrũ ad lites, & alia negotia conuentus cum facultate obligandi res, ſeu reditus monaſterij, quatenus opus eſſet, procuratorem creauit, & cõſtituit: Prouincialis verò electionem non uocatis conſtitutis procuratoribus fecit, & procuratoré ad lites, ſeu monaſterij procurandas, & defendendas reuocauit.

Quæritur primò, an electio, procuratoribus prædictis non uocatis, teneat?

Secundò, an conuentus ſine prælato pro conſeruatione rerum monaſterij reditus conſtituere valeat.

Tertiò, an prælatus conſtitutionem procuratoris à conuentu factam poſſit reuocare?

Quartò, an prælatus, reuocando procuratorem à cõuentu creatum, peccet?

Quintò, an procurator à ſolo conuẽtu creatus agere valeat?

1 AD QVINQVE quæſtiones ex ordine reſpondeo. Ad primam, videlicet, quòd non eſt electio canonica: quia veri procuratores conuentuum, quibus erat ius uocis dandę, ſiue ſuffragãdi, nõ interfuerunt, per ea quæ infra dicẽtur.

AD SECVNDAM reſpondeo primò, quòd conuentus in his, quæ ſeparatim pertinent ad illum, poteſt conſtituere procuratorem ſine conſenſu prælati, vt determinat Innocentius,[e] receptus ab omnibus: quin & quælibet pars Capituli in his, quę ipſam ſolam attingũt, poteſt conſtituere procuratorem, ſecũdum Innocen.[f] immo & quilibet monachus in his quæ pertinent ad ſe ſolum, vt quia eſt ſpoliatus, vel aliměta ſibi denegantur, poteſt agere per ſe, & conſtituere procuratorem, ſecundum Inno. & omnes alios,[g] & tradimus comment. cap. non dicatis.[h]

a In cle. 1. de ſent. & re iud. b C. cum ad monaſterium. de ſtatu monach. c §. ſi quis aũt ſcribo. Abbate, de ſtatu monach. & Ver. Abbate. d Cap. 1. de offic. vicar. lib. 6. e In c. ſolet, de ſent. excõmun. verb. per ſuperiorem. f Ibid. g In cap. 1. & l. 2. de re iudic. h 12. q. 1.

Secun-

2 Secundo, quod conuentus eſt aliud à prælato adeo quod prælatus non eſt propriè de Capitulo, neque de conuentu, ſecundum gloſſ. communiter receptam,[a] per textus, quos ipſa in hoc citat aptiſſimos.

Tertio, quod cõuentus cum Vicario, qui ſolet appellari Superior in monaſterijs q̃ reguntur per Priores, & Prior clauſtralis in monaſterijs, quę reguntur per Abbates,[b] cuius officium non vacat per mortẽ Abbatis, vel Prioris, iuxta clement. ne in agro,[c] legitimè põt cõſtituere procuratorem in his quę pertinent ad ipſum conuentum, vt probatur in d. §.[d] Nec obſtat, quod mortuo, vel excommunicato principali prælato Vicarius eius ẽt quoad officium moritur, vel ſuſpenditur;[e] quia illud eſt verum de vicario generali prælati, qui à ſolo eo recipit iuriſdictionem, non aũt de prædicto Priore Superiore, vel Vicario clauſtrali, qui non à prælato, ſed à iure recipit ſuam poteſtatem.

3 Quarto, quod illi, cui cõceditur aliquid, conceſſum videtur id, quod ſine illo fieri nequit,[f] imò, & quod fieri põt ſine illo, ſed non commodè,[g] per quas leges hoc tenet Aret.[h] quicquid gloſſ. C ſenſerit.[i] Cũ ergo conuentui, in his, quę pertinent ad eum, concedatur facultas conſtituendi procuratorem ſiue ſindicũ, & hoc non poſſit facere ſaltem commodè, quia non admitteretur à iudicibus ſine obligatione bonorum ſuorum, conſequitur poſſe obligare ſe, & ſua bona, vel quatenus pertinent ad illum in conſtitutione ſui procuratoris.

AD TERTIAM reſpondetur nõ poſſe Prouincialem reuocare procuratorẽ à conuentu aliquo legitime conſtitutum, arg. c. 1.[k] [Omnis res per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem ẽt D diſſoluitur.] Et ad omnem actum faciẽdum eſt neceſſarium, vt poteſtas cõcurrat cũ voluntate,[l] & nullo iure nec cõi, neque particulari regulę habetur, quod Poteſtatem habeat conſtituendi, neq; reuocandi procuratorem conuentuũ: & ſicut lege cautum eſt, quilibet regulari ter poſſit conſtituere, & reuocare procuratorem ſuum,[m] ita nulla lege conceditur regulariter vni poteſtas reuocãdi procuratorem conſtitutum ab alio, &

a In cle. 1. de ſent. & re iud. b C. cum ad monaſterium. de ſtatu monach. c §. ſi quis aũt ſcribo. Abbate, de ſtatu monach. & Ver. Abbate. d Cap. 1. de offic. vicar. lib. 6. e Leg. 2. ff. de iuriſdic. omn. iud. & c. præterea, de off. dele. g L. penult. ff. de uſuſſr. & l. quicũque, §. ſi ei quę ad ẽdum, ff. de iſtit. act. h In c. de teſtibus, col. 3. de teſtib. cog. & d. c. præterea. i In c. ſolet, de ſent. excõmun. verb. per ſuperiorem. k De regul. iur. l C. cũ ſuper de offic. deleg. m Leg. 1. ff. de procuratoribus.

cum regulæ ſit ſtandum, donec monſtretur, & probetur exceptio, iuxta gloſſ. ſolemn.[n] & non monſtratur prædictam regulam limitari in hoc caſu, ſtandum eſt illi in eo. *n In l. oĩs definitio, ff. de reg. iur.*

5 AD QVARTAM reſpondetur, & prædictã reuocationẽ eſſe tyrannicã, & omni iure reſpuendam multis nominibus iuri naturali, diuino, & humano nitentibus: quando quidem tollitur libertas à iure communi, & particulari regulæ conceſſa, incutitur timor contra oĕs leges contra metum iniuſtum incurientes latas, vſurpatur, & auferetur ius proximo competens, contra iura vetantia ius ſuum tolli vlli ſine conſenſu: quin & ſine culpa puniuntur inſontes, immo & ſine cauſæ cognitione, contra omnia iura vetantia iudicibus, ne ſine illa procedant, & cum magno ſcandalo ordinis & cleri, vel populi totius regni, in quo talia fiunt, contra Euangelium, & iura ſtatuentia, ne quicquam cũ ſcãdalo fiat. *eo. tit. lib. 6.*

6 AD QVINTAM reſpõdetur affirmatiuè: quia nihil iuridicum poteſt contra id afferri, cum regula iuris ſit omnem procuratorem legitimè conſtitutum poſſe agere illa, ad quæ eſt cõſtitutus: regula, inquã, ſuper qua fundantur, & quam præſupponunt omnes tituli de procuratoribus,[o] & tota praxis iudiciorum, & negotiorum. *o ff. C. decretal. ſexti, & clem.*

SVMMARIVM.

Curatum beneficium, non in actu, ſed in habitu, quale eſt illud, cuius cura per vicarium ad vitam, vel amouebitur neceſſariò ponendum exerceri debet, non ſubijcitur pœnæ capitu. licet canon. de elect. lib. 6. 1

Prioratum regularem curatum, etiã ſi cura per alium exerceatur, habens monachus, tenetur ſe promouere facere intra annum, ſecus eſt de non monacho obtinente ſimilem prioratum, ſæcularem tamen: immo ſecundum Federicum nec canonicus regularis ad id tenetur, etiam ſi teneat regularem ſui ordinis. 2

Beneficia regularia ſi gubernentur per clericos ſæculares, vt ſæcularia, efficiuntur ſæcularia, & econtra ſæcularia efficiuntur regularia. 3

CON-

CONSILIVM XIII.

QVidam habens prioratum, qui olim fuerat regularis, & conuentualis, & à centum annis redactus in simplicem Ecclesiam parochialem, cuius cura animarũ regitur per capellanum perpetuum, certa parte reditũ ipsius prioratus ad eius sustentationem applicata: Quæritur an inciderit
a De elect. lib. 6. in pœnam c. [licet canon,] [a] qua priuatur Ecclesia parochiali, qui se non fecit promoueri ad sacerdotium infra annũ.

1 Respondetur, quòd non. Tum quia præfatum c. [licet canon,] solùm habet locum in eo, qui tenet Ecclesiam parochialem cum cura in actu, idest, qualẽ ipsemet tenetur exercere, & non in eo, qui habet curam tantũ in habitu, idest, exercendum per vicarium perpetuum, vel temporalem necessariò apponendũ huiusmodi enim beneficium, quod hẽt curam in habitu, non cadit sub cap. [de
b De præb. e In §. quia verò. multa,] [b] nec sub extrauagan. [execrabilis.] Ioan. XXII. quæ hæc probat, [c] & pulchrè tradit Felyn. qui alios citat. [d]
d In c. postu lasti coll. 2. de rescr. Tum quia prioratus, cui est annexa cura exercenda per eundem, valde differunt, vt probat clem. [ne in agro.] [e]
e §. cæterũ, de statu mo nachorum. 2 Nec obstat ille §. quatenus habet, vtrunque esse promouendum intra annum sub pœna priuationis ipso iure in currenda: quia loquitur tantùm de regularibus prioratibus, qui monachis cõferuntur, non autẽ de sæcularibus conferendis clericis sæcularibus, qualis est prioratus iste, qui, vt præsupponitur, a centum annis fuit gubernatus per clericos sæculares, & cõstat per gubernationem quadraginta annorum regularia
f C. cum de beneficio, de præbend. fieri sæcularia, & e conuerso. [f]

3 Tum quia non est mirandum, quod ille §. [cęterum,] sic restringitur: qm̃ id
g De elect. in 6. fit arg. c. [statutum,] [g] ne procedat in Ecclesijs sæcularibus, nã & Federicus, [h]
h Const. 25. consuluit non esse locum ei ẽt in prioratibus canonicorũ regulariũ, sed solũ in prioratibus monachorũ nigrorũ. Tũ quia ex suppositis cõstat huic prioratui non inesse curam in actu, idest, exercendã per eius Priorẽ, sed in habitu, idest, exercendam per capellanum, qui in effectu est vicarius perpetuus. Salua, &c.

E SVMMARIVM.

Episcopi beneficia per consecrationem, vel lapsum temporis ad id statuti vacant, & hoc, modo episcopatus possessionem cum facultate percipiendi fructus apprehenderit, num. 3. licet ex stylo statum ac Papa ei de illo prouidit, vacent, num. 1. Item fallit in Episcopo titulari, cuius beneficia non vacant, nisi adepta episcopatus possessione, nu. 3.

Episcopo beneficia conferri non posse, nullo iure cautum reperitur, imò ex causa legitima posse, uerius est, nu. 4. & 6. et hoc modo non sint episcopatui incompatibilia, vt est præpositura. nu. 5. & 6.

Episcopus per ademptionem beneficiorum, de quibus in c. de multa, non perdit episcopatum, imò nec potest illum relinquere, etiam ut accipiat aliud beneficium sine Papæ consensu, nu. 7.

CONSILIVM IX.

ANn collatio beneficij simplicis facta episcopo titulari valeat? Rñde
G tur primò, quod pro parte negante facit primo c. [cum in cunctis,] [i] quate
nus habet Episcopũ perdere beneficia priora ipso iure per cõsecrationem, vel lapsum tẽp̃s consecrandi, imò & per stylum curię statum per prouisionem Papę vt ibidem tradit Dec. Secundo facit c. [cum nostris,] [k] quatenus vr probare electionem de Episcopo ad quandam præbend. præposituram factam non valuisse. Tertio quod Pan. [l] & cõis [m] videntur signi
ficare, quod per solam indulgentiam dispensationis Papæ poterat Episcopus tenere prædictam præposituram.

2 Quarto, quod non licet quem à maH iori dignitate ad minorẽ descendere, vt notatur in c. fi. [n] vnde nec ab archiepiscopatu licet descenderè ad episcopatũ prælat. vt notatur in d. c. [cum nostris.]

His tñ non obstantibus contrarium est verius. Tũ quia nullo iure inuenitur hoc prohibitum, & quod patrũ decretis statutũ non est, superstitiosa inuẽtione non est præsumendum, [o] Tum quia contrarium videtur probari per c. [ad nostram, supplicationem] de renuncia. quatenus habet fuisse concessum beneficium Archiepi-

i In d. c. cũ nostris. chiepiscopo, qui auctoritate Papę suo, A archiepiscopatui renunciauerit. 4

3 Tum quia Panormitanus & cõmunis tenent, [a] ibi probari non esse locũ pœnæ c. [de multa] in Episcopo, cui cõferatur beneficium aliquod de incompatibilibus illius c. [de multa.] Tum quia ẽt ante quæsita non perdit, nisi adepta possessione, & facultate percipiẽdi fructus, vt colligit ex textu, & declarat ibi
b In c. si tibi cõcessa de prab. lib. 6. Decius pro quo est gl. [b] per quam dicit Staphilus, [c] tenuisse in Rota, qđ Eps tularisnó pdit ipso iure beneficia prius
c In tract. de literis apostolicis sub tit. de qualitate. & stat. benef. n. 53 habita, donec adipiscatur possessionem sui episcopatus: quæ glossa licet nõ dicat illud in specie, elicit tñ ex ea, quatenus hẽc, vt dictum est, per prædictum c. [si tibi.] limitari prędictũ. §. [cũ vero.]
d In d. cap. cum nostris & in d. ca. ad supplicationem. 4 Tum quia cõmunis opinio habet, [d] posse conferri beneficium Episcopo ex causa legitima, puta ob necessitatem, quia non habet fructus sufficientes ad se sustentandum.

Ad oppositа verò, & quidẽ ad §. [cũ vero.] respondetur primò, quòd loquitur de beneficijs quæsitis ante episcopatum, & de Episcopo, qui quęsiuit possessionẽ, & fructus sui episcopatus: nos autem loquimur de quæsito post illum C habitum, & de Episcopo, qui neq; possessionẽ nec fructus episcopatus quæsiuit. Secundo, quod non est bona consequentia: Episcopus perdit beneficia ante promotionem habita: ergo à fortiori est inhabilis ad habenda: nam accipiens vnum beneficium contentorũ in d. c. [de multa.] perdit omnia similia, quæ prius habebat, non tamen fit inhabilis ad habenda alia etiam similia: & per renunciationem perdit quis sua
e Cap quã periculosũ. 7. q. 1. beneficia, [e] & tamen potest alia nouè adipisci, secundum omnes. D

5 Ad secundum respondetur, negãdo quod prædictum c. [cum nostris.] probet quicquã contra hoc. Tum quia non loquitur de beneficio simplici, sed de ꝑpositura, q̃ est de numero beneficiorũ incompatibilium comprehensorũ in d. ca. [de multa.] nos aũ loquimur de beneficio simplici. Tũ quia non dicit electionem de Epo ad præposituram non valuisse, eo quòd erat Eps, sed alia ratione, vt ibi omnes declarant, significãtes præposituram esse magis incõpatibi

lẽ alteri beneficio curato vel dignitati, A quam episcopatui, quatenus aiunt per illius adeptionem non vacare episcopatum, at aliud curatum vel dignitatẽ sic.

6 Ad tertium respondetur primò, cõcedendo, quod Panormit. & communis aiunt, per dispẽsationem Papę potuisse Episcopum, de quo in illo cap. retinere prædictam præposituram cum suo episcopatu: sed negando, quòd ea ratione ad id moueantur, quòd non liceat Episcopo accipere aliud beneficium, sed quia præpositura erat incompatibilis episcopatui. Secundò, quòd non dicunt id episcopo licuisse per solam dispensationem Papę: imò Pan. [f] solum requirit superioris, authoritatem cum causa *f Num. 7.* legitima, & postea, [g] ait causam legiti- *g Num. 15.*
mam, ob quam Episcopus potest accipere aliud beneficiũ, esse, q̃ fructus sui episcopatus alij debentur, vel non possunt percipi ab ipso, quia exuat, vel est absens, quod in nostro casu contingit.

7 Ad quartum respondetur concedẽdo, quòd Eps nõ potest relinquere episcopatum, & accipere aliud beneficium sine auctoritate Papæ: quia illud esset descendere: sed nos loquimur de illo, qui retinendo episcopatũ, accipit aliud beneficium ad se sustentandum, qđ nõ est descendere, neq; exuere, sed vestire & munire se ad honorandum ẽpatum, quem habebat quod licitum & sanctũ esse, prædicta probant: & quod est decus Ecclesiæ honesta eius sustentatio, sicut esset dedecus eius mendicatio. [h] *h Ca. diuini. prin. 23. dist.*

SVMMARIVM.

Episcopus quidem per consecrationem perdit beneficia habita, non tamẽ iure cautum legitur, quod sit inhabilis ad alia habenda, præcipuè titularis, licet aliqui contrarium putent. 1

Cardinalis non est inhabilis ad beneficia saltem simplicia. 1

CONSILIVM XV.

QVæsitum est, an Episcopo consecrato possit conferri beneficium etiam simplex. *i In c. eccle*

1 Respondeo, quod partem negatiuã *sia vestra.* tenet Panor. [i] eo quod p consecratio- *n. 2. de elec.*

a Arg.cap. quemadmodum, de iureiur. nem perdit beneficia, quę habebat, ergo minus poterit in futurum habere,[a] & Cardin.[b] ait eĩ qui renũciauit episcopatum, non posse sine causa & dispensatione conferri beneficium. Sed non videtur inueniri ius satis expressum, quo Episcopus, præsertim titularis tantum, fiat inhabilis ad habenda beneficia futura, ẽt si debeat perdere præterita,[c] & q̃ Cardinalis non est inhabilis ad beneficia saltem simplicia, vt tenet Panorm.[d]

b In cap. ad suppliçationem. de renunc. nu. 1.

c Arg. c. licet eanõ, & c. commiss. de elec. lib. 6. & notatorum in c. de multa, de præben.

d In d. c. ecclesia vestra, nu. 2.

De renunciatione.

SVMMARIVM.

Episcopatui an deceat renunciare.

Episcopatui non renunciet, qui vegetus est, & vsui esse potest.

1 *Renunciat qui episcopatui, occasionem peccandi tacite quærit.*

2 *Voluptas & otium arma diaboli.*

3 *Gloria & bonum nomen vt conseruantur, & perduntur.*

4 *Famam quisque suam maximè publica persona seruare debet.*

5 *Scandalo ne simus omnis lex vetat.*

6 *Pacta, & conuentiones seruari debere omnia iura clamant.*

7 *Insoluta qui facit, dolo agere videtur.*

7 *Ingratus omnis malus, sed qui malum pro bono reddit, peior.*

CONSILIVM I.

VTrum deceat, vel liceat Episcopo renunciare Episcopatui, & dignitati, qui adhuc est corporis, & animi viribus satis vegetus, & magno cum fructu concionando, prælegendo, consulendo, & sacramenta administrando semp̃ fuit?

1 Colligitur quòd non, primò ex illo dicto Alexand. III.[c] [Indecens omnino probatur prius soluere militiæ cingulum, quam cedat victori aduersitas præliorum.] hęc ibi. per quod sanctissimus ille Papa noluit facere facultatem renunciandi cuidam illam obnixè rogãti, etiam senectutem ad hoc inculpãti.

c Cap. 1. de renunc.

Secundò, quod non decet Episcopũ, qui tota vita magno cum fructu fluduit, prælegit, concionatus est, consuluit, & sacramenta præsertim pœnitentiæ ministrauit, viribus adhuc animi & corporis gratia Deo vegetum dare otio; etiam contemplationis, vt Innoc. III. significauit.[f]

f In cap. nisi. eod. tit.

2 Tertiò, quod ei qui vere ex animo cum primis Christianus est, non licet, nec decet q̃rere peccandi occasiones, & qui renunciat præsulatui, etiam in finem quietius contemplandi, videt̃ tacitè & per quandam consequentiam quærere eiusmodi tentationes, vt doctissimus ille iurium vexillum sanctissimus Innocẽtius III.[g] clare docuit, definiens. [ea ratione negandam esse facultatem cedendi episcopatui, ne in otiositatem, & voluptatem, quæ arma sunt diaboli ad miseranda animas captandas, incidat.]

g In d. c. nisi. §. verũ.

3 Quartò, quod lege naturali & diuina tenemur conseruare gloriam strenuitatis, & existimationis, quæ ad faciẽdum fructum in animas fidelium auget actionẽ, iuxta illud Apostoli.[h] [Bonũ est enim mihi magis mori, quam vt gloriam meam quis euacuet.] vbi ait S. Thom. [gloriam septempliciter amitti, & gloriam strenuitatis per accidiam, & pusillanimitatem, qua exploratores terræ promissionis laborarunt.[i]

h 1. ad Cor. 9.

i Nu. 13. & 15.

4 Quintò, quòd lege naturali & diuina tenetur quis saltem si est publica persona, conseruare famam suam, iuxta illud, k [Curã habe de bono noie, &c.] imò est crudelis qui eam negligit, iuxta illud Augustin. reprehendentis tales. [Dicunt coram Deo sufficere sibi conscientiam, æstimationem hominum nõ curare, solum impudenter verum etiam crude liter contemnentes.] At si Episcopus renunciaret episcopatui, plerique dicerent illum illi renunciasse, quia non poterat bona conscientia illud retinere ob aliquam irregularitatem, & inhabilitatem non qualem qualem, sed grauissimam iuxta d.c. [nisi,][m] & illud Gregorij,[n] relatum à S. Thom.[o] [Hi quorum vita in exemplo imitationis est posita debent, si possunt, detrahentiũ verba compescere, ne eorum prædicationẽ non audiant, qui audire poterant.]

k Eccles. 41.

l In ca. non licet. 99. dist.

m §. verũ.

n Super Ezech. Hom. 9.

o 2. 2. q. 72. art. 3.

5 Sextò, quod omni iure naturali, diuino, & humano tenemur abstinere ab omni scandalo dãdo, P at fieri potest vt in tali statu rerum Episcopus renunciaret de prælatu Episcopatum, in quo scandalum pręberet, & male sentiretur de ipso.

p Matt. 18.

Septimò, q̃ quamuis liceat vnicuiq; re sua quatenus est sua pro libito vti,[a] omni tamen iure naturali, diuino, vel humano tenemur non diminuere publicam, vel alienam,[b] sed per renũciationem esse potest, vt lædatur populus amittendo, vel mutãdo pastorem. ergo. 6 Octauo, q̃ lege naturę, diuina, & humana tenemur pacta, conuentiones, & contractus seruare,[c] præsertim contractum matrimonij, qui est indissolubilis, iuxta illud.[d] [Quos Deus coniũxit, homo nõ separet.] relatũ in iure.[e] At Episcopus contrahit matrimonium spirituale cum Ecclesia, iuxta illud.[f] [Non debes deserere sponsam tuam.] Nonò, quòd insolita, quę rectè dici possunt insolita, veramur facere, adeo quod qui illa facit, videtur fraudulenter & dolosè facere, vt sentit glossa quã ad hoc inducit ibi Baldus[g] at non solẽt homines, &c.

a L. in re sua. C. omnibus mandati l.

b Ca. si diligenti. de foro compe. c. licet de re iudic.

c Leg. 1. ff. de pactis c. Antigonus. eod. tit.

d Matt. 19.

e In c. 2. de transl. episcop. & in c. quos Deus. 22. q. 2.

f D. c. misi. §. verum.

g In l. si quis sub cõditione. ff. de cõditionib. inst.

Decimò, quod omni lege naturali, diuina, & humana ingratitudo est peccatum, præsertim, qua malum pro bono redditur, vt probat S. Thomas,[h] & illud Poetæ, [Nil magis auertit cœlum à telluris amore. Quam scelus ingratæ mentis.] Sed per renunciationẽ multis esset ingratus, &c. Salua, &c.

h 2. 2. quæst. 107. artic. 1.

SVMMARIVM.

1 *Episcopatus sine licentia Papæ etiam petita sed non obtenta renunciatio nõ tenet etiam si fiat in manibus Capituli, ad quod spectat electio, nec causat vacationẽ nec aperit etiam vt possit procedi ad electionẽ nu. 2. at si Capitulũ admittat & etiam procedat ad electionem ob id non priuatur ipso facto potestate eligẽdi. nu. 3. & 5. potest tamen priuari. nu. 8. etiam sine citatione, cum delictum sit notorium, nu. 10. notorietate iuris, nu. 9.*

4 *Patronus nulliter & de facto conferens, ob id amittit ius præsentandi.*

5 *Priuationis pena nũquam ipso iure incurritur, nisi in casibus in iure expressis.*

6 *Eligentes indignum scienter, priuantur illa vice potestate eligendi, secus si nulliter eligant, etiam ex eo quod non vacabat beneficium viuentis.*

7 *Renunciatio sine auctoritate superioris facta etsi non teneat, eam tamen potest superior ratam habere, & sic valebit.*

Notorie cum est electio nulla, potest eanõ cassata ad aliam procedi. 9

Citatio potest omitti in notoriis, quando cõstat aduersario nullam competere defensionem. 10

CONSILIVM II.

1 AD PRIMAM quæstionem, q̃ renunciatio ep iscopatus ab Episcopo facta in manib. sui Capituli, etiã si ad illud pertineat ius eligendi, nõ valet, si fiat absque licentia Papæ, per c. [licet.][i] quatenus hẽt inuiolabiliter esse seruandam illam regulam, quę hẽt, ne quis episcopatui suo cedat sine licẽtia Papæ, in quem[k] Panorm. recept. dicit non sufficere petitionem licentiæ, sed eius obtentionem esse necessariam.

i De reg. Not. 8.

k Panorm.

2 AD SECVNDAM respondetur, quòd electio facta à Capitulo ad Episcopatum renunciatum per suum Episcopum sine licentia Papæ, nihil valet: quia electio facta de episcopatu nõ vacante nihil valet,[l] & per responsionem ad quæstionem primam constat episcopatum renunciatum sine licentia Papæ non vacare: & consequenter electio facta de tali episcopatu, est facta, ad episcopatum non vacantem, & ita ad episcopatũ viuentis, quæ non põt valere,[m] 3 AD TERTIAM respondetur, q̃ Capitulum non perdit ipso iure ius eligendi, eo solo, q̃ admittit renunciationem episcopatus à suo Episcopo sine licentia Papæ factam. Tum quia nihil valet illa renunciatio, nec admissio & regulariter actus nulliter & inualidè factus nullũ producit effectũ, iuxta illud Persij. [Ex nihilo nihil, in nihilũ nihil posse, reuerti:] & iuxta illam regulã.[n] [Non præstat impedimẽtum, quod de iure nõ sortitur effectũ:] & gl. recept.[o] 4 Tum quia cap. vltimum, [p] probat quòd Capitulum habens ius præsentandi ad aliquod beneficium non perdit illud etiam pro prima vice, propterea q̃ malè conferat illud: ergo nec Capitulũ perdet ius eligendi Episcopum etiã pro prima vice, eo q̃ malè eligat illum, argumento à simili, quod valet de iure,[q] cæteras gumento à simili, quod valet de iure,[q]

l Arg. ca. 1. de concessio ne præb.

m Arg. præb. concess. pregend. bend.

n Lib. 6. reg. 1. de reg. iur.

o C. ex tenore. de reser. verb. negot. gest.

p De iure patron.

q Cap. inter cæteras. de rescript.

a De cõcef. prabend. Tum quia in ca.fi.[a] est casus, quod patronus, qui promittit præsentare ad beneficium viuentis, malè facit, sed pôt p̃sentare postea post mortẽ illius viuẽtis.

5 Tum quia nunquam est dicendum pœnâ priuationis esse ipso iure impositam, nisi cum aliquo iure id exprimit̃, iuxta gl. recepit. & à multis reputatam

b In d.c.vl. de iure pat. sing.[b] At nõ memini legere aliquẽ textu authenticũ, qui exprimat Capitulũ perdere ipso iure ius eligẽdi Epm, eo q̃ admittat cessionẽ epatus à suo Epo factã. ergo non est dicendum ipsum ipso iure perdere ius eligendi etiam prima vice.

c §. fin. de elec. 6 Tum quia nõ ob.c.[cũ in cũctis,][c] quatenus hẽt canonicos priuari eligendi potestate, si cõtra formã illius c. elegerint: quia loquitur in longẽ diuerso casu, nam loquitur de eligentibus indignum ad epatum vacantem, nos aũt de Capitulo malè acceptante & admittente renunciationẽ epatus: & lex penalis

d §. Pœna. dist. 1. non dẽt extendi extra propriũ casum.[d]

7 AD QVARTAM respondetur, q̃ Papa potest ratam habere illam renũciationem, quam Episcopus fecit in manibus Capituli, sicut & renunciationes aliorum beneficiorum factas coram notario & testibus sine superioris auctoritate, licet sine illa factæ non valeant,[e] & derogare iuri eligendi, quod Capitulum posset prætendere, propter delictum quod commisit in admittẽdo & acceptando renunciationem, quam non poterat iure admittere, & propter irreuerẽtiam, quam fecit Papę, & epatui, admittendo illam renunciationem.

e Cap. quod in dubijs: & c. admonet: de renunc. cum eis adnot.

8 Quia licet ipso iure non perdidit ius eligẽdi, vt dictum est, tñ deliquit ita vt posset eo iustè priuari per Papam sicut simoniacus conuentionalis tãtum, & non realis, non perdit quidẽ ipso iure ius sibi quæsitum per collationem, potest tamen priuari eo propter delictũ, vt nos probamus in Manu. confess.[f]

f Cap. 23. nu. 101. vel 102.

9 AD QVINTAM respondetur, q̃ non est necesse cassare electionem, ad hoc, vt Papa conferat præfatum episcopatum cui volet, quia notoriè est ipso iure nulla: quia notorium iuris est Capitulum prefatum nulliter admisisse renunciationem, & nulliter elegisse, si elegit ad episcopatum non vacantem, &

g De cõce. prabend. hominis viuentis, contra c.1.[g] & iura notissima oĩbus ẽt lippis & tonsoribus.

10 AD SEXTAM tacitè ex prædictis resultantem, q̃ Papa iustè pôt prædictum Capitulũ priuare iure eligendi præfato, etiam illo non citato, quia nó solum Papa, sed ẽt alius iudex inferior potest procedere sine citatione, qñ notoriè constat ei non cõpetere defensionem iuxta c. [cum olim,][h] cũ ei adiectis per Pan. & Felynũ, & in c. [causam quæ.][i] cum adiectis à Decio. Salua, &c.

h Dereſp. i Dereſp.

SVMMARIVM.

Abiuratio proprie sumpta, per quam quis ab hæresi recedit, probat ipsum aliàs fuisse hæreticum, secus de impropria, quando quis de hæresi etiam vehementer suspectus illã se purgando abiurat. n. 2.

Fautor hæreticorum regulariter solum est suspectus de hæresi, at qui fauet credendo hæreticis, est verè hæreticus.

Resignatio beneficij in alicuius fauorẽ ab inquisito de hæresi, antequã tamen condemnaretur facta non vitiatur, licet resignans priuetur beneficijs: at si declaretur ipsum beneficijs fuisse & esse priuatũ, sortiare, vt, si regula illa, ves inter alios acta, &c. ei non posset suffragari.

Bulla Pij V. pœnam à iure contra fauentes hæreticis eis credendo latam, ad fauentes hæreticis officium inquisitionis etiam mediatè, vel illius executiones impediendo, videtur extendere.

CONSILIVM III.

AN Inquisitus beneficium suũ in fauorem certæ personæ renunciauit, & postea tanquam fauor hæreticorum per sniam cõdemnatus abiurauit, & inquisitores eum declararunt priuatũ honoribus, dignitatib[9], & beneficijs, & de illis insuper eũ priuarunt. Quæritur, an renunciatio beneficij sit valida?

1 Quę sit in hac re mea snia, dico primò, q̃ abiuratio propriè dicta, per quã quis recedit ab hæresi, & accedit ad sanctam fidem Catholicam, à qua recesserat, probat abiurantem verũ fuisse hæreticum, & est maioris virtutis, q̃ abiuratio impropriè dicta, qua negat qs se *k in pri.* fuisse hęreticũ, sed purgat se suspitione, *de hæret.* qua laborauit, de qua in c. accusatus.[k] 6,

Secun-

2 Secundò, q̃ magna differẽtia est inter fautorẽ credendo, & inter fautorẽ alio modo cibãdo, potando, & alijs modis, qui fieri possunt, & quotidie fiũt hęreticis nũc in Gallijs, Flandria, & alibi. Ille enim est verè hæreticus, hic aũt regulariter solũ suspectus: ita vt purgatione mundetur, & licet alius sit leuiter suspectus, & alius vehementer suspectus, quamuis enim sit vehementer, & vehementissimè suspectus, non tñ est iudicandus hæreticus, iuxta c. [literas.][a]

a De præsumptione & d.c. accusatus.

3 Tertio, quod nunc ostenditur snia iudicum, qua fuit prædict[o] A. condemnatus, cum abiurati[o] quam fecit ipse, quæ dant magnã lucem decisioni huius causæ, siquidem constat per eas non fuisse declaratũ hæreticum, neq; credẽtem hæreticis, neq; fautorẽ eorum credendo, adeo quod in forma suæ purgationis acceptatæ ab Inquisitoribus negat se vnq̃ credidisse cõtraria fidei Catholicæ, neq; credere, & promittit nunquã se crediturũ. Tenor aũt sententiæ hẽt, [quod per eam declarauerũt Inquisitores prædictũ A. esse priuatum honoribus, gradibus, dignitatibus, officijs, & beneficijs, insuper & de illis eum priuat:] q̃ clausula põt habere duos intellectus. Alter est, q̃ declaratur, ob p̃dicta, per quæ in vehementem suspicionẽ hæreseos incidit, fuisse priuatum ipso iure ante suam snĩam quia declaratio nihil noui inducit, sed solũ palã facit, quod erat obscurum, [b] & ẽm hunc intellectũ prædicta sententia multum læderet præ dictum resignatarium, nisi opponatur exceptio rei inter alios actæ. Alter intellectus est, q̃ per illam sententiã priuatur beneficijs, & declaratur priuatus: & ẽm hunc intellectum parum nocet ei: quia renunciatio beneficij præcessit illam sententiam, a qua incepit prædicta priuatio, sed quia non satis noui stylum suspiciendissimũ Inquisitionis uniuersalis, eiusdẽq; Illustrissimorũ Card. & præfectorũ, eorum Dominationibus interpretationẽ remitto, iuxta illud, [c] [Eius est interpretari, cuius est cõdere.

b L. heredes palam, post princ. ff. de test.

c L. fi. C. de legibus.

4 Admoneo tñ q̃ bulla Pij V. de re hac edita, vt extendere iura punientia fautores credendo, ad aliquos fautores expressos in ea impedientes directè, vel indirectè officiũ Inquisitionis, uel eius exequutionem: prædicta tamen sententia Illustriss. Card. non videtur exprimi saltẽ clarè aliquis modus in illa bulla contentorum, & ita snĩa prædicta, licet aliquibus uideri possit extẽdi ad aliquot fautores aliter quam credendo, alijs tñ uideri posset non extendi. Quare interpretationẽ illorum snĩæ remitto ẽt quo ad hoc, ut antea remisi quo ad alia, eorum emunctissimæ & canissimæ intelligentiæ, eo quod non sim in eorum stylo discernẽdo satis versatus.

SVMMARIVM.

Copulatiua dispositio ad sui subsistentiam requirit verificationem utriusque copulati: fallit, quando utrunq; per se sufficit ad causandam ipsam dispositionem.

Renunciatio beneficij tacito quod ad illius titulum fuerit ordinatus, si renuncians vere habet vnde aliunde viuat, in conscientia & in tribunali iudicante secundum æquitatem, tenet, aliàs contrarium iudicabitur.

CONSILIVM IV.

DE eo, qui ad titulum cuiusdã beneficij ad sacros ordines promotus post multos annos nihil aliud vñ viuere posset habens illud renunciauit, reseruata sibi pensione centum ducatorũ, nulla tñ facta mentione, quod ad titulũ illius beneficij ordinatus esset. Quæ sita fuit, an stante[d] Concilij Tridentini decreto, talis resignatio ualeret.

d C. 2. de reform. sess. 21.

1 Pro parte negante, scilicet quod non ualet, facit, quod dispositio copulatiua ad sui ueritatem requirit, vt vtraque pars sit uera.[e]

e L. si heredes plures. ff. de hered. inst. & cæteras de resc.

Pro parte uero affirmante, quòd ualet, facit, quod ad ueritatem dispositionis copulatiuæ sufficit uerificari alterum copulatiuum, quando utrunq; per se ad eam uerificandam sufficit, iuxta gl. ex par. & ad hoc ut satisfiat menti Concilij disponentis quòd, vt renunciatio valeat, fiat mentio de ordinatione ad titulum beneficij renunciandi, & quod remanet renunciãti id, quod ad uictum eius sufficit, uideſ sufficere, quod remaneat ei uictus honestus: quoniam ideo fecit

f Ca. ex par de reſc. & te de reſcr. g a nu. 23.

Universidad de Deusto
Biblioteca

illud c. Concil. ne sacris initiatus indecorè mendicet, & in casu proposito ordinatus renuncians reseruauit sibi pensionem centum scutorum, quæ sufficit ad eius uictum?

2 Quibus præmissis, respondeo primò, credere me ualere renunciationem quo ad forum conscientiæ propter rationem pro posteriori parte adductam, & alia multa, quæ posset adducere, cui uacaret id facere?.

Secundò, credere me, Papam, & eius suprema prætoria ex bono & æquo iudicantia, & à quibus non appellatur, etiam censuram eam ualidam quo ad forum etiam exterius: quamuis suspicer multos ordinarios, & delegatos particulares iudicaturos eam non ualere, quia resignans de neutro fecit mentionem expressam, licet sic tacitam de secundo, per argumentum pro priori parte factũ, & alia iura, quæ aliquid de necessitate exprimẽdi statuunt. Salua, &c.

[Aduertendum referri sacram Congregationem censuisse eiusmodi renunciationem esse nullam, ex quo non fuit expressum resignantem ad illius titulum promotum, quæ expressio pro forma requiritur.

SVMMARIVM.

1 *Confidentia præsumitur, si quid renunciãs post collationẽ ex beneficio percipit.*
2 *Renunciatio facta coram tabellione sine auctoritate superioris non valet.*

CONSILIVM V.

DE illo, qui renunciauit beneficiũ coram ordinario, nulla facta confidẽtia expressa, sed renunciatarius soluit renunciãti post contractum coniugium certis annis fructus eius ob pietatem, & misericordiam, quia pauper erat. Et de illo, qui renunciauit beneficium coram notario & testibus sine auctoritate superioris, an ualeat?

1 AD PRIOREM quæstionem respondeo, q̃ in foro exteriori iudicabitur interuenisse confidentiam, quia Pius V. [a] determinauit censendum esse interuenisse illam, quoties post collationem beneficij renuncians aliquos fructus beneficij renunciati conferre nũciãti, ut patet in eius copia à nobis relata in Manua. nostro, quãuis credã eam coram Deo, & quo ad forum interius nõ interuenisse, ut ipse adnotaui.

2 AD ALTERAM, quod non ualuit renunciatio eius facta coram tabellione sine auctoritate superioris.

SVMMARIVM.

1 *Possessionem beneficij à Sede Apostolica obtenti post expeditas literas, etiamsi nondum ad eius manus peruenerint, capere iure potest prouisus, modo tenor literarum non obstet. & nu. 5.*
2 *Pensio reseruata alicui, potest iure communi attento solui, etiam antequam literæ prouisionis expediantur nisi literarum forma obstet.*
3 *Resignans valide beneficium post admissam resignationem, etiamsi alteri non conferatur, nõ potest illud retinere: quia vacauit, nec est amplius suum, nisi ei denuo conferatur teneturque restituere fructus perceptos, deducto tamen stipendio quod vicario seruiẽti deberetur. n. 6.*
4 *Consentiens facientis non peccat, quando nec qui facit, peccat.*
Fructus beneficij mei, quorũ ego debeo esse administrator, redditurus rationẽ Deo, si consentio laico, vt eos sine iusta causa vel propria auctoritate usurpet, incido cũ ipso in excommunicationẽ, per sacrũ Conc. sess. 22. c. 11. latam. & nu. 5. & 6.

CONSILIVM VI.

LAicus, qui pro scutis octuaginta cõditionis titulo solebat tenere bona cuiusdam parochialis, & ea sublocare maiori pensione, curauit illam conferri cuidam sacerdoti, pro quo etiam sua pecunia expediuit literas, quas penes se retinuit, unde sacerdos sine illis possessionem accepit, permisitque, & permittit dictum dominum frui dictis bonis, à quo accipit dicta scuta octuaginta. demum resignauit beneficium: quia alteri non conferebatur, perseuerauit, & perseuerat, ut supra. Quæritur quid agendum?

1 Respondeo sequentia. Primum, quod præfatus rector, attento solo iure communi, satis defendi posset quo ad forum conscientiæ à culpa accipiendi possessionem post præfatas literas expeditas, nondum ei traditas, [a] non obstante quod communis opinio, [b] post & ante Rotam, [c] teneat, quod ante præsentationem rescripti non quæritur iurisdictio iudici, uel executori, quia dici posset, illud procedere in foro exteriori, & cum non apparet de mente concedentis, ut prosit ei, cui cõceditur, sicut in hoc casu satis uidetur apparere, attẽto solo iure communi. Facit, q̃ in practica Cancellariæ, siue prouinciali habetur, quod potest solui pensio reseruata per signaturam, ab eo qui certus est illam esse concessam, ante literarum p̃sentationem, imò & ante illarum expeditionem, in foro conscientiæ: quam sequitur Gigas. [d] Faciunt & alia plura, q̃ nos adduximus in repet. c. accepta. [e] Secundum, quod contrarium forte dicendum est, attenta forma literarum, & modi, ac conditionis in eis positorũ, quam quia non uidi, non possum aliquid certi determinare. [f]

2 Tertium, quòd præfatus rector non potest excusari à culpa retinendi præfatam Ecclesiam post renunciationem, quæ in facto proponitur, si fuit facta in manibus superioris potentis illam admittere, ita quod per eam uacauit illa, licet non fuerit effectus alios sortita: quia graue peccatum est retinere rem alienam, [g] & beneficium, q̃ quis renunciauit, non est renunciantis, nisi denuo ei collatum fuerit, [h] & quia beneficiũ sine titulo canonico nõ põt obtineri. [i]

3 Quartum, q̃ si præfatus dominus põt excusari à culpa & pœna præfati Concilij Tridentini, ipse quoq; rector excusari poterit ab eis: quia si principalis nõ peccat, nec fautor eius peccauit. [l]

4 Quintum, q̃ ad iudicandum præfatum dominum incurrisse prædictã culpam, & pœnam, faciunt hæ coniecturæ scilicet quod uidetur capere fructus p̃fatæ Ecclesiæ sine legitimo titulo, & nõ qualitercumque, sed auctoritate propria, imò & laica, & quod non uidetur permittere rectori eos capere, & p̃ suo arbitrio uẽ disponere, & procurare, ut præfata Ecclesia detur: & teneatur in quandam confidentiã, & quod ipse expediuit bullas, & retinet eas, q̃ omnia arguunt, eũ auctoritate propria & laica usurpare fructus, & res Ecclesiasticas, & consequenter incideret in culpam & pœnã. [m] Quamuis pro contraria parte faciat, q̃d ipse fecit sumptus expeditionis bullarum, & q̃d soluit 80. aureos rectori seruiẽti, & emit ornamẽta Ecclesiæ, & eius bona accepta in affictũ, per sublocationem facit maiorũ reditum.

Sextum, quod præfatus rector per se, uel suum Episcopum, uel confessariũ eius deberet eum monere, ut cõsideret qua mente, quo titulo, qua auctoritate, & qua de causa accipit, & dispendit, p̃fatos fructus, & quod ueritate facti narrata consulat aliquem uirum sufficientis ad id scientiæ, & conscientiæ, qui ei libere dicat, an incidat in præfatum canonem, & interim idem rector debet etiam considerare, quæ de causa permittit præfato domino administrare præfatos fructus, & desinit petere rationem recepti, & impensi tanto tempore, an aliquo pacto confidentiæ, uel donatione a se illi facta, uel de mandato procuratorio à se illi facto, &c. quoniam ipse est administrator illorum fructuum, & tenetur reddere Deo rationẽ de illis: & si scit præfatum dominũ facere, quæ facit, animo conuertẽdi fructus in suos usus, uel usurpandi eos, uel ius accipiendi, & administrandi uel impediendi, ne eos accipiat rector, ad quem spectant, per ea quæ colliguntur ex c. [cũ uos.] [n] & ex bulla Cœnæ Domini, & præfato [o] Concil. Trid. & si inquam scit, & consentit eiusmodi usurpationi, incidit in culpã & pœnas præfati c. P & ita est excõmunicatus, & quia talis existens celebrauit, est irregularis, ca. [si celebrat.] à contrario sensu, & communis. [p]

5 Septimum, quod ex primo & secundo dicto colligitur decisio primæ quæstionis, uidelicet quod ob solam possessionis apprehensionem post expeditionem literarum non incurrit ullam censuram, attento solo iure communi; & quod an incurrerit ex transgressione formæ illarũ, uidendæ sunt illæ. Quod autem allegatur in ea pro ipso, scilicet quod dominus auctoritate propria capit præfatos fructus, contra ipsum facit, eo quod consentit, per dictum c. [r]

a *Arg. etsi tibi absenti, de prab. li. 6. & c. 1. §.* *ex parte. de cõcess. preb.* b *In c. super eo. 2. de appellat.* c *In dec. 19. de concess. prab. in nouis.* d *De pẽsio. q. 34. nu. 4.* e *Oppos. 8.* *n. 24. de re iur. spol.* f *Iuxta l. 1. & responsum. C. de transac. & l. precibus. C. de impu. & Ca. si res 14. q. 6.* g *Ca. quam periculosũ. 7. q. 1. & to tit. de renunciat.* h *Cap. 1. de reg. iur. lib. 6. & c. 1. de eo qui mit. in poss. caus. rei ser. e. li.* i *Cap. 11. sess. 22.* k *L. eũ prin cipalis. ff. de reg. iur. & c. accessorium. eod. tit. lib. 6.* l *Iuxta d. quod in duobus, & c. ad monet, de renunciat.*

m *Præfato c. 11.*

n *De offic. ord. & cap. præsenti. eo. tit. lib. 6. & c. quia procurator, de ele. eod. lib.*

o *Cap. 11. sess. 22.* *p 11.*

q *In c. 2. de cle. excom. minist.*

r *11. relatã in 6. dicto.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

6 Octauum, quod ex tertio dicto colligitur decisio secundæ quæstionis. scilicet, quod si renunciatio Ecclesiæ valuit quo ad hoc, vt illa vacaret, & non fuit ei denuo collata, tenetur restituere quicquid ratione tituli relicti siue renunciati accepit, excepto eo q̃ fuisset dandum in salarium cuicumq; vicario mercenario; & q̃d si renũciatio nõ fuit talis, nõ tenetur restituere prefatos 80. aureos, sed tenetur reddere rationem Deo de omnibus fructibus, quos dominus recepit, deductis quæ ille impendit in literarum expeditione, & in paramẽtis & ornamentis Ecclesiæ, & etiam deducto auctario redituum, eo quod sublocatio fiebat à domino; quia tenebatur impendere, quatenus essent sibi superflua, in vsus pios, & non dirando dominum diuitem, per ea multa, quæ nos diximus in Apolog. lib. de red. eccles. [a] Nisi iustus timor, vel aliqua alia causa excuset eum à petenda ratione: nam confessio, qua forte consensit præfatæ vsurpationi, magis grauat, per p̃dicta.

[a] *Quæst. 1. mon. 27. & 37. & seq.*

Nonum, quod ex quarto, quinto, & sexto dictis colligitur decisio tertiæ & quartæ quæstionis.

Decimum, quod ægro profecto animo his quæstionibus respondi; nec id fecissem, nisi magna auctoritas iubentis & rogantis in id me impulisset; quia factum est intricatum & implicitum, & quo responsio esset clara, maiori explicatione indigebat, vt ipsa præfata dicta satis significant. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Regula de infirmis resig. non habet locum in resignante sano licet intra 20. dies à præstito consensu moriatur.*

2 *Beneficium in manibus Papæ resignatum per eius prouisionem subsecutam fit resignatarij.*

CONSILIVM XI.

ASanus misit Romam mandatum ad renunciandum beneficiũ sui in fauorem B. & mandatarius statim renunciauit beneficiũ illud, & signata fuit supplicatio à Papa in fauorẽ d. B. sed non præstitit consensum ad explicandũ literas. Elapsis 20. & pluribus diebus à die resignationis Romæ factæ, & supplicationis signatæ, mortuus fuit præfatus A. quod cũ sciuisset mãdatarius, præstitit consensum de more præstari solitũ apud notarium, qui scripsit datam præstationis illius anteriorem die mortis resignantis per plures quem 20. dies, & expediuit literas cum data supplicationis signatæ: & quia resignans mortuus fuit in mense ordinarii, collatum fuit beneficium ab eo cuidam C. qui post possessionem acceptam, cum vidisset literas Papæ datas 20. & amplius diebus ante mortẽ præd. resignantis, cessit possessioni, quam resignatarius ignarus p̃fatæ antedatæ accepit, & possidet pacifice. Quæritur an p̃fata prouisio Papæ possit defendi quo ad forũ conscientię.

1 Respondeo pro parte negante facere regulam Cancellariæ, [b] quatenus requirit, quod resignans beneficium viuat dies 20. à die consensus præstiti, & in casu proposito obijt resignans ante consensum præstitum.

[b] *De infirm. resign. quia est 18.*

Pro parte autem affirmãte facit primò, quod regula præfata loquitur de resignante constituto in infirmitate, & in nostro casu sanus erat tempore resignationis. Secundo faciunt omnia illa, quæ Cassadorus adducit [c] & approbat Gomez [d] & meritò; quia per resignationem in manibus Papæ factã, & prouisionem subsecutã verè vacauit beneficiũ; & verè fuit collatum resignatario: & nihil obstat prædicta regula. Tum quia, ut diximus, resignans nõ erat infirmus tempore resignationis; & illa loquitur de infirmo resignante, nos autem de sano resignante. Quare resoluendo dico, quòd nec mãdatarius, nec notarius tenentur ad vllam restitutionem faciendam prouiso per ordinarium: quia nihil iuris ei ademerunt, cum ante mortẽ resignantis totũ ius in d. beneficio fuisset resignatario quæsitum. Salua, &c.

[c] *In dict. de renunc.*

[d] *In dict. reg. de resig. q. 32.*

SVMMARIVM.

1 *Beneficia contrahentis matrimonium vacant ipso iure.*

1 *Publicationis omissio resignationem annihilat, nisi iusto impedimento detentus omiserit, nu. 3. & seq.*

Possess-

2 *Possessor triennalis beneficij dominium illius quarit, vel saltem ius illud retinendi.*

3 *Impedito legitime non currit tempus.*

4 *Impedimentum iustum est patris obedientia filio.*

5 *Legem qui humanam ex causa quam iustam putat transgreditur non peccat.*

6 *Metus reuerentialis facit professionem nullam: & excusat à transgressione legis humanæ.*

CONSILIVM VIII.

NObtinuit à Papa per resignationem vnum beneficium: & expeditis literis noluit pater eius vt acciperet possessionem statim, ad euitandum quandam discordiam inter cognatos eius & resignantis. Interea lapsum fuit tempus publicandi resignationem, & capiendi possessionẽ, ob quod petita fuit restitutio temporis lapsi: & post eam petitam, nondum tñ impetratam, resignans duxit uxorem, per quod vacat ipso iure beneficium, & N. statim accepit possessionem per literas antea expeditas, & per quinq; annos circiter accepit fructus mille aureorum. Quæritur, an egeat noua collatione, & oporteat eum restituere fructus & cui.

1 Pro affirmante facit, primò quòd beneficium præfatum non vacauit per resignationem, sed per matrimonium, per quod ipso iure vacant beneficia contrahentis, iuxta textus, adiuncta glossa recepta [a] quam roborat ibi Panorm. quæ cõmunis opinio est, & recepta. Et prouisio illius facta fuit tanquam vacantis per renunciationem. Nec obstat dicere, quod vacauerit per renunciationem in manibus Papæ factam: quia illa renunciatio, & eius effectus sublati fuisse videtur per negligentiam, & per omissionẽ publicationis renunciationis, & apprehensionis possessionis, quæ fieri debebant intra sex menses. [b]

[a] *Inc. 1. de cler. coniug.*

[b] *Per regu. Cancell. de publ. & extrau. Pij V. eã ampliantem.*

2 Sed his non obstantibus, contrariũ est respondendum. Primò quidẽ, quod vr vera opinio illa glossæ antiquæ [c] quę habet triennalem possessorem pacificũ fieri dominum beneficij, vel saltẽ habere ius legitimum quo ad Deum, & homines, percipiendi, & retinendi fructus

[c] *Regul. de triennali poss. in 6. col. 5.*

A beneficij triennio possessi: quod nobis vr certissimũ de illo, qui bona fide possedit, vt in casu proposito, in quo possedit N. credens beneficium esse sui: quẽadmodum visum fuit Ludouico Gomesio & allegatis per eum, [d] esse certum & de possidente mala fide, & attestatur quod post multas propositiones, & disputationes Rota suo tẽpore per rationes ibi per eum latè relatas definiuit regulam illam non requirere bonã fidem.

[d] *In d. reg. de possidente mala fide, & attestatur d. triennali, q. 42.*

Secundò, q̃ iustè credi potest, non vacasse prædictũ beneficium per lapsum sex mensium præstitutorũ ad publicandas resignationes, & apprehensionem possessionis beneficiorum resignatorũ, per regulam, & extrauagantem prædictas: quia tñ si tp̃a præstitu untur saluo iusto impedimento. nam agente impedito non currit tp̃s. iuxta iura, [e] & tradit latius Felynus. [f] At præfatus N. fuit impeditus ad publicandam renũciationem, & apprehendẽdam prædicti beneficij possessionem. Tum quia pater id ei iussit ad euitandam discordiam inter cognatos suos, & resignantis, & patri iubenti parere debet filius, per quartum præceptũ Decalogi, & iuxta illud, [Parentibus & patriæ pareamus.] [g] Tum quia pater detinebat literas, & nolebat eas tradere ad eas publicandas & apprehendendam possessionem, ob finem iustum, & sanctum, & non decebat filium mouere litem contra patrẽ iusta de causa negantẽ illas tradere, & quod lapsus præfatorum sex mensium non noceat impedito iusta de causa, non solũ generaliter leges vtriusq; iuris statuunt, sed ẽt in specie de prædicta regula & extrauagãte probat Felynus, [h] & Gomesius. [i] Non obstat, ipse ait, quod si impedimentum est quoad locum, vel ad tp̃s, debet fieri in alio loco, vel tp̃e, q̃m prædictũ impedimentum, quo consulens impeditus fuit a patre, tã impedit quo ad una loca & tp̃a, quam quoad alia, ut palam est. Non obstat ẽt, quod Gomezius non posuit hoc exẽplum, quia ratio suadet idem esse de similibus dicendũ: & quod cum aliquid generaliter & nõ in specie determinatur, relinquitur determinatio eius specialis arbitrio boni & prudẽtis iudicis, [k] & arbitrio boni & prudẽtis iudicis iudicabit̃ p̃fata iussio, & reuerẽtia.

[e] *L. 1. §. fi. C. de annæ li except. c. quia diuersitatem, de concess. præben. cap. ex transmissa. de præscr.*

[f] *Ibid. n. 8.*

[g] *L. veluti. de iustit. & iur.*

[h] *Vbi sup.*

[i] *In q. 13. de publ. resignatio.*

[k] *L. 1. ff. de tu. dels. & c. de causis de offic. de leg.*

tia paterna, & euitatio discordiæ pfatæ E cum retentione literarum fuisse iusta causa ad differendum aliquo tempore prædictam publicationem, cum sine vllius præiudicio illa dilatio fieri posset, præsertim quo ad forum conscientiæ.

5 Tertio, quod res, quæ culpa caret, in damnũ vocari, non debet, [a] & qui legẽ humanã positiuam transgreditur iusta de causa, vel quam putat esse iustã, non peccat saltem mortaliter, ut tradit Caietan. [b] quod satis colligi põt ex S. Thoma, [c] & nos tradimus in Manu. cõfess. [d] & latius in cõmen. super glossam summæ, [e] & præfatus N. credens se sanctè F agere differendo præfatam publicationem ob prædictum iustum, reuerentiã, & detentionem præfatam literarum, non peccauit, nec læsit aliquem notabiliter, nec dedit scandalũ notabile: ergo non debet ob illam dimissionem priua tionis pœnã incurrere, præsertim quo ad forum conscientiæ.

6 Quarto, q̃ metus reuerentialis parentum excusat a valore professionis, & matrimonij, licet nõ sit alioquin iustus iuxta glossam celebrem, [f] per quam alias diximus in Manu confess. & Scig Capit. licet, [quod ad excusandũ coram Deo a G peccato transgressionis legis humanæ, sufficit metus, vel timor ẽt nõ iustus, si fuit ille causa trãsgressionis:] & in casu proposito prædictus N. omisit præfatã publicationẽ timore reuerẽtiali sui patris, imò in sua potestate nõ erat publicare literas a patre retẽtas: ergo nõ peccauit corã Deo, & in foro conscientiæ: & consequenter non meretur pœnã coram sua diuina maiestate, & foro conscientiæ, in quo ipsa sola est iudex. [h]

Quinto, q̃ præfatus N. non omisit publicationem renunciationis, & apprehensionem possessionis ad lędendũ aliũ H aduersarium, nec de facto læsit ẽt Cameram Apostolicam: quia expediuit literas, nec dedit vllũ scandalum damnificans aliũ, & ideo nõ tenetur restituere quicquam, per supradictas doctrinas S. Thomæ, Caietani, & aliorũ: præsertim si teneremus antiquorũ doctorũ Gallorum opinionem, quæ habet regulas Cãcellariæ pœnales nõ ligare conscientiã & quod præfata regula de publicanda resignatione est pœnalis: quod tũ non requiritur ī casu proposito, in quo aliæ rationes sufficienter probant verũ esse quod dicimus, scilicet, nec inualidam esse collationem, nec præfatũ N. teneri ad restitutionẽ fructuũ in foro conscientiæ. Salua, quæ iustior fuerit, sententia.

[Aduertendum q̃ spectat ad possessionem triennalem videndum, quod notatur infra consil. 20. & 30. de præbendis, & quod spectat ad regulam de publicanda resignatione videndum constitutionem Gregorij XIII.

a Cap. 2. de constit.
b In 2. 2. q. 157. art. 3. & in sum. verb. ieiuniũ, §. quo ad 3. versi. de rationabili autem causa.
c In 5. art. d Prælu. 9. nu. 16.
e De alien. ver. eccl. 12. q. 2. nu. 10. & 15.
f In ca præsens. 20. q. 3 Capit. 22. num. 51. & c. 17. n. 20.
h Ca. humanæ aures. 22. q. 5.

SVMMARIVM.

Resignatum beneficium conferens ordinarius propinquo resignantis suspenditur à collatione beneficiorum, & si sic ligatus conferat, excommunicatur ipso iure, & si sic ligatus ministret in pontificalibus, vel ordinibus, efficitur irregularis, absolutoque, & dispensatio est à Papa petenda. nu. 3. 1

Ignorantia extrauagantis publice in Curia publicatæ ægrè in foro exteriori admittitur, quæ tamen si verè adfuit ita quod si eam quis scisset, non contrauenisset, excusaret à pœna in foro conscientiæ, nu. 3. ac etiam ab obligatione restituendi fructus ex beneficio nulliter collato bona fide perceptos, et in bonos vsus consumptos. nu. 4. 1

Pœna ipso iure ob malam collationem imposita incursa non euitatur, etiamsi prouisus beneficium post acceptam possessionem resignet. 1

CONSILIVM IX.

QVidam Reuerendissimus Episcopus ignorãs extrauagantẽ Pij V. quæ incipit, [Quantæ,] contulit cantoriam resignatam a cantore filio eiusdem cantoris.

Quæritur primo, an dictus Episcopus incurrerit pœnas prædictæ extrauagantis.

Secundo quæritur, quid de prouiso à dicto Episcopo de dicta cantoria, si ipse etiam ignorabat prædictam extrauagantem.

AD PRIOREM quæstionem respondeo primò, dolere me in primis de huiusmodi casu, in quem facile etiã opti-

optimus Episcopus incidere potuit per A ignorantiam, vel inaduertentiam.

1 Secũdò, quod nescio qua uia excusari possit prefatus Reuerẽdissimus Episcopus in foro exteriori, præsertim si res contigit in Italia. Tum quòd in ea ægrè admitteretur ignorantia prefatæ cõstitutionis Pij Quinti, [quantæ,] legitime in Curia publicatæ. Tum quia nihil prodest Reuerendissimo renunciatio prouisi ab eo post collationem factam, & possessionem acceptam: quia 1 propter collationem beneficij imponitur pœna suspensionis, & non propter retentionem eius. Tum quod excommunicatio imponitur propter secundã B collationem, quam non excusat renunciatio primi prouisi.

2 Tertiò, quòd excusari posset in foro conscientiæ prefatus Episcopus, si verè ignorabat prefatam constitutionẽ Papæ Pij Quinti, sic quod si eam sciuisset, non contulisset præfatam cantoriam filio cantoris argumento cuiusdã dicti Innocentij, [a] & aliorum quæ congerit Felynus. [b]

a In ca. per tuas, 2. de simon.
b In cap. 1. fall. 7. de reiudicata.

3 Quartò, quòd oportet præfatũ Episcopum prouidere sibi de absolutione Papæ tam à suspensione, quam ab ex- C communicatione, immo & ab irregularitate, si censuris astrictus celebrauit, uel egit Pontificalia.

AD POSTERIOREM quæstionem respondeo primò, quòd si res contigit in Vrbe, vel in alio loco, ubi non admittatur excusatio ignorantiæ, non posset excusari secundo prouisus in foro exteriori, prætextu ignorantiæ prẽconstitutionis, neque à peccato mortifero suscipiendi beneficium, neque à peccato retẽtionis illius, vel perceptionis fructuum eiusdem, neque a restitutione fructuum: quia præsumetur in eo foro scientia eiusdem constitutionis. [c] D

c Arg. cap. ignorantia, de reg. iur. lib. 6. cum similibus.

4 Secundo, quod excusari potest ab omnibus præfatis peccatis in foro conscientiæ, si verè ignorauit eam, taliter quod nõ suscepisset illud, nec retinuisset nec fruitus esset eo, si eam sciuisset, & etiam à restitutione, si bona fide fructus suscepit, & in bonos vsus impendit, argumento præfati dicti Innocentij, & aliorum à Felino, [d] pro illo allegatorum.

d Vbi sup.

SVMMARIVM.

Reciproca renunciatio & illicita tunc est, quando adest saltem tacita conuentio. num. 2. Idem dicitur de riproca collatione. num. 3. 1

Iure naturæ obligamur benefacienti benefacere. 2

Temporis diuersitas & distantia tollit præsumptionem correspectiuitatis actuum sicut identitas & proximitas illam inducit. 3

CONSILIVM X.

QVidam rector resignauit sine ulla reseruatione rectoriam suam in fauorẽ cuiusdã, qui erat filius alterius rectoris, qui post sex annos renunciauit aliam suam rectoriam in fauorem filij primi rectoris reseruata pẽsione medietatis fructuum. Quæritur, an secunda renunciatio dicenda sit reciproca, & damnata in [c] Concil. Trid. *c Capit. 15. de reform. sess. 25.*

1 Respondeo primò, quòd non censetur quoad forum conscientiæ reciproca, quia in narratione casus proponitur, nullum pactum, neq; conuentionẽ interuenisse, vt vterque rectorum alter ad alterius filij fauorem suam rectoriã renunciaret: & in illo foro sola rei veritas attenditur, & non præsumptio ueritati contraria. [f]

f Cap. tua. adiuncto. c. is qui, de sponsalibus cũ eis adnotatis.

Secundò, quòd neque potest censeri etiam quoad forum exterius illicita reciproca. Primo quidem, quòd non est reciproca renunciatio, quando plures conueniunt vt alter in gratiam alterius reciprocè renunciet, arg. c. [vbi periculum, [g] ibi: non in se reciprocent conG §. cater. siderationis intuitu, vel in suos.] & satis significat prædictum c. at in casu proposito nulla fuit talis conuentio. Secundo, q̃ licet rector prior renuncians habuisset aliquam intentionem mouendi patrem eius ad faciendum aliquando aliud simile in fauorem filij sui benemeriti ratione gratitudinis, de quo tamen nullatenus constat, non ex eo sequitur, quod pater renũciatarij habuit similem intentionem & propositum.

2 Tertio, esto quod esset aliqua reciprocatio mentalis: nõ tamẽ esset illici-

Universidad de Deusto
Biblioteca

a Cap.15. ta, neque reprobata per prædictum. [a] Tum quia sicut non oīs confidentia, sed tātum inordinata est illicita, vt nos pro
b Cap.23. nu.110. bamus in Manua. conf. [b] ita non omnis reciprocatio, sed tātum inordinata est iudicanda illicita. Tum quia renunciatio illicita est, quādo conueniunt duo, vt alter renunciet beneficium in fauorē alicuius, quem alter desīgnat, & ille alter renunciet in fauorem eius, quem alter designauerit: quia simonia est, vt nos
c Cap.23. nu.107. tradimus in Man. conf. [c] At in hoc casu nulla talis conuentio interuenit. Nec obstaret, quod intentio prædicta interuenisset: nam quando non interuenit conuentio tacita, vel expressa, etiamsi interueniat intentio mentalis, non propterea renunciatio sit illicita, ut post
d Cap.ordinationes.1. q.2. gloſſam singularem, [d] & S. Antoninum & alios tradidimus in d. Manua. [e]

e Vbi sup. 3 Quarto, quod qua ratione licitum est vni Episcopo conferre beneficiū cui piā amico benemerito alterius Episcopi, cum intentione mentali tm̄ sine pacto, q; aliq̄n ille conferet aliud alicui amico suo benemerito, ob quādam ordinatam & studiosam gratitudinē, & alteri Episcopo ēt licet conferre postea propter prædictam gratitudinem ordinatam aliud amico illius benemerito, ita licitum est vni beneficiario renūciare beneficium in fauorē amici benemeriti alterius beneficiarij, cum intētione

f Arg.l.illud.ff.ad l. Aquil. & c.dudum, 2. de elect. g Arg. authen. multo magis.C.de sacrosc. eccl. c. cū in cuncta, de elec. h L.si nō sortē. §. liberti. ff.de cō. dict. indeb. & l.sed etsi §. cōsuluit. ff.de pet.hæ. ved. c. cum officijs, de test. mentali tātum, sine pacto, quod ob gratitudinem naturali iure debitam ipse renunciabit aliq̄n aliud alicui amico suo benemerito, nullo pacto in his tacito, neq; expresso interueniente. [f] Imò tanto maiori ratione licebit beneficia rio ita renunciare, quam Episcopo conferre, quāto collatio maius ius tribuit, quam renunciatio. § Quod autem licēat Episcopis ita conferre, ea firma rōne constat, quod nullo iure id prohibetur, imò iure naturali gratitudinem suadente, & obligationē antidoralē inducē te, quadātenus præcipitur per iura quę iubent vt benefacienti benefaciamus. [h] 4 Quinto, quod spatiū sex annorum, cōsuluit. quod interiacuit inter prædictas duas renunciationes, & quod una fuit facta simpliciter sine ulla reseruatione, & alia cum reseruatione medietatis fructuum, cum valoris æqualis essent ambæ rectoriæ, tollit omnem ansam cēsendi vllam reciprocationem illicitam, argumento differentię quę ponitur inter ea, quę incontinenti fiunt, & ea quę ex interuallo, præsertim magno, & tot annorum. [i] Salua, &c.

i Iuxta illa quæ tradit. C. de pact. & alibi late.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio beneficij virtute mandati reuocati sed non intimati nec procuratori nec ei in cuius manibus, erat facienda resignatio facta ualida est etiamsi resignatarius sciens tacuerit.*

CONSILIVM XI.

TItius resignauit in fauorem Sępronij suum beneficium: Sępronius discessit, vt veniret Romam cum literis procurationis dicti Titij, & in via accepit epistolam à suo patre, in qua ei commendabat diligentiam, quia Titius iā reuocauerat literas prædictas procurationis, & quod reuocationem istam Romam iam miserat ad suum procuratorem, & simul epistolam aliam dicti Titij, in qua constabat ipsum dictas procurationis literas reuocasse. Sępronius Romā accessit, & quæsiuit diligenter a procuratore dicti Titij, an literas quasdam ipsius Titij recepisset, cui procurator rndit, nondū accepisse. Quapp dictus Sempronius nihil dixit dicto procuratori, sed p̄sentauit suas literas procurationis, & supplica signata fuit à Papa, & procurator præstitit consensum. Postea verò, sex, vel octo diebus transactis, literæ reuocatoriæ procurationis dicti Titij ad manus sui prædicti procuratoris peruenerunt, & procurator dixit intempestiuè ueniſſe, cum iam cō sensum præstitisset virtute priorum literarum Titius habuit notitiam huius facti, & scripsit Sempronio, quod tutè poterit prædicti beneficij possessionem accipere, & facti sunt amici. Quęrit quid.

1 Respondeo, quod renunciatio illa satis iuridicè fuit facta, & ualuit, quia reuocatio procuratoris ad renunciandū nō fuit intimata illi, neque, ei in cuius manibus erat facienda renunciatio, quod requirebatur ad hoc, vt illa fuisset nulla: nec sufficiebat illius, notitiā veniſſo

a De renūciat. b Ibidem. veniſſe ad eū, in cuius fauorem renunciatio erat facienda, per clem. 1. [a] iuncta glo. [b] recepta. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Resignatio facta in manibus Papæ de beneficio prius resignato in manibus ordinarij admittentis, nihil ualet: & successiue pensionis super illius fructibus reseruatio subsistit, adeo vt soluta possit repeti. num.6.*

2 *Resignatio beneficij per procuratorem absentis facta in manibus Papæ admittentis, operatur vt beneficium apud Sedem Apostolicam, attento iure communi, ita vacet, vt ordinarius de eo prouidendo non dederit nec titulum coloratum. nu. 3 sed attento stylo dicta resignatio habetur pro non facta, donec præsumatur consensus expeditionis literarum: adeo vt resignans possit denuo resignare nedum in manib. Papæ, n. 4 sed ēt ordinarij qui illud poterit ualide conferre nu. 5. & 6.*

3 *Literæ Apostolicæ prouisionis seu collationis beneficiorum debent per bullam Iulij secundi, intra sex menses expediri, alioqui beneficium vacat.*

CONSILIVM XII.

DEdit quis mandatum ad resignandum beneficium in manibus Papæ in fauorem tertij, reseruatis sibi fructibus loco pensionis, & p̄terea illud, antequam coram Pontifice p̄staretur consensus, resignauit simpliciter in manibus ordinarij, qui illud contulit eidē tertio qui etiam literis Apostolicis non expeditis partem fructuum resignanti soluit. Quæritur quid iuris.

Rndeo primo, tot à D. cōsulente q̄ri, & tot me alijs occupationibus necessarijs angi, q̄d vix in animū induxit, vt eis quicquā rnderē, sed in obsequiū Dei, qui nos oēs pascit rndebo paucis.

1 Secūdo, quod resignatio p̄fata in manibus Papæ, & reseruatio fructuū a sua Sanctitate concessa, nihil oīno valuerunt, si fuerunt factæ postea quā resignauit in partibus, qui dedit mandatū ad resignandū in Curia, quod narratio casus significat, quia resignans nihil resignauit, neq; pensioni cōsentire potuit: quippe qui iam per priorē resignationē in manibus ordinarij factam beneficiū suū, & ius oē q̄d in eo hēbat, amiserat.

2 Tertiò, quod si resignatio fuit facta prius in manibus Papæ Romę, & ab eo admissa, quàm in manibus ordinarij, nihil valuit iure communi attento renūciatio facta in manibus ordinarij, quia beneficia vacātia in curia, sunt reseruata Papæ, [c] & beneficia quæ renuncian- c Per ca.2. de præben. tur in Curia per procuratores, etiam existentium extra eam etiam mille mil- lib.6. liatibus, dicuntur vacare in Curia secū dum omnes. [d] Et ordinarius non potest d In d.c.2. conferre beneficia reseruata Papæ. post glos. in cle.1. & ibi pendente.

B 3 Quartò, q; ex hoc sequeretur, eum cui facta fuit collatio ab ordinario, nihil iuris habuisse ī illo, & nullos fructus sibi quæsiſte, sed fuisse & esse intrusum semper. quia titulus ordinarij sibi nihil profuit, neq; prodest, nec titulus Papę: quia non fuit expeditus, nec datus consensus a procuratore, vt expediri posset quia ēt vacasset, si q̄d ei quæsitū fuit, p̄ cessationem semestrem ab expeditione literarum, per extrauagantem Iulij II.

4 Quintò, q; attēto stylo Curiæ, per quem videmus seruari quod renunciatio facta, donec cōsensus præstetur, nullum parit effectū, ēt si sequatur admissio, & collatio beneficij renunciati: & ita non censetur vacare: adeo quod, qui renunciauit suum beneficium in fauorē alterius, antequā præstet consensum renūciationi, quàm fecit in fauorē primi.

5 Sexto, quod retēto eo quod in hoc quinto dicto dr̄, renūciatio facta in manibus ordinarij absque vllo pacto simoniaco, & collatio facta ab eo, valuerunt siue fuissent factæ ante renunciationem in manibus Papæ factam, siue post eā: quia cum nunquam fuerit præstitus cōsensus renūciationi, nec admissioni, neque literarū expeditioni, nullū effectū habuit renūciatio facta in manib. Papæ ita perinde iudicandū est, ac si nunquā fuisset renunciatū corā sua Sanctitate.

6 Septimo, quod hæc cōsequitur, eū, cui beneficium collatum fuit ab ordinario per renunciationē in manibus eius factam, habuisse, & habere bonum titulum, & fecisse fructus suos, & iustè potuisse, & habere bonum titulū, & fecisse fructus suos, & potuisse ac posse dispendere illos in suos & alios pios vsus reser-

reseruationem autem factam a N.à Papa uirtute renunciationis in manibus eius factę,& ab eo admissę,nihil valuisse,nec ualere: & ita quidquid solutũ est ei virtute reseruationis præfatæ,indebitum fuisse, & tanquam indebitè solutũ repeti potuisse per condictionem indebiti,nisi sciẽtia,vel aliquid aliud, quod impedire solet condictionem indebiti, interuenisset.

Octauo,quòd de concordia & de iu- *a L. inciui le. ff. de legib.* stitia & iniustitia illius non possum ego iudicare,nisi eius tenore perlecto. [a]

De temporibus ordinationum & qualitate ordinandorum.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio Romæ promulgata,licet secundum magis receptam liget prouincias, antequã in eis promulgetur,& recipiatur:at quoad Frãcos in Francia degẽtes aliquid specialius videtur obseruandũ.*
2 *Ordinatus sacris ordinibus ante ætatem legitimam Gallus in Gallia non est suspensus nec ministrando fit irregularis, si bulla Pij II. ibi nunquam fuit publicata nec recepta nec eget dispensatione sed solum ut legitimè pœniteat de peccato nu. 3. & 4.*
3 *Excommunicationem minorem æquari peccato mortali,seu per illud incurri,nõ est uerum,nec Panor.hoc dicit.*

CONSILIVN I.

QVæritur primo, an Francus, qui ordinatur in Francia ante legitimam ætatem,incurrat irregularitatem, si ibi nõ est publicata extrauagans Pij Secundi.

Secundo,an esto quòd iste nõ incurrat irregularitatem,an peccet.

Tertio,an iste,si celebret,incurrat irregularitatem.

Quarto,an iste,celebrãdo post pniam iustam,committat aliquod peccatum.

Quinto ,an indigeat dispensatione Papæ,aut Episcopi.

Sexto,an excommunicatio minor,& peccatum mortale æquentur inter se.

1 Ad quæstiones grauissimas dico, q̃ longè aliter respondendum est illis in Francia Francis in ea morantibus, quã in Man. nostro scripsimus respondendum esse alijs secundum receptiorem sententiam,quæ habet,legem vel canonem in Curia Romana promulgatam ligare oẽs prouincias, etiam antequam specialiter promulgetur in metropolibus earum,& recipiatur ab eis.

2 Ad Primam igitur quæstionẽ respondendum est, ẽm opinionem quã veriorem putamus(vt aliàs dixi)Francum,qui ordinatur in Francia ante legitimam ætatem,non incurrere pœnã extrauagantis Pij II. si non fuit vnquam promulgata in metropolibus Galliæ, nec ab ea recepta,& consequenter non esse ipso iure suspensum,nec celebrando incurrere irregularitatem.

3 Ad Secundam autem respõdendum esse,eum, qui sic ordinatur,indigere quidem pœnitentia iusta peccati,sed non absolutione irregularitatis, neque habilitatione Episcopi.

Ad Tertiam etiam respondẽdum esse, retenta prædicta opinione, præfatum sic ordinatum non incurrere celebrando irregularitatem.

4 Ad Quartam etiam respondendum esse, sic ordinatum, celebrando post pœnitentiam iustam, non magis peccare mortaliter,quam alius qui admittit aliquod aliud peccatum mortale,& post factam de illo iustam pniam, & legitimam confessionem, celebrat.

Ad Quintam, quod non indiget dispensatione Papæ, nec Episcopi habilitatione.

5 Ad Sextam, autem, quę non pendet ex veritate præfatæ opinionis, se aliũde,rñdetur,falsum esse quod Panorm. ab aliquibus receptus insinuat, quatenus vt æquare quoad hoc minorem excõicationem,& peccatum mortale,quod certè falsum est, vt nos assertis probari potest contrarium immo ẽt ex verbis ipsiusmet Panormitani iustè ponderatis : non enim æquantur excõmunicatio minor, & peccatum mortale,cum sese mutuo excellãt,vt dicimus in d.Man.confess. [d] est enim certum, esse falsum,quod omnis qui peccat mortaliter,

taliter, incurrit excommunicationem minorem,adeo quidem,vt plurimi peccent mortiferè,& paucissimi incurrant excommunicationem minorem,vt colligitur ex prædicto Manual. [a]

a Vbi sup.

SVMMARIVM.

1 *Ordinari potest qui in loco domicilij.*
2 *Domicilium acquiritur per quamcunque modicam mansionem in loco animo ibi perpetuo manendi factam, adeo ut possit ab ordinario loci, uel ab alio de eius licentia ordinari.*

CONSILIVM II.

AN Hispanus ortus Cõpluti, & ibi ordinatus rite ad minores, qui postea mansit Tiburi tribus annis,& seruiuit Epõ eius,possit ordinari ad ordines superiores per Episcopũ Tiburtinum?

1 Respondeo, q̃ D. consulens potest ordinari legitime ab Episcopo Tiburtino vel ab alio virtute dimissoriarum ab eo illi cõcessarum,si mansit Tiburi, vel in eius diœcesi annis prædictis tribus, maiore vel minore tpe,dummodo manserit in ea cum intentione & voluntate permanẽdi ibi perpetuo:quia per hmõi mansionem videtur quęsisse domicilĩ, per l.[ciues,]adiuncta glossa magna, & glossa in verbo,[laicũ,] [b] per quæ probatur contrahere quem domicilium in loco vbi constituit habitare animo perpetuo habitandi, vel manendi ibi, etiã si paruo tempore manserit : quia per mansionem talem quæritur domicilĩ etiam momento temporis,vt post alios tradit etiam Philippus Francus, [c] vbi loquitur de domicilio, quod sufficit per illum textum ad effectum faciendi se subditũ Episcopo,ad hoc, vt ordinari possit ab ipso ratione domicilij, quod per illum textum est unus modus , per quẽ quis sortitur forũ,& subiectionem Episcopi ad ordines recipiẽdos. Salua,&c.

b C. de incolis lib. 10.

c In c. cum nulla, de tẽpor. ord. li. 6.

SVMMARIVM.

1 *Domicilium originis patris etsi transeat in filium,secus de domicilio habitationis.*
2 *Domicilium habitationis animo proprio & facto contrahitur.*

Filiusfam.potest constituere domicilium si sit pubes.nu.6. & conuiuendo cum patre,animo ibi perpetuo uiuendi,videtur ibi habere domicilium,nu.3.& 8. Vnde & ibi mortuus,non electa sepultura, sepeliendus vbi pater,sicut & vxor,simili modo vbi maritus 4. 2

Impubes sibi domicilium non eligit quod si conuiuit cum patre,patris, habet domicilium,quod si habitet cum matre, secus, ibi tamen potest conuenire.nu.5. 6

Ordinari quis legitime potest ab Episcopo loci,vbi habet domicilium. 6

Domicilium semel electum etiam modico tempore continuatum, non admittitur quamuis alibi longo tempore moretur animo tamen ad dictum electum domicilium reuertendi. 8

Domicilium pro libito, etiam quoad spiritualia sine licentia Episcopi,saltem si sit laicus,mutat quisque. 8

CONSILIVM III.

ORdinatus an sit legitimè filius, qui ordinatus,& educatus in una diœcesi,ad diœcesim, vbi pater habitabat,& domicilium , habebat uenit animo perpetuo cum eo habitandi,& post annum missus fuit causa studendi ad ciuitatem,vbi natus fuerat,& mox reuersus ab Episcopo , vbi pater habitabat, fuit ad ordines promotus?

1 Respondeo,quod pro parte negante facit primo , quod licet domicilium originis patris transeat in filiũ, [d] domicilium tñ habitationis non sic transit in illum [e] licet transeat in libertum. [f]

2 Secundo, quod domicilium habitationis ex animo & facto contrahentis contrahitur , [g] ergo animus & factum patris non sufficit ad constituendum domicilium filio.

Tertio,quod etiam filiusfamilias potest constituere sibi domicilium. [h]

3 Pro parte vero cõtraria facit,quod qui filius viuit cum patre animo tã suo, quam patris,vt ibi perpetuo viuat , videtur habere ibi domicilĩ: quia alicubi habet,cũ non sit vagabundus,& non alibi quam ibi,ergo ibi.Secundò,quòd alioquin sequeretur,quod filij qui fuerunt in aliquo loco,& postea uiuunt cũ suis patribus in domicilijs eorũ multo

d L.1.& l. assumptio.
e Dilecta l. assumptio, §. filius.
f Dicta l. assumptio,§. finali.
g L. domicilium.eo.tit.
h L.placet. ff. ad municip.

tempore

Universidad de Deusto
Biblioteca

tempore vsque ad triginta annos, nulli E bi haberent domicilium habitationis, quod videtur absurdum.

4 Tertiò, q̃ filius natus alibi & mortuus in domo patris, vbi hẽt domiciliũ est sepeliendus in Ecclesia, in qua sepeliri deberet de iure ipse pater, si factus pubes non elegit sibi sepulturã, vt colligitur ex c. [licet.[a] Mulier ẽt alibi nata, si non elegit sepulturam, debet sepeliri in Ecclesia, in qua est sepeliendus maritus, vt colligitur ex c. [is qui,][b] & non alia ratione, quam quia habent domicilium habitationis, ergo ibi habẽt illud.

5 Quarto, quod glossa,[c] expresse habet pupillum posse habere domicilium habitationis extra locum originis, & extra locum, vbi habet facultates, & Azo in summa eiusdem tituli idem habet, dicens quod pupillus conueniri potest extra locum originis, & extra locũ vbi habet facultates, ratione domicilij habitationis.

6 Quibus perpensis resoluo primũ, q̃ filius impubes conuiuens patri suo hẽt idem domiciliũ, quod pater suus, & est incola eiusdem loci cuius pater: quia impubes non potest eligere domicilium habitationis etiam patre mortuo, quia, vt dictum est, constitutio domicilij animum requirit perpetuo ibi uiuendi: & ita si D. consulens transisset ad domum patris intra pubertatem, & post eam non elegisset sibi domiciliũ, censendus esset bene ordinatus.

7 Sed quia verbo additur casui proposito, quod prædictus consulens fuit educatus cum sua matre, quæ illum ex coitu illicito genuit illic, vel alibi vsque ad pubertatem, non habet in eo locum hæc resolutio prima.

8 Secũdo resoluo, quod alia ratione D. consulens fuit sortitus domiciliũ in H illa tertia diœcesi, vbi pater habebat suum: ea. s. q̃, vt verbo additur prędicto casui scripto, prædictus consulens iam pubes factus adiuit domum patris sui animo perpetuo viuendi ibi, & mãsit circa annum vnũ: & quamuis postea adijsset scholam, semper tamen habuit animum redeundi ad domum, & ciuitatẽ, vbi habebat pater suus domiciliũ. Præsupposito etiam hoc, est dicendũ, quod prædictus consulens constituit sibi domicilium ibidem: quia, vt prædictũ est, filius etiam familias potest eligere sibi domicilium post pubertatem, per dicta l. [placet,][d] quod hic fecit constituendo viuere ibidem cum patre suo perpetuo, & incipiendo viuere ibidem: nam cuilibet põt sibi constituere domiciliũ vbi voluerit,[e] & transferre illud de vno episcopatu ad alium, etiam sine licẽtia Episcopi, saltem si est laicus, non solũ quoad temporalia, iuxta dictam l. [nihil.][f] sed etiam quoad spiritualia.[g]

Tertio, quod nõ obstat his quod ponitur in facto, quod prædictus consulens non erat domiciliatus Barbastri: quia debet intelligi, quod non erat domiciliatus alio modo, quam quo exprimitur in facto videlicet transeundo ad viuendum ibi perpetuo, alioqui ponere alijs retinendum ibi perpetuo, alioqui ponere alijs retinendum ibi perpetuo, alioqui ponere alijs retin

Tertiò, q̃ ex his duobus dictis colligitur decisio quæstionis p̃dictæ. Quid autem dicendum sit, si in prædictis dimissorijs non fuit derogatum prædictis interstitijs, maioris dubij est. Quia pro vna parte facit, quod in prædicto Concilio nulla pœna specialis imponitur, & pro altera, quod certum est illũ peccasse, & non fuisse rite ordinatum, neq; habuisse legitimam facultatem ordinẽ assumendi, quia non derogabatur in ea prædictis interstitijs, quod erat necessarium ad hoc, vt rite ordinaretur, sed quia non quęritur de hoc in præsentia, non respondeo ad illud. Salua, &c.

* Vide supra Consi. 4. & infra Consi. 12.

SVMMARIVM.

1 *Ordinatus sacris ante legitimã ętatẽ est suspẽsus, et ministrãs efficitur irregularis.*
2 *Cruciata, & alia iobelęa non tribuunt facultatem liberandi ab irregularitate.*
2 *Beneficij collatio post irregularitatem facta est nulla, non obstãte quod bona fide putaret secum sufficienter dispensatum.*

CONSILIVM VII.

QVæritur quid faciet ordinatus ante legitimam ætatem ad subdiaconatum, diaconatum, & presbyteratũ, & vsus duobus prioribus ante vllã dispensationẽ, & postea absolutus p̃ cruciatam, & assecutus beneficiũ.

1 Respondetur primò, q̃ D. consulẽs patiens se ordinari ter ante legitimam ætatem, fuit ter suspensus ab officio, & vtendo bis ante vllam absolutionem & dispensationem duobus ordinibus sacris incurrit bis irregularitatem, & tertio vtendo presbyteratu, per Extrauagantem Pij II. quam referimus nos in Manual. nostro confess. [a]

2 Secundò, q̃ Pœnitentiarius non habuit potestatem absoluendi, seu liberãdi eum à prædictis irregularitatibus: quia nec cruciata, nec alia iobelęa regulariter conferunt illam potestatem, vt tradidimus nos vbi supra. [b]

Tertio, q̃ obtentio p̃dicta beneficij ante sublationẽ irregularitatis nil vat luit pp̃ irregularitatem p̃cedentẽ, iuxta annotata per oẽs post Innocentiũ. [c]

Quartò, q̃ consulens debet sibi prouidere de dispensatione, & absolutione à prædicta irregularitate secretò per Pœnitentiariam secretam cum retentione beneficij accepti post irregularitatem, exprimendo valorem eius.

Quintò, q̃ licet bona fides, quam concepit D. cõsulens per auctoritatem prædicti Pœnitentiarij potuit excusare à peccato, non potuit tamen excusare à necessitate, & obligatione impetrandi dispensationem legitimam, & tituli renouationem, seu retentionem, quæ obtineri potest per Pœnitentiariam secretam, qua in re nos iuuabimus in obsequium D.N. Iesu Christi qui nos omnes saluet. Amen. Salua, &c.

SVMMARIVM.

Suspensus non est, qui ante iustam ętatem iuste credens se maiorem, bona fide ordinatus est.
Lex puniens præsumentem, non includit eum qui iusta credulitate ductus bona fide id facit.
Credere iuste potest quis parentibus de ipsius ętate attestantibus.

CONSILIVM VIII.

QVæsitum est, an N. ante legitimam ætatem sacris bona fide ordinatus, parentum testimonio credendo eã habere, pœnam suspensionis incurrerit.

1 Respõdeo, q̃ taliter ordinatus nullam incurrit suspensionem, & sanctè ac rectè celebrare potest, & celebrauit, per ea quæ nos in hac specie diximus in cõmentario c. accepta. [d] ea ratione firma, quod lex, quæ imponit pœnam præsumenti facere aliquid, non videtur imponere illam ei qui bona fide credens probabiliter se bene agere, facit illud, iuxta doctrinam Cardinalis receptam. [e] Et constitutio Pij II. quæ imponit pœnam suspensionis ei, qui ordinatur ante 38. legitimam ętatem, loquitur per verbũ, [præsumpserit,] ponendo pœnam ei, qui præsumpserit assumere ordines sacros ante legitimam ætatem.

2 Cum ergo consulens animo simplici & bona fide credens illis, quibus iustum erat credere, id fecerit, non incurrit vllam pœnam, neq; est cur scrupulis ob id angatur.

[a] C. 27. nu. 241. & ca. 25. nu. 70.
[b] C. 27. nu. 254.
[c] In c. cum nostris. de cõcess. prab.
[d] De reg. iur. lib. 6.
[e] In cle. 1. de sent. & re iud.

SVMMARIVM.

1 *Prælati mãdatum non excusat ordinatum ante tempus, nec à suspensione, nec ab irregularitate.*
1 *Dies cœptus, & non annus habetur pro cõpleto regulariter.*
2 *Presbyteratum vt quis accipere possit, non sufficit quod annum xxiiij. compleuerit, sed quod excesserit annum xxiiij.*
2 *Compleuisse dicitur annum xxiiij. qui vltimum attingit diem. sed non excessisse.*

CONSILIVM IX.

QVidam monachus cum nondum haberet vigintiquatuor annos completos, & deessent ei quadraginta dies, iussus à Prælato dicente paruum pro nihilo habendum, assumpsit presbyteratum. Quæritur an per susceptionem illius fuerit suspensus, & celebrando contra suspensionem factus irregularis.

1 Respõdeo, quòd sic, quia licet dies cœptus habeatur pro completo regulariter, [a] annus tamen cœptus non habetur regulariter pro completo, vt ibidem adnotatur, & probatur per textũ adiũcta glossa, [b] & ordo presbyteratus requirit vigintiquatuor annos completos: quia oportet, vt attingat vigesimumquintum, iuxta d. clemen. quæ requirit vt ordinandus ad presbyterium sit constitutus in 25. anno, in quo non esset, etiamsi esset constitutus in vltimo die 24. anni: quamuis diceretur esse 24. annorum: & ita differunt inter se dicere, habet 24. annos completos, & dicere, excessit 24. annum, per textum adiuncta glossa. [c] Salua, &c.

[a] Iux. l. qua ętate. & alius per glo. eius allegat. ff. de testa.
[b] Cle. generalem, de ęta. & qual.
[c] In d. l. qua ętate.

SVMMARIVM.

1 *Suspensus vel irregularis inhabilis est ad beneficia obtinenda, sed prius obtenta non perdit, nu. 2.*
2 *Beneficia per censuram vel irregularitatem superuenientem non perduntur, sed fructibus non potest vti nisi certo modo.*

CONSILIVM X.

AN promotus ad sacros ordines ante ætatem legitimã, & post ad beneficium, possit retinere beneficiũ post vel ante ordinationem obtentum?

1 Respondeo primò, q̃ si prædictus consulens ante legitimam ætatem fuit promotus ad aliquem ordinẽ sacrum, fuit ipso iure suspensus per Extrauagãtem Pij II. quam nos referimus in Manual. confess. [d] & cõsequenter factus inhabilis ad habendum beneficium, [e] ex qua Panormitanus colligit suspensum ab officio non posse eligi, nec consequenter accipere beneficium ex collatione, qđ est maius, quam eligi, & consequenter beneficium ei collatum post prædictam suspensionem, non fuit effectum suũ, nec potuit fructus eius suos facere. Addo, quod si durante illa suspensione effecit aliquem actum peculiariter deputatum ordini, effectus fuit irregularis, [f] & ita magis inhabilis ad obtinendum beneficium.

2 Secundò, q̃ beneficium legitimè adeptum non perditur p̃ suspensionem, nec irregularitatem superuenientẽ ipso iure, iuxta dictum Innocentij, [g] recepti, & declaratum p̃ Felynum, [h] quãuis fructibus eius nõ videtur posse vti, nisi eo modo quo modificat glossa, [i] q̃ ibi commendat Panormit. Salua, &c.

[d] Cap. 27. de accusat.
[e] Nu. 155.
[f] C. 1. de ęta. ff. & ca. 1. de ęta. lib. 6. et ibi Iuno. et sud.
[g] In c. cũ nostris, de cons. & de cõcess. præb.
[h] Cõsil. 1. Dic. ca. cũ Vintoniẽsis.
[i] In ca. in quisitionis.

SVMMARIVM.

Episcopus familiarem ordinans, ei beneficium conferat. 1
Ordo in genere primam tonsuram comprehendit, & 3. 2
Beneficij qui est incapax, est ĕt pensionis. 2
Vsus loquendi communis seruandus. 3
Ordo à non suo acceptus non iterandus, 3 *sed approbandus.*
Beneficij collatio facta tonsurato à non suo valida est. 4
Ordines minores à non suo sumens peccat, 5 *sed non est suspensus.*

CONSILIVM XI.

N. Familiaris cuiusdam Episcopi triennalis ab eodem fuit prima tonsura insignitus, deinde beneficium

Universidad de Deusto
Biblioteca

ab ordinario suo obtinuit. A quo quę-
sita fuerunt sequentia.

Primo, an bene fuerit ordinatus.

Secundo, an sit beneficij, vel pensionis capax.

Tertio, an tonsura sit ordo.

Quarto, an prima tonsura à non suo accepta, sit iteranda.

Quinto, an beneficij collatio sibi sic ordinato facta, valeat.

Occupatus multis, q̃ necessariò subeunda sunt, respondeo breuiter, & non pro dignitate quæstionibus prædictis.

1 AD PRIMAM; q̃ prędicta prima tonsura malè fuit accepta: quia Eps alienus non potest eam licitè cõferre familiari suo etiam cõtinuo triennali, ni-
a C.9. sess. 23. Concil. Trid. si statim ei beneficium cõferat.[a] Neq; obstat, q̃ non sit ordo sacer: quia verbum, [ordo,] generaliter prolatum cõprehendit etiam primam tõsuram, ſm communem vsum canonum, [arg.cap. cum contingat, de ęta. & qual.] licet q̃stionis sit an sit propriè ordo, vel non. Et cum canon ille Concil. Trid. prohibeat Episcopis ordinare alium familiarem, quam prædictum, censebitur prohibere omnem subditum alienum, nisi cum moderatione ibi adiecta. quod ét
b Et tota q. 2. caus. 9. satis colligitur ex c. [Lugdunensis.][b]

2 AD SECVNDAM, quod si prefatus ordinatus non esset capax beneficij non esset etiam pensionis, saltem secũ-
c Ca. quam grauis. de cri. falsi. dum stylum Curiæ, qui est seruandus.[c] An autẽ sit capax beneficij, dicetur inf.

3 AD TERTIAM respondeo, quòd tonsura est ordo secũdum communem vsum loquendi, secundum quem dicitur ordo clericalis, qui seruãdus est in
d l. Labeo. ff. de supellect. leg. l. vsu verborum,[d] licet, vt dixi, quæstionis sit, an propriè dicatur secũdum ori-
quod Labeo §. quod tamẽ Cassius. ff. de leg. 3. ginem verbi ordo.

AD QVARTAM, quod ordo clericalis acceptus à non suo Epo, non debet iterari, sed approbari, siue ratificari per Papam, vel suum proprium Episcopum iuxta prædictum c. [Lugdunensis.]

4 AD QVINTAM, quæ tacitè includitur sub prima & secunda, scilicet, an collatio beneficij facta, prima tonsura, siue quocunq; ordine clericali à nõ suo ordinato, sit valida: cõnis est, quã à nemine memini pro dignitate fuisse tractatam: Multa.n. pro parte negante poſſent citari. Sed rigori iuris proprio-
rẽ duco affirmantẽ. Tũ qa licet sic ordinatus sine veris literis dimissorijs ab alieno Epo, & eũ ordinãs peccẽt, & possint puniri, non tñ sunt ipso iure excõicati, neque suspensi, sed suspendendi.

5 Nam iure antiquo Decretalium ét diaconus ante legitimam ętatem, & pubertatem ordinatus non est ipso iure excõicatus, nec suspensus, sed suspendẽ
e De temp. ord. c. 14. dus, vt est casus in ca. [vel non est compos,][e] & est opinio cõis ét S. Anton. Ioan. Maioris,[f] & aliorũ Theologorũ, *ordin.* quos allegamus in c. [accepta,][g] ergo
f 5. part. tit. cadẽ vel fortiori ratione ordinatus in ætate legitima ab Epo non suo. Tum
g In 4. sent. dist. 24. q. 1. quia nullo iure vł id probari: & nulla
h De sent. excom. c. 1. censura, nec irregularitas ipso iure vł infligi, nisi exprimatur ad aliquo iure,
i Sbel. eod. q. 1. Tum quia Extrauag. [eũ ex sacrorũ,] *S. num. 3.* Pij II. non suspẽdit ipso iure ordinatos
k Iuxta c. fin. de ordinib. minorib. ante legitimã ętatẽ, *cui* vel sine literis dimissorijs, vel extra tpa
l In gl. verbo videbitur super extra uag. ad reprimẽdum. d L. 2. ff. de reb. dub. e Et sess. ca. 14. f Ca. quę à iure de reg. iur. lib. 6. iuris: nã neq; ordinati sacris ordinib. cõiter putabantur ipso iure excõicati, nec suspensi in Hispania, neq; in Italia, nec Gallia, vt colligitur ex prædicto S. Anton. Italo, & Ioanne Maiore Gallo, donec nos eam fecimus publicari Salmanticæ ab hinc circiter 60. annos.

Rota tñ censuit collationem beneficij & pensionis huic factã nõ subsistere.

SVMMARIVM.

Episcopus ordinando familiarem triennalem aliàs sibi non subditum dispensare nequit super interstitijs maiorum item minorum ordinum, nu. 2.

Verbum videbitur, intelligitur de visu, seu iudicio ratione regulato.

Pars vna Concilij per aliam eiusdem Concilij, sicut & vna pars dicti vnius per aliam eiusdem declaratur.

CONSILIVM XII.

QVęsitum est, an ꝓsuppoſito, q. Eps põt ordinare familiarem, suum triennalem aliàs sibi nõ subditũ, conferendo ei statim aliq̃ beneficiũ, & dare illi dimissorias ad ordinãdũ à quocunq; iuxta[k] Concil. Trid. possit
k C. 9. sess. 23. de reform. ét dispensare sup interstitijs tẽporũ, de quibus

a C. 11. 13. & 14. eiusdem sess. quibus in eodem Conc.[a] vt non seruatis illis, possit ordinari.

1 Respondetur primò, q̃ non potest dispensare super interstitio seruando inter diaconatum, & presbyteratum: quoniam id non potest facere Episcopus etiam suus superior, & ordinarius,
b Dist. c. 14. nisi pro vtilitate, ac necessitate Eccle-
c De temp. ord. c. 14. się suę.[b] Ergo minus huiusmodi Episcopus extraneus, cui non est subditus familiaris triennalis, vł posse iudicare de vtilitate & necessitate Ecclesiæ nõ suæ.

2 Secundò, quod maius dubium est de alijs interstitijs: quia in ca. 11. & 13. in quibus agitur de illis, solum dicitur posse dispensari per Episcopum, si ei videatur expedire, de vtilitate & necessitate Ecclesiæ suæ nulla facta mẽtione. Tum quia eadem ratio videtur cõprehendere omnia. Tum quia illa verba [si videatur] intelligenda sunt de visu, & iudicio ratione regulato, vt latè tradit Burt.[c] & quod vna pars dicti declaratur per aliam eiusdem,[d] & in vna parte eiusdem Concilij,[e] exprimitur causa vtilitatis & necessitatis Ecclesiæ suæ concurrere debere in huiusmodi dispẽsatione. Tum neruosius, quia potestas ordinandi familiarem suum triẽnalem non subditum est exorbitans à iure cõmuni quæ non debet extendi,[f] & constat potestatem ordinandi, & dandi literas dimissorias differre à potestate dispensandi super interstitijs: ergo non est extendenda ad illam. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus licet possit ordinare sum familiarem triennalem, non tamen cum eo illegitimo dispensare.*

1 *Impedimento vno de duobus sublato, non censetur sublatum alterum.*

2 *Priuilegia non extenduntur extra personam vel casum expressum.*

3 *Intellectus regulæ concesso vno, &c.*

4 *Priuilegium aliquod contra ius operans in alijs restringendum.*

CONSILIVM XIII.

g Sess. 22. c. 9. de refor. IN Concil. Trid.[g] cautum est, quemlibet Episcopũ posse ordinare familiarem suum triennalem. Quęritur an

possit etiam dispensare cum eo, si est illegitimus, vt possit promoueri ad ordines minores.

1 Visis fundamentis partis negantis, & affirmantis, videtur nobis tenenda pars negatiua, q̃ Episcopus licęt possit rectè ordinare familiarem suũ trien nalem, si aliàs sit habilis, non tamen potest eum facere habilem ad minores, nec ad beneficium etiam simplex legitimando eum super defectu natalium. Tum quia sublato vno de duob. impedimentis distinctis, non censetur alterum sublatum. *h* & duo impediunt cur *h L. si do-* illegitimus non possit ordinari ab alie- *mus. ff. de* no Episcopo, puta defectus natalium, & *seruit. vrbã.* quia non est subditus, familiaritas autẽ *præd. ca. ex* triennalis aufert impedimentum subie *tuarum de* ctionis, non autem defectum natalium. *auct. & ęsse*

2 Tum quia priuilegia non extendun *pal.* tur extra personam, vel casum expressum. *i* At c. prædictum 9. est priuilegia. *i Arg. c. por-* tiuum concedens Episcopis priuilegiũ *ro. de priuil.* ordinandi non subditos, ergo non ex- *& c. priuile-* tenditur ad potestatem efficiendi habi *gia 3. dist.* lem ad ordines eũ, qui est inhabilis ad illos. Tum quia à separatis non fit illatio. *k* & potestas ordinandi, & potestas diſpensandi, seu habilitãdi ad ordines, sunt diuersa & separata, ergo de vna ad aliam non infertur. Tum quia Episcopus alienus potest ordinare nõ sibi sub- *k L. Papi-* ditum, mediantibus literis dimissorijs, *anus. ff.* non tamẽ potest legitima re illum, nisi *de minorib.* facultatem expressam ad id faciendum *c. ad audien* haberet, secundum mentem omnium. *tiam de de-* Tum quia prædictum c. 9. non facit fa- *cimis.* miliarem triẽnalem subditum Epi, cui seruit, nisi quo ad collationem ordinũ, nullam enim aliam iurisdictionem dat ei super illũ, vt ex tenore ipsius cõstat.

3 Tum quia illa regula[l] [cõcesso ali- *l L. 2. ff. de* quo,] & c. tunc demum habet locũ, cum *iurisd. omn.* concessum non potest sine illo cõsiste- *iudic.* re per resolutionem Doctorum.[m] At *m In c. quia* potestas ordinandi familiarem põt con- *in tantum.* sistere sine potestate legitimandi illum. *de præb.*

4 Tum quia alioquin sequeretur q̃d posset habilitare familiarem homicidã, simoniacum, imò & hæreticum, quod tamẽ est absurdum. Tum quia satis est, quod priuilegium operetur aliquid cõtra ius cõe, vt quo ad reliqua restringatur, vt resoluit post alios Decius.[n] At 5. *de rescri.* *n In c. 1. col.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

priuilegium ordinandi familiarem multum operatur, etiamsi non extendatur ad potestatem habilitandi eum inhabilem; ergo non est extendendum ad illam. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Ordinatus maioribus siue minoribus ordinibus sine titulo iure primo antiquissimo licet qui ad minores non seruaretur erat suspensus: sufficiebat autē quilibet titulus patrimonialis aut beneficialis etiam vnius scuti nu.2.& sacrum Concilium agens solum de maioribus ordinibus requirit vt titulus sit beneficialis & sufficiens ad victum; patrimonij aūt, & sufficientis pensionis titulū tunc admittit si concurrat Ecclesiæ necessitas vel vtilitas, quodque perspectum sit ordinandum hos habere titulos, nume.2.*

2 *Titulum ad quem quis accepit sacros ordines non potest alienare nec renunciare nisi habeat aliū vnde honestè ali possit.*

3 *Pœna suspensionis inflicta per primos antiquos canones contra sine titulo promotos post decretalem Innoc.III. Cum secundum, durat solum contra prædictos qui in culpa fuerunt qua cessante Episcopi ordinantes tenentur sic ordinatis prouidere quod si vterq; fuit in culpa, post Concilium vterque ligatur prædictis pœnis respectiue, num.4.& 5.*

CONSILIVM XIIII.

QVęsitum est, quam pœnā incurrat, qui sine titulo iusto beneficiali vel patrimoniali ordiné sacrū assumit.

1 Ad quod respondetur primò, iure antiquissimo statutum fuisse ordinatum sine titulo beneficiali vel patrimoniali, incurrere suspensionem ipso iure, [a] imò prædictum c.[neminem.]adiuncta glossa[in verb.neminem,]idem probat esse dicendum de ordinato ad minores ordines, cuius tamen contrarium seruatur vbique idque seruādum videtur sensisse Concilium Tridentinum, [b] quatenus solum prohibet ordinari sine titulo ad ordines sacros.

2 Secundò, q̄ sicut prædictum Concilium restrinxit prędictos canones ad ordinatos sacris ordinibus, vt dictum est, ita auxit titulos necessarios ad eos assumendos, q̄m ſm prędictos antiquos canones sufficiebat quilibet titulus beneficiarius Ecclesiasticus, vel patrimonialis etiam fœcularis: nunc aūt post prędictum Concilium Tridentinum oportet qđ titulus sit beneficiarius Ecclesiasticus, & sufficiens ad sustentandū ordinatum: & qđ non sufficiat titulus pensionis vel patrimonij fœcularis: adeo q̄ vidimus Pintię ep̄atus Paluntini negatam fuisse ordinationem ad primum sacrum ob defectū tituli cuidam, licet haberet patrimonium sęculare trium millium scutorum, & quidem recte. Tum quia Concilium p̄dictum, [c] requirit titulum beneficiarum Ecclesiasticum, & declarat non sufficere pensionem ecclesiasticam, neq; titulum patrimonialem fœcularem nisi Eps iudicet ordinādum esse necessarium, vel commodum vtilitati Ecclesiarum suarum. Tum quia ſm antiqua iura sufficiebat quilibet titulus beneficiarius Ecclesiasticus, hodie tñ post p̄fatum Concilium requiritur, vt sufficiat ordinando ad suum victum honestum per p̄dictum c. Tum quia oportet, vt post p̄dictum Cōcilium prędicta pensio, vel p̄dictum patrimonium perspectē vel clarè sit suum, & ideo nō p̄t illam vel illud donare, vel illis renunciare antequam assequaī beneficium, vel alia vnde honestè ali possit, inualidaq; ac nulla sit renunciatio illius antea facta: qđ prudenter statuit prædictum Concilium: q̄m multi antea ordinabātur virtute beneficiorum vix valentium singulis scutis, q̄ ordinatio perinde reputari debebat, ac facta sine vllo titulo, cum non excusaret a mendicando, & opprobrio illo relato in c.diaconi.5.9.3.dist. [Médicat inf̄elix in plateis clericus, & seruili operi mācipatus publicam ab oībus poscit eleemosynā.

2 Tertiò, quòd postea Innocen.III. [d] mutauit pœnam suspensionis prædictorum canonum impositam ordinato in pœnam impositam ordinanti, qua cogatur alere ordinatum.

Quartò, q̄ illa mutatio vī restringēda ad ordinatum, qui bona fide, ab Episcopo sciente vel debente scire eum nō habere quo se aleret, fecit se ordinari: non aūt videtur comprehēdere illum, qui per mendacia & fraudem fingendo titulum, decepit Ep̄m. Tum qa dolus & fraus nemini patrocinari debent. [a] Tum quia alioquin, aliq̄n ordinans sine culpa puniretur, [b] & ordinatus cum culpa esset à pœna immunis. [c] Tum per cap.[per tuas 3.] [d] quatenus hēt eum, qui ordinatur ad titulum patrimonij q̄situm cum pacto Ep̄o ignorante facto de restituendo illud post ordinationem suspēsum esse, donec dispensetur cum eo. Pro quo facit, qđ ait Decius, [e] scilicet ordinatorem non teneri ad alēdum ordinatum, quise diuitē esse dixit.

4 Quintò, q̄ dubium videtur de quorum canonum antiquorum innouatione intelligitur prædictum c.2.Concilij Tridentini de pœna prædictorum canonum [neminem.& sanctorum.] an de pœna prædicti ca. [cum ſm.] an de vtraque: quia omnes illi canones sunt antiquiores Concil.Trid. Et quicquid aliàs vsum fuerit, arbitror rñdendum, intelligi debere de vtraque: de pœna qdem canonum [neminem.& sanctorū.] q̄n solus ordinandus est in culpa decipiendo ordinaturum, dicendo quodhēt titulum beneficiarum, vel sæcularem sufficiētem. de pœna vero c.[cum ſm.] q̄n solus ordinans est in culpa, ordinando illum, quem scit non habere vllum titulum, & ignorat illum habere necessario requisita ad ordinem sacrum assumendum. & de pœna vtraque, q̄n vterq; tam ordinans quam ordinatus sunt in culpa. Ita quod primo casu, q̄n solus ordinatus est in culpa, ipse maneat suspēsus, iuxta canones illos. [neminem. & sanctorum.] & ordinans maneat impunitus. In secundo vero casu, q̄n solus ordinans est in culpa, solus ipse teneatur victum præbere ordinato, qui absque vlla suspensione ordine accepto vtatur. In tertio verò, cum vterque est in culpa, vterque puniatur, ita vt ordinatus maneat suspensus per prædictos duos canones [neminem, & sanctorū.] ordinans autem teneatur per victū præbere iuxta d.c. [cum secundum.] Pro qua noua & vetere resolutione facit, quod correctio iurium est vitāda, cum rationabiliter possint conciliari, [f] & quod non est præsumendum velle legislatorem vnico verbo destruere antiqua iura, [g] & ita non est p̄sumendum prædictos canones voluisse delere *sta vestra. 2.de elec.et l. si quādo. C.de inoffi. testam.* dinatus, neq; alter eorum dēt esse impunitus, eo quòd alter puniatur, [h] & qđ Cælestinus, dixit, [i] [peccata suos auctores tenere debere, nec pœnam vltrius protrahēdam, quam delictum fuerit in excedente repertum.] Salua, &c.

a Ca.nemine &c.sanctorum.dist. 70.
b Sess.21.c. num, 2.de refor.
c Contra l. sanctimus. C.de pœnis.
d De simō. e In c.Episcopus. nu. 24.de præb.
f Cap.cum nouum. de elec.li.6.
g Ca.ecclesia vestra. 2.de elec.et l. si quādo. C.de inoffi. testam.
h Iuxta l. Gracchus. C.ad legem Iuliā de adul.& l.sā ctimus.C.de pœnis.
i In ca.quæ fiunt. de his quæ fiunt à maiori parti.

SVMMARIVM.

1 *Suspensionem inductam per extrauagantem Pij II.non incurrit qui ex dispensatione Apostolica extra tempora ad titulum proprij beneficij fuit promotus, licet illud iniuste impeditus adhuc non possideret sicut nec per canones 70.dist. inductam, num.2. imò nec ob decretum sacri Concilij sess.21.c.2.quod licet vltra antiquos canones requirat tituli possessionem, non tamen huic transgressioni adiecit nouam pœnam.num.3.*

4 *Irregularitas sine contēptu non incurritur.*

CONSILIVM XV.

NOn. Triginta annos natus fuit legitimè prouisus de quodam ecclesiastico beneficio, ad cuius titulum, antequam illius possessionem adipisci posset impeditus à sæculari potestate, bona fide, & cum legitimis literis dimissorijs ad omnes, etiam sacros, & presbyteratus ordines extra tempora, Papæ dispensatione à quodam Catholico Antistite se promoueri fecit. Quæritur an aliquam pœnam incurrerit.

1 Respondeo primo, prędictum D.cōsulentem non incurrisse quo ad forum conscientiæ suspensionem per Extrauagantem Pij II. [cum ex sacrorum.] qua ipso iure suspenditur, qui ante legitimā ætatem, vel sine literis dimissorijs, vel extra tempora iuris ordiné sacrum suscepit, vel irregularitatem, quæ inducitur contra illum, qui vtitur eo ante absolutionem à suspensione, quia ipse fuit ordinatus post ætatem legitimam & cū literis dimissorijs & cum dispensatione Papæ extra tempora iuris.

Universidad de Deusto
Biblioteca

2 Secũdò,idem videri quo ad alia iura antiquiora illa extrauaganti : qm̃ c. [ſanctorum,] & c. neminé. [a] & alia eis ſimilia ſi q̃ ſunt,per q̃ poſſet videri p̃fatum conſulentẽ incurriſſe irregularitatem,loquũtur ſolũ de ordinato abſolutè, hoc eſt ſine titulo & patrimonio,vel ſubreptitiè p̃ ſimoniam, vel médacium quæſitum . At D.conſulens & titulum hét & beneficiũ, cuius poſſeſſio erat ei debita , & per ſæcularẽ p̃tátem iniuſtè impedita,ne eam obtineret, neq; ſtetit per ipſum quo minus eã obtineret;imò erat paratus animo , ita vt & nunc eſt, quærendi eã non obſtãtibus periculis.

Tertiò,q̃ non obſtat his etiam Concilium Tridentinum,[b] q̃a illud nullam nouam pœnam imponit ordinato ſine titulo,vel patrimonio,ſed ſolum innouat pœnas ſtatutas à iure antiquo : & nullo iure antiquo fuit pœna ſuſpenſionis & irregularitatis per fractionẽ eius incurrenda ipſo iure impoſita ordinato cũ titulo , & iure verè in eo quæſito & poſſeſſione nondum conſequuta,ſi ſaltem non ſtetit p̃ ipſum,quo minus conſequeretur : aliud.n.eſt non habere titulũ & ius in eo verè q̃ũtũ, ſine poſſeſſione ab alio iniuſtè detẽta, vt palã eſt.

3 Quartò , q̃ magis dubitari poteſt, an p̃fatus conſulens dici debeat incurriſſe præfatam pœnam quo ad forum exterius,eo quòd præfatum Cõcilium Tridentinũ requirit,vt ordinandus ordine ſacro non ſolum teneat beneficiũ vel patrimonium ſufficiens quo ad ius proprietatis,ſed etiam quo ad ius poſſeſſionis pacificæ,ſed de rigore iuris videri põt,quod idem ſit dicendum,attẽto tertio dicto,ſcilicet quod præfatum Concilium inducit ius nouum quo ad requiſitionẽ poſſeſſionis , ob cuius defectum antiqua iura non imponunt talem pœnam,& præfatum Conciliũ ſolũ innouat pœnas antiqs iuribus ip̃oſitas.

4 Quintò,quod irregularitas non cõtrahitur,niſi adſit cõtemptus,vt ait Panormitanus,[c] & Dñicus,[d] à nemine reprehenſi. & p̃fatus cõſulens nec verum nec p̃ſumptum contemptũ habuit, ſed bona fide putãs ſufficere hẽre verũ ius in beneficio fuit ordinatus,& q̃d transgreſſionis legẽ humanã bona fide,malè intelligendo illam, non peccat ſaltem mortaliter, vt dixit Innoc. [e] cõiter receptus,per ea q̃ tradit Fel. [f] Salua,&c.

[Aduertendum hoc reſponſum non videri carere maxima difficultate. Nam ratio excuſationis de qua nu.2.& 3.vi. detur repugnare illi dicto,q̃d ponit ſupra Conſil.14.nu.2.& quã ponit nu.4. non vt ſubſiſtere,ex quo Cõcilij verba expreſsè requirentia pacificam poſſeſſionem nullam probabilem admittunt dubitationem,nec obſcuritatem. Vnde doctrina Innocentij in hoc caſu ſibi locũ non põt vendicare,vide infra Conſi. 27.nu.3.& de æta.& qual.Conſi.7.n.4.

[a] 7.dist.& ex episcopus & c.cum se cundum.de prab.& ca. per tuas 3. de simon.

[b] Cap.2.de refor.sess.21

[c] In c.pasto ralis.§. verum de appellat.

[d] In ca. solet.de sent. excom.li.6.

[e] In ca. per tuas. 2. de simon.

[f] In cap.1. sollemnia 2. de rescrip.

SVMMARIVM.

1 *Suspẽsus est ordinatus sacris sine legitimis dimissorijs : & irregularis efficitur qui suspensus presbyteratus ordinẽ suscepit.*

2 *Ordinatus absque dimissorijs quare egeat publica dispensatione & Datarius dispẽsat longa suspensione posita à qua Episcopus absoluere non valet.*

3 *Absoluere à suspensione, seu approbare ordinationem prædictã potest Episcopus, & Capitulum sede vacante post annũ.*

CONSILIVM XVI.

ORdinatus est quis ſine literis dimiſſorijs ſui Epiſcopi cum illegitimis & falſis literis,& ad omnes ſacros etiam presbyteratus ordines ab alieno promotus,ſed non miniſtrauit. Quæritur in quas cenſuras ſeu pœnas inciderit,& quo remedio egeat.

1 Ad ſatisfactionem quæſtionis propoſitæ dico primò,cõſulentem incidiſſe in irregularitatem : quia fuit ſemel ſuſpenſus recipiendo primum ordinem ſacrũ ſine legitimis literis dimiſſorijs, per extraua. Pij II. [cum ex ſacrorũ]& poſtea iterũ aſſumendo ordinẽ diaconatus, & ſic ſuſpẽſus accepit ordinẽ preſbyteratus, ĩ cuius aſſumptione celebrauit Miſſam,conſecrãdo cum Epo,& ita videtur factus irregularis, [g] & ab hac ir regularitate ſolus Papa põt diſpenſare.

2 Secundo rñdeo,quòd conſulens egeret diſpẽſatione in vtroq; foro, ſi cõſiterit in foro exteriori eũ fuiſſe ordine inſignitũ ſine legitimis dimiſſorijs, q̃d facile põt cõſtare p̃ regiſtrũ ſecretarij Epiſcopi;ſeu notarij curiæ epalis,& difficile cõcedet D. Datarius,niſi magna ſuſpenſione ab ordinum exercitio per ſe nouẽ impoſita,à qua non poterit poſtea Epiſcopus abſoluere .

3 Tertio, quòd Epiſcopus, vel Capitulum ſede vacante poſt annum poſſet illum abſoluere a præfata ſuſpenſione, & approbare prædictam ordinationẽ. [a] Et ideo conſulens,acta prius pœnitentia de tam graui crimine,deberet petere in ſacra Pœnitentiaria abſolutionem & diſpenſationem prædictorum quoad forum conſcientiæ tantum , & poſtea procurare approbationem ordinũ præd̃ictorum ab Epiſcopo, vel Capitulo ſede vacante poſt annum .

Aduertendum quoad remediũ petendum ab Epiſcopo ſeu Capitulo.Nã aut petitur in foro conſcientiæ,& obtẽtum a ſacra Pœnitentiaria ſufficit : aut quo ad forũ exterius,& nec Epiſcopus , nec Capitulum diſpenſat, niſi dict̃ũ per dict̃am concelebrationem non incurri ir regularitatem, quod forte verius videtur,& praxi conformius .

[a] Arg. cap. Lugdunen ſi.9.q.2.

[g] Arg.c.3. de simonia.

SVMMARIVM.

1 *Ordinatus ad præſentationem beneficij cũ pacto de non moleſtando præſentatorem non poteſt aſcendere ad ſuperiores ordines,nec in ſuſcepto miniſtrare.*

2 *Renunciatio tituli ab ordinato facta nulla & num.4.*

2 *Dictio , nullatenus nullitatem inducit ipſo iure .*

3 *Pœna non extendenda licet ſit eadem ratio , niſi &c.*

4 *Actio realis perſonali facilioré habet exitũ.*

CONSILIVM XVII.

QVidã A.fuit ad titulũ patrimonij donati ſibi à fratre ordinatus vſq; ad diaconatũ incluſiuè , & ad preces cuiuſdam renunciauit illudmet cidẽ fratri ſuo,& poſtea ſine alia donatione fratris aſſumpſit presbyteratum virtute prioris donationis. Quæritur an incurrerit cenſuram aliquam,vel irregularitatem .

1 Reſpondeo pro parte affirmante facere.c. [per tuas] [b] quod habet , eum

A qui ordinatus eſt ſubdiaconus ad præſentationem alicuius beneficij, conuentione prius clam facta , q̃ nihil vnquã peteret à præſentante ratione præſentationis,non poſſe aſcẽdere ad ordines ſuperiores,neq; in ſuſcepto miniſtrare.

2 Pro parte verò negante facit, quod non præſtat impedimentum,quod iure non ſortitur effectum, [c] & quod renunciatio tituli ab ordinato ad diaconatũ eſt ipſo iure nulla,per Conc.Trident. [d] quod ſtatuit,vt eiuſmodi ordinatus nullatenus renunciare poſſit eiuſmodi patrimonium,& conſequenter videtur ipſo iure annihilare illam renunciationem,vel remiſſionem propter verbum [nullatenus.] quod inducit nullitatem ipſo iure,iuxta gloſſam ſolemnem. [e]

Non obſtat prædictum c.2.quatenus innouat pœnas ſuper his ſtatutas ab antiquis canonibus, & quod prædictum c.[per tuas.]3.eſt canon antiquior Cõcilio Tridentino qui videtur ſtatuere pœnam ſuſpenſionis contra ordinantẽ ſe ad ſubdiaconatum cum pacto de nõ petendo aliquid ab eo qui donauit titulum . Non,inquam,hoc obſtat . Tum quia illud cap. loquitur in alio caſu,ſci

C licet in ordinato ad præſentationem beneficij : in propoſito autem loquimur de ordinato ratione tituli patrimonij donati:& quod pœnæ non ſunt extendendæ ad alium caſum , [f] etiam ſi eadẽ ratio id ſuadeat, niſi aliud de viginti duobus a nobis ibi relatis concurrat.

3 Tum quia nõ militat eadem ratio . Tum quod donatio prima patrimonij durat,& non eſt extincta per remiſſionem eius,& in d.c.[per tuas.] renuncia tio facta ab ordinando fuit valida, quia nondum prodierat Concil. Trid. quod annihilat remiſſionem donationis.

D Non obſtat etiam, quod prædictum Concilium innouat pœnas ab antiquiõribus canonibus ſuper his conſtitutas. Tum quia , vt prædictum eſt, prædictum capit. [per tuas] quod eſt antiquius Concilio,nõ loquitur in caſu,in quo loquitur Cõcilium : quod quia eſt pœnale,non eſt extendendum ad illud, per prædicta. Tum quia non eſt intelligendum de innouatione pœnæ illius c. [per tuas.] quia non loquitur de illa, & cum ſit pœnale: non eſt extẽdendum ad il-

[c] Reg. non præst.de regul.iur.li.6

[d] Sessio. 2. cap.2.

[e] In cle.1. ĩ verbo null. tenus. de sent. quæst. poss. & fruct. in clem. 2. in verb. nullo modo de act.& qualit.

[f] Ca. pœnæ de pœnitent. dist.1.

[b] 3. de simonia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad illam per prædicta. Tum quia Concilium posuit aliud remedium contra huiusmodi remissionem donationis, s. q. esset nulla, & nihil valeret: & quòd alioqui nihil prodesset hoc remedium annullationis. Tum quia si satis ponderetur; mens Concilij fuit fauere ordinato per hanc clausulam annullandi renunciationem: & si intelligeretur de eiusmodi pœna, in nihilo ei fauisset. Tũ quia visum fuit Concilio competentius & præsentius antidotum, & remedium annullationis remissionis donationis. quam illaqueare ordinatum, & inuoluere illum multis laqueis. Tum denique, quod per annullationem promissionis de non petendo aliquid à præsentante, non prouidetur tantum ordinato, quantum prouidetur per annihilationẽ remissionis donationis: quia per hanc remanet ordinatus cum dominio & possessione patrimonij; per illam aũt etiamsi promissio de non petendo fuisset annullata, nihil iuris realis manebat sic ordinato, sed tantum actio personalis, quæ non tam facile habet exitum; ac reale dominiũ, & possessio, vt palam est, iuxta illud, [Magnum est commodum possessionis.[a]] Salua, &c.

[a] §. *retinendæ. Inst. de interd.*

SVMMARIVM.

1 *Ordinatus ad titulum sibi ad hoc ut ad illum ordinetur donatum licet tantũdem debeat non est suspensus & seq.*
2 *Bona non habere & debere quantum illa valent vt paria.*
3 *Titulus donatus, ad quem quis ordinatus est, alienari nequit, etiam ob debita contracta ante.*

CONSILIVM XVIII.

DE eo, qui accepit iustum patrimonium à patre, vt ordines sacros acciperet, & possedit illud multo tpe, & adiuit bellũ, in quo diu militauit: & pater putans illum esse mortuum, donauit præfatum patrimonium suæ sorori, si mortuus esset in bello: & reuerso a militia sororius eius donauit ei prædium quasi æquipollens ad se ordinandũ, sed antequam se ordinaret, obligauit se ad soluẽdam certam pecuniam sorori suæ nuptæ, & postea cum dimissorijs ordinarij ad titulũ donationis præfati prædij dati suscepit omnes ordines. Quæritur, an suspensionis pœnam incurrerit, & celebrando sit factus irregularis.

1 Ad quæstiones propositas rñdeo primo, quod D. consulens nõ fuit ordinatus ante legitimam ætatẽ, nec sine dimissorijs ordinarij sui nec extra tẽpora iuris, & ideo non est suspensus propter extrauag. Pij II. quæ incipit, [Cũ ex sacrorum.] quã nos referimus in nostro Man. confess.[b] nec fuit ordinatus sine titulo absolute contra c. [sanctorũ.] & ca. [neminem.][c] Tũ quia ordinatus fuit ad titulum, quẽ ei dedit suus sororius, immo & cũ actione, quam habebat ad patrimonium iam sibi quæsitũ per patris donationẽ: quia nõ renunciauit, nec refutauit illud, quauis propositum habuerit nõ petendi illud, si ordinaretur ad titulum datũ a suo sororio. Tum quia suspensio illa prædictorum canonum vẽ esse sublata per cap. [cum secundum.][d]

[b] Ex l. *bonorum* 1. ff. *de verb. sign.*
[c] 7. *dist.*
[d] *De præb.*

Secundo, quod nõ uidetur etiam incurrisse suspensionem c. [per tuas, 3. de simon.] quia illud agit de illo, qui remisit promissionem ei, qui promisit dare sibi sustentationem, quod non fecit D. consulens: quia nihil remisit suo sororio, sed sine ulla conditione accepit ab eo præfatum prædium.

Tertiò, quòd non decepit etiam Episcopum: quia verum titulum ostendit, & quia satis est ordinãdo, quod habeat illud, nec requiritur quod non debeat aliquid creditoribus, vt apparet ex[e] Cõcilio Tridentino.

[e] *c. 2. de ref. 21.*

2 Quarto, quod nõ obstat paria uide[f] ri non habere bona, uel debere tantũ, quantum valẽt illa, eo quod bona illa dicũtur alicuius, quę supersunt ære alieno deducto,[f] non inquam id obstat. Tũ quia illud est verum, quando æs alienũ est cõtractum ante bona quæsita, & potest & debet solui de illis, vt quando debetur purè, & statim peti potest, & nulla iusta exceptione impediri.

[f] *L. fundo. §. quantum. ff. de verb. sig. ad Trebel.*

3 At in casu proposito pecunia præfata cępit deberi post prædium quæsitũ, de quo non debebat, nec poterat solui per præfatum Concil. Trident. & ita tacitè fuit promissa sub cõditione tacita, si post ordinationem habuerit unde soluat:

uat: nam non poterat peti prædium ante ordinationem: quia donatũ fuit consulenti ob causam ordinationis faciendæ,[a] nec post ordinationem, si non fuerit adeptus beneficium, vel aliud æquipollens: quia non poterit alienare, renũciare, nec vendere prædium illud ad ordinandum sibi donatum, per præfatam prohibitionem Concil. Trid. Tum quia præfatus consulens poterat repellere sororem, vel sororium suum a petitione præfatæ pecuniæ, vel recõuenire eos super patrimonio a patre ei donato sub conditione, si cõsulens mortuus fuisset in bello, cum illa iam defecisset: & ita multiplici de capite præfatum æs alienum non est iudicandum esse subducẽdum a bonis suis, cum fuerit contractũ post bona ita quæsita, & obligata ad sustentandum ordinatum, vt non possint alienari, & quod in eis bonis continean tur etiam actiones, & persecutiones, & alia iura, quæ ipsi competebant,[b] & cõ sequẽter actiones, quas habebat ad vindicandum patrimonium sibi donatum a patre ad ordinandum.

[a] *Per l. 1. & 2. C. de donat. quæ sub modo fiunt.*
[b] *Ex l. bono rum 1. ff. de verb. sign.*

Quinto, quod ex his infertur, præfatum D. consulentem nullam per præfata, quæ proponuntur, incurrisse irregularitatẽ, nec suspensionẽ, & consequenter non indigere vlla illarum absolutione, & dispensatione. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Paternæ originis Episcopus etiam & ipse est proprius episcopus filij quoad effectũ ut ordines et conferat, uel dimissorias pro illis assumendis det.*
2 *Concil. Trid. sess. 21. c. 2. nullam imponit suspensionis pœnam solumque innouat cap. cum secundum, de præb.*
3 *Maior Pœnitentiarius absoluit, & dispensat in foro conscientiæ tantum etiam extra sacramentum confessionis filium familias ordinatum de licentia sui episcopi, qui diuitias paternas reputauit pro sufficienti patrimonio nu. 1.*

CONSILIVM XIX.

NFilius familias nihil possidens, habiturus tamen post mortẽ patris vnde viuat, extra patriã studiorum causa in loco paternæ originis existẽs, de licẽtia ordinarij dicti loci ab alieno Episcopo omnes ordines sacros suscepit, & ministrauit. Quæritur an factus sit irregularis, & indigeat dispẽsatione.

Ad hanc quæstionem rñdeo, quod is orator nõ indiget dispensatione ex eo quod debeat censeri ordinatus ab alieno Episcopo: quia Episcopus originis paternæ potest filiũ ordinare: quia textus in c. [cum nullus.][c] non requirit quod ordinandus natus fuerit in episcopatu ordinantis, sed solum qđ sit oriundus ex illo. Et Pan.[d] diffinit, eum cuius pater alicubi natus est, filium eius esse oriundum ex illo quoad sortiendum forum ordinandi. Ioãnes item Andræas, quem Dominicus & Perusinus sequuntur,[e] dicit consilium quidem esse ante ordinationem, vt propria origo inspiceretur, sed post factam excusandam esse. Propter aũt defectum patrimoni, nullã censuram incurrere potuit: quia extrauagans Pij II. [cum ex sacrorum.] solum loquitur de defectu ætatis, & literarum dimissoriarum, & tempore statuti à iure, & nulla fraus fuit facta in patrimonio, quia paternas diuitias habuerunt pro sufficienti alimonia eius.

[c] *De temp. ord. lib. 6.*
[d] *In c. fi. de paroch.*
[e] *In d. c. cũ nullus.*

2 Et Concilium, Tridẽtinum sess. 21. c. 2. de reform. nullam pœnam specificè ponit: & quatenus innouat pœnas antiquorum canonum, videtur restringendum ad canonem positum in c. [cum secundum Apostolum.][f] quod correxit c. neminem, & cap. sanctorum, 70. distin. quibus suspẽdebatur ordinatus sine titulo; ita quod tempore Concilij solum puniebatur ordinans pœna alendi ordinatum, quæ mitior est, quàm pœna suspensionis ordinati: & leges pœnales, & innouantes pœnas videntur restringendæ ad mitiores.

[f] *De præb.*

3 Quamuis autem hęc prohabilia videantur iure stricto; quia tamen facile potest ad cautelam Illustrissimus Pęnitentiarius maior liberare N. ab scrupulo, potest ei verbo mederi, dicens: [Ego te absoluo ad cautelam a suspensione, si quam ob præfata incurristi, & dispenso tecum super irregularitate si quã celebrando ob eandẽ cõtraxisti. In nomine Patris &c. aut certè potest Illustrissimus Pęnitẽtiarius maior mitttere illũ absol-

Universidad de Deusto
Biblioteca

absoluendum & habilem faciendum ad aliquem Pœnitentiarium minorem, qui visis his eundem consulentem quietũ reddat. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Capellaniam in capella Papæ obtinens ad illius titulum, qui morte concedentis extingui non solet, ordinari potest maximè si Pontifex ad illam eum præsentet: licet dubitari possit an quis valeat ordinari ad titulum rectoriæ, ad illum rectore ipsum præsentante nu. 2.*

3 *Titulus ad quem quis ordinatus fuit non potest sine licentia Episcopi, antequam vnde aliunde viuat obtinuerit, resignari ualide.*

4 *Capellaniæ Papæ, ad cuius titulum quis fuit promotus, cessante impedimento, tenetur inseruire & ad illam ut seruiat reuerti.*

CONSILIVM XX.

QVæritur primo, an Capellanus Papæ ordinatus ad sacros ordines ad titulũ Capellaniæ, quã habebat in capella Papę, sit legitimè ordinatus.

Secundo quæritur, an prædictus capellanus, qui ob impedimentũ discessit ab eo loco, in quo seruiebat, eo cessante debeat redire ad seruiendum in illo.

1 Duæ quæstiones videntur in casu proposito proponi. Ad quarum priorẽ videtur dicendum, prædictum dominũ consulentem legitimè fuisse ordinatum ad ordines sacros ad titulum capellaniæ, quam habebat in capella Papæ: quia licet [a] dubitetur inter Doctores de ordinato ad ordines sacros ad titulũ præsentationis, qua rector aliquis præsentat aliquem ad titulum suæ rectoriæ, & consentit vt accipiat alimenta de fructibus suæ rectoriæ in suum victum an possit ordinari iustè ob illam præsentationem iure nouo, vel antiquo; in casu tamen proposito non videtur dubitandum.

2 Tum quia id fecit Papa, qui est supra omne ius humanum positiuum. [b] Tum quia Capellanię præfatæ capellę sunt perpetuæ, & non vacant per mortem Papæ, vt constat ipsa experientia, quæ est rerum magistra, [c] & multum differt præsentatio rectoris ad rectoriam suam, vel fructus eius, & præsentatio Papæ ad capellam perpetuam per se stantem, & differentem ab alio beneficio, vt palam est.

3 Secundo, quod per Concilium Tridentinum [d] statutum est, ne quis ordinatus ad ordines sacros ad titulum alicuius beneficij vel patrimonij, possit renunciare illud beneficium, vel patrimonium sine licentia Episcopi, antequam consecutus fuerit aliud beneficium, vel patrimonium, vnde se alere possit. ex quibus infertur, quod dominus consulens non perdidit suam capellaniam, quia nõ renunciauit illam, nec potuisset renunciare, etiam si voluisset, sine licentia superioris, per præfatum Concilium.

4 Ad Qvaestionem posteriorem respondetur, quod prædictus D. consulens videtur debere redire ad seruiendum in eodem loco & ordine, quo seruebat, antequam impedimentum prædictum seruiendi successisset eique pacificè adeptus fuit titulum, & possessionem tam ciuilem, quam naturalem prædictæ capellaniæ, & ita retinuit saltem ciuilem possessionem, ratione cuius redire potest ad suum locum, immo & agere de spolio, si quis eum spoliaret. [e]

SVMMARIVM.

Titulum non habere, & illi renunciasse, pauca sunt, & hoc si renunciatio sit valida num. 4. 1

Alienans titulum, ad quem quis ordinatus est, non habens aliquid aliud vnde viuat peccat contra decretum sacri Cõcilij, sed tamen ob hoc non perdit illud, nec est suspensus licet ab ordinario possit puniri nu. 3. & 4. 2

Conatus delinquendi, etiam non secuto effectu, punibilis quidem est, sed tamen non subijcitur pœnæ ipso iure inflictæ ipso delicto. nu. 4. 3

Nullatenus, verbum inducit nullitatem actus ipso iure. 4

CON-

CONSILIVM XXI.

QVidã ordinatus sine beneficio ad titulum patrimonij ad gradũ sub diaconatus, renunciauit illud in fauorẽ parentũ, & postea fecit se ad superiores ordines ordinari ab ordinario, cui facta fuerat fides de titulo patrimonij, cum ordinaretur ad subdiaconatũ, ignorãti prædictam renunciationẽ, & postea celebrauit. Quæritur an inciderit in vllas cẽsuras, & irregularitatẽ.

1 Pro parte affirmante facit primo, q̃ paria sunt non habuisse titulũ patrimonij, vel illud renunciasse: [a] quia vt ait glossa, remittentibus suas actiones non est dandus regressus, [b] at qui absq; beneficio & titulo patrimonij ordinatur ad sacros ordines, est ipso iure suspensus, [c] & celebrando fit irregularis. Secũdò, q̃ Conc. Trid. [d] vetat alienationem patrimonij ante habitam aliam sustentationẽ, & ita contrauenit illi renunciando.

2 Tertio, quod regulariter conatus delinquendi, etiam non secuto delicto, punitur, [e] & consulens conatus fuit assumere ordinem absque titulo, cum illi renunciasset.

3 Pro parte vero negãte facit primò, quod potest quis iustè ad titulum patrimonij ordinari, [f] etiam post Conciliũ Trident. si Episcopo id bene visum fuerit. [g] Secundò, quod non præstat impedimentum quod iure non sortitur effectum. [h] At renuunciatio præfata non valuit per præfatum Concil. & si ea non fuisset facta, ordinatio fuisset iusta: ergo etiam facta illa erit talis, vt insinuamus in nostro Manu. confess. [i]

4 Tertio, quod qui habet actionem, videtur rem habere, [k] præsertim si actio est realis, & rei vendicationis, per multa quæ congerit ibi Decius. At consulens habet actionem rei vendicationis ex donatione parentũ, cum illi non potuerit renunciare: Concilium enim habet titulum hmõi sine licentia Episcopi nullatenus renunciari posse: & verbũ, [nullatenus,] inducit actus nullitatem ipso iure, iuxta glo. celebrem. [l]

5 Quarto denique, q̃d lex pœnalis nõ est extendenda vltra casum, in quo loquitur, [m] & lex puniens ordinatum sine titulo est pœnalis: ergo non est extendenda ad eum, qui vere habuit illud, & vere non perdidit, licet fecerit id quo data est occasio rixandi cum eo super illo. Et per hæc videtur pars negatiua renenda: quãuis negari non põt consulentẽ peccasse, & male fecisse, & ab ordinario pœna extraordinaria puniri posse.

Ad primum oppositorum respondetur assumptum in eo esse verum de renunciatione valida, qualis nõ fuit hæc, de qua est sermo.

Ad secundum concedimus consulentem peccasse, negando quod per illud peccatum perdiderit titulum.

Ad tertium concedimus conatum solum non secuto effectu regulariter puniendũ, sed fallere id in multis casibus, quos adduximus nos in c. [si quis nõ di cã.] [n] post Felinum, [o] quorum quartus est, cũ pœna imponitur ipso iure. [p] At in casu proposito agitur de pœna suspẽsio nis ipso iure incurrẽda, & ideo præfata regula nõ habet locum in eo Salua, &c.

SVMMARIVM.

Alienans, etsi nulliter patrimonium ad cuius titulum fuit promotus ad sacros ordines, peccat quidem mortaliter, sed non incidit in censurã si ante ordinationem illud retrocedere non promisit.

CONSILIVM XXII.

VTrũ sacerdos promotus ad presbyterium titulo sui patrimonij, si postea renunciat ei, peccet, & incidat in aliquam excommunicationem, irregularitatem, aut suspensionem?

1 Respondeo, quòd si consulens, ante quã ordinaretur ad præfatum titulum patrimonij, non promisit remittere, vel renunciare patrimonium, vel ius repetendi alimenta promissa, in nullam censuram nec irregularitatem ipso iure incidit: licet renunciando, vel remittendo sine licentia Episcopi peccet, & mea sententia mortaliter, transgrediendo [q] Conc. Trid. quia nullo iure hactenus talis pœna impositа est; licet castigari posset per Episcopum; licet etiam renunciatio non esset valida, vt diximus in nostro Manu. confess. [r] Salua, &c.

SVM-

a In c. pen. de simo. & in c. postulasti de iure patron.

b Cap. proposuit. de cõcess. prab.

c Cap. quã sit. de elect. lib. 6.

d Sess. 21. ca. 2. de ref.

e L. ela[illegible] sidere, [illegible] qui ad [illegible] dinar. ff. de acqui. [illegible] amit. poss.

a Arg. cap. quanquam periculosũ. 7. q. 1.

b L. quaritur §. Sẽdi tori, ff. de adilit. edict. & per c. sanctus. 70. d. & in c. 2. de ref. sess. 21. & L. si quis non dicam. C. de Episcopis & cler. & c. si quis de pœnit. dist. 1. & C. Episcopus. & cap. tuis de præbend.

g C. 2. de ref. sess. 21.

h C. nõ præsumat. de reg. iur. lib. 6. Cap. 27. nu. 158.

k L. qui actionẽ. ff. de reg. iur.

l In uerbo nullatenus. elem. vnica de sequestr. possess. & L. præses. ff. de pœnis.

m L. pœna. de pœnit. d. 1.

n De pœn. dist. 1.

o In tract. quando conueniendũ, natus. & per c. cũ cã. in cunctis. & §. fi. de elect. adiuncto c. perpetuo e. tit. lib. 6.

p Per c. cũ forma. sess. 21.

q C. 2. de ref.

r Cap. 27. nu. 158.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMARIVM.

1 *Ordinatus ad titulum patrimonij minus sufficientis, quod mentitus est sufficiens esse, dicitur male ordinatus, si defectus est notabilis nu. 5.*
1 *Ordinandus sacris bona, vnde commodè ali possit habere debet.*
2 *Qualificatum cum quid requiritur, non sufficit præstari simplex.*
3 *Notabilis pars sunt quinque ad viginti-quinque.*
4 *Restituere tenetur decipiens alium etiam citra dimidium, notabiliter tamen.*
5 *Ordinatus ad titulum sibi promissum cum pacto de non petendo eo, est subreptitiè ordinatus.*
5 *Titulus parum insufficiens non facit quẽ male ordinatum.*

CONSILIVM XXIII.

NObtinuit literas dimissorias ad quoscunq; ordines assumendos sub titulo patrimonij, quod mentitus fuit habere sufficiens, quarum testimonio ordinatus fuit. Quæritur quid iuris.

Quod debeat censeri ordinatus cũ titulo, facit, quod verè habebat titulũ, quamuis non sufficientem; & iura videntur requirere simpliciter titulum sine qualitate sufficientiæ, vt videre est
a 70. d.ib. in c. [sanctorum.][a] absque titulo.] &
b Eod.d. in cap. [neminem.] ibi, [absolute.][b]
1 Pro contraria parte facit cap. [Epi-
c De præb. scopus.][c] quod requirit, vt ordinandus ad sacros habeat bona, ex quibus
d Eod. tit. necessaria percipere possit: & c. [tuis.][d] quod requirit bona, vnde commode su
e Eod. tit. stentari possit. & in c. [cum secũdum,][e] statuitur, vt Episcopus alat a se ordinatum, si non habet quo se sustentet. Secundo facit, quod cum requiritur aliquid qualificatum, non sufficit illud, si est simplex, & non qualificatum, iuxta
f 33. q.3. cap. [notificasti.][f] adiuncta glossa so-
g In ca.cũ lemni, & commendata à Panormitano
locum, de & alijs,[g] quatenus habet non sufficere
sponsi. ad essentiam matrimonij consensum simplicem partium, nisi sit spontaneus, & liber, quia ad matrimonium requiritur consensus qualificatus, liber, & spõtaneus. Tertio, quòd allegans contra electum defectum scientiæ notorium, non satisfacit probando defectum simpliciter,[h] Et qui tenetur probare testes
h C. ab eo. corruptos falsum dixisse, non satisfacit
ita.gl. probando eos fuisse corruptos, vel fol-
cõmuniter sum dixisse, quia oportet eum probare
tenta, de vtrunque.[i] Quarto facit lex tuto. §. Lu
elec. lib. 6. cius,[k] cum omnibus alijs, quæ probãt
Cap. licet debitorem nõ liberari, propterea quod
causam. de debitorem nõ liberari, propterea quod
probat vbi partem debiti soluat.

3 Per quæ, & alia multa, q̃ possunt in
per omnes hoc afferri, videtur primo nõ esse iustè
præsentim ordinatum ad titulum patrimonij eum per
Felyn. qui dixit se habere titulum patrimonij
4 nu. 11. sufficientem ad viuendum honestè,
fi. De offic. notabiliter ad illud erat insufficiẽs. Se-
cundò, quod defectus quinq; respectu viginti quinq; videtur esse notabilis, ar-
gumento eorũ, quæ notãtur[l] adiunctis
l In l. 2. C. eis, q̃ S. Th. dixit,[m] & alij Theologi[n] &
de rescind. nos tradidimus in Man. conf.[o] quod de
vend. & ne cipiens alium in contractu emptionis,
C. eum qui ét citra dimidium iusti precij, tenetur
ff. de rep. ad restitutionem, si decipit eum notabi-
liter, seu in parte notabili. Tertio, q̃
m In 2. dubitari posset, an qui ordinatur cum
n In 4. dimissorijs sui Epi habitis cũ hmõi falsa
15. informatione, videatur incurrere suspẽ-
o Cap. 25. sionem inductam per Pium II. contra
nu. 84. eos, qui se faciunt ordinare sine literis dimissorijs. Nã pro parte negante facit,
p L. & fi. quod is habet veras literas dimissorias,
C. si. licet subreptitiè impetratas. Pro parte
glo. C. si. aũt affirmante facit, q̃ médax precator
tra tus. debet carere impetratis,[p] & oĩ cómodo literarũ.[q] Pro hac eadẽ parte facit
vtil. pau. cap. [per tuas.][r] quatenus probat
q C. super quod is, qui ordinatus fuit cum titulo
r 3. de si. promisso, ei ab aliquo, facto clam pacto
mo. de non petendo illo, iudicatur male or-
dinatus: cuius rationem ait esse glossa
s In verb. eius,[s] quia subreptitiè ordinem acce-
munus. pit. Quarto, q̃ si non deficeret titulo
t Arg. hoc ad sufficientiam, nisi parum, siue quanti
cum cap. ex tas quæ non esset notabilis, arbitrio bo
ni viri iudicari posset bene ordinatus,
vera. de cri. & aliorum iurium, quæ probant de mo
fect. dist. 3. dico non esse curandum. Salua, &c.
et l. Sed si de resti. in fi.

SVMMARIVM.

Ordinatus ad titulum parochialis ame ata 1
tem obtenta suspensus non est.
Subreptio non omnis sicut Papæ, sta & ora- 1
dinarij gratias utitur.
Beneficium curatum malè adeptus, eo di. 2
missso, aliud sibi quærere potest sed tenetur fructus perceptos restituere.

CONSILIVM XXIV.

ANnqui ante legitimam ætatem obtinuit ecclesiam parochialem, & post eam adeptam fuit ordinatus ad ordines sacros ad titulum eius, incurrat suspensionem Extrauagantis [cum ex sacrorum.] Pij Secundi, quam referi-
a C.27.nu. mus in Man. consil.[a]
me. 105. Respondeo primo, quod acceptatio
b Ca. cum præfatæ Ecclesiæ, & fructuũ ex ea per-
in cunctis, ceptio inducit quidem peccatum,[b] sed
§. fi. de ele. non suspensionem, neque irregularita-
tẽ: quia id nullo iure cauetur, & ita non
c C. legatur est dicendum.[c]
24. q.2. & 1 Secũdò, q̃ nec per ordinum assum-
l. si donatio ptionem in legitima ætate videtur in-
me C. de col currisse suspensionẽ, nec consequenter
lat. irregularitatẽ per eius violationem. Tũ
quia non suscepit ante legitimam ætatẽ nec extra tpa iuris, nec sine literis dimissorijs: quia suscepit eos à suo ordinario, vel cum literis dimissorijs ab eo datis: esto quod fortè non dedisset eas ille, si sciuisset. Ecclesiam præfatam fuisse sibi collatam ante legitimam ætatẽ: quia
d Clem. 2. de offi. ord. gratias ordinarij non facit nullas omnis subreptio, sicut gratias Papæ.[d]
2 Tertiò, quòd iure communi potest consulens accipere aliam Ecclesiam, omissa ea, quã habet, sed tenebitur restituere fructus malè perceptos, nisi prius à Papa sibi condonentur ob paupertatem, vel aliam iustam causam, quod faciat quoad forum conscientiæ tantum, si petierit a summo Pœnitentiario, vt quo ad illud forum absoluat eum à censuris, & irregularitate, si quas ob prædicta incurrit, cum retentione beneficij.

SVMMARIVM.

1 *Verba in proprio significatu accipienda.*
1 *Dictio taxatiua quid operetur. & nu. 6.*
2 *Dictio taxatiua similia non excludit.*
3 *Verborum intelligentia à causis dicendi sumenda.*
4 *Causa dispositionis finali etiam alio tempore impleta impletur dispositio.*
5 *Dispositio exorbitans ab ẽno ad alia eidem a iure æquiparata extenditur.*

CONSILIVN XXV.

EPiscopus dedit literas dimissorias cuidam Nicolao, vt à quocunque vellet Episcopo ordines assumeret, etiã extra tempora iuris, si Papa id sibi concederet, etiam si totum negotium sibi Papa remitteret. Papa vero concessit, vt possit ordinari extra tempora ab ordinario tantum. Quæritur an possit ordinari ab alio, quàm ab ordinario.

1 Rñdeo primò, pro parte negante facere, qd à propria significatione verborum non est discedendum regulariter,[e] & quod verba illa, [ñ ab ordinario,] si
e L. non ali gnificant, quod non ordinetur ab alio,
ter. ff. de le. dictio. n. exclusiua exponitur per affir-
3. ca. ad aũ matiuã, cui adijcitur, & negatiuam alio
diẽtiam. de rum: nam vt omnes Logici docent, illa
decim. propositio. [Petrus tantum currit, Jex
f C. cum ec ponitur per illa duo [Petrus currit, &
clesia Sutr. Nullus alius, quàm Petrus currit.[f]
de cau. pos. 2 Hoc tñ non obstante contrariũ est
& proprie. verius. Primo, quod dictio taxatiua nõ
et l. Gallus. excludit similia, in quibus est eadem ra-
§. et quid si tio, vt est casus in l. fi. § adiũcta gl.[h] quę
tantũ. ff. de expresse habet, donationem tãtum mo-
lib. et posth. do posse reuocari, ex quinq; casibus ibi
g C. de reuo dem expositis: & tñ gl. addit unum aliũ
can. dona. ex similitudine rationis. & authen. [vt
h verb. & eo cum.][i] habet ob solas 14. causas posse
luerit. filium exhæredari à patre: attamen Gu-
i De appel. lielmus & cõis sententia, quam late tra-
cog. §. aliud ctat, & affirmat Iason,[k] tenent, quod si
quoque ca. lius potest exhęredari ob causam æque
k In auth. grauem, aut grauiorem. quam sunt illę
non licet, 14. expressæ,[l] & relatæ per glossam.[m]
C. de libet 3 Secundo, qđ, vt Hilarius, ait, [Intel-
præt. vel ex ligentia dictorũ ex causis est assumẽda
hære. dicẽdi.][n] At causa quare papa limitauit
l In d. §. aliud. suam gratiam, ut impetrans ab ordina-
m In capit. rio tantum ordinaretur, fuit, ne ordina-
Quintauall. rio præiudicaret, & sic derogaret Cõci-
lijs, de iure- lio Trid. quod[o] statuit, ut ordines à p-
iur. prijs Episcopis assumerentur. At nihil
n C. intelli. præiudicatur Episcopo consentienti, ut
gentia de ab alio ordinetur arg. c. [scienti & con-
uerb. sig. sentienti non fit iniuria, neq; dolus,][p]
o In c. 8. ses. neq; Cõcilio, cum expresse permittat,
23. de refo. ut per rescriptũ possit quis promoueri
p De reg. ab altero Episcopo, dũmodo probitas
iu. lib. 6. & mo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

& mores eius à suo Episcopo commendentur.

4 Tertiò, quod si post præfatam licentiam impetratam à Papa assumendi ordines à suo ordinario tantum, ipse consensisset, & dedisset præfatas literas dimissorias, nemo negaret posse ipsum ab alio Episcopo promoueri: at nõ refert an ordinarius prius dederit dimissorias cum conditione, si Papa dederit licentiam vel post eam datam, cum in vtroque casu impleatur causa finalis, propter quam Papa posuit illam limitationem, vt dictum est in arg. antecedenti, Ergo D. consulens perinde potest ordinari cum dimissoria concessa ante præfatam licentiam, ac cum concessa post eam; præsertim quod expresè in id cõsenserit, dicendo, quod placet ei, vt ordinetur à quo maluerit Episcopo extra tempora, habita licentia à Papa, etiam si sua sanctitas totum negotium remiserit ad eum. Et de æquipollentibus idem est iudicandum, nec refert quod illorum fiat. [a]

a Leg. fi. ff. man. c. licet ex quadã de testibus.

5 Quarto, quod dispositio etiã exorbitans loquens in vno casu, habet locũ in alio sibi iure æquiparato, iuxta glossam solemnem; quæ habet multas similes receptas. [b] At ordinari quem ab ordinario suo vel ab alio cum dimissorijs vel de licentia eius, æquiparantur in iure, [c] & ab ipsomet Concilio Tridentino: [d] ergo licentia Papæ, vt quis possit extra tempora ordinari à suo tantum ordinario, intelligenda est, vel ab alio de licentia, & cum dimissorijs eius.

b In c. si post quã de ele. lib. 6.

c C. Lugdunensis. 9. q. 31. & c. 1. et 2. de tẽp. ord. lits cũ sibi concor.

6 Ad oppositum respondetur, assumptum in eo esse verum de rigore verborum logico, quando aliunde non appareret de intentione & mente utentis taxatiuè. At nos loquimur de significatione verborum accipienda secundum iustitiam & æquitatem & canonũ & legum, secundum quam frequenter subaudimus tantum & frequenter limitamus illud, subandimus enim illo [Scindite corda vestra, & nõ vestimenta vestra,] dictionem, [tantum,] secundum communem intellectum, [e] & glossam [f] in illo dicto S. Hieronymi. [Non ore, sed corde cantandum:] addit dictionem, [tantum] verbo, [ore.] & è contra l. [cum in testamento.] [g] habet, hæredem iussum à testatore, vt centum dum taxat impendat eius sepulturæ, nõ peccare, nec malè facere, si plus impẽdat, absque alterius præiudicio, sed solum si minus impendat & l. [cum prætor.] [h] & capit. [qualis.] [i] quæ habent. [eum qui de uno dicit, de alio negare,] in tel [k] ligenda sunt de alio dissimili, vt singula glossa notabilis. [l] Et in casu proposito in verba illa, [tantum ab ordinario] intelligenda sunt, vel ab alio de consensu & approbatione eius: quia illa duo sunt omni modo quo ad propositũ similia, & æquipollentia, & iure communi æqui parata, per præfata cap. 1. & 2. [m] & multa similia. Salua, &c.

e In c. scindite & in c. conuertimini, de pœnis. dist. 1.

f In c. cantantes. 92. dist. 2. ff. de uerb. sign.

ff. de iud. & c. 25. dist. l. In c. si ab absent. de præb. lib. 6. m & mul. ord. lib. 6.

SVMMARIVM.

Dimissorias ad ordines det vicarius Episcopi seu Episcopus originis, beneficij, vel domicilij: religionis autem eorum prælati. 1

Suspensus est qui sine legitimis dimissorijs ordinem sacrum ab alieno suscepit: & si illo utatur, prout facit qui ascendit ad presbyteratũ efficitur irregularis. nu. 2. 1 2

Minister in susceptis, qui ab uno ordine sacro ascendit ad alium, immo & accipiendo presbyteratum in eodem ministrat, dum cum Episcopo simul conferat. 2

Episcopus dispensat super irregularitatibus incursis ex mala ordinum assumptione, & ministratione, si ex occultis delictis processerunt. 3

Occulta uix dici potest irregularitas procedens ex dimissorijs nulliter concessis ab eo qui non potest dare, eo quod defectus pateat ex lectura ipsarum: Vnde non à Pœnitentiario, sed à Datario in utroque foro quærere debet dispensationem. 3

CONSILIVM XXVI.

QVidam clericus dimissorias, vt à quocunq; Antistite ad omnes sacros ordines promoueri posset, à quodam pro Legato cõstituto Vicario obtinuit: & postea à diuersis Episcopis sacros ordines cum dictis dimissorijs accepit. Dubitat, an pœnas incurrerit, & an per Episcopũ, seu Pœnitentiariam, dispensationem sufficiat impetrare. Magis

1 Magis est, vt D. consulens incurrerit suspensionem, eo quòd susceperit ordines sacros absq; literis dimissorijs legitimis per Extrauagantem Pij II. quæ incipit, [cum ex sacrorum,] non enim fuerunt legitimæ literæ illæ dimissorię, quas dedit ei Vicarius præfatus Anconitanus, cum nõ esset Episcopus, nec Vicarius Episcopi originis, nec beneficij, nec domicilij, nec prælati, in cuius manib. cõsulens regulare fecit professionẽ, prout requiritur c. [cũ nullus.] [a]

a De temp. ord. lib. 6.

2 Secundò respõdeo, quòd etiam est irregularis: quoniam vsus est ordinib. sacris, durante suspensione, per eandem Extrauagantem. [b]

b Et c. 1. de reiud. li. 6. c. 1. de sent. excom. eod. lib. cum est dubitatio.

Tertiò, quòd etiã est irregularis, ex eo quòd posteaquam fuit suspensus ex assumptione mala primi ordinis sacri, siue subdiaconatus, ante absolutionem assumpsit alios duos ordines sacros, diaconatum scilicet, & presbyteratum, præsertim qđ in susceptione presbyteratus etiam cum Episcopo consecrauit.

3 Quartò, quòd Episcopus bene posset super his irregularitatibus dispensare, si ex occulto delicto essent natę, per Concilium Tridentinum.

Quintò, quòd difficile est asserere pẽfatas irregularitates ex occulto delicto esse natas. Tum quia ordinationes fuerunt publicè in publicam formam relatæ. Tum quia ille, quo vsus fuit ordine subdiaconatus, videtur fuisse publicus. Tum quia per literas ipsas trium ordinum, quæ sunt tria publica instrumenta, coniungendo cum literis dimissorijs illegitimis, probatur consulentem suscepisse duos ordines sacros posteriores posteaquam fuit suspensus per assumptionem primi sacri.

Sextò, hæc consequi quod D. consulens debet impetrare dispensationem Romæ, antequam redeat in patriam, & quod non videtur sufficere sibi dispensatio sacræ Pœnitẽtiariæ, quæ non prodest nisi quo ad forum conscientiæ, sed oportet eum impetrare per Datariũ, vt prosit quo ad vtrumque forum, porrecta idonea petitione, quam ego polliceor dictare, si non fuerit præsto alius, qui eam aptius agat. Salua, &c.

[Aduertendũ referri Congregationem censuisse, regulares, qui volunt ab alieno ordinari debere obtinere dimissorias, ẽt à diœcesano, si in diœcesi commoratur, & vide infra Consilium 36.

SVMMARIVM.

Commendatitias literas dans de vita, & moribus, non dicitur dare dimissorias ad ordines, & num. 3. 1

Capitulum sede vacante infra annum reuerendas non dat. 1

Legatus reuerendas quidem dare potest etiam sede vacante. sed non derogare sacro Concilio, nu. 2. 2

Ordinari potest nemo ab alieno sine ordinarij testimonio, qualis non est Capitulum intra annum sede vacante. 2

Capitulum testimonium idoneitatis dans ordinando intra annum sede vacante non suspenditur. 3

Error iuris obscuri excusat à mortifero, durante errore, nu. 4. 3

Iurisconsultum iurisconsulti errore excusari posse dixit Iason. 4

Ordinatus male sibi consulit accipiendo ratificationem ordinis. 5

Ordinatus minoribus ab alieno sine dimissorijs, licet sit malè ordinatus, censuram non incurrit. 5

Pensio collata ei qui malè ab alieno accipit primã tõsuram, tenet, secundũ auctorẽ. 5

CONSILIVM XXVII.

ECclesia Burgensi vacante, & durante anno, quo prohibetur Capitulo dare dimissorias ad ordines, Legatus Hispaniæ dedit illas N. adhuc puero, vt posset ordinari ab aliquo Antistite, cũ testimonio idoneitatis à prouisore Burgẽsi accepto, & d. N. accepit à quodam Episcopo celebrante ordines in eadem ecclesia vacante primam tonsuram, & postea fuit illi assignata quædam pẽsio. Quæritur quid iuris?

1 Respondeo primò, q. pro Capitulo, & prouisoribus facit, qđ ipsi non dederunt literas dimissorias, quas [reuerendas, vocant] quasq; prohibebatur Capitulum dare per [c] Concilium Tridẽti num: sed solũ literas testimoniales idoneitatis ipsius N. qui volebat ordinari, quæ non sufficiebãt ad hoc, vt ordinari posset ab Epo alieno, etiamsi Capitulũ,

c C. 10. sess. 33.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& prouisores habuissent potestatem dãdi dimissorias, vt palam est, non enim dederunt licentiam, & facultatem ordinem accipiendi ab alieno Episcopo.

2 Secundo, q̃ pro ordinato & ordinante facit, quod Legatus potuit dare reuerendas, & dedit eas accedente testimonio idoneitatis ordinarij, vel prouisoris N. quod testimonium accessit, seu datum fuit, vt requirebatur.

Tertiò, q̃ contra ordinatum, & ordinantem facit, quod in Concilio Tridentino [a] statuitur, nõ posse quem iustè ordinari virtute alicuius rescripti, nisi eius probitas, & mores ordinarij sui testimonio commendentur. At in casu proposito non interuenit testimoniũ ordinarij. Nec prodest ei dicere, q̃ illud testimonium erat testimonium ordinarij: quia non erat testimonium ordinarij quo ad id, ad quod requirebat Legatus, cuius mens fuit seruare mentem Cõcilij, quæ fuit ne quis absq; consensu ordinarij ordinaretur, vt clarè colligitur ex eodem, [b] sed & expressè [c] statuitur, ne Capitulũ sede vacante det dimissorias, ne reputaretur quo ad hoc intra annũ ordinatus. Neq; etiam iuuat dicere, q̃ forte Legatus sciebat ecclesiam Burgẽsem vacare: quia Legatus non potuit derogare Concilio Tridentino iuxta glossam singularem & receptam [d].

3 Quartò, q̃ ex his infertur Capitulum, & prouisores nullas incurrisse censuras, eo q̃ non dederunt literas dimissorias, neq; aliud quicquam fecerunt, quod eis fuerit prohibitum per præfatum Concilium, neque per alia iura.

Quintò, q̃ neque ordinatus videtur peccasse: quia error iuris obscuri excusat à peccato mortifero, iuxta singulare dictum Innocẽtij, [e] quem cum alijs multis refert, & sequitur Felynus: alia multa ad hoc adducendo [f] præsertim pueri. argu. notatorum in c. [ignorantia,] [g] & eorum quæ gloss. illius citat.

4 Sextò, q̃ maius dubium est de ordinante, qui est vir doctissimus: & rerum Curię peritissimus: quamuis Iason alicubi dicat Iurisconsultum egregium Iurisconsulti errore excusari posse.

Septimò, q̃ licet puer ille non peccasset, donec in eo iuris errore mansit saltem quo ad forũ conscientiæ, postea quam rescuit, vt teneri ad non perseuerandum in illo, vel ratificãdum id quod per illum errorem non fuit rectè factũ, per multa quæ possent in hoc adduci.

5 Octauò, quòd satisfaceret, si ab Episcopo vel Archiepiscopo nouo, vel à Papa obtineret ratificationem illius ordinationis. [h]

Nonò, q̃ collatio pensionis facta illi post clericatum sic susceptum valuit: quia etiam si peccasset in sic suscipiẽdo tonsuram, nullam tamen iuris censurã ipso iure videtur incurrisse, [i] & q̃ ex-trauagans Pij II. quæ suspendit ordinatos sine dimissorijs, solum includit ordinatos ad sacros ordines, & non ordinatos ad minores, qui licet suspẽdi possint per iudicem, non tñ sunt ipso iure suspensi, per præfata cap. [k] Salua, &c.

[Aduertat, referri in praxi obtentũ contrarium eius, quod habet sub nu. 5. & c. vol. compi.

SVMMARIVM.

Ordinatus minoribus ordinibus de licentia Capituli sede vacante intra annum potest habere beneficium, antequam priuetur clericali priuilegio. 1

Verba futuri temporis pœnam ipso iure non infligunt. 1

CONSILIVM XXVII.

COncilium Tridentinum [l] habet, ordinatum ad minores ordines de licentia Capituli sede vacante, nullo priuilegio gaudere debere. Quæritur an possit habere beneficium.

1 Respondeo, q̃ primo aspectu videtur quòd non, per cap. [ex literis.] [m] cap. 2. [n] quæ probant, priuilegium clerici esse, vt sit capax beneficij Ecclesiastici: quamuis videtur q̃ non perdit ipso iure hoc priuilegiũ, sed debeat perdere illud per sententiam, vel per exceptionem: quia verbum [gaudeat] est futuri temporis, per cuius verba non infligitur ipso iure pœna, iuxta glossam in solemnem & receptam. [o] Salua, &c.

SVMMARIVM.

Ordines minores ab alieno sine dimissorijs accipiens, peccat peccatum, quod sola contritione deletur, & licet mereatur suspendi, tamen hanc pœnam potest Episcopus remittere: & si imponat, et non nocebit quo ad præterita, nu. 5. at suspẽsionem ipso iure non incurrit, nu. 1. Secus si ei conferatur beneficium, tenet collatio, nu. 2. nisi sit vltramontanus ab Italo ordinatus, nu. 1. & 2. 1

Gratia sola signaturæ Gallis quo ad vtrũque forum prodest, alijs quo ad solum forum conscientiæ: nisi agatur de collatione beneficij obtenta à Papa, nu. 4. 1

Beneficia à sede Apostolica collata amittuntur, nisi intra certum tempus literæ expediantur: & Gallis sola supplicatio signata sufficit, num. 3. 1

CONSILIVM XXIX.

AN ordinatus minoribus ab Episcopo alieno sine literis dimissorijs sui, & post assecutus beneficium, qui postea obtinuit à Papa absolutionem mę ordinationis, & nouam prouisionem beneficij per solam signaturam, possit ascendere ad superiores ordines ante literarum expeditionem?

Respondeo primò, quòd hęc petitio non pertinet ad Illustrissimum Dominum Pœnitentiarium, neq; ad eius prętorium; quia nec absolutionem neque dispensationem, neque vllam habilitationem petit, sed tantum quæstionem extrariam.

1 Secundò, quòd consulens si non est Vltramontanus, & ordinatus in Italia, non habuit necessitatem absolutionis à cẽsuris, neque ab irregularitate: quia licet ordinatus ab alieno ordine sacro ipso iure incurrat suspensionem, & si durante illa celebrat, irregularitatem, per extrauagantem Pij II. quæ incipit [eum ex sacrorum:] ordinatus tamen minoribus non incurrit ipso iure tale suspensionem, licet mereatur suspendi iuxta iura, [a] & tradit Archidiaconus [b] & Antoninus post Hostiẽsem, & Ioannes Andręas, [c] & ante illam glossa communiter recepta, [c] & ante illam Archidiaconus [d] & vbi ipse & prædictus Antoninus [e] & Philippus Frãcus [f] respondẽt cap. 1. & 1. 9. q. 2. & alijs, quæ contrarium significant: sed non, vt ipsi declarant [g] & glossa cum communi probant talem esse suspensum, si non est Vltramontanus, & ordinatus in Italia: quia si esset talis, esset suspensus etiam quo ad alios, & suspensione inducente irregularitatem, per cap. 1. [i] cuius tamen dispositio non esset extendenda ad alios casus, quod affirmat eius glossa communiter recepta per iura in ea citata & rationes efficaces.

2 Tertiò, quòd si non fuit ipso iure suspensus quo ad alios, & suspensione inducente irregularitatem, vt non indiguit absolutione, ita non indiguit noua collatione beneficiorũ à Papa sibi postea facta: quia valuit collatio prior & ita cessaret alia quæstio grauior, quę in propositione quęst. implicatur.

Quartò, quòd si erat suspensus prædicta suspensione Vltramontani in Italia ordinati, & consequenter suspensus prædicta suspensione quo ad alios, indiguit absolutione, & noua collatione.

3 Et quo ad quæstionem implicatam an sufficiat signatura ad ascendendum ad ordines superiores, respondeꝫ, quòd si consulens est Gallus, sufficit ei signatura: quia in Gallia sufficit signatura: quoniam seruat ius antiquum, secundum quod gratia sine literarum expeditione valet, iuxta clem. [dudum.] [k] & alia citata per Felynum, & Decium in trib. de constit.

Quintò, quòd absolutio præfata valebit obtenta à Papa ei sine literarum expeditione quo ad forum conscientię, etiam si non sit Gallus, vt satis sentit glossa [l] quamuis non quo ad forum exterius, in quo requiritur probatio, quæ sine literis expeditis non fit, per ea multa quæ adducit Gomezius. [m]

4 Sextò, quòd idem posset dici de noua collatione beneficiorum, nisi obstaret quædam Extrauagans Iulij II. per quam perditur ius quæsitum per suppli cationem, nisi literæ intra certum tempus expediantur: ad quam, quia non est nota omnibus, nec vidi eam typis excusam, me remitto.

Nõ obstat prædictis, quod prædictus orator potest suspendi suspensione prędicta quo ad alios, quę est vera censura per prædicta. [n]

5 Tum quia suspensio, quæ nunc fieret, non nocet quo ad præterita, nec

Universidad de Deusto
Biblioteca

retrotrahitur. [a] Tum quia Episcopus poterit dispensare super illa pœna per sententiam imponenda, vt habetur in d. cap. [Lugdunensis,] & ibi Archidiaconus communiter receptus id annotauit: & consequenter obtenta illa venia siue dispensatione super pœna merita, sed non ipso iure incursa, saltus manebit ab omnibus malis, quæ consequebantur illam iniustam ordinationem etiam quo ad forum exterius: sicut & quo ad forum interius manfit liber à peccato, quod admisit in sumendo minores ordines inordinatè, per primam contritionem & confessionem, qua se illius accusauit.

[a] *Arg. c.2. & fin. de const.*

[Rota tamen reputat huiusmodi ordinatum prima tonsura, siue minoribus, inhabilem ad obtinenda beneficia, ac pensiones, prouisionesque eis facta non subsistere].

SVMMARIVM.

1 *Suspensus non est ex hoc quis, quòd minoribus à non suo initiatus fuerit, nisi eos acceperit in excommunicatione, & numero 3.*

2 *Peccat vtens minoribus male susceptis ante dispensationem.*

3 *Pœnitentiarius maior potest in foro conscientiæ tantum ratum habere ordinem ab alieno acceptum cum falsis dimissoriis, & ita si falsitas credatur adeo occulta, vt non sit timenda controuersia in foro exteriori, potest ab eo petr.*

CONSILIVM XXX.

AN ordinatus ad minores per dimissorias falsas, sit ipso iure suspensus?

1 Respondeo primò, quòd huiusmodi ordinatus grauiter, & mortifere peccauit, nec absque peccato vti potest ordinibus sic susceptis, donec ratificetur ordinatio per proprium Episcopum: quia eos suscepit ab Episcopo non suo sine literis iustis dimissorijs. [b]

2 Secundò, quod licet vtendo illis ordinibus peccet, non tamen fit irregularis, vt tenet glossa recepta [c] quia nō videtur ipso iure suspensus illa saltem suspensione, cuius transgressio inducit irregularitatem, [d] in quod optime fa. cit extrauagans [cum ex sacrum.] Pij II. relata & declarata à nobis in re. petitione cap. accepta. [e] quatenus habet ordinatos ad sacros ordines sine literis dimissorijs incurrere suspensionem illam, cuius transgressio inducit irregularitatem, significando à contrario sensu ordinatos minoribus non incurrere illam.

[b] *Per ca.1. et c.nullus, de tẽp. ord. lib. 6. & c. Lugdunensis 9.q.2.*
[c] *C.eos, de tẽp.ord.lib. 6.verb. statuant.*
[d] *Arg.c.1. de tẽp. ord. d De temp. ord.*
[e] *Eo.tit.li.6.*

3 Tertiò respondeo, quòd prædicta intelligenda sunt, nisi alia maior culpa interuenerit, puta quod ob falsitatem prædictam incurrerit excommunicationem ipso iure per aliquam constitutionem synodalem: nam iure communi non incurrit illam: vel quod ordinator tulerit excommunicationem ipso iure incurrendam contra eos, qui peterent à se ordinari sine licentia legitima, vel sine iusta ætate, quod aliquando factum esse audiuimus. Nam tunc respondendum esset de illo, id quod responderi deberet de ordinato cum licentia legitima, sed aliàs excommunicato, qualis incurrit irregularitatem. [f]

[f] *Iuxta c. de cler. excom. ca. 11.q.3.*

Quartò respondeo, quòd D. consulens posset petere à summo Pœnitentiario, vt habeat ratam quo ad forum conscientiæ tantum prædictam suam ordinationem, si falsitatem credit adeo esse secretam, quòd non timet vllam de illa quæstionem sibi futuram in foro exteriori, vt exoneretur onere petendi ratificationem à suo ordinario. Salua, &c.

SVMMARIVM.

Ordinatus sine licentia minoribus, etiam Vltramontanus ab Italo non est suspensus, nec priuatus beneficijs possea, nec anteà obtentis, licet possit suspendi, n.5. 1

Dispositio exorbitans, & pœnalis restringenda, & 4. 2

Causa dispositionis, quæ ponitur in proœmio, censetur finalis. 3

Ordinatus malè sacris suspendit extrauagans Pij II. secus si solum minoribus. 4

Ratihabitio ordinarij in male ordinatis operatur, vt beneficium male obtẽtum possit de nouo conferri. num. 6. 5

CON-

CONSILIVM XXXI.

HIspanus Hispalensis laicus ordinatus sine dimissorijs in Italia ab Episcopo Italo, obtinuit beneficium vnum. Quæritur an sit suspensus ipso iure, & priuatus illo beneficio.

1 Respondeo primo, glossam [a] tenere, q̃ sic, duplici ratione. Altera, quòd eadem ratio videtur esse in laico ordinato à non suo Episcopo, & in clerico ordinato etiam à non suo Episcopo. Altera, quod præfatum cap. 1. faciendo punctum post verbum [Vltramontanum,] videtur soluere argumentum ex illo desumptum contra eam: quam sequuntur etiam ibi Ioannes Andreas, Dominicus, & Francus.

[a] *C.1.verb. clericũ, de tempo.ordi. lib.6.*

Sed profecto contrarium videtur verius, quod grauissimè tenuit ibidem Archidiaconus, & etiã Ioannes Monachus & satis sentit Ancharanus, & firmat ẽt Petrus Rebuffius [b] qđ esset tenendum, etiamsi nemo id tenuisset. Tum quia est casus expressus [c] quod ordinatus ab alieno Episcopo nō caret ipso iure executione ordinis, sed est interdicēda ei. Tum quia cap. [vel non est compos.] [d] idem statuit de ordinato ante legitimā ætatem. Tum quia cap. 1. [e] cui innititur glossa præfata, probat contrarium, quatenus loquitur de ordinante clericum ad sacros ordines, & de clerico ordinato ad illos, significãdo aliud de ordinante laicum, & de laico ordinato ad clericatum. [f] Tum quia est exorbitans à iure regulari, & ita debet restringi ad terminos, quibus vtitur. [g]

[b] *In Praxi benefi. titu. de cler. ad sacros ord. mal. promo. nu.3.*
[c] *In c.quod trãslationẽ, de tẽp. ord. d De temp. ord.*
[d] *Eo.tit.li.6.*
[e] *Arg.c.nõne, de præsumpt. & l. cũ prætor, ff. de iud.*
[f] *In d.cap. quod transfer. lationem.*
[g] *Ca.quæ à iure, de reg.iur.li.6. & §. pœnæ, de pœnitẽt. dist.1.*

2 Tum quia est pœnalis, & ita restringenda. [h] & cum loquitur de ordinante clericum, & de ordinato clerico ad sacerum, non debet extendi ad ordinãtem laicum, & ad laicum ordinatum ad clericatum: imò probat contrarium, eo quòd [qui de vno dicit, de alio negare videtur,] [k] vt supra tactum est.

[h] *Ca.quæ à iure, de reg.iur.li.6.*
[k] *D.c.nonne.*

3 Tum quia causa illius cõstitutionis fuit, quia clerici extra suas terras in Italia ordinabantur ad sacros, vt habet proœmium illius, & non fuit causa impulsiua, vt significat Ioannes Andreas sed finalis: quia causa dispositionis, quæ ponitur in proœmio eius, censetur finalis, [l] & ita solum habet locum in ordinante clericum ad sacros ordines. Tum quia ridicula est ratio, qua mouentur Ioannes, & Dominicus scilicet, quod verbum, ordo, late sumptum significat etiam ordines minores: quia illa efficaciter tollitur per ipsum & Archidiaconum, & retorqueri potest contra eos, cum regulariter lex exorbitãs, & pœnalis non extendatur ad significata impropriè, & latè per eius verba.

[l] *L.fi.ff.de hared. inst.*

4 Tum quia non est eadē ratio de ordinato laico ad clericatum, & de clerico ad sacros, cum crimen hoc sit longe grauius illo, vt palam est, cumq; extrauagans Pij Secundi, [cum ex sacrorũ:] clarè significet hoc, statuendo, quod ordinati ad sacros sine dimissorijs, & ante ætatem, & extra tempora, suspenduntur ipso iure, & si celebrant, sunt irregulares: quæ tamen secundum omnes non habet locum in ordinato ad primam tõsuram, vel minores. Tum quia præfatum cap. 1. non potest sine violentia diuidi per appositionem puncti, quã glossa prætendit, vt palam est perpendenti. Tum denique quod ridiculosum est etiam id, quod notant ex illa glossa Dominicus & Francus, scilicet, q̃ quando per pũcti appositionem in vno vel alio loco potest extendi prohibitio pœnalis, debeat in dubio poni in eo loco, in quo positum ampliat dispositionem, cum contrarium sit verum, & receptũ post glossam, [m] per quod, & per rationem diuersitatis supra tactam soluuntur fundamenta glossæ.

[m] *In ca. in pœnis, de reg.iur.li.6.*

5 Secundo, quòd non est priuatus, neque priuandus ob hoc solum beneficijs ante vel post habitis, sed solum potest suspendi, & post illam suspensionem fieri inhabilis ad beneficia, & non antea, per ea quæ habentur in d.c. [quod translationem.] [n]

[n] *Et ca.vel non est com. pos.*

Tertiò, quòd is dominus consulens debet procurare per suos amicos, vt episcopus ordinarius habeat ratam præfatam ordinationem: quo habito remanebit habilis tam quo ad ordines alios suscipiendos, quam quo ad alia beneficia. [o]

[o] *C.Lugdunẽsis.9.q.2*

6 Quartò, q̃ absolutio, de qua insignatura, non videtur esse data per illam, sed iussum, vt committat ordinario, qđ faciat illam: & ita nō videretur illa q̃-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quã operari, donec ordinarius virtute cõmissionis sibi præsentatę absolueret.

Quintò, quòd ad maiorem cautelã potest cõsulens, habita ratificatione sui ordinarij, adire Episcopum, q̃ contulit illi beneficium, vt illud conferret ei denuo, si, & quatenus opus est. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Ordines minores ab alieno cum falsis dimissorijs accipiens peccat quidem grauiter sed nullam incurrit censuram, nullaque eget dispensatione, vt possit maiores cum iustis dimissorijs accipere, nu. 2. sufficitque ei coram Deo contritio, & absolutio sacramentalis. num. 3.*

CONSILIVM XXXII.

AN ordinatus per falsas dimissorias ad quatuor ordines minores, & postea per veras ad subdiaconatum, incurrat censuras, vel irregularitatem?

1 Per ea quæ nuper alio domino consulenti respõdimus, arbitramur primò hunc dominum consulentem ob præfatam promotionem ad minores ordines in nullam censuram, nec irregularitatẽ incidisse ipso iure, sed grauiter peccasse, ipsumq; suspendi, & puniri posse in foro exteriori.[a]

a Iuxta ca. vel non est compos, de temp. ord.

Secundo, quòd etiam arbitramur eũ non incurrisse ipso iure vllam cẽsuram per secundam promotionem, quia per legitimas dimissorias videtur fuisse ordinatus quo ad forum conscientiæ.

2 Tertio, quòd sine dispẽsatione quo ad forum interius per easdem dimissorias potest iustè promoueri ad alios sacros, si ad eos capiendos extẽduntur, & etiam quo ad forum exterius, si bono modo celari possit prior error sine mẽdacio, & periurio. An autem id sic celari possit, nec ne, quæstionis facti est, super quâ non cõsulitur iuriscõsultus.

3 Quarto credimus, eisdem rationibus, quibus supradicta fundari possunt, prædictum dominum consulentem nõ indigere dispensatione primi, nec secũdi Episcopi, sed solo secreto primi erroris, ne ob eum puniatur in foro exteriori, & ideo per canonicatus adeptionem, & nouam mutationem domicilij, faciliorem viam illi parari ad celãdum primum errorem, qui iam (vt opinor) celatus est quo ad Deum, & forum conscientiæ per contritionem, confessionem, & absolutionem sacramentalem.

SVMMARIVM.

Dimissorias falsas is, cui ignoranti vera tam concessæ erant, præsentans, dicitur quidem per falsas dimissorias, & cum peccato, sed non sine dimissorijs, maioribus ordinibus initiatus. Vnde licet peccauerit non tamen incidit in excommunicationem, nec suspensionem latam per extrauagantem Pij Secundi, nu. 3. quia nec in suscipiente sine illis minores habet locum, num. 2.

CONSILIVM XXXIII.

PRæsidens Romæ, petijt per epistolas ab Episcopo suo in Hispania morante literas dimissorias, q̃ fuerunt datæ mense Augusto, & P. ignorans eas fuisse datas, ante quam ad se peruenirent, fabricauit alias falsas, & virtute illarum ordinatus fuit ad quatuor minores mense Septembri. Quæritur, an sit malè ordinatus.

1 Respondetur primò, dominum consulentem peccasse mortaliter, primum in fabricando literas dimissorias falsas, animo vtendi eis ad decipiendum Episcopum, qui eum erat ordinibus insigniturus, deinde præsentando eas Episcopo, & accipiendo eos ab eo.

2 Secundo respondetur, quòd præfatus consulens nõ incurrit ipso iure excommunicationem, neque suspensionem, attento solo iure communi. Tum quia extrauagans Pij Secundi, qua suspenduntur ipso iure qui, absq; literis dimissorijs ordinantur ab alienis Episcopis, solum loquitur de ordinibus sacris, vt nos tradimus in Manu. confess.[b] quamuis etiam iure communi mereatur suspendi à iudice,[c] sed donec suspẽdatur per iudicem, non est suspensus.

b C. 25. nu. 70. & c. 27 nu. 155. & 241.

c Per c. nol non est ordin. de iure. por. de ordin.

Tertio, quòd ẽt posset defendi quod non esset suspensus, etiãsi Extrauagans haberet locum in minorib. ordinibus: quia præfatus cõsulens non est absq; literis dimissorijs veris ordinatus, quãuis non

non sit ordinatus virtute verarum dimissoriarum; quia aliud est ordinari quem virtute dimissoriarum, & aliud absque dimissorijs, & lex pœnalis loquens de altero eorum non debet ad alterum extendi. Tum quia à diuersis non fit illatio.[a] Tum quia lex pœnalis non habet locum extra suum casum,[b] ubi latè tradidimus procedere id, etiãsi eadem ratio idem in altero suaderet.

a L. Papinianus, ff. de minorib. b C. Ipæne, de pœnitẽ. dic. c.

SVMMARIVM.

1 *Reuocasse dimissorias concessas non censetur Episcopus ex eo quod postea dixerit ordinando ne ab alio ordinaretur, quia ipse volebat ordines tenere, & eum ordinare, & num. 3.*

2 *Patrimonium, ad cuius titulum quis ordinatur, licet debeat esse in immobilibus et non in mobilibus, non tamen ob id incurritur pœna, & numero 3.*

CONSILIVM XXXIV.

1 EXcellentissime Domine, obtinuit præsens orator à suo ordinario dimissorias, vt à quocunq; Episcopo communionem Sedis Apostolicæ habente ad subdiaconatus ordinem se promoueri facere posset, verum, quoniam in dictis dimissorijs nulla fiebat mentio tituli ad quem esset ordinandus, ob id pro supplemento eundem ordinarium adijt, qui oratori iussit responderi, ne ordines ab alio Episcopo acciperet, q̃a ipse in secundis proximis ordinationũ temporibus eas volebat tenere, & sic ipsemet oratorem ordinasset. Orator autem impatiens dilationis, quamprimũ cum dictis dimissorijs adijt quendam ordinarium, qui edoctus extra iudicialiter sicuti orator erat filius personæ diuitis, & qui habebat patrimonium, prout verè habebat, à patre in mobilibus, vtpote qui nulla immobilia possideret, constitutum; successiuè, aliàs tamen rite, oratori subdiaconatus ordinem simpliciter contulit.

2 Demum orator, tanquam subdiaconus, à prædicto suo ordinario obtinuit alias dimissorias, vt à quocunq; Antistite communionem Sedis Apostolicæ habente ad reliquos alios sacros ordines posset se facere promoueri: nescit aũt, an quando ordinarius concessit secũdo dictas dimissorias, meminerit p ipsum, vt præmittitur, respõsionis antea datæ, & credit, quòd non: & successiuè in vim secundarum dimissoriarum alios oẽs sacros ordines accepit, & ministrauit: Et quia ab aliquibus oratori iniectus fuit scrupulus, qd̃ inciderit in pœnas extrauagantis Pij II. quia sine legitima licentia sui ordinarij videtur ordinatus, quia licentia ipsa, vt præmittitur, fuit reuocata, ex doctrina D.V. in suo Man.[c] & ex textu[d] item quia per subreptionem vi detur ordinatus,[e] item quia ordinatus contra formam[f] Cõcilij Tridẽtini quo statuitur patrimonium debere cõstitui in rebus non alienabilibus, qualia non erant prædicta, ad quorum titulum fuit promotus, supplicat igitur, vt excellentia vestra vnico verbo dignet respõdere, an orator egeat aliqua dispẽsatione.

c In cap. 2. 3 D. consulentem
d 1 5 8 c. 27. nu.
e In ca. ad verbo secreto, de sim.
f In cap. 2. sess. 21.

3 Respondeo, nobis videri prædictum non egere aliqua dispẽsatione, curare autem debet, vt quamprimum dictus titulus bonorum mobilium conuertatur in bona immobilia ad mentem Concilij Tridentini.

SVMMARIVM.

Obsessus à dæmone, post liberationem accipere potest minores, maiores verò non, at antea acceptis potest vti, nu. 3.

Regularis contradicente prælato non promouendus.

CONSILIVM XXXV.

QVidam Monachus de licentia iusta minoribus initiatus, & à Capitulo nominatus fuerat cum alijs, vt posset ad sacros ordines ascendere: superior dictam nominationem cassauit, deinde subreptitiè de licentia prælati ad subdiaconatum fuit promotus, postmodum à dæmone fuit obsessus: sed sunt iam tres anni elapsi, quòd est liberatus. Quæritur an valeat ad maiores ascendere, & in susceptis de licentia superioris ministrare.

1 Respondeo primò, præfatum consulẽtem bene fuisse promotum ad quatuor minores, per glossam. Secundò,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd videtur male fuisse promotus ad subdiaconatum. Tum per illud cap. [clerici, & cap. maritum, eod. distinct.]

a C.1. de re for. sess. 14. Tum per Concilium Tridentinum [a] quatenus habet, religiosum non debere promoueri contradicente prælato: & prædictus consulens videtur fuisse promotus contra voluntatem sui prælati, qui primo cassauit denominationé eius, & postea inaduertenter, & subreptitiè admisit.

b D.33. dist. 2. Tum per cap. [communiter.] [b] cuius glossa per illum textum, & alios cõcludit inter omnes Doctores conuenire, quod arreptus vel obsessus a dæmone antequam ordinetur ad sacros ordines, non debet promoueri ad illos, etiam si conualesceret.

3 Licet super obsesso post ordinationem sint varij, & opinio mitior teneat posse vti post conualescentiam ordine ante illam arreptionem suscepto: & ita videtur præfatus consulens posse vti præfatis ordinibus minoribus, & etiam subdiaconatu, habita saltem absolutione à suspensione, sed ad ordines superiores non potest ascendere sine dispensatione Papæ. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius religiosorum est prælatus, seu superior eorum, & ad ordines suscipiendos dimissorias dat.*

1 *Prælatus exemptus iurisdictionem habet quasi episcopalem.*

CONSILIVM XXXVI.

c C.8. de re for. sess. 23. d Ca. cũ ab ecclesiarum prælatis, de offi. ord. l. fi. C. de iurisdict. om. iu. e Cle. 1. Ver bo proprij, de reb. eccl. non alienan. f De refor. præfatę sess. 23.

QVis sit ordinarius religiosorum ad dandas dimissorias literas ad ordines, de quo loquitur [c] Cõcilium Tridentinum?

1 Respondetur, q prælatus superior huiusmodi regularis est quo ad hoc ejus ordinarius. Tum quia verè est superior eius ordinarius, habens in eum iurisdictionem ordinariam. [d] Tum quia cum sit exemptus à iurisdictione episcopali, dicitur habere iurisdictionem quasi episcopalem, iuxta glossam solẽnem, & receptam. [e] Tum denique quod probat à contrario sensu, quod [f] Abbates exempti possunt dare literas dimissoriales ad ordines suscipiendos regularibus suis.

[Hoc tamen intelligendum, si prædicti religiosi habeant ad hoc priuilegium: alias enim ad Episcopum pertinet, vt supra Consilio 26.]

SVMMARIVM.

Ordinarius etsi presbyter, non tamen ob id prohibetur dare dimissorias. 1

Abbas dans dimissorias ad seculari etiam suo subdito est suspensus per annum ab officio, & beneficio. 1

Suspensus ab officio ministrans fit irregularis. 2

Suspensus à beneficio non facit fructus suos: percepto sque qui suam excedunt sustentationem, Ecclesia restituat. 2

CONSILIVM XXXVII.

AN Abbas, qui cum non esset presbyter, dedit literas dimissorias famulo suo sæculari ad assumendum ab alieno Episcopo ordines sacros, teneatur restituere fructus perceptos illo anno, & si famulus erat subditus iurisdictioni eius temporali, & Ecclesiasticæ, nõ tamẽ erat religiosus subditus eius.

1 Respondetur, quod ipse incidit in pœnã suspensionis ab officio vnius anni & à beneficio [g] iuxta Concilium Tridentinum, non quia nõ erat presbyter, sed quia, etiam si presbyter fuisset, nõ poterat dare literas dimissorias ad maiores ordines, vt definit d.c. 10. [h] eiusdẽ Cõcilij: quia is, cui dedit dimissorias, non erat regularis, sed sæcularis, licet esset sibi subiectus quo ad iurisdictionem & Ecclesiasticam, vt in casu proponitur.

2 Et quia nunc quæritur an teneatur restituere fructus, & cui, respondeo, q dominus consulens maiorem curã debuisset habere de alia quæstione, an sciens licet incurrerit irregularitatem. Et respondeo ad has tres quæstiones. Primo ad hãc superadditam, q ipse fuit factus irregularis, si durante illo anno suspensionis non abstinuit à diuinis, quia erat suspẽsus ab officio: & suspensus ab officio immiscens se diuinis fit irregularis: [i] Ad Secvndam respondeo, & ca. 1. de quòd tenetur restituere fructus pdicti sent. ex. anni

anni saltem illos, qui non fuerunt sibi necessarij ad vitam sustentandam, per ea quæ glossa, Panormitanus, & communis asserunt. [a]

a In c. pastoralis, §. Ad Tertiam, de rerum, de appell.

Ad Tertiam, quod restitutio illa fieri debuit Ecclesiæ, vt ibidem Panormitanus, & Decius, determinant. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus absoluere potest ab omni suspensione à iure lata, & Papæ non reseruata.*

2 *Episcopus approbando suum subditum ab alio ordinatum, non ratificat quod nomine suo non est actum, sed approbat quod in suam est factum iniuriam.*

CONSILIVM XXVIII.

AN Episcopus possit habere ratum, quod aliquis suorum clericorum citra illius licentiam, hoc est sine litteris dimissorijs fuerit ordinatus?

b In praxi benefic. tit. de formula litterarum dimissorialiũ, nu. 9.

Respondeo, q licet Petrus Rebuffus [b] tenuerit partem negantem, nobis tamen magis arridet contraria.

1 Tum quia est conformis communi resolutioni Innocentij, & aliorum [c] quæ habet, Episcopum posse absoluere ab omni suspensione à iure lata, & Papæ non reseruata, qualis est illa, de qua loquimur.

c In cap. si quorũdam. de soluto.

2 Tum quia proprius Episcopus non ratificat ordinem male assumptum ab alieno, illa ratificatione, qua quis potest habere ratum nomine suo gestum, & non gestum nomine alieno, iuxta regulam [ratum,] [d] vt parum cautè putauit Rebuffus: sed de approbatione, qua quis potest approbare factum ab alio in iniuriam suam, & qua auctoritate iuris potest absoluere ab aliqua censura, vel pœna, quam alius incurrit: de qua li approbatione loquuntur cap. [Lugdunensis.] [e] & Concilium Tridentinum, [f] & alia iura, quæ suspendunt aliquos male ordinatos, vsq; ad arbitrium proprij Episcopi, vel vsque ad voluntatem eius, de qua etiam loquimur in casu proposito.

d De regul. iur. lib. 6.

e 9. q. 2.

f Cap. 8. de refor. sess. 23.

SVMMARIVM.

Episcopus laicum alienum ordinare non potest. 1

Ordinis collatio ab alieno facta tenet, nec est repetenda. 2

Character Episcopo, vel psalmistæ nõ imprimitur secundum Theologos, licet secus secundum Canonistas tenentes hos etiam esse ordines. 2

Ordinatus prima tonsura ab alieno non incidit in censuram suspensionis, licet sit suspensus quo ad effectum, ne licitè possit eo uti. 3

Ordinatus ab alieno ad sacros, vel ante ata tem, hodie est suspensus. 3

CONSILIVM XXXIX.

AN Episcopus possit iustè ordinare laicum alterius diœcesis?

Secundo, an esto q nõ possit iustè id facere, si fecerit, ordinatus sit suspẽsus?

1 Ad Primam quæstionem respondeo quod non, § nam quicquid dicat Guido Papæ [g] prædicta duo cap. probant, quòd Episcopus non debet ordinare aliquem, qui sibi non subest ratione originis, beneficij, vel domicilij, cuius decisionis ratio est illa, quod Episcopus non habet iurisdictionem spiritualem, nisi in illis: quod etiam aliter confirmat Franciscus Marc. [i] Et resolu- 107.
endo illa, quę ipsi inuoluunt, addo primò, quod collatio ordinis, etiam ab alieno Episcopo facta, tenet: ita quod non debet repeti: quia tenendo cũ Canonistis, quod sunt noue ordines, per illam imprimitur character: & tenendo cum Theologis, quod non sunt nisi septem, & quod in prima tonsura, & Episcopatu non imprimitur character, sit tamen saltem benedictio, & deputatio consecratiua, quæ nõ debet repeti, nec potest tolli, nisi modis à iure expressis, iuxta ea, quæ de benedictione constitutiua rei sacræ diximus in cap. non liceat Papæ. [k]

g Per ca. 1. & 2. de ẽ po. ord. li. 6.

h In decist. 449. Del phinat.

i In decisio.

k 12. q. 2. §. 18. nu. 9.

3 Ad Secvndam respondeo, qnòd est suspensus ad effectum, quod non licet ei vti eo ordine, donec Papa, vel Episcopus suus ratificet: sed non est suspensus ad hoc, quod si utatur eo, incurrat

currat irregularitatem, vt Ioannes Andræas cum glossa, & communi videtur
a In d. c.2. resoluere, [a] quia quoad hoc non est su
b Cap.quod spensus ipso iure, sed suspendendus, [b] si
trãslatione. cut ordinatus antæ etatem, [c] quod est
de tẽp. ord. verum iure antiquo, etiam quoad ordi
c Cap. vel nes sacros: nouo tamen prodito per ex
non est.eod. trauagãtem [cum ex sacrorum.] Pij II.
tit. sic ordinatus ad sacros est suspensus ipso iure, ita vt celebrans ante absolutionem fiat irregularis. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia probabilis excusat a suspensione Episcopum ordinantem alienum subditum.*

CONSILIVM XL.

AN Episcopus ignoranter ordinans alienum parochianum sine licentia sui ordinarij sit suspensus?

1 Respondeo, q̃ non est suspensus, si probabiliter id ignorabat. tum per §. [notandum. [d]] & alia citata per eius
d 1.q.4. glossam, tum quia c. [eos.[e]] quod im-
e De temp. ordin.lib.6. ponit pœnam suspẽsionis ordinãti alienum parochianum sine licentia superioris, requirit vt id faciat scienter, vel affectata ignorantia.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictionem suam nemo extra territorium suum exercere potest, nisi sit volũtaria, vel de ordinarij, & partium consensu num.2.& 3.*
1 *Ordinare non potest Episcopus sibi non subditos sine licentia Episcopi ordinandorum, & loci in quo ordinantur.nu.3.*
2 *Intellectus cap.5. sess.6. Concilij Trident. & num.4.*

CONSILIVM XLI.

AN episcopus iustè possit in diœcesi alterius de licentia diœcesani ordinare alios clericos, quàm ei subditos, habentes literas dimissorias suorũ
f L. fin. de iurisd.omn. iud.ca.2.de const. lib.6. Episcoporum.

1 Pro parte negante facit primò, qđ nemo potest extra suũ territorium iurisdictionem suam exercere. [f] Secundò facit, quod Episcopus non valet ordinare sibi nõ subditos. [g] Tertiò, quod Cóc. Trident. [h] videtur hanc partem proba-
g Cap. de tempo. ordin.lib.6.
h Sess.23. de reform. re. Primò quidem, quatenus statuit, q̃ nullus Episcopus possit in aliena diœcesi ordinare aliquem, nisi de licentia Episcopi proprij. Secundo, quatenus habet, quod neq; de licentia sua alios, quã ei subditos.

Pro parte tamen affirmante, quæ tenenda est, facit primò, quòd potest quis iurisdictionem suam extra suum territorium exercere, vt beneficium conferre, iuxta glossam [i] & audire cõfessiones
i In ca. 2. de pœnitentium, & eos absoluere iuxta Ho
stiensem. [k] Secundo, quod Episcopus legatus ab alio Episcopo, vel a Capitulo
k In ca. 2. de pœnit. & rem. lo sede vacante, potest ordinare in diœcesi rogantis, & inuitantis, [l] quod & præ-
l Cap. penult. de cens. fatum Concilium exprimit.

2 Tertio, quod omnis iurisdictio etiã ficta, contentiosa põt exerceri in alieno territorio de consensu iudicis illius, & partium quas tangit, vt tenent Alexander Iason, & melius Decius [m] & in quæstione proposita præsupponitur, quod Episcopus diœcesis, & clerici ordinandi, dã
m Ale. Ia. & Dec. in l. fin. de iurisd. omn. iud. do literas dimissorias, consenserunt. et
n Cap. licet. go licet. Quarto, quod præfatus canon Conc. Trid. non loquitur de Episcopis ordinantibus in aliena diœcesi de licentia diœcesani, sed solùm de ordinare volentibus ratione priuilegiorũ, quæ habent a sede Apostolica ordinãdi extra suas diœceses: quales erant ante Concil. Trid. multi Episcopi titulares, & ordinabant vbicunq; volebant, sine Episcopi illius locis consensu: & ita non debet extendi ad eum, qui ordinat de consensu Episcopi diœcesis, & ordinandi. Tum quia exorbitat a iure cõi. Tum quia nõ est eadem ratio, sed longè diuersa: cum in altero casu nulli fiat præiudicium, in altero verò sic, & non solum Episcopo loci ordinationis, sed Reipub. per ordinationes indiscretè factas. Quartò, q̃ hoc iure communi obseruabatur ante Concilium Tridentinum, & videmus idem obseruari post illud: nã in omnibus Ecclesijs cathedralibus Hispaniæ vacantibus, post anni lapsum Capitulũ inuitat aliquem Episcopum titularem, vel vicinum, vt celebret ordines generales in sua Ecclesia vacante, & ille ordinat

dinat omnes, quos posset ordinare Episcopus proprius, ideſt subditos eius, & alios qui afferunt literas dimissorias suorum Episcoporũ. idem ẽt seruatur, qñ Episcopus proprius ob ægritudinẽ, absentiam, vel aliam causam non celebrat per se ordines generales, sed rogat alium Epm vicinum, vel titularem, vt eos pro eo celebret: ipse aũt subſtitutus ordinat omnes, quos subſtituẽs poterat ordinare, nempe suos subditos, & alios iustis literis dimissorijs munitos.

3 Non obstant opposita. Ad primum enim respondetur per primum, & ẽm, fundamenta pro hac nostra parte facta, scilicet concedendo, q̃ regulariter nemo potest exercere iurisdictionem suã extra territorium, sed quod fallit in iurisdictione voluntaria, & etiam in contentiosa, quando tam iudex territorij, quam partes quas tangit consentiunt, vt dictum est in tertio fundamento. Ad secundum, concedendo, quòd nemo debet regulariter ordinare alium, saltem non sibi subditum, in aliena diœcesi, sed quod fallit, qñ Episcopus proprius loci, & clericus ordinandus, & eius Episcopus consentiunt, vt in casu proposito.

4 Ad tertium rñdetur primo, quoad primam inductionẽ, quod Canon Concilij non loquitur de ordinante, de consensu Episcopi territorij, in quo ordinat, sed de alio, vt in 4. fundamento dictum est. Secundò, quoad secundam inductionẽ, respondetur, quod non vetat ordinari alios qui non subsunt Epo loci concedenti licentiam, si ẽt adsit licẽtia Epi illius, qui vult ordinari. Tertiò respondetur, quòd loquitur de volente ordinare ratione priuilegij, & non de volente ordinare de consensu ordinariorum, vt prędictum est. Quartò quòd mens, & sensus eius est dicere, quod nõ sufficiat licentia Episcopi loci: quod & nos fatemur: palam enim est, quod non põt ipse dare licentiam ordinandi subditos aliorum Episcoporum in sua diœcesi sine illorũ consensu, & licentia, nõ tñ negat, quod subſtitutus ab eo non possit ordinare vllos venientes cum licentia suorum superiorum, sicut & ipse met posset ordinare: & ita si concedit licentiam ordinandi generaliter in suo territorio, poterit ẽt ordinare alios rite dimissos a suis Episcopis: & si dederit licentiã particulariter ordinandi hunc, vel illum; hos vel illos habentes litteras dimissorias, poterit ordinare illos: quia nulli fit præiudicium. vt dicitur in quarto fundamento. Salua, &c.

SVMMARIVM.

Intellectus cap.1.sess.14. de reformatione Concil. Trident. 1
Occultum ob crimen clericus sæcularis nõ potest ab Episcopo impediri ab ordinum susceptione, secus in clerico regulari. 2
Occultum ob crimen etiam enorme non incurritur irregularitas, nisi ob homicidium, & alia in iure expressa crimina. 2

CONSILIVM XLII.

AN c.1. [a] Concilij comprẽhendat clericum sæcularem?
a Sess. 14. de reform.

1 Nos semper credimus præfatũ c.1. Concil. Trid. [b] intelligendum esse de religiosis, de quibus speciatim loquitur, & non generaliter de omnibus clericis ẽt sæcularibus. Tum per ea quæ supra diligenter scribuntur. Tum quod nullatenus videtur dicendum prædictũ c. [ex tenore] corrigi per c. [ad aures.] sed potius declarari per cap. vlt. [c]
b Sessio. 14. de reform.
c De temp. ordin.

2 Per quod, & alia dicimus in Manu. Confess. [d] per nullam enormitatem criminis occulti irregularitatem cõtrahi, nisi homicidij, vel aliorũ, de quibus exprimitur in iure, neq; posse impediri ab ordinum susceptione per Episcopum, si est clericus sæcularis, per d.c.vltimũ, & per c. [si tantũ. [e]] vbi est casus optimus. Salua emũctissima D.M. iubentis respondere censura mihi valde suspiciẽda. [Forte tamen sacra Congregatio censuit contrarium.
d Capi.27. nu.249.
e 6.q.2.

SVMMARIVM.

Notorius talis in vno loco, puta excommunicatus, concubinarius, est vbique talis, & sine peccato potest, vt talis alijs ignorantibus reuelari: nec Episcopus, etiam vbi hæc ignorantur, potest cum tali vti facultate capitu.6. sess.24. sacri Conc.num.4. 1

Infa-

2 Infamis, est in foro exteriori, qui iniustè tanquam fur fuit per sententiam iudicis fustigatus, seu ictibus fustium cæsus, at in foro conscientiæ secus, si sententia, & per consequens etiam fustigatio fuit iniusta: vnde vbi prædicta omnino ignorantur, potest ordines postea susceptos exercere. nu. 5. licet in foro exteriori posset puniri. nu. 3.

CONSILIVM XLIII.

QVæritur primò, an quod est notorium in aliquo loco, sit censendũ notorium vbique.

Secundo, an Ioannes, qui fuit cæsus virgis per sententiam iudicis, sit infamis, cum tamẽ sententia fuerit iniusta.

Tertio, an prædictus Ioannes, suscipiendo ordines, incurrerit aliquam cẽsuram, aut irregularitatem.

Quarto, an ordinarius possit cum illo dispensare virtute c. 6. Conc. Trid. [a] vbi conceditur facultas Episcopis dispensandi cum suis subditis in omni irregularitate proueniente ex delicto occulto, excepta ea quæ prouenit ex homicidio voluntario. *a Sess. 14.*

Quinto, an cum prædictus Ioannes, sit modo in patria a dicto loco distãtissimo, vbi nullus scit ipsum fuisse ictum fustibus, possit ipse tacere, & ministrare in suis ordinibus.

1 AD PRIMAM quæstionem respondeo, id quod est notorium alicubi, cẽsendum esse notorium vbilibet, adeo quòd de illo, qui notorie est excommunicatus, concubinarius, vel condemnatus alicubi, potest dici sine peccato alibi etiam longissimè ab eo loco, q̃ est excommunicatus, concubinarius, vel condemnatus.

2 AD SECVNDAM, quod difficile potest negari præfatum D. Ioannem non esse infamem quoad forum exterius: quia passus fuit ictus fustium per sententiam iudicis latam in causa criminali mota super furto, cuius tenorẽ voluissem vidisse, antequam respondissem. Quamuis uideatur posse defendi non esse infamem quoad forum conscientiæ: quia crimen impositum ei nó fuit probatum, & crimen confessum erat aliud a crimine, cuius accusabatur & quod metu tormentorum fuit falsè confessus illud: & consequenter sententia erat coram Deo iniusta, & etiam fustigatio.

3 AD TERTIAM respõdeo, quod per præfatam ordinationem nullam cẽsuram, nec irregularitatem contraxit, licet censendus sit deliquisse malè ordinem suscipiendo quoad forũ, in quo censetur infamiam incurrisse faciente eum indignum ad ordines, quos suscepit, & posset ob hoc castigari, & deponi, vel suspendi ab ordinibus susceptis.

4 AD QVARTAM, quòd ordinarius non potest virtute præfati capitu. quicquam super hoc facere: quia nec in famia, nec causa eius sunt occulta quo ad forum exterius.

5 AD QVINTAM respondeo, q̃ si patria prædicti D. Ioannis est, vt ipse ait, distantissima a loco, in quo ei hoc infortunium contigit, & probabiliter creditur, quòd nemo scit, nec sciret illud ibi, nisi ipsemet reueler illud, quod ego credo, optimum remedium fuerit ei tacere hoc perpetuo, & inseruire Deo ibidem, attento quod non videtur incurrisse prædictam infamiam quoad forum conscientiæ, & quod in foro exteriori non incusabitur ibi.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum sede vacante succedit in omnem iurisdictionem Episcopalem per se, vel per alium ad id idoneum exercendam, & succedãt inuitãdi Episcopum alienum, vt celebret ordinationes in sua Ecclesia, & dandi licentiam suis clericis, ut ordinentur ab eo. nu. 2. & 3.*

3 *Ad legem, seu potestatem iurisdictionis spectat concedere alicui Episcopo, ut in concedentis diœcesi possit ordinationes tenere, & alia pontificalia exercere, ac licentiam subditos ordinare.*

4 *Capitulum intra annum à die vacationis sedis Episcopalis non potest dare literas dimissorias, seu reuerendas, sed bene post illum.*

5 *Intellectus cap. 5. sess. 6. Concil. Trid.*

5 *Episcopus ex priuilegio non potest ordinare in aliena diœcesi sine licentia ordinarij. & nisi clericos illi ordinario subiectos.*

Episco-

5 Episcopus vicinius, vel alius communionẽ sedis Apost. habens inuitatus ab ordinario potest supplere vices suas, & celebrare ordinationes generales. 6.

5 Canon exorbitans à iure communi non est extendendus ad ea, quæ nõ comprehenduntur sub eius uerbis.

CONSILIVM XLIV.

EPiscopus Vsellensis sede vacante Ecclesiæ Turritanæ rogatus a Capitulo post lapsum anni, vt celebraret ordines in ea, ordinauit clericos eiusdẽ approbatos per Capitulum, & clericos suæ diœcesis approbatos per semetipsum, & alios altarum diœcesum cum literis dimissorijs. Consecrauit item aliqua de licentia eiusdẽ Capituli, & exercuit pontificalia. Quæritur an hæc iustè facere potuerit?

a Cap. his quæ, & ca. cum olim, de maio. & obed. cap. si Episcop. de suppl. negl. præl. li. 6. Sbi bona gl. verbo spirtualium, & etiam in d. ca. his quæ, verb. pacis.

1 Respondeo affirmatiuè potuisse illa iustè, & sanctè facere. Primo quidẽ, quia cum agitur de potestate Capituli sede vacante, faciẽda est regula affirmatiua, videlicet quod Capitulum succedit in omnem iurisdictionem Episcopalem per se, vel per aliũ ad id idoneum exercendam, per iura citata [a] & per aliquot alia, quæ Franciscus Paulnus adhoc adducit. [b] At præfatus Episcopus Vsellensis potuisset rogatus ab Archiepiscopo Turritano viuente prefata omnia facere, ergo etiã potuit de licentia Capituli sede vacante.

b In tract. de potestat. c. sede vac. 1 par. q. 1. à nu. 3.

2 Secundò, q̃ etiam alia regula specialior habet, quod Capitulum succedit sede vacante in facultate rogandi, & inuitandi Episcopum alienum ad celebrandum ordines in sua Ecclesia vacante, & dandi licentiam clericis suæ diœcesis, vt ordinentur ab eo per iura multa [c] & alia, quæ adducit idem Paulnus [d] quamuis quibusdam parum necessarijs, se ibidem occuper.

c Cap. Pontifices. 7. q. 1. & d. c. si Episcop. & gloss. in d. c. & per cap. cũ nullus, de temp. ordin. lib. 6.

d In prima parte prefa tu tractatus, q. 3.

3 Tertiò, quòd hæc omnia: quæ fecit præfatus Episcopus, pertinent ad legẽ iurisdictionis, vt glossa recepta docet [e] & vt prædictum est, Capitulum sede vacãte succedit regulariter in omnem iurisdictionem Episcopalem.

e In c. dilectus, de off. ordin.

4 Quartò, quòd non obstat [f] Concilium Tridentinum quatenus adimit A Capitulo facultatem dandi literas dimissorias, siue reuerendas intra annum a die vacationis, non autem de ijs, quæ potest facere post annum a die dictæ vacationis, vt sunt quæ proponũtur, quæ post illum contigerunt,

f Capit. 10. sess. 7.

5 Quinto, quod non obstat etiam c. vlt. ẽ eiusdem Concil. quatenus habet, quod Episcopus respectu priuilegij data sibi ad conferẽdum ordines in aliena diœcesi, non debet ordinare sine licentia ordinarij, nec cũ ea, nisi clericos illi ordinario subiectos: quia ille canon loquitur de Episcopo ordinante ratione priuilegij sibi ad id concessi: in casu aũt proposito agitur de Episcopo rogato, & inuitato, vt ordines generales celebraret rõne iuris cõis, quod habet, vt vicinus Episcop. vel alius cõionem sedis Apost. habens rogatus, & inuitatus ab ordinario possit in sua diœcesi vices suas supplere, & celebrare ordines, iuxta c. [Pontifices.] [h] & alia supra citata. Quem canonem sic esse intelligendũ, probatur primo, quia exorbitat a iure communi: & ideo non est extendendus ad ea, quæ non comprehenduntur sub eius verbis, [i] & constat cum, qui huiusmodi rogatu, sine vllo alio priuilegio pretenso ordinet, non ordinare pretextu priuilegij. Secundo quòd ratio, quæ mouit Concilium ad id statuendũ, fuit, vt arceret abusus, quos multi Episcopi titulares ratione priuilegiorum Apostolicorum admittebant ordinando tũ tẽporibus a iure statutis, tum alijs: quod cessat in nostro casu, & ita cessare deberet Canõ, etiamsi verba illum comprehenderent, [k] quæ tamen nullatenus eum comprehendunt. Tertio, quod seruetur præfatum Vsellensem Episcopum non potuisse ordinare etiam clericos sui Episcopatus, quod nemini videbitur verisimile.

h 7. q. 1.

i Cap. quæ à iure, de regu. lib. 6.

k L. adigere §. quæsitum, ff. de tut. patron.

6 Sexto, quod non solum cõsuetudo antiqua, sed etiam recens, etiam post Concilium seruata, etiam per ipsosmet Episcopos, qui interfuerunt ei, habet, vt omnes Episcopi rogati ab eis ad supplendum vices suas, & ad celebrandos ordines generales statutis a iure tẽporibus, ordinent omnes illos, quos ipsimet ordinare possent, si per se ordines celebrarent.

Septi-

7 Septimò, quod alioqui post præfatũ Concilium nullus potuisset, nec posset ordinari ab vllo Episcopo generales ordines pro alio celebrante cum clericis illius Episcopi, pro quo celebrat, quod consequeretur plurimas presbyterorũ centurias male ordinatas, & quotidie male ordinari, quod videtur absurdum, & ideo non dicendum, [a] Salua, &c.

a Leg. nam quod absur dum, ff. de bonis liber.

SVMMARIVM.

1 *Dispensandi commissionem habens cum aliquo ad omnes ordines, in dubio in primo actu censetur ad omnes dispensasse, & non ad primos solùm.*
1 *Dispensatus ad sacros ordines suscipiendos creditur is pro quo superior Papam supplicauit, & ad minores ordines suscipiendum misit.*
2 *Credenda sunt quæ communiter accidunt, non autem insolita, regulariter.*

CONSILIVM XLV.

QVidam prælatus regularis petijt a Papa verbo, vt posset habilitare N. suum religiosum ad omnes ordines: qui prælatus, ordinationis tempore adueniente, dicto N. dedit reuerentiales ad quatuor minores, & subdiaconatum: quibus susceptis prælatus mortuus est, & ipse N. de licentia successoris alios maiores ordines accepit. Dubitatur an sit rectè ordinatus.

1 Rndi, mea sententia, credere posse prædictum religiosum se esse rite ordinatum: quia probabiliter credere potest, q̃ prælatus suus fecit eum habilé ad omnes illos simul, si Papa ei commisit potestatem id faciendi: quoniam nõ est verisimile, quòd prælatus particulatim eum habilitabat nunc ad hunc ordinem, nunc ad alium: non enim erat boni, & prudentis prælati id facere cũ periculo, quod ipso mortuo, oporteret iterum refugere ad Papam, & communis stylus commissariorum ad habilitãdum quem ad omnes ordines est, vt vnico actu id faciant: & non est præsumẽdum quid stultum, & malum de bono prælato. [b]

b Cap. 1. de scrutinio ab ordin. fac. c L. si posti detis, C. de probationibus, & glo. l. neq; nata les, cod. tit.

Et quæ cõiter accidunt, sunt regulariter credenda, [c] & insolita non sunt credenda. [d] Quamuis ad redundantẽ cautelam posset peti a summo Pœnitentiario, vt dictam ordinationem haberet ratã, & dispensaret super irregularitate, si & quatenus opus esset, quamuis mihi videatur non esse opus. Salua, &c.

d Cap. quod non est ve rismile, de præsumpt.

SVMMARIVM.

Ordinatus sacris sine titulo olim erat suspensus. 1
Pœna ordinati sine titulo in pœnam ordinantis mutata quando habeat locum. nume. 4.
Fraus, & dolus nemini debent patrocinari. 2
Ordinatus cum titulo quæsito cum pacto restituendi, suspensus.
Ordinans alere non tenetur ordinatũ, qui 3 se patrimonium habere mentitus est.
Ordinatus sine titulo quando post Concil. Trident. est suspensus, si decepit ordinatorem.

CONSILIVM XLVI.

AN promotus proprio motu Episcopi sui ad titulum patrimonij, quod reuera habebat, sed erat, & est subiectũ restitutioni dotis matris suę, quę iam erat monialis, & est nunc septuagenaria, & ipsa bona a promoto possidentur, & ita ratione illius sunt immunia ab onere gabellarum: verum tamen est, quod ipsum patrimonium forsan non est sufficiens ad iustam ipsius promoti sustentationem: an sic ordinatus post Conc. Trid. sit suspensus, & cum celebrauerit, irregularis?

Respondeo, quòd in hoc argumento duæ quæstiones videntur proponi. Prima, an patrimonium illud dicatur sufficiens, ita vt ordinatus excusetur a peccato, & pœna peccati. Secunda, an præsupposito, quod non fuit sufficiens, incurrerit suspensionem assumendo ordines ad illud.

AD PRIMAM quæstionem non videtur posse responderi sine ampliori informatione.

1 AD SECVNDAM respondeo, eã esse satis difficilis resolutionis. Pro qua facienda, & fundanda, præsuppono, q̃ ordinatus ordine sacro absolutè, id est

est sine titulo patrimonij, vel beneficij, A est suspensus secundum canones antiquos, [c. neminem, & c. sanctorum. 7o. d.] Secundò dico, q̃ illa pœna fuit commutata ab Innocentio III. [a] in pœnam ordinantis, qua cogitur alere ordinatũ. Tertiò dico, quòd illa mutatio videtur restringenda ad ordinatum, qui bonã fidem ab Episcopo sciẽte, vel debente scire eum non habere quo aleretur, ordinatur; non autem videtur compræhendere illum, qui per mendacia, & fraudem fingendo titulum decepit Episcopum.

a Cap. cum secundum, de præben.

2 Tum quia dolus, & fraus alicui non debet patrocinari. [b] Tũ quia alioquin B ordinans sine culpa puniretur, cõtra c. 2. de constitut. & ordinatus cum culpa esset a pœna immunis, contra legẽ [sanc. cimus.] [per tuas,] qua tenus habet, eum qui ordinatur ad titulum patrimonij quæsiti cũ pacto de restituendo illud post ordinationem, esse suspensum, donec dispensetur cum eo.

b Cap. sedet, de rescrip. l. itaque fullo, ff. de furt. c C. de pœnis. d 3. de sponsa.

3 Facit quod Decius, [c] dicit ordinatorem non teneri ad alendum ordinatũ, qui se diuitem esse dixit. Quarto quod innouatio pœnarum contra absolute ordinatum, quam facit Conc. Trid. [f] videtur intelligenda de pœna præfatorum C canonum [neminem, & sanctorum] quę fuit sublata per d.c. [cum secundum] & consequenter tantum de pœna illorum, qui ordinantur decipientes ordinatores, affirmando se habere beneficiũ, vel patrimonium, & monstrando, vel probãdo aliqua, per quæ ordinator probabiliter credit ordinato, vt in casu d c. [per tuas.] Tum quia nõ fuit, nec debuit esse intentio Concilij Tridentini, destruere præfatam decretalem, cum sit prouidentissime facta. [g] Tum quia innouatio præfata satis vtilis est, intellecta de pœnis, quas merentur decipientes ordina- D torem, & cum sit pœnalis, non est extẽdenda ad alium casum, [h] præsertim in quo non est eadem ratio.

e Cap. Episcopus, nu. 13. de præbend. f Capit. 2. sess. 21.

g Arg. cap. Ecclesia vestra. 2. de elect. & l. si quando, C. de inoffic. testam. h Cap. pœna, de pœnit. dist. 1.

Ex his infertur resolutio casus nostri, nempe, quod si præfatus ordinatus decepit suum ordinatorem, dicendo q̃d habebat titulum patrimonialem sufficientem, ita quod probabiliter ordinator credidit, & debuit credere, incurrit suspensionem, & celebrando irregularitatem, & ordinator non tenetur eum

De ætate, & qualitate, & ordine præficiendorum.

SVMMARIVM.

Infantis ad beneficium præsentatio, & institutio est inualida. & pueri ante quartum decimum annum beneficij habentis administrationem de iure, & per Cõcilium Tridẽtinum etiam aliorum sunt incapaces. E
Beneficium simplex per adeptionem curati non vacat. 1

CONSILIVM I.



VIdam patroni præsentauerunt ad simplex beneficium N. adhuc minorem septennio, qui statim institutus ad titulum illius fuit ad minores ordinatus, & factus legitimæ ætatis obtinuit parochialem. Quæritur, an præsentatio, & institutio prædictæ valuerint, & an per assecutionem parochialis vacauerit illud simplex beneficium.

1 In præsenti casu non valuit præsentatio, neque institutio facta, non quidẽ ea ratione, quod infans incurrat suspensionem per promotionem ad ordines minores ante septimũ annum completum, sicut promoti ad maiores eam incurrunt, si ante legitimam ætatem promoueantur, per Extrauagantem [cũ ex sacrorum Pij II. quia illa tantum dis- *i In c. cum* ponit de promoto ad ordines sacros: *nostris, de* sed alia ratione irrefragabili est nulla, *conces. præ* quia infans est incapax beneficij eccle- *bend.* siastici vt dicit Inn. [i] ab omnibus rece- *k De tẽpor.* ptus, vel saltem a nemine reiectus, pro *ordin. lib. 6.* quo facit cap. fin. [k] quatenus habet in- *l In cap. si* fantem ordinari non debere, & glossa *infantem* recepta, [l] quatenus, [m] habet infantem *eo tẽpor. de* indignum esse omni beneficio etiã simplici. Alia item ratione videtur idem *rescrip. eod. lib.* cõcludi, videlicet quod pueri ante qua- *m In verbo ætatem.*

tuor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

a In ca. super inordinata, de præb.

b Cap. 6. de refor. sess.

c Ca. præterea, de præben. & ti

c. de multa.

d Eod. tit.

tuordecim annos non sunt idonei ad obtinendum beneficiū etiam simplex per se stans, & requirens regimen, quale est hoc, de quo agitur, vt Hostiensis quem sequitur prædicta glossa, & Panormita. cum communi, [a] affirmat, & Concilium Trident. [b] statuit.

2 Cæterum prædictum beneficiū sim plex non vacasset per adeptionem curæ ti ipso iure, si collatio tenuisset, [c] per lo

SVMMARIVM.

1 *Præsentatio ad beneficium curatum, & institutio facta minoris 25. annorum est nulla, & debet à Papa cum consensu patroni adhuc durantis peti noua prouisio. & nu. 3.*

1 *Intrusus censendus minor 25. annis, qui præsentatus, & institutus ab ordinario, fructus de beneficio curato capit.*

2 *Intrusionis & fructuum perceptorum mentionem facere tenetur malè prouisus petens à Papa confirmationem.*

4 *Parochus nulliter institutus debet abstinere nedum à fructuum perceptione, sed etiam ab omnibus, quæ spectant ad rectorem.*

CONSILIVM II.

PAtronus laicus ad beneficium curatum tunc vacans clericū primæ tonsuræ, & ætatis suæ 23. annum agentem præsentauit, qui fuit ab ordinario de dicto beneficio curato institutus, & per annum, & vltra virtute præsentationis, & institutionis per vicarium in dicto beneficio seruiuit, & fructus ex eo percepit: & modo cum in proximo mense impleat 24. ætatis annū, & 25. incipiat. Quæritur, vtrū perceptos fructus suos absque dispensatione faciat, & an præsentatio, & collatio prædicta sit nulla, & vtrum completa ætate, noua egeat prouisione: & casu quo egeat, petit remedium, vt licitè valeat dictum beneficium retinere.

1 Pro resolutione omnium quæ supra quæruntur, dico primum, præsentationem præfatam fuisse inualidam, & ipso iure nullam, quippe quod fuit per eā præsentatus indignus ætate, quā beneficium curatum, ad quod fuit facta, requirit necessariò. Illa enim requirit ætatem vigintiquinque annorum saltē cœptorum. [c]

c Cap. cum

Dico secundum, q̄ institutio, qua or- *in consti-*
dinarius præfatum præsentatum insti- *§. inferen-*
tuit, est etiam ipso iure nulla, [f] & con- *ra. de cle-*
sequenter tam patronus præsentando, *ricos.*
quam ordinarius instituendo, grauiter *f Per eun-*
peccauerunt. [g] *dem. §.*

Tertium, quod prædictus præsenta- *g Arg. cap.*
tus capiendo possessionem virtute præ- *grauè, de*
fatæ præsentationis, & institutionis, vt *præbe.*
detur vitium intrusionis contraxisse, [h] *h In ca.*
iuxta ea quæ tradit Felynus. *super.*

2 Itaq; collatio, & impetratio de illo *nostra. de*
facta non expresso vitio intrusionis est- *rollaris. de*
set nulla per opinionē magis receptā: *rescript.*
& si quos fructus ceperit præfatus præsentatus, & instituendus, debet facere mētionem de illorum perceptione in impetratione per ea quæ citat Felynus. [i] *i Vbisup.*

3 Quartum remediū præfatorū optimum est, primū pēnitere multum præsentantem, præsentatum, & instituentē sui peccati in dando, & accipiendo titulum, & insuper præsentatum peccati, quod admisit accipiendo possessionē, ponendo vicarium, & agendo aliquos actus, quos licitè non poterat agere, ni si canonicè institutus. Deinde supplicare Sanctissimo D. N. vt dignetur præfata tam institutionem ab ordinario factā confirmare, &, si, & quatenus opus est, nouam collationem de consensu patroni, qui adhuc perdurat, facere cū dispensatione, vt prædictus consulens possit iustè accipere, & retinere ante 25. annum præfatum beneficium, narratis in petitione omnib. præfatis: esseteq; vtile exprimere præsentationem pertinere ad personam illustrem, & petere, q̄ etiam dispensaret, vt intra annum a data litterarum possit omnibus sacris ēt presbyteratus ordinari, attento quod beneficium est curatum.

4 Quintum, quod conuenit, vt scribatur præfato præsentato, ne vllos fructus capiat, antequam præfata impetratio obtineatur: imò quod abstineat ab omnibus, quæ ad iustum rectorem illius beneficij iure pertinent. Salua, &c.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Prouisus de curato, sed nulliter ob defectum ætatis ac non promotus, horas non recitans plura committit peccata, primum admittendo collationem, secundum accipiendo possessionem, tertium & quartum propter erroneam conscientiam, dum falsò putans se ad horas & ad promouēdum teneri id non præstitit.*

1 *Horas canonicas recitare non tenetur, qui possidet beneficium, de quo nulliter est prouisus.*

2 *Compositio pro fructibus malè perceptis tunc liberat si illi ad eos, cum quibus se composuit, verè pertinebant.*

CONSILIVM III.

EAgens ætatis suæ annum 16. fuit de quodam archipresbyteratu in quadam cathedrali, auctoritate ordinaria, nulla super defectu ætatis dispensatione obtēta, prouisus, & illum per annos 11. possedit, & in lite quæ per annos nouem durauit, ex capite quod aduersario ius non competebat, obtinuit: & quia Capitulum prætēdebat fructus beneficiorum litigiosorum ad ipsum spectare, cum illo soluta quarta parte circiter se composuit, & multas præterea in lite expensas fecit: verum quoniā vltra præfata, nec habitum gestauit, nec horas recitauit, nec ad presbyterium se promoueri fecit: dubitat adhuc, an ad aliquam restitutionē teneatur, vel pro dictis fructibus se componere debeat.

1 Respondeo primo, præfatum E. debere multum pœnitere. Primò quidē, quòd acceptauit collationem archipresbyteratus factam à Capitulo sibi non habenti legitimam ætatem. Deinde, q̄ accepit possessionem cum titulo minimè canonico. Tertiò, q̄ non vixerit clericaliter, nec recitauerit Horas canonicas, putans se teneri ad recitandas eas, & ita peccauit omittendo eas contra conscientiam: quamuis vere non tenebatur ad dicendas eas, quia verè non habebat beneficium, cū præfatus archipresbyteratus non esset illius. Quintò, quòd non fuit promotus ad presbyterium, cum tamen crederet, vel credere deberet se teneri ad illud, quamuis verè non teneretur: quia, vt dixi, ille archipresbyteratus non erat suus.

2 Secundò respondeo, quòd non tenetur ad restitutionem fructuum illorum annorum, pro quibus se composuit cum Capitulo, si verum est, vt narratur, quòd fructus beneficiorum, super quibus litigatur, &c. pertineant ad Capitulum.

Tertiò, q̄ consulendum videtur ei, vt partim pro pœnitentia tot peccatorum, partim pro tranquillitate suæ conscientię, partim quia non omnis sententia, quę tuetur in foro exteriori, tuetur & tranquillat in interiori, restitueret, aut certè componeret se super fructibus perceptis à tempore, quo desiuerūt illi pertinere ad Capitulum, per multa quæ non vacat scribere. Salua, &c.

SVMMARIVM.

Beneficium habens curam iurisdictionalem spirituale, dicitur habere curam animarum. 1

Dignitas iurisdictionem spiritualem habēs minori 25. annorum non confertur, in quo & ad causandum vitium execrabilis, aquiparatur parochiali, num. 3. 2

CONSILIVM IIII.

AN qui est minor 25. annorum possit obtinere dignitatem curam iurisdictionalem habentem, & an idem tēpus requiratur ad huiusmodi dignitatem, ad habentem curam animarum?

1 Respondetur primò, quòd propositio quæstionis vī secum pugnare, quatenus præsupponit esse aliquod beneficium non habens curam animarum, & habens curam iurisdictionalem, quia omne beneficium habens curam iurisdictionalem spiritualem visitandi, excō municandi, interdicendi, & alia huiusmodi spiritualia faciendi, censetur habere curam animarum, iuxta tex. in hoc celeberrimum, [a] vbi hoc adnotauit Panorm. [b] Quoniam duplex est cura animarum. Altera fori conscientię, de qua in ca. [omnis.] [c] Altera fori contentiosi, de qua in d.c. [d] in quo tam Zenzel. in glo. quam habet inter extrauag.

a In c. duda. 2. vers. tandem. de elect.

b Nu. 7. & 8. & in ca. de multa. num. 14. de præben.

c De pœnit. & remiss.

d Demulta

uag. execræ bilis. Ioānis 22. §. *fin.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioan.22.quam Guli.in glo.quam habet inter communes id adnotauerunt ante Pan.licet ipse non alleget illas.

2 Secundò, q̃ dignitas habens iurisdictionem spiritualem prædictam fori cõtentiosi nõ potest cẽseri ei qui 25.annum non attigerit. [a] Nec obstat c.1. [b] quod permittit Episcopis conferre dignitates non curatas habentibus 20.annos completos: neque Concil.Trid. [c] quod permittit easdem cõferri non minoribus 22. annis: quia loquuntur de dignitatibus non habẽtibus curam animarum, quæstio autem proponitur de dignitate habente curam iurisdictionalem, & consequenter de habente curam animarum, per supradicta.

2 Tertiò, q̃ idem est dicendum de huiusmodi dignitate, q̃ de ecclesia parochiali, quo ad ætatem, imò etiam, quo ad modificationem extraneg [execrabilis.] Ioan.22. [d] adiunctis glossis supradictis Zenzel. & Guli. [e] Salua, &c.

a Per c.cũ in cunctis, §. iferiora. de elec.
b De ætate, & qualitate, lib.6.
c Sess. 24. c.12.de reform.
d De præb.
e Per §.fi. ipsius.

SVMMARIVM.

1 *Prælato collegiatæ nullo iure præscriptum est certum tempus, intra quod teneatur ordinari, at monitus ordinari tenetur proximis temporibus.*
2 *Prælatus collegiatæ suo inseruiendo Episcopo, non excusatur à residentia, nisi magna vrgeat causa.*

CONSILIVM V.

QVæritur, quando teneatur promoueri prælatus alicuius ecclesiæ collegiatæ curatæ?

1 Respondetur, q̃ non est statutum iure communi, etiam Tridentino, intra quod tempus teneatur huiusmodi prælatus fieri presbyter, sub pœna priuationis ipso iure incurrenda: debet tamen promoueri proximis à iure statutis tẽporibus, si monitus à superiore fuerit, vt id faciat, [f] & ibi Panor. Francus. [g] An proderit eidem absenti, quo ad fructus conscientiæ, percipiẽdo fructus, quòd inseruiat Episcopo suo? [h]

2 Respondetur, q̃ non, nisi magna causa vrgeret Episcopum ad retinendũ eum in suo seruitio: quæ est opinio Panor. in d.c.ad audientiam. Salua, &c.

f Cap.cum in cunctis. §. iferiora, de elec.
g In c.statutum, de elec.lib.6.
h Iuxta ca. ad audientiam, de clericis non residen.

SVMMARIVM.

Irregularis post assumptos ordines sine sui culpa, puta ex mutilatione factus, omnia vt prius exercere potest, quibus dictus defectus non contrariatur: at qui ob defectum ætatis ex sua culpa incidit in suspensionem, & successiuè ministrando in irregularitatem, nihil de omnibus, quæ sunt specialiter actui cuiusque ordinis deputata, numer.3.ita vt nec in officijs defunctorum possit dicere, Dominus vobiscum, nec collectam quam solet presbyteri in illis solent dicere, nu. 4.celebrando tamen, nouam non incurrit irregularitatem, numero 2.

CONSILIVM VI.

SAcerdos ante legitimam ætatem creatus, an licet non possit sacrificare, alia tamen valeat exercere munera, quæ alius sacerdos non irregularis potest?

1 Respondeo sequentia, Primum, eũ, qui factus est irregularis sine culpa sua, vt cui abscissum est aliquod membrum violenter ab alio sine culpa sua, posse gerere omnia munera, quorum exercitio non repugnat abscisso illa, per c.2. vbi Panormitanus communiter receptus id adnotauit.

2 Secundum, quòd nullus irregularis, celebrando contra iura, incurrit nouam irregularitatem: quæ est doctrina Innocentij recepti, [k] quem post alios etiã nos sequimur in Manual. Confess.

3 Tertium, quòd irregularis, de quo in casu proposito, ex culpa sua est irregularis, & ideo nõ solum arcetur à missa facienda, sed etiam ab omnibus illis actibus, qui sunt ordinibus specialiter deputati, à quibus etiam est alienus, sicut interdictus, secundum theoricam Imolæ. [m]

4 Quartum, quòd prædictus consulẽs nõ potest absque peccato dicere in officijs defunctorum illa verba, [Dominus vobiscum,] neque dicere orationem, quam soli presbyteri in talibus officijs solent dicere tanquam sacerdotes: quia illi actus peculiares sunt presbyterorum. Salua, &c.

k In c.1. de celebrat. miss. lib.6.
l C.2. de cõmun. vit. 194.
m In c.fi. de exig. prælat.

SVM

SVMMARIVM.

1 *Legi bona fide auctoritate sui prælati contrauenienti non peccat.*
2 *Dispositio generalis, cum militat diuersa ratio, minimum non includit.*
3 *Paruitas rei furto subtractæ excusat à mortali.*
4 *Legem humanam male intellectam, si subsit aliqua occasio sic male intelligẽdi, frangens non peccat.*

CONSILIVM VII.

INquadam religione statuto cauetur, ne aliquis ad dignitates promoueatur, nisi qui literis duodecim annos operam dederit, scilicet octo ante ingressum, & quatuor post ingressum religionis studijs, & alijs operibus, quæ studia cõcernunt, concionãdo scilicet, & alijs huiusmodi institerit. Quidam antequam dictam religionem ingrederetur, septem circiter annis interpolatis studuit, & post illius ingressum quinque præfatis negotijs, siue operibus instando, cum nondum per 25. dies duodecimum annum compleuisset, bona fide collationem Abbatiæ à suo Generali facta sibi acceptauit. Quæritur an sit tutus in conscientia?

1 Respõdeo putare me præfatum D. consulentem non peccasse saltem mortaliter quo ad forum conscientiæ acceptando præfatam Abbatiam bona fide auctoritate sui Generalis. Tum quia constitutio præfata non requirit simpliciter studium continuum duodecim annorum, sed quod studuerit octo annos, & alijs quatuor in religione manserit, & studijs, & alijs negotijs, quæ studium discendi, vel concionandi, & alia huiusmodi requirunt, institerit: & is de quo agitur institit quinque annis pro quatuor, quibus instare tenebatur.

2 Tum quia potuit tam ipse, quam præfatus Reuerendiss. Generalis probabiliter credere, q̃ præfata constitutio non haberet locum in defectu paruo, & minimo: quoniam licet regulariter dispositio loquens generaliter etiam minimum includere videatur, iuxta cap.2. a fallit tamen, quando ratio, quæ militat in magno, non militat in minimo, vt [b] adnotauit Panormitanus, & est textus in c. [etsi quæstiones,] [c] nam isto casu Bald. [d] Et ideo statutum, quod impornit pœnam pro vulnere, non habet locũ in leui vulnusculo, vt notat Bart. [e] Et ita præfatus consulens, & Reuerendiss. Generalis probabiliter credere potuerunt, quod in casu proposito defectus ille minimus viginti circiter dierum nõ erat attendendus respectu temporis magni duodecim annorum.

3 Tum quia S. Thomas communiter receptus, [f] tenet, quod etiam lex de non furando, quæ de se obligat ad mortale, non obligat furem paruæ rei ad peccatum mortale: pro quo solet allegari c. [vnum.] [g] Tum quia de æquipollentibus non refert quod fiat. [h] At studium quod fecit ante ingressum ordinis, & quintus annus, quo post studiũ Theologiæ incubuit in conciones, & in alia studia requirentia, æquipollet, imò superat defectum præfatorum circiter viginti dierum, præsertim coram Deo: ergo illud supplebit prædictum defectum paruum.

4 Tum quia Innoc.tenet, [i] eum qui q̃ male illam intellexisset, excusari à peccato: & D. cõsulens malè intellexit præfatam constitutionem, putando q̃d defectus studij tam parui temporis nõ noceret ei, & quòd studium pluriũ annorum præcedens ingressum religionis iuuaret eum, & ita quia potuit ob præfatas rationes occasionem aliquam habere credendi illud, excusatur à peccato mortali coram Deo: quamuis in foro exteriori posset à malevolis inquietari, à quibus per præfata satis defendi posset in prætorio iudicum eruditorũ.

a De appel. & c. si prohibitio, de rescrip.
b In d.c.2.
c De simõ. Bald.
d In c.ter-rulas. 12.
e In l. præterea, C. de ædilit.edic.
f In 2.2.q. 59.art.4.
g §. fi.25. dist.
h L. fin.ff. mand. cap. licet ex quadam, de iesuitis.
i In c. per tuas. 2. de simon.

De Sacra vnctione.

SVMMARIVM.

Balsamum Indicum verum est balsamũ, & ex eo potest confici chrisma. 1
Chrismatis de essentia prout est materia necessaria sacramenti, non est balsamum, num.4. & 8. 2

Universidad de Deusto
Biblioteca

3 *Confirmationis materia est chrisma ex oleo & balsamo, sed defectus sacramenti non annullat sacramentum.*
3 *Confirmatus per vnctionem olei tantum, iterum vngi debet chrismate.& 5.*
4 *Balsamum non est de substantia sacramẽti, sed de præcepto,nu.7.*
5 *Chrisma idem quod Vnctio significat.*
6 *Confirmatio malè ministrata tenet, sed supplendum quod defuit.*
8 *Chrisma faciendum ex oleo, & balsamo, sed oleum tantum est de essentia sacramenti.*
9 *Confirmatio solo oleo facta secundum cõmunem non est iteranda sed supplenda,& quomodo,num.10.*
10 *Sacramenti ad reiterationem non sufficiũt materia, & verba sine intentione.*

CONSILIVM I.

AN expediat,& quomodo,concedere Episcopis Hiberniæ, vt liceat eis vti balsamo Indiarum Occidentalium, quia deest Orientale balsamum?

1 Respondeo,ꝙ hæc quæstio videtur pendere ex solutione vnius quæstionis facti,& alterius iuris. Quæstio facti est, an balsamum Indicum sit verum balsamum: quæstio vero iuris,an balsamum sit de essentia,vel substantia chrismatis, quo Sancta mater Ecclesia vtitur in sacramentis,an solum de necessitate præcepti,quo illa statuit balsamum misceri oleo,quo fiat chrisma. Si enim balsamum Indicum est verum balsamum, frustra est quæstio, & si balsamum non est de substantia,sed tantum de præcepto iuris humani, facilè S. D. N. omnium desiderio prouidere potest. [a]

a Arg.cap. cuncta per mũdum.9. q.3. AD PRIOREM quæstionem facti videtur respõdere Plinius lib.12.c.25.[b] (pro quo apud Sotum vitio impressionis est Indiæ,) [c] per quod significat in

b Balsamũ esse arbusculam vni terrarũ Iudææ. sola Iudæa illud reperiri,cui consequés est Indicum non esse verum balsamum, sed eius auctoritas non cogit nos id credere. Tum quia multa ille asserit,quæ alij negant. Tum quia multæ orbis

c Concessã, verũ tamen simile quam myrto. partes,tum terræ continentis,tum insularum,nostra ætate repertę sunt,quas etiam Arist.Augustt.Lactant.& alij eruditione illustres viri ignorauerunt, in quibus multæ arbores, multæ radices, & herbæ antea incognitæ Europæ innotuerunt. Tum deniq; quod ipse Plinio auctore arboris balsami tria sunt genera: & fieri potest,quod licet in Iudæa non sint nisi tria,in alia tamen orbis parte tunc ignota essent plura: fieri etiam potest, ꝙ balsamũ sit genus subalternum,quod multas habebat species specialissimas alias ab illis tribus quas ille tradit,& consequenter quod Indicũ balsamum sit verum balsamũ,licet non sit eiusdem speciei specialissimæ, cuius sunt illæ tres Iudaicæ: sicut etiam pyrus est genus subalternũ ad multas species pyrorũ,vt & vitis est genus ad multas species vitium. Equidem ipse facile crediderim etiam apud Indos esse varias species balsami, quorum aliæ pretiosiorem, & odoratiorem succũ,quam aliæ,manant. Quo factum arbitror,vt Episcopi orbis noui sine vllo scrupulo conficiant chrisma ex oleo, & balsamo Indico, immo & multi orbis Hispani, quod satis exprimit etiam Sotus.

2 AD SECVNDAM respondeo,ꝙ pro parte asserente illud esse de substãtia, & essentia chrismatis, ita quod sine illo non potest consistere chrisma,facit primo ca.1. [d] ibi, [Chrisma quod ex oleo fit & balsamo mystica ratione,]& paulò post ibi, [Hoc vnguento caput, & manus Episcopi consecrentur.] vnguentum enim aliquid aliud vltra oleũ requirere videtur. Facit etiã ratio,quã contextus appellat ibi mysticam,videlicet quod chrisma, quatenus cõstat ex balsamo,significat odorem famę bonũ, quem debet habere vnctus, iuxta illud Apostoli.[e] [Christi bonus odor sumus.] Facit item illud cap.ibi, [f] [Vt omnes concurrant in odorem illius vngnenti,] cuius nomen oleum est effusum.

3 Secundò, ꝙ Concilium Florentinũ in decreto vnctionis Iacobinorum, & Armeniorum habet, materiam confirmationis esse chrisma ex oleo, & balsamo cõfectum. Tertiò, ꝙ Sotus,[g] dicit pro hac parte esse vniuersalẽ fere omnium sententiam. Quartò, ꝙ cap.1. adiũctis ijs quæ adnotant Innoc. Host. & alij,probat quod confirmatus per vnctionẽ olei tm̃,debet iterũ vngi chrisma te ex oleo,&balsamo cõfecto,& nõ sufficit vngere balsamo,& dẽt repeti forma confirmationis,[consigno te,&c.] per quod significant,non esse tam supplendum omissum, quod defuit confirmationi,quàm eam de nouo iterandam.

d De sacra vnct.

e De sacra vnct.

f 15.et 16. & alibi sæpe.

g C.a.1. de sacram. nõ iteran.

h 1.q.1.

i De consecrat.dist.4.

k In figuratione cap. sus illius c.

l In 4. de sacra.cõfir.

4 His tamen non obstantibus, contrarium affirmat Caietan. [a] quem nos olim secuti fuimus in Manu. Confess. [b] & postea secutus fuit etiã Dominicus à Soto. [c] Pro qua parte videtur esse fundamentum firmum. [d] in quo Innoc.III. rogatus de cõfirmato linitione olei tãtum, respondit non esse iterandum sacramentum, sed quod defuit supplendum,cum tamẽ necessario debuisset respondere illud esse iterandum,si admixtio balsami fuisset de substantia, quod est materia sacramenti confirmationis, secundum omnes, cum nullum fuisset sacramentum, quod sine materia substantiali, & essentiali consistere nõ possit etiam secundum omnes.

a In annotatio. ad S. Tho. super 3.p.q.72. art.1.& 2.

b Cap.22. nu.8.

c In 4.sen. dist.7.ar.2.

d Cap. de sacram. nõ iteran.

5 Secundò facit, quòd nullo iure videtur expressum contrarium.

Tertiò,ꝙ verbum [chrisma] sm propriam significationem, idem significat qđ vnctio, deducit enim à verbo chrio, quod est vngo, sicut vnctio à verbo vngo. Ad hoc autem,vt aliqua linitio dicatur verè vnctio olei,nõ requiritur, vt balsamum admisceatur ei, vt probat pdictum c.1. [e] quod multas vnctiones olei Regum, & Prophetarum,quæ sine mixtione balsami fiũt, appellat vnctiones, quod ipsum sit 1.Reg.10. [f]

6 Quartò,ꝙ glo. [g] non dicit id quod ei Sotus imponit, appellando eam ridiculam, scilicet quod dicit, ideo in casu illius cap.non esse iterandam confirmationem,quia nulla fuit. Quinimmo expresse glo.ait,ideo non esse iterandam, ne fiat sacramento iniuria,allegando in id c.[qđ quidã,] [h] &c. [ostenditur,] [i] per quorum allegationem,quia loquũtur de baptismo valido,licet malè ministrato,præsupponitur cõfirmationẽ,licet malè ministrata esset,valuisse,& idẽ sentit Bernard. [k] & Ioan.And.Anto.& alij pro summario secundę partis ipsius tis, sed olei vnctione, non fiet iteratio, sed supplebitur prætermissum: sed nec Adrian.qui, [l] licet teneat priorem partem, imposuit eam prædictæ glosę,neque Caietan.qui hanc partem tenet,re-

A prehendit illam glo.nec memini alios ibi cõtra tenere: & ita communis, imò omnium mens in illud c.comminiscentiũ est dicere,quod confirmatio tenuit, sed erat supplendum quod defuit.

7 Quintò, ꝙ hoc ipsum videtur sentire S. Thomas [m] quãuis nec Caiet.neque Sotus id ponderent in illis verbis, [Ideo oleum competit materiæ huius sacramenti: admisceatur aũt balsamum propter fragrantiam odoris,quæ redundat ad alios.]per illam enim aduersatiuam,[autem,]insinuat oleum quidem esse materiam substãtialem, institutam

B à Christo, admixtionem autem balsami non item,sed de præcepto tantum: vt in simili idem S.Thomas receptus dixit,[n] vinum quidem esse materiam substantialem Eucharistiæ sub specie vini, sed misceri ei aquam ad maiorem conuenientiam,vt colligitur ex cap.3. [o]

m In d.art.

n In 3.par. q.74.art.7.

o Adiun.1. & 2.de con secr.dist.2.

Sextò, ꝙ nõ videtur verisimile D.N. Iesum Christum paupertatis cultorem Apostolos suos pauperes in vniuersum orbem dimissos,innumeros baptizatos,& confirmaturos, voluisse onerare

C onere emendi balsamum,rem tãti pretij,quod sciebat in paucis terris inueniri,& non posset ad tot alias adeo longè ab illis separatas cõmode aduehi, quo tamen in dies, & horas tam ipsi, quàm eorum successores ad ministranda sacramenta essent opus habituri, si illud pro parte substãtiali chrismatis instituisset.

8 Ad primum argumentorum oppositorum respondetur concedendo Innoc. III.[p] dicere chrisma,de quo loquimur. fieri,imò & debere fieri ex oleo, & balsamo: sed negãdo quod dicat vtrunq; esse de substantia sacramenti: sicut & Alex. Papa, [q] dixit aquam esse miscendã vino in cõsecratione calicis, & adeo

D quidem vt Cyprianus, [r] dicat adeo solum vinum non esse consecrandum qđ si cõtra fieret, inciperet sanguis Christi esse sine Christo. Attamen neuter eorũ voluit dicere, ꝙ aqua sit de substantia consecrationis vini, vt dicit S. Thos & probatur per c. Scriptura, [t] desumptum ex eodem Cypriano.

p In c.1.de sacra. vnct.

q Relatus in c.1.de cõsecr.dist.2.

r Relatus i ca.2.eiusdẽ dist.

s Vbi sup.

t Quod est tertiũ eiusdem dist.2.

9 Ad secundum respondetur concedendo Cõcilium Trid.probare chrisma debere cõfici ex oleo, & balsamo,adeò quidem, quòd mortifere peccaret Epi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

scopus,qui ex oleo solo id conficeret : E sed negando,quod probet vtrumq; esse de substantia chrismatis,& materię cõfirmationis : sicut Alexan.& Cypria.supra relati dicẽtes vinum aqua mixtum esse materiam sacramenti calicis,nolũt dicere vtrumque esse de substantia Eucharistię,vt prędictum est in responsione ad secundum.

10 Ad tertium respondetur negando, quod vniuersa fere omnium sententia teneat confirmationem factam vnctione solius olei benedicti esse nullam,& iterandam : quia contrarium patet per supradicta. F

Ad quartum respondetur, concedendo quidem Host. & posteriores dixisse, quod suppletio defectus balsami, quæ in confirmatione contingit, non potest fieri per solam linitionem balsami, & quod debet fieri illis verbis, quibus fit ipsa confirmatio,non quia confirmatio facta sine balsamo est nulla,sed quia nõ potest fieri suppletio per alium actum, nec per aliam orationem : quod declarat ibidem Antonius de Butrio. Nec obstat quod suppletio per linitionem chrismatis facta cum eadem oratione, qua fit chrismatio siue confirmatio, est reiteratio sacramenti : quia ad reiterationem sacramenti nõ sufficiunt materia,& verba sine intentione id faciendi, cum sine intentione debita conficiendi sacramentum, non conficiatur illud, secundum Thom. receptum per
a 3.par.q. 64.art.8. omnes, [a] & ita cum secunda linitio non fiat intentione ministrandi sacramentum, sed solum supplendi defectum eius,quod illi iam ministrato defuit, non potest dici iteratio, sed suppletio. Salua, &c.

De Sacramen.non iterandis.

SVMMARIVM.

1 *Ordinatus per saltum peccat, & est suspensus, sed non est irregularis.*
2 *Ordinis sacri iteratio irregularitatem inducit.*
3 *Bis ordinem sacrum sumens est irregularis.*
4 *Irregularis incapax beneficij.*

CONSILIVM I.

QVidam suscepit ordines sacros antequam suscepisset minores, & postea suscepit minores,&iterũ maiores,& tandẽ beneficiũ. Quæritur an sit irregularis.

1 Respondeo primò,q consulens bis grauissimè peccauit : primò quidem,q per saltum fuit promotus ad maiores ordines,omissis minoribus : secundò,q bis suscepit ordines eosdem sacros.

Secundo respondeo,q propter promotionem per saltum non est irregularis, sed solum suspensus, vt diximus in Manuali Confess. [b]

b Cap.36. num.71.

2 Tertiò, q propter iteratam susceptionem sacri ordinis incurrit irregularitatem secundum opinionem D.Antonini,quam secuti fuimus, [c] secũdum quòd non solum bis baptizatus saltem scienter est irregularis, sed etiam bis scienter suscipiens sacramentum imprimens characterem indelebilẽ, quod non est iterabile per cap.1. [d] quod agit de bis ordinatis,& per cap.[dictum.] [e] quod agit de bis confirmatis : licet quod agit de bis confirmatis, contra teneat non Scotus, vt ibi dixi, absque valido fundamento : sed prędicta duo capitula cum consuetudine recepta, & ratione satis munita, visa fuerunt nobis satis probare casum hunc esse de expressis,in quibus irregularitas contrahitur,per quod respondetur fundamento Scoti.

c In clem. attendẽtes, §. statutum, verbo benedici, de statu mona.
d In decret. e De consecr. dist.5.

3 Quartò, quòd cum in hoc casu agi videatur de retentione beneficij post ordines sic susceptos accepti, videtur referendus ad Sanctissimum,cum probabilius videatur incurrisse irregularitatem, quæ facit consulentem eius incapacem. Salua, &c.

SVMMARIVM.

Benedictio Abbatissæ secundum aliquos est iterabilis, & secundum communẽ non. Abbatem autem non posse secundo benedici,vertius est : quòd si de prima fidem facere non posset, poterit tanquam dubitans iterum sub conditione benedici, intelligendo in mente sua se dubitare respectu fori exterioris.nu.2.

CON-

CONSILIVM II.

BEnedicitur aliquis in Abbaté, qui suæ benedictionis fidem facere nequit per authenticas literas, propterea quòd interuenerit mors benedicentis. Interim ipse Abbas benedictus vocatur ad digniorem Abbatiam eiusdẽ sui ordinis.Quæritur an secundo ipse D.Abbas possit benedici.

1 Ad hanc quæstionem respõsurus, præmittenda est decisio alterius,an scilicet benedictio Abbatis sit iterabilis: & licet glossa solemnis dubitare videatur de hoc, [a] communis tamen sententia Doctorum, quos sequitur ibidem Bonifacius; tenet quòd non. Et sic ad quæstionem propositam respõdetur ex præcedenti decisione, quòd præfatus Abbas promotus ad secundam Abbatiam non debet rebenedici,quia benedictio eius non est iterabilis, vt dictum est : nã nec benedictio Abbatissæ (quę longè est minor, & simplicior benedictione Abbatis) est iterabilis, vt ipsemet Bonifacius, qui fuit Auditor Rotæ, concludit. [b] Sed quicquid sit, de benedictione Abbatissæ, quam tenuit esse iterabilem Felyn. [c] benedictionem tamen Abbatis credo non esse iterabilem. Tum quia longè plus accedit ad ordinem imprimentem characterem,quàm benedictio Abbatissæ. Tum quia multa sacramentalia,quę non imprimunt characterem,non sunt iterabilia,vt benedictio nuptialis, [d] & pœnitentia solemnis. [e]

a In clem. attendẽtes, §. statutum, verbo benedici, de statu mona.
b Ibidem, nu. 20.
c In c. meminimus,n. 3. de accus.
d Ca.1. & 3.de secundis nupt.
e Cap.quãuis, & cap. in capite 50.dist.

2 Ad aliam quæstionẽ implicitè propositam, scilicet quid oporteat facere præfatum Abbatem assumptum ad secundam Abbatiam,cum non possit habere literas primæ benedictionis mortuo iam primo benedicente literis non expeditis : Respondeo, quòd potest à competente superiori accipere testimonium testiũ, qui fuerunt præsentes benedictioni primę,quod legitimè assumptũ seruiet pro literis non expeditis, [f] quòd si nulli testes inueniri possent, q de prima benedictione deponerẽt,nec aliter posset probari benedictio prima, & eius probatio esset necessaria quo ad forum exterius, non deberet dicere se benedictum, sed dubitare de benedictione,& ita assumere secundam benedictionem cum illa conditione,quæ solet apponi, quãdo baptizatur aliquis, de quo dubitatur an sit baptizatus,scilicet,[Si es benedictus,non te benedico : si aũt non es benedictus, benedico te,&c.] [g] Et ei qui opponeret,quod ipsemet, qui fuit benedictus, scit se esse benedictum, & non potest dubitare an sit benedictus, nisi mentiatur : potest excusari à mendacio per illa, quæ nos nuper edidimus, [h] subintelligẽdo intra mentẽ suam,qđ dubitat quo ad faciendam fidem in foro exteriori.Salua,&c.

f Iuxta c. significauit ca. Alberic. de testi.
g Cap.2.de sem. qui fuit benedictus, scit se esse bapti.
h In c.humana au. res.22.q.5.

SVMMARIVM.

Diaconatus ordinem sumens, si non accipit,nec tangit librum euangeliorum, in cuius traditione imprimitur character, ordinem non accipit. 1
Intentio conditionalis,quam gero,non recipiendi sacerdotium, si non sum diaconus, operatur, & si detegatur me non fuisse diaconum,vt ẽt non sim sacerdos. 2
Ordinum characteres, qui dum ordinatur non recipit,potest sine dispensatione iterum illos accipere, modo in eis non ministrauerit,quia tunc esset petenda dispensatio à Papa,num.4. 3

CONSILIVM III.

1 REspondetur primò, D. consulentem non accepisse ordinem, siue characterem ordinis diaconatus : quia non accepit,nec tetigit librum Euangeliorum,in cuius traditione imprimitur magnus ille character diaconatus, ita quod illius traditio est de essentia, & substantia ordinis diaconatus.

2 Secundò, q præfatus consulens nõ accepit etiam ordinem presbyteratus, siue sacerdotium : quia non habuit intentionem actualem, nec virtualem accipiendi eum, imò habuit intentionem actualem non accipiendi illum, si non erat diaconus: & per supradicta constat non fuisse ipsum tunc diaconum.

Tertiò, quòd oportet ipsum iterum accipere ordines prædictos duos,diaconatum scilicet,& presbyterium, perinde ac si nunquam accepisset eos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

3 Quartò, quòd magna cum prudentia debet se gerere in accipiendis illis: debet eñ curare, vt accipiat eos denuo in aliquo loco ita remoto, vel secreto, & à tali Epō, vt non possit probari eum suscepisse illos bis in foro exteriori. ne per probationem quod bis accepit eos in foro exteriori præsumatur etiam bis accepisse in interiori, & consequenter puniretur pœna, quà est dignus, qui bis accepit duos tã grandes ordines in magnam eorum irreuerentiam. Quæ omnia quatuor dicta possent, si vacaret, & otium id ferret, per multa confirmari, quod tamẽ non est necesse facere, cum communiter ab omnibus sint recepta.

4 Et quia pòst hęc responsa additur à cõsulente, quod vsus est ordinibus prędictis: addo etiam ipse quinto, quod ipse est irregularis, & indiget dispensatione Papali ad hoc, vt possit ordinari iuste prefatis duobus ordinibus diaconatus, presbyterij, [a] per quod hoc diximus in Manual. Confess. [b] Salua, &c.

a Cap. 1. de cler. nõ ord. ministr.

b Cap. 27. nu. 242.

SVMMARIVM.

1 *Prima tonsura non est ordo propriè.*

1 *Prima tonsura insignitus est quoddã medium inter laicũ, & ordinib. insignitũ.*

1 *Catechumenus est quid medium inter baptizatum, & nolentem baptizari.*

2 *Prima tonsura de essentia non est vt verba aliqua dicantur.*

2 *Baptizatur cum adultus, requiritur quidem patrinus, sed non est de essentia.*

CONSILIVM IIII.

1 AD quæstionem de illo, qui accepit primam tonsuram, & nõ dixit saltem attente, [Dominus pars hæreditatis meæ.] Respondetur, q̃ D. consulens nullo debet scrupulo angi de sui ordinis defectu. Tum quia secundũ S. Tho. & omnes Theologos, [c] imò neq; ẽm nos, qui mediam inter Theologos, & Canonistas opinionem sequimur in Manu. nostro Confess. [d] prima tonsura non est ordo propriè, nec ad suam essentiam, & substantiam requirit, vt illã assumens dicat verba prædicta, aut alia, sed satis est, quòd Episcopus faciat ea, quæ sufficiunt ad hoc, vt segregetur à populo laico, & aggregetur clero, & fiat quidam medius inter vtrumque, vt est cathecumenus inter baptizatum, & nolentem baptizari, & nouitius inter omnino sæcularem, & religiosum professum, vt notabiliter dicit Sotus. [e]

2 Tum quia nullo iure, nec libro pontificali probatur dictionem illorum ver borum, [Dominus pars, &c.] esse de substantia, & essentia primę tonsurę: nam non sunt materia, nec forma, & licet liber pontificalis dicat Epm debere facere quædam, quo illa faciente dicat ordinandus, [Dominus pars, &c.] non tñ ita dicit illud, vt significet illa esse de substantia ordinationis: sicut & cũ baptizatur aliquis adultus, satis est ad baptismi substantiam, quòd consentiat ille, quamuis requiratur patrinus, sed nõ quo ad substãtiam baptismi. Tum quia rari sunt, q̃ meminerint dixisse illa verba, cum tonsurarentur: & ita timere præfatum defectum, est timere, vbi non est timor, seu timendum. Salua, &c.

c In 4. lib. sent. dis. 24

d C. p. 22. nu. 128.

e In lib. 4. dist. 24. q. 1. art. 1. circa fin.

SVMMARIVM.

1 *Explicitam habet intentionem ordines suscipiendi, qui scrupulos patiens, ad ordinantem, parendo eis quę ille mandat, ita accedit, vt velit recipere id quod Ecclesia intendit dare, vnde & veros ordines recipit, & num. 4.*

2 *Vestes non sunt, nec de substantia, nec de essentia ordinum: vnde illarũ defectus, vel mutatio, seu subrogatio nihil nocet.*

3 *Fides quidem, & scientia non potest in eodem simul esse cum ignorantia, nescientia, & dubitatione, potest tamen esse cum scrupulo.*

4 *Scrupulos qui patitur in fide, non ideo desinit esse fidelis, nec peccat, licet eos non possit expellere.*

Libidinis aculeos, qui in sensualitate patitur licet eos, vt vellet, & nititur, expellere nequit, non tamen peccat.

CONSILIVM V.

DVbitat A. presbyter an vere ordines susceperit, quia cum ordinaretur, dubitabat, an per illas actiones, & verba Episcopi conferrentur ordines, cum sit aliàs valde scrupulosus, licet co

naretur resistere, & expellere tentationem, & quia aliquæ ex solitis sacris vestibus ex incuria in illa ordinatione ei defuerunt.

1 Respondeo debere A. certo putare se esse ordinatum. Tum quòd illi viri docti, quorum iudicia nõ erant scrupulis impugnata, & turbata, id ei respõderunt. Tum q̃ nõ solum implicitè, & virtualiter, sed etiam explicitè ac formaliter voluit ordinari, & facere, & recipere quod S. Mater Ecclesia iudicat in tali ordinatione dari, & recipi.

2 Et palam est totam Ecclesiam iudicare in ordinationibus talibus, ob defectum illarum sacrarum vestium cũ alijs eis similibus, eos ab ordinantibus veros accipere ordines, imò quod etiam qui sine illis talibus vestiti ordinarentur, acciperent eos: quia vestis non est de substantia, neque essentia ordinationis.

3 Tum quod nihil obstat illa imaginatio scrupulosa contraria iudicio vero, cũ quo consistere potest, licet non penitus pacificè. Nã vt nos latè tradimus, [a] licet scientiæ ac fidei repugnent ignorantia, nescientia, & dubitatio, scrupulus tamen non repugnat: vnde non peccant, nec desinunt habere fidẽ, qui scrupulis anguntur, etiam si eos omnino expellere nequeant.

4 Sicut neq; qui libidine aliqua sensualitatis impugnantur, non peccant, licet eã omnino sedare, nequeant, imò pugnando merentur, & ita A. credebat quidem implicitè, & virtualiter, imò & explicitè id quod credit Ecclesia, exequendo illam credulitatem accedendo ad Episcopum, & faciendo, & patiendo quæ illæ iubebat, & resistendo tentationi contrariæ, licet non posset omnino expellere illam, & desiderando eius expulsionem, & resistendo ei adeo, vt non sequeretur scrupulum, sed fidem Ecclesiæ, & iudicium eius. Quare ipsum hortor vt sit fortis, & pugnet cum antiquo serpẽte, & accipiet regnũ Dei, qui nos sua benignitate seruet. Amen.

a In cap. sciscitatus, qui aũt, de pœn. dist. 7.

SVMMARIVM.

1 *Ordines accipiens intentione illos accipiendi, licet cum scrupulo non accipiendi, verum ordinem accipit, & sequent.*

1 *Ordinatus censeri debet, qui voluit bene vel male ordinari, etiam metu mortis coactus, & nu. 2.*

CONSILIVM VI.

REligiosus accessit ad ordines accipiendos, & antequam eos acciperet, insurrexit dubium nolendi, & volẽdi accipere illos, licet in partem affirmatiuam potius inclinaret: & cepit tẽtari, quamuis à principio restitit illi tentationi, de doctrina, & opinione falsa significationis mitræ: & tunc fortius dubitauit, vtrum acciperet ordines, & deinde quietus nihil recordatus prœteritę tentationis accessit, & ordines accepit. Quæritur an sit verè ordinatus.

1 Ad propositam quæstionem respondeo, q̃ meo iudicio prefatus religiosus censendus est habuisse sufficientem intentionem recipiendi ordines. Tũ quia ipse magis inclinauit in partem affirmatiuam, quàm negatiuam. Tum quia ad habendam sufficientem intentionẽ ordinem suscipiendi nõ requiritur, quod absolutè sine vllo scrupulo, & sine inclinatione in contraria velit accipere ordines: quia sufficit, vt velit accipere illos bene vel male imò quod velit accipere ẽt metu mortis coactus, vt singulariter determinat Innoc. III. Papa. [b]

2 Tum quia certum est, quòd prefatus religiosus volũtariè iuit ad accipiẽdum ordines, & recepit eos voluntarie sine metu mortis, ergo propterea quòd habuisset scrupulos volendi, & nolẽdi, & quasdam trepidationes scrupulosas, & de more scrupulosorum, non est censendus non accepisse ordines, imò iudicãdus quod accepit eos calcatis scrupulis iniectis à dæmone transformante se in Angelum lucis. Tum denique q̃ restitit à principio tẽtationi de doctrina, & opinione falsa significationis mitræ: & ideo, q̃d ait postea se dubitasse, nõ est intelligendũ de vero dubio, sed de scrupulo, quod lõge diuersum est à vero dubio, vt nos tradimus post alios in Man. confes. [c] & hmõi scrupulus nihil obstat præfato religioso: nisi quoad inquietandum, quæ inquietatio cessabit, cessante calcato scrupulo, vt nos diximus ibi, & latius alibi, [d] quod cõfirmatur, eo quod quietus

b In c. maiores, §. ité quæritur. de baptis.

c C. 27. nu. 273.

d in cap. sciscitatus, quis autẽ, de pœnit. 7. d. nu. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quietus acceſſit nihil recordatus prętę ritæ tentationis,ita q̃ vir hic bonus vexatur ſcrupulis,qui ſunt argumenta cõtra recta iudicia, & non vera dubia, vt ibidem latius dicitur. Salua,&c.

SVMMARIVM.

1 *Characterem alicuius ordinis qui ob defectum intentionis ſuſcipientis, vel miniſtri,non ſuſcipit, de licentia ſui Epiſcopi, vel Papæ, poteſt illos clam ſuſcipere ab alieno Epiſcopo,vbi ſit incognitus.*

CONSILIVM VII.

QVęſitum eſt,quo remedio ſuccurretur eis,qui nullatenus ſunt ordinati ob defectum ſui conſenſus,& intentionis miniſtri, ad hoc vt iuſtè reputentur ordinati ad vtendũ ſuis ordinibus,qui eis deficiunt,ne accuſentur bis ordines ſuſcepiſſe,& irregularitatem contraxiſſe,ſicut cõtrahit is, qui bis baptizatur, per cap.eos [a] & notata per nos in noſtro Man.conſ.[b] vbi ſequitur S.Antoninum,qui tenet, eum qui bis confirmatur,& ordinatur,incurriſſe irregularitatem per c.[dictum,] [c] quod agit de bis confirmatis,& cap.1.[d] quod agit de bis ordinatis.

a *Et ca.qui bis,decõſec. diſt.4.*
b *Capit.27. nu.247.*
c *De cõſec. diſt.5.*
d *68.diſt.*

1 Ad hanc quæſtionem reſpondimus viſum fuiſſe nobis in quodã caſu occurrenti aptum remedium, vt adirent ſuos ordinarios,& confiterẽtur eis ſacramẽtaliter,ne reuelare poſſent, & peterent ab eis licentiã ſuſcipiendi ordines illos à quibuſcũq; mallent Epiſcopis,& poſt adirẽt aliquos Epiſcopos longiſſimè abſentes in aliqua terra, vbi eſſent incogniti,& uirtute dimiſſoriarum,ob quas fuerunt antea ordinati, reciperent præfatos ordines, quibus deficiunt: quod tamen remedium non eſſet aptum eis, qui eſſent prius ordinati a proprijs Epiſcopis ſine literis dimiſſorijs: quia non poſſent impetrare alias, quæ præcederent ordinationes priores, pro quibus videtur remedium impetrare à S. S. dimiſſorias ad quoſcũq; Epiſcopos, & adire aliquos longiſſimè abſentes,vt prædictum eſt.Sed obſtat,quod Sedes Apoſtolica non concedit poſt Conc.Triden. hmõi dimiſſorias, niſi cũ clauſula, [de conſenſu ſui ordinarij,] de quo non poteſt conſtare ſine literis eius, nec illæ poſſunt haberi ſine detectione malæ ordinationis:& ita curandum eſſet:vt concederentur ſine illa clauſula.

SVMMARIVM.

Epiſcopus tolerare poteſt male ordinatos exiſtentes in probabili ignorantia. 1
Ordines minores malè ſumens ſuſpendendus eſt,ſed non eſt ſuſpenſus. 2
Ignorantia probabilis male ordinatum maioribus excuſat à ſuſpenſionis pœna. 3
Præſumentem cùm punit lex,facientem bona fide non ligat.
Ordines illos reſumere debet ſub conditione is,qui probabiliter dubitat,an eos,receperit. 4
Error communis tunc facit vt geſta ratione publici officij valeant, quando latet defectus,& conſtat officialem (etſi malè) à ſuperiore officium habuiſſe. 5
Presbytero ordines minores conferendi poteſtas à Pontifice data non præſumitur, etiam accedente longiſſima quadraginta annorum poſſeſſione,nu.1.
Promotis per ſaltum ignoranter beneficiorum facta collatio tenet. 6
Laici beneficiorum incapaces ſunt.
Beneficij collatio nulla tacitè reualidatur, cùm ceſſante impedimento, is ad quem prouiſio ſpectat,ſciens patitur prouiſum illud retinere. 7

CONSILIVM VIII.

DE quibuſdã ordinatis ad quatuor minores à quodã Protonotario presbytero, dicente ſe habere facultatem id faciendi a Papa, credente id populo 40.circiter annis, quibus id publice faciebat,quos Epiſcopus præſens cogit impetrare diſpenſationem à Sede Apoſtolica infra ſex menſes alioqui habiturus eos pro ſuſpenſis. Quæritur primò,an diſpenſatione indigeant,ſtante eorũ probabili ignorantia.Secundò, an ſi eſt neceſſaria diſpenſatio,teneãtur reſumere ordines minores. Tertiò, de beneficijs poſtea obtẽtis quid agendũ.

1 Ad primam quæſtionem reſpondetur primò, quod potuit Epiſcopus diſſimulare cum ijs,per c.[quia circa.] [e] ſecundum intellectum Goffredi quẽ nos mõſtramus eſſe verũ, [f] cõtra Hoſtiẽſem cõſter ibi receptum, quatenus probat diſſimulare poſſe iuſtè Superiorem cũ ſubdito bona fide credente ſuam diſpẽſationem circa ius humanum eſſe legitimam,licet de iuris rigore non ſit talis.

e *Cle.1. de præbend.q.38.*
f *De reſtit. ſpol. oppoſitione 8.*

2 Secundò,quòd mero iure non indigent diſpenſatione.Tum quia per malã aſſumptionem ordinum minorum non incurrit quis ipſo iure ſuſpenſionem, licet mereatur ſuſpendi,cap.[vel non eſt compos,]ibi, [ſuſpendendos.] [a] Nec obſtat extrauagans Pij II.quæ incipit [eũ ex ſacrorũ,]quia ſolùm loquitur de ſumentibus ordines ſacros. Tum quia ẽt ſumentes ordines ſacros bona fide, & ignorantia probabili, qualis vt hęc, nõ incurrũt ipſo iure ſuſpenſionem,vt nos declaramus in repetit,c.[accepta,] [b] eo quia præfata extrauagans imponit pœnam præſumenti ſumere, & ita doloſè id agenti, & ſic non incurrit bona fide ſumens,iuxta theoriam Cardinali. [c]

a *De sempo ribus ordi.*
b *De reſtit. ſpol. oppoſitione 8.*
c *Cle.1. de præbend.q.38.*

4 Ad ſecundam reſpondetur,q̃ etiãſi non ſit neceſſaria diſpenſatio, debent tamen reſumere ordines minores cum conditione:quia cum dubitatur,an vere quis ſit baptizatus,an eccleſia ſit conſecrata,vel an ſuſceptum ſit aliud ſacramentum,vel ſacramentale, quod eſt ſuſcipiendum vel faciendum, debet illud reſumi ſub conditione ſi & quatenus nõ eſt ſuſceptum,vel factum. [d]

d *Cap.2.de bapt. & ea. ſolẽnitates, de conſecr. diſt.1.cũ eis ãdnotatis. & ff.de offic. Prato. f 8.q.44. g In ca.duodum. 2. de elect.& lætius c.nihil eod.tit. h De cõſue. 150.diſt. k Cano. 7. ſeſſ.23.*

5 Nec obſtant l.Barbarius [e] & c.[nõ ne,] [f] & alia iura eis concordantia.quibus videtur probari,quod geſta ratione publici officij valent propter errorem cõem:quia illud eſt verum,cùm cõſtat, quod auctoritate Superioris fuit illud officium ſibi commiſſum benè,vel malè ſine notorio defectu, & toleratur in eo vt reſoluit Pan.poſt alios g & in caſu propoſito nõ conſtat quod præfatus presbyter habuerit poteſtatem ordinandi,imò grauiter præſumitur contrariũ, arg.c.[quanto,] [h] & eorum quæ ibi notantur,ſoluendo oppoſitionem quę ibi fit ex c. [peruenit,] [i] adiuncto præſertim [k] Concil.Trid.quod habet hæreticum eſſe illum,qui dixerit, Epiſcopis, & presbyteris eandem poteſtatem ordinandi & confirmandi eſſe.

6 Ad tertiã reſpondetur primò,quod collationes beneficiorũ factæ illis poſtquam fuerunt ſacris ordinibus initiati, valuerunt, nec indigent renouatione; aliæ vero quæ factæ fuerunt,antequam ordinibus ſacris ordinarentur,non valuerunt à principio;quia collatarij erãt laici,& laici ſunt incapaces beneficij eccleſiaſtici iuxta iura [l] & colligitur ex c. [cum adeo] [m]

7 Secundo,quod ſi prefati poſſederũt illa beneficia videntibus, & tolerãtibus collatoribus eorũ, videntur tacitè reſecta per ea quæ nos diximus in prælectione c. [ſi quando,] [n] arg. eorum quæ Felynus poſt;Panor. & alios ſcipſit [o] de collatione beneficij pertinentis ad ius patronatus, facta intra tempus præſentandi, & patrono poſtea non præſentante, & deuoluta poteſtate liberè conferendi ad Epiſcopum.Salua,&c.

l *C.2.de im ſitt. & c.ex literis, de tranſact.*
m *De reſcr.*
n *De reſcr. except. 17.*
o *Ca. cũ ex off. de præſ.*

De filijs presbyt. ordin. vel non.

SVMMARIVM.

Matris etiam morientis dicto filius natus in figura matrimonij, & pro legitimo tractatus, non tenetur credere, quod ſit adulterinus, immo poteſt credere ſe legitimum, nu.5. quod ſi credat,non poteſt ordinari niſi iterum credat ſe legitimum,nu.1. 1
Fidem ad generandam ſeu credulitatem affectio pia & motiuum etiam paruum ſufficiunt,modo illud ſit iuſtum,nu.5. 2
Intellectus non niſi principijs,& ex eis per demõſtrationem deductis aſſentitur neceſſario. 3
Voluntas beatitudinem ſolùm & ea quæ ei per intellectum neceſſario demonſtrantur conſequentia,vult neceſſario. 3
Credere poteſt quis unum, & eius contrarium diuerſo reſpectu, etiam ſi antibus eiſdem motuis. 4

CONSILIVM I.

QVid debeat facere filius natus in figura matrimonij, qui 12. annis credidit ſe filium mariti matris ſuæ, & poſtea. 14. credidit ſe filium

lium adulteri, dicto matris viuentis, & morientis persuasus, ad hoc vt possit ordinari sine dispensatione?

1 Respondeo primò, quòd fidem, siue credulitatem, quam postremo loco habuit, deponere debet: quia qui contra conſciẽtiam agit, ędificat ad gehennã.[a]

a C. fin. de præscript.

Secũdo, quod non sufficit deponere illam, & ponere se in statu dubij: quia etiam qui contrauenit conscientiæ dubiæ peccat, [b] & per multa alia, quæ præ alijs adducimus.

b C. ad audientiam, de homic.

2 Tertio, quod ex his sequitur oportere eum credere firmiter coram Deo quis autẽ, se esse legitimũ. Tũ quia ad generãdam fidem siue credulitatẽ, vt duo requirantur, ita duo sufficiunt, videlicet motiuum; & pia affectio vt in lib. posteriorũ docetur: nam sicut nullo motiuo quam libet magno cogi potest quis ad credendum si nolit, ita volenti credere paruũ motiuum sufficit. Vnde licet multi habentes maximum motiuum credendi Christo nõ crediderint ei, ita multi habentes longè minus crediderunt, & hodie credunt eidem. Tum quia qui vno tempore credidit vnum per vnum motiuum, alio tempore potest credere cõtrariũ propter aliud; vt multi, qui vno tempore crediderunt Christo, alio tẽpore negauerunt eum, & è contrario.

c In ca. si quis autẽ, de pæ. d. 7.

3 Tum quia hoc procedit etiam durãtibus eisdem motiuis, sicut in casu proposito durant. eisdem enim argumentis durantibus multi infideles efficiuntur fideles, & è cõtrario: quia voluntas pro libertate, quam habet, vult credere nũc vnum, & postea aliud: nam vt colligitur ex S. Tho.[d] sicut intellectus non assentitur necessario nisi primis principijs, & conclusionibus ex eis per demonstrationem deductis, ita voluntas non vult necessariò nisi beatitudinem, & quæ mõstrantur ei per intellectum necessariò illam consequentia, quorum de numero in hac vita sunt pauca, à quibus longè abest, quod in nostro casu proponitur: & ita consulens potest velle credere vtram partem voluerit.

d 1. par. q. 82. art. 2.

4 Tum quia nos per multa argumenta probauimus [c] q̃ potest quis credere aliquid ad vnum effectũ; & credere contrarium ad alium, non quidẽ vno & eodem momento, quia id implicaret contradictionem, sed diuersis, etiam durãte eodẽ penitus motiuo. pro quo põde rauimus textum singularem in c. [inquisitioni,] [f] quatenus probat posse dari alicui vxori aliqua talia motiua, cre dendi maritum priorem esse, & nõ esse mortuum, quibus potest, immo debet credere illum esse mortuũ, quo ad reddendum debitũ, & credere nõ esse mortuum quo ad exigendum, nulla ratione alia, quàm quod vnus & idẽ potest credere nunc vnum propter vnum motiuum, & postea contrariũ propter aliud, non obstante priore.

e In d. c. si quis autẽ, de pæn. dist. 7.

f De sent. excommun.

5 Quartò q̃ consulens potest, si vult, iustè, & firmiter, credere se esse vere legitimũ, si habet iustum motiuum illud, & quod habet tale. Tum quia lex iusta præsumit illud. [g] Tum quia quidquid mater adultera ei affirmauerit, nunquã tamẽ adulter, nec viuens, nec moriens id ei dixit, & populus, vbi natus, & educatus fuit in sua infantia & pueritia, credit eum esse legitimum. Tum quia matres sæpe in similibus casibus decipiuntur, & sæpe mentiuntur ob multos respectus, & denique quod satis superque motiuum habet ad iustè credendum id cuius contrarium nec scit, nec scire potest, per auctoritatem illam grandem legislatoris, & legis id præsumentiũ. Quare mea sententia ipse adhæreret prædictæ legi, & firmiter præsumeret, & crederet, quod illa præsumit: & si ego essem ipse, ita facerem, Salua, &c.

g L. filium. ff. de fun. & fil.

SVMMARIVM.

Dispensatio Comitis Palatini ad ordines non extenditur, nec ad beneficia ecclesiastica. 1

Illegitimus ordinatus minoribus, non est suspensus. 2

Illegitimus beneficij Ecclesiastici incapax. 3

Tacitumitas non dolosa simplicis beneficij malè antea obtenti non tollit dispensationem ab obtinendum curatum impetratam. 4

A restitutione fructuum hęc duo excusant, videlicet paupertas, & seruitium Ecclesiæ, pro quo tantum vicario datum fuisset, ac fructus percepti valent. 5

Seruiens beneficio non valdè impetrato excusatur à restitutione pro rata mercedis, quæ data fuisset vicario seruienti.

CONSILIVM II.

ILlegitimus à Comite Palatino legitimatus ordines minores, & beneficiũ simplex accepit: deinde super his, & ad omnes alios ordines, & beneficia etiam curata accipienda à summo Pœnitentiario, nulla facta mentione beneficij obtenti, dispensatus, aliud curatum impetranit, quod ei inseruiendo vna cũ suprædicto simplici possedit 12. annis, & 130. ducatos toto illo tempore percepit. Quæritur quid iuris.

1 Respondeo primò, quòd D. consulens fuit malè ordinatus: quia, vt ipse fatetur verbo extra ea quæ dicit in scripto, suscepit ordines etiam sacros virtute legitimationis factæ à Comite Palatino; & huiusmodi Comites communiter non habent facultatem legitimandi quo ad ordines, neq; quo ad beneficia ecclesiastica.

2 Secundò, quòd licet defendi posset collationem primi beneficij simplicis ei factam non fuisse nullam propter malam ordinationem, quia per illam non fuit incursa suspensio ipso iure, quamuis potuit suspendi, [a] quia per malam ordinationem non suspenditur ordinatus ipso iure, nisi quando ordinatur ad sacros sine dimissorijs, vel ante legitimam ætatem, vel extra tempora iuris per Extrauagantem Pij II. [eum ex sacrorum.]

a C. vel nõ est cõpos. de temp. ord.

3 Tamen ex alio capite fuit mala & nulla, quia erat illegitimus, qui est incapax beneficij Ecclesiastici ante legimationem, vel dispensationem. [b]

b Toto titu. de filijs presbyterorũ, & clarius ead. tit. li. 6.

Tertio, quod D. consulens videtur sufficienter factus habilis ad sucipiendos ordines, & exequendos eos per dispensationem summi Pœnitentiarij, per quam sublatus fuit defectus natalium, & etiam malitia malæ ordinationis. Nec obstat quod tacuit beneficium: quia quo ad tollendam malitiam ordinationis non fuit necessaria eius expressio.

4 Quarto, quod quamuis saltem quo ad forum conscientiæ defendi possit, taciturnitatem præfatam D. consulentis, quã tacuit bona fide per ignorantiã iuris primum beneficium, quod verè, non erat suum, sed habuit grandem causam credendi, quòd erat suum, non nocuisse impetrationi dispensationis ad beneficium curatum: securius tamen videtur, præsertim quo ad forum exterius, dicere cõtrarium, iuxta glossam. [c]

c C. eũ qui, de prab. lib.

Quintò, quod certum est collationem beneficij simplicis fuisse nullam, & 6. tenendo quod in 4. dicto dictum est, se curius esset dicere, quod etiam collatio beneficij curati fuit nulla; restat omniũ prædictorum beneficiorũ fructus fuisse malè perceptos, & consequenter restituendos esse, nisi aliquid aliud excusauerit.

5 Sexto, quod præfatus D. consulens videtur excusari à restitutione, duplici capite: alterum est inopia & paupertas, quæ excusat, saltem donec ad pinguiorem fortunam veniat, iuxta ea quæ nos latius tradimus in Manual. confess. [d] alterum est quod seruiuit prædicto beneficio curato, cui necessario seruiendum erat per aliquem vicarium idoneum, cui dandum erat tantum vel maius salarium, quam valebant fructus illorum beneficiorum, cum in duodecim annis non perceperit ex eis nisi valorẽ cẽtum triginta scutorum, & ita pro seruitio facto potest eos retinere, iuxta ea quæ nos dicimus in d. Manu. confess. [e]

d Cap. 17. à nu. 75.

e C. 23. nu. 4.

Septimo, quod iuxta ea quæ prædicta sunt in 4. & 5. dicto, eget D. consulens quo ad forum præsertim exterius dispensatione ad beneficium simplex, etiam ad retinendum illud curatum, quod habuit, cum reualidatione tituli, quem habuit ab ordinario, vel concessione noui, si & quatenus opus est. Missam autem videtur posse dicere: quia quo ad ordines, & exequutionem eorum satis videtur dispensatus, per posita in tertio dicto super defectu natalium, Salua, &c.

SVMMARIVM.

Dispensatus censetur aliàs inhabilis eo ipso, quòd à Papa scienter, etiam sine alia causæ cognitione, promouetur; secus in Episcopo, nisi expressè dispẽset, vel saltẽ pra- 1

1 *præmissa causa cognitione promoueat.*
Subreptitius est, qui habens mandatum, vt secum dispensetur, asserit se dispensatum.
3 *Commissio Papæ facta ordinario vt cum aliquo illegitimo dispenset, expirat, Papa re integra mortente.*
4 *Suspensionem incurrit secundum Syluestrum, qui male ordines accipit, &c., si ministrat, fit irregularis.*

CONSILIVM III.

ILlegitimus obtinuit commissionē à Papa ad Episcopum suum, vt secum dispensaret: & antequam dictus Episcopus cōmissionem exequeretur, prima tonsura initiatus canonicatum à Papa impetrauit: demum alterius commissionis virtute, quæ post committētis mortem executioni demandata fuit, alios ordines suscepit. propter quod petijt à sacra Pœnitentiaria super præmissis remedium opportunum.

1 Pro informatione Pœnitētiariæ ponuntur sequentia. Primò, q̄ hic consulens vt indigere remedio tā quoad forum exterius, quam quo ad interius. Secundo, quod consulens male fuit ordinatus ab Episcopo ad primam tonsurā; quia inter Papam & inferiores, in hac materia hoc differt, quod Papa faciens gratiam alicui, quem scit pati aliquem defectum, quo fit inhabilis ad illam, vt dispensare, ēt si non dicat se dispensare neq; causæ cognitionem præmiserit: ordinarius autem non; etiam in casu quo posset, nisi expresse dispenset, vel saltē causæ cognitionem præmittat, iuxta resolutionem Panormitani [a] hoc modo conciliando dicta Innocentij, quorum alterum ponit in c. [veniens.] [b] & alterum in dict. c. [diuersis fallacijs.] quæ cōmunis sententia est, quam etiam tenet Antonius post Hostiensem, [c] & Episcopus prædictus ordinauit consulentē sine vlla causæ cognitione, & non dicēdo quod dispensabat.

2 Tertiò, quod prouisio canonicatus facta à Papa huic consulenti non vī valuisse; quia in eius impetratione falso fuit expressum cum eo fuisse super defectu natalium dispensatum, cum solum fuisset mādatum dispensari, & nō fuisset dispensatum, vt prædictū est. Quartò; q̄ prædictus consulens malè fuit promotus ad quatuor minores, & duos reliquos primos sacros, per prædicta: & quia cō- prædictus consulens iudicabitur irregularis, secundum mentem Syluestri, quod ordine sacro malè suscepto vsus: & secundum eum videtur suspensus accipiens male ordinem, & suspensus ab ordine eo vtens fit irregularis. Salua, &c.

a In cap. diuersis falla cijs, de cler. conjug. & in ca. quisquis, de elect.
b De filijs presbyt.
c In d.c. Se niens.

SVMMARIVM.

Illegitimus bona fide credens secum dispensatum, ordinatus sacris, non incurrit pœnam suspēsionis nec irregularitatis, nec extrauagantis Pij II.
Episcopus dispensare potest in omni suspensione a iure lata pro delicto mere adulterio, qualis est illegitima ordinis assumptio.
Illegitimus, si antequam cum eo virtute mandati Apostolici dispensatum esset, subdiaconatum accipiat, potest ab Episcopo suo absolui; ita vt possit ad alios ascendere, scilicet postquam iuxta dictum mandatum cum eo fuerit dispensatum, vt eos accipiat.
Iobelæa ab irregularitate nullo modo, à suspensione autem in foro conscientiæ tantùm, nisi aliud exprimatur, absoluendi dant potestatem.
Illegitimus ab Episcopo simpliciter dispensatus vt ad num possit habere beneficium, non censetur dispensatus ad canonicatum in cathedrali, nisi hoc exprimatur.

CONSILIVM IV.

MVltarum quæstionum incidentiū prima est, vtrum illegitimus, qui putans se habere dispensationem Papæ ad ordines sacros, cùm tamen non haberet nisi commissionem de dispensando ordinario missam, bona fide accepit subdiaconatum ab alio Episcopo cum literis dimissorijs, incidat in suspensionem, & irregularitatem extrauagantis Pij II. [cum ex sacrorum.] relatæ à 70. & cū nobis in Manu, confess. [n]

Ad

1 Ad hanc primam quæstionē respondeo quod non. Tum quia illa extrauagans solum punit eum, qui suscipit ordinem sacrum ante legitimam ætatē, vel sine dimissorijs, vel extra tēpora; & ita non tangit hunc casum. Tum quia ponit præsumentes suscipere, non autē bona fide sine dolo id facientem, vt [a] diximus; & latius antea in repetitione cap. accepta.] [b]

Quæstio secunda, vtrum Episcopus originis possit dispensare cum illegitimo promoto ad ordinem subdiaconatus sine dispensatione Papæ.

2 Ad hanc secundam quæstionem respondeo q̄ sic. Tum quia ita decidit ipse magister Gratianus, [c] qui allegat, & subijcit textum ad hoc solemnissimum in c. [Lugdunensis.] [d] Tum quia Episcopus potest regulariter absoluere ab omni suspēsione lata à iure, vt post alios resoluit Syluester, [e] a cuius resolutione licet discedamus nos in Manu confess. [f] quo ad alias suspensiones, conuenimus tū quo ad illas, quæ imponuntur pro adulterio, & alijs minoribus criminibus, de quorum numero est præfata ordinatio, præsertim facta bona fide, & sine dolo, vt in casu proposito.

Quæstio tertia; an præfatus cōsulens fuerit satis iustè absolutus a suspensione, quam incurrerat malè (sine dispensatione) suscipiendi subdiaconatū ita quod etiam iuste potuisset ascendere ad superiores.

Hoc corollariè soluitur ex responsione ad quęstionē secūdam, cū Episcopus originis iustè potuisset illum absoluere ab ea, & absoluit, vt habetur in facto & casu.

Quæstio quarta, an absolutio virtute Iobelæi accepta potuisset consulentem liberare à præfata suspensione, & irregularitate, si quam contraxisset celebrando suspensus.

3 Ad quam respondetur primo, quod potuisset liberare illum à suspensione quoad forum conscientiæ tantum: quia per Iobelæa non fit absoluto quo ad forum exterius, nisi id in eis exprimatur, quod tamen rarissimè fit, vt colligitur ex Man. [g] Secundo, quod non potuisset liberare ab irregularitate, si quam contraxisset; quia nec Iobelæa, nec aliæ bullæ præstant facultatem absoluendi siue dispensandi ab irregularitate etiā quo ad forum conscientiæ, vt nos monuimus in dicto Manu. [h]

4 Quæstio quinta, an collatio canonicatus facta consulenti fuerit valida.

Ad quam respondetur quòd non, si Episcopus originis solum dispēsauit cū eo ad ordines minores tantū, & non ad beneficium, vt significatur in casu: quia collatio beneficij facta illegitimo ante legitimam dispensationē valet, vt probatur in c. fi. [i] & ibi latius tractat Anto ninus. Si autem præfatus Episcopus dispensauit quoad ordines minores, & beneficium simplex, iuxta cap. 1. & 2. [k] ita q̄ extenderetur ad canonicatū Ecclesiæ cathedralis, ad quam potest Episcopus dispensare cum illegitimo, secundū opinionem Archidiaconi communiter receptam, [l] tenuit præfata collatio.

Aduertendum tamen, q̄ licet Episcopus possit dispēsare cum illegitimo ad omne beneficium simplex, & ita ēt ad canonicatum Ecclesiæ cathedralis secundum præfatam opinionem Archidiaconi; tamen videtur dispensare ad talem canonicatum, nisi id exprimat, secundum Francum, [m] per quandam rationem coloratam, Salua, &c.

[Aduertendum dispensationem episcopi de qua hic per Nauar. nu. 2. nō respicere impedimentū proueniens ex defectu natalium: sed illud quod prouenit ex eo quod sine dispensatione Papę assumpsit sacros ordines vel sufficiētibus dimissorijs ab alieno.

a In d.c. 25 nu. 70.
b Oppos. 8. de rest. spol.
c In §. his auctoritatibus. sub ca. num inuita. n. 9. 2. & ad ē cau. & quæstio.
d In verb. suspēsio. q. 3. arg. c. nu per de sent. excomm. fo. 27. nu. 162.
e C. 27. nu. 272. sub finem.
f C. 26. nu. 241.
g C. 27. nu. 194. et 250
h C. 27. nu. 194. et 250
i De fil. presbyt.
k De filijs presbyt. li. 6.
l In d. c. 1. & 2. de filijs presbyt. lib. 6.
m In d. c. 1. nu. 6.

SVMMARIVM.

Dispensare etsi censeatur Pontifex, quando fecit aliquid contrarius super quo dispensare pōt, secus tamē est in Episcopo. 1
Ordines non bene accipiuntur ab Episcopo, nisi, sit illius subditus ratione originis, vel beneficij, vel domicilij, vel saltē triennalis familiaritatis. 2
Domicilium non præsumitur ante decennium nisi probetur. 2
Consensus nouus præsentantis vel consentientis pensionis reseruationi non requiritur quando Papa mstitutionem de beneficio, & reseruationem pensionis nulliter factum ratam habet. 3

Dispen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

4 Dispensatio super beneficio, & pensione male obtenta obtinet vires à die eius cõualidationis, nisi Papa iubeat eam retrotrahi.

CONSILIVM V.

NIllegitimus ab Episcopo Ecclesiæ A. eius auunculo, licet nõ esset eius subditus, sine alia expressa dispẽsatione accepit minores ordines, & postea à Papa ad nominationem Regis obtinuit beneficiũ, ac pensionem. Quæritur quid iuris; & dato qđ egeat dispẽsatione ab illegitimitate, an sit necessariũ, ꝙ Papa ratam habeat collationem beneficij, & constitutionem pensionis.

1 Pro resolutione dubiorum, quę ex proposito facto oriuntur, respõdeo primò præfatum N. certò & indubitatè dicẽdum esse malè ordinatum. Primo quidem ex defectu natalium, quia nó erat legitimus; & qui non est legitimus, non potest sine dispensatione saltẽ Episcopi ad ordines ét minores promoueri, per c.1. [a] Et nõ prodest ei dicere, quòd Episcopus Ecclesiæ A. ordinando eum visus fuit dispensare cum illo, vt posset ordinari, quia superior, cũ facit aliquid contra illud, super quo dispensare põt, videtur tacitè dispensare, iuxta l. [quidam consulebat.] [b] Quoniam illud verum est, cæm superior est Papa; non autem est verum, cũ superior est Episcopus, vt tradit eleganter Panormitanus receptus ab aliis [c] concordando duo dicta Innocentij, [d] & assignando pulchrã concordiæ rationem.

a De fil. presbyt. lib. 6.

b ff. de reiud.

c In ca. diuersis falla cũs, de cler. coniug. d Nu. 3.

2 Secundò ꝙ etiam videtur malè ordinatus ex eo quòd Episcopus Eccles. A. Auunculus eius non potuit eum iure ordinare, quia nõ erat subditus eius ratione originis, nec ratione beneficij neq; ratione domicilij, quorum triũ saltem vnum requiritur ad hoc, vt Episc. possit aliquem ordinare, & constat prę fatum N. nullo illorum modorum subditum fuisse illi, quia non fuit natus in diœcesi ecclesiæ A. nec habebat beneficiũ in illa, vt colligitur ex facto narrato, neq; ẽt habebat domicilium, quia licet inseruiret Episcopo suo auunculo, & aleretur ab eo, non tamen acquisiuit domiciliũ: quia illud non quæritur, nisi habenti animum viuendi perpetuo in aliquo loco, & ipse non videtur transisse ad auunculum suum animo trãsferẽdi, vel acquirendi domicilium per habitationem perpetuam, sed vt esset eius familiaris; per quod in dubio non præsumitur talis animus, saltem ante decem annos. [e] Nec prodest illi quod per Cõcil. Trid. permittatur Episcopis ordinare familiares suos triennales conferen. 10. C. de do eis statim beneficia; [f] quia non narratur in facto, quod & in dubio nõ præsumitur factum, nisi probetur. [g]

e Lege 2. C. de Epis. & cler. f Sess. 21. cap. 4. de reform. g De probat.

3 Tertio respondeo, ꝙ non videtur necessarius nouus cõsensus Regis, neq; antiquus durare, [h] non quidem quo ad hoc, vt pensio constitueretur valeret à principio, & à tẽpore, quo fuit facta, vel præsumitur. Sed sic quo ad hoc vt effectus consensus; sed sic quo ad hoc vt effectus consensus non possit dici quod Papa concessit pẽsionem sine consensu regio & Episcopi: nisi enim Papa narratis præfatis defectibus suppleuerit ea, quæ defuerunt, valida censebuntur omnia à tempore, ad quo sua sanctitas illa suppleuerit, & vo luerit omnia esse rtè, & rectè facta. [i]

h In c. fi. de fil. presb. et aug. c. 1. & 2. eo. tit. li. 6. i In c. post. N. 4. et 5. de rescript. d In c. 1. de reg. tu. li. 6. e De filijs presbyt.

4 Quarto, quod expediet dicto N. vt cap. Papa in concessione huius gratiæ dispẽ set primò super defectu natalium: & secundò ratam habeat collationem beneficij, quam habuit; tertiò quod habeat posse ratam constitutionem pensionis si fieri poterit, à tempore constitutionis eius attento consensu tum regio, tum eius qui soluit pensionem, propter supradicta. Salua, &c.

f Arg. c. sã florũ, & c. nemmẽ. 70. dist. et c. cũ secundum, & c. tuis de præben. g De filijs presbyt. h C. cũ singulam. in princ. & §. prohibemus. & c. cũ de beneficio. de Prab. li. 6. et clem. 1. de suppl. negl. prælat. i Arg. d. iuuenum.

SVMMARIVM.

Illegitimus nullus sine dispensatione Papæ vel Episcopi potest habere vllum beneficium Ecclesiasticũ: fallit in religioso professo, qui habet sui ordinis beneficia & officia, modò non sit dignitas numero 3. nec habeat curam animarum ex fundatione, priuilegio, vel vsucapione. numero 6. & 7. 1

Beneficium obtinens ecclesiasticum, caeteris paribus, præfertur non habenti. 2

Communis usus loquentium, præsertim legislatorum, attendendus. 3

Prælatorum, seu præfectorum appellatione secundum communem vsum loquendi solum veniunt Episcopi, & eis superiores, præfectique ecclesiarum collegiatarum sæcularium & regularium, quales non sunt rectores parochialium. 5

Et coniunctio, proprie diuersa coniungit. 7

Dispensatus illegitimus ad omnes etiam presbyteratus ordines non est dispensatus ad beneficia.

CONSILIVM VI.

VN illegitimus factus canonicus regularis ecclesiæ cathedralis, possit elie archidiaconus eiusdem sine dispensatione Papæ?

1 Pro parte negante facit primò, ꝙ nullus illegitimus potest sine dispensatione Papæ, vel Episcopi, habere vllum beneficium Ecclesiasticum, iuxta glossam communem recept. [a] & negari non potest hunc archidiaconatum esse beneficij, quam tradit Calderinus [b] & ibi Felynus [c] & Ancharanus. [d]

a In c. fi. de fil. presb. et aug. c. 1. & 2. eo. tit. li. 6. b In c. post. c N. 4. et 5. de rescript. d In c. 1. de reg. tu. li. 6. e De filijs presbyt.

2 Secundò, quòd non videtur esse vllus textus, qui probet religiosum illegitimum posse habere vlla beneficia absque dispensatione, quia c. 1. [e] quod maximè in hoc citatur, solum probat posse assumere ordines sacros: sed nihil dicit de beneficijs; imò expresse prohibet sibi prælationes: & constat omnia beneficia esse quasdam prælationes quia qui illa habent, præferuntur cæteris paribus iis, qui non habent illa. [f]

e In ca. diuersis falla cũs, de cler. coniug. d Nu. 3. f Arg. c. sã florũ, & c. nemmẽ. 70. dist. et c. cũ secundum, & c. tuis de præben. g De filijs presbyt. h C. cũ singulam. in princ. & §. prohibemus. & c. cũ de beneficio. de Prab. li. 6. et clem. 1. de suppl. negl. prælat. i Arg. d. iuuenum.

Pro parte autem affirmante facit primò præfatum c. 1. § quatenus probat, illegitimum factum monachum, vel canonicum regularem, posse absque dispẽsatione assumere ordines sacros, sed nõ prælationem, per quam exceptionem significat à contrario sensu, posse habere alia beneficia, vel officia regularia, quæ qui habent non dicuntur prælati.

3 Secundò, quòd etiam in monasteriis regularibus inueniuntur beneficia Ecclesiastica præter abbatias, & alias præfecturas, siue prælaturas conuentuales, vt prioratus claustrales, officia, & administrationes, [h] ad quę omnis monachus professus etiam illegitimus videtur habilis. [i]

4 Tertiò, ꝙ communis vsus loquẽdi præsertim legislatorum est attendẽdus quo ad intelligendum leges ab eis conditas. [k] At communis vsus loquendi habet appellare prælatos solos Episcopos, & superiores eorum; & præfectos Ecclesijs collegiatis sæcularibus vel regularibus, & non alios, etiam si copiosos reditus habeant: quin & legislatores ipsi in eadem significatione vtuntur illo nomine, vt in c. [cum ab Ecclesiarum prælatis,] [l] clem. [dudum. § ab olim. [m] ibi,] prælatos & rectores.

k Le. lib. §. quod tamẽ Cassius. ff. de leg. 3. l De offi. or. & in rubr. de his quæ fiunt à prælatis, & in rubr. de off. ord. & c. de præben. lib. 6. m de sepul. n In rub. ff. de turis & facti ignor. & c. quere la de simõ. o In d. cle. §. statutum q. 9. p In d. cle. §. statutum q. 9. q In d. clem. §. ad honorẽ, nu. 57. q In d. c. 1. de fil. pres. r De suppl. negl. prala. s In prin. & fine de prab. lib. 6. t C. 2. & c. cũ ad monasterii. §. tales de statu monach.

5 Significando per illam coniunctionem, & quæ propriè coniungit diuersa, & ẽ rub. de excess. prel. ecclesiarum parochialium non dicantur prælati. & in eadem clem. §. [nos autem.] per illa verba, [Prælati locorum,] solum intelliguntur Episcopi, prælaturas. & alij iurisdictionem quasi episcopalem habentes secundum Cardinalem & eos quos ipse refert. [o] Quamuis Bonifacius P solos Episcopos putat ibi appellandos esse prælatos.

6 Quartò, quòd etiam Antonius & Cardinalis [q] asserunt illegitimos per professionẽ regularem legitimatos posse habere sine alia dispensatione administrationem, quæ tamen est beneficiũ regulare, vt probat clement. 1. [r] & cõsequenter possunt habere prioratus, & officia sui ordinis & monasterij, iuxta cap. [cum singula.] [s] & consequenter præfatum archidiaconatum mensæ, quem qui tenet, nõ est prælatus, sed potius cellarius, qui mensæ necessaria præbet. Nec obstat, ꝙ illi loquuntur de administratione manuali: quoniã omnia beneficia regularia præter prælaturas conuentuales iure cõmuni sunt manualia, [t] & ita eadem ratione potest habere vnam, sicut aliam, & consequenter præfatum archidiaconatum, sicuti quemcunque prioratum suæ ecclesię alium à conuentuali.

Ex his pro vtraq; parte consideratis apparet primò quęstionẽ hanc esse magnam, & parum à doctoribus tractatã. Secundò colligitur, ꝙ duplex ratio videtur vigere ad dicendum quod requiratur dispensatio. Altera est, qđ hic archidiaconatus videtur prælatura: altera qđ est beneficium, & qđ dispensatus ad omnes ordines, non vt dispensatus

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad beneficium, si nihil dicatur de beneficio in dispensatione ad ordines.

Tertiò, quòd prior ratio prælationis non concludit, quia efficaciter probatur per adducta pro parte affirmante præfatum Archidiaconatum non esse prælaturam, siue præfecturam.

Quartò, q; nec ratio secunda videtur concludere dispensationem esse necessariam in hoc casu, attento solo iure cõmuni & attenta natura, quam hñt solo iure communi beneficia regularia: quia efficaciter probatur illegitimum factũ religiosum posse absque dispensatione habere beneficia manualia sui ordinis, & monasterij, si cura animarum careãt, & quod solo iure communi attẽto omnia beneficia regularia, quæ non sunt capita conuentuum, sunt manualia; & quod is archidiaconatus solo iure communi attento, cum non sit abbatio, nec prioratus conuentualis, esset officium Manuale, quod qui habet, vocatur celle rarius,[a] & non põt conferri alicui ad te nendũ illud perpetuo durante vita, sed solum ita vt ad nutũ reuocari possit.[b] Quintò, q; quia ex fundatione, priui legio, vel immemoriali possessione vsu captum est, quod prefatus Archidiaconatus sit beneficium perpetuum, & non ad nutum reuocabile, & beneficium nõ quale, sed dignitas personatus, vel officium incompatibile cum alio simili, vel Ecclesiæ parochiali,[c] nõ sine colore videri posset, quod illegitimus dispensatus ad ordines per religionis ingressum non censeatur dispensatus ad beneficium perpetuum, quod est dignitas, officium, vel personatus perpetuus longè distans à naturã officiorum religionis canonicorum regularium, quę iure cõmuni sunt manualia.

7 Tum per adducta pro parte negãte. Tum quia secundum Anton. & Card.[d] communiter receptos,[e] non posset huiusmodi illegitimus dispensatus ad omnes ordines per religionis ingressum habere sine dispensatiõne beneficium ẽt manuale, si curam habeat animarum, si cut secundum eosdem,[f] & Dominicũ & Perusinum & Frãcum,[g] illegitimus etiam dispensatus ad ordines omnes ẽt presbyteratum, non censetur dispensatus ad beneficium curatum, licet presbyter videatur ad id esse habilis. Tum quia stylus Curiæ, qui haberet, vt illegitimus dispensatus per professionem, nõ indigeret dispensatione ad officia sui monasterij, & ordinis, videtur posse restringi ad illa quæ seruant naturam officiorum sui ordinis, & quod non extẽderetur ad alia, quæ exuerunt illam naturam & induerunt aliam longe diuersam, arg. cap. [statutum.][h] quo declaratũ est dispositione c. [licet canon.][i] Ea, quia ecclesiam parochialem collegiatam, quia accidens additũ generi, videtur eximere id cui additum est, à suo genere. Tũ quia, vt puto, difficile probari posset in Rota, si quæstio verteretur in illa, quod stylus Curiæ extenderetur ad hunc casum: quamuis pro aduersa parte dici posset, quod originaria & naturalis conditio: quam iure communi deberent habere hæc officia, potius sit attendenda, quàm accidẽtaria, quæ quodam vsu antiquo, & forte magis ex ambitione, quam caritate est inducta,[k] quæ probat naturalem causam præferri accidentariæ; quando ambæ concurrunt. Quare vltimam resolutionem reseruo S.D.N. & cuiuis melius sentienti.

Ad hæc adde cõstitutionem S. D.N. Sixti Quinti, & eius declarationem cõtra illegitimos, & illarum moderationem à Gregorio XIIII. promulgatam, tam in his, quæ in hoc casu dicta sunt, quam quæ in alijs dicentur.

SVMMARIVM.

Capitulum sede vacante succedit Episcopo in ijs quæ sunt iurisdictionis ordinariæ etiam voluntariæ præterquam in casibus expresse exceptis. 1

Dispensare potest Capitulum sede vacante cum illegitimo ad minores ordines, & vt possit simplex beneficium obtinere. 2

CONSILIVM VII.

AN capitulum Sede vacante possit dispensare cum illegitimo ad ordines minores, & beneficium simplex, sicut potest Episcopus, iuxta cap. 1.[l]

1 Respõderur, quòd licet Ioan. And. quem ad verbũ sequitur Dominicus & Francus

[a] *Cap. cum ad monaste rium. vers. sic. quod si quidquã de sta. monac.*
[b] *Iuxta d. c. cũ ad monasterium. §. tales.*
[c] *Iuxta ca. de multa. de præben.*
[d] *q. 8. & 9.*
[e] *In d. c. 1. de fil. presbyter.*
[f] *Ibidem.*
[g] *In c. 1. in gl. maiores. de fil. presbyt. lib. 6.*
[h] *De elect. lib. 6.*
[i] *Ea, quæ sunt tra. de officio. Cap. sede vacan. c. 7. p. 2. & melius, 2. p. c. 1. nu. 5. & melius. consi. 30.*
[k] *Arg. gl. in l. omnis definitiones. ff. de verbo. sign. & rub. de reg. iur. lib. 6.*
[l] *De fil. presbyt. lib. 6.*

Franeus dicãt[a] eam Papali decisione indigere propter varias opiniones, quæ versantur super potestate Capituli sede vacante ad dispensandum, licet inquam hoc dixerint illi, & glossa[b] videatur resoluere, quod Capitulum non succedit Episcopo in his, quæ sunt iurisdictionis voluntariæ, qualis est dispensatio: contrarium tamen videtur verius, quod tenet Panormitanus,[c] cui satis accedit Franciscus Pauinus,[d] sed longe altius & resolutius Federicus Senensis,[e] cuius multis rationibus addo illam firmam, qd circa potestatem Capituli sede vacante dẽt fieri regula affirmatiua, videlicet, q; succedit Epo regulariter in omnibus quę sunt iurisdictionis ordinarię, præterquã in casibus expresse exceptis, vt recte resoluit prædictus Franciscus Paurus[f] & constat dispensationem illegitimorum pertinere ad iurisdictionem ordinariam Episcopi, & qd in nulla parte iuris ille casus excipitur ab illa regula: ergo stãdũ est ei.[g] Salua, &c.

[a] *In d. c. 1 de fil. presbyt. lib. 6.*
[b] *In Clem. 1. §. 1. ver. capituli. de rescript.*
[c] *In c. cum olim de maior. & obed.*
[d] *In trac. de officio. Cap. sede vacan. c. 7. p. 2. & melius, 2. p. c. 1. nu. 5.*
[e] *Cons. 46. & melius. consi. 30.*
[f] *In d. trac. p. 1. c. 2. n. 3.*
[g] *Arg. gl. in l. omnis definitiones. ff. de verbo. sign. & rub. de reg. iur. lib. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Vt dictio posita in proœmio imò & verba proœmij denotant causam finalem, qua cessante cessat dispositio: & hoc modo dicta ratio ex toto deficiat quia sufficit quod minus in vno quam in alijs, miltet num. 4.*
2 *Dispensatio tollit impedimentum, quod ex facto oriebatur.*
3 *Intellectus Concilij sess. 25. cap. 15. est vt filius qui ex dispensatione Apostolica ante Concilium obtinuit beneficium in Ecclesia in qua pater mortuus fuerat beneficiatus, non possit modo aliud in illa obtinere.*
4 *Dispositio non odiosa, sed fauorabilis est censenda qua principaliter intendit inducere aliquid fauore dignum licet minus principaliter id cedat in pœnam & odium aliquorum.*

CONSILIVM VIII.

AN[h] Concilium Tridentinum habeat locum in eo, qui ante illud legitima cum dispensatione obtinebat iam vnum beneficium in Ecclesia in qua pater obtinebat aliud, ita quod & patre mortuo non possit in ea quærere de nouo aliud?

[h] *C. 15. sess. 23.*

1 Et pro parte quidem negatiua facit primò, quia vera & finalis ratio dicti c. est in eius princip. ibi, [Vt paternę incontinentiæ memoria.] quę sumpta est ex c. [proposuisti.][i] & ratio principalis ẽm communem opinionem satis tritã[k] sumitur ex proœmio,[l] vt ait Aymon.[m] latè Sarnensis,[n] vbi dicit qd illa dictio, vt, significat causam finalem canonis, quæ solum debeat inspici. sed hæc ratio[k] cessat in proposito: quia iam ante Cõcilium dispẽsatus à Sede Apostolica est[l] N. vt possit obtinere canonicatum, & dignitates in ecclesia, in qua pater obtinuit abbatiam, & canonicatum:[n] in ijs, qui obtinebant ante Concilium patre iam mortuo, nihil innouauit, vt ibi in cum ex prouisione archidiaconatus in persõnam dicti N. qui iam ex plena dispensatione à sede Apostolica est, lege 3 permittente, in dicta Ecclesia graduatus cũ esset ratio inducendæ memoriæ paternę incõtinentię, & si cesset finalis ratio, permanet ratio,[o] nihil obstare dẽt eius dispositio, vt ait Sarnensis,[p] latissimè oẽs adducit Tiraquellus[q] p vulgatam l. [adigere.][r] & eum de quo quæritur. Et ad præcipuum[s] oppositorum responderi pót, negando *lex Falci.* quòd cessat ratio, & causa finalis illius c. quia etsi non sit tanta ratio, quare is,

[i] *In l. 1. §. quã de fil. presbyt.*
[k] *Cõs. 445. & c. 15. in similibus nu. 49. & ante Concilio nu. 7. vol. 4. Vnde sequitur communis, & appro In l. fi. §. ponens in casibus obuenturis post con cilium recipit interpretationem passi- uam à decretis antiquis disponentibus in casibus, quando quis est dispensatus, In l. scien & iam obtinet dignitates in ecclesia, in qua eius pater obtinuit, vt ait Decius, ff. qui satisf. Dinus, Alexander, Iason, & doctrina Alex. qui semper allegatur.*
[l] *De filijs presbyt.*
[m] *In reg. de nu. 1. & 2. & d. c. 14 & meritò, o d. c. 15. p In reg. de verisim. q. sante causa ne incõtinentię, & si cesset finalis ratio. par. 1. n. 15 nihil obstare dẽt eius dispositio, vt ver. legis ra Sarnensis, P latissimè oẽs adducit Ti tione cessan raquellus q p vulgatam l. [adigere.] r te. d. §. quã*
[n] *uis, ff. de iu dispensatione Apostolica sublatum est re patron. impedimentum beneficij iam obtenti r De filijs per eius patrem, vt est textus in c. [di- presbyt. lectus,] cum ibi notatis per Doctores, s Cõs. 445. Abbatem, & alios,[s] & c. 15. in similibus nu. 49. casibus de dispensatis, & ante Concilio t Cõs. 135. obtentis, patre iam mortuo, nihil dispo n. 7. vol. 4. nit. Vnde sequitur communis, & appro u In l. fi. §. bata conclusio, quod dictum cap. ita di- in computa sponens in casibus obuenturis post con tione col. pe. cilium recipit interpretationem passi- circa fi. C.*
[o] *De iu. delib.*
[p] *In l. scien*
[q] *dum, nu. 4.*
[r] *Et ad præcipuum z. In l. 1. §. oppositorum responderi pót, negando lex Falci. quòd cessat ratio, & causa finalis illius dia, n. 7. ff. c. quia etsi non sit tanta ratio, quare is, ad le. Falc.*
[s] *De filijs presbyt.*
[t] *ff. qui satisf.*
[u] *Alexander,*
[x] *Iason,*
[y] *dare cog. &*
[z] *in l. præter-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

de quo quæritur arceatur à beneficio ibi none quærendo, quanta in eo, qui nullum habuit ante Concilium in ea, negari tamen non pôt, subesse aliquantam rationem, etsi non tantam, & lex generaliter loquens habet locum in omnibus contentis sub genere, etsi nõ militet tanta ratio in alijs iuxta iura [a] & tradimus nos in comment. de pauper. [b] post Decium [c] quod ipsum multi alij tradunt. Quod autem ratio illius canonis non cesset omnino, constat ei qui cõsiderat quod cum is, de quo quęritur, quæret archidiaconatum præfatum, in toto populo reficabitur memoria incontinentiæ paternæ, eo q vt minimum dicetur, N. filius N. quærit nunc & archidiaconatum, eo q cum dispensatione legitima habuit ante concilium canonicatum in Ecclesia vbi pater suus habuit beneficium, & adeo quidem refricabitur, quod multi dicent id esse male factum, licet etiam multi dicerent contrarium, qua cõtrarietate plurimum renouatur memoria incontinẽtiæ paternæ, vt palma est. Nec obstat, quod dispositio illius canonis videtur aliqua ex parte odiosa, & ideo restringenda. [d] Tum quia finis, in quem conditus est, fauorem meretur, vtpote munditia, & decentia castitatis clericalis, & sublatio infamiæ contrarij vitij, quæ principalius intendit quam pœnam, & inhabilitatem, quo casu fauorabilis iudicatur, cap. [non dubium,] cum annotatis ei per Panormitanum & latius Felynum. [e] Tum quia lex etiam odiosa includit omnia sub verbis eius prius contenta, l. [cum lege,] iuncta glos. & doctrina Aretini. [f] recepta à plerisque omnibus, & in his à Decio [g] & alibi sæpè, Alciatus. [h] Salua, &c.

a *L. 1. §. qui autẽ. ff. de al. lus.* b *In c. statuimus. 9. q. 3. nu. 73.* c *Cons. 669. num. 3.* d *Ca. odia. de reg. iur. lib. 6.* e *De sent. excommu.* f *ff. de testam.* g *In l. falsum. §. in pœnalibus, ff. de regul.* h *In pri. tit. de ver. sig.*

SVMMARIVM.

1 *Nepotes presbyterorum nequaquam prohibiti leguntur habere beneficia aut: & hoc siue attendatur ius commune siue constitutio Clementis VII: siue Concilium Tridentinum quę tura cum loquãtur de filijs, ad nepotes secundum magis veram & magis communem opinionem non sunt extendenda & nu. 2. & 3. & hoc tanto magis quando filius superuixit patri. nu. 4. & 5. Vel constitutio fuit facta in odium filiorum, vel non militat eadem ratio, nu. 7. & predicta citra omnem controuersiam procedunt, si qualitas, sub qua de filio facta est mentio, non militat in nepote, vt est in terminis sacri Concilij Tridentini & dictæ constitutionis: quæ cum loquantur de filijs illegitimis, nequaquam extendi debent ad nepotes legitimos, nu. 9.*

Opinio Doctorum fundata pluribus & melioribus rationibus, est magis tenenda, quàm contraria licet sit communis.

Extensio facienda non est à casu, in quo vertitur maior ratio, ad casum, in quo vertitur minor.

Filij presbyterorum in Ecclesijs, vbi eorum patres beneficium obtinuerunt, nequeunt etiam dissimile obtinere, nec pensiones super fructibus eius habere, nec quoquo modo ministrare.

Ortus à radice infecta si non admittitur à quo originem habet nec ipse admittitur si consequitur ius eius, vel in eius locum sit ponendus.

Natus ex illegitimo non ad successionem, cum non sit cognatus nec agnatus, & tura agnationis & cognationis per illegitimum acquirere nequeat.

CONSILIVM IX.

AN nepotes presbyterorum excludantur ab eorum beneficijs, sicut filij?

1 Sine attendamus ad dispositionem iuris communis, siue ad dispositionem Clementinæ, siue etiam ad dispositionem Concilij Tridentini, nullibi reperitur facta mentio de nepotibus, sed tantum de filijs, & propterea videdum est, an istæ dispositiones loquentes de filijs habeant etiam locũ in nepotibus. Et licet Antonius de Butrio & Abbas dixerint, communem opinionem esse, quod idem sit in nepotibus; tamen pace eorum sit dictum, contrarium est verius; quinimmo communis opinio sequenda habet in contrarium, vt apparebit ex infra dicendis.

2 Nam q ista prohibitio non extendatur ad nepotes, voluit glossa [k] & ibi post Gofredũ Raynerius p eũ allegatus [l] vbi quam. bñ declarat, & voluit Geminianus etiam

a *Col. 2. ver. si. gl. 2. qua vir.* b *In d. c. ad extirpãdas.* c *De filijs presbyt.* d *Paulo post prin. vers. in glos. 1.* e *Num. 3.* f *In sum. confess.* g *Paulo post princ.* h *Paulo post princ.* i *In l. qui filium, §. Sabinus. ff. ad Trebel.* k *In l. bona fides. ff. de posi.* l *In d. c. ad extirpãdas, num. 8.* m *Ca. capel lan. de fer.* n *In c. 1. in 1. dec. tura, n. 29. de cõst.* o *In cap. ex transmissa. de fil. presb.* p *In d. c. ad extirpãdas.* q *In ti. de dist. sens. & de festu natal. in nu. 26.* r *In d. c. ad extirpãdas. §. sed inst. de har. qua. & differen.* s *Auth. succes. C. ad legit. her.* t *In d. c. ad extirpãdas.* u *In d. cap. presbyt. 56. dist.* x *In d. cap. presbyt. 56. dist.* y *Le. pater. ff. de adult.* z *In l. si de quemadmodum est in filio illegiti mo; & nõ debet fieri extensio de casu, quo vertitur maior ratio, ad casum in in quo vertitur minor ratio, vt ait glossa.* a *Et dum concilium dixit, q [Ionn. in filijs, in quantum prohibet eis q in Ecclesijs, vbi patres beneficium aliquod obtinuerunt, nõ possint ẽt dissimile beneficium obtinere, nec in dictis Ecclesijs quoquo modo ministrare, nec pensionẽ super fructibus beneficiorũ, quæ parentes eorum obtinuere, habere.*

a Et etiam Præpositus, [a] & idem voluit Abbas antiquus, [b] ibi. [Adde q in hoc cõ tradicit,] [c] vbi etiã Ioannes Andreas [d] ibi, [nepotes.] vbi etiã adducit Bartholomæum Brixiensem, & ibi etiam late Aegidium Bellameram, [e] vbi etiam adducit Fratrem Ioãnem [f] & Martinum Pampilonensem; & hoc etiam ibidem voluit Card. [g] vers. [quæro an quod hic dicitur de filijs; & Ancharanus] [h] vers. [quærit glossa, dicitur in Rubrica,] & Antonius de Butrio videtur residere in hac opinione, cum illã vltimo loco referat, glossa [i] Bart. [k] Et hac ratione dici potest, q idem teneat Abbas. [l]

3 Et ex his apparet, quod ista est magis communis opinio, quia Doctores tenentes hanc opinionem longè excedunt numero tenentes contrariam opinionem. Item cum, (vt ex lectura dictorum Doctorum apparet,) q isti moueãtur longè pluribus & melioribus rationibus, quibus non respondent tenẽtes contrariam opinionem, ista opinio esset tenenda, ẽt quod appareret, quod contraria opinio esset magis cõis, vt ait Abbas [m] & post alios Doctores alibi. [n]

4 Præterea etiam dato quòd cõtraria opinio esset magis communis, & de iure verior, tamen non potest applicari casui nostro, quia in casu nostro filius suus noster, peruixit patri ita quod nepos non subintrauit in locũ filij: & in hoc casu omnes Doctores qui tenent contrariã opinionem, & qui fuerunt post Hostiensem, fatentur dictam opinionem nõ habere locum in isto casu, vt per Hostiensem [o] & per Ioannem Andræam, [p] vbi etiam Henricus Bohic, Antonius de Butrio, Abbas & omnes alij tradunt.

5 Nec obstant ea quæ habentur per Rebuffum: [q] Quia respondetur, quòd quicquid ipse dicat, ista declaratio tenetur per omnes Doctores qui tenent cõtrariam opinionem; & propterea ab ea non est recedendum: & est fundata in bona glossa, [r] quæ tenet contrariã opinionem, & Innocẽtius etiam, & oẽs qui illam sequuntur, mouẽtur hac ratione, quia nepos subintrat in locum filij, [s] quæ ratio cessat, quotiescunq; filius superuixit patri [t] & ita declarat Ioan. Andreas [u] & Geminianus & Præpositus. [x]

6 Nec præmissis obstat, q nec clem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ista non possunt applicari casui nostro; nam procedunt quotiescunq; iste consequitur ius, vel ponitur in aliquem locum, media persona incapaci: quo casu si medium est incapax, nec ipse admitti potest. Exempli gratia natus ex illegitimo regulariter non admittitur ad successionem, quia ad hoc, vt quis admittatur ad successionem, oportet vt sit agnatus, vel cognatus; nō potest eius filius, media eius persona, nanciscī iura agnationis, & cognationis.

9 Præterea est diligenter adimaduer-
a In l.fi.C. de natu. li. tendum, quod Cl. loquitur non simpli-
b In l. liberorum. sub citer de filijs, sed cū hac qualitate, [ex
tertius casus est. ff. de verb. sign. fornicatione nati:] & similiter Conci-
c In consi. lium loquitur de filijs cum hac quali-
4. col. 2. ver tate, [qui nō ex legitimo nati sunt ma
si. similiter trimonio.] quæ qualitates cū non con-
confirman- ueniāt nepotibus ex legitimo matrimo
tur pradi- nio natis, idcirco in hoc casu sumus ex-
cta alias. n. tra omnem controuersiam, quod non
7. lib. 4. comprehenduntur nepotes, vt in termi-
nis nostris, & est textus, & ibi declarat Bart. [a] & etiā in terminis nostris tradit Alciatus, [b] Alexāder, [c] Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Nepos legitimus ex filio illegitimo nec per sacrum Cōcilium Tridentinum nec per constitutionem Clementis VII. comprehenditur & nu. 6. potestq; hæres ab auo instituī, nu. 2. nec venit appellatione filiorum, nisi vt infra, num. 4.*

2 *Qualitas sub cuius consideratione constitutio aliquid disponit, si cesset, cessabit & dispositio.*

3 *Verba dispositionis vbi nō conueniunt, vtique nec dispositio.*

4 *Dispositio prohibens filium obtinere, beneficia patris cum sit exorbitans & odiosa, non comprehendit nepotem; & hoc nedum ad terminos sacri Concilij, seu constitutionis Clementis VII. sed etiam ad terminos iuris, secundum magis veram & magis communem, licet aliqui hallucinantes scripserint contrarium num. 5. nec interest an pater adhuc viuat, vel non, licet aliqui distinguant. nu. 4. & 5.*

4 *Filiorum appellatione veniunt nepotes, si tanta est ratio in vno sicut in altero, & dispositio respectu filiorum fauorabilis est, alias non, vnde dispositio loquens de filio illegitimo non procedit in nepote legitimo in quo non subest timor paterna incontinentia, num. 3. & 6.*

CONSILIVM X.

CVm Illustrissimi & Reuerendissimi Cardinales congregationis Sacri Concilij Tridentini q̄iuissent in clem. facta à Clemente Septimo, ne filij illegitimi possint beneficium paternū obtinere, eam acciperet interpretationē, vt & comprehenderet nepotem legitimum ex filio illegitimo, respectu beneficij auiti, nullaq; in his terminis Rotæ decisio reperta fuisset, visum fuit eisdē amplis. Patrib. etiā ex ordine S.D.N. Gregorij XIII. intelligere, quid in hac facti specie Rota sentiret, addito maximè decreto eiusdem sacri Concilij.

1 Quapropter proposita per me eius-
modi difficultate sub die Veneris 12. Febru. 1574. fuit per Dños conclusum, non comprehendi nepotem legitimum ex filio illegitimo, neq; sub Clementina, neq; sub Concilio tam inspectis ver bis, quam etiam inspecta mente seu ratione, tā Clem. quam canonis præfati.

Nam quo ad verba, Clem. certum est illa non conuenire nepoti legitimo, vt patet ibi, [In ipsorum resignantium filios ex fornicatione genitos.] & ibi: [Super defectu natalium, quem ex dictis sacerdotibus resignantibus geniti patiebantur.] & ibi: [Ob inordinatum spuriorum filiorum amorem.] & ibi: [Quod de cętero filij presbytero-rum ex fornicatione nati, &c.]

2 Similiter verba Concilij non cōue-
niunt, vt patet ibi, [Qui nō ex legitimo matrimonio nati sunt.] Vnde subintrat tertium vulgaris regula, quod vbi verba dispositionis non conueniunt, dispositio etiā non conuenit, vt ait Bart. [d] & ibi per 2. num. 7. Alexandrum Deciū, [e] & satis in propo sito facit doctrina Bartoli, [f] & ibi Alcia tus. [g] Alex. [h] per textū, [i] cū alijs de q- bus per Gaba. [k] Cum enim præfatæ cō stitutiones loquantur de filio, nō ea so- lum ratione, quia sit filius, sed q̄a natus ex fornicatione, non vendicāt sibi locū in nepote legitimo iuxta d.c.fi. per quē textum Bart. & alij cōmuniter, [l] conclu dunt nepotem legitimum ex filio illegi timo hæredē ab auo instituī posse: quia in eo

a De noth. in eo vitiūm paternū, & per consequens
et spur. c. 53 qualitas patrem excludens cessat, vt ēt
b In epit. in concludit Card. Paleot. [a] Couat. [b] Pi-
2. p. c. 8. §. 5 nellus, [c] Antonius de Rozelis. [d]
nu. 13. 1 Quo vero ad rationem, seu mentē
c In l. 1. n. Clem. & sacri Concilij, responsum fuit
69. 11. p. et i non esse similem seu parem rationem
l. 3. n. 20. C. in nepote legitimo, qui refert paternā
de bo. mat. continentiam, non incontinentiā, quæ
d De succe. est in filio illegitimo, militatq; pro eo
ab ite. n. 63 illa præsumptio, quod filius præsumi-
e De cri. la- tur esse similis patri, vt per Gigantem. [e]
sa maiest. i Et quod non sit similis vel tanta ratio
3. par. q. 13. in nepote, quāta est in filio illegitimo,
n. 14. et seq. vltra prædicta tradunt Domi. & Ale-
f In c. pre- xand. [f] Aegidius, [g] cum alijs, qui infe-
sbyt. 56. d. rius adducentur.
gl in c. ad ex 4 Et licet appellatione filiorum quan
tirpādas, de doque nepotes cōtineantur, vt in l. [iu-
fil. presbyt. sta,] [h] id procedit vbi est tanta ratio in
h De uerb. nepote, quanta est in filio, & vbi dispo-
sig. i l. filiū tio est mere fauorabilis respectu filio-
habeo. quid rum ut per hoc in l. [Gallus] [i] & per
Maced. Alciat. [k] quæ omnia cessant in termi-
i §. istituēs, nis nostris, in quibus non est par ratio,
nu. 4. de li. & dispositio non est mere fauorabilis,
& posthu. vt ex infra dicendis apparebit. Nam si
k In d. l. si uolumus circunscripto etiam canone
fta. præfer- Concilij & clem. considerare, quid de
tim super iure communi dicendum sit, vtiq; dispo
ver. patris. sitio prohibens filium obtinere benefi-
l In d. c. pre cium paternum, non habebit locum in
sbyter. 56. nepote, tanquam dispositio exorbitans,
d. et i c. apo & odiosa. Et licet in hoc tres principa-
stolic. 7. q. 1. les reperiantur opiniones, vna videli-
m Ibidem. cet, quæ distinguit an pater uiuat, an
n In sū. n. non, secunda quod imò nepos non ex-
5. ad finē. cludatur, tertia (vt dixi) quod nō cōpre
o In d. c. ad hendatur: nihilominus Rota sequuta
extirpādas. est tertiam opinionem, tāquam melio-
& in ca. ex ribus rationibus fultam, magis commu
transmissa. nem, magisq; ad plenum per Doctores
defil. presb. tractatam & defensam. Istam enim opi-
p Nume. 3. nionem tenent glo. [l] & Ioann. de Fano,
q d. c. ad ex qui non est impressus, & Arch. [m] Gof-
tirpandas. fredus, [n] Ioan. Andr. [o] & ibi Collecta.
r i d. c. pres dum vltimo refert Arch. Ioan. de Ana,
byter et ibi. & Abbatem antiquum & latè per Aegi
s Et in d. c. dium, [p] referentem etiam Martinum
Apost. 8. q. 1 Pampilonen. Episcopum, Anch. [q] Car.
tq. 8. sūma. Anto. de But. & Abbatem dum vltimo
u In Ger. il loco referūt istam opinionem, idem te
legitimus. net disputando articulum communē. [r]
x In c. acce Alex. [s] hoc idem tenet summa conf. [t]
Pisanella. [u] & sum. Antonina, [x] But. [y] *dēs. n. 2. &* Bar. [z] & ibi Bar. [a] Bal. [b] & opinionē Io. *22. de accu.* And. [c] refert & sequitur Alex. Decius. [c] *y Consi. 24.*

Ex quibus patet non esse standum at *z In c. 2. de* testationi Antonij de Butrio & Abba- *arb. & in c.* tis, qui simpliciter referunt Petrum de Rauenna, [g] quod communis opinio sit *offi. deleg.* in contrarium, cum potius præcedens *a Nu. 17.* opinio sit magis communis. Et quod *b In c. 1. §.* inanimaduertenter loquuti fuerint, pa *& quia. nu.* tet etiam, quia distinctionem Hostien- *3. vers. quā* sis adscribunt Innoc. qui simpliciter lo *doq; ut ter-* quitur, & tenet contra nepotem: quę ta *minus pæ-* men distinctio Hostiensis, [h] quam mul- *na. de ijs* ti sequuntur, deseruit etiam in proposi *qui feu. da-* to nostro, in quo præsupponitur patrē *re poss.* illegitimum mortuum tunc esse vnde *c In d. c. ex-* possunt addi omnes alij qui tenent cū *tirpādas ad* distinctione Hostiensis, vt deseruiunt *hoc facit.* pro opinione præcedenti, prout Colle- *d Cōs. 32. n.* ctaneus, [i] Henricus Boicensis, [k] Summi *20. i 6. vol.* stæ fere omnes, Astensis, Sylvester, An *e Consi. 95.* gelus, Rosella, Armilla [l]. *colum. 4. in*

Nec opus est euacuare fundamenta *prīc. vers.* alterius opinionis, quia bene euacuan- *f In d. c. ad* tur per Dominicum & Alexandrinum *extirpādas.* in locis allegatis, & per Aegidium. [m] *g In comp.*

6 Siue igitur inspiciamus verba, ne- *tur. can. in* pos nō includitur, siue inspiciamus mē- *titul. de fil.* tem & rationem, idem est dicendum, cū *presbyter.* non militet eadem ratio, & materia sit *h In cap. ex* odiosa, vt tenent omnes Doctores de *transmissa.* quibus in prima opinione post Ioannē *de fil. presb.* Andræam. [n] Et facile fuisset sacro Con *& in sum.* cilio, si nepotem legitimum uoluisset *i In d. c. ex* excludere in illis uerbis, [Vt paterna in *transmissa.* continentia, &c.] addere, [siue auita.] *k In d. c. ad* ad textum. [o] Et ita fuit concluſum, ne- *extirpādas.* potem legitimum non excludi. *l In verb. be*

[Aduerte quod hoc consilium non *neficium.* ponitur, vt consilium Nauarri, sed vt re *m In d. c. ad* solutio eidem in principali puncto con *extirpādas.* cordans. *n In d. c. ad extirpādas. o In l. vn. §. fin autē ad deficientis. C. de cad. toll. cap. ad audiētiam de decim.*

De corpore uitiatis ordinandis vel non.

SVMMARIVM.

1 *Pollex non est membrum; cuius parte qui priuatus est modo per indignationē sibi non abstulerit, non efficitur irregularis*

Universidad de Deusto
Biblioteca

si inde non inducatur impotentia, nec magna deformitas seu scandalum in celebrando nu.2. de qua si probabiliter dubitatur, Epis. opi declaratio, sed non alterius inferioris sufficit nu.3. qui si declaret magnum induci scandalum, esset irregularis, & à Papa esset petenda dispēsatio. num.4.

CONSILIVM. I.

AD hanc Quæstionem respondeo primò, D. consulentem non esse irregularem simpliciter, quia non est mutilatus membro aliquo principali, neq; est priuatus à se per indignationem parte aliqua alicuius mēbri, ut tradimus in nostro Manu. confess.[a] quia solum est mutilatus parte membri, scilicet pollice manus, qui non est membrum, vt nos post alios in dicto Manu. vbi supra, [b] late probamus pro communi contra Caietanum & Sotum.

a Cap. 27. nu. 198.

b Nu. 206. & 262.

2 Secundò, quòd si præfata mutilatio pollicis non inducit impotentiam celebrandi, nec magnam deformitatem in celebrante, poterit ipse celebrare sine vlla dispensatione, quia non est irregularis, vt dictum est.

3 Tertiò, quòd si dubitatur an possit absque scandalo celebrare, & an inducat magnam deformitatem, quæ id impediat, recurrendum est ad Episcopum, ad quem dicimus hanc determinationē spectare, [c] ita quod non sufficit arbitriū confessarij, vel alius prælati inferioris, vt ibidem subijcimus. Sed neq; episcopalis, sed solum prędicta determinatio: quia non est irregularis, qualis si esset, deberet recurri ad Papam, per ea quæ nos dicimus in d. Manua. [d]

c Vbi supra nu. 209.

d Vbi supra nu. 239.

SVMMARIVM.

1 *Castratus ob ægritudinem de consilio medicorum, potest sine alia dispensatione omnes sacros ordines accipere.*

CONSILIVM II.

TItio Clerico fuerunt propter ęgritudinem virilia à medicis abscisa; qui nunc desiderat, ad omnes etiā presbyteratus ordines promoueri; Quæritur an possit sine sanctæ Sedis Apostolicæ dispensatione ad maiores ordines promoueri à suo Episcopo.

1 Respondeo, quod proculdubio potest, & per regulam, quam nos quoque post alios posuimus in Manua. confes. [f]

a C. si quis medicis et eunuchus & c. si quis pro agricultura & c. si quis firmitatem. 55. dist.

f Cap. 27. nu. 199.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonio quod impotens cum virgine contraxerat nullo declarato potest talis sine dispensatione ordines & beneficia suscipere.*

2 *Bigamus nullo modo dici potest, qui cum vnica & virgine ob impotentiam nullíter contraxit.*

3 *Impotens ad matrimonium licet quis sit, non tamen inde efficitur, ut non possit ordines suscipere.*

4 *Castratus siue eunuchus modo se ipsum non castrauerit, est capax ordinum & beneficiorum.*

Corpore uitiatus potest ordinari, nisi sit mutilatus membro, vel taliter mutatus ut non possit ordines sine scandalo exercere.

CONSILIVM III.

AN contrahens cum vnica & virgine matrimonium per verba de præsenti, possit legitimè ordinari etiam sacris ordinibus, si matrimonium fuit inualidum propter suam impotētiam coeundi, ob quam declaratum fuit matrimonium fuisse, & esse nullum, & data licentia contrahendi cum alia fœmina, quæ contraxit cum illo; & an ipse possit iustè sine dispēsatione simpliciter ordinari sacerdos, & habere beneficia?

1 Respondeo, prędictum D. consulentem posse sine vlla dispensatione iustè ordinari sacerdotem, & quærere & retinere beneficia Ecclesiastica. Tum quia nullo impedimento iuris naturalis, diuini, neque humani canonici ab eo prohibetur. Tum quia, si quo prohiberetur, maximè esset impedimentum bigamiæ, iuxta totum titulum de bigamis.

2 Sed hoc est falsum, quia bigamiæ impedimentū nō inuenitur nisi in eo, qui bis verè putatiuè, interpretatiuè, vel similitudinariè antea matrimoniū contraxit. At D. consulens nullo illorū modorū contraxit bis matrimonium, imò nec semel: quia id quod voluit contrahere, & de facto contraxit, nō fuit verū matrimonium ob impedimentum legitimum frigiditatis naturę, vel maleficij legitimè probatum, & per sententiam definitum, vt in facto proponitur.

3 Tum quia impedimentum impotētiæ cōtrahendi matrimonium nō impedit habilitatē assumendi ordines, & beneficia, nisi impotentiā illam concomitetur aliqua irregularitas, vel inhabilitas alia, ēt si sit eunuchus, siue castratus non impedit ordinationē, nisi se ipsum iniustè abscinderit, & castrauerit. [a]

a Ca. si quis abscidit. ca. Eunuchus, & c. si quis in infirmitate. et aliis multis. 55. dist.

4 Tū quia nullus corpore vitiatus excludituer ab ordinatione, nisi sit mutilatus mēbro, vel tali vitio vitiatus, vt sit inhabilis ad exercendū ordines sine scādalo, vt probatur per prædictā fere totam dist. & totum tit. de corp. vitiatis.

SVMMARIVM.

1 *Irregularitatem impedientem promotionē ad ordines & beneficia non inducit defectus partis membri, vt sunt omnes quatuor digiti pedum, nisi inde oriatur magna deformitas, aut impedimentum vsus ordinum.*

2 *Virilia licet sint integrum membrum, tamen si sint abscissa à medicis, non inducunt irregularitatem.*

CONSILIVM IV.

AN clericus minotum ordinū, qui per infirmitatem & ægritudinem perdidit omnes digitos vtriusque pedis exceptis pollicibus sit irregularis, & possit ordinari maioribus?

1 Respondeo, q̄ non est irregularis, & potest ascendere ad maiores ordines, & beneficiū assecutum retinere. Tum per c. [per partē & alia,] [b] quatenus probāt, quis à medicis &c. si quis in ægritudine. 55. dist. eū, qui partē alicuius membri perdidit per lāguorē, vel cui à medicis pro ægritudine secta est pars mēbri, imò & virilia, quæ constituunt membrum, nō esse irregularē. Tum per c. 2. [c] quatenus probat, vt ibi annotat Pan. ab oīb. receptus quod defectus partis membri non facit irregularē, nisi induceret magnā deformitatem, aut redderet impotentē ad vtendū ordinibus: & prædictus defectus nec inducit talē deformitatē, nec impotentiā, ut palā est. Tū per ea quæ latius tradimus in Manu. [d] adiunctis eis quæ tradimus in eod. c. [e] probando efficaciter quod digitus nō est membrū, *sequenti.* sed pars membri. Salua meliori, &c.

b Et cap. si quis à medicis &c. si quis in ægritudine. 55. dist.

c De corpo. vitiat.

d Cap. 27. nu. 198. & sequenti.

e Nu. 206.

SVMMARIVM.

1 *Auris cartilagine in tam modica carens quantitate quæ potest ita tegi, ut possit sine scandalo ministrare, nō eget aliqua dispensatione.*

CONSILIVM V.

QVæritur, an carēs particula cartilaginis auris sit irregularis, ita ut ad celebrandum indigeat dispensatione.

1 Respōdetur, D. consulentē posse iuste celebrare, per ea q̄ tradimus in nō Man. conf. [f] Nec obstat id quod dicimus *f Cap. 27.* ibi. [g] de carente cartilagine: quia D. con *nu. 199.* sulens nō caret tota, nec dimidiata, nec *g Nu. 223.* tota tertia parte, sed tantula, quæ potest tegi, vel ita dissimulari, quod non inducat scandalum, vtendo capillo coronæ dimissiore, saltem in illa parte.

CONSILIVM VI.

Missa sine ministro respondente celebrari potest. 1

Surdus vix sine peccato presbyterio insignitur. 2

Surdo ad Missam celebrandum vtilis dispensatio Papæ, sed non necessaria, vt possit sine ministro saltem in loco secreto celebrare. 2

Missa celebranda videtur ex decreto Eccle sia coram duobus: at ex generali consuetudine satis vt vnus sit præsens. 2

SVMMARIVM.

QVidam oīno surdus ad oēs ēt presbyteratus, ordines se promoueri fecit. Quæritū an mortiferè peccauerit.

1 Respondeo primo: quod vix defendi pōt eū non peccasse mortaliter, q̄n susceperit ordinē presbyteratus, ēt eo solo, q̄ cū esset omnino surdus, susceperit presby-

Universidad de Deusto
Biblioteca

presbyteratum:quia licet surdaſter, ſiue difficulter audiens ordinari poſſit presbyteratu, non videtur tamen poſſe ordinari, qui oīno eſt ſurdus, vt dicit R.D.Simō Maiolus Epſ Vulturienſis. [a]

a Lib.1.ca. 25. de irregul.

Dixi,[vix,]qm̄ etſi cum difficultate, vī poſſe iure defendi. Tum quod licet prohibeantur canonibus ordinari presbyteratu cęcus;claudus & alij,qui nō poſſunt facere illa,quæ requirūtur in celebratione Miſſæ per c.1.[b] & per totū titulum de corp.vitia.nullibi tamen vidē tur prohibiri ſurdi, ēt qui penitus non audiunt:qm̄ poſſunt dicere Miſſam ſoli, & ſine miniſtro reſpondente. & conſequenter non audiendo illū, ut tenuit gloſſa ſingularis,[c] loquēdo de incluſis.

b 49.diſt.

c In ca. hoc quoq; de cō ſecr. diſt.1.

2 Secūdo quod vtilis eſſet ei licentia Papæ ad celebrandū aliquoties Miſſam ſaltem in aliquo loco ſecreto ēt vt ſine miniſtro rīdente eam dicere poſſit. Dixi,[vtilis,]quia ſtatutum Eccl. videtur habere, vt dicatur coram duobus,[d] & cōſuetudo generalis,quod ſaltem vnus ſit præſens per glo.eius. Non dixi,[neceſſaria;]quia excuſaretur a peccato & culpa dicendo eam ſine miniſtro propter impedimentum tantæ ſurditatis.

d Prædicto ca.hoc quoque.

SVMMARIVM.

1 *Suſpenſus ter eſt qui ſine dimiſſorijs ordinarij tres accipit ordines ſacros nu.2.*

3 *Surdaſter etſi presbyterio poſſit inſigniri, id tamen de omnino ſurdo uix poteſt defendi.*

3 *Surdo, qui presbyteralem ſuſcepit ordinē, etſi non neceſſaria,vtilis ſaltē eſt diſpenſatio Papæ, qua ei permittatur ut in occulto ſine ſocio aliquādo celebret nu.6.*

4 *Falſans literas ſui epiſcopi grauiter peccat itemque & qui falſis utitur literis in iudicio,ac per illas abſolutionem obtinet, ne priuaretur beneficio alias legitime obtento nu.5. non tamen ob id tenetur petere reualidationem tituli ſicut nec qui poſt illum obtentum in irregularitatem incidit,nu.7.*

CONSILIVM VII.

CLericus quatuor minorum,cū eſſet factus ſurdus, & ſciret qđ propterea nō initiaretur ſacris a ſuo ordinatio,cum falſis literis dimiſſorijs a ſe confectis ſuſcepit ab alieno duos ordines ſacros,ſubdiaconatum, & diaconatum;& inde cum falſis teſtimonialibus; quod eſſet rite initiatus dictis ſacris ordinibus, ab alio Epiſcopo ad presbyteratus ordinē ſe fecit promoueri;& præterea falſis literis ab eo fabricatis obtinuit a ſuo ordinario abſolutionem ab accuſatione, quod non eſſet ordinatus presbyteratu, quem ſuum beneficium requirebat. Quæritur,quas cenſuras, ſeu pœnas incurrerit,& quo remedio indigeat,vt poſſit in ſuſceptis miniſtrare.

1 Reſpondeo primò,prędfatum conſulentem eſſe ſuſpenſum per extrauagantem Pij I I. quam nos citamus in Man. confeſ.[e] quia ſine literis dimiſſorijs ordinarij ſui ſuſcepit ab alieno Epiſcopo duos ordines ſacros, ſcilicet ſubdiaconatum,& diaconatum.

e C.1.in.

2 Secundò,quòd etiam eſt ſuſpēſus, eo quod ordinem ptesbyteratus ſuſcepit ab alieno Epo ſine dimiſſorijs ſui ordinarij, per præfatam extrauagnię.

3 Tertiò,q̄ vix iure defendi poteſt eū non peccaſſe mortaliter,quando ſuſcepit ordinem presbyteratus:etiam eo ſolo quòd cum eſſet omnino ſurdus ſuſcepit presbyteratum: quia licet ſurdaſter ſiue difficulter audiens ordinari poſſit presbyteratu,non videtur tamen poſſe ordinari qui omnino eſt ſurdus, vt dixit Reuerendiſſimus D. Simon Maiolus.[f] Dixi,[vix,]quoniam cum difficultate videtur poſſe iure defendi. Tum quia licet prohibeantur canonibus ordinari presbyteratu cęci,claudi, & alij qui non poſſunt facere illa quæ requirūtur in celebratione Miſſæ, per c.1.[g] & per totum titulum de cor.uiti.nullibi tamen videntur prohiberi ſurdi etiā qui penitus nō audiunt, quoniam poſſunt dicere Miſſam ſoli, etiam ſine miniſtro reſpondente,& conſequenter nō audiendo illum,vt tenuit gl. ſing.[h] Ioquendo de incluſis,quam nos defendimus in enchi.de orat.[i] & Miſcel.[k]

f Cap.22.

g 49.diſt.

h In ca. hoc quoque de cō ſecr. diſt.

4 Quarto, quod etiam prędfatus cōſulens grauiter peccauit fingendo literas falſas,quibus fiebat fides quod quidam Eps alius,quam ſuos ordinarius, affirmabat ſe ordinaſſe prædfatum conſulentē,[viſis literis,] quæ atteſtabātur eum fuiſſe ordinatum ſubdiaconatu, & diaconatu antea legitimè ab alio Epo.

i In c. cum noſtris decō ceſſione pra ben.

5 Quinto, quod etiam peccauit grauiter procurando & obtinendo abſolutionem a ſuo Epiſcopo ordinario ab accuſatione, qua accuſabatur non eſſe ordinatum presbyteratu,quem ſuum beneficium,etiam ſi eſſet ſimplex,requirebat:quia fuit fabricator falſarum literarum, licet non apoſtolicarum, & vſus fuit illis in iudicio, & obtinuit abſolutionem ab accuſatione,qua coram ordinario accuſabatur.

6 Sextò, quòd prædfatus conſulens indiget primò vera pœnitentia cordis & oris prædfatorum erratorum. Secundò, quod indiget abſolutione a tribus ſuſpenſionibus per trium ordinum ſacrorum ſuſceptionem incurſis. Tertiò,q̄ vtilis eſſet ei licentia Papę ad celebrandum aliquoties Miſſam ſaltem in aliquo loco ſecreto, vt eam ſine miniſtro reſpondente dicere poſſit.Dixi,[vtilis] & non neceſſaria: quia excuſaretur a peccato & culpa non dicendi eam propter impedimentum tantæ ſurditatis, & quia ſtatutum Eccleſiæ videtur habere vt dicatur coram duobus,[a] & cōſuetudo generalis,quod ſaltē unus ſit præſens,per gloſſam eius.[b]

a Prædicto ca.hoc quoque.

b In c. cum noſtris decō ceſſione pra ben.

7 Septimò,q̄ non indiget noua collatione beneficij,neq; noua facultate retinendi illud:quia per prædicta delicta non perdidit ipſo iure beneficium, qđ habuit priuſquam ſurdeſceret, & peccata prædicta perpetraret: quia beneficiū legitimè collatum non perditur ipſo iure,etiam per irregularitatem regulariter,vt determinat Innoc.receptus.[c] Aequi boniq; conſulat lector,ſi hoc reſponſum videatur aliqualiter differre ab alio poſito ſub nume.6. quod ſuper eodem facto videtur datum. Nam diuerſitas copiarum ita ſuaſit faciēdum.

c C. is qui, de ſent.exc. lib.6.

De bigamis non ordinandis.

SVMMARIVM.

1 *Irregularitas in caſibus tantum a iure ex preſſis contrahitur.*

1 *Bigamus non eſt laicus nulliter cum corrupta contrahens contra Butrium, numero 5.nec clericus minorum ordinum, nu.2.quia nulla ex omnibus tribus ſpeciebus irregularitatis eis competit.*

Bigamus eſt bigamia uidelicet ſimilitudinaria contrahens matrimonium, etiam inualide poſt votum ſolemne religionis, uel ſacri ordinis,quo quis contrahit matrimonium ſpirituale cum chriſto, 1

Pœna de vno caſu ad alium non extēduntur. 2

Matrimonium ſpirituale cum Chriſto non contrahitur per ordines minores nec incurritur inhabilitas ad contrahendum matrimonium carnale. 3

Dictio, huiuſmodi, *in iure eſt reſtrictiua.* 4

CONSILIVM I.

QVidam laicus contraxit matrimoniū cū corrupta inuali dè ob aliquod impedimentum. Quæritur an contraxerit bigamiæ irregularitatem.

1 Reſpondetur quòd non. Primò quidem, quòd irregularitas non contrahitur niſi in caſibus a iure expreſſis,[d] & nullibi reperitur expreſſum quod in hoc caſu contrahatur.

d In c.2.eo. tit.

Secundò,q̄ omnis bigamia vel eſt vera,vel interpretatiua, ſiue ſimilitudinaria, vt habetur in rubrica de bigamis, poſt gl.[e] & Spec.[f] at in hoc caſu nō eſt vera,quia non contraxit validè cū duabus ſucceſſiuè,quę dī vera bigamia:nec interpretatiua, quia nō cōtraxit cū duabus inualidè, vel cū vna validè,& cum alia inualidè,nec cū corrupta validè, q̄ dicūtur tres ſpecies bigamiæ interpretatiuæ,vt diximus in Man.noſtro conf. 8 *g* 27. *q.*1. neq; ſimilitudinaria, quia non contraxit cū vna validè,neq; inualidè poſt votum ſolēne religionis,vel ſacri ordinis, quo dicitur quis contrahere ſpirituale matrimoniū cū Chriſto per c.1.& multā ſeqq.præſertim c.[quotquot,[h]] cuius verba ſunt. [Quotquot virginitatē pollicitā præuaricati ſunt, profeſſione contępta,inter bigamos i. qui ad ſecundas nuptias trāſierunt,haberi debebūt.

e De diſpenſatio.§. iux ta.nu.6.

f Cap. 27. nu. 195.

h De Big.

2 Nec obſtat primo c.1.[i] quia loquitur de presbytero;qui poſt votum ſolēne,quod cōtrahitur per ſuſceptionē ordinis,[k] & ita poſt contractas nuptias ſpiri-

i C. de voto lib.6.

k De Big.

Universidad de Deusto
Biblioteca

spirituales cum Christo, contrahit alias carnales, licet inualidè cum alia.

a De biga. Secundo non obstat c.fi.[a] quia nõ loquitur de clerico minorum ordinum, sed de subdiacono, qui per subdiaconatus susceptionem obligatur voto solẽni, quo contraxit matrimonium spirituale, sicut presbyter, per cap. [à multis.][b] adiuncto d.cap.1.[c]

b De ætate & qualit. Tertiò nõ obstat Rotæ decisio,[d] quæ habet clericum in minoribus ordinibus

c De voto lib.6. constitutum incurrere bigamiæ irregularitatẽ contrahendo matrimoniũ inualidè cũ corrupta: & cũ pares uideantur esse quo ad hoc propositũ laicus, & clericus in minoribus cõstitutus, cui licet

d 1. de big. ducere uxorẽ, sequitur idem dicendũ esse de utroque; non inquã hoc obstat. Tum quia prædictum c.vlt. non agit de clerico in minoribus cõstituto, sed tm̃ de subdiacono. Tum quia non põt exẽdi per identitatem rationis: quia longè alia ratio est de subdiacono, q̃ de clerico in minoribus constituto: qm̃ ratio quare subdiaconus, contrahendo matrimonium ẽt inualidum, incurrit irregularitatem bigamiæ similitudinariæ, est illa, quod iã antea cõtraxerat aliud matrimoniũ spirituale per uotum solẽne cũ Christo, ut prædictũ est, quę ratio penitus cessat in clerico in minoribus tm̃ constituto, ut palam est. Tum quia illa constitutio est pœnalis: inducit. n. pœnã irregularitatis bigamiæ, ut ẽt expressit

e In d.c.nuper. Aegidius[e] & pœnę de uno casu ad alium non extenduntur.[f] Tum quia Rota non

f L. interpretatione. ff. de pœnis. & c. pœnæ. de pœnitten. considerauit rationem prædictam, videlicet quare subdiaconus contrahendo matrimonium incurrit prædictam irregularitatem, quam rationem si inuenisset, contrarium utique decidisset.

dist. 1. 3 Quarto non obstat, quia significat aliud esse in laico, & aliud in clerico in minoribus constituto, quod tamen nulla ratione defendi potest, cum per ordinum minorum assumptionem nullum matrimoniũ spirituale contrahatur cũ Christo, per quod incurratur inhabilitas ad matrimoniũ carnale contrahendum, & hanc partem significauit Inno-

g In d.c.nuper. centius,[g] dum uerbo [clericis] in textu posito addit hæc verba, [in sacris constitutis.] & recte quidem.

4 Quia textus addit verbũ [huiusmodi;] quod est restrictiuum restringens ad clericos, de quib. meminerat ante,[h] quia egit de clericis nõ potentibus uxores ducere. Idem etiam significat,[i] ipsemet Innocentius per illa uerba, [Idem dicerem de monacho.] & quidem rectè: quia ille etiam tenetur uoto solemni, quo contraxit matrimonium spirituale per prædictũ c.1. & multa alia,[k] præsertim cap. [quotquot, quo cauetur expresse fieri bigamum eum, qui post solemne uotum contrahit; & quidem uir eruditissimus, si idem sensisset de laico & clerico in minoribus cõstituto, quod de monacho, exertè dixisset, [de omni alio siue laico siue clerico.] sed ideo nõ dixit, quia non nouit, & meminit prædictam rationem diuersitatis.

h L. uiduæ. ff. de rit. nup. *i Ibidem.* *k 27. q.1. c.1.*

5 Quinto non obstant ẽt uerba Antonij de Butr. quatenus ait[l] bigamiam incurri contrahendo matrimonium, inualidè in omnibus casibus, in quib. incurritur contrahendo inualidè: quia loquitur de contrahente secunda uice, & sic de bigamia interpretatiua, non autẽ de contrahente una tm̃ uice, & sic de bigamia similitudinaria. Facit pro hac parte, q̃ nullus cõmentantium ibi, nec alibi, nec S. Thomas, Paludanus, nec alij,[m] ubi de bigamia tractant, faciunt prædictam extensionem.

l In 4. sent. dist. 27. q. 3. art. 1. *m In 4. sent. dist. 27.*

Ex quibus palam colligitur idem esse dicendum de clerico in minoribus constituto, quod de laico: & quod Syluester,[n] post alios summistas ait octauo modo contrahi bigamiam, quando quis post uotum solemne religionis uel ordinis sacri contrahit cum aliqua, siue sit uirgo, siue corrupta. Salua, &c.

n Verbo matrimonium.

SVMMARIVM.

Bigamiæ & non trigamiæ ius meminit. 1
Inhabilis ad ordines tam est qui bis, quam qui pluries nuptias contrahit. 2
Bigamus & non trigamus est, qui cum uirgine, & cum corrupta successiue contrahit. 3
Improprietates etiam quibus iura quandoque utuntur, non sunt extendendæ. 3
Bigamus est quidem etiam semel cum corrupta contrahens, sed interpretatiuè & improprie. 3

Dispen-

4 Dispensatur facilius cum bigamo laico, quam clerico & hæc dispensatio fit à Pontefice, non autem ab Episcopo, contra Henricum.

CONSILIVM II.

QVæritur, an laicus coniugatus cũ uirgine, qua mortua cõtraxit cũ uidua, sit trigamus, ad hoc ut sit ei neganda dispensatio; quæ concedebatur bigamo.

1 Rñdeo quod non. Primò quidem, q̃ licet multi Canonistæ, meminerint bigamiæ, & deciderint quæstiones super bigamia propositas, ut in c.2.[a] & alibi

a Et per tot. 29. dist. & tot. tit. de bigam. *b In 4. sent. dist. 17.* *c Ca. cũ consuetudinis. de consuet.* *d L. in reb. ff. de legib.*

fæpe, & Magister,[b] & ibi S. Tho. & oẽs alij, nullus tm̃ Canonistarũ, neq; Theologorum ullam facit mentionem de trigamia, nec ullam quæstionem super illa proponit, sed solũ de bigamia & de quæstionibus super ea propositis. Quare cũ nouitates sint ut plurimum uitandæ,[c] ubi glossa iuxta iura recepta citat illud: [In rebus nouis constituendis maximã esse debere utilitatem,[d] con videtur curandum de trigam. dẽ qua nunquam habita est cura, sed tantum de bigamia.

2 Secundò, quòd ratio quare nulla de trigamia facta est mentio à Theologis, & Iurisperitis, videtur esse, quod tam inhabilis est ad sacramentum ordinis, qui bis cõtraxit nuptias, quàm qui pluries, qm̃ ratio potissima, qua bigamus est irregularis, & iudicatur inhabilis ad sacramẽtum ordinis, est ineptitudo ad significandam coniunctionem Christi cum

e Li. 4. sent. dist. 27. q. 3. art. 1. *f In c. debitum, de bigamis.*

Ecclesia unica sua sponsa, ut declarat S. Tho. recep.[e] & ante illum gl. celeb. & recep.[f] At tam inhabilis est ad significandam coniunctionem Christi cum Ecclesia unica sua sponsa, qui contraxit cum duabus, sicut qui contraxit cum tribus, ut palã est, quia iã diui fit carnem suam cũ duab. ergo tã inhabilis est qui contraxit cum duabus, quam qui cum tribus.

3 Tertiò, q̃ D. consulens nulla ratione iuris, nec recti sermonis potest dici trigamus, non quidem iuris per prædictas rationes: nec ratione recti sermonis: quia trigamus ex propria uerborũ significatione est, qui ter nuptias contraxit, gamòs enim nuptias significat: & D. consulens non contraxit ter, sed solum bis. Nec obstat, quod dicitur quis bigamus, licet unicas nuptias contraxerit, si eas cum uidua uel corrupta contraxit: qm̃ iura Pontificia iussis de causis impropriè, & interpretatiuè, & non secundum propriam significationem illã extensionem fecerunt, ut cõstat ex gl.[g] & improprietates non sunt extendendæ: quia non est recedendum à propria

g Ca. super eo. de biga. *h L. non aliter ff. de verborum significatione*

uerborum significatione, nisi quatenus reperitur receptum,[h] & ideo nõ est exẽdenda illa improprietas ad trigamiam, ad quam non reperitur à iure extensa.

Quartò, q̃ meo iudicio nullus iurisperitus auderet dicere, q̃ si statuto aliquo caueretur ut trigamus, siue tres uxores ducẽs, illud aut illud quæreret, uel amitteret cõprehenderet eum, qui contraxisset bis tantũ, semel cũ uirgine & iterum cum uidua, quoniã uerba statuti eum non comprehenderent, ergo licet esset aliquis canon, quem tamen certum est nusquã esse, quo caueretur, ut difficilius cum trigamo, quam cum bigamo dispensaretur, non comprehenderet D. consulentem, qui ex propria uerborum significatione nullatenus dẽ trigamus, hoc est, qui tres uxores duxit sed tm̃ bigamus, qui solas duas duxit.

4 Quintò facit, quod D. consulens nõ erat clericus ẽt minorum ordinum, sed purus laicus, cum duxit præfatas duas uxores: & ita non tantum ut desperasse ordinem clericalem, quantum si existẽs clericus minorũ ordinum eas duxisset: adeo quidem ut Henricus Boic.[i] cẽsuerit Episcopum posse cum tali bigamo dispensare, cui tamen non assentimur, licet credamus multũ id facere ad hoc, ut S. D. N. inclinetur ad facilius, cum eo dispensandum, non curando de trigamia opposita. Tũ quia nullus unquã Max. Pont. uidetur de illa curasse. Tum quia nulla ratione recti sermonis, nec per ullam iuridicam extensionem põt D. consulens trigamus dici. Salua, &c.

i In c. 1. de biga. nu. 27

SVMMARIVM.

Beneficij collatio facta bigamo, cum sit irregularis, non ualet. 1
Episcopus ordinando bigamũ, ab eo ordine cõferendo & à celebrãda Missa per annũ est suspẽsus, & uidetur deponi posse. 1

CON-

Universidad de Deusto
Biblioteca

CONSILIVM III.

EPiscopus quidam insigniuit prima tonsura bigamum & contulit ei beneficium simplex. Quæritur num pœnam incurrant ordinans, & ordinatus, & conferens, & collatarius.

1 Respondeo, primo grauiter illos peccasse per totum titulum de bigam. in volumine Gregorij,[a] & colligitur in dist. 26. Secundo, quod præfati Episcopi collatio facta bigamo non valuit; quia collatio facta irregulari non valet secundum Innocentium receptum.[b] Tertio, quòd præfatus Episcopus videtur suspensus à collatione ordinis, quem contulit bigamo, ipso iure per vnum annum,[c] vt cap. [nullus pœnitentem, nullus bigamum.] dist. 55. per quod potest dici etiam suspensus ipso iure uno anno à missando; & potest deponi ab ordine, vt sensit gl.[d] pro qua ibi Archidiaconus citat c. vlt.[e]

[Refertur, Congregationem censuisse Episcopum non potuisse dictas collationes facere, sed non incurrat ob hoc ipso iure in aliquam certam pœnã.

a Et in c. 1. eo. tit. lib. 6.
b In c. cum nostris. de cõcess. præb.
c Arg. c. eos. & c. vlt. de rẽp. ord. li 6
d In d. cap. nullus pœnitentem. 55. dist. in verbo successores.
e 62. dist. et c. 1. dist. 55.

SVMMARIVM.

1 *Bigamo malè & nulliter confertur beneficium: & qui illum ordinat peccat, & posset iustè priuari omni potestate ordinandi, ac etiam perpetuo deponi. nu. 4. sed ipso iure non est priuatus nec perpetuo, depositus: nam imò secũdum rigorẽ nec ad annum: licet æquum videatur, ut ad annum sit suspensus à collatione ordinis quem contulit. nu. 1. & 3. extendẽdo alios canones ad hũc casum. nu. 5.*
5 *Statutum comprehendit non solum quod expressè statuitur, sed etiam omne illud, quod princeps si fuisset interrogatus, statuisset, etiam si simus in pœnalibus.*

CONSILIVM IV.

IVssus respõdere, quibusdam iuribus, quæ dicuntur citari contra supradicta responsa mea, respondeo nulla uideri allegari talia.

1 Nam ego respondeo, præfatum Episcopum, qui ordinauit scienter bigamum minoribus ordinibus, peccasse quidem, per totum titulum de bigam. & male contulisse beneficium illi, qui erat irregularis, & eius collationem non ualuisse, secundum Innocentium in receptum,[g] & prædictum Episcopum videri suspensum à collatione ordinis, quem contulit bigamo, ipso iure vsque ad vnum annum: contra quæ responsa nihil allegatur quod vere sit eis contrarium, immo per eadem iura, quæ ego citaui, confirmantur. Nec etiam obstat ca. [literas:][h] Tum quia non loquitur de ordinante bigamum, de quo ego respondi. Tum quia disponit, Episcopum ordinãtem aliquem duobus ordinibus sacris, eodem die vero, vel ficto, esse suspẽsum ipso iure a collatione illorum, donec aliud censeat Papa: quod nihil obstat nostris responsis, immo ea confirmat. Tum quia dictum Hostiensis super eo allegatum non probatur per ca. [dilectus,] ab eodem citatũ, quatenus suspendit ordinatorem, & non ait suspensum esse. Tum quia non loquitur de ordinatore bigami, de quo fui interrogatus. Tum quia secundum Innocentium, & omnes Papa gratiã fecit ei ob quosdam respectus. Tum quia multa iura utuntur uerbis præsentis temporis, quibus dicũtur irritari aliqua, quæ per iura priora sunt irritata.

2 Non obstat etiam c. 2.[i] & c. ex pœnitentibus.[k] quatenus habent ordinatorem bigami esse priuandum potestate ordinandi, & nõ ait esse ipso iure priuatum, quia non loquuntur de suspensione ad annum ab ordine, quem contulit, sed de priuatione perpetua potestatis conferendi ordines, quæ est multo maior pœna, quam suspensio temporalis ad annũ collatione ordinis, de qua nos respondimus. Non obstat etiam distinctio Archidiaconi & aliorũ.[l] Tum quia est generalis de ordinatore digni vel minus digni, vel indigni, & non de ordinatore bigami. Tum quia non loquuntur de pœna suspensionis temporalis, de qua nos agimus, sed de priuatione perpetua ordinantis indignum.

3 Tũ deniq; quod non respondi ego penitus asserendum prædictum Epm esse ipso iure suspensum ad annũ, sed videri posse dici: disputãdo. n. posset teneri nõ incurrisse illã pœnã, ab eo qui ni-

f Et in c. 1. & c. ex pœnitentibus. 56. dist.
g In c. cum nostris. de cõcess. præb.
h De sent. & re iud. c. 2.
i De bigam. non ord.
k 56. dist.
l Post. de cler. non ord. c. 1.

teretur solo illo rigore iuris, qui ait pœnam non esse ad alium casum extendẽdam.[a] Nec nos damnaremus illum, sed æquius videtur consulendum contrarium: eo quod quilibet ordinator infantis, coniugati, & illiterati, etiam sui subditi, imò & quilibet ordinator cuiuslibet extranei quantumlibet digni, & sancti, incurrit illam pœnam ipso iure.

4 Et inde inferri potest, quod ordinator bigami ipso iure incurrit suspensionem a missando per vnum annum, imò & quòd iuste potest priuari omni potestate ordinandi, imò & perpetuo deponi, vt probant iura per me allegata.

5 Et q; Pontifices Maximi, qui statuerunt pœnam illam paruã contra ordinatores extraneorum ẽt dignissimorum, si fuissent interrogati an tantam pœnam statuissent contra ordinatorem bigami, qui omni iure etiam diuino secũdum aliquos est indignus, & secundum aliquos est indispensabilis, respõdissent profecto, mea sententia, non solum illam, sed maiorem imponendam illi: & ita succedit illa conclusio glo.[b] non solum includi sub lege quæ exprimuntur in ea, sed etiam quæ legislator expressisset, si fuisset interrogatus de illis. Salua in primis eius, qui iussit me secundo respondere, graui sententia, & cuiuslibet alterius vero propiori.

a S. Pœna. de pœniten. dist. 1. & qua sit ea scripsimus.
b L. tale pactũ. S. fi. ff. de pactis.

De clericis peregrinis.

SVMMARIVM.

1 *Peregrinus sacerdos etsi male faciat alibi celebrando sine sui episcopi dimissoria speciali celebrandi non tamen incurrit aliquam censuram: admitti autẽ potest, ut secreto celebret: at ut celebret in publico, non debet admitti, nisi habeat fidem de ordinibus, nu. 1. & recens a suo ordinario testimonium de moribus, & quod non sit censuratus nu. 5. & 6. sciat quæ cæremoniam missandi nu. 3. antiquum autem testimonium non sufficeret, nisi aliter iustificaretur nu. 6. in fine licentia autem sui ordinarij sicut non sufficit nu. 1. sta nec videtur necessaria. nume. 5.*

CONSILIVM I.

ANordinatus diaconatu a suo Epõ, & postea per literas dimissorias ipsius ordinatus pẽ byterio ab alio Epõ, egeat licentia superioris Episcopi ad celebrandum in episcopatu ordinantis, vel alio?

1 Pro parte negante, q; non egeat, facit primò, q; illa nõ potest ei ad id prodesse: quia nullus Episcopus põt dare alicui licentiã celebrandi in alieno episcopatu,[c] quod etiam vsus seruat. Non enim Romæ permittitur alicui celebrare propter licentiam celebrandi, quam habebat in partibus. Secundò, quia peregrinus clericus faciens fidem iustam de sua ordinatione potest admitti ad celebrandum, vt videtur probare c. 1.[d]

2 Tertiò, q; qui potest iustè ordinari ab aliquo Episcopo, potest de licentia eius celebrare in suo epatu, cum nullũ ius, nec vlla ratio firma, videatur contrarium suadere. Illa. n. quæ sufficiunt adhoc, vt quis ordinetur ad presbyteriũ, videntur sufficere ad celebrandũ, si adsit modus celebrãdi. ergo sufficiet ei, q; inueniatur doctus modũ & artem missandi sine vlla licẽtia prioris Episcopi.

3 Pro contraria parte affirmante facit, q; ad hoc, vt cuipiã permittatur dicere Missam, oportet primò, quod sit ordinatus presbyter. Secundò, q; sciat artem vel modum missandi. Tertiò, quod non sit suspensus, excõicatus, irregularis, vel alias prohibitus:[e] At clericus alienus post impetratas literas dimisso brat, cum eis ad presbyterium assumendum põt incurrere excõicationem, suspensionẽ, irregularitatem a iure, vel ab homine in suo episcopatu, antequam ordinetur, & post ordinationem, antequam dicat Missam: ergo debet habere literas certificatorias, quod non est impeditus vllo tali impedimento. Secundò, quod ẽt literæ dimissoriæ sui Episcopi non vidẽtur sufficere: quia fieri potest, vt ipso & ẽt curia sua ignorantibus ipse sit impeditus impedimento aliquo hmõi; ergo saltem requiritur dimissoria certificatoria proprij Episcopi. Quarto, quod à diuersis non fit illatio: & esse quem presbyterum, est aliud ab esse quem habilem ad celebrandum: ergo dimissoria ad or-

c Arg. l. ff. ff. de iurisd. omn. iud. c. 2. de const.
d De cler. peregr.
e C. si celebrias ad presbyterium assumendum adno. de cle. ric. excom. & minist.

ad ordinem suscipiendum, non sufficit ad eo suscepto vtendum.

4 Pro resolutione dico primò, q̃ præfatus D. consulens iure communi non eget dimissoria particulari ad celebrandum, ad effectum, quòd celebrando sine illa incurrat irregularitatem, nisi iure particulari esset indicta suspensio clericis peregrinis, donec licentiam assequerentur: quia licet male faceret, [a] nullo tamen iure irregularitatem contraheret, & illa non contrahitur, nisi in casibus a iure expressis. [b] Secũdò, quod nõ eget etiam ad hoc, vt secreto admitti possit ad missandum. [c]

5 Tertiò, q̃ non eget etiam quoad effectum dandi ei licentiam publicè missandi, si literæ dimissoriæ ad presbyterium suscipiendum fuerunt paulo antea datæ: quia qui Episcopus approbat aliquem ad presbyterium suscipiendũ, satis videtur approbare, & testari eum non haberi pro excommunicato, suspẽso, neq; irregulari, cum isti non possint ad presbyterium ordinari.

6 Quarto, quod si magnum interuallum interfuit inter dimissorias ad presbyterium & inter illius assumptionem, satis videretur egere noua dimissoria; quo ad hoc, vt iustè possit & debeat reputari non impeditus ad celebrãdum; non quidem eo q̃ dignus ad presbyterium, non sit dignus ad celebrandum, si sciat artem & modum celebrandi: sed quod testimonium tacitè datũ de moribus eius per licentiã accipiendi presbyterium longè ante, quàm illud acciperet, non videtur satis probare mores præsentes. Vnde nec dimissoria, qua Eps proprius significaret dimissum esse probatis moribus, videtur sufficere, si multo tempore antea fuisset concessa. Dimissoria enim ante decem annos data, non videretur satis probare mores præsentes, nisi probaretur iustũ impedimentũ, ob quod non fuerit vsus. Salua, &c.

a Iuxta ca. extranei & c. primatus. 71. dist.

b C. is qui. de sent. excom. lib. 6.

c Per c. tua, de cler. per.

De officio vicarij.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius generalis sede vacante à Capitulo deputandus, debet esse doctor, vel licentiatus iuris Canonici, vel alias quantum potest idoneus: Episcopus autem si deputet linguæ latinæ ignarũ tenet deputatio: sed peccat cum sic deputato, deputando minus idoneum.*

CONSILIVM I.

ANnille, qui non solum non est doctor, sed nec linguam Latinam intelligit; possit esse vicarius generalis Episcopi; ad quod facit cap. fin. [d]

1 Quoniam is dominus cõsulens, qui & quale quærit ista, ait ea esse definienda ab Illustrissima Congregatione interpretationi Conc. Trid. deputata; & quia non vacat tractare latius illa, remitto me simul, & submitto determinationi eius. Quamuis forte responderi possit primò, vicarium generalem constituendũ à Capitulo sede vacãte, debere esse Doctorem, vel licentiatum iuris canonici, vel alias quantum fieri poterit idoneũ: per [e] Conc. Trid. [f] Secundo, quod non videtur satis facere suo muneri Episcopus qui constituit sibi vicarium genera lem aliquẽ, qui non calleat Latinè apud Latinos, vel Græcè apud Græcos. Tum quia Vicarius Episcopi debet esse idoneus ad id, in quo vices eius est gesturus. [g] Et quia vicarius generalis constituitur fere ad omnia, quæ gesturus est Episcopus, oportet profecto eum esse & ca. valde idoneum. Facit etiam ratio, qua caeteri Pan. per aptos in hoc canones concludit Episcopum quemlibet teneri ad cõstituendum sibi vicarium idoneum. [h] Tertio, q̃ fortè teneri posset, q̃ licet vicarius idoneus debeat constitui, & q̃ li cet peccet constituens vicarium indignum tali munere, & etiam qui illum suscipit, nisi sit idoneus, [i] constitutio tamen vicarij teneret ipso iure, modo esset clericus saltem in minoribus constitutus & quod facta ab eo, vel coram eo, tanquam coram vero vicario, valerent per multa, quę possunt, sed non expedit nunc congerere.

[Vide infra Concilium 2. de officio Ordina.]

d De elect. c. licentiatus.

e Ca. 16. de reform.

f Sess. 24.

g C. quoniam. de offic. vicar. lib. 6.

h Ibid. cap. Pan. de elect.

i Arg. l. si fundus. de fund. instruct.

De

De offi. & potest. Iudicis delegati.

SVMMARIVM.

1 *Pontifex causam alicui delegando non censetur illam ad se auocasse: vnde si re integra expirat dicta commissio primus iudex, siue ordinarius, siue delegatus, potest sine noua delegatione procedere.*

2 *Delegationem causa à Papa impetrans potest re integra ei renunciare, & agere causam coram primo iudice.*

3 *Metu ordines recipiens an teneatur seruare illa ad quæ alij ordinati tenentur, non potest firmiter dignosci, nisi sciatur an metu præciso illos acceperit, vel non, & an metus fuerit iustus, vel non.*

CONSILIVM I.

REspondeo primò, q̃ duo videntur hic implicitè quæri. Alterum est, an prędictus Illustrissimus Cardinalis Dominus meus possit cognoscere de hac causa, non obstante commissione prædicta, sine noua commissione facta. Alterum est, an orator debeat censeri obligatus ad seruanda illa, quæ ordini sacro sunt annexa, an non.

1 Secundò, q̃ ad horum prius respondendum est affirmatiuè. Tum quia [non præstat impedimentum, q̃d de iure non fortitur effectum] q̃ regula est in li. 6. [a] & commissio prætata expirauit re integra vt in facto proponitur. Tum quia est casus in c. [vt debitus honor,] [b] in quo probatur, q̃ ordinarius põt procedere ad instantiam vnius partis in causa, ẽt postquam altera pars misit ad impetrandas literas à sede Apostolica super eadem causa, & ẽt postquam eas impetrauit. Illud enim c. [vt debitus] ẽm glossam & communem, vt tradidit Philippus Decius, procedit tàm in ordinario, q̃ in delegato. Tum quia non obstant c. [vt nostrum,] [c] & collecta ibi à Decio: quia illud agit auocatione causæ pendentis ad se per Papam facta, noster aũt casus agit de rescripto, quo causa fuit commissa cuidam delegato. Itẽ illud loquitur de auocatione quæ non expirauit, noster autem casus de delegatione & commissione, quæ expirauit.

2 Item illud agit de auocatione, contra quam altera pars opponebat commissionem, vel litem motam, in nostro autem casu agitur de eo, in cuius fauorem fuit facta commissio, & in cuius fauorem petitur auxilium ordinarij, q̃d posset facere renunciando extraordinario delegationis officium in fauorem suum factæ, etiamsi nõ expirasset, iuxta regulam [quod ob gratiam,] [d] quę etiã procedit in scriptis: nam qui impetrauit prius, potest, si vult, renunciare illud, imò renunciat tacitè, si non excipiat contra posterius. [e]

3 Ad posterius autem dubium non potest responderi sufficienter, donec & c. plerũque sciatur qualis metus interceserit in ordinatione oratoris, an iustus, an iniustus, & donec sciatur qualis mens fuerit illi, nus volens, an vero nolens quidem liberè & sponte, sed conditionaliter sic. [f]

a Tit. de reg. iur. c. ex tenore. cum gl. de rescr.

b De appel.

c De appel.

d Lib. 6. & l. quod fauore. C. de leg.

e C. cæterũ. c. si autem. & c. plerũque qualis mens. de resc. Iuxta c. an scilicet omnino renitens. & nullate maiores. §. item quaritur. de bap.

SVMMARIVM.

1 *Gratia per mortem concedentis non expirat, licet mandatum de ea facienda expiret.*

Licentia cõcessa Episcopo dispensandi cum aliquibus, eorum nominibus non expressis est gratia quæ non expirat morte cõcedentis, at si et committatur, vt dispenset cum N. est mandatum, & expirat. 1

Ignorantia probabilis iuris positiui excusat, quæcunque scientia superueniat. 2

Credens dispensationem sibi à suo superiore impartitam validam esse cum non sit, in probabili versatur ignorantia. 2

Dispensatio seruata forma facienda. 3

CONSILIVM II.

PApa quibusdam Episcopis facultatẽ dispensandi cum quibusdã personis, qui matrimonia in gradibus prohibitis contraxerãt, concessit, sub forma, vt Eps primum declaret matrimonia esse, fuisseq; irrita, & postea absoluat cõfiteantur peccata sua, communicent, dispensentur, & de nouo contrahant.

Quæritur primò, an facultas prædicta per obitum concedẽtis expirauerit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secundò si Eps validam credens, dispensauerit, & bona fide sic dispensati cõtraxerint, an tuta cõscientia possint perseuerare in contracto matrimonio.

Tertiò, quomodo Episcopus absolue re & dispensare valeat, quando altera persona est implicata peccatis, & restitutioni obnoxia, & an publicè seu occultè matrimoniũ debeant contrahere.

1 AD PRIMAM respondeo, q̃ per solam mortem concedentis non expirasset. Quia gratia facta non expirat per mortem eam facientis, [a] licet mandatum de facienda ea expiret, [b] & quãdatum de facienda ea expiret, [b] & quãquo expiret per mortem committẽtis, quia est mandatum de gratia facienda; concessio tamen facultatis ad dispendum, nemine nominato, est gratia facta illi, cui datur facultas; & ita non expirat morte concedentis, sicut commissio morte committentis.

2 AD SECVNDAM respondeo, q̃ dispensati excusant, quo ad forum conscientiæ per illam ignorantiam, donec superueniat scientia contraria; q̃a ignorãtia probabilis iuris positiui excusat, [c] qualis est hæc, de qua quæstio proponitur: cum in dubio credendũ sit, & obediendum superiori. [d]

3 AD TERTIAM respondeo, q̃ debent prius absolui ab excommunicatione incursa, per Episcopum, qui põt absoluere ab ea, cum non sit reseruata Papæ, vt patet per contextum clemen. 1. [e] deinde debent cõfiteri, & cõmunicare. Nec obstat, quod sunt peccatis irretiti: quia ad irritanda, & absoluenda ea, instituta est confessio. [f] Nec obstat obligatio ad restituendum: quia illa de necessitate est facienda eo modo, quo debet fieri à confitentibus in Quadragesima, vel alijs temporibus. [g] Tertiò debẽt cõtrahere de nouo publicè, si prius matrimoniũ fuit clãdestine contractũ; alioquin sufficit cõtrahere de secreto, vt nos declaramus in Manual. confess. [h]

a C. si super gratia de offic. del. li. 6.
b C. relatũ. de offic. leg.
c C. 2. de cõstit. & not. in c. ignorãtia. de reg. iur. lib. 6.
d Ca. quid culpatur. 13 q. 1. sub fine cũ allegatis ibi à glo. in verbo iniquitas.
e De conf. & glo. pen. ipsius.
f C. omnis. de pæn. & remiss.
g Per c. peccatum. de reg. iu. li. 6.
h C. 22. nu. 70. & 86.

SVMMARIVM.

1 *Conseruatores, & inquisitores sũt delegati.*
2 *Intellectus ca. 20. de refor. sess. 24. Concilij Tridentini, & nu. 4.*
2 *Conseruatores in prima instantia possunt, vt asseritur, cognoscere de causis.*
3 *Conseruatores esse ordinarios probabile,* E
quo ad effectum vt cõprehendantur sub dispositione c. 20. de refor. sess. 24. in se tamen eorum iurisdictio est extraordinaria & restringibilis.
3 *Iurisdictio ordinaria fauorabilior delegata.*
5 *Iurisdictio in matrimonialibus & criminalibus potest ab inferiori Episcopo præscribi & consuetudine ac priuilegio acquiri num. 6.*
6 *Lex generalis statuto particulari vel consuetudini non derogat nisi de potentia derogare contraria constet mente.*

CONSILIVM III.

QVæsitum fuit primo, an [i] Concil. Trid. habeat locum in iudicibus conseruatoribus. i C. 20. de ref. sess. 24.

Secundò, an illud ipsum, [k] tollat facultatem cognoscendi de causis matrimonialibus inferiori Episcopo, quí prescriptione, cõsuetudine, vel priuilegio eam sibi quæsiuit. k C. 20. de ref. sess. 24. ad fin.

1 AD PRIOREM quæstionem respondeo primò, certum esse conseruatores esse iudices delegatos: quia ideo de illis tractatur in c. 1. & vlt. [l] quia etiam Inquisitores hæreticę prauitatis etiam dati à Sede Apostolica secundum receptiorem sententiam dicuntur delegati, vt inter alios notat Frãcus, [m] quicquid Archidiaconus dissentiat ibidem. l De haer. leg. lib. 6. m In c. 1. de sent. excom. lib. 6. arg. C. 1. de haeret. lib. 6. et c. 2. eod. lib. 6.

2 Secũdò, quòd ex hoc videtur argui posse pro parte negatiua quæstionis p̃positæ, scilicet quòd principium præsenti cap. [n] non habeat locum in conseruatoribus, cum solum loquatur de ordinarijs iudicibus. n 20. de ref. sess. 24.

Tertiò, q̃ pro parte contraria facit, q̃ hæc quæstio præsupponit conseruatores posse cognoscere de causis Ecclesiasticis in prima instantia, in qua non p̃nt cognoscere nisi iudices ordinarij; q̃ puto audiuisse me ita definitum fuisse ab Illustriss. DD. meis Cardinalibus ad dubia Concil. Trid. declaranda deputatis; & consequenter reputari eos quo ad hoc ordinarios: & si res ita se habeat quæstio hæc videt digna declaratione Papali, cui me humiliter subdo.

3 Quartò, q̃ antequam illa fiat à sua Sanctitate, aut ab Illustrissimis Dñis meis Cardinalib. in id deputatis, Cõcilij mentí consonantius arbitrarer, vt præfati conseruatores quo ad vtrumq; articulum haberentur pro ordinarijs. A

4 Iuxta c. decet. de reg. iur. 6. et iuxta alia per gl. et doctor. ibi cita ta. Quo ad priorem quidem, ne gratia principis conseruatoria eis pereat. [a] Quo ad secũdum autem, ne iurisdictio extraordinaria sit fauorabilior ordinaria, contra glossam sing. [b] & alia ei adnotata: & quia iurisdictio conseruatoria, & oĩs alia delegata, est odiosa, quatenus præiudicat ordinario, & restringenda, iuxta regulã [odia.] disputando vtraque pars q̃nis iure defendi posset.

b In clem. 2. de offi. ord.

4 AD SECVNDAM rñdeo primò, audisse me magnas cõtrouersias motas fuisse in Hispania inter Epos ex vna parte, Abbates, & alios inferiores prælatos ex altera super his, quæ Concil. Trid. adire videtur voluisse inferioribus prælatis possessoribus, & reseruare solis Episcopis: & deductis illis in prætoria regia, ratione violentiæ, quam sibi fieri p̃tendebant inferiores possessores, obtinuisse aliquos eorum manutentionem in sua possessione aduersus Episcopos. B

5 Secundò, quòd re hac satis introspecta, videtur dicẽdum in casu proposito, præfatum §. [ad hæc] [c] nõ tollere facultatem præfatam cognoscendi de causis matrimonialibus & criminalibus illi p̃lato inferiori, de quo loquitur. argumẽto c. 1. [d] & eorum quæ notantur in c. 1. [e] per Præpositum & per Panormitanum & alios in c. [auditis.] [f] & alibi sæpe, vbi & post alios Couarruuias § concludunt, inferiores posse per præscriptionem, consuetudinem, & priuilegium quærere facultatem cognoscendi de causis matrimonialibus. C

c C. 20. sess. 24.
d De const. li. 6. & l. 3. §. diuus Hadrianus. ff. de sep. viol.
e De const. f De præsc. et in c. accedi. de excess. prel. g In cpt. 4. 2. par. c. 8. §. 12.

6 Et constat legem generalem nõ derogare consuetudini, & statutis particularibus, nisi de mente legislatoris potentis derogare illis constet, od̃ tñ non cõstat de tali mente Concilij Tridentini, cum in p̃fato §. nullam de huiusmodi mente derogandi faciat mentionem, & per iura superius allegata, & p adnotata eis cõstat cõsuetudines huiusmodi p̃scriptionem, & sententiã, quæ fortior est statuto, esse rationabiles, ideoque per p̃fatum §. [ad hęc.] generaliter loquentem non derogari eis. Salua. &c. D

[Congregatio, vt refertur, censuit Concilium non sustulisse consuetudinem, in qua sunt inferiores prælati, si sit immemorabilis.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius generalis Episcopi deputati cõseruatoris priuilegiorum à Sede Apostolica alicui concessorum, hac vtens iurisdictione videtur posse excusari, & tanto magis si ea præsente episcopo vteretur, n. 4.*
2 *Extrauagans etiam in corpore iuris posita si sit talis quę etiam à doctis & plurimis solet ignorari, tuti è potest ignorari.*
3 *Iurisdictionem duplicem habens, in dubio ea videtur vti, qua magis processus firmatur.*
4 *Delegatio episcopo etiam perpetuo facta, vt sunt conseruatoriæ, nõ transit in eius vicarium generalem, licet possit specialiter subdelegari.*

CONSILIVM IV.

VIcarius Episcopi Vrbeuetanẽsis, tanquam executor & defensor immunitatis Abbati & subditis concessæ, monuit prętorem, & homines de magistratu sub excommunicationis pœna, vt deberent innouata reponere, & ne dictũ Abbatẽ in sua iurisdictione inquietarent. Dubitat, an vicarius iustè sub dicta censura potuit ptorẽ, quem ibi cõsti tuere solet Sedes Apostolica, monere.

1 Pro exoneratione p̃dicti vicarij, q̃ tangitur in arg. facit multum, quòd Eps Vrbeuetanus est executor, & defensor immunitatis, exemptionis, & libertatis concessæ prædictis Abbati, & subditis suis, vt patet per literas Innocentij viij. & ita sine culpa, saltẽ graui, potuit credere sibi esse iurisdictionem ad faciẽdã illam, quam dr̃ fecisse, monitionem præ dicto gubernatori. Tũ quia potius fuit vrbana, & quædã fraterna, Christiana- que, quam iudiciaria fur data in opinio ne, qua eum varie excõicatum putabat. h De har. tuas. 1. n. 4.

2 Tum quia Extrauagans [cum Mat- thæus.] [h] quę sola vr ei obstare in hoc, i In ca. per to mortali, secundum Innocentium relatum à Baldo [k] & probat à Felyno [l] & à nobis in comment. cap. nullam. [m] k In l. ab e. Int. nu. 32. C. quomodo & quando ignorantia iuris humani dubij excusat à pecca- l In c. nam de const. m 18. q. 2. nu. 32.

Universidad de Deusto
Biblioteca

3 Nec obstat, q̃ forsan non fuit protestatus se procedere auctoritate delegata. Tum quia habens iurisdictionem delegatã, & ordinariam, videtur in dubio procedere delegata, aut certe illa quamagis firmatur processus, per resolutionem Innocentij[a] quo cum alijs multis relato sic resoluit Felynus. [b]

4 Et quia licet delegatio facta Episcopo non trãsit in omnem vicarium eius à se constitutum, secundum communẽ, quam aliàs defendit Decius: [c] sunt tamen qui contra putent: & poterat procedere saltẽ vt delegatus Episcopi, qualem se tacitè datum ab eo fortè presente credere coram Deo poterat, & cõsequenter per bonam fidem in prædictis fundatam excusari potest, & si non à tota culpa, certè à maxima eius parte.

a In c. cum ex officij. de præscr.
b Ibi. n. 31.
c In c. quoniã Abbas, de off. dele. nu. 15.

SVMMARIVM.

1 *Delegatio, seu commissio de conferendo beneficium facta vicario ordinarij, non transit in ipsum ordinarium, etiamsi vicarius sit remotus ab officio.*
1 *Episcopus vicario commissa expedire nequit & contra.*
2 *Possessor beneficij triennalis, bona fide illud cum titulo colorato possidens, fit dominus eius.*

CONSILIVM V.

AN commissa per Papam officiali, vel vicario generali, possit expedire Episcopus, & an collatio sic facta à tali Episcopo valeat.

1 Respondeo primò, quòd delegatio facta officiali, vel vicario Episcopi non censetur facta Epo, nec trãsit in Episcopum, ipso delegato remoto, vt determinat Paulus, quẽ sequitur Cardinalis [d] & Bonifacius, [e] quod ipsum tenet Decius, & citat alios [f] & Rebuffus, & sicut nec vicarius potest expedire commissa Episcopo. Et consequenter, quod non ualuit collatio ab Archiepiscopo facta. 2 Secundo, q̃ dici potest beneficium præfatũ factũ esse suum per triennalem possessionẽ cũ titulo bona fide pro bono habito continuatã, per glossam anticariatus. n. quam regulæ Cancellariæ, q̃ ante hac 159. et 161. respondendo in Vrbe secuti fuimus, licet antea multo tẽpore dubitassemus.

d q. 9.
e Nu 52. in cle. 2. de r. script.
f In c. quoniã Abbas, nu. 9. col. 7.
g In praxi. de forma vi

Tertio, q̃ ad maiorem cautelã posset peti, & impetrari quoddam [Perinde ualere] quo ad forũ conscientię per aliquem Pœnitentiarium ab ipsomet Papa, quod facile concedet verbo, & sufficiet, quoniam quo ad forum exterius securius est per prefatam regulam Cancellariæ de triennali possessore.

[Aduerte quod Rota tenet Epm non posse cogi ut habeat vicariũ, ut habet Puteus lib. 2. dec. 43. Mohedanus de officio vicarij, decis. 4. sed nec Felynus d. cap. quoniam, sequitur Abbatem. vide etiam supra de officio vicarij. Consi. 1.

SVMMARIVM.

Clausula rescripti, Conscientiam tuam onerantes, non tollit potestatem quam possit alteri committi etiã si sit examen, maxime si competebat ei prius iure ordinarij.

CONSILIVM VI.

AN Episcopus possit cõmittere examen sibi à Papa commissum per hæc verba, scilicet, [In quo oneramus conscientiam tuam, &c.] sed non expri mitur nomen proprium.

1 Super hac q̃one multi varia scripserunt, & cõtraria, vt videre est per citata à Felyn. [h] qui nixus fuit conciliare *h In c.* opiniones contrarias, & m cuius cõcordiam uidentur prædicta uerba posita in *ex officio.* vim monitionis potius, quã in uim formæ delegationis, & consequenter potuit per alium expediri negotium commissum; & si in casu proposito, iure ordinario cõueniret prædicto Epo prędicta examinatio, magis aptaretur hæc decisio, per ea quæ tradit Rota. [i] Salua, &c.

SVMMARIVM.

Prædicare non est actus sacri ordinis, vnde potest etiam et qui non est in sacris, ab habente iurisdictionem mandari. nu. 4.
1 *Prædicare ratione officij solis curatis competit, etiam si non sint sacerdotes. nu. 3.*
2 *Prædicare de licentia sacerdotis etiam laicus potest.*
3 *Prædicandi actus non est diaconatui peculiaris.*

Consue-

4 *Consuetudo ecclesiæ habet, vt etiam qui nõ est in sacris rogatus ab eo qui potest demandare, prædicet.*
4 *Delegabilia sunt iure canonico omnia quæ sunt iurisdictionis.*

CONSILIVM VII.

AN Prædicare sit actus ordinis sacri, ita vt non possit per Episcopũ alicui, qui non sit in sacris constitutus, demandari?

1 Videtur dicendum quòd non. Tum quia nullo iure naturæ, neque diuino, neq; humano canonico, saltem scripto reperitur vetita huiosmodi commissio: ergo non est dicendum. [a] Tum quia licet statutum sit, ne quis prædicet, nisi mittatur, iuxta Apostolum [b] relatum in cap. [cum ex iniuncto,] [c] non tamen est statutum, quod mittendus debeat esse ordine sacro initiatus.

2 Tum quia ca. [adijcimus.] 16. q. 1. quod sic habet, [Nullus prẽter sacerdotes Domini audeat prædicare,] intelligitur de prędicatione facienda auctoritate propria, & ratione sui officij, quale habet sacerdos curatus. Vnde monachus, etiam si sit diaconus, vel sacerdos simplex, non habens Ecclesiam curatam, non potest prædicare, nisi de licentia Episcopi, vel sacerdotis curati, vt prædictum c. [adijcimus.] adiuncto §. [ecce,] quem Gratianus ei subijcit, efficaciter probat: per licẽtiam autem sacerdotis sic, vt habet glossa recepta. [d]

3 Tum quia etiam laicus potest prędicare de licẽtia sacerdotis, & clericorũ. [e] Tum quia cap. [perlectis.] [f] & c. in sancta.] 92. dist. quæ habent, ad diaconum pertinere prędicationem, rectè possunt intelligi de cantione, vel lectione euangelij ad Missam, vt glossa vtrobiq; dicit: nam certum est per ordinem diaconatus non dari cuipiam potestatem concionandi populo more visitato, sine licentia parochi, Episcopi, vel Papæ, nisi ipsemet habeat Ecclesiam parochialem, & velit in ea prædicare, vt habet communis resolutio Panormitani, & aliorum g & alijs citatis in nostro Manual. confess. [h]

4 Tum quia communis vsus totius orbis Christiani videtur habere, vt paro-

a C. consuluisti. 2. q. 5. & §. cõsidemus aut. de trien. & semis. col. 3.
b Ad Rom. 10.
c De haret.
d Eiusdem c. ver. sacerdotes.
e C. mulier 23. dist.
f 25. dist.
g In c. inter cætera. de off. ord.
h C. 25. nu. 141.

Nauar. Conf. Pars I.

A chi frequẽtissimè rogẽt clericos Theologos doctos nondum sacris ordinibus, vel solum subdiaconatu initiatos, vt prædicent in suis parochijs, & solemniter prædicant. Tum q̃ omnia, quæ pertinent ad iurisdictionem, sunt delegabilia iure canonico, iuxta glossam singulam rem & receptam. [i] Tum denique, q̃ per prædicta probatur omni iuri prouenit, 95. pius esse, qđ actus concionandi populo dist. more vulgato nostro, nõ sit peculiarior diaconatui, quam subdiaconatui: nam Clemens, qui tot & tanta tradit de pertinentib. ad diaconum [k] nihil tale scripsit: & vt prædictum est, iura significan B tia illud pñt rectè intelligi de lectione, sist. Euang. vel cantione solẽni euangelij ad Missam, tametsi multũ circa hoc vr sudasse l Vbi sup. Caiet. in locis [l] per nos citatis, & ita ẽt m In 4. dist. illi cõtradicit Dñicus Sotus. Salua, &c. 1. q. 5. ar. 6.

i In c. per-uenit, 95. dist.
k In li. 2. et in cle. 2. de cons. illis. de Euang.
l Vbi sup.
m In 4. dist.

SVMMARIVM.

Delegata iurisdictio non potest prorogari de persona ad personam etiam iudice in id consentiente, nu. 2. 1
Pœnitens postquam elegit vnum confessarium cui acceptanti literas sacræ Pœnitentiariæ præsentauit, non potest, eo dimisso alterum eligere, etiamsi primo electus consentiat. 1

CONSILIVM VIII.

AN postquam pœnitẽs, cui officium sacræ Pœnitẽtiarię dedit literas sigillatas directas discreto viro cõfessario per latorem præsentiũ ad introscripta specialiter eligendo, elegit vnũ confessarium, possit saltem de voluntate dicti confessarij, eo dimisso, alterum eligere?

1 Quod nõ possit, facit primò, quod D iurisdictio delegata non pòt prorogari de persona ad personam, [n] at bullæ p̃ dictę diriguntur ad eos, quos in eis contenti elegerint, & cõsequenter eo ipso, q̃ nominati fuerint electi, videntur expressi ab ipso Illustrissimo summoque Pœnitentiario, & si à principio ab ipso essent expressi, nullatenus possent alij? eligi, ergo neque posteaquam fuerint a partibus nominatim electi, & expressi. Secundò facit illa firma ratio, q̃ iurisdictio delegata est iurisdictio delegatis, [o] &ita

n C. 1. et C. de off. del.
o Est iurisd. mand. ff. de of. eius

Universidad de Deusto
Biblioteca

& ita ad ipsum delegantem, cuius illa est, pertinet eam extendere, & non ad partes, nec ad iudicem, quorum illa non est. argum.l. [id quod nostrorum est, sine facto nostro ad alium transferri non potest.] [a]

a ff.de reg. iuris

SVMMARIVM.

1 *Intimatio alicuius rescripti ad hoc vt obliget ad credendum ei, requiritur quod fiat per porrectam scripturam authenticam & per habentem interesse, seu illius procuratorem, num.2. & 12. accedentibus tamen alijs adminiculis obligat maxime inter regulares ad credendum, num.6.*

3 *Cardinalis dicto in præiudicium meum de ponenti credere non tenetur, nisi quo ad ea, quæ asserit sibi viuæ vocis oraculo à Papa mandata, nu.7.*

4 *Transumpto alicuius instrumenti non tenetur credere, nisi citata parte cuius interest de mandato iudicis sit sumptum.*

5 *Appellatio ex causa probabili interposita annullat omnes censuras postea contra appellantem latas, & num.9. & 13. nec taliter excommunicatus est vitandus in extraiudicialibus, num.15. & hoc etiam quod postea causa appellandi declaretur iniusta.*

6 *Commissarius generalis ordinis dicitur habere auctoritatem ordinariã vnde transumptis eius auctoritate per notarium sumptis religiosi tenentur credere: itemque potest delegare suas vices, nu.10.*

8 *Subexequutor processus fulminati non potest per clausulam cæterum, habere iurisdictionem, nisi sit in ecclesiastica dignitate vel canonicus cathedralis: et successue eius excommunicationes et declarationes sunt nullius momenti.*

9 *Delegatus principis etsi possit iurisdictionem subdelegare, subdelegatus tamen non potest illam alteri demandare.*

10 *Potestatem duplicem habens delegatam, et ordinariam, si ex vtraque procedat, sustinetur actus ex illa secundum quam potuit id facere.*

14 *Eligere prælatum possunt capitulares legitime congregati etiam cum absit is qui si adesset, Capitulo deberet præsidere.*

15 *Electio est de actibus extraiudicialibus, facta que ab ijs, qui vere non habent ius eligendi, nec sunt in eligendi possessione constituti, non tenet, etiam si crederetur probabiliter potestatem adesse sicut dicitur de presentante, nu.16.*

Suspensio facultatis concessæ, etiamsi ignoretur, tamen vere suspendit. 16

Electio & præsentatio facta à possessore, si sit malæ fidei non tenet. 17

Errans circa ius humanum dubium excusatur à peccato mortali, & successue ab excommunicatione fulminata contra contumaciter non obedientes: quæ ligarentur inobedientes in mala existentes fide. 18

CONSILIVM IX.

COnsideratur primò, quòd vtraque pars confitetur S.D.N. concessisse mense Februario anni 1581. breue, de quo agitur, & cui nituntur admodum reuerendi PP. recollecti, quibus fuit cõcessum: nec dubitatur de fulminatione, & legitima intimatione ipsius, & minus de summa concedentis potestate, qua potuit ordinare, & iubere quæ in eo continentur. [b]

1 Secundò consideramus, quòd, vt credo certò S.D.N. illud suspendisse, ita puto aliquos ex recollectis in quorum fauorem præfatum breue concessum fuit, à principio non fuisse obligatos credere, quòd suspensio eius legitimè fuit præfatis recollectis intimata. Tum quia clementina [causam] requirit vt intimatio fiat per porrectam scripturam authenticam, qualis non videtur porrecta in intimatione præfatæ suspensionis. Tum quia etiam requirit vt intimatio fiat per partem aduersam, vel procuratorem eius, quia non sufficit vt fiat per negotiorum gestorem, vt post Bartolum & alios tradit Felynus. [c]

2 Quamuis huic rationi responderi posset, quod sufficit vt interfit intimantis, esto non habeat mandatum ab alio, vt ad intimandum, vt post Bartolum & alios tradit idem Felynus, [f] & constat præfatam intimationem factam fuisse per fratres eiusdem ordinis quorum intererat illam fieri.

3 Tum quia possunt dubitare de assertione præfati dñi protectoris Illustrissimi, dicentes non credi vni soli etiam Cardinali, deponenti in præiudicium tertij, iuxta glossam singularem & receptam. [a] At in præsenti casu solo dicto Illustrissimi Cardinalis protectoris probatur præfata suspensio.

a In c. sicut nobis, de sent. excõ.

4 Tum quod nullæ literæ originales præfati Cardinalis Illustrissimi fuerũt prædictis recollectis intimatæ, sed solũ quædam copia exemplata à cõmissario generali Vlysippone residente, cui non tenebantur credere: quoniam transumpto etiam instrumenti authentici non tenetur quis credere, & si tenor instrumenti inseratur, [b] nisi transumptio fiat auctoritate iudicis, & parte, cuius interest, citata, vt omnes cõmuniter cõcludunt, [c] & constat præfatam transumptionem non fuisse factam citata parte.

b Auth. si quis in alio. C. de eodend.

c In c. fi. de fid. instr. & in d. auth. si quis in alio.

5 Tum quia appellatũ fuit à mandato & præcepto præfati commissarij generalis, qui faciebat fidem de præfata dñi Cardinalis & protectoris assertione suspensionis breuis. Appellatio. n. ex causa probabili interposita annihilat cẽsuras per eas oẽs post eam latas, [d] etiamsi postea declararetur causam appellãdi nõ fuisse iustã, vt declarat glossa penultima. [e]

d Cap. per tuas, de sen. excom.

e Cap. solet, de sentent. excom. li. 6.

6 Tertio consideramus, qđ licet præfati patres recollecti ab initio potuissent de rigore iuris i foro exteriori dubitare de præfata suspensione ob rationes pfatas: nunc aũt, posteaquã per multas, vt credo, epistolas, nouerunt præfatũ D. Illustriss. Protectorẽ perstare in assertione sua, vix possent in foro conscientiæ excusari ob ignorantiam Prædictæ suspensionis, attenta perseuerãtia pfati Illustriss. Protectoris in affirmãdo id quod per epistolam scripsit, & attenta generalis cõmissarij asseueratione quod recepit fidẽ præfati Illustriss. Protectoris, & eã fideliter fecit à nostrio fideli scribi auctoritate sua ordinaria, & quod fundendo se super illa fide pronunciauit grauissima mandata grauissimis censuris munita in oẽs recollectos, qui præfato Illustrissimo D. Cardinali & sibi non crederent, neque parerent, & humanorum circa ea quæ apices eorũ

f Iuxta ea, quod per fratres eiusdem ordinis quorum intererat illam fieri. Attento item, quod rigor iurium aliter, & humanorum circa ea quæ apices eorũ quando. 2. respiciunt, nõ est adeo seuerè obseruãdus apud regulares, [f] & quod ignorãtia sub fine de sub fine de accus. eorum magis quã scientia est tantæ re-

ligionis vitis laudabilis: quãdoquidem opprobrio est illis, se disceptationum fotensium peritos ostendere. [g]

g L. repeti- ta C. de epi scop. et cler.

7 Attento item, quod siue iure communi, siue ex consuetudine, siue obseruantia Curiæ, creditur Cardinali asserenti aliquid sibi esse commissum à Papa viuæ vocis oraculo, ut colligitur ex Cardinali [h] & Panormitano, [i] & Felyno, [k] & alijs ab eo citatis, præsertim Cardinali adeo maximo, ac est præfatus Illustrissimus: & attento quod est Protector ordinis, & adeo alienus à suspicione, & quod suspensio, de qua dependunt, non uidetur suapte natura præiudicialis tertij, imò utilis toti ordini, & eius tranquillitati.

h In cle. nec Roma. ver. eo ipso de electio.

i In c. quod super his. de fide instr.

k In c. cum in ture peritus. de offic. deleg.

8 Quarto consideramus, q. subexequutor processus fulminati ab Illustrissimo Archiepiscopo Tarraconensi non erat canonicus Ecclesiæ cathedralis, nec constitutus in Ecclesiastica dignitate, & ita non potuit esse iudex, nec habere iurisdictionem per uirtutem clausulæ [cæterum,] positam in processu fulminato, secundum verum intelligendi modum eius, quem nos tradimus & irrefragabiliter probamus in cap. [cum contingat.] [l] & ita omnia quæcunq; ille fecit tanquam iudex executor, excõmunicando, & declarando excommunicatos, & id genus alia, quæ non potest facere merus executor, fuerunt nulla, & nulliter facta, & non prosunt quicquã præfatis recollectis, nec nocent eorum aduersarijs, quãtis ipsi, ut puto, bona fide crediderunt ea fuisse nulida, quia nõ satis intellexerunt prædictam clausulã [cæterum,] uti parum intelligendi arte exercitati, cum ét in ea exercitatissimi ignorent intellectum eius in tota fere Hispania, donec nos Conimbricæ illum latissimè tradidimus, & probauimus, & nuper in vibe noue edidimus.

l De reser. à nu. 7.

9 Quinto ét consideramus, quod ét executor subdelegatus domini cõmissarij generalis deputatus ad intimãdas literas præfati Cardinalis Illustrissimi, non satis iuridicè fecit ea q̃ fulminauit contra præfatos recollectos. Tũ quia fecit ea post appellationem interpositã. Tum quia nõ potuit ea facere ut subdelegatus præfati dñi Protectoris: quia licet delegatus Papæ possit subdelegare,

delegatus tamen delegati ab eo nō po E
test id facere: & intentio præfati generalis commissarij videtur fuisse subdelegare potestatem, quam prætendebat habere virtute literarum domini Cardinalis Protectoris.

10 Quamuis huic rationi responderi posset præfatum commissarium generalem habuisse potestatem ordinariam ratione sui officij, licet prætenderet habere talem tacite etiam potestatem delegatam ab ipso D. Protectore: & quod habens duplicem potestatem procedendi, potest per vtranque procedere, & valebit actus, [a] (nisi essent viri F prouidi.) [b] & alia singularia, quæ tradit Felynus, [c] & consequenter quod facta per subdelegatum, vel sub executorem generalis commissarij, valebunt tanquā facta à delegato ipsius virtute ordinariæ iurisdictionis, quamuis non valeāt tanquam facta à subexecutore præfati domini Protectoris.

a Per cap. b De præb. c In c. cum ex offi. nu. 25. de præscript.

Sexto consideramus, quod præfatus cōmissarius generalis iustè potuit prohibere præfatis collectis, ne facerent Capitulum, quod prætendebant, absq; ipso, & intimare quod volebat interesse illi, quia præfatū breue faciebat ei præ G fatam facultatem: & ita prafatos recollectos, qui prætendebant præfatum breue non esse suspensum, teneri ad admittendū ipsum in præfato Capitulo iuxta illius tenorem.

11 Nec obstat dicere, quod cum præfatus commissarius prætenderet breue præfatum esse suspensum, non poterat vti eo arg. regulæ, [ex eo nō debet quis fructū consequi, quod visus extitit impugnare.] [d] Quia responderi potest non fuisse præfatum commissarium vti facultate præfata interessendi Capitulo, ex eo solo, quod eam præbebat ei breue, sed potius eo quod nō tollebat eam ei breue præfatum, & iure officij sui habebat eam.

d Lib. 6.

12 Septimo consideramus, quod rationibus quæ insinuantur ad probandū electionem præfatam esse nullā, responderi posse videtur. Primo quidem ad primam, quod suspensio breuis nō erat legitimè intimata, vtsupra dictum est, & quod de non apparentibus & nō existentibus idem est iudicandum. [e]

e Leg. duo sunt Titij. ff. de testa.

13 Ad secundū, q; à mandato cōmissarij fuit appellatum ex publica causa, & ideo prohibitio eius nō nocebat recollectis, nec proderat aduersæ parti.

14 Ad tertiam, quod nullo iure cauetur q; Capitulum legitime congregatū uari non possit eligere prælatum, absente illo, qui si esset præsens, deberet præsidere. c. non sine re Capitulo, dummodo maior pars conueniat in aliquem idoneum eligendum.

15 Ad quartum, quod excommunicatus post appellationē ex probabili causa interpositam non est vitandus in extra iudicialibus, quales sunt electiones, & quod non est asserendum, quod iure non est cautum. [h]

16 Alia tñ duplici ratione videtur electio præfata inualida. Prima est, quod Capitulū præfatum congregatum contra præceptum commissarij, nullo iure habebat verum ius eligendi, neque erat in possessione illius, non enim habebat illud iure communi, & suæ regulæ, neq; iure speciali præfati breuis, quia vere erat suspensum, quamuis vere nesciretur à Capitulo suspensio; sicut præsentatio facta à patrono, qui verè non est patronus, nec est in possessione iuris præsentandi, licet crederetur talis, non valet, & est declaranda nulla, simulac cōstiterit præsentantem non esse patronum, neq; esse in quasi possessione iuris præsentandi, vt docetur communiter. [i]

17 Secunda ratio est, propter malam fidem, si capitulares, & vocales fuerunt in ea constituti per præceptum, & censuras præfati domini commissarij: qm electio & præsentatio à malæ fidei possessore facta non valet, iuxta notata in dicto c. [consultationibus.] [k] Sed quia recollecti negare possunt se fuisse in mala fide constitutos, dicentes non credidis se breue præfatū fuisse suspēsum, efficacior est ratio præcedens.

18 Octauo cōsideramus, neutros præfatorum fratrū, nec obseruantes, neq; recollectos peccasse mortaliter, faciēdo quę fecerūt, nisi mala fide fecerint illa, credendo, vel debentes credere præfatū breue fuisse vel non fuisse à S. D. N. suspensum, ante quam cōgregarent Capitulum, & eligerent ministrum. Tū quia qui bona fide facit aliquid, quod non licet iure humano positiuo, errādo circa intelle-

f Arg. tit. simon.

g Inc. ex. de appell. & ibi doct. h Inc. ex. de elect. & ibi doct.

i Inc. ex. de elect. & ibi doct. k Et dicta c. ecclesia.

intellectum eius dubium, non peccat mortaliter, iuxta celebre Innocentij di
a In ca. per tum [a] plerisque omnibus receptum, *tuas, 2. de simon.* vt vtiliter de more scripsit Felynus [b] & præfati omnes fratres, qui bona fide cre
b In cap. 1. de col. pen. de re indic. debāt esse iusta quæ faciebant, alioquin non facturi, fecerunt ea, errando circa intellectum iurium humanorum adeo dubiorum, quod multi etiam Iurisperiti eruditissimi habiti errauerunt, & errant.

10 Nos ex præmissis cōsiderationibus inferimus, præfati Illustrissimi Domini Protectoris, & aliorum superiorum ordinis præfati Illustrissimi eiusdemq; altissimi partes esse, declarare primum præfatas electiones tam ministri, quàm aliorum custodis, & guardianorum in præfato Capitulo factas, fuisse ac esse in ualidas & nullas: deinde declarare: nullos eorum qui præfato Capitulo interfuerunt neque illos qui contra eos protestati vel alloquuti fuerunt, exceptis, qui malā fide id fecerunt, peccasse mortaliter, & subinde non incidisse in ullas censuras, nec vllam irregularitatem contraxisse ob id, quod eis ligati diuina celebrarunt, saltem vsq; ad tempus in quo constitit, vel debuit constare ipsis de prædicta suspensione.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus delegatus non habet maiorem conunctionem cum Capitulo, quam Legatus, nec Capitulum est magis suum, quàm Legati.*

2 *Vtiat si Episcopus tanquam Sedis Apost. delegatus beneficia ex Concil. Trid. sess. 21. cap. 5. consensus Capituli non videtur necessarius.*

2 *Delegatus in causa sibi delegata est maior quam Legatus.*

CONSILIVM X.

AN Episcopus tanquam delegatus
c C. 4. de re su. for. sess. 21. 1 possit vnire beneficia sine consen
d In tract. de vnione tu Capituli [c] ex Concilio Tridentino? Respondeo ad hanc quæstionem, quod videtur posse. Tum quia Legatus potest id facere, vt determinat Petrus *c. 5. nu. 18.* à Perusio. [d] Tum quia omnes rationes, *& ca. sicut* quibus potest id facere Legatus, probant idem facere posse Episcopum tan
unire. de ex ces. prælat. clem. 2. de reb. eccles. alien. quam delegatum, cum Episcopus, vt delegatus, non habeat maiorem coniunctionem cum Capitulo, quam Legatus, nec habeat Capitulum sit magis suum, quam Legati. [e]

e C. studuit. 2 Tum quia delegatus in causa sibi de
sti. de offic. leg. ca. sane de off. dele. legata est maior quàm Legatus.

[Aduertendum, referri sacram Congregationem censuisse contrarium.]

De officio iudicis ordinarij.

SVMMARIVM.

Possessionem beneficij taliter non amittit 1
etiam sponte resignans, quin spoliatus possit agere de spolio.

Gesta ab eo qui titulum beneficij, seu offi- 1
cij, etiam per spontaneam renunciationem perdidit, si non perdidit possessionem, cum retineat administrationem et si sint absolutiones sacramentales, tenent: & idem si titulum habuit a superiore quidem sed inualido

CONSILIVM I.

VTrum gesta à beneficiario priuato beneficio ipso iure per promotionem, vel aliam causam, ante quam expellatur à possessione, vel relinquat illam, valeāt.

1 Et pro parte quidem affirmante facit primo c. [licet] [f] quatenus probat non perdere quem possessionem, & administrationem beneficij, eo quod perdat illud, & eius titulū ipso iure. Secundo faciūt multa, quæ nos scripsimus in repet. c. [accepta.] [g] perdi ipso iure per renunciationem etiam spontaneā, adeo quod, si spoliaretur, posset agere de spolio contra spoliantem, iuxta dictum Innocentij, [h] & consequenter non potest tolli administratio beneficij renuncia hoc, de reti, donec relinquat possessionem, vel expellatur ab ea legitimè, & gesta interim per eum valent.

f 2. de præben. lib. 6. g Oppo. 7. de rest. spol. h In c. super hoc, de reti, nunc.

2 Tertiò facit l. [Barbarius,] [i] quatenus probat gesta ratione publici officij *prætoris*, possessi ab eo, qui caret vero titulo eius valere.

i ff. de offic.

Universidad de Deusto
Biblioteca

valere. Quarto, quod per illum textũ, & alia, concludit Panormitanus communiter receptus, [a] quod gesta à prælato, qui habuit titulum à superiore, & adeptus possessionem, valent, etiam si titulus sit inualidus, vel perditus ipso iure, & nihil iuris habeat in suo beneficio, episcopatu, vel dignitate. Quinto, quod ipsemet Panormitanus communiter receptus affirmat [b] quod absolutio à peccatis facta à prælato tolerato & possidente beneficium, vel dignitatem, ratione cuius audit cõfessionem, valet, etiam si ipso iure perdidit titulũ, & nihil iuris habeat in eo: ergo etiã ea, quæ facit aliquis Episcopus manens in possessione sui episcopatus, & ante quã derelinquat eam, vel priuetur ea, ualent, etiam si ipso iure perdidisset episcopatum, vel ita ille vacasset, vt nihil iuris haberet in eo præter possessionẽ, & administrationem, quam habebat ratione tituli prius à Summo Pontifice habiti. Salua, &c.

a In c. nihil nu. 11. de elect.

b In ca. dudum, 2. de elect. à nu. 20.

SVMMARIVM.

1 Episcopus in quolibet loco suæ diœcesis non exempto, etiam in sua camera pro tribunali sedere, & ius dicere, tã per se, quã per aliũ potest modo locus sit honestus, et illum partes possint sine magno incõmodo adire, nu. 2. sic & Archiepiscopus in sua diœcesi archiepiscopali. nu. 1.

1 Legatus plurium prouinciarum potest negotia unius prouinciæ in alia expedire.

1 Limitatio legis pen. ff. de iustit. & iure.

2 Arbiter in quolibet honesto loco sententiam ferre potest.

3 Episcopus constituere debet vicarios statarios, nume. 5. item & archipresbyteros, nume. 7.

4 Præscriptio immemorialis item & 40. annorum liberat ab obligatione iuris, sed non contra id quod dictat ius naturale, quia esset irrationabilis. nu. 7.

5 Consuetudo fere totius orbis ab omnibus seruanda est.

Episcopi ad vicarios generales constituendos cogi possunt ab Archiepiscopo, quia aliter non possunt bene regere sibi commissos. nu. 7.

6 Concesso uno, conceditur & id sine quo concessum commode fieri non potest, sed & qui tenetur & debet aliquid facere, tenetur etiam ad id sine quo debitum cõmode præstare non potest.

CONSILIVM II.

CVm in Polonia diœcesis unius Episcopi per dietas circiter 10. vel plures extendatur, & Episcopi tribunalia statataria nullibi habeãt, & modo in vno, modo in alio oppido habitent: Quæritur primo, an citati ab Episcopo, seu coram eo litẽ habentes teneantur in quolibet loco, vbi sit Episcopus, comparere, & ius suum prosequi. Secundo, an dicti Episcopi cogi possint ad tenendum in aliquo certo loco vicarium statariũ.

1 AD PRIMAM QVAESTIONEM dico, quòd querela hæc cleri Poloniæ videtur esse contra ius expressum à Bonifacio Papa scriptum. [c] cuius verba sunt, [Cum Episcopus in tota sua diœcesi iurisdictionem ordinariam noscatur habere, dubium nõ existit, quin in quolibet loco ipsius diœcesis nõ exempto per se, vel per alium possit pro tribunali sedere, causas ad ecclesiasticum forum spectantes audire, personas ecclesiasticas, cum earum excessus exegerint, capere ac carceri deputare, necnõ & cætera, quæ ad ipsius spectant officiũ licitè exercere.] sic etiam Legatus in qualibet parte suę legationis potest expedire, quæ ad illam spectant, etiamq; negotia unius prouinciæ in alia suæ legationis, si ad multas est missus, [d] sic Archiepiscopus in quolibet loco suæ diœcesis archiepiscopalis, [e] vnde Baldus Angelus, & Iason limitauerunt legem penult. [f] quatenus habet ius esse dicendum in loco maiorum, ut non procedat in Episcopo per prædictum capit. [cum Episcopus.§]

c In c. cum Episcopus de officio Archiepiscopi lib. 6.

d C. nouit de offic. deleg.

e C. ut lite pendente nil innouetur. lib. 6.

f ff. de iudic. & iure.

2 Facit quod etiã arbiter potest iudicare ubi uoluerit, modo locus sit honestus, [h] poterunt ergo Episcopi Poloniæ in quacunq; parte suarũ diœcesum audire & definire causas spũales, criminales, & ciuiles, inter sibi subditos, & i sua camera, ut dicit Francus, [i] modo locus sit honestus, ut dicit glossa sibi, & modo partes sine mãgno incõmodo litigare possint, quod solus Francus dicit ibi, & potest pro eo allegari prædictum §. [si arbiter,]

g De offic. ordin. lib. 6.

h Le. si non dies. §. si arbiter. ff. de recep. arbit.

i In d. Episcopus.

ter,] in illis uerbis, [si litigatores facile eo loci venire possunt,] quamuis illũ §. ad hoc ipse non ponderet, & aliũ textum idoneum ad id allegarit.

3 AD SECVNDAM dico primo, quod non videtur vllus canon id præcipere, & quod sanctorum Patrum documento sancitum non est, superstitiosa adinuentione non est præsumendum. [a] Secundo quod Pan. [b] dicit nõ meminisse textum, qui clarè probet teneri Episcopum ad constituendum vicarium generalem, etiam non statarium, quamuis id efficaciter probetur in c. [in noua actione.] [c] Tertiò, quòd primitiua Ecclesia non videtur habuisse talia tribunalia ad cognoscendum de causis cleri corum, cum Paulus [d] relatus in summa, [e] dicat Christianos etiam laicos nó debere litigare.

a 2. q. 4. ca. consuluisti.

b In c. quoniam in plerisque. de offic. ordin.

c 17. q. 7. & in ca. fin. de offic. archipresbyt.

d 1. ad Corinthios 6.

e 14. q. 1.

4 Quartò, q; Episcopi Poloniæ possunt dicere se non habuisse ante hac huiusmodi tribunalia statataria, & ideo etiã si iure debuissent ea habere, præscriptione tamen tum ordinaria quadragin ta annorum, tum immemoriali, de cuius initio non est memoria, essent à tali iure liberati. [f]

f Arg. c. de quarta. de præscr. & c. super quibusdam de præscr. sign. & l. hac iure §. duõ aquæ ff. de aqua quotid. & aestiua. & Ca. contra more. 100. dist.

5 Pro parte autẽ affirmante facit primò, quòd consuetudo totius fere orbis Christiani habet, vt Episcopi teneant huiusmodi tribunalia statataria in ciuitatibus primarijs suarum diœcesum: & huiusmodi consuetudo generalis ab omnibus seruanda videtur. [g] Secundo, quod omnes Episcopi tenentur constituere vicarios generales, & possunt cogi ad eos constituendos per suos Archiepiscopos, imò Archiepiscopi videtur posse ipsos constituere, si ipsi noluerint illud facere: [h] & tradit Pano. receptus. [i] At vicariorum constitutio parum satisfaceret clero, & populo eorum, nisi haberent tribunal statarium, ergo debent illud habere. Tertio, quod non possunt excusari dicendo q; ipsi soli sufficiant toti clero, & populo regendo, quoniã hæc allegatio confutatur in c. fi. [k]

g C. nouit de offic. deleg.

h In ca. de testib. col. 3. de testib.

i In d. Episcopus.

k De offic. ar chipresb.

l L. 2. ff. de iurisd. omn. iud. c. præterea de offic. deleg.

6 Quarto neruosè facit, q; sicut cui conceditur aliquid, non solum videtur concedi illud sine quo concessum fieri nequit, [l] sed etiam illud sine quo id cõmode fieri potest, ut eleganter de more asseruit Aretinus [m] quem sequitur De-

m In ca. dudum col. 3. de testib.

A cius [n] contra gloss. [o] quod irrefragabili- ter probatur per l. pen. [p] ita quicunq; tenetur facere aliquid, tenetur ad faciẽ dum illud sine quo id vere fieri nequit: At Episcopi Poloniæ tenentur reddere ius clero suarum diœcesum, immo & populo quo ad negotia ecclesiastica, & nequeunt id satis & bene facere sine huiusmodi tribunalibus statarijs: ergo debent ea designare.

n In c. ut de bitus honor. col. 8. de ap pel. & in d. c. præterea. & alibi sæpe.

o In c. sol. de sent. excom. lib. 6.

7 Quinto facit, quod ratio canonica, qua Episcopi tenentur constituere vicarios, & habere archipresbyteros, est, quia non possunt satis bene regere per solos semetipsos, etiam si plurimum valeant, vt probatur capitu. fin. [q] & eadem ratio suadet vt teneant prædicta tribunalia statataria: ergo debent ea tenere. [r] Sextò, quia non obstant oppositæ: quoniam illa procedunt, quando ius naturale non obuiaret eis: at ius naturale & ratio naturalis ex eo fluens, quæ dictant, eum qui tenetur ad aliquid, reneri ad ea, sine quibus id satis bene fieri nequit, obuiant eis, vnde nec vlla præscriptio & consuetudo possunt eis prodesse, quippe quę essent irrationabiles, & contra ius naturale, contra quod illæ non valent, [s] Salua, &c.

p ff. de & qua Episcopi tenentur constituere vicarios, & habere archipresbyteros, est, quia non possunt satis bene regere per solos semetipsos, etiam si plurimum valeant, vt probatur capitu. fin. q & eadem ratio suadet vt teneant prædicta tribunalia statataria: ergo debent ea tenere. r Sextò, quia non obstant oppositæ: quoniam illa procedunt, quando ius naturale non obuiaret eis: at ius naturale & ratio naturalis ex eo fluens, quæ dictant, eum qui tenetur ad aliquid, reneri ad ea, sine quibus id satis bene fieri nequit, obuiant eis, vnde nec vlla præscriptio & consuetudo possunt eis prodesse, quippe quę essent irrationabiles, & contra ius naturale, contra quod illæ non valent, s Salua, &c.

fin. & in l. quicunque. c. si ei quẽ. ff. de instit. act. q De offi. archipresb. v Arg. l. ultima: quoniam illa procedunt, quando ius naturale non obuiaret eis: at ius naturale & ratio naturalis ex eo fluens, quæ dictant, eum qui tenetur ad aliquid, reneri ad ea, sine quibus id satis bene fieri nequit, obuiant eis, vnde nec vlla præscriptio & consuetudo possunt eis prodesse, quippe quę essent irrationabiles, & contra ius naturale, contra quod illæ non valent, s C. ff. de cõ suet. c. quæ contra. 8. dist.

SVMMARIVM.

Episcopus iure antiquo communi non potest quidem cognoscere, neque conferre, neque confirmare neque statuere, neq; corrigere sine consilio Capituli nunc uero utitur iure quod ei competit ex statuto, priuilegio consuetudine, concordia, vel quouis alio quæsito titulo, & vlterius ex sacro Concilio procedit contra Capitula exempta tanquam sedis Apostolicæ delegatus, tam in uisitatione, quam extra limitatè tamen secundum formam cap. 4. sess. 6. & cap. 6. sess. 25. eiusdem Concilij nume. 3. 4. & 5. quæ duo capita secundum Auctorem videntur etiam seruanda in cathedralibus & collegiatis non exemptis in quibus Episcopi ante Concilium aliter non præscripserunt. num. 5. 1

Prælati collegiatarum, quibus scilicet collegiatis competit ius præsentandi præsentant quidem, sed cum consensu Capituli. 1

Præ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

2 *Prælati contra ius Capituli, & è contra, multa & validè præscripserunt.*

CONSILIVM III.

a De refor. sess.25.
b De refor. sess.6.

AN Cap. 6.[a] Concilij Tridentini declarans capitu.4.[b] habeat locum in ecclesijs etiam non exemptis quæ ad moderationem de exigendis in principio anni duobus canonicis ex Capitulo, cum quibus teneatur procedere Episcopus, cum extra uisitationem ex officio, vel ad instantiam partis procedit contra aliquem capitularem.?

1 Respondeo primò, quòd iure antiquo communi Episcopus non potest conferre, neque confirmare, neque statuere, neque corrigere sine consensu Capituli,[c] immo requiritur consensus Capituli in præsentationibus faciendis à prælatis Ecclesiarum collegiatarum.[d]

e Ca. quãto de his quæ fiũt à præl. sine consi. Cap.
d C. ea nouiscitur. eo. tit.
e Cap. 3. de consue. li. 6.
& d cap. ea noscitur.

2 Secundo præsuppono, quod multa circa hoc inueniuntur vsucapta, siue præscripta à prælatis contra ius commune, & declaratum est præscriptionẽ illã valere,[e] & è contra à Capitulis cõtra prælatos.[f]

f C. irrefragabilis. §. multæ de excessus offic. ordi.

3 Tertio, q̃ in multis Ecclesijs tam collegiatis, quàm cathedralibus erant multæ contentiones ante Concil. Trident. inum super correctione & punitione canonicorum, & aliorum Capitularium, eo quòd multi prælati potius arbitrio, & libito suo, quam sacrorum canonum, puniebant, & corrigebant eos & ita in multis ecclesijs erant statuta, vt prælati adiungerent sibi aliquos de Capitulo, de quorum non solum consilio, sed etiam consensu debebãt prælati procedere, & ideo sacrum Concilium videtur statuisse duo prædicta capitula ad sedandas discordias.

4 Quartò, quòd cum sacro Concilio non interessent Capitula, & soli Episcopi sine Capitulis illa statuissent, visum est nonnullis inclinasse magis in fauorem Episcoporum, quam Capitulorum & quod in fine prædicti c.6. reseruatur Episcopis salua omnis potestas, quæ vltra illam, quæ ibi statuitur, competeret eis statuto, priuilegio, consuetudine, cõcordia, vel quocunque alio iure, cum tamen Capitulis nihil tale videatur reseruatum: nam in d. cap. 4. tolluntur eis iura sibi quæsita per exemptionem, consuetudinem, priuilegium, vel alium modum, adeo quòd Episcopi possunt tanquam delegati auctoritate Apostolica procedere contra illa: & [g] ampliatur vel declaratur, quod facultas in eo data Episcopis competat eis, etiam cum procedunt extra uisitationem, cũ moderatione, de qua ibi, scilicet quod adiungat sibi duos canonicos electos per Capitulum, & de consensu tantum illorum procedat, nisi quo ad apprehensionem.

g In hoc

5 Quinto, quod videtur posse probabiliter dici, quod prædicta duo capitula vendicant sibi locum in omnibus Ecclesijs cathedralibus & collegiatis exẽptis, & non exemptis, in quibus Episcopi non quæsierunt ante prædictum Cõcilium ius pacificum vltra potestatem, quæ ipsis datur per ius commune aliquo titulo legitimo. Tum quia generaliter loquũtur, & ita generaliter sunt intelligenda.[h] Tum quia ratio pacis & concordiæ, quam desiderauit Concilium inter prælatos & sua Capitula, videtur id suadere: & lex extenditur ad limites suæ rationis.[i] Tum quia experientia cõstat conuenire reipub. vt aliquorũ prælatorum plus volentium dominari, quã pascere gregẽ, & pro libito amore vel odio absoluere & condemnare hos & illos capitulares sibi resistentes vel obsequentes, potentiæ obuietur per adiũctionem duorum canonicorum, vt prædictum statuit Concilium.

h Cap.
i c. sugg

Congregatio tamen, vt refertur, censuit, capitu. 4 sessio. 6. & capitul. 6. sessio. 25. procedere in Capitulis exemptis tantum.

H SVMMARIVM.

Episcopus ex officio cogere potest beneficiarium ad exhibendum titulum. 1
Possessio decennalis non sufficit sine titulo ad beneficium petitorie repetendum sed sic ad titulum præsumendum. nu. 4. 5. 6. & 10. nisi quando in matrimonialibus cũ possessione concurrit fama tituli, quia tunc repetit. nu. 3. 1
Beneficium sine institutione canonica non potest obtineri. 6

Ani-

2 *Animarum salus omni alij commodo præferenda.*
2 *Beneficium sine titulo retinens, etiam post longum tempus peccare videtur.*
3 *Argumentum de matrimonio carnali ad spirituale validum.*
4 *Possessio triennalis quærit titulũ possidenti secundum opinionem glossæ regularum Cancellariæ.*
4 *Titulus ex antiqua beneficij possessione præsumitur nu. 6. & 10.*
5 *Solennitas extrinseca præsumitur ob lapsum longi temporis.*
5 *Subdiaconatus præsumitur, qui diu usus est subdiaconatu.*
7 *Possessio antiqua defendit beneficiarium etiam contra prælatum ne ab eo exigat probationem tituli, aliter quàm per iuramentum: immo nec hoc exigit si aliàs hunc approbauit etiam tacitè puta accipiendo ab eo procurationem in visitatione tanquam à titulari.*
7 *Procurationem visitans Episcopus, accipiens ab aliquo tanquam beneficiato, censetur eius approbare titulum.*
8 *Insolita fraudem quandam præseferre videntur.*
9 *Regula de triennali iuuat execrabilem cõtra tertium & si sit decennalis, etiam contra Episcopum, modo alleget dispensationem.*
10 *Argumentum à contrario desumptum ex dictis non dispositis, sed narratis parum valet.*
11 *Cap. ordinarij. de off. ordin. lib. 6. habet locum nedum in beneficijs quæ possidentur in titulum seu commendam, sed ẽt quæ possidentur vt vnita.*
12 *Episcopus cogere potest decennalem execrabilem ad iurandum credere se canonicè obtinuisse dicta beneficia.*

CONSILIVM IV.

QVæsitum est primo, an Episcopus nouè creatus cogere possit beneficiarium suum subditum ad ostendendum titulũ sui beneficij, quod pacificè vltra 20. & 30. annos possedit.

Secundò, an cogere possit possidentem incompatibilia beneficia pacificè ultra p̃dictos 20. vel 30. annos ad exhibẽdum dispensationem, qua ea iustè retinere potuit.

I AD PRIOREM QVÆSTIONEM

A rñdeo, quod pro parte affirmatiua facere videtur primo glossa vltima[a] quatenus asserit posse Episcopũ ex officio cogere subditum ad exhibendum titulum sui beneficij. Secũdo glossa vltima[b] qua tenus habet, petentem beneficium in titulum non se posse iuuare præscriptio ne. Tertio iura multa, quibus prædictæ glossæ nituntur. Quarto, quod Inno. licet aliqua ex parte variare videatur, tãdem tamen concludit saltem per relationem ad textum,[c] quod volenti repetere beneficium, non sufficit quod possederit illud pacificè etiam per decem annos, etiam cum fama tituli canonici.

a c. 1. de renus. lib. 6.
b In c. contur. lib. 6.
c In c. illud de præsũpt.
d De re. sur. lib. 6.

2 Quinto, quod est regula firma tam in cap. 1.[d] quam in alio c. 1.[e] quam etiã in c. ex frequentibus,[f] quod beneficiũ à nemine potest sine canonica institutione licite obtineri.

e De eo qui mit. in possi.
f De instit.

Sexto, quod animarũ salus præferenda est omni alij commodo.[g] At beneficiarius tenens beneficium sine canonica institutione, etiã post decem annos, & quodcunq; aliud tempus, peccare videtur,[h] quia licet contra alium quærat exceptionem, sibi tamen nõ quærit dominium beneficij, vt latè innuit, Pano.[i] communiter receptus[i] & communiter videtur Episcopus habere potestatẽ ex officio suo expellendi & à beneficio quod tenendo peccat.[k]

g 1. q. 7. ca. sancimus et c. ille. 22. q. 4. c. si habes. 24. q. 3.
h Per d. c. 1.
i In c. cõtingit à n. 10. de dolo & cont.
k Arg. c. 1.

3 Pro parte autem negatiua facit primo c. [illud][l] quatenus habet, eum, qui fuit in possessione matrimonij cum fama de matrimonio per 10. annos, posse repetere illam, quam pro cõiuge per tãtum tempus possedit: & cum argumentum à matrimonio carnali ad spirituale valeat, iuxta glossam celebrem,[m] pro qua est c. [licet.][n] cõsequens est, quod etiam beneficiarius, qui possedit beneficium pacificè per 10. annos, saltem cum fama tituli, debet p̃sumi beneficiarius.

l De offi. ord. gruit.
m C. bonatum de elect.
n de trãsla. prælat.
o 33. sine
p Pag. 4.
q In c. licet

4 Secũdo facit regula Cancellariæ,[o] quæ statuit ne possessor huiusmodi triẽnalis molestetur, & glossa illius antiqua p̃tenuit per huiusmodi triennalẽ possessionem quæri titulum possidenti. &c. Alber. Felino[q] & quos sequitur ipse, tenẽt ex antiqua possessione pacifica beneficij præsumi titulum beneficij, ea ratione, *iud.*

Helt. n. 10. de trie. pos. de præsum. &c. Alber. de test. & c. sicut à n. 26. de re

quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia licet solēnitas extrinseca non præ
sumatur regulariter interuenisse,[a] fallit
tamen ob lapsum longi temporis, iux-
ta glossam & oēs,[b] vnde & Inno.[c] dicit
eum qui subdiaconatu vsus est longo
tempore sine litteris, esse præsumēdum
subdiaconum, & ita non videtur esse
mirandum, quod præsumatur titulus
beneficij in longi temporis possessore:
pro quo aptè facit l. [si filius.] iuncta
glossa[d] & l. [quæ in aliena.[e] & illa quæ
eis adijciuntur ibi, & alibi sæpe.

6 Quarto quod Rota ætate nostra
pro hac parte sententiam dixit, vt testa
tur Casladorus[f] ibi. [Voluerunt Domi
ni in vna causa Bononiēsi de mēse Mar
tij 1519. corā D. Petro de Capizzuchis
inter Aemilium de Blanchis & quendā
alium, quod regula Cācellariæ de triē.
ēt locum haberet in eo qui decennio
possederat, & nullum titulum produce-
bat, ex eo quod ius præsumit titulum
ex sola possessione antiqua: nam si quis
vt rector beneficium tanto tempore
possidet, in eo ius habet, & præsumitur
titulus, vt dicunt Inno. & Hostiensis,[g]
& Dominicus.[h] Ratio, quia cum Episco
pi visitando inquirant de titulo,[i] non
est præsumendum, quod ipsimet subdi-
ti quo ad curata permisissent tali cursu
temporis retineri Ecclesiam absque ca
nonico titulo.] hæc ille.

7 Et ne cui videatur, Casladorum sen
tire hmōi triennalem possessorem pos-
se defendi quo ad aduersarium peten-
tem beneficium, non aūt quo ad Ep̄m
volentem ex officio cogere ad ostendē
dum titulum, perpēdat hæc verba, quę
subdit: [Verum est, quod prælatus, li-
cet ex quo toleranit diu in possessione
subditum, non possit eum cōpellere ad
ostendendum titulum beneficij, tū pōt
in se suscipere onus probandi defectū
tituli, vt c. [dilecto.] & ibi Abbas,[k] &
in d.cap. [licet Heli.] & Dominicus.[l]
Quinto, quod communis opinio secun-
ta Hostiensem,[m] tenet non posse Epi-
scopum cogere hmōi beneficiarium ad
aliud, quam ad iurandum se habere ti-
tulum, neq, ad hoc, si expresè, vel taci-
tè consenserit in illo. ℈m Cosmam,[n] ea
rationc, quod prælatus, qui tacitè vel ex
presè approbauit beneficiarij titulū,
non pōt cogere ipsum ad ostendendum

[a] L. quicunque. §. fi. de publ. in rem act.
[b] In c. peruenit. de empt. & vend.
[c] In c. super his. sub finē de accusat.
[d] C. de pet. har.
[e] §. 1. de acquir. har.
[f] In decis. 8. super regula Canc.
[g] In c. illud, de prasūpt. et in c. licèt Heli, de simon.
[h] Cōs. 37. appar. 3. col.
[i] c. ordinarij. de offic. ord. in 6.
[k] De prab.
[l] In d. conf. & in d. c. ordinarij.
[m] In d. c. licet Heli.
[n] In tit. de pacif. poss. §. ordin. in verb. inquirāt. pag. pe.

illum,[o] & addit quod accipiens à bene
ficiato procurationem illum visitando, lecto de pro
videtur tacite approbare eum esse talē bat. & cen
quamuis Innocentius quem ad hoc ci- ore. de his
tat, [p] id non videatur asserere. quæ sunt à

8 Sexto facir, quod insueta videntur manifesta
præferre aliquid fraudis, iuxta l. [si cap. cum ea
quis sub conditione. adiūcta glossa quā admit.
ad hoc ponderat Baldus ibi, [q] & insue- p in cap. ve
tum & insolitum vī, quod aliquis post nem. de fi.
possessionem 20. aut 30. vel 40. annorū presb.
pacificum compellatur ostendere titu- q de cleri
lum sui beneficij. Et ita quamuis forte institu.
incomparabilis prædicti Epi virtus splē
dore suo oēm dolum & fraudem auer-
tat apud eos qui eum nouerunt, apud
tū iudices, qui non adeo respiciūt per-
sonam, forte nō oīno dilueret. Per quæ
arbitror Reuerendissimos summi Audi
torij Rotæ Patres in hanc partem nega
tiuam inclinaturos, & responsuros ad
contraria quod procedant in beneficia-
rio, qui non ostēdit titulum verum, nec
longi tēporis possessione p̄sumptum.

Ad Secvndam respondeo, quod pro parte affirmante videtur ca-
non expressus in c. [ordinarij.[r] innoua
uatus per Concilium Tridentinum.[s]
Secundo faciunt illa multa, quæ tradit
Gomezius in fauorem opinionis eorū,[t]
qui tenuerunt in Rota, quod regula de
triennali possessore non iuuat execrabi
lem, siue illum qui tenet duo incompa
tibilia contra extrauagantem [exacra
bilis] Ioannis XXII. si non monstretur dispensatio legitima.

9 Pro parte vero negante faciunt alia
plura, quę citat ibidē pro opinione con
traria, quam tenuisse Rotā in tribus vel
quatuor causis asserit, videlicet qđ triē
nalis possessio pacifica defendit ēt exe-
crabilem, ēt non monstrata dispensatio
ne, modo allegetur. At idē, quod facit
triennalis possessio contra aduersariū
agentem, vī facere decennalis siue lon-
gi tpis possessio contra Ep̄m volentem
cogere beneficiarium ex officio ad ostē
dendum titulum, vel dispensationem,
per citata in tñ fine præcedētis dubij.
Secundo, quod non obstat id quod ait
Gomesius alium, quam ordinarium, nō
posse cogere triennalem possessorem
ad ostendendum dispensationem incō-
patibilium: innuendo a contrario sen-
su,

[o] Aug. c. di
[p] De offic. ord. in 6.
[q] In c. cum ea
[r] De offic. ord. in 6.
[s] Sess. 21. c. 3.
[t] In reg. de triennali
[u] Ibidem.

su, quod ordinarius potest cogere.

10 Non inquam, hoc obstat. Tū quia
argumentum à contrario in verbis nar
ratiuis eius, qui non disponit, parū vir-
tutis habet, vt post Antonium[a] tradit
Felinus.[b] Tum quia loquitur tantū de
triennali possessore, & non de decenna
li, vel antiquiore, quem titulus præsum
ptus defendit etiam aduersus superiorē
inquirentem, vt dictum est.

11 Tum quia Dominicus & Francus
super eod. c. [ordinarij.] communiter
receptus dicunt illum textum non ha-
bere locum contra antiquum decenna
lem: vel longioris temporis possessorē,
Tum quia eadē ratio videtur suadere,
teneatur ostendere dispensationē, quæ
suadet vt teneatur ostendere titulum,
quia tam contra ius est tenere benefi-
cium sine titulo, quam tenere duo be-
neficia cum titulis aliàs canonicis, siue
dispensatione: imò fortè magis, si res sa
tis expendatur. Tum deniq; quod ratio
illa præsumendi interuentum solenni-
tatis extrinsecę, qua supra diximus nit.
Felynum post alios in supradictis, lo-
cis, & ratio præsumptionis, quo tanto
tpe non sustinuisset ordinarius possidē
tē sine titulo, qua nititur Cosmas[c] imò
& ratio Innoc. quam tangit[d] videlicet
quod tanto tempore non est facile ser-
uare titulos, & scripturas, videntur ita
excusare ab ostendenda dispensatione,
sicut ab ostendendo titulo. Omitto,
quod posset alicui videri satis probabi
liter prædicto c. [ordinarij] esse qui-
dem locum in beneficijs quæ tenentur
in titulum, vel commendam, non autē
in ijs quæ obtinentur per vnionem &
annexionem ad aliud beneficium vel
religionem, & ordinem.[e] Omitto, in-
quā, hoc: quia licet in recuperanda qua
dam commenda Rōcequallis, quam qui
dam Commendator sancti Iacobi per
viam vnionis detinebat, multum nego-
tij mihi olim fecerit, non tamen arbi-
tror satis firmum ad hoc, vt censeatur
prædicta Ecclesia ista ratione excusa à
prædicto c. [ordinarij.] sicut etiam præ
dicta vnio, quæ non est perpetua, sed so
lum ad uitam eius, cuius commēdæ vel
ordini annexa est, non potest cadere
sub cap. 6.[f] nec sub cap. 13.[g] Concilij
Tridentini.

[a] In c. cum tutis Apostolica, de his quæ sunt à maiori parte Cap.
[b] In c. signi ficasti, de sponsa cōp. nu. 13.
[c] Vbi supra. In d. c. illud de præsumpt.
[d] In d. c. illud de præsumpt.
[e] Arg. c. super eod. de prab. lib. 6.
[f] Sess. 7. de reform.
[g] Sess. 34.

12 Itaq; arbitror DD. Rotæ, si de hac
causa iudicauerint, iudicaturos ad sum
mum, quod Episcopus poterit prædi-
ctum beneficiarium execrabilem coge
re ad iurandum quod credit bona fide
se obtinuisse canonicè prædicta benefi
cia, & quod si Episcopus voluerit proba
re defectum tituli, siue quod beneficia-
rius non habuit illa canonice, modis,
quibus id legitimè probare poterit, est
admittendus, Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Vicario parochiali uacanti simpliciter da-
to non omnes fructus sed congrua portio
debetur: sed nec Episcopus usq; a princi
pio posset omnes eidem assignare nisi om
nes essent necessarij nu. 2.*

2 *Intellectus c. 18. sess. 24. Cōc. Trid. de refo.*

CONSILIVM V.

1 AD quæstionem respondetur pri-
mo, D. ordinarium fuisse aliqua
ex parte uegligentem, eo quod nō præ
stitit D. consulenti certam partem fru
ctuum congruam in suum stipendium.

2 Secundo, quòd non potuit à princi
pio statuere pro congrua portione oēs
fructus Ecclesiæ prædictæ. Tum quia
facultas cōcedendi stipendium concessa ordinario à Concilio Tridentino,[h] restringitur ad certam partem fructuū. Et quamuis posset dicere ordinarius, quod omnes fructus posset concedere, si omnes coniuncti non excederent con gruam portionem annuam, tamen in casu proposito, attenta Ecclesiæ qualitate, non sunt omnes ad id necessarij. quia præsupponitur eos ascendere ad centum aureos. Et ideo videtur quod œconomus debet esse contentus ea par te illorum, qui sufficiunt ad congruam portionem arbitrio ordinarij iustè determinandam.

[h] In ca. 18. de reform. sess. 24.

SVMMARIVM.

1 *Exorcismus in genere sumptus, est omnis
adiuratio & increpatio quæ contra dæmo
nem exercetur, & sic acceptum hoc Epi
scopus imò forte nec Papa potest Christia
nis, cum eam à Christo acceptant, prohi-
bere,*

bere,nu.2. illum autem qui præmittitur baptiſmo,& a ſolis ſacerdotibus baptizãtibus de conſuetudine exhibetur non põt Epiſcopus reſtringere nec decet ut Papa id faciat,num.3. ſed nec illum qui ſine alia cæremonia ſuper obſeſſos exercetur, poteſt quis ſaltẽ Papa inferior niſi quoad indecentia prohibere.nu.4 & 5. illũ autem qui ſuper dictos obſeſſos cum certis ſolemnitatibus ab Eccleſia introductis per deputatos ſolet exerceri, poteſt Epiſcopus modeſtè reſtringere.5.

6 *Parochus clericos intra fines ſua parochia morantes poteſt quidem urbanè, ſed non ut ad id obligatos,hortari ut ipſum in exercitio doctrinæ Chriſtianæ iuuent.*

CONSILIVM VI.

AN Sacerdoti vel clerico ſæculari, aut regulari interdici poſſit, ne exorciſmum energumenis adhibere poſſit,niſi is exorcitandi facultatẽ ſcripto exaratam ab Epiſcopo impetrarit? Et an rectè prohibeatur, ne in ędibus laicalibus,locisve priuatis,ſed in Eccleſiæ loco aperto,& conſpicuo, neque in omni & quauis Eccleſia, ſed in ijs ſolum, quas certas Epiſcopus ſtatuerit, fiat exorciſmus? Item ne ante ortum, nec poſt occaſum Solis quiſquam exorcizetur ? Et an rectè ſtatuatur, vt ſi qui exorcizat, ſacerdos ſit, antequam exorciſmum inchoet, Miſſæ ſacrum faciat ?

Secundo,an clericos,qui Dominicis feſtiſq; diebus,qua hora in choro diuinis officijs celebrandis aſtricti nõ ſunt parochus,intra cuius parochię fines habitant, in doctrinæ Chriſtianæ ſcholis vbicunque loci intra fines parochiæ cõſtitutis, vt ſibi in hoc munere opem ferant,cohartari debeat ;

1 AD QVATVOR in priori quæſtione propoſita reſpondetur , primo, quod cum omnis adiuratio & increpatio dæmonis poſſit dici exorciſmus energumenorum,vt ſignificat cap. [clericos.][a] & S.Tho.[b] dum ait exorciſmum cathecumenorum , qui præponitur baptiſmo, rectè dici poſſe exerciſmum energumenorum: cunque omnis Chriſtianus habeat poteſtatem exorcizandi,& adiurandi dæmones, increpãdo,iuxta illud. [c] [In nomine meo dæmonia eijcient,ut tradit S.Th.[d] titulus huius quæſtionis videtur generalis ad omnem exorciſmum & adiurationem increpatoriam dæmonum .

2 Secundò, quod accipiendo verbum illud tam latè. ut dixi , reſpondendum videtur quod non poteſt id facere inferior Papa , immo nec fortè ipſe Papa , quoniam Chriſtiani omnes accipimus poteſtatem adiurandi dæmonem increpatoriè nocte, dièque, idque frequenter facimus aſpergendo nos aqua benedicta,& dicentes:[Ecce crucem Domini,fugite partes aduerſæ,&c. ſignantesque nos ſigno crucis, dicentes:[In nomine Patris,&c.]

3 Tertio,quod ſi titulus quęſtionis reſtringatur ad exorciſmum,qui præmittitur baptiſmo,reſpondendum videtur, non poſſe id facere inferiorẽ Papa, nec decere ipſum Papam id facere, cum cõſuetudine videatur reſtricta poteſtas illius exorciſmi ad ſacerdotes baptizantes,vt ſignificauit S.Th.[e] &omnino deceret,vt omnibus ſacerdotibus baptizaturis imponeretur neceſſitas faciẽdi ea, quæ in quæſtionibus continentur .

4 Quarto,quòd ſi tituli quæſtionum reſtringantur ad ſolum exorciſmum arreptitiorum , ſiue a dæmonijs obſeſſorum , non videtur etiam poſſe reſtringi ſaltem ab inferiore Papa quo ad poteſtatem generalem, quam omnes Chriſtiani habent iure diuino eijciendi dæmonia , & adiurandi ea increpatoriè, quia tale ſtatutum videretur contra ordinationem ab ipſomet Chriſto factã,[f] ſupra citatam quam non poteſt tollere inferior Papa ꝙ imò nec ipſe Papa in totum, ſaltem ſine iuſta cauſa, iuxta c. [ſunt quidam,[h] adiunctis his,quæ notantur latè per Innocentium & alios .

5 Quantum aũt ad particularem poteſtatẽ, quam habent quidã in aliquibus terris particulariter deputati ab Epĩs ad officium hmõi exorcizandi arreptitios cum ſuperpellicio, & ſtola, & quibuſdã alijs cæremonijs,videtur,ꝙ qui deputauit eos,poſſet aſtringere ad aliqua ſeruanda,quæ non tenerẽtur ſeruare alij, qui uolunt uti ſola poteſtate a Chriſto tradita , qualiter multi Sancti ſine alio quo

a §.exorciſtæ. 2. diſt. b in 4.diſt 6.q.2.ar.3

c Mat. 16. d 2.2.q.90. e In d.c. 6. q.2. 3.q.3. f Mat. 16. g Arg.c.2. de matrim. h 25.q.1. i In c. cum ecclesiæ. de conſtitu.

DE OFFIC. IVD. ORDIN. 177

quo apparatu ſolo verbo vexatos à dæmonijs liberauerunt.Poſſet itẽ Epiſcopus ſtatuere, ne quis inordinate ac immodeſte vteretur huiuſmodi poteſtate : quia id non eſſet legem nouam facere,ſed confirmare legem naturalẽ, qua tenemur bene ac modeſte facere ꝙ facimus. Reſtrictiones aũt tantæ, quantas continent gõnes prædictæ, non vãr eſſe facultatis epiſcopalis per prędicta.

6 Ad vltimam quæſtionem reſponde tur, ꝙ prædictis rectoribus licet rogare, & hortari vrbanè prædictos clericos,vt eos adiuuent . quia hoc nullo iure vetitum eſt , & de ſe bonum eſt : hortari autem eos,vt ad id obligatos,non liceret : quia ipſi ad id nullo iure ſunt obligati,& ita iniuriã facerent ei imponentes obligationem contra l. [iuſtitia.][a]

a ff.de iuſt. & iure & S.1.inſt.eo. tit.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus ex officio contra vtentes matrimonio nulliter clandeſtine contracto, & alios peccatores procedere poteſt via inquiſitionis,modo fama præcedat,nu.2. poteſt item in via denunciationis euangelicæ & canonicæ,num.2.*

1 *Diœceſim peccatoribus mortifere peccantibus poteſt epiſcopus ex officio ob publicam vtilitatem,inquirendo ſicut & Præſes prouinciã malis hominibus, purgare.*

CONSILIVM VII.

AN Epiſcopus poſſit ex officio inquirere contra vtentes matrimonio clandeſtine ſine præſentia parochi contracto ?

1 Reſpondetur quòd ſic. Tum quia Epiſcopus poteſt ex officio ſuo nobili procedere ad vtilitatem publicam,& ſalutem animarum,& alia pia,ſecundum Bartolum receptum.[b] Tum quia ſicut Præſes prouinciæ in ſæcularibus poteſt inquirere, & purgare prouinciam malis hominibus, [c] ita poteſt Epiſcopus in ſpiritualibus, & eccleſiaſticis purgare ſuam diœceſim peccatoribus mortiferè peccantibus. [d]

2 Tum quia poteſt via denũciationis euangelicæ vel canonicę procedere cõtra peccantes mortaliter iuxta cap.[no uit,][e] vbi nos latius alijs [f] tradimus.

b In l.4.§. hoc aũt iuris, ff.de iuſtit. & iure. c l.1.ff.de off.ord. d Per d.c.1 2 de off. ord. e De iud. f In 6.not.

Nauar. Conſ. Pars I.

A Tum quia etiam ſine denunciatore per viam inquiſitionis fama prȩcedente poteſt procedere ad puniẽda adulteria, & alia crimina mortifera pſertim Eccleſiaſtica,quæ ſacramẽta tangunt,[g] & certum eſt eſſe crimen mortiferum,& grã de,quod aliqui vtanꝰ matrimonio nullo pro valido,vt palam eſt: & certũ eſt, matrimonium contractum ſine pſentia parochi cõpetẽtis,eſſe penitus nullũ, [h] iuxta Concil. Tridentinum. Salua, &c.

g Iuxta c. ſiaſtica,quæ ſacramẽta tangunt, & cer tum eſt eſſe crimen mortiferum,& grã de,quod aliqui vtanꝰ matrimonio nullo pro valido,vt palam eſt: & certũ eſt, 2.de accuſ. matrimonium contractum ſine pſentia h C.1.de re parochi cõpetẽtis,eſſe penitus nullũ, form.matr. ſeſſ.24.

SVMMARIVM.

B *Iudex eccleſiaſticus in concubinarios poteſt alijs vijs & pœnis , quam in ſacro Concilio ſtatutis procedere.* 1

Lex noua remedium adducens non cenſetur tollere aliud per alias leges inductũ. 2

CONSILIVM VIII.

AN contra cõcubinarios poſſit procedi alia via, & ad alias pœnas, ꝙ quæ ſtatuunt in Cõcilio Tridentino ?

1 Reſpõdetur, ꝙ iudex eccleſiaſticus poteſt procedere contra cõcubinarios, matrimon. & concubinas alijs vijs , & ad alias pœnas, quàm quæ conſtituuntur in d.c.8.

C Tum quia iudex eccleſiaſticus põt procedere contra prædictos per viam accuſationis , & denunciationis , iuxta cap. [ſuper his,][k] & prædictum cap.8. ſolũ videtur agere de via inquiſitionis, quãuis inſinuet à contrario ſenſu per illa verba,[Etiam nullo requirente,]poſſe illum procedere etiam alia via: quia illud verbum,[etiam]implicat caſum minus dubium. [l] Tum quia finis illius ca. habet non tolli per illud alias pœnas contra eos ſtatutas.

2 Tum quia lex noua remedium adducens non cenſetur tollere aliud per alias leges iam inductum, [m] & renuncians vni ex duobus remedijs competẽtibus ſibi non videtur alteri renuncia re. [n] Tum qua in hac ipſa materia puni tionis clericorum fornicariorũ latè reſoluit Panormitanus, [o] quod variæ pœnæ ſunt inſtitutæ cõtra huiuſmodi clericos fornicarios, & ideo põt iudex arbitrari ſuper pęna imponenda,declinãdo præſertim ad imponendam mitiorẽ.

k De accuſationis , & denunciationis , iuxta cap. ſationibus. l Arg. l. ẽt ff.de mino. m L. quoties , ff. de actt. & obli. n L.quoties duplici. ff. de reg.iur. ar.l. ſi domꝰ vbi Bar. ff.de ſerui. vrb.prædio. & c.ex tuæ rũ de auct. & vſu palliꝰ. o In c.at ſi clerici,n.6. de iud.et c. ſi autem de cohab. cler. & mulier.

M SVM-

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMARIVM.

1 *Beneficium simplex perpetuum potest ordinarius ex iusta causa de consensu patroni facere manuale amouibile ad nutum laicorũ patronorum ita vt desinat esse beneficium ab Episcopo conferendũ.*

2 *Beneficia inferiora sui episcopatus ordinarius potest vnire dividere, de nouo creare, & extinguere.*

2 *Amouibile ad nutum patroni laici beneficium beneficium non est sed seruitium quoddam manuale temporarium, quod à patronis laicis datur, & accipitur sine periculo incurrendi pœnas, quas incurrunt qui de manu laici capiunt beneficium, num. 7.*

3 *Fructus veri beneficij quos sacerdos ad illud à solo patrono laico tanquam esset manuale seruitium & non beneficium bona fide deputatus percepit non restituat.*

3 *Error iuris licet non prosit ad acquirendã rem ipsam prodest tamen ad acquirendos fructus & hoc (omissa opinione Bartoli, & aliorum distinguentium) etiamsi esset error iuris resistentis Ratio est, quia in acquisitione fructuum sufficit quod absit mala fides, num. 6.*

4 *Errorem facti & non iuris habet, qui putat se habere titulum cum non habeat, sicut & qui possidet rem Ecclesiæ ex sola concessione Episcopi putans interuenisse consensum Capituli prodestque ad acquirendum nedum fructus sed & rẽ.*

5 *Error iuris dubij ad vsucapiendum prodest, sicut & error facti.*

CONSILIVM XI.

AN Episcopus possit reddere beneficium aliquod simplex, siue capellaniam de perpetua manualem?

1 Respondetur, q facilè defendi potest, ordinarium præsertim Legatum, posse iusta de causa cum consensu patroni facere, vt aliqua capella perpetua, in qua ad præsentationem eius instituitur capellanus & rector ppetuus, fiat temporaria, & ad nutũ amouibilis: q̃n certum est ordinarium posse vnire, & diuidere, & de nouo creare, & extinguere beneficia inferiora sui ẽpatus. [a]

2 Nec obstat, quòd collatio beneficij & institutio præsentati in eo sunt res spirituales, & nõ cadunt in laicum, qui est incapax iuris non solum conferendi, & instituendi, sed etiam eligendi, qđ est minus, [b] nisi priuilegio Papæ iuxta gl. celebrem. [c] Nõ inquam hoc obstat, q̃n per ordinationem, qua capella perpetua fit temporaria, & ad nutum amouibilis, non datur ius conferendi, vel instituendi patrono laico, sed extinguitur capella perpetua, & loco illius erigitur manualis, quod patronus potuisset ab initio ordinare etiã sine consensu Episcopi, vt scilicet darẽtur certa scuta annua alicui clerico ad seruiendum capellæ, ita vt possit ad nutũ amoueri, & poni sine aliquo titulo, perpetuo Episcopi, ita quod extinguitur beneficium, qđ debet esse perpetuum. [d] & consequenter desinit ordinarius habere ius instituendi, sed non quæritur illud patrono qui etiam perdit ius præsentandi ad beneficium; quia iam non est talis, sed libertatem quærit ponendi, & tollendi, quem, & quoties voluerit, quod est grãde & vtile frenum ad continendum capellanum in officio virtutis, ne patronus resciens illius vitium amoto eo ponat alium, quæ posset esse magna causa faciendi capellam, siue beneficium de perpetuo manuale.

Sed dato, quòd fuerit declaratum ordinarium non potuisse hoc facere. Quæritur, an qui bona fide possedit huiusmodi beneficium, siue capellaniam per multos annos, vt manualem & tantum auctoritate patroni, teneatur ad restitutionem fructuum?

3 Responderi põt, quòd non tenetur restituere, per l. [bonæ fidei,] [e] Panormitanum & alios, [f] post Bartolum, [g] & omnes, [h] Couarruuiam: [i] quia licet error iuris nõ prosit ad vsucapiendam rẽ ipsam, [k] prodest tñ ad vsucapionẽ fructuum, per l. [sed & si:] [l] & Dynum, [m] quod ponitur pro regula à multis, quos [n] refert Felynus, quamuis trepide hanc rem tractet, [o] & Franciscus Baldus. [p]

4 Primò quidem ea ratione, quòd iusta credulitas tituli, quæ ex errore facti descendit, prodest ad vsucapiendum. p. q. l. in scribendum etiam ipsam rem, de qua quæruntur fructus, q quòd affirmãt, & pro eorum confirmant multum prefati Fel. & Bal. At præfatus consulens videtur errasse errore facti, credendo, quod in præfata ordinarij dispositione interuenit iusta causa cum alijs necessarijs ad sic disponendum, qui error facti est. Tum quia, qui possidet aliquid Ecclesiæ per concessionem Episcopi dicentis se illam de consensu Capituli facere, si verè capitulum non consentit, dicitur duci errore facti, & præscribit, vt determinat Rota [a] quam etiam Felynus & Baldus sequuntur. Tum quia credere quod Episcopus potuit illam facere iusta de causa cum consensu partium & alijs necessarijs, nõ est profectò error iuris, sed vera illius scientia: per ea quæ nos allegauimus, per ea p quæ irrefragabiliter probatur ordinario fuisse potestatem etiam extinguendi penitus illud beneficium iusta causa, & alijs necessarijs interuenientibus: quanto magis mutandi illud in aliã formã ĩ mille mũdi partib. vsitatã?

5 Secundò, q error iuris dubij perinde prodest ad hoc, sicut error facti, vt est textus, quem ad hoc multum commendat Panormit. in c. [cum dilectus,] [b] & alij alibi, gloſſa memorabilis, [c] q etiam confirmant præfati & alij citati ab eis, & in his Felynus, [d] & est celebre dictum Innocentij, [e] ĩ multis locis à Baldo commendatum, q contraueniens iuri humano dubio per errorem nõ peccat, & sñia lata contra ius dubium vel obscurum, non censetur nulla, vt latè tradit Felynus, [f] licet sñia lata contra ius regulariter sit talis. [g] At error, quo dñs consulens credidit præfatam dispositionem ordinarij valuisse, est error facti, vt dixi, aut saltem error iuris dubij & obscuri: ergo ille excusat, & ad hoc prodest. Non est vero curandum de illa distinctione Bartoli an sit contra ius assistens, vel contra ius non resistens, quãquam eam multi sint secuti. Tum quia præfatus § [scire] sine vlla distinctione determinat bonæ fidei possessorem ĉre fructus, dummodo non sit prædo, i. malæ fidei possessor, quem non debuit Bart. & qui eum sequuntur ex suo capite limitare. Tum q̃a non est ullus textus, nec vlla rõ efficax, q̃ illã limitationẽ probet. Tum q̃a error iuris, siue sit contra ius non assistens, siue contra ius resistens, est error contrarius, & ita vel neuter deberet prodesse, aut vterque. Tum quia ad quærẽdos fructus sufficit, vt mala fides absit, licet bona fides positiuè non adsit, etiam secundum eũdem Bartolũ & Felynũ ac alios sequaces eiº.

6 Tum denique, q credulitas iustitiæ tituli, quam habuit p̃fatus, plus fuit error facti, q̃ iuris, vt supra dictum est, & si fuit error iuris, non fuit plus cõtra ius resistens quam illa, de qua loquũtur, §. [scire,] & Bart. qui loquuntur de credulitate, qua hæres credebat testũ valere, quia credebat fuisse factum solemniter.

Per quæ nullius inhabilitatis timor est habendus, eo q videatur accepisse beneficium ecclesiasticum de manu laici contra multa c. [h] quia non accepit vt beneficium perpetuum, sed vt seruitium manuale temporarium, quod potest, & quotidie dat laicus, & quod illa iura loquuntur de capiẽte beneficium sine colorato titulo. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Monitoria generalia præcipientia testificationem, reuelationem, ac restitutionem sub vicarijs formis concedi solent, & possunt, modo non transgrediantur dispositionem canonum de re super qua feruntur statuentium, num. 2. Vnde licet Episcopi de iuris rigore possent mandare vt blasphemantes denuncientur, non tamen possunt mãdare & vt id fiat omissa fraterna correptione, nec & vt denuncientur ea quæ nõ possunt probari: imò dicti casus cẽsentur excepti, etiam quod monitoria illos in specie nõ excipiãt. n. 5. Subditi item cauere debẽt, ne cadant in peccatum detractionis, n. 2. & 4. sed & forte expediret magis, si Episcopus omissa hac vtã, quæ populum perturbare, ac rixarum fomes, ac aliorum peccatorum occasio esse solet, n. 3. & 4. in visitatione à generali ad specialem contra blasphemos procedendo inquisitionem, blasphemiæ extirpare delictum curabat, nu. 6.*

1 *Excommunicatio etsi pro futuro peccato, vel contumacia non satisfaciendi possit ferri, at quod pro præterito peccato ferri possit, non videtur, nisi sit notorium.*

4 *Duob. procedẽdi modis sese offerentib. illũ eligatur ex, qui planior et placidior sit.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

CONSILIVM X.

CONqueritur ciuitas quædam, eiusque diœcesis, quod Episcopus publicare vult monitorium quoddam, ad finem reuelationis sub pœna excõicationis contra eos, qui blasphemant nomẽ Dei, aut sanctos eius, vel qui præsentes fuerint. Quæritur itaque, an hmõi monitorium possit licitè publicare Episcopus, & si liceat, an generaliter expediat propter simultates, & alia, q̃ inde possunt oriri inter virum & vxorem, patrẽ & filium, aliosque vinculo societatis cõiunctos: deinde, quia, cum videatur esse crimen mixti fori, hac via daretur occasio declinandi a foro sæculari.

1 Ad hanc quæstionem respõdeo primò, non posse aliquem illi satisfacere nõ facta copia monitorij, quod dicitur esse publicatum, quoniam, vt ipse in repetitione c. [inter verba,] [a] demonstrauit, multiplicis formæ possunt esse huiusmodi monitoria: aliquando enim monent subditos, vt denuncient, aliquãdo vt testificentur, aliquando vt denuncient notoria vel famosa, vel testificentur super illis, denuncient etiam secreta, aliquando vt restituant, aliquãdo vt dicant monenti tanquam iudici, aliquãdo vt dicant ei tanquam bono viro, qui prodesse possit, & non obesse, &c. vt colligitur ex cap. [inquisitionis.] [b]

2 Secũdo, respondeo, quod Episcopus potest ferre huiusmodi monitoria, non transgrediendo dispositionem canonũ disponentium super materia, in qua ea vult ferre, iuxta glossam solemnem, [c] textum c. [qui cum fure.] & ibi annotata per Panor. [d] & ab alijs alibi.

Tertiò q̃ hmõi monitoria variè pro varietate formarum illorum magna cũ prudentia & discretione sunt à subditis obseruanda, ne incidant, & incurrant vitium detractionis, & infamationis, & ne grauiter & mortifere peccent, vt ipsi [in dicto coroll. 66.] admonemus.

3 Quartò q̃ pro parte negatiua quæstionis propositæ facit primo, q̃ Episcopus non videtur posse excommunicare aliquem pro peccato præterito, nisi sit notorium, vel fuerit condemnatus de illo, & noluerit parere, [e] sed solum pro futuro, vel pro contumacia nolendi satisfacere pro præterito, per ea multa quæ glossa memorabilis, [f] adducit. At Episcopus præfatus pœnam excommunicationis infligit, vel intentat subditis *sęp. innocentibus*: ergo illud ei non licet.

Secundò, quòd non est danda vlli occasio peccandi, [g] & præfatum monitorium videtur dare occasionem peccandi per rixas, & odia, quæ ex huiusmodi denunciationibus concipiuntur a denunciatis contra denunciantes, vt palam est.

4 Tertiò, quòd de duabus vijs perueniendi ad aliquem finem eligenda est plenior, & placidior. At dominus Episcopus posset per visitationẽ, & inquisitionem generalem informare se de huiusmodi blasphemijs, & blasphemis, [h] & postea sine turbatione populi per inquisitionem specialẽ procedere contra eos, quos inuenerit culpabiles, præsertim q̃ non est periculum in mora boni temporis. [k] Quarto, q̃ per ea, quæ ipse latè vbi supra scribo, credibile est quamplures peccaturos multum in hac re, & alios quidem denunciando secreta, & ante correctionem fraternam, alios denunciando eà, quæ non debent denunciare, & quando, & alio modo quàm oportet, præsertim si non detur iusta dilatio ad consulendum peritiores, & prudẽtiores, alios autem alijs modis, quos ipse ibi tracto.

5 His tamen non obstantibus, credo, quod de rigore iuris posset Episcopus ferre eiusmodi monitorij temperatũ, & modificatum, ne includeret secreta, & quæ non possent probari, nec personas, quæ ad id non tenentur, nec excluderet correctionem fraternam, quã ipse non potest excludere, nec inberet, vt statim antequam illa congruo tempore, modo, & ordine fieri possit, huiusmodi blasphemiæ sibi statim denunciarentur, per ea quæ D. Tho. scribit, [l] & alia quæ nos addimus vbi supra: imò etiam, si hic Episcopus non temperaret suum edictum, ita temperandum esset per supradicta, dolentes, quod plurimi pluriemum errant in respondendo, nõ solum huiusmodi edictis durissimis, sed etiam chartis, & monitionibus, quas super rebus perditis & furto sublatis passim solent dare ordinarij, & solẽnius Curia, appellando illas [ignificauit.

Ad

[a] 11. q. 3. cõcl. 6. cor. 66. nu. 331.
[b] §. tertia et ea. qualiter & quanda. 2. de accu.
l. Diuus. 2. ff. de custodia reorũ.
c. presb. ca. mala. 2. q. 5. ca. vestra de cohabit. cle. & mulierũ c. manifesta. 2. q. 2. si sacerdos, de offic. ord.
[c] c. ex parte. de uerb. signific.
[d] De excess. prala. c. consanguineos, de repudijs. & in d. c. si sacerdos.
[e] C. nemo. 2 11. q. 3. & c. sed illud. 45. dist.
[f] C. ex re 2. de Sent. excom.
[g] Cap. si diligenti. de sent. excom.
[h] Iuxta c. de off. ord.
[k] l. 1. de off. proc. Cæs.
[l] 2. 2. q. 33. art. 7.

6 Ad oppositã respõderi posset eo modo, quo respondendum esset ad defendendas prędictas chartas. Mea tamen sententia prudentius, & Deo gratius ageret Episcopus, si procederet primum per viam visitationis, & inquisitionis generalis, & postea per inquisitionem specialem, vt supra dictum est.

SVMMARIVM.

1 *Edicta episcoporum procedere quidem debent a puritate conscientiæ & zelo iustitiæ, sed discretionis ratione carere non debent: vnde potest ab eis appellari, si nimis breuem dilationem pro qualitate rei agendę necessariam, n. 2. vel obscuritatem siue repugnãtiam contineãt, n. 3.*
4 *Edicta quæ obligant ad denunciandum, nõ obligant eos qui non possunt probare, nec quæ fiunt ad reuelandum, obligant vbi non præcessit fama, nec ante præcedentem correptionem fraternam quam se emitti uideret prælatus, peccaret simul cum ei parentibus: aliud verò est quãdo fiunt ad testificandum.*
6 *Blasphemiæ peccatum, optimum quidem est, extirpare, sed omissa via edictorum præcipientium reuelationem satius videtur à via inquisitionis generalis ad inquisitionem particularem contra culpabiles repertos descendere, num. 1.*

CONSILIVM XI.

SVmma edicti Episcopi hęc est, [Præcipimus tam maribus, q̃ fœminis insolidum prædictas blasphemias sentientibus, audiẽtibus, vel aliquam de ijs notitiam seu scientiam habentibus, vt eodẽ, vel sequenti die, quo id nouerint, reuelent corã nobis, vel vicario nostro, & notario rogato in forma debita, psonã quæ blasphemauerit, aut ignominiose nominauerit Deum, Virginem matrẽ, vel aliquem Sanctum, sub pœna excommunicationis, & decem ducatorum: & q̃d ab huiusmodi excommunicatione nullus confessarius absoluat, nisi prius mandato, vel pœcepto pfato satisfaciat.

1 Interrogatus, an ciuitas, in qua pfatum edictum publicatum est a suo reuerendissimo Episcopo, iustè de illo conqueri possit? Rñdeo primò laudãdum esse plurimum zelum eius erga Deum, Virginem matrẽ, & alios Sanctos, quo motus est contra vitium blasphemię, q̃ iure quis miretur adeo apud aliquos vsitari, cum nullam vtilitatẽ, nec voluptatẽ habeat sibi coniunctam, neq; vllum honorem, sed potius magnam infamiam. Secũdò, q̃ forte in casu proposito locus est illi elogio Alex. iij. [a] [puritati conscientiæ non dẽt deesse discretio rationis.] cum in proferẽdo edicto adeo duro in ciuitate, q̃ nunquã simile audierat, maior moderatio desiderari potuisset.

2 Tertiò, q̃ ciuitas appellare potuisset ab eiusmodi edicto ob nimiam breuitatem temporis, quod prefixit subditis ad denunciandum, iuxta dictum Innocentij, [b] nimis enim breue tempus prefigitur denunciaturis, vt eodem die vel sequenti id faciant, cum vt nos latè probamus, [c] magna prudentia, & discretione vti oporteat in respondendo huiusmodi edictis, ne quis reuelando q̃d nõ debet, vel alio modo, quam debeat, peccet mortifere infamando proximũ.

3 Quartò, q̃ etiam poterat appellari ab eo ob obscuritatem & repugnãtiam, qua secum videtur pugnare, cum præfatus Reuerendissimus non ferat, sed tm̃ comminetur excõicationẽ, & postea iubeat ne confessarij absoluant ab ea, donec satisfaciant præcepto. comperti. n. iuris est, q̃d per sola illa verba, [sub pœna excõicationis,] non fertur excommunicatio nisi addantur illa, [Latæ sententiæ] vel alia eiusmodi, iuxta glossam receptam, [d] & q̃ non est, non põt solui, [e] & ita vel debuerũt addi illa verba, [Latæ sententiæ,] vel alia ijs æquipollentia, vel non debuit reseruare absolutionem vinculi, quod non præmiserit.

4 Quintò, q̃ debuisset animaduertere q̃ verba huius edicti obligant subditos ad denunciandum, & non tm̃ est testificandum, per ea quę nos tradimus, [f] quod nemo debet denunciare, nisi q̃d probari põt, & peccat si aliud faciat. [g] Animaduertere item potuit, q̃ non debet quis reuelare prælato etiam vitã ti gñaliter peccatum occultum, de quo nõ est fama, vt nos ꝓbamus, [h] & latius superius. [i] Animaduertere itẽ potuit, quod non poterat præcipere reuelationem prædictarum blasphemiarum, nisi

[a] In c. non solũ. de reg. iur. lib. 6.
[b] C. 1. de dilat. per illũ text.
[c] In rep. c. iter verba. 11. q. 3. concl. 6. coroll. 66. n. 280.
[d] C. 1. de sa. git.
[e] C. ad diſſoluẽdũ. de desponſ. impub.
[f] In d. 66. coroll. num. 286.
[g] C. placuit 6. q. 2. & notatur. in c. qualiter & quando. 1. accuſ.
[h] In d. cor. 66. n. 301.
[i] In cor. 46. & ſeq.

saluo ordine correptionis fraternę iux E
ta illud S. Thomæ recepti in 2.2.q.33.
art.7.ad 5. [Qñ prælatus præcipit, q̃
sibi dicatur qđ quis sciuerit corrigen-
dum, intelligendum est præceptum sanè
saluo ordine fraternæ correptionis, si-
ue præceptum fiat cõiter ad omnes, si-
ue ad aliquem specialiter. Sed si Præla-
tus expresse p̃ciperet contra hunc ordi-
nem a Dño institutum, & ipse pecca-
ret præcipiens, & ei obediens, quasi cõ-
tra præceptum Dñi agens, vnde nõ es-
set ei obediendum.] Hæc ille, & tradi-
a D. corol. tur etiam à nobis [a] Considerare itẽ po
60. n.283. tuisset, qđ lenius, & minus amare po- F
tuisset procedere ad puniendũ has blas-
b Iuxta c.1 phemias, primũ inquirendo gñaliter, [b]
de offi. ord. & postea procedẽdo per inquisitionem
& leg con- specialẽ cõtra eos quos inuenisset blas-
gruut. ff. de phemasse. [c] Hæc respondimus interro-
off. præsid. gationi generali responsuri, si opus fue
c Iusta c. in rit, interrogationib. specialibus, in gra-
quisitionis, tiam eius qui me interrogauit, & in glo-
de accusat. riam Dei, qui nos omnes seruet, Amẽ.

De officio iudicis.

SVMMARIVM.

1 *Iudex rogatus instrumentum quo centum mutuo data & quinque pro interesse taxata petuntur exequi debet, nec ex officio potest reo non opponente actorem nisi ei tanquam iudici constet de vsuraria prauitate, tanquam vsurarium repellere cum in dubio delictum non sit præsumendum.*
1 *Interesse verisimile à principio paciscipotest.*
2 *Iudex secundum allegata & probata iudicare debet & non ex priuata scientia.*
3 *Iudex de crimine generaliter nulla persona expressa inquirere potest, at contra certam personam non potest nisi præcedente fama probata per acta publica, num. 5. & 6.*
4 *Vsurarios notorios tantum iudex ex officio declarare potest.*
5 *Iudex vt actorem repellat non sufficit reũ non audere quidquam opponere.*
5 *Inquirere vt possit iudex contra certam personam requiritur quod præcedat fama iudicialiter probata vel saltem semiplena probatio iudicialis delicti, nu. 5. nec admittenda praxis inquirentium ex suspicionibus leuiter & extraiudicialiter conceptis.*

CONSILIVM I.

QVidã A. petit à iudice execu-
tionem instrumenti, quo se
quidam B. obligauit ad resti-
tuẽdum p̃fato A. 100. mu-
tuo accepta, & quinq; pro interesse pro
tempore, in quo illa accepit. Quæri-
tur, quæ sint partes iudicis in admittẽ-
do, vel repellendo p̃fatum A. à iudicio.

Respondeo primò, q̃ si debitor op-
ponat contractum esse vsurarium, au-
diendus est, iuxta formam legum, & sta-
tutorum circa hoc disponentium.

1 Secundò, q̃ si debitor nihil oppo-
nit, & iudex nihil nouit tãquam iudex,
& tanquam publica persona cõtra illud
instrumentum, neq; contra in illo con-
tenta, quia neq; notoriè, neq; per con-
fessionem actoris, neq; per sniam cõtra
eum latam, neq; per probationes corã
ipso factas constat ei contractum illum
esse vsurarium, dẽt exequi instrumẽ-
tum, neq; præfatum instrumentũ in sua for-
ma nihil continet vsurarium, neq; reus ro de
quicquam tale obijcit coram ipso, ergo deleg.
malefaceret, si per suam suspitionem g in 2.2.
priuatam negaret ei iustitiam, contra il 67. art. 2.
lud Ambrosij, [Bonus iudex nihil ex
arbitrio suo facit, & proposito domesti
cæ voluntatis: sed iuxta leges, & iura
pronunciat, statutis iuris obtemperat, *h Cicero*
non indulget propriæ voluntati, &c. *h 3.q.7.*

Tertiò,

3 Tertio, quod licet iudex possit ex A
officio inquirere generaliter de crimi-
nibus sui territorij nulla expressa per-
a Iuxta l. sona, [a] non tñ põt inquirere contra ali
congruit. ff. quẽ particularẽ, nisi per talẽ generalẽ
de offic. præ inquisitionẽ fuerit notatus, vel nisi p̃ce
sid. & c.1. dente saltem fama iudicialiter cõtra il-
de offi. ord. lum probata corã ipso, vt nos late pro-
b a nu. 53. bamus in rubrica de iudicijs. [b] & est ca-
c 2. de accu sus in c. [qualiter & qñ,] [c] sunt q; ad id
satio. multæ rationes iuris naturalis ibidem
à nobis adducte: nec sufficit fama extra
d Nu.52. iudicialis, de qua profundius aliàs tra-
ctauimus nos in ead. rubr. [d] Ergo iudex
neq; debet, neq; põt inquirere contra B
actorem de vsura in contractu cõmis-
sa, ex officio, ob id solum, quod petat
pecuniam à se mutuatam cũ interesse
à principio conuento, cũ per præsenta-
tionẽm præfati ĩnstri non constet ei no
toriè, neque per famam de tali vsura:
quandoquidem licet partibus à princi-
pio conuenire de illo interesse probabi
li, vt prædictũ est, præter quã de inter-
esse cambiorum propter nouam Pij V.
prohibitionem, de qua nos in nostro
Man. confess. bis fecimus mentionem.

4 Quarto, quod nihil obstat c. [cũ in
e De vsuris dioœcesi:] [e] quia solum probat iudicem C
posse, vel debere declarare ex officio es-
se vsurarios eos, qui sunt notoriè tales,
vel saltem sunt cõtra eos fama uel alia
sufficientia argumenta, quæ iudex, tan-
f Ibidem. quam iudex & publica persona nouit, [f] se
cundum mẽtem omnium Doctorum,
cum, vt prædiximus, informatio iudicia
lis de fama ad id requiratur.

5 Quinto, q̃ vt iudex repellat actorẽ D
à sua petitione, quæ ĝm suam formã est
iusta, non sufficit quod reus ob aliquos
respectus in mente retentos non audet
opponere exceptiones sibi conuenien-
tes. Tũ quia non constat illi iudici iudi
cialiter, & vt iudex ignorat oĩa, quæ ut
talis non cognoscit, per supradicta. Tũ
quia iudex non requisitus nõ tenetur,
nec iustè põt impartiri officium suũ in
g Et 4. §. damnũ saltẽ tertij ad vtilitatem priua-
hoc aũt iu- tam, [g] neq; ad vtilitatẽ publicam inqui-
dicium. ff. rendo particulariter contra aliquẽ non
de dãn. in- precedente fama iudicialiter probata,
fect. vel saltẽ semiplena probatione iudicia-
h In d.nu. liter facta, per ea quæ alibi [h] dicimus.
53. & seq. 6 Sexto, q̃ iudex satisfacit suæ con-

scientiæ, quã debet habere ut iudex, in-
quirendo ex officio generaliter in suo
territorio, si qđ habet, an sint aliquot
vsurarij, nulla particulari persona no-
minata, & si per illam generalem inqui
sitionem inuenerit esse aliquem, vel ali
quos particulares, poterit procedere có
tra illos particulariter texendo nouam
telam iudicij, ĝm mentem omnium re-
ctè intelligentium, & leges naturales,
diuinas, & humanas canonicas rectè in
telligentium omissa pessima praxi quo-
rundam iudicum infamantium multos
procedendo cõtra eos ex suspicionibus
leuiter & extraiudicialiter cõceptis, du
centes se per scientiam priuatam, quã
hñt aliunde, q̃ ex actis coram se, & ali-
qñ nimis audentes, aliqñ nimis timen-
tes omittunt viam regiam, q̃ iura natu-
ralia, diuina, & humana strauerunt, &
eunt per semitas nouas, & suo capite &
sensu inuẽtas contra præfatum Ambro
sij dictum, & alia multa, quæ non expe-
dit referre apud virum, & iudicem do-
ctissimum: cuius & alius cuiusuis melius
quàm nos sentiẽtis censuræ omnia præ-
dicta subijcimus. Salua, &c.

De maioritate & obe-dientia.

SVMMARIVM.

Vicarius Episcopi de iure omnes præter epi 1
scopum præcedit, sed contraria consuetu
do valet.
Præsidens Capituli præcedit suum episco- 2
pum cum eo vnus de Capitulo intersit.
Consuetudo rationabilis præscripta omni 3
humano iuri derogat.
Consuetudo vel lex rationabilis vt sit. suf- 3
ficit aliquo respectu esse talem.

CONSILIVM I.

AN Vicario Episcopi, si sit vnus
de Capitulo, debeatur præci
puus locus in choro, necdũ
absente Episcopo, sed etiam
præsente, cuius est vicarius?

1 Respondeo primò, quod Panorm. *i In cõsilio*
per multa argumenta nititur probare, [i] *21. prima*
quod vicarius Episcopi debet præcede- *partis.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

re omnes clericos post Episcopum, imò & archidiaconum ipsum: & [a] vehementi animo tenet etiam quod consuetudo contraria non valet, imò est corruptela, & eum sequitur Felynus, [b] & eos videtur satis probare Bartholomæus Cassanæus. [c]

a In c. cōs. 22. eiusdē partis.

b In c. statutus. col. 1. de maio. & obed.

c In suo libro de gloria mundi, par. 4. cons. 44. & 45.

Secundo dico, primum dictum Panormit. satis defendi posse iure communi attento per illius argumenta: & etiā disputando.

Tertio, quod ego semper tenui contrarium secundi dicti. Tum quod vidi seruari contrarium in aliquot ecclesijs Hispaniæ, & quod etiam seruari in ecclesia Heduensi dicit præfatus Cassanæus vbi supra, addendo quod omnes antiquiores in promotione præcedunt vicarium Episcopi.

2 Tum q; archidiaconus, siue decanus, & præsidens præcedit etiam ipsum Episcopum suum, cum interest Capitulo ut canonicus, quod etiam glossa recepta ab omnibus tenet, [d] & illam tenet communis, [e] & certū est magis irrationabile videri, q; archidiaconus præcedat Episcopum suum, quam vicarium eius: quod nescio quomodo non aduertit noster auriga Panor. [f] neque Felynus, nec Cassanæus. [g]

d In c. à collatione. de appellatio. lib. 6.

e In c. in ecclesia. de præb. lib. 6.

f In d. cons. 22.

g In præd. locis.

3 Tum quod omnis consuetudo rationabilis præscripta valet cōtra quodcunque ius humanum. [h] Tum q; consuetudo vt archidiaconum precedat vicarium generalem, potest esse rationabilis aliquo respectu, licet altero videatur parum rationabilis, vt rectè consideravit Fely. ad aliud propositū. [i] Tum quod non requiritur ad hoc ut consuetudo vel lex sit rationabilis, quod omni respectu sit talis, sed sufficit quod aliquo respectu sit rationabilis, alioquin nulla consuetudo tolleret legem humanam contrariam rationabilem, vt potest monstrari per mille exēpla, in quibus potest esse l. [maximum verum, [k] & in legibus, quas illa corrigit, & in statutis de primogenitis, in quibus statuitur rationabiliter. vt familiæ cōseruentur, ne extantibus masculis fœminæ succedant. Tum quia tres rationes, quas ipse Panor. proponit contra se, [l] sufficiunt ad faciendam consuetudinem prædictam rationabilem. Tum denique quòd falsum est, quod præfata consuetudo sit contra ius naturale, vel diuinum: & rationes, quibus id asserūt Panor. & Cassanæus sunt crassæ, siue grossæ, & fundatæ in intellectu parum dolato legis naturalis, & diuinæ. Salua, &c.

h C. fi. cum similib. de consuet.

i In d. c. statutum.

k C. de libris præt.

l in d. cōs. 1.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius generalis Episcopi, simul & canonicus, debet & in choro & Capitulo, sedere in loco qui & debetur vt canonico, si consuetudo non sit contraria.*

CONSILIVM II.

AN Episcopi vicarius, cum etiam sit canonicus in eadem Ecclesia, in choro, & in Capitulo debeat sedere in loco canonici: de quo Geminianus, [m] ait quod sic.

m C. cum à collatione.

1 Ad quæstionem respondeo, semper de appellat. mihi placuisse opinionem Geminiani *in* &. supra citatam, scilicet vicarium, qui est canonicus, in choro & Capitulo debere tenere locū canonici, nisi consuetudi ne contrariū esset inductū, qua ratione in quadam Ecclesia audiuimus contrarium esse seruatū, & seruari. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Abbas priuilegiatus mitra, & baculo, cæ-rēs collegio dignitates Episcopo inferiores præcedit non autē Capitulum cathedralis collegialiter sedens vel incedens.*

2 *Rector parochialis destitutæ non videtur habere beneficiū curatum. sed simplex.*

CONSILIVM III.

AN Abbas priuilegiatus, vt possit vti mitra, baculo, & alijs insignibus episcopalibus, carens autem collegio monachorū, debeat præcedere oēs alios beneficiarios, & habentes dignitates inferiores episcopatu?

1 Respondeo primo quæstionem hāc videri magnam, pro cuius utraq; parte multa possunt adduci. Nā pro parte affirmante facit, q; receptū esse vt per ea multa, quæ adducit Philip. Decius in cap. 2. de iudic. Abbatē huiusmodi priuilegio insignitum habere dignitatem debe-

debereq; præcedere Archidiacano Ecclesiæ cathedralis, & alijs dignitatibus episcopo inferioribus, excepto Capitulo Ecclesiæ cathedralis collegialiter sedente, vel incedente. Et pro parte negāre facit primò, q; rector Ecclesiæ parochialis destitutæ non videtur habere Ecclesiam parochialem, & q; rector parochialis habitu, & non actu, non videtur habere beneficium curatum, sed tā tum simplex iuxta glossam celebrem & communiter receptam, [a] & Panormita num communiter receptum, [b] quod praxis vbique seruat.

a In c. licet canon, Sperabà parochia lib. de elect. in 6. et in c. statutū. eo. tit. & lib.

b In cap. de multa. de præb.

c In d. cōs. 1.

Secundò, q; quamuis non liceat mihi nunc occupato satis perpendere, & librare textus, & rationes, quæ pro vtra que parte inueniuntur, magis tamen in præsentia inclino in partem affirmantem attentis eis quæ post Antonium à Butrio tradit Dominicus, [c] super prædicta glossa, distinguendo, an disponatur de aliqua re, habita consideratione ad habitum tantum, aut ad exercitium tantum, aut ad vtrunque, aut simpliciter, & quod in casu proposito agitur de honore, ac præeminentia ipsius abbatiæ, & priuilegiorum eius, in quo videtur potius considerari dignitas ipsius, & reuerentia, quæ debetur ei propter se, ac sua insignia, quam exercitium regendi suum collegium. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Collegiatæ ecclesiæ Prior titularis habens in cathedrali canonicatus & dignitates tunc præcedit alios, quando, vt singuli incedunt: secus si collegialiter stent uel incedant: sicut & unius monasterij Abbas. nu. 2. cui hic Prior æquiparatur nu. 3. & si sit etiam ipse canonicus manebit in loco qui ei competit ut canonico, etiā si esset I. V. D. & protonotarius & aliā etiam maiorem haberet dignitatem. nume. 4.*

2 *Abbas vnius monasterij præcedit singulos de capitulo cathedrali sed non ipsum capitulum capitulariter congregatum.*

3 *Collegiatæ ecclesiæ caput habens illam in titulum beneficij appellatur & est prælatus habens iure communi iurisdictionem fori exterioris in eos qui sunt de collegio.*

CONSILIVM IV.

QVæritur an Prior Ecclesiæ collegiatæ, qui est etiam pronotarius, & D. V. I. quique est canonicus Ecclesiæ cathedralis eiusdem ciuitatis, in qua est illa Ecclesia collegiata, debeat præcedere canonicos, & dignitates Ecclesiæ cathedralis, quę non habent eiusmodi qualitates.

1 Respondeo primò, q; multa super hoc dubio afferri possent: sed paucis meam sententiam sic resoluo. Primo, quòd præcedit prædictos canonicos, & præfatas dignitates habētes tēporibus, & locis, in quibus prædicti canonici & dignitates non sedent, nec incedūt collegialiter, sed singulariter tantum, non autem cum manent vel incedunt collegialiter, vel capitulariter.

2 Tum quia secundum veriorem sententiā, Abbas vnius monasterij nō præcedit Capitulū Ecclesię cathedralis manens, vel sedens collegialiter, præcedit tñ eos, qui sunt Capituli, siue sint canonici, siue dignitates, cum manent, vel in logo cedunt singulariter, vt per longam disputationem concludit Bartholomęus Cassanæus, [d] vt colligitur ex c. decerni- mus,] [e] & adnotatis ei per Panormit. [f] & ex c. fi. & c. [quamuis,] [h] quæ cum alijs [g] multis citat Philip. Decius. [i]

d In catalogl. glor. mundi 4. p. Andream Siculum, & Decium,

e De iud. & De offi. de leg. lib. 6.

f Nu. 3. 4. & 5.

g De offi. de præb. lib. 6.

h § quamuis. de Ecclesia, ac per mortem Abbatis mona steriū æquiparatur Abbati, vt colligitur ex gloss. & Pan. [k] & fundatur ea ratio ne, quod omnis qui est caput Ecclesiæ collegiatæ, siue regularis, siue sæcularis, per cuius mortē sic vacat Ecclesia, ac per mortem Abbatis monasterij nō præcedit Capitulū Ecclesię cathedralis manens, vel sedens collegialiter, præcedit eos, qui sunt Capituli, siue sint canonici, siue dignitates, cum manent, vel in choro in quo deberet, si nō esset prælatus, neque Prior Ecclesiæ prædictæ collegiatæ, neq; Protonotarius, neque Doctor;

i vbi supra. ex gloss. & Pan.

k Nu. 5. in c. cum illo. de sent. excom. in 6.

l in c. cum iure cōi, & non solum habet dignitatē, sed etiā prælatus Ecclesię dicitur, vt ait gl. & latius ibi Pan. recep. ab alijs, [l] & fa cit c. [statutum,] [m] & c. [ijs quæ, [n] & tradit Bartholomæus Cassanæus. [o]

ab ecclesiastis de offic. ord, m De elect. lib. 6.

4 Secūdo, quod cum prædictus Prior interfuerit canonicis cathedralis Ecclesiæ collegialiter manētibus, vel incedē tibus, debet sedere, stare, vel incedere i loco in quo deberet, si nō esset prælatus, neque Prior Ecclesiæ prædictæ collegiatæ, neq; Protonotarius, neque

n De maio. & obed.

o in catalogo glor. mundi 4. p. par. cōsid. 38.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Doctor: quia canonicus habens maiorem dignitatem, vel qualitatem, quam alij canonici, cum manet inter eos collegialiter congregatus vt canonicus, debet manere in loco, qui competit ei vt canonico, ut determinant expresse Dominicus & Philippus Francus, [a] & funditus. in dari potest etiam per c. [postulasti,] [b] & per alia multa. Salua, &c.

a In c. à collatione. fi. de appel. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Præcedentia præpositi collegatæ sanctæ Mariæ de Scala.*

2 *Præcedentia prælatorum eiusdem dignitatis & nominis, quando conuenialiter cum conuentibus suis intersunt actibus, attenditur secundum antiquitatẽ ecclesiæ seu conuentus, quod si interfint singularter, qui prius fuit promotus, præcedit vt fuit resolutũ in causa præcedẽtiæ inter canonicos regulares et sancti Benedicti monachos, nu. 13. seruatq; cõsuetudo, vt primo creatus Episcopus primum habeat locum, nu. 3. & hoc vltimũ procedit etiamsi posteriori loco promotus haberet plures alios gradus, quorũ nullus per se sufficeret ad causandam prælationem, nu. 4. quandoquidem priorttas temporis præualet illis, nu. 8. & 14. licet hoc vltimum sit dubium: nã qui est Doctor vtriusq; iuris, præcedit Canonistam, nu. 15. fallit autem quando posterioris dignitas haberet qualitatem, ob quam iura saltem implicitè determinarent eandem alijs antecellere, nu. 14. vt est vsus mitræ vni ex duabus præposituris concessus, quia posterior præcederet nedum in locis, in quibus mitra gestatur, nu. 7. & 8 sed etiam alibi. nu. 5. 9. 10. 12.*

3 *Consuetudo optima legum interpres.*

4 *Plures gradus habens, quorum nullus per se sufficit vt alium præcedat nec virtute omnium simul tunctorum præcedat, contra num. 15.*

4 *Præcedentia concurrentium in tẽpore, habentiamq; dignitatem eiusdem nominis & honoris attenditur ex additamento aliarum qualitatum etiam de se alias non causantium prælationẽ contra concurrẽtem vnde qualitas Doctoratus & protonotariatus attenderetur & nu. 8.*

5 *Vincula duo vno fortiora.*

5 *Abbas mitra et baculo vtẽs alios præcedit.*

Dignitas maioris loci alias eiusdem ordinis præcedit, & Doctor duarum facultatum Doctorem vnius. 6

Promotionis prioritas præualet qualitati doctoratus & protonotartatus extraordinarij. & nu. 5. 8

Dignitatis maioritas prioritati promotionis præualet. 9

Dignitas episcopalibus insignibus decorata aliis eiusdem nominis maior. 10

Clausula per se posita trahitur ad antecedentia & sequẽtia, & posita accessoriè, restringitur ad id cui accedit. 11

Canonici regulares quando Benedictinos præcederunt. 13

Præcedentia præscriptione & priuilegio nitj potest. 13

Præcedentiam non faciunt plures gradus inferiores in vno existentes contra habẽtem vnum singulis his superiorem, vnde magister artium & licentiatus in iure non præfertur Doctori canonum. 15

CONSILIVM V.

PRæsupponitur in facto, quod præpositura collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ de Scala ciuitatis Mediolani vltimo loco post omnes alias collegiatas dictę ciuitatis fuerit erecta in collegiatam, & quod in processionibus cõsueuerint præpositus & Capitulum dictæ Ecclesiæ simul incedentes vltimum locum inter alios præpositos & Capitula obtinere: quamquam deinde eidem R. D. præposito S. Mariæ de Scala summi Pontifices [b] contulerint insignia pontificalia, ac facultatem conferendi primam tonsurã, [c] benedicendi, & multa alia ad pontificiã dignitatem spectantia.

Quæritur modo, an ipse præpositus, licet incedens cũ suo Capitulo habeat locũ vltimum in processionibus, stanti & c. Epistolarum, ac præpositurę, ac Doctor I. V. ra & in reliquis actibus dictis prærogatiuis, & qđ est Protonotarius Apostolicus

tione insignium episcopalium præcede re in illis cõgregationibus, in quibus il le debet illis vti: quia nihil debet esse in ordinatum, [a] & res inordinata videre tur, vt colligitur in 3. argumẽto pro ipso adducto, vt post Epos mitris insigniti, ac post illos præpositi eis nõ insigniti, vt palam est: qđ iuri propius vr.

a §. inordinate Auth. de hæred. & falc. coll. 1. & extraua. vnam sanctã. de maior.

Quod autem etiam extra illa loca, in quibus vtitur insignibus episcopalibus, debeat præcedere alios etiam prius institutos, facit primo, quod quatenus est præpositus & ordinatus eodẽ die, quo illi, est vt minimum æqualis eis, & qualitate doctoratus & protonotariatus excedit illos & duorum parium alterum cumulatũ est maius altero, vt habet primum argumentum pro parte præpositi adductum; ratione tamen doctoratus & protonotariatus non debet præcedere alios Præpositos prius promotos: quia prioritas promotionis est maior qualitas, quam doctoratus, & pronotariatus, vt satis probat d.c. [Eps.] [b] iuncta expositione Gratiani & glossa, [c] quę dictum Gratiani corroborat.

b 17. dist. c in verb. tẽpus.

9 Secũdo quod qualitates & insignia suæ præpositurę alijs antecellunt; quia ceteris paribus maior & maiori honore digna vr dignitas insignibus epalibus decorata; quam alia similis eis destituta, vt efficaciter, pbat prædictũ c. [Apostolicæ.] in argumento 2. & 3. pro ipso formatis & maioritas dignitatis præ põderat prioritati promotionis, vt probat d §. [Isidorus.] iuncta glossa, [d] quo fit vt Eps factus Archiepiscopus præcedat Episcopum ante ipsum factum Episcopũ, & canonicus factus archidiaconus, vel alia dignitate præditus, cedit aliũ prius factum canonicum, secũdum omnes, pro quibus est casus irrefragabilis in l. 1. [e] quatenus vir cõsularis ornatus patriciatu, qui est maior consulatu, [f] præfertur ei qui prius fuit consul, vt ibi glossa communiter recepta per Ioannem de Platea & alios id annotat.

d verbo præponimus.

e C. de consul. lib. 12. f l. nemini. eod. tit.

10 Tertio, quod difficultas huius q̃stionis est fita in eo, an inter dignitates ejusdem nominis & ordinis cẽsenda sit maior alijs illa, quę est decorata insignibus episcopalibus, nam si maior censeatur, eam habens debet præferri ẽt antiquius promoto, aliàs secus: & meo iudicio efficaciter vr probare prædictum c. [vt Apostolicæ.] quod sit maior & honore maiore digna in illis verbis, [In ecclesiarum suarum gloriam & honorẽ, qđ mitra & alijs pontificalibus vti possint.] & hęc præpositura non solum fuit decorata insignibus episcopalibus, sed etiam facultate conferendi ordines minores, benedicendi vestes sacras, recõciliandi Ecclesias, & alijs multis, per quæ exęquata fere fuit episcopalibus, vt ex bulla, qua fuit aucta, colligitur.

11 Non obstat argumentum primũ cõtra ipsum Præpositum quod eius præpositura videatur aucta honore cũ clausula, [sine alterius pręiudicio.] Tũ quia illa causula non refertur ad facultatem habendi prædicta insignia, sed solum ad facultatẽ ordinandi inservientes Ecclesiæ suæ, & dandi licentiam eisdem, vt ab alijs ordinari possint, vt ex cõtextu bullæ apparet, nec valet dicere, quod clausula in aliqua dispositione posita ad oĩa capitula illius refertur, [g] quia illud fallit, qñ nõ ponitur per se, sed accessorie ad aliquod capitulum: nam tunc ad illud tantum refertur, vt post Panormit. & alios tradidit Decius [h] & in prædicta bulla ponitur accessoriè ad clausulam, qua fiebat ei facultas ordinandi, reconciliandi, & alia faciendi.

g C. fin. de rescript. h Ver. inter ruptione. de præscript. d. nu. 10. Cers. cæterum.

12 Tũ quia illa cõclusio; [Gratia prin cipis,] est intelligenda sine præiudicio tertij, [i] debet intelligi in dubio, & qñ nõ constat de mente principis. in nostro puncto aũt casu constat de hac mente: quia Papa, cui omnia iura sunt nota, [k] & consequenter c. [vt Apostolica.] per quod de iudic. declaratur maiori honore esse dignũ Abbatem, qui episcopalibus insignibus vti potest, quam alium, qui non potest, vti animum habuit pręiudicandi similibus præpositis quo ad hoc honoris aucta-rium. & ei ex illa cõcessione resultabat, arg. l. 1. [m] & eorum quę tradit Felynus. [n]

i l. 2. k Cap. eim d. c. vt Apostolica. l De postul. prælat. m l. penul. ff. de appellat. n in c. fin. de rescript.

13 Non obstat ẽt quod in processibus ipse cũ Ecclesia postponitur alijs. tum. Tum quia circa honorem exhibendum prælatis alia ratio habenda est, cum cõ sequentualiter cum suis Capitulis concurrunt & alia cum sine illis: vnde fe. reco. Pius IV. in sen. quã protulit pro canonicis Regularibus cõtra monachos Benedictinos,

dictinos, cuius tenorẽ cũ aliquot scholijs retulimus, [a] diffiniuit, quod cũ prælati concurrerent incedentes cõuentualiter cum suis Capitulis siue conventibus in processionibus & alijs locis, præ lati canonicorum regularium cum suis Capitulis præcederent prælatos monachorum Benedictinorum incedẽtes cũ suis Capitulis: quando tamen prælati singulariter concurrerent sine suis cõuẽtibus, illi præcederent, qui prius inuenirentur pro moti; & ita cũ à diuersis non fiat illatio [b] à prælatione vel postpositione prælatorum concurrentiũ conuentualiter non potest efficaciter argui ad prælationem vel postpositionẽ eorundẽ concurrentium singulariter. Tũ quia fieri põt vt prælatio illa vel postpositio concurrentium conuentualiter nitatur priuilegio, vel præscriptione aliqua, quæ non debent extendi extra casum priuilegiatum, vel præscriptũ, iuxta cap. [auditis] adiuncta glossa, [c] & alia plurima adducta ibi per Felynum. [d]

a in cõmen. 4. de regula. lib. sub cap. statutum. 29. q. 3. n. 6 b l. Papin. ff. de mino. in c. ad audientiã. de decim. c Ver. inter ruptione. de præscript. d nu. 10. Cers. cæterum.

14 Nõ obstat tertium: quia regula in eo assumpta, pcedit regulariter, sed fallit, quando vna illarum habet aliquam adeo insignem qualitatem, vt ob eã iura determinent illam esse magis honorabilem, quàm aliæ sui ordinis & nominis; & talis est præpositura prædicta, quæ habet prædictam qualitatem utendi insignibus episcopalibus, nã ius expresse, [e] determinat, quod qualitas illa facit, ut illa dignitas, quæ habet eam, sit maiori honore digna.

e in d. c. vt Apostolica.

Non obstat quartum, quia licet prioritas promotionis debeat magis attẽdi regulariter, quam aliæ qualitates; fallit tamen in qualitate illa, quam iura expresse vel implicite statuunt esse potius attendendam, quam prioritatem: & ita diximus supra in primo dicto prioritatem institutionis præponderare doctoratui, nobilitati, ac protonotariatui. quia nullo iure determinatur, nec significat ea esse pferenda prioritati promotionis in dignitatib. q̃ de se præcellunt habentes illa sine talibus dignitatibus.

15 Non obstat quintũ. Primo quidẽ, quia nec Ludo. Ro. in eo citatus dicit id quod imponit ei Felyn. nec lex [spadonem, [f] probat illud, nempe quod habẽs plures gradus, quorum vnus per se nõ sufficit ad præcedendũ alium, nõ præcedit virtute omnium illorũ, sed quod habẽs plures gradus inferiores gradu vnoquẽ alius habet, non præcedet illũ; puta magister artiũ, & licentiatus iuris, qui habet duos gradus, nõ præcedit Doctorem decretorum, qui habet unicũ superiorem illis duobus, & non solum Lud. non dicit illud, neq; illa lex probat, sed est falsum, nã Doctor V.I. præcedit doctorẽ iuris canonici, ẽm cõiter receptã sententiam, [g] & tũ nullus illorum duorum graduum sufficit ad præcedendũ. & ita sufficit ad præcedendũ alium qđ habeat vnum gradum æqualem gradui alteri, & alium quem ille nõ habet. Nec animus Fely. fuit aliud dicere, licet verba eius aliud sonent. Secundo respondeo negãdo q̃ prædictus prępositus nõ habeat aliquã qualitatẽ & gradum per quẽ solum debeat præcedere alios præpositos: habet. n. præpositurã insignitã facultate utendi insignibus epalibus, & alijs multis prærogatiuis, ob quas fere exæquatur Epis, qua ratione sua prępositura per se sola est longe maior, & dignior aliorum præposituris. Salua, &c.

f §. qui iura. ff. de excus. tuto. g in d. c. cle ricis, & in d. l. cũquid.

SVMMARIVM.

Archiepiscopus in Cõcilio prouinciali præest vt caput non eo modo quo Episcopus præest, synodo diœcesanæ sed vt decanus Capituli, vt conuocet, cõgreget, primãq; habeat sedem, non tamẽ habet Concilii, nec ei parem nu. 5. imò tanquam unus de Concilio et subest nu. 3. & potest ab eodem excõticari nu. 2. & ab Archiepiscopo ad Concilium appellatur. nu. 4. 1

Par in parem nec in se ipsum habet iurisdictionem. 1

Vniuersitas, collegium, & Concilium differt à singulis ea constituentibus, super ipsosq; potestatem habet etiam eos multandi & excommunicandi. nu. 3. 2

Capitulum ad quod ex consuetudine spectat potestas corrigendi canonicos illam & sede vacante iurisdictionem, in qua succedit Episcopo contra singulos, etiãq; contra Decanum Capituli exercet. 4

CONSILIVM VI.

AN in Cõcilio prouinciali Archiepiscopus excommunicari possit? Respondeo quæstionem esse dubiam.

Nam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nam pro parte negante facit primò, qđ Archiepiscopus vł esse caput Cõcilij, & ita non subesse Episcopis Concilij, cum suis membris non debeat iubesse caput.[a] Deinde quod idem super se ipsum non potest habere iurisdictionẽ,[b] nec par in parem,[c] & iurisdictio Concilij prouincialis pertinet ad Archiepiscopum tanquã patrem & caput eius. Tertio quod Archiepiscopus ad suum Cõcilium ita videtur se habere, vt Eps ad suum Capitulum. At nullo casu põt Capitulum excõicare suum Episcopũ: ergo nec Concilium Archiepiscopum.

a Cap. eum non liceat à capite mem bra recedere. de præsc.
b L. ille à quo. §. tẽpe. ff. ad Treb. & in l. pen. ff. de recep. arb.
c c. innotuit de elect.

2 Pars tamen affirmatiua videtur de rigore iuris uerior. Tum quia aliud est Concilium, vel collegium, & aliud sunt singuli de collegio, & Concilio: & manumissus à collegio vel vniuersitate aliqua, non est libertus singulorum illius: & ideo posset eos in ius vocare sine venia, licet non collegium, vel vniuersitatem ipsam, quæ eum manumisit.

3 Tum quia Conciliũ est superius singulis oĩbus qui constituunt illud: quorum vnus est i pse Archiepiscopus, & potest ab ipso mulctari, & excõicari,[d] Tũ quia vacante Ecclesia cathedrali iurisdictio deuoluitur ad Capitulum,[e] & Capitulum habens illam iurisdictionem potest eam exercere contra singulos de Capitulo, & etiam decanum, vel præpositum ipsius Capituli secũdum omnes. Tum quia capitulum, ad quod de cõsuetudine pertinet correctio canonicorũ, potest corrigere singulos eorum: & eadem ratione Cõcilium prouinciale poterit singulos Episcopos, qui constituũt Concilium, corrigere, & si opus fuerit excõmunicare, & pari ratione Archiepiscopum cum sit vnus de singulis constituentibus Concilium.

d Arg. toto tit. ff. si quis ius dicẽ. nõ obtempe. e c. his quæ, & cap. cum olim de maior.

4 Tum deniq; quod Concilium adeo maius est Archiepiscopo, quod ab eo appelletur ad illud, vt dixit Paulus de Eleazaris receptus Cardin. & ab alijs.[f] 5 Non obstant opposita. Ad primum enim rñdetur cõcedendo quod Archiepiscopus est caput Concilij ad hunc effectum, quod ad eum pertinet vocatio, & cõgregatio eius, & vt debeat habere primam sedem, vt habet decanus, vel canonicus senior in Capitulo Ecclesiæ cathedralis, sed nõ quo ad hoc, vt sit superior eius, vel maior eo iam cõgregato, neq; quod habeat eandem iurisdictionem, quam habet illud, imò est tantum coniudex, & collega aliorum Episcoporum, vt prædictum est. Ad secundum respondetur concedendo, quod nemo habet imperium & iurisdictionẽ super se, & super sibi pari: negando tamen quod Archiepiscopus sit idem quod Conciliũ prouinciale, vel par ei. & qui quatenus est Archiepiscopus & Prælatus Particularis habeat illam iurisdictionem, quã habet ipsum Concilium, vt prædictum est. Ad tertiũ negamus q; Archiepiscopus se habeat ad Concilium vt Episcopus ad suum Capitulum, sed potius vt decanus, aut canonicus senior Capituli Ecclesiæ cathedralis ad ipsum Capitulum, in quem Capitulum potest exercere iurisdictionem competentem ei, vt Capitulum, iuxta prædicta, Salua, &c.

f in cle. 1. §. quod etiã in interdictis de sent. excomm.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus impeditus adire Concilium po-* 1
test se per procuratorem excusare.
Concilium prouinciale potest absentis Epi 1
scopi procuratorem habentem speciale
mandatum ad decidendum admittere
sed non cogitur, nisi saltem sit vnus ex
suffraganeis.
Vices gerens honorari debet tanquam re- 2
præsentans suum principalem sed non
quantum ille.
Abbates in Concilio prouinciali praceduni 2
procuratores Episcoporum absentium.

CONSILIVM VII.

1 QVod Episcopus legitimè impeditus vocatus ad Concilium prouincia le possit se excusare per procuratorem certum est, & quod ẽt habens speciale mãdatum ad decidendum possit admitti à Concilio, si ei placuerit, ẽt est certũ per c. [cũ ecclesia Sutrina][g] quatenus habet canonicos habentes potestatem eligendi posse admittere alios non habentes illã ad coeligendum secũ. Quod aũt non teneatur Concilium ad id admittere illum, saltem si non est vnus ex Epis, suffraganeis iuteressentibus Concilio cum alijs Episcopis, vł verius, quod vł satis sensisse Petrus de monte.

g De const. c. 1. h in c. 2. i nu. 2.

Sed

2 Sed quæritur an ille procurator debeat Abbates præcedere. Et videtur dici posse procuratorem huiusmodi debere postponi Abbatibus per sese præsentibus: quia licet vices gerẽs alterius debeat honorari tanquã repræsentãs eũ,[a] non tñ quantum ille, vt pulchrè resolu uit Decius,[b] dicens merito regiam maiestatem Christianissimam præposuisse Ducem Sabaudiæ Legato Venetiarum; quia Dux personaliter aderat, & Legatus nõ erat Dux, sed Ducem Venetiarũ repræsentans, vbi multa huic sententiæ specialiter accomodat. Salua, &c.

a C. sane 2. de offi. dele. & c. fi. 93. dist.
b in d. c. sane. nu. 2.

SVMMARIVM.

1 *Præponendus est Dux abbasve inferioris dignitatis Legato procuratori repræsentanti Ducem, vel Abbatem excelsioris gradus.*

CONSILIVM VIII.

AN PROCVRATOR Abbatis in synodo debeat habere eũdem locũ inter Abbates, quem habiturus foret Abbas constituens; si esset præsens?

1 Ad huiusmodi quęstionem uidetur dici posse, huiusmodi procuratorẽ post ponendum esse Abbatibus per sese præsentibus: quia licet vices gerẽs alterius debeat honorari tamquam repræsentans eum,[c] non tamen quantum ille, vt pulchrè resoluit Decius in dicto cap. sane no. 2. dicens, merito regiam maiestatem Christianissimam pręposuisse Ducem Sabaudiæ Legato Venetiarũ, quia Dux personaliter aderat, & legatus nõ erat Dux, sed Ducem Venetiarum repræsentans; vbi multa huic sententiæ speciatim accommoda citat, quæ hic non refero, quia ibi videri possunt, & quia debilitate visus, & pluribus, quàm ferè dicere liceat, obruto, vix ad prædicta dicenda vacauit.

c c. sane. 2. de offi. dele. & c. fi. 93. dist.

SVMMARIVM.

1 *Primatus locorum congregationis clericorum regularium debetur monasterio sanctí Syluestri Vrbis quia ibi dicta congregatio fuit primum instituta & confirmata, & dictus locus primum ab ea inhabitari cœpit, & sic dicta cõgregationis primogenitus fuit dictus Vrbis cõuentus nu. 2. illiusq, personæ cœperunt primum esse ciues Vrbis, quam aliarum ciuitatũ ad quas postea migrauerunt nu. 3. cum per dictam migrationem prædictum locum Vrbis minime amiserint nu. 4.*
Capitulum & singuli eius ciues fiunt ciui 3
tatis vbi est ecclesia.
Migrent licet omnes alicuius cõgregationis 4
religiosorum de vna ciuitate ad aliam non tamen ob hoc perdit loca, quæ habebat in prima ciuitate, nisi sint ad minus lapsi quadraginta anni necessarij ad hoc, vt res Ecclesiæ prescribantur.

CONSILIVM IX.

CONgregatio Clericorum regularium instituta fuit Romæ, & approbata à Clemente Septimo, & in eadem Vrbe cœpit habitare in ecclesia Sancti Syluestri, & ob inuasionem Vrbis Duce Borbonio fugit Venetias anno 1532. & habitauit in Ecclesia Sancti Nicolai de Tolentino, quæ per aliquos religiosos fratres suos missos Neapolim cœpit per eosdem habitare in Ecclesia sancti Pauli: redierunt postea Romam Paulo Quarto institurore suo Papa facto anno 1560.

Quæritur qui locus harum trium vrbium debeat dici primus locus huius congregationis & religionis.

Responsum mihi ostensum ad hanc quæstionem, à viro erudito, qué tamen de facie minimè noui, datum, videtur mihi iuridicum, scilicet Vrbem Romã debere censeri primum locum præfati ordinis Illustrissimi. Tum ob fundamenta per eundem dominum consulto rem adducta, quamuis aliqua eorum videri possint è longinquo petita. Tum quia in facto proponitur eum esse primum Romæ institutum, & Romæ primum à Clemente Septimo confirmatum, & eius professores Romam primũ multo tẽpore incoluisse, & iusta de causa inuasionis Vrbis Venetias abijsse, ibique secundo loco habitasse & tertio loco Neapolim quãdam veluti coloniam misisse. Non ergo negari potest Romã fuisse primum locum sui ortus, & natiuitatis, & educationis.

Tum

Universidad de Deusto
Biblioteca

2 Tum quia primogenitus diciur, qui primo natus est, siue postea alius nasca tur, siue non,[a] & promotus est is, quem nemo antecedit,[b] & sicut supremus est, post quem nemo est; ita primus est, quē nemo antecedit. [c] Cum ergo Roma sit locus in quo priusquam in alio præfatus ordo educatus est, & creuit: ergo primus locus eius est Roma.

3 Tum quia ciues facit origo, [d] & ita gregatio præfata, & cōuentus eius, qui cepit esse in dicta Ecclesia sancti Sylue stri, primum fuit eius Romanus, quam Venetus, vel Neapolitanus: Capitulum enim, seu conuentus alicuius Ecclesiæ vniuersalis, & singuli eius fiunt eius ciuitatis, in qua illa sunt, vt eleganter & latè tradit Bartolus communiter receptus, [e] vbi concludit idem dicendum de quolibet alio prælato; & abbate, seu rectore Ecclesiæ: & ita negari non potest præfatam congregationem primum locum & primā ciuilitatem habuisse Romæ, immo & primum incolatum.

4 Tum quia, si ecclesia præfata S. Sylueſtri, & aliqua pars eius, vel aliquid aliud pertinens ad illam vel ad aliquē alium, fuit prædictæ congregationi legitimè donatū, vel per alium iustū contractum & iustam vltimam voluntatem quæsitum, semper remansit suum; licet alio migrasset, quia solū vigintio cto annis ad summum remānsit absens à præfata Ecclesia S. Sylueſtri. & res Ecclesiasticæ non perduntur per præscriptionē minorem quadraginta annorum. [f] Tum quia præfata congregatio habet plurima & grandissima priuilegia summorū Pontificum, per quæ non solum conseruantur eis iura, quæ ab initio ceperunt ad eos pertinere, sed etiam adduntur multa alia, quæ vix credidissem, nisi ea legissem; quod certè magna cū voluptate feci; & consequenter non solum non perdiderunt vllam prœeminētiam alicuius iuris, vel loci primi, sed ēt acquisierunt multo plura, quam habebant, in gloriā Dei, & Domini nostri Iesu Christi, qui suo sanctissimo codēq; maximo fauore ita sua exuberanti gratia faueat eis vt quod obsequiū eius fœliciter facere cœperunt, & felicius & amplius nunc prosequuntur, fœlicissimè in finem vsq; sæculi, q̄ speramus, perficiant. Amen.

a C. Ioseph. de verb. sig.
b L. proximus est, ff. de verb. sig.
c L. ex duobus. ff. de vulg.
d l. ciues qui dem, C. de incolis. lib. 10. & l. 1.
e in d. l. 1. ad munic. à nu. 10.
f c. de quarta. cum et adnot. de præscr.

SVMMARIVM.

Præcedentia ex antiquitate gradus & prærogationis meritur. 1
Vtcumq; beneficium non auget dignitatem illius cui vnitur, nec facit illud curatum aut dignitatem si non erat: immo sequitur naturam illius cui unitur, perditque propriam prærogatiuam. num. 3. 2
Præcedentiam qui non habet, eam alij dare nequit. 4
Ius semel extinctum non reuiuiscit, nisi per principem. 5
Iura omnia ecclesiastica spatio 40. annorum præscribuntur. 6
Præcedentia Prouincialium ex antiquitate prouinciarum attenditur, ex Statuto Mimmorum, & non ex antiquitate professionis. 7
Prior tēpore potior iure, si cætera sint paria & iure contrarium non sit expressum. 8

CONSILIVM X.

AN in capitulis faciendis in ordinibus Illustrissimi ordinis Minimorum debeat assignari locus honoratior Prouinciali Lugdunensi, quam Prouinciali Aquitaniæ, cuius caput est Tholosanus conuentus ratione vnionis illi facta de antiquiori conuentu, nempe de Gratianopolitano vnito Lugdunēsi pro Prouinciæ, licet prouincia Aquitanica fuerit prius erecta.

1 Pro parte quidem affirmante facit, quod qui prior est tempore, potior est iure [g] & prius ordinatus præfertur ordinato posterius, [h] quia ille gradus cæteros antecedit, quem labor prolixior, & stipendia longiora fecerunt anteriorem, & [i] habens prius mādatum de præfertur secundo, [l] quæ probat, inter decemuirales antiquissimum esse præferendum, & glossa, [m] arguit Prædicatores ideo prius quam Minores nominari, quia sunt antiquiores. & glossa, [n] ar guit Mediolanensem Ecclesiam digniorem esse Rauennatensi; quia prius nominatur. At in casu quæstionis proponitur conuentum Gratiano politanum præfati ordinis fuisse prius erectum q̄ Tholosanū, & Aquitanicum, & Medi-

g De prab. lib. 6.
h c. quod autem de iure patr. l. si vero. ff. de verb. sig.

quod

quod vnitus est Lugdunensi prouinciæ: ergo rōne illius annexionis debet Lugdunensis Prouincialis præcedere Tholosanū in sessionibus, & votis reddēdis, & aliis in Capitulo generali faciendis.

2 Pro parte aūt negante facit primò, quod prouincia Aquitanica prius fuit constituta, & erecta, quàm prouincia Lugdunensis: ergo per ipsam et iura pro parte affirmante allegata Prouincialis eius debet præcedere Prouincialē Lugdunensem, quia prius tēpore fuit Prouincialis Aquitaniæ, q̄ Lugdunensis.

Secūdo: quod nihil obstat, quod conuentus Gratianopolitanus sit vnitus cōuentui Lugdunensi ad faciendā prouinciam Lugdunensem; quoniam vna dignitas, vel beneficium non crescit in magnitudine dignitatis, eo quod vniatur ei alia dignitas vel beneficiū, quod sit maioris qualitatis, vel dignitatis, vt habet cap. [super eo,] [a] quod, plus posse quem habere personatum incompatibilem Ecclesiæ parochiali, & simul habere sine dispensatione præbendam, cui esset annexa, vel vnita Ecclesia parochialis, licet non posset obtinere illum personatum, & illam Ecclesiam parochialem separatam.

3 Quia per illam annexionem præbenda illa, quæ per se est simplex beneficium nō crescit, nec fit curata per Ecclesiam parochialem ei annexam: imò potius parochialis ipsa quadantenus recipit simplicitatem præbendæ, cui vnitur, eo quod vnitur. & annectitur beneficio simplici. & ita licet conuentus Gratianopolitanus habeat prædictam prærogatiuam sessionis, quam tamen negamus habere vt mox dicemus, eo quod fuerit aliquādo vnitus prouinciæ Aquitaniæ, ipsam tamen prærogatiuam non posset infundere in prouinciam Lugdunensem, cui fuit nouè annexus, imò potius eam perderet, propterea quod vnitus & annexus fuerit prouinciali Lugdunensi, qui non habebat illam prærogatiuam sedendi.

4 Tertiò, quod quis non potest dare quod non habet. [b] At præfatus conuentus Gratianopolitanus non habet præfatam prærogatiuam, sedendi, antequā ponitur conuentum Gratiano politanum ere- num præfati ordinis fuisse prius ere- ctum q̄ Tholosanū, & Aquitanicum, & Mediolanensem Ecclesiam dignio rem esse Rauennatensi; quia prius no rem. At in casu quæstionis pro- minatur. ctum q̄ Tholosanū, & Aquitanicum, & Mediolanensem Ecclesiam dignio rem esse Rauennatensi; quia prius no rem. At in casu quæstionis pro- minatur. ponitur conuentum Gratiano politanum præfati ordinis fuisse prius erect

Gratianopolitanum: si pristinum statũ, sed in longe alium, quia non reuniuit prouinciæ Aquitaniæ, cui erat vnitum antea, sed conuentui Lugdunensi, vel prouincialatus eius, qui longe diuersus est à prouincialatu Aquitaniæ.

6 Sexto, quod prouinciæ Aquitaniæ sunt assignatus sextus locus in Capitulo Romæ celebrato anno Dñi 1517. à quo tempore possedit illum pacificè cũ illo titulo vsque ad annum 1571. & ita per 54. annos vt cõstat ex Capitulis celebratis ab ordine prædicto, & consequenter præscripsit siue vsucepit illũ locum, cum iura ét ecclesiastica præscribantur 40. annis, [a] vbi glo. approbata dicit oĩa iura Ecclesiastica tam Ecclesiarum quam monasteriorũ præscribi seu vsucapi iure p̃ officio per 40. annos: & sic in proposito casu redundãt 14. anni.

a Cap. de quarta. de præscript.

Septimo, q̃ conuentus Gratianopolitanus nunquam fuit prouincia per se, quia vnus solus conuentus nõ facit prouinciã, neq; fuit vnquam caput prouinciæ, nam toto tẽpore, quo fuit pars prouinciæ Aquitaniæ, caput eius erat conuentus Tholosanus, & q̃n fuit pars prouincialatus Prouinciæ, cõuentus Fŏroiulien sis erat caput eius, & hoc tẽpore, q̃n est factus pars prouinciæ Lugdunensis, cõuentus Lugdunẽsis est caput eius. Itaque nullo vnquam tempore prædictus cõuentus Gratianopolitanus fuit, nec est prouincia, neque caput prouinciæ, & ita nunquam habuit ius prouincialatus, neque capitis eius.

7 Octauo denique, quod in Concilio quarto Romæ habito ann. 1517. & in Concilio decimo habito N. anno 1535. & in Concilio vigesimoquinto habito Barchinonæ 1582. tit. de anterioritate & antiquitate prouinciarũ inuenitur declaratũ, sessionẽ & præeminentiã dãda esse prouincialibus ſm antiquitatẽ institutionum suarum prouinciarum, & non secundum antiquitatem ingressus eorũ in ordinẽ, uel religionem, ex quo clarè colligit, q̃ antiquitas, vel prioritas erectionis monasteriorum, neq; antiquitas ingressus in religionẽ est attendenda in distribuendis locis & præeminentijs prouincialiũ, sed tm̃ antiquitas institutionum prouinciarum, & consequenter, q̃ antiquitas erectionis monasterij Gratianopolitani nihil facit ad hoc, vt locus vel præeminentia detur prouinciæ, cui est annexus, quia aliud est antiquitas erectionis monasterij, & aliud antiquitas institutionum, vel erectionis prouinciæ, & à separatis non fit illatio.

8 Non obstat argm̃ in oppositum formatũ. Tum quia regula illa, [qui prior est tempore prior est iure,] habet locum, q̃n cætera omnia sunt paria, vt ait glo. eius. At in casu proposito non sunt cætera paria. Tũ quia prouincia Aquitaniæ est nunc & fuit semper saltẽ post Concilium 4. Romæ celebratum anno 1517. prouincia, & conuentus Tholosanus caput illius prouinciæ, & conuẽtus Gratianopolitanus nunquam fuit prouincia per se, neque caput prouinciæ, vt prædictum est, licet fuerit pars prouinciæ & in casu proposito non agitur de Correctore Tholosani cõuentus, & de Rectore conuentus Gratianopolitano, sed de Prouinciali Aquitaniæ, cuius caput est conuentus Tholosanus ex vna parte, & de Correctore Gratianopolitano ex altera, qui nõ est nec fuit in quantum Corrector Prouincialis, neq; caput Prouinciæ, & item nõ sunt cætera paria. Tũ quia per adnotata in argõ 8. locus præeminentiæ Prouincialis non debet dari ſm prioritatem erectionum cõuentuum, sed ſm prioritatem institutionum Prouinciarum, & ita non sunt cętera paria: quia pro Prouinciali Aquitaniæ allegatur prioritas institutionis Prouinciæ, & p̃ aduersa parte tm̃ prioritas erectionis monasterij, quæ ad propositum nihil prodest. Tum quod pars aduersa, quæ arguit pro se ex prioritate erectionis, nititur argumento cõtra declarationem trium capitulorum in prædicto argu. 8. adductorum.

9 Tum deniq; quod prædicta regula, [qui prior,] non habet locum quando est expressum in iure contrariũ, quia in casibus à iure expressis, in quibus exprimitur, vt posterior præcedat priorẽ qui sunt multi, quorũ aliquos refert prædicta glossa prædicti cap. [qui prior,] palam est quod posterior præfertur; & ita cum in capitulis prædictis exprimatur, quod prioritas institutionis Prouinciarum debeat magis attendi, quam prioritas erectionis monasterij, vel ingressus illud, clatum est Prouinciam Lugdunẽsem arguere contra declarationem ipsorummet capitulorum ordinis: & ideò non est audienda. Per quæ omnia patet sit, iudicandum esse prædictum locum sextũ cõpetere Prouinciali Aquitaniæ absq; vlla dubitatione. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Translatus ad aliam religionem sedere debet iuxta professionem ibi emissam.*
2 *Translatus, & præesset dimissa prælatura secundus post prælatum sedere debet, nisi adsit qui maiorem gesserit honorẽ.*

CONSILIVM XI.

AN regularis translatus in alteram religionem debeat sedere in Capitulo ad suam vocem dandam, iuxta tẽpus in quo emisit professionem in priori monasterio, à quo fuit translatus, vel in quo fuit professus in secunda?

1 Rñdetur, q̃ debet sedere ſm tẽpus, quo professus fuit in secunda, per ea q̃ [a] alias dicta sunt. Tum quia eo tempore incipit esse regularis illius religionis, & ſm illud tempus debet scribi, & sedere, [a] quod est verum in eo, qui trãsfertur, & fit in eo subditus, & filius.

a *Iux. l. 1. ff. de alborum. de scri. arg. c. 1. & c. fin.*

2 Si autem est translatus in præfectũ & renunciauit præfecturam, sedebit in primo loco post præfectum, in memoriam honoris quem gessit; nisi concurrant alij, qui maiorem honorem gesserunt, argum. dictæ l. 1. [b] quæ rectè adducit Felynus, Salua, &c.

b *De albo scrib. et alio rum.*

c *Vbi sup. num. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Rectores parochialium nullius diœcesis ad Synodum compelli nõ possunt licet possint à proximiori Episcopo visitari.*
2 *Lex superioris quatenus commodè potest, intelligenda vt tertio non præiudicet.*
3 *Dispositio eos non includit, quib. verba eius non aptantur.*

CONSILIVM XII.

AN rectores parochialium, quæ in nullius Diœcesi sunt, teneãtur accedere ad Synodum diœcesanam illius Episcopi, qui tanquam proximior potest eas ecclesias visitare ex decreto Concilij Tridentini. [d]

d *c. 9. de ref.*

1 Videtur dicẽdum q̃ non. Tum quia [e] lex superioris, quatenus id commodè fieri potest, intelligenda est sine præiudicio tertij. [f] Tum quia non fit à separatis illatio. [g]

e *C. super eo. de off. de leg. l. 2. §. si quis à prin cipe. ff. ne quid in loco publ.*
f *l. Papinia nus, ff. de censib.*
g *C. 1. §. 1. lib. 6.*

2 At aliud est ius visitandi, & aliud ius vocandi ad Synodũ, *quid in loco* ergo ex cõcessione huius non infertur cõcessio illius. Tum quia licet Archiepiscopus possit visitare ecclesias sui suffraganei post visitationem suæ propriæ diœcesis, [h] non tamen potest vocare rectores earum ad Synodum suam particularem, secũdum mentem omnium. Tum denique q̃ dispositio non includit eos, quib. sua verba non aptantur, [h] & verba prædicti c. 9. non aptantur vocationi ad Synodũm. Salua, &c.

h *C. indẽnitatib. §. præterea de ele. lib. 6.*

De pactis.

SVMMARIVM.

1 *Creditorum maior pars debita in præiudicium minoris remittere valet, debitori non valenti totum soluere.*
2 *Debitor si perueniat ad pinguiorem fortunam, minori parti: quæ recusauit debita sua remittere restituere non tenetur.*
Remissio partis debiti facta à creditore ob timorem ne aliter faciendo nihil exigeret, non ideo minus in vtroque foro liberat debitorem qui citra dolum inopiam illam impetrauit.

CONSILIVM I.

AN debitor, qui decoxit, cui vt cognati eius soluerẽt aliquã partem debitorum, maior pars creditorum remisit duas partes sibi debitorum, & fecit pactum de nõ petendo remissa, si p̃ postea quæsita veniret ad pinguiorem fortunam, teneatur in foro conscientiæ restituere creditoribus suis, saltem minori parti, quę noluit consentire remissioni, illa quæ sibi fuerunt remissa?

1 Respondeo, multa posse pro vtraq; parte adduci, & q̃d affirmatiua videtur [i] dum ponit dña *Verba relicti ex Syluestro, sect. 6. §. 3.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

inter concessionē dilationis quinquen- E
nalis, iuxta l. finalem [a] & inter remissio-
nem partis, iuxta l. [& iuñ.] [b] Sed pars
negatiua videtur iure verior. Primò q-
dem, quia non concludit ratio, quā insi-
nuat Sylvest. videlicet, quod in ijs quæ
sunt cōmunia pluribus vt singulis, ma-
ior pars non potest minori pīndicare, [c]
quia illa regula fallit in multis casibus,
& in ijs fauore liberationis partis debi-
torum faciendæ illi, qui non est soluen-
do, [d] vt annotatur per Iasonem [e] post
alios; & glossam magnam & Socinatē. [f]
Secundò, q̄ non obstat dicere, qđ illæ
leges procedūt quoad forum exterius F
tantum. Tum quia id necunde constat.
Num. 3. Tum quia leges illæ non fundantur su-
per veritate &
equitate, q̄ suadet charitas, & misericor
dia subueniendi indigentibus cum vti-
litate omnium creditorum, vt sentit
glossa prædicta recepta per omnes.

2 Tertiò, q̄ nō obstat dicere quod re-
missio partis debiti facta debitori ob ti
morem perdendi totum, eo q̄ delibera
uit nihil soluere, nisi pars illa ei remit-
teretur, non liberat eū in foro conscien
tiæ ab obligatione soluendi, quod sibi
remissum est, vt post Caietanum & Syl- G
uestrum diximus in Manual. confess. g
& quod creditores, qui remiserunt in ca
su proposito, videtur remisisse ob timo-
rem perdendi totum. Tum quia illud
procedit, quando debitor habet vnde
soluat, vel de sua malitia nascitur, non
autem cum nascitur ex alijs causis vt
ex vera inopia, vt ibidē insinuauimus,
& in casu proposito timor nihil recu-
perandi nascebatur ex inopia. Tum
quia illud procedit, quando siue iusta
causa & vtilitate creditorum fit remis- H
sio, in nostro autem casu ex iusta causa,
scilicet inopiæ, & pro vtilitate credito-
rum omnium facta fuit, vt dictum est.

a C. qui bo. ced. pos.
b Et l. maio rem. ff. de pactis.
c L. per fun dum. ff. de seruit. rust. præd.
d L. iuris gē tium. §. fi. & l. & suā & alios;
e Num. 3.
f In d. l. re scriptum.
g c. 17. n. 75

SVMMARIVM.

1 *Pensio integra transit contra successorem in beneficio licet inter pensionarium & prædecessorem conuentum fuerit, vt recepta certa pecunia per sedem Apostolicam ad minorē summā reduceretur.*
2 *Pensio potest quidem sine auctoritate sedis Apostolicæ gratis remitti, non tamen recepto pretio.*

CONSILIVM II.

B. Pensionarius conuenit cum I. beneficiario absente & pēsionē 80. ducatorum sibi debētē; vt pensio illa reduceretur ad 30. ducatos, & qđ solueret pro pensionibus decursis 300. ducatos & pro impensis factis in lite & reductione dictæ pēsionis alios 200. & I. soluta maiore parte horum 200. ducat. ante quam reduceretur per Papam pēsio ad 30. ducat. & soluerit oēs quingentos, obijt mortē. Quæritur primo, an A exigere possit pēsio 80. duc. à successore I.

1 Respondeo primo, multa posse in hoc casu pro vtraque parte adduci; sed videri pro parte affirmatiua resoluēdū. Primò quidem, quod actus agentium non operantur ultra intentionem eorum, [h] & intentio B. fuit quod reductio prædictæ pensionis 80. ducat. in pensionem 30. fieret auctoritate Papę, quæ tamen non fuit facta.

2 Secundò, quòd licet pensio possit gratis remitti absque auctoritate Papę, non tamen potest sine illa pretio redimi, vt alibi dictum est. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Contrahere quæ ex statuto, sine consensu viri non potest vxorata, si contrahat potest sine peccato promissa non obseruare, quia stante dicta prohibitione promissio fuit facta cum peccato, num. 4. seu de re non licita, nu. 7.*
2 *Promissio facta ob causam honestam ea quata obligat in conscientia & nu. 3. & hoc dummodo promittens habeat personam legitimam se obligandi, num. 5. & sit facta de re licita, num. 5.*
3 *Damni causam qui dat non seruando pro missa, tenetur in conscientia illud resarcire; qualem tamen non dat qui promittit scienti, vel scire debenti promissionē non tenere, num. 6.*
4 *Conuentio facta ab eo qui non potest se obligare etsi non liget, attamen si sit de re honesta, & potest sine peccato seruari, congruit vt obseruetur.*

CONSILIVM III.

QVæritur, an promissio cōiugatę in regno Castellę relinquēdi bona sua Petro, si duxerit neptem suam in vxorē condi-

conditione impleta ita valeat, vt reuocari nequeat.

1 Respondeo primò, promissionē prę dictæ mulieris nō valere via cōtractus, neque quasi cōtractus; quia mulier nupta in regno Castellæ non pōt contrahere, neque distractum, neque quasi cō tractum facere sine licentia mariti. [a]

Secundo, quod non potest valere via donationis cā mortis, adeo vt nō possit reuocari, quia omnis donatio causa mortis reuocari potest. [b] Et si apponatur clausula, ne reuocari possit, desinit esse donatio causa mortis & incipit esse donatio vera inter viuos. [c] Et hæc non potest fieri à muliere sine licentia mariti, vt prædictum est.

2 Tertiò, quod magis dubitari pōt, an prædicta mulier peccet reuocando, & non adimplendo promissionem prædictam in foro conscientiæ. Nā pro parte affirmante facit, quod qui promittit ali quid ob honestam causam, peccat non præstando illud causa consecuta. [d] Et pdicta promisit ob causam honestam, sci licet nuptiarum.

3 Deinde facit, quod qui dat causam damni, tenetur in cōscientia resarcire il lud. [e] At prædicta sua promissione dedit cām, vt duceret suā neptē aliàs paperem. Tertiò, quod peccatum est non præstāre promissum, [f] iuxta resolutionē positā in Man. cōfess. [g] præsertim qñ sine peccato præstari potest; vt in casu proposito, in quo prædicta mulier pōt abstinere se à reuocanda promissione p dicta, siue dicatur facta inter viuos, siue causa mortis, vt palam est.

4 Pro parte vero negante, scilicet, nō peccaturam illam, facit, quod iustè pōt reuocare eā, quatenus est donatio inter viuos, cum faciendo illam peccauerit. [h] Nec peccat si reuocauerit eam tanquam continentem donationem causa mortis, quia id faciet lege approbāte, & factū lege approbāte non est peccatū. [i]

5 Ad primū pro parte affirmante adductū respondetur, illud esse verum in persona potente legitime promittente ob causam, qualis non est prædicta donatio sine licentia mariti.

6 Secundo responderi potest negādo quod dederit causam sufficiētem damni: quia is cui promittebat, sciebat, aut A certe scire debebat non posse ipsam facere illam promissionem sine licentia mariti, & scienti, & consentienti non fit iniuria, neque dolus. [k]

7 Tertiò respōdetur assumptū in eo procedere tantum in promissione rei li citè facta, qualis non videtur prędicta, per prædicta. Ob quę omnia hæc pars negatiua videtur iuri consonantior.

8 Quartò pricipaliter dico prędictā non obligari magis ad reuocādā & infirmandam prædictam promissionem, sed posse eam iustè implere clam, vel palam disponēdo, vel via institutionis, vel donationis causa mortis, idq; vt faciat omnino est consulendum, vti rem fœminæ nobili decorā, & Christiana charitate dignissimam. Salua, &c.

a l. 55. Tau ri.
b l. Senatus. §. 1. ff. de don. cau sa mort.
c l. ubi ita donat. ff. de don. cā mo.
d l. 1. & 10 tit. ff. de cond. cā da ta cā non. e l. qui occidit, ff. ad l. aqui. c. ff. demin.
f cap. 1. de pact.
g c. 18. n. 6
h Per prædictam leg. 55. Tauri.
i c. qui pecc at. 23. qō. 4.
k c. scienti de reg. iur. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Promissio facta dandi aliquid pro palmario litis, valida est si sit moderata quantitatis, alias non & nu. 4.*
2 *Prodigalitas regulariter peccatum est veniale.*
3 *Pactum de quota litis vel certa quantitate danda in casu victoria, reprobatur à iure.*
4 *Occasionis cuiuslibet ad peccandum dato licet non semper sit peccatum, dare tamen illam quam ius dare specialiter prohibet, semper est peccatum.*

1 l. 1. ff. de pac. cū con cord. m l. 1. §. & si nomine. ff. de var. et extraor. cognit. n l. 1 re mā data. C. de manda. o l. sed etsi §. cōsuluit. ff. de petit. hered. p in 2. 2. q. 119. art. 3. q l. si quis C. depostu. r in l. summa ptus ff. de pactis.

CONSILIVM IV.

QVidā, qui super domus caducitate valoris 1500. duc. agebat cepta lite, tū aduocato cōuenit, si eā vinceret, ei pro palmario & mercede 500. duc. daturū. Dubitatur an cōuētio prędicta seu pactū licitum sit & validum.

1 Pro parte affirmante facit primò, q̄ pacta regulariter valent. [l] Secunda, qđ in specie pactum de dādo aliquid pro palmario litis valet. [m] Tertio, qđ de rebus suis quilibet pro libito disponit, [n] adeo qđ potest eis etiam abuti, [o] & S. Tho. quem omnes sequuntur, [p] asserit prodigalitatem bonorum suorum regulariter esse peccatum veniale. [q]

2 Pro parte verò negāte facit primò, quod pactum de quota litis dāda aduocato, casu quo vincat, reprobatur à iure, [r] & ēt de pacto dandi certam quāritatē, secundum glossam, [r] communiter

Universidad de Deusto
Biblioteca

receptam, quia est eadē ratio. Secūdo, quod idem est dicendum secundū omnes de pacto dandi facto procuratori.[a]

a l.item C. de procura.

3 Tertio, quod peccatū est iure naturali, diuino, & humano prohibitū, dare occasionem peccādi alteri,[b] at promittere patrono seu aduocato cāx magnū palmarium in solo casu victorię, est da re magnam occasionem tractandi cām illicitè, vt per fas & nefas vincat; eo qđ dabitur ei palmarium, si vincat, & nō si vincatur.[c] Quarto qđ licet nō cuiusliquā bet occasionis ad peccandum datio sit peccatū, vt latè tradimus ī nostro Man. confe.[d] datio tamen occasionis prohibitæ à lege secundū omnes est peccatū; & ,pmissio prędicti palmarij magni speciatim vt per præfatas leges prohibita. 4 His pro vtraq; parte cōsideratis, & multis quæ in præfatis locis tum distinctè tum confusè traduntur, quæ nō vacat satis discutere, arbitror tutiorē esse opinionem quæ ex Alexan. & Saliceti mente[e] & Siluestro[f] colligi potest, scilicet qđ promissio præfati quingentorū ducatorū pro palmario in casu proposito est illicita, eo quod prędictus aduocatus debet esse cōtentus sumptibus & salario moderato, cum aliquo palmario pro personarū qualitate temperato. Et ita est intelligendum quod asserimus in Man. confe. ŝ cum dicimus licere accipere aliquid pro palmario.

b l.conuent ri. ff. de pa. dot. & l. fi. C. de pact. & ca. 2. de conce. preb. in De cretalibus, quā in Sex 10. c argu. ca. quia radix de pę. di. 1. d c. 5. n.x. & c. 14. n. 25.

e ī d. l. litē. f Verb. ad uocatus. q. 4.

g c. 26. nu. 30. in fi.

SVMMARIVM.

1 *Dux certum numerum militum ex ordine principis in oppidum introducendorum recepta ab oppidanis pecunia, minuens ita demum quod sic peccādo turpiter accepit dantibus restituet, si ipsi immunes à peccato reputantur.*

2 *Restitutio malè accepti non est facienda sponte turpiter danti sed et à quo iniuste fuit extortum, vel qui sine peccato dedit. & num. 3.*

CONSILIVM V.

QVidam Dux militum potēs auctoritate regia inducere 64. milites, & dare illis stipēdia impēsis alicuius oppidi, seu pagi, cōuenit cū oppidanis, vt nō induceret in oppidū plures quā 60. & nō īduxit nisi 30. sed ępit ab oppidanis stipendia omniū sexaginta.

Quæritur primo, an iniustè acceperit stipendia absentium.

Secundo, an teneatur cuiquam restituere ea quæ accepit pro 30. quos non induxit.

Tertio, cui an Regi, an communitati restituendum sit.

1 Ad primam quæstionem respōdeo, quod pro parte negatiua eius, ſ. quod non ceperit iniustè, facit regula [scienti & consentienti.][h] & quod ipse iustè po

a c. licet, de regu.

terat inducere, & alere 64. & quod com modauit oppidanis obligando se ad nō ipsi inducendum plures quam 60. & qđ lōgè vtilius fuit oppidanis non induxisse plures quàm 30. quia absentibus nihil aliud soluerunt, quā stipendium regiū præsentibus autem etiam victum præstiterunt, quem etiā absentibus, si præsentes fuissent, præstitissent; & in effectu multum profuit eis. At nemo debet reportare damnum ex opere bono quod facit, sicut nec bonum ex malo.

b l. ius pub. ff. de pact. c. si dil gen de fo. cō.

Pro parte verò affirmante, ſ. qđ iniu stè accepit facit, q̄ illa conuentio non fuit iusta; quippe quæ erat dānosa rei militari; eo q̄ minuebat numerum militū. Deinde quod sine vllo iusto titulo cepit stipendia absentium: & quod Rex vel princeps militiæ iustè posset eū punire ob eiusmodi conuentionē, & stipendiorum absentium perceptionē. Per q̄ necessariò videtur dicēdū, q̄ prędictus dux iniustè accepit stipendia absentiū.

2 Ad secundam respondeo, qđ hmōi decisio videtur pendere ab his, quę nos cum magna cura resoluimus in Man. vbi concluſimus, quod iniustè acceptū contra voluntatem alicuius, vel de voluntate eius sine turpitudine & peccato ipsius, est illi restituendum: acceptū verò iniustè de volūtate alterius, si ab vtraq; parte versatur turpitudo & peccatū, nō est de præcepto restituendū, licet de cōsilio & honestate pauperib. esset erogādum. Et cū in proposito casu iniustè acceptū fuerit acceptum de voluntate dānū passi; sequitur quod si ex vtraq; parte fuit cōmissa turpitudo, & peccatum, non tenetur restituere dux de præcepto; sic autē, si ex sola ipsius parte, & non cōmunitatis versata fuit turpitudo, & peccatum. Quare videndum est, an cōmunitas peccasset, & in turpitudine versata fuisset. Qđ aūt peccasse videatur, facit qđ cōsensit diminutioni militū, quatenus sexagīta quatuor reduxit ad 60. quatenus item cōsensit, vt triginta manerent absentes, ita q̄ cum duce & vexillo non remaneret dimidiū militum, q̄ potuit cadere in graue damnū belli & Reipu. siue Regis bellantis: & qđ in hoc cōsensit propter suum cōmodum priuatū, quod erat postponendū publico.[a] Quod aūt non peccasset, facit, qđ sperabatur pax, & qđ probabiliter putabatur absentiam illorū 30. nihil nocitura, & quod verisimile est rectores cōmunitatis nō esse confessos hoc peccatū. Equidem arbitror eos sic contraheudo peccasse post intimatum regiū sibi præceptum ad soluendum stipēdia 64. præsentium, quia pactis priuatorū ius publicum non est diminuendum,[b] non autem si non obligantur ad illa soluenda: & quia iuxta leges illius terræ particulares, & iuxta cōsuetudinem regni & rei militaris in ea prouincia seruari solitā debet iudicari, an cōmunitas eius, & rectores eius ex sua parte peccauerint ita cōueniendo, an nō, & quia ego nō satis eas noui, huius articuli resolutionē remitto ad eos, qui eas nouerint; resoluendo, qđ, si non peccauerūt, dux tenetur ad restituendū de præcepto, si autem peccauerunt, solum de cōsilio, & honestate, vt prædixi.

3 Ad tertiam respondeo, quod si nil est restituendū, nulli est faciēda restitutio, si quid autem est restituendum, restitutio est facienda damnū passo, & cū ex illa stipendiorum absentium solutione nulli alij, quàm communitati soluēdi euenerit damnum, illi soli, & nō alii est facienda restitutio. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Actio pacto nudo non oritur licet obliget pactscentem sub peccato & num. 5. imò ex ea si sit geminata vel iurata nedum iure canonico sed etiam ciuili oritur actio. num. 4.*

2 *Consilium nisi sit fraudulentum neminē obligat ad resarciēdum damnum ex eo sequutum, & idem videtur de adhortāte, num. 5.*

Promissio legitima deliberatè sine dolo & metu facta seruanda. 3

Actiones actiuas, & passiuas in hæredes transire. 4

Obligatio naturalis ex pacto nudo oritur obligatque sub pœna pec. mort. ad seruādum promissa. 5

Probationis defectus iuris defectum non inducit. 6

Literæ monitoriales ad manifestandum qua nouit vel audiuit de aliquare impetrari possunt, item & vt qui habet restituat. 7

CONSILIVM VI.

RVir valde nobilis, & coniugatus cuidā ex fratre nepoti G. tractāti magnā litē per appellationem ad Curiā Apostolicam deductā, venientiq̄ne ad eā ex Hispania promisit 100. scuta aurea pro impensis in illius prosecutione faciēdis: qui perueniens ad eā, & aliquot annos prosecutus, lite pendente, fuit mortuus, antequam eam finiret, relicto multo ære alieno, & nihil bonorū, cuius bonam partē soluerunt quatuor fideiussores eius iussu Rotæ post magnā defensionem ab eisdem præstitam.

Quæsitum est an hæredes R. pridem mortui teneantur soluere aliquā partē æris alieni à fideiussoribus soluti.

1 Pro parte negante facit primo, qđ promissio præfata nulla scriptura probari potest, & ignoti sunt testes, coram quibus facta fuit, & q̄ de non existentibus & non apparentibus idem est iudicandum.[c] Secundò, q̄ ex nudo pacto non oritur actio, nec ius agendi.[d]

c l. duo sūt Tityj. ff. de testam. tut.

2 Tertiò, q̄ nemo tenetur resarcire dānū alteri ex cōsilio eius proueniēs, nisi fuerit fraudulentū,[e] & prędicto G. solum videtur dedisse consiliū, quia consuluit ei prosecutionē suæ propriæ litis, prædictum R. nullatenus tangētis, nisi qua parte sibi coniunctus erat.

& c. sit sanè cerdos adiuncta glo. de off. ord. d l. iurisgē tium. §. igitur nuda. ff. de pact. cū et cōcor. e l. consilij. ff. de regu. iu. & c. nul lus ex cōsi. eo. ti. lib. 6.

3 Pro parte autē affirmante, quæ tenenda est, facit primo, quod omnis promissio legitima, & deliberatè absq; dolo, & metu facta, est seruada, c. j. ibi, [Pacta seruentur.] & c. 3. ibi, [Studiosè agēdū est, vt ea q̄ promittūtur, opere cōpleantur,][f] in quo ponderādū est verbū [promittūtur,] q̄ includit ēt promissionem

f De pact.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nudam, & pactum nudum iuxta l.1.[a] & præfata promissio R. fuit legitima, & actus virtutis liberalitatis, vt colligitur ex toto tit.[b] præsertim ex l. [ſi quis argentum,][c] & tradimus nos post alios in Manu. confess.[d]

4 Secundo, ꝙ actiones actiuæ, & passiuæ transeunt in hæredes.[e] Tertio, quod sola obligatio naturalis, quæ ex pacto nudo nascitur, ubligat pacisentem ad implendam pactionem, vel promissionem sub pœna peccati mortalis, secundum Panormita. communiter receptum post Hostiens. & Ioan. Andr.[f] & in casu præmisso interuenit obligatio, saltem naturalis, nata ex promissione, etiam vt creditur iurata, & pluries geminata, quarum vtraque circunstantia efficit, vt non solum iure canonico, sed etiam Cæsareo sit efficax, & pariat actionem, & ius agendi.[g]

5 Quarto, quod non obstant opposita. Ad primum enim respondetur prius, ꝙ defectus probationis non inducit defectum iuris, saltem quo ad forum conscientiæ, & Dei, cui, omnia nuda, sunt, & aperta secundum Apostolum.[h] Ad secundum respõdetur negando, quod ex nudo pacto non oriatur actio, nec ius agẽdi: quia immo oritur etiam obligatio obligans pacisceentem ad implendum, quod promisit sub pœna peccati mortalis, vt prædictum est.

Ad tertium respondetur, quòd in casu proposito non solum prædictus R. consuluit præfato G. prosequutionem prędictę litis, sed etiam adhortatus fuit ad eam, immo & promisit adiutorium non solum in genere, sed etiam in specie centum ducatorum: & non solum intererat prædicti G. prosequi præfatam litem, sed etiam eius patrui R. qui erat ciuis ciuitatis, & parochianus Ecclesiæ parochialis, super qua litigabatur, cui satis infestus erat aduersarius G. & quamuis hæ circunstantiæ nõ adessent, satis superque erat quo ad hoc promissio prædictæ pecuniæ legitima, & deliberata prædicti R. cuius ualor nõ requirit illas, præsertim quod erat valde nobilis & diues & patruus cuiusdam M. qui obnixissimè non solùm consuluit, sed etiam rogauit, iussit, & mandauit, vti frater primogenitus, præfato G. vt eam prosequeretur, promittendo ad id multa, immo & graues minas adijciendo, si concordaret, & non prosequeretur

Per quæ omnia satis superque probatur primò, præfatum R. obligatum fuisse cum viueret, ad soluenda centum scuta creditoribus G. defuncti nullis bonis relictis, & per consequutionem finis, & deiusſoribus, qui pro eo soluerunt præfatis creditoribus, & consequenter hæredem eius, per adnotata.[i]

6 Secundo, impetrari posse à S.D.N. immo ab ordinario Episcopo iuxta Concilium Tridentinum & ca. [ad nostram,][j] & alia quæ citat Philippus Probus,[m] monitionem sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, vt quisq; manifestet ea quæ nouit, vel audiuit de prædicta promissione cẽtum scutorum ad probandum eam factã fuisse, si opus fuerit, in foro exteriori, & vt quisquis possidet bona præfati R. solua prædicta centum scuta prædictis fideiusſoribus.

SVMMARIVM.

Pacta legitima iure naturali, diuino, & humano seruanda. nu. 5. 1
Fides etiam hosti seruari debet scilicet, similiter seruanti. nu. 5. 2
Procurator pro vtilitate, & gratia mandantis accipiens mutuum nõ obligatur. 3
Eidem frangenti fides etiam iurata frangi potest.
Regularis simplex nisi de licentia superioris obligari nequit nec eius obligatio iuramento firmatur. 4
Religiosi votum sine licentia superioris non est firmum. 5
Iuramentum in præiudicium superioris sine eius consensu illicitum. 6

CONSILIVM VII.

QVidam frater N. procurator generalis cuiusdam ordinis, & specialis monasterij A. non solum ad negotia, & lites, verum etiam ad mutuandum 400. scuta in res & negotia eiusdem monasterij expendenda, accepit ad cambium nomine etiã proprio, & principaliter 100. à B. ad expediẽdas quasdam bullas dicti monasterij, pacto expresso

expresso conuento inter ipsos, vt B. non daret bullas prædicto monasterio, nisi prius sibi solutæ fuissent pecuniæ: quod non impleuit B. & sic pecuniæ non fuerunt ei die constituta solutæ à monasterio. Quæritur quid iuris.

1 Respõdetur multa posse pro vtraq; parte adduci. Et quidẽ pro B. facit primò, ꝙ iure naturali, diuino, & humano pacta sunt seruanda.[a] Secundo, ꝙ fides etiam hosti seruanda est,[b] quod multis ornari & confirmari potest. Tertio, ꝙ prædictus N. non solum accipit prædicta 100. à B. nomine prædicti monasterij A. sed ẽt nomine proprio. Ergo licet accipiendo illa vt procurator, solũ obligauerit monasteriũ, accipiendo tamen nomine proprio, vẽ obligasse se ipsum: quia mandatarius potest obligare seipsum accipiendo proprio nomine, & mãdantem eius nomine accipiendo.[c]

2 Pro fratre aũt prædicto N. facit primò, ꝙ accipiens ab aliquo mutuo aliquid mãdato & nomine alterius pro vtilitate & gratia mandantis, non obligatur ipse ad soluendum mutuo acceptũ, sed obligat ad id tertium, cuius mandato illud accepit,[d] & prædictus N. accepit mutuum nomine & mandato prædicti monasterij A. ergo non ipse, sed ipsum obligatur ad soluendum.

3 Secundo, quod frangenti fidem, potest fides frangi eidẽ,[e] ẽt iurata,[f] & prædictus N. & B. conuenerunt inter se, & fidem sibi mutuo dederunt, quod B. nõ traderet literas Apostolicas, nisi accepta pecunia expensa in illarum expeditione, & B. non seruauit illarum fidem, ergo nec N. tenetur illi seruare suam.

4 Tertio, & irrefragabiliter, quod religiosus simplex non habens prælationẽ, nec administrationem, non potest obligare se ad aliquid, nisi de mandato & licentia superioris sui, per eã multa quæ nos tradimus in Comm. 2. de reg.[g] vbi probamus religiosum non habere volũtatem propriam, sed solum pendentem à voluntate superioris,[h] & ita nõ posse agere, nec posse vllum contractum suo noĩe facere, iuxta doctrinam Innocẽti j cõiter receptam,[j] & prædictus N est religiosus simplex non habens prælationem, neq; administrationem, neq; habebat mandatum, neque licentiam sui superioris ad accipiendum mutuo prædictos ducatos 100. suo nomine. Tũ quia non est monachus prædicti monasterij A. nec Prior eius est superior ipsius; & ita mandatũ prædicti monasterij, non erat mandatũ, neq; licẽtia superioris ipsius. Tum quia monasteriũ prędictũ dedit quidẽ mandatum ad obligandũ se; & bona eius, sed nullũ dedit mãdatum ipsi N. vt obligaret se ipsum. Tum quia certũ est p̃dictũ B. non mutuaturũ esse prædictos 100. ipsi N. nisi innotuisset ei mandatũ, ꝙ habebat ad eos mutuo accipiendos, ꝙ significat notarius qui in instro obligationis mutui testatur prædictum N. accepisse mutuo p̃dictos 100. ducatos virtute illius mãdati. Itẽ denique, ꝙ prædictus N. nullatenus intẽdebat, neq; poterat obligare aliud monasteriũ, q̃ illud A. vt palam est: & si obligatio suæ personæ valuisset, obligasset aliud monasterium, illud. s. cuius filius erat ipse, vel in quo professus fuit: cum obligationes religiosi actiuæ & passiuæ cedãt monasterio suo, cuius est filius & nõ alij extraneo, p adducta à nobis,[k] & absurdũ esset dicere, ꝙ virtute mãdati obligauit monasteriũ A. & virtute suę p sonæ illud, cuius erat filiº, & cuius nihil itererat, ergo nullatenus hoc ẽ dicẽdũ.[l]

5 Quartò, ꝙ nihil obstãt citata p p̃dicto B. Nõ primũ, cui rñ detur conceden do quidẽ pacta legitima esse seruãda, ne gãdo tñ, ꝙ pactũ, & cõtractus quo suã p sonã obligauit N. fuerit legitimus, q̃a nõ habuit ipse legitimã p sonã cõtrahẽdi p adducta in 3. argu. pro eo formato.

Ad secundum, concedendo quidem fidem esse seruandam seruanti eam, negando tamen quod prædictus B. seruauerit eam vt dictum est in 5. arg.

Ad tertiũ respondetur ꝙ prædictus N. non potuit suã persõnã obligare per prædicta in tertio argõ, ẽt si maximè voluisset, ꝙ tñ noluisse iuſo suo affirmãt, sed ꝙ prædictus N. non potuerit p suũ iurm validam facere obligationem, quia se obligauit sine superioris consensu cõstat, nã uotũ ſm receptiorẽ magis obligat, quam iurm, iuxta S. Tho.[m] quẽ cũ quadã limitatione sequimur ĩ Ma. cõf.[n] At votũ religiosi factũ sine superioris licẽtia nõ est firmũ, vt post S. Th.[o] tradimus, ergo neq; iuramentũ prędicti N.

tactum

a ff. de pollicitat.
b De donat. ff. & C.
c Maxime, §. vlt. d c. 18. n. 6.
e L. 1. vt actio. ad hæred. & cõtra hæredes. et c. 1. de success. ab intest. & c. in literis. de raptoribus.
f In d. ca. 1. de pactis.
g iux. c. iuramẽtum. 22. q. 5. & l. 1. ff. de constit. pec.
h Ad Heb. 4. relatum in ca. Deus. omnipotens 2. q. 1.
a c. 1. & 2. de pact. cũ suis concordantibus.
b c. nolite exigere. 23 q. 1. & c. in nouem. 22. q. 4.
c Argu. l. 1. & 2. ff. mãdati.
d l. 1. & 2. & l. cũ mãdatum. & l. mandatũ. ff. mand. ad tum. §. 1. Insti. eod.
e l. cum proponat. C. de pact.
f Peruenit de iureiur.
g Super cauonem dicatis. num. 30. & seq.
h c. quorundam. s. si regiosus. de elect. lib. 6.
i In c. ultim. 2. de priuil.
k vbi supra.
l l. nã quod absurdum. ff. de bo. lib.
m 1. 2. q. 89 art. 8.
n c. 12. nu. 32.
o 22. q. 88. art. 8.
p Vbi supra.

Universidad de Deusto
Biblioteca

factũ sine superioris consensu valebit. E
6 Tum quod nullũ iuramentum illici
tum est validum.[a] At omne iuramentũ
factum in præiudicium superioris quo
ad ea in quibus est superior, sine illius
consensu est illicitũ, vt tradit S. Th.[b] &
oẽ iuramentũ, quo se religiosus obligat
extraneo sine superioris cõsensu, est in
præiudicium eius, quia in omnibus ei
subditur: ergo est illicitum. Tũ quia est
casus expressus de iuramento religiosi
prestito cõtra stabilitatem in monaste-
rio.[c] Tũ quod iuramento, quo quis pro
mittit alijs ea, quæ sunt aliorũ, est pec-
catum, & in eo promittens facit quod- F
dam furtum.[d] At religiosus N. obli-
gans se extraneo sine superioris cõsen-
su promittit alij, id quod est alterius,
promittit enim se, & sua, quæ sunt mo-
nasterij siue religionis quã est profes-
sus,[e] ergo peccat, & facit quoddam fur
tum. Tum denique quod illa obligatio
non posset impleri, nisi de bonis religio
nis vel monasterij, cum ipse nihil peni-
tus habeat, nec habere possit,[f] & ita di
cendum est per tale iuramentum nõ va
lidari obligationẽ, vel contractum, vel
quod esset adimplendus de bonis mona G
sterij, cuius ipse est filius, quod est absur
dum, & ita non dicendum. § Salua, &c.

a C. non est obligatorij. de reg. iur. li. 6. c. i mal. 22. q. 4.
b In d. art. 8.
c in c. sicut ex literis de iure iuran.
d c. si res alien. 14. q. 6
e Auth. ingressu. C. de sacrosanct. eccl. c. in præsentia, de prob.
f c. cum ad monasterium
§. fi. de statu monach.
g l. nã quod absurdũ. ff. de bonis. li-
ber.

dũ quod illam seruabimus, non licet, nisi addita clausula salvo beneplacito Sedis Apostolicæ, & quod ea nisi post habitum beneplacitum non vtamur.

CONSILIVM I.

SVidam Abbas conuenit cum N. amico suo, vt impetraret à Sede Apostolica tanquam deuolutum beneficiũ quod dam suo monasterio vnitum, & postqua illud impetrasset, pateretur sibi moueri lité, ad hoc vt pro bono pacis fieret cõcordia, & ipse N. teneretur prẽstare quę dam ipsi Abbati. Quare fuit expedita supplicatio. Quæritur quid iuris.

1 Respondeo primo, id quod præfati DD. consulentes cupiũt, nõ posse iuste fieri intercedente aliqua pactione, vel promissione sine beneplacito S. D. N.[h] Secundo, quod cessante omni pacto, & pron i tione, iustè potest D. consulens de prouisus expedire bullas super supplica tione iam signata sine alio beneplacito Papæ, & eas notificare prefato D. Abba ti: & ille si probabiliter credit prouisio nẽ suæ Sãctitatis continere aliquã iniu stitiã, supplicare verè sine vlla fictione à prefata bulla, vel eius executore, & face re cõmitti causam alicui DD. Rotę, vel alij. Tertio q̃ postea, si videbitur ambo bus, poterunt facere cõcordiam aliquã honestam salvo beneplacito Papæ, an tequam tamen vllatenus vtantur ea, & curare vt probetur, & confirmetur ab eodem narrata veritate ad hoc necessa ria. Quarto, qđ quãuis non possint ipsi per se, neq; per alios pacisci, aut promit tere de faciendo, vel dando aliquid ho rum, nisi reseruando beneplacitum Pa pæ, neq; reseruato illo adimplere con uẽta; antequam obtineatur illud, qđ est maximè memorandum; possunt tñ con fidere alter alteri, qđ adimplebunt con cordiam, imò & promittere se seruatu ros illã, si Papæ illa placuerit. Quinto, quod debent cauere, ne vllatenus cõue niant inter se, quod alter expediat bul las, & alter supplicet ab eis, & qđ postea faciãt concordiam: quia si postea Papa confirmaret eã, non facta mentione de hmõi conuentione, vt audiui frequẽter male fieri, nihil valeret cõfirmatio suæ Sanctitatis, neq; possent vti huiusmodi con-

g c. 1. de postul.
h Ne cler. vel mon.

De Transactionibus.

SVMMARIVM.

1 *Conuenire non possumus ut tu mihi super beneficio moueas litem, ad hoc ut postea per transactionem auctoritate Apostolica tibi super eodem constituatur pensio, immo esset simoniaca conuentio nec eã sanaret dicta Apostolica auctoritas, nisi prima dicta cõuentio etiam ei esset narrata. Tractare autem prædicta cum spe quod vtrunq; præstabuntur sine tamen aliqua obligatione possumus quando tu habes iustam causam credendi quod super meo beneficio tibi aliquod competit ius: & successiue mota lite, libere si tũc placebit, transigere poterimus vt supra. auctoritate apostolica intercedẽte, et n. 2.*
2 *Transactionem super beneficio tractare possumus inter nos: quod si procedatur ad conclusionem illius seu ad promitten-*

cõcordia. Sexto, quod satis iustè possent tractare per se, vel per alios, per hanc viam vel illã posse inter ipsos fieri concordiam, per quã cessaret lis modo à neutra parte fieret promissio de vtendo illa via: sed q̃ ante & post bullarum expeditionem: & intimationem remaneret integra libertas discedendi ab illa via concordandi, antequam Papa confirmaretur. Salua &c.

De Postulando.

SVMMARIVM.

1 *Patrocinari in causis etiam criminalibus clerico licet sine peccato, ni sit in sacris, vel beneficium habeat. nu. 1.*
2 *Irregularitatem incurrit quicunque patrocinatur si ex suo patrocinio sequatur mors, vel mutilatio membri, alias non, nec incurrit aliquam censuram, etiam si sit in sacris.*
4 *Precibus frustra impetratur, quicquid iure communi conceditur, nu. 4.*
4 *Indultum concessum clerico minorum ordinum non beneficiato vt possit tam in ciuilibus quam criminalibus patrocinari est frustratorium: vnde si intuetur sacris non ei proderit & nu. 5.*
5 *Ordinatus sacris non potest postulare nisi in casibus a iure permissis. nu. 5.*

CONSILIVM I.

CLericus in quatuor ordinib. minoribus constitutus patrocinatus est in quibusdam causis: de quo dubitãs, an ei liceret, fecit se absolui, & indultum ob tinuit, vt liceret ei sine peccato patroci nari. Nunc iterum dubitat, & quærit an fuerit bene absolutus, vel noua ab solutione indigeat, & an patrocinando virtute dicti indulti peccet.

1 Rñdeo primo, q̃ nullus clericus, si ue tantum quatuor minoribus, siue ẽt sacris initiatus, incurrit excõicationem vel aliam censurã patrociuando in cau sis, siue sint Ecclesiasticæ, siue sæculares & siue criminales, siue ciuiles: quia nul lo iure id cauetur; quamuis peccaret ẽt mortiferè id faciendo, si haberet bene- A ficium Ecclesiasticum, vel si constitutus esset in sacris, licet non haberet benefi cium, a incurreret tamen irregularita- *a c. 1. de po*
tem; si ex suo patrocinio sequeretur *stul. vbi do.*
mors vel mutilatio mẽbri, per ea q̃ ha bentur in c. [sententiam sanguinis.] h *b Ne cler.*
2 Secundo, ex hoc inferri, nõ posse sa *vel mon.*
tis facile intelligi à quo fuit absolutus D. cõsulens, eo quod in quatuor mino ribus constitutus patrocinatus fuerit, non dicat se tũc habuisse beneficiũ, ne que proponat se incurrisse irregularita tẽ, nec petijsse dispensationẽ super illa.
3 Tertio, q̃ etiam ex præfato dicto se B quitur nõ indigere ipsum absolutione aliqua noua, neq; dispensatione, si nõ fuit patrocinatus in causis criminalibus ita vt ex eius patrocinio mors, vel muti latio sequuta fuerit.
4 Quarto, quod indultum prefatũ, vt possit patrocinari in statu quatuor mi norũ, & carens beneficio, nõ fuit indul tum, nec priuilegium, sed ius cõe; quan doquidem constitutus in quatuor mino ribus tantum, & omni beneficio carẽs, nullo iure prohibetur patrocinari, per præfatum c. 1. c & resolutionem Pano. *c De postul.*
cõmuniter receptam, & perinde debet *d l. 1. ff. ad*
iudicari de ipso, ac si non habuisset il- *municip. &*
lud indultũ: quia frustra precibus impe *gl. c. 1. de re*
tratur quod iure communi cõceditur. d *script.*
5 Quintò, q̃ posteaquã fuerit aliquo sacro ordine insignitus, non poterit pa trocinari virtute illius indulti, nec iure cõi, nisi in casibus permissis in d. c. e *e De postul.*

De procuratoribus.

SVMMARIVM.

Mandatum datum alicui personæ ratione qualitatis, seu dignitatis cognitæ magis 1
dignitatẽ quã personã respicere videtur
Appellatiuum nomen dignitatis uel officij
sit ne magis attendendum quam nomẽ 1
personæ seu personæ, ex notitia disponen tis diudicandum venit, itemque & ex aliqs coniecturis.
Relictum Episcopo ab extraneo, censetur re 1
lictum ratione dignitatis quæ est notior.
Viam tutiorem quilibet in dubio videtur 2
eligere.
Procurator contemplatione societatis consti 2
tutus societatem obligat.

Con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Conuertisse in militiam, societatem mercaturam studium præsumitur miles, socius, mercator, scholaris qui pecuniam in dictas causas uel illarum sequelas accepit. Idē est si illas accepit ut talis. n. 3.

3 *Mercatorū libris saltē cōtra illos creditur.*

4 *Debita contracta durante societate sunt ab ipsa soluenda.*

4 *Præpositus alicui officio obligat præponentem etiam accipiendo pecunias ad commodius illud exercendum: quales sunt etiā plures socij eidem societati præpositi.*

5 *Societate inita ad mercaturam, seu artem campsoriam, quicquid unus tanquam socius facit, alium obligat.*

6 *Finis recipiendi aliquid in dubio ex effectu conijcitur.*

CONSILIVM I.

VIdam Illust. Card. cōstituit in his partibus tres procuratores, Iacobum, Petrum, & Ioannem mercatores, & socios vnius officij cāpsorij, & eorū quēlibet in solidum ad per eos recipiendum quasdā pensiones prædicto Card. debitas: virtute illius cōstitutionis Iacobus vnus dictorum sociorū pensiones recepit, & pro summa pecuniaria recepta Card. in libro societatis creditorē scripsit, fuerunt aūt sex semestrium pensiones ad Vrbē nomine societatis trāsmissæ, sed nunc remanet pensio vnius anni non soluta, tandē societas defecit. Petit Card. restantem pensionē sibi solui de pecunijs dictæ societatis, attēto q Iacobus erat socius. Ex aduerso Petrus & Ioannes prætendūt societatē non teneri pro facto dicti Iacobi socij: quia ipse dictas pēsiones exegit iure proprio tanquā procurator in solidū prędicti Car. non aūt nomine societatis, attēto quod ipsi non acceptauerūt mandatū, neq; se immiscuerūt ī exigēdo dictas pēsiones.

De sola subscriptione rogatus rñdeo iuridicā mihi videri conclusionē a viro doctissimo fundatam, considerando primò. q prædictus Illust. in dando mādatum prædictis tribus socijs potius respexit societatē, quam personas eorū. Tū quia solis ijs tribus, ijsdēq; socijs dedit illud. Tum quia nulla ratione alia, quā illorū societate, cognoscebat eos, & q quidā bancharius eorū rñsalis in Vrbe degēs eorū societatē fidā esse ei persuā sit, & qui mādat, & relinquit aliquid ali cui personæ qualificatæ, quā cognoscit rōne qualitatis, & non personæ, vt magis respicere illā rōne qualitatis, & dignitatis, q̄ personæ: iux. l. pen.[a] per quā definit ibi Bar. q̄ an nomē appellationū. vel proprium sit magis consideratū. ex qualitate notitiæ est considerandum: ita cit c. [requisisti,][b] quatenus probat, relictum Epo ab extraneo, censeri relictū rōne dignitatis, qua est notior: vbi multis comprobat Cou. nō esse curandū, an primū exprimatur nomen appellationū, vel proprium, vel è contra, q̄n ex alijs cōiecturis apparet, an persona, siue qualitas, siue dignitas sit magis considerata. quod ēt ante illum tradit Decius post alios citatos ab eo.[c] Cum ergo prædictus Cardin. constituerit prædictos tres procuratores nominando personas, & officium societatē eorū, & cum nō cognoscat rō ne personarum, sed tm̄ ratione societatis, & persuasionis de fide habēda eis factæ per relationē rñsalis societatis eorum, & cum nullis alijs dedisset mandatum, consequens est dedisse illis principaliter, eo q̄ erāt socij illius societatis.

2 Cōfirmatur, eo quod Card. erat vir prudentissimus, & ideo præsumēdus est in dubio præuidisse tutius fuisse credere plus eis, & singulis eorum, tanquā socijs, quā tanquā singularibus, & diuisis personis: & in dubio quilibet uiā sibi tutioré vī eligere,[d] & cū tutius esset præmissum dicto Card. dare mandatum eis tanquā socijs, q̄ tanquā diuisis, interpretādum est dedisse tanquā socijs: & ita Iacobus præsumitur constitutus ptocurator ea rōne, qua cōstitutus erat socius aliorū, & nō tanquam diuisus, & separatus ab eis. Secundo reputo prædictā conclusionem iuridicam, cōsiderando, quod prædictus Iacobus recuperauerit pensionē prædictam tanquam procurator constitutus, contemplatione societatis, & q̄ obligauit eam. Primo quidem, quia præsumitur eam vertisse, & posuisse in rem & vtilitatē societatis: quia, qui fungitur officio, vel exercitio aliquo, & accipit aliquid pro exequendo eo, vel sequelis eius, præsumitur vertere illud in rem & vtilitatem eius. casus est in lege fin.[e] quatenus habet, quod miles, qui accipit aliquid ad exercitiū militiæ, præsumitur vertisse id in illud, per quem desinit ibi Bart. scholasticum cui mutuatur aliquid ad suū studiū exercendum, præsumi vertisse in illud. per quem. §. & prę dictum dictū Bart. definit Baldus,[a] mercatorem, qui accipit aliqua ad mercatura exercendam, præsumi vertisse in eā.

3 Cū ergo prædictus Iacobus accepe rit prædictam pensionem vt socius, præsumitur vertisse in rem & vtilitatem societatis. Deinde quod non solum præsumitur, sed constat ex libris eius. q̄ vertit eam in rem & vtilitatem suæ societatis, siquidē fecit prædictum Illustrissimum creditorem societatis quoad illā. Quod autem credatur libris mercatorum, saltem contra illos communis cōclusio est Bartholi, Iasonis, & aliorū.[b]

4 Tertio, quod omne æs alienū, quod manente societate contractum est, de cōi soluēdum est, quæ sunt verba l. [oē æs.][c] cuius gl.[d] declarat eā dicens procedere, etiamsi ab vno sociorum cōtractum est. Quarto, quod accipiens pecuniā ratione officij, cui præponitur, obligat eum, qui præposuit illum iuxta l.[e] ex qua hoc ibi colligit Bart. & prædictus Iacobus, ēt quilibet aliorum sociorum erat prępositus negotiationi societatis ab ipsa societate; ergo, &c. Quinto, quod præpositus alicui officio non solum obligat eos à quibus pręponitur accipiendo ea, sine quibus id exerceri non potest, sed etiā accipiendo ea, cum quibus commodius potest, vt irrefragabiliter probant l. [quicunque.][f] & l. pe. § per quas hoc affirmat Aretinus,[h] & Decius,[i] vt vtrobiq; alias docuimus.

At prædictus Iacobus, & quilibet aliorum sociorum habebat officium exercendi societatem initam, vt proximè dictum est: ergo quilibet eorum poterat recipiendo pensionē prædictam obligare societatē, cum aliqua ex parte eius receptio commodaret officij exercitio.

5 Sextò, quod societas prædicta fuit inita ad negotiandum arte mercatoria, & cāpsoria; & quicquid vnus socius capit pertinens ad societatē, obligat illā; casus est in l. [quicunque][k] At receptio pēsionis pecuniariæ suapte natura pertinet ad exercitium negotiationis artis campsoriæ, & mercaturæ; ergo re-

cipiendo illā ad reponendam in societatem, vt reposuit, obligauit societatem.

6 Septimò, quod qualis fuerit finis recipiendi aliquid, in dubio conijcitur ex effectu subsequuto iuxta l. [sed Iulianus.][l] quatenus habet, filium familias qui accipit mutuam pecuniam, præsumi accipere animo vertendi eam in rē patris, si in illam postea verterit; per quem DD. dicunt ibi de scholastico mutuante pecuniam, & postea vertente illam in exercitium studij, quod præsumitur eo fine mutuatus fuisse. Vltimo, qđ ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur,[m] etiam in ijs quę à principio malè capiuntur. At receptiones prędictæ pensionis factas à Iacobo societatis ratas habuit: quia multas earum remisit soluendas ad Vrbem per literas nomine societatis confectas: ergo procul dubio vel hoc solo argumento vera est conclusio. Salvo saniori iudicio.

De ijs quæ vi metusve causa fiunt.

SVMMARIVM.

Ordinatus metu conditionali recipit characterem. 1

Facta ob metum sunt voluntaria simpliciter & inuoluntaria secundum quid. 1

Infans, & amens, baptismi & ordinis characterem recipiunt. 2

Characterē non recipit qui potens consentire absolute sacramēti receptioni dissentit 2

CONSILIVM I.

VIdam nobilis initiari se consensit ordine sacro fictē ob reuerētiam patris; vel magni cuiusdā principis, aliàs nō cōsensurus. Quæritur an verè sit ordinatus.

1 Rñdeo q̄ sic, si verè consensit, ēt si per metum ēt iustum id fecit, quia saltē conditionaliter consensit, arg. c. [maiores,][n] quod habet, eum qui baptizatur inuitus & renitēs, nō recipere characterē baptismi, sed sic illum, qui cōsensit, & ptism. vult baptizari, saltē conditionaliter ob metū: quia coacta voluntas, volūtas est, iuxta

a in l. ante pen. eo. tit.

b Dec. cons. 3. col. 3. & 4. & cons. 5. col. 2. & 3. & cons. 6. col. 2. & 3. & cons. 7. col. 2. & 3. & cons. 8. col. 2. & 3. & cons. 9. col. 2. & 3. & cons. 10. col. 2. & 3. & cons. 11. col. 2. & 3. & cons. 12. col. 2. & 3. & cons. 13. col. 2. & 3. & cons. 14. col. 2. & 3. & cons. 15. col. 2. & 3. & cons. 16. col. 2. & 3. & cons. 17. col. 2. & 3. & cons. 18. col. 2. & 3. & cons. 19. col. 2. & 3. & cons. 20. col. 2. & 3. & cons. 21. col. 2. & 3. & cons. 22. col. 2. & 3. & cons. 23. col. 2. & 3. & cons. 24. col. 2. & 3. & cons. 25. col. 2. & 3. & cons. 26. col. 2. & 3. & cons. 27. col. 2. & 3. & cons. 28. col. 2. & 3. & cons. 29. col. 2. & 3. & cons. 30. col. 2. & 3. & cons. 31. col. 2. & 3. & cons. 32. col. 2. & 3. & cons. 33. col. 2. & 3. & cons. 34. col. 2. & 3. & cons. 35. col. 2. & 3. & cons. 36. col. 2. & 3. & cons. 37. col. 2. & 3. & cons. 38. col. 2. & 3. & cons. 39. col. 2. & 3. & cons. 40. col. 2. & 3. & cons. 41. col. 2. & 3. & cons. 42. col. 2. & 3. & cons. 43. col. 2. & 3. & cons. 44. col. 2. & 3. & cons. 45. col. 2. & 3. & cons. 46. col. 2. & 3. & cons. 47. col. 2. & 3. & cons. 48. col. 2. & 3. & cons. 49. col. 2. & 3. & cons. 50. col. 2. & 3. & cons. 51. col. 2. & 3. & cons. 52. col. 2. & 3. & cons. 53. col. 2. & 3. & cons. 54. col. 2. & 3. & cons. 55. col. 2. & 3. & cons. 56. col. 2. & 3. & cons. 57. col. 2. & 3. & cons. 58. col. 2. & 3. & cons. 59. col. 2. & 3. & cons. 60. col. 2. & 3. & cons. 61. col. 2. & 3. & cons. 62. col. 2. & 3. & cons. 63. col. 2. & 3. & cons. 64. col. 2. & 3. & cons. 65. col. 2. & 3. & cons. 66. col. 2. & 3. & cons. 67. col. 2. & 3. & cons. 68. col. 2. & 3. & cons. 69. col. 2. & 3. & cons. 70. col. 2. & 3. & cons. 71. col. 2. & 3. & cons. 72. col. 2. & 3. & cons. 73. col. 2. & 3. & cons. 74. col. 2. & 3. & cons. 75. col. 2. & 3. & cons. 76. col. 2. & 3. & cons. 77. col. 2. & 3. & cons. 78. col. 2. & 3. & cons. 79. col. 2. & 3. & cons. 80. col. 2. & 3. & cons. 81. col. 2. & 3. & cons. 82. col. 2. & 3. & cons. 83. col. 2. & 3. & cons. 84. col. 2. & 3. & cons. 85. col. 2. & 3. & cons. 86. col. 2. & 3. & cons. 87. col. 2. & 3. & cons. 88. col. 2. & 3. & cons. 89. col. 2. & 3. & cons. 90. col. 2. & 3. & cons. 91. col. 2. & 3. & cons. 92. col. 2. & 3. & cons. 93. col. 2. & 3. & cons. 94. col. 2. & 3. & cons. 95. col. 2. & 3. & cons. 96. col. 2. & 3. & cons. 97. col. 2. & 3. & cons. 98. col. 2. & 3. & cons. 99. col. 2. & 3. & cons. 100. col. 2. & 3.

c ff. pro socio. d Verb. con tractum. e ff. de inst. act.

f ff. si quis de instit. act. g ff. de vsufruct. h in c. de te stib. col. 3. de testibus. i in c. prate rea col. 5. de offic. dele. in 6. k §. non tamen omne. ff. de instit. act.

l §. item qui per. ff. ad Mat. m c. ratihabitionem. de reg. iur. lib. 6. n §. item qui baptizatur. de bapt. cū concord.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a 15.q. 1. iuxta c.[merito,] [a] & tradit S.Thom. [b] affirmans facta per metum esse simpliciter voluntaria, & secundum quid inuoluntaria, quamuis quidam magni nominis Theologus parum rectè dixit cõtrarium, scilicet coactam esse quidem secundum quid voluntariam, sed simpliciter inuoluntariam, vt in Man. conf. [c] diximus referendo etiam Decium, qui non lecto S.Tho. vbi supra idem dicit.

b 1.2.q.6. *art.*2.

*c Pralud.*6. *nume.*4.

2 Non obstat, quod etiã infans in cunabulis existens, & amens suscipiunt ordinis characterem sine vllo suo consensu, vt diximus nos alias: quoniam aliud est consentire, & aliud dissentire, sicut aliud est nõ velle, & aliud est nolle, iuxta doctrinam Innocentij, [d] cũ similibus receptam communiter ibi, & Decium in reg. [eius est nolle cuius est velle.] & melius sequenti. [e]

d In c. prudentiam, §. sexta de of. deleg.

e ff. de reg. iur.

Ex his sequitur, quod consensus absolutus, vel cõditionalis illius, qui potest consentire, requiritur ad hoc vt ordinetur, & quod dissensus absolutus impedit omino assumptionem ordinis, & qđ hoc ipsum est dicendũ de charactere baptismi, quẽ non accipit absolutè dissentiens, imò requiritur consensus saltem conditionalis in eo qui potest consentire, licet non in eo qui non põt consentire, quales sunt infantuli, & omnino à sua natiuitate amentes, vt probatur in d.c. [maiores,] [f] quem non videtur satis intellexisse Decius. [g] Salua, &c.

f §. *itẽ quaritur.*

g in d. reg. velle non creditur. ff. de reg. iur.

SVMMARIVM.

1 *Ordinatus metu iusto characterem quidem suscipit sed non tenetur cõtinere, & n.* 2.
2 *Expressa sunt regulariter eiusdem valoris ac tacita immo frequenter maioris.*
2 *Ordinatus metu si contrahat uerum cõtrahit matrimonium, & hoc declarare potest nedum Papa sed & Episcopus. Declaratio validitatis matrimonij quid operetur quo ad forum exterius.*
4 *Subdiaconus matrimonium contrahens est excommunicatus.*
4 *Dispensare potest Papa vt diaconus persenoret in matrimonio contracto.*

CONSILIVM II.

QVidam Gaspar metu iusto cadente in constantem virum fuit ordine diaconatus ordinatus, deinde sine dispensatione vlla vxorem duxit, cũ qua viuendo liberos procreauit. Dubitatur, an tuta consciencia possit in dicto statu perseuerare.

b §. *itẽ quaritur, de ha*

1 Respondeo primò, quòd prædictus Gaspar verum characterem ordinis sub diaconatus suscepit: quoniam sacramenta imprimentia characterem indelebilem, quorum de numero est ordo, imprimunt illum in eo qui suscipit illa ẽt iusto metu adactus, iuxta cap. [maiores,] [h] & c. [vbi ista,] [i] iuncta glo. [k] & vbique communis opinio.

primum. k Et dicta res. 31. *d.* *i iuncta glo.* *l De iis quæ vbique communis opinio.*

Secundo, quod per prædictam ordinationem metu factam non fuit prædictus consulens obligatus voto solenni ad continentiam seruãdam. Tum quia votum metu factum est ipso iure nullũ & ad nihilum obligatum iuxta, cap. 1. per quod Pano. & communis id tenent in eo, & melius in c. [abbas.] cum gl. & [m] & alij alibi, quos nos citamus, & se cũ olim quimur in Manu. confess. [n]

nationem metu factam non fuit prædictus consulens obligatus voto solenni votum metu factum est ipso iure nullũ & ad nihilum obligatum iuxta, cap. 1. per quod Pano. & communis id tenent in eo, & melius in c. [abbas.] cum gl. & [m] & alij alibi, quos nos citamus, & se cũ olim quimur in Manu. confess. [n]

causa fra. m Ibid. n c.22.q.1. l o l. cũ quidam ff. de reg. iur. c. de testib. cum solemnitate c. significauit. eod. tit.

2 Tum quia non obstat, quod illud c. 1. loquitur de voto expresse emisso, & in casu proposito agitur de voto tacitè emisso: quia regulariter eiusdem valoris, & virtutis sunt expressa & tacita, imò frequenter maioris virtutis sunt expressa, quam tacita, iuxta l. [expressa,] [p] & gloss. solemnem, [q] & consequentes si votum expresse factum non obligat, minus obligabit tacite emissum. Tũ quia expresse affirmant Angelus a Clauasio, [r] & Dñicus Sotus, [s] qđ ordinatus ordine sacro iusto metu non obligatur voto continentiæ solemni.

p ff. de reg. iur. q in cle. 1. de voto. r in summa verbo votum. s sub 3. & 2. sent. d. 38. q. 1. art. 4. ad 3.

3 Tertio principaliter rndeo ex prædictis inferri primò, prędictum Gaspar rem nullam indigere absolutione, nec dispensatione quoad forũ conscientiæ, & ut cum animæ suæ salute possit corã Deo iustè conuiuere prædictæ vxori suæ: cum quo ad illud forum sit vere eius maritus, & sola veritas in eo sit seruanda. [t] Secundò, quòd tam Episcopus quam ipse Papa, vel alius per eius commissionem possit declarare prædictum matrimonium esse validum, & liberos ex eo susceptos esse legitimos, quoniam ad prædictam declarationem faciendam non est opus vlla extraordinaria potestate, cum declarare nõ sit aliquid de nouo addere. [u]

t Tertiò,

4 Tertiò, q declaratio prædicta nihil prodest quoad forum conscientiæ, sed quoad forum exterius multũ prodesse posset ad obturandũ ora eorũ qui in foro exteriori latrant contra prædictum matrimoniũ, vel cõtra liberos ex eo susceptos q nõ essent legitimi, cum palã sit ordine sacro insignitũ nó posse ducere vxorem, & si ducat, non valere matrimoniũ & incurrere excõicationem. [a] Quarto, q ẽt Papa posset, si dignare cum suis cõtur, dispensare, si & quatenus opus esset vt prædictus Gaspar perseueraret in prædicto matrimonio, per ea quæ nos latius afferimus in Manuali confess. [b] Quinto, q si non fiat própta declaratio, nec impetretur prędicta dispẽsatio, vtile esset examinare aliquos testes, & facere probationẽ ad perpetuã rei memoriem super metu & timore illato Gaspari, à patre suo, vt ordinem sacrũ subdiaconatus susciperet, iuxta casum cap. [Albericus.] [c]

a Cap. ante triennium, cum eor. 31. dist. & cle. 1. de consang.

b c. 22. nu. 47.

SVMMARIVM.

1 *Papa legem diuinam seruare tenetur.*
2 *Sacerdos ab effusione humani sanguinis abstinere debet.*
3 *Horas canonicas recitare tenetur sacris initiatus: & hoc ex iure humano post Euãgelium edito. nu.* 5.
3 *Princeps veniendo contra suam legem cur peccat.*
4 *Papa iusta de causa dispensare potest super omni iure humano inducto, & sic vt diaconus fiat miles S. Ioannis.*
5 *Irregularitas iure tantum humano inducta quo etiam delatio armorum clericis & bellare prohibitum nu.* 6.
6 *Diaconus religionem S. Ioannis profitendo non descendit, sed ascendit, dum fit verus religiosus.*
6 *Diaconus vt ducat vxorem dispensare potest Papa, prout etiam in multis dispensauit, nu.* 8. *qua ducta matrimonio consumato efficitur fori laicalis potest bellare, & sententiam sanguinis ferre, nu.* 6.
6 *Monachus vt ducat uxorem secũdum mgts communem contra D. Tho. dispensat Papa: qua ducta, & matrimonio cõsummato exemptus est à potestate Ecclesiastica, vt quilibet laicus, vnde potest bellare sententiam sanguinis dicere, &c.*

A *Singula quæ quandoque ad iustam dispensationem non sufficiunt, simul iuncta sufficere possunt & nu.* 8. 7
Dispensandi causa iusta quæ sit, cum iure non sit determinatum iudicis arbitrio relicta est. 7
Ordinis susceptio iusto metu facta valet quo ad characterem non quo ad continẽtia votum, nec alia voto annexa; vnde sine dispensatione potest vxorem ducere, bellare, horas omittere. 8
Votum iusto metu factum est nullum. 8
Metus iustus quis sit, ex circunstantijs loci, temporis persona iudicatur, quia qui vni non est alteri erit iustus. 8
Promissio metu non iusto facta, si fuerit causa principalis id faciendi, non obligat quo ad Deum. 9
Causam ob iustam retrocedens non retrocedit, 10
Clerici arma ferre, & bellare iure humano tantum Getantur. & nu. 18. 11
Repugnantia non est idem diuerso tempore diuersa operari. 12
Bellare, & occidere licuit olim sacerdotibus & Leuitis. 13
Intellectus dicti Pauli de Episcopo percussore, & quod contineat ius humanum ab Ecclesia receptum. 14
Prælatis subditos torquere & verberare licet. 15
Bigamia iuris tantum humani inuentum. 15
Clericis & Episcopis ad bellum iustum, & in eo milites ad fortiter pugnandum hortari licet. 16
Clericis sententiam iustam sanguinis ferre, & manibus proprijs iuste occidere, aque, & solo iure humano est prohibitũ. 17

B

C

CONSILIVM III.

D QVidam ex illustrissimo genere ortus, licèt militiæ ab infantia deditus esset & maiorum suorum desideraret sequi vestigia (qui contra Christiani nominis hostes sæpissime pugnantes varia trophæa reportarunt) 17. ætatis suæ anno ob reuerẽtiã & metum paternum, ad titulum certi beneficij, subdiaconatus & diaconatus ordines suscepit: postmodum sperans, quòd si sibi licitum esset iusta bella bellare, & in eis tanquè militum ductor manibus ẽt proprijs pugnare, Deo melius in

Universidad de Deusto
Biblioteca

eiusmodi exercitio, in qđ à natura erat valde propensus, quam in ecclesiastico munere, ꝙ coactè suscepit, deseruire posset, Sanctiss. supplicauit quatenus dignaretur cũ eo dispẽsare, vt retento beneficio non teneretur fieri presbyter, sed trãslatus ad religionẽ S. Ioãnis Hierosolymitani posset iusta bella, & tanq̃ ductor militũ ꝓprijs ẽt manib. bellare, & vt preces tanq̃ miles recitare valeat, ita vt ad horas canonicas nõ teneatur.

1 Quæritur à tenuitate nostra, an S. D.N. præfatæ petitioni iustè annuere, posſit? Et pro parte quidem negatiua facit primò, quod ẽt Pontifex Max. tenetur seruare legem naturalẽ, & Euangelicam. [a] At lex euangelica, [b] reprobat eũ, qui mittit manum ad aratrum, & respicit retro: & orator posuit manũ ad aratrum suscipiendo ordinem subdiaconatus, & diaconatus, quo fierent sacerdos, & nunc non vult procedere ad sacerdotiũ, sed retrogrediendo petit absolui in effectu à susceptis ordinibus: & consequenter annuere petitioni eius, esset approbare retrocessionem, quã reprobat Euangeliũ, quod Papa nõ debet facere.

2 Secundo, quod adscriptus militiæ Christi ad ministrãdum in sacerdotio, maxime debet à sanguinis humani effusione abstinere: nã & [c] prohibitus fuit Dauid ædificare templum, quia multũ sanguinem humanum effuderat, vt ait Gratianus, [d] & probatur in c. [miror:] & multis alijs. [e] Et prædictus orator petit facultatem pugnandi, & præliandi etiam manu propria, cui diaconatus, quo initiatus est, repugnat.

3 Tertiò, ꝙ sacris ordinibus initiatus & tutu ne- renetur ad preces canonicas horarias, iux. c.1. & ibi notata, [f] & is orator petit se ab eadẽ recitatione absolui, ergo &c.

Quarto, quod summus Pontifex licet nulla humana lege obligetur, ita quod factũ ab eo contra illã sit ipso iure nullũ, & inualidum, [g] peccat tñ contrauenies legi naturali [h] iubenti [patere legem, quam tulenes. de cõst. ris,] [h] Qua rõne dixit Imperator in k. 1 C. de ll. [digna vox, [k] dignam uocem esse maiestate regnantis, legibus alligatũ se principem profiteri. [& Isidorus, [k] dixit,] l. 1. 2. q. 96. Iustum esse Principem legibus obtemperare suis.] Et D. Th. receptus. [l] [Principem quidem solutũ esse legibus quo ad vim coactiuam, non autem quo ad directiuam, cui contrauenies peccat.

4 His tamen nõ obstantibus pars affirmatiua videtur verior. Primò quidem, quod apud omnes in confesso est Pontificem Maximum, eundemque summum Christi vicarium posse iusta de causa in ſte dispẽsare super omnibus lege humana inductis, [m] quia summus Princeps solutus est legibus humanis. [n] Et si præ fata oratoris petitio satis expendatur, per nihil peritur in ea, quod sit lege natura li, vel diuina prohibitum. Tria enim in summa videtur petere. Primũ, ꝙ translatus in ordinem militum Sancti Ioannis non teneatur fieri presbyter. Secũdum, ꝙ non obstantibus subdiaconatu, & diaconatu, quibus iam initiatus est, li ceat ei iusta bella bellare, & in ijs esse militum ductorem, & etiam manibus proprijs pugnare sine irregularitatis in cursione. Tertium, quod retento præfato beneficio non teneatur ad horas canonicas dicẽdas, sed tantum ad orationes militum S. Ioannis Hierosolymitani, quorum nullum iure naturali vel diuino est prohibitum. Non primũ: quia nulla lege diuina vel naturali præcipitur quis fieri presbyter, vel sacerdos.

5 Non etiam secũdum: quia solo iure humano prohibetur, quo solo est inducta irregularitas, licet aliquam originẽ habuerit à iure diuino veteris testamẽti. Sed Innoc. [o] & plerisque omnibus recẽtioribus pro tũ. Tertiũ item clarũ est esse inuentũ humanũ, cũ lõgè post Euangeliũ publicatũ sint inducte horę canonicę, seu pces canonicę horarię ī breuiarijs cõtentę, vt pala est. 6 Secũdo, ꝙ orator vult accẽdere, & nõ descẽdere: vult.n. fieri verè religiosus prædicti ordinis S. Ioan. in quo fiũt tria substãtialia vota, quod est ascendere. [p] vult .n. fieri de clerico sęculari religiosus.

Tertio, quod omniũ fere sententia habet, posse Papã iuste dispensare iusta de causa; vt constitutus in subdiaconatu & diaconatu ducat vxorem: immo & cõis contra S. Tho. & sequaces tenet posse idem facere cum monacho, vt latè deducit Felynus. [q] At longè maius est hoc facere, quã concedere præfata. Tũ quia qui cõcedit hoc, cõcedit illa, & aliquid aliud, dispẽsatus enim vt cõtrahat matrimoniũ, eo contracto & consummato (præsertim cum vidua) potest iusta bella gerere, milites ducere, sententiã sanguinis pro iurisdictione quam habuerit ferre: quod quotidie facere videmus alios duces sub Rege Catholico cohortes & exercitus ducentes tam in Italia, quàm in Hispania, & orbe nouo, & præterea habent vxorem, & liberos: & perinde est ab Ecclesiastica potestate exẽptus, ac quilibet alius laicus coniugatus iure ipso communi id statuente. [a] Tum quia dispensare, vt cõstitutus in sacris ducat vxorem, est dispensare in voto solemni, quod iure naturali, diuino, & humano ligat: dispensare autem ad hæc de quibus agitur, est dispensare contra legem tantum humanam, per suprædicta.

7 Quarto, quod causæ dispensandi ab oratore propositæ, saltem simul iunctæ faciunt vnam iustissimã causam dispensandi ad ea quæ petit: sunt enim hæ. Prima quidem, ꝙ prædictos ordines suscepit adhuc adolescẽs & ante legitimam ætetem in 17. anno. Secunda, quod non susceptos sponte voluntate absoluta, sed coacta metu inclusionis perpetuæ indicendæ sibi à patre, & metu reuerentiali tanti patris obnixe rogantis, & prospera promittentis, si id faceret; cõtraria vero tacitè minantis, si secus ageret. Tertia, ꝙ vult fieri religiosus ꝓfatæ religionis hac tempestate Christi populo valde vtilis, & necessariæ. Quarta, quòd neque ante, nec post illos susceptos habuit animum vtendi sacerdotio, neque vllo ordine sacro, & ita nunquam prædictis ordinibus susceptis eius est: Et nihil est inuita Minerua tentãdum. Quinta, quòd non sperat se digne Deo in sacerdotio obsequuturum. Sexta, ꝙ agnoscit se à Deo donatũ spiritu & viribus bellandi contra infideles; idq; experimẽto comperisse, & comperire, notissimũ est. Quas causas iustissimam causam ad concedendum petitam dispensationem cõstituere inde colligitur efficaciter, ꝙ arbitrio boni viri determinandum est, quæ sit in hoc iusta causa, cum iure speciatim non sit determinatum. [b] Et quili bet vir bonus, & prudens arbitrabitur prædictas causas constituere iustissimã causam ad prædicta concedenda: quoniam arbitrabitur eas sufficere etiam

ad concedendum, vt posset ducere vxorem, antequam prædictam religionem profiteretur: quod colligitur ex eo, qđ minoribus de causis S. Sedes Apostolica concessit multis in Italia & Hispania facultatem ducendi vxores post susceptum subdiaconatum, imò & aliquibus post susceptum diaconatũ, & nemo negare potest multo grauius esse dispẽsare quo ad hoc, quàm quo ad petita per oratorem, cum, vt prędictum est, hoc sit dispensare contra votum, & consequẽter contra ius naturale diuinũ, [c] dispensare autem quo ad petita sit dispensare contra iura humana per prædicta.

8 Quinto, ꝙ licet susceptio ordinis iusto metu valeat quo ad impressionẽ characteris, [d] non tñ valet quo ad votũ cõtinentiæ eis annexũ: quia votũ iusto metu factũ est nullum, [e] quæ cõis sentẽtia est Doctorũ, [f] quam nos quoq, affirmauimus in nostro Man. conf. & in specie nostro de ordinato per iustũ metum, quod nõ teneatur ad continentiam; determinat Angel. [h] & Sotus, [i] post Richar. [k] Et satis defendi posset, quod prædictus orator, attenta ætate, loco, tempore precibus, & minis tanti patris expressis, vel tacitis, iusto timore suscepit prędictos ordines. Tum quia metus carceris, metus iustus est, ſm omnes, [l] & prædictus orator metu inclusionis perpetuæ in monasterio, quæ nolenti esse monacho qui dam carcer est, suscepit prædictos ordines: Tũ quia vt minor metus est iustus respectu mulieris, quam viri, iuxta glo. sing. [m] ita eadem ratione minor erit iustus respectu pueri, vel adolescere incipientis, q̃ respectu viri perfecti, quod nos in d. Man. [n] efficaciter probamus. Et quidẽ si metus prædictæ inclusionis iudicaretur iustus, sine ulla dispensatione posset prædictus orator ducere vxorẽ, & à fortiori facere licitè prædicta, ad quæ facienda petit facultatem.

9 Sexto, ꝙ licet supponatur aliquod dubiũ super iustitia timoris, non tñ põt negari multũ per eũ iuuari causas prædictas, vt una cũ eo efficiant iustissimã causam dispensandi super petitis, si, & quatenus opus est: & adeo quidẽ, vt suspicer nõ defuturũ aliquẽ iurisperitũ, q̃ arbitretur oratorẽ intus hic qđ petit, maximè qđ licet metus minor iusto cõiter

a c. sunt qui dam. 25. q. 1. & 5. dist. in princ.
b Luc. 9.
c 2. Reg. c. 7
d De cõsec. dist. nc. 1. in princ.
e 50. dist. & multis cap. de homicid.
f De celebra tione miss.
g Arg. l. prin ceps ff. de ll.
h c. cum om nes. de cõst.
i C. de ll.
k in cap. iu stũ. 9. dist.
l. 1. 2. q. 96. art. 85.
m in c. 1. de big. li. 6.
n in c. cõsulenti. de sent. excommu.
o in c. cõsulenti. de sent. excommu.
p c. gesta
q Arg. l. 1. ff. de iur. de lr be. & c. de causst. de offic. deleg.
a in c. 1. de big. li. 6. & c. cõsulenti. de sent. excommu.
b Arg. l. 1. ff. de iur. de lr be. & c. de causst. de offic. deleg.
c C. nõ est.
d arg. cap. minoribus de causis S. Sedes Apostolica
e C. nõ est.
f in d. c. 1. Angel.
g in 4. di. 38. attenta ætate, loco, tempore precibus, & minis tanti patris expressis, vel taci- 52. & cap. 22. nu. 52.
h In verb. ordo 3. sub finem. nu. 25. & 26.
i In 4. dist. 25. q. 1. art. 2. et melius dist. 29. q. 1. art. 3.
k in cad. q. 2. art. 1.
l Arg. l. qui dicaretur iustus, sine ulla dispensatione in carcerẽ. ff. quod me tus cau.
m in c. cum locũ. de spõ.
n c. 22. nu. 51.

Universidad de Deusto
Biblioteca

non sufficiat ad annullanda, vel rescindenda facta per illum in foro exteriori, sufficit tñ ad annullanda, & rescindenda in foro interiori: adeo quidē, vt non obligetur quis ad præstandum in illo foro ea quæ facit, vel dicit ob talem metum, qui fuit causa principalis ad ea facienda, vel dicenda, quod senserunt Ho
a in c. verū de iureiur. stien. & Io. And.[a] & expressit Adria. [b] & Sotus, [c] & nos paulo latius tradimus in
b In 4. de restit. c. aggredior, ver si. ex quib. omnibus. prædicto nostro Man.[d] & Sylvester, [e] & ita cum prædictus orator quo ad forū conscientiæ etiā fine dispensatione excusari possit à prædictis obligationibus, iustè profecto Sāctissimus D.N. ob causas etiam longè leuiores posset facere oratori, quas petit, facultates.

10 Septimo facit, q̄ prædictus orator volens vti prædictis non malè retrocedit, sed bene vltra procedit. Tum quia religionem sanctissimam, & Christiano populo maximè necessariā, quæ ad longè plura, obligat, quam præfati ordines susceperit, in magnum decus eius vult p̄fiteri. Tum quia is dicitur malè retrocedere, qui viam benè cœptam deserit. At orator non benè, sed malè cœpit viā sacerdotij ambulare: quia non sponte, sed
e In verbo metus, §. si. metu, & ante legitimam ætatē susceipit prædictos ordines: & ita dato, q̄ rediret, non rediret à via benè cępta, sed malè incepta, in qua Dominus nō requirit
f Ca. in malis, 22. q. 4. perseuerantiam. [f] Tum quia qui retrocedit à benè cœpto iusta de causa, & ad maius obsequium Deo præstandū, non malè retrocedit contra mentem Domini euāgelicam, secundum quam etiam coniux à præstita fide solēni retrocedit
g Cap. dixit Dominus, 23. q. 7. ob suæ coniugis fornicationem, [g] & qui uis discedit iuste ab implemēto voti, vel iuramenti, per dispēsationem ob iustas causas obtentam. [h] Et prædictus orator
h C. magna de vot. & c. quemadmodū, de iureiuran. etiam si diceretur retrocedere, non retrocedit sine iusta causa, sed cum iustissima, vt prædictum est. Per quæ omnia concluditur prædictas causas non solū sufficere vt sanctiss. D. N. concedat prædicto oratori absolutionem, & dispensationē quam petit, sed ēt vt declaret illū nō teneri ad ea saltē in foro cōscientię.

11 Quod aūt clerici iure tantum humano prohibeantur ab armis proprijs manibus in bello iusto exercendis, constat primò, ex eo q̄ nō prohibentur iure naturali. Tum q̄ illud ius tantūm est naturale, quod est per se notum, aut in bona consequentia ex per se notis deducit, vt colligitur ex c. [ius naturale.] 1. dist. 8. adiunctis eis, quæ tradunt subtilissimus ex l. 3. q. 1. Scotus, [k] & alij, præsertim cōterranei naturales eius Maior, [l] & ante illos S. Thom. [m] At de non est per se notū, clericis prædicta nō licere, peccare que ea exercendo, neque k quod deducitur in bona consequentia ex ali. l In 3. quo p̄ se noto, ergo nō est ius naturale. dist. 37.

12 Tum quia non obstat argumentū, m In 2. quod audio ab aliquibus magnificari, a 37. c. sibi mutuo repugnātibus, [n] & quod vsus armorum corporalium, & vsus armorū spiritualiū, quæ sunt lachrymæ, & orationes, quibusq; sunt deputati clerici se ff. de reg. cundum D. Ambros. [o] videntur sibi re- iur. 6. pugnare. Non inquam hoc obstat. Tum quia maior propositio argumenti solū de o. in c. procedit de vsu facultatum contraria- rum eodem tempore, & respectu: nam nec. 33. q. 3. vnum & idem diuerso tēpore, & respectu potest contraria operari: eadem. n. aqua dum calet, calefacit: & dum friget, frigefacit: & idem Sol lutum condēsat, & idem rarefacit: & idem homo vt Papa absoluit spiritualiter vnum & eundē peccatis, & vt Rex corporaliter, & pœna sanguinis punit pro eisdem, & sic ex p̄dicta maiori ad summum solum potest inferri esse contra ius naturale, vt prædictus orator eodē tpe sed diuerso respectu pugnaret, & in altari ministraret, vel quod eodem respectu quo est diaconus cantaret in Missa Euangelium, & horta retur ad prælium, quod ipse non petit. Solùm enim petit quod liceant ei prædicta, quatenus, & eo respectu, quo est vir robustus & illustrissimo sanguine creatus: & ad bella propēsus, & idoneus tollendo ab eo impedimentū iuris humani, quo solo obligatur ad prædicta, quod repugnat, quemadmodū etiā pōt eodem tpe, sed diuerso respectu eadē p̄sona appellari iudex à quo, vt pars Capituli, & iudex ad, quē, vt Eps, P qui pōt vt canonicus sedere in vno loco in Ca- pitulo, & vt Eps in alio, iuxta glossam receptam, q& idem potest ab aliqua sen tentia appellare, & eandem approbare, confiteri, & negare eodē tpe, sed diuerso respectu. Tū q̄ ideo non obstat, quia aliud est habere facultates diuersas ad operandum cōtraria diuerso respectu, & tpe: aliud vti illis simul eodem respectu, & tpe, quorum prius non est vetitū iuræ naturæ, nec in naturalibus: cū regulariter quilibet habeat facultatē seruandi continētiam, & ducendi vxorē. a quamuis non possit simul eodem tpe vtrumq; seruare: & ita cui negat hoc, nō negatur illud. vnde certum est quod ipsemet Papa hēt facultatem bellandi, occidendi, & parcendi, pugnandi, & orādi, licet eodem tpe, & eodem respectu circa idem non possit simul vtrumq; facere. Et quilibet alius pōt vno tempore bellare, & pugnare, & altero trāquillus esse, & orare, & misereri, imò & diuerso respectu eodem temporis momē to feriendo hostem Christi eum orare; & orando eum eius hostem ferire, licet non tantum petat orator.

a C. itegritas. 31. q. 2.

13 Secundò idem probatur, q̄ si hoc iure naturali prohiberetur, nō licuisset vnquam sacerdotib. & Leuitis proprijs manibus pugnare, neque occidere iuste aliquem: quia ius naturale ab exordio mundi ligat. [b] At licuit olim nō solum infidelibus, sed etiam fidelibus Iudæis, sacerdoribus, & Leuitis pugnare. & occidere, etiam manibus proprijs: nam, [c] hortatu S. Moysis Leuitæ occiderunt 33000. fratrum suorum, & Phinees sacerdos occidit rem habentem cum Madianita, [d] & Samuel summus sacerdos suis manibus Agab Regem concidit. [e] & Matarhias sacerdos occidit hasta quendam idolis sacrificantem, [f] imò & Petrus Pont. Max. Ananiam, & Saphiram verbo suo peremit, [g] quamuis id aliqui aliter exponant. Ergo prædicta nō prohibētur iure naturali, sed humano tm.

b 5. dist. in princ.
c Exod. 32.
d Nu. 25.
e 1. Reg. 15.
f 1. Macha. 2.
g Act. 5.

14 Tertiò non prohibentur ēt iure diuino positiuo, quia in nullo veteris, vel noui testamenti loco inueniuntur prohibita, si quis enim esset maxime esset, aliquis ex citatis à Gratiano, [h] quorum nullus tñ concludit: nam si concludet: maximè esset illud Pauli, [i] in dist. 4. citatū. Tum quia primo intelligi pōt de percussore iniusto, & nō de iusto, de quo agimus, vt intelligit Gratianus, [k] cū allegato c. [cum beatus.] in cuius fi. ait licuisse Abbati Benedicto corrigere verbere, quē nō potuit corrigere verbis.

h 55. dist. in princ. et 23. q. 8. princ.
i Ad Timo. 3. & ad Tit. 1.
k In princ. prædicta di.

15 Tum quia non loquitur de omnibus clericis, sed solum de Episcopo, in quo maior ratio militat. Tū quia Prælatis Ecclesiæ licet etiam iure humano torquere & verberare publicè. [l] Tum deniq; q̄ ordinationes illæ Pauli non sunt diuinæ, sed humanæ ipsius ab Ecclesia receptæ, ibi enim ordinat, q̄ sit vnius vxoris vir, & ita nō bigamus: per quę verba tenetur bigamiam inductam fuisse, at secundum S. Thomam ab omnibus receptum, [m] non censetur illa iure diuino inducta, sed tñ humano. Sed neque locus ille [n] à Gratiano citatus, [Conuerte gladium tuum in vaginā,] id concludit: nam per illud non prohibuit iustam eductionem, sed iniustam, saltem secundum sensum literalem; sequitur enim ratio prohibendi: [Quia omnis qui gladium accipit, gladio peribit.] & ita exponit Augustinus. [o]

l c. vniuersi excom. c. 1.
m In quod ti. 4. ar. 13.
n Matt. 26.
o In d. q. 8.

16 Quartò, q̄ eodem iure, quo inducta est irregularitas, prohibita est & clericis delatio armorū, & pugna proprijs manibus exercenda à clericis in bello iusto secundum omnium mentem. At in confesso est, q̄ irregularitas non est inducta iure diuino secundum Innocentium. [p] Ergo ius humanum est illud, q̄ quo clericis iustum armorum exercitiū proprijs manibus vetatur.

p In ca. illo tit, 23. q. 4.

Quintò, q̄ licet clericis ēt Episcopis hortari milites ad bellandum, q & in ipso prælio ad fortiter pugnandum, [r] cū prædē, de nam [s] c. [quod in dubijs,] [t] quod contrarium significat, [u] intelligendū est de incitātibus in bello iniusto, vt glossa, & Innocētius communiter ibi recepti intelligunt. At si iure diuino prohiberentur clerici à bellando in iusto bello, nō licet ret eis hortari ad illud, nec interesse p̄liantibus, & incitare eos ad fortiter pugnandum. Ergo prohibitio prædicta iu re humano inducta est, eo q̄ decētius & conuenientius est ne pugnent etiam in bello iusto: & nō q̄ sit res de se mala, & iure naturali vel diuino prohibita. incitent.

q In c. nisi excom. c. 1.
r cū prædē, de homicid.
s c. quod in dubijs.
t quod contrarium significat.
u intelligendū est de incitātibus in bello iniusto, vt glossa, & Innocētius communiter ibi recepti intelligunt. At si iure diuino prohiberentur clerici à bellando in iusto bello, nō licet eis hortari ad illud, nec interesse p̄liantibus, & incitare eos ad fortiter pugnandum. Ergo prohibitio prædicta iu re humano inducta est, eo q̄ decētius & conuenientius est ne pugnent etiam in bello iusto: & nō q̄ sit res de se mala, & iure naturali vel diuino prohibita. incitent.

17 Sextò, q̄ tam prohibitum est clericis condemnare iuste nocētem sñia sanguinis, & patrocinari, testificari, facere acta, & alia quibus peruenitur ad sñiam sanguinis ēt iustam, ac occidere iustè, & præliari in bello iusto, vt colligitur ex c. prælatis, cap. [sententiam sanguinis.] & tanta irregularitas contrahitur ex hoc. At 6.

x Ne cler. vel mon. et de homi. li. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

illa nemo dixerit esse naturali vel diuino iure prohibita: ergo neque hoc.

18 Facit.q. Pontifices Max. siue Papę consueuerunt iubere occidi, comburi, vel mutilari aliquos maleficos, quos tñ nemo vnquã dixit incurrere irregularitatẽ, vel vllam aliã pœnã: & non alia ratione, q̃ quia hoc non est clericis vetitũ iure naturali, vel diuino, sed tm̃ humano, quo ipsi non ligantur, & pro re in-
a In 2.2.q. 40.art.2. dubia præsupponit hoc Caiet.[a] in illis verbis: [in primo casu clerici non peccant pugnando manu propria, quia lex positiua, qua clerici arcent, ne pugnent manu propria, venit ad casum, in quo si legislator adesset, dispensaret, &c.] Perquę in specie & expresse determinat pdictam prohibitionem esse iuris positiui, & circa eam posse legislatorem, qui nostro in casu Papa est, dispensare.

Septimò, quòd præceptum quintum
b Exod.20. de non occidendo,[b] solum iniustam occisionem prohibet, & tam pertinet ad laicos, quam ad clericos. Et quod multa sunt testimonia, quorum aliqua supra citata fuerunt, quibus probatur, sacerdotibus, Leuitis, & alijs ad sacra, & orationes deputatis licuisse iuste pugnare, & ad mortem condemnare, imò, & propriis manibus occidere.

Cum igitur probatum sit nec iure naturali, nec iure diuino noui Testamẽti, vel veteris esse prohibitam pfatam facultatem clericis, consequitur iure tantum humano eis esse prohibitam: cui rursus adeo cõsequens est Papam posse iuste & sancte dispensare super ea iusta de causa, qualis in nostro casu occurrit, quòd si absq; vlla causa dispensaret, valeret dispensatio, licet peccaret saltem venialiter, per ea quę scripsimus
c 12.q.2.§. 3.nu.8. in Comment.c. non liceat.[c] Salua, &c.

[Aduertendum ea quæ hic scribit Nauarrus nu.6. & 7. in fine non ita esse intelligenda vt Papa sine dispensatione concedat alicui vt iuri naturali diuino non subsit, sed determinando materiã de voto, quod iure naturali diuino obligat promissam in illo casu non esse cõgruam materiam voti, & sic non obligare, vt declarat S.Tho.2.2.q.8.art.10. ad 2. & q.89.art.9.ad 1.ad quem locum se remittit idem Nauarrus de pœnitẽ. dist.6.ca p.pen.sacerdos, num.132.

E

SVMMARIVM.

Metu conditionali ordinato character imprimitur. 1
Metu inualida conualescunt ratificatione etiam tacita, modo absit error, & adsit voluntas ratificandi, nu.8.& 9. 2
Metu cessante reclamet, qui se eo iuuare vult. 3
Accessorium sequitur suum principale, nisi sit diuersa ratio. 3
Ordinatio non omnis, nec characteris impressio matrimonium impedit. 4
F *Ordinis character infanti vnius diei baptizato imprimitur, & hoc quia non requirit actum suscipientis, nu.5.* 4
Metu facta ipso iure regulariter valent: fallit in matrimonio, & voto. 6
Metus ordinatus non tenetur continere, secundum communem, nu.9. 7
Ratificatio matrimonij nulliter ob errorem personæ contracti non sequitur, licet errans, cognito dicto errore personæ, consenserit talem personam habere in vxorem perseuerando in primo consensu, quem validum putabat. 8
Metu facta expressè tacitè ratificantur. 9
G *Metu gesta, eo cessante, quis sciens illa esse nulla exercet, ratificare videtur, alias non.* 9
Ratificatio non præsumitur ex illo facto, quod ob aliam causam, quàm ratificandi actum, nullum fieri potuit. 10
Ignorantia iuris obscuri, quale etiam præsumitur id, quod est de apicibus iuris, excusat, vt ignorantia facti. 11

CONSILIVM IV.

QVidã 17. annos natus metu iusto, & cadente in cõstantem virum a
H patre illato sacros subdiaconatus & diaconatus ordines suscepit: sed nunquam postea id vero animo ratificauit, licet longo tempore tacuerit, & non reclamauerit, putans se nõ posse id iustè facere; licet etiam per metum, & errorem prædictos nouies viuente patre, & semel post mortem eius epistolã in Ecclesia solemniter cantauerit.

Quæritur primò, an liceat ei ducere vxorem. Secundò, an saltem adsit iusta causa dispensandi, vt id facere possit.

Respon-

1 Respondeo, quòd pro parte negãte A facit primò, quòd metus conditionalis, qualis fuit supradictus, cum non fuerit vis absoluta, nõ impedit impressionem characteris ordinis, nec alterius sacramenti eum imprimentis,[a] & consequẽter D. consulens veros & indebiles characteres prædictorum ordinum suscepit, & vere coram Deo & hominibus est subdiaconus, & diaconus: & constat initiatis ijs ordinibus non licere vxorem ducere.[b]

a Cap.quod quidam, cũ multis alijs. 1.q.1. & c. vbi ista.74. dist. & ca. maiores. §. item quæritur. de bap. b Cap. ante trientium. cum multis alijs. 31.dist. c C. ad id. de sponsa. & c. de illis, 2. de despons. impub. & l. 1. C. quod metus cau.

2 Secundò, quòd gesta per metum, etiamsi ab initio sint inualida, & nulla, per ratificationem tamen subsequentẽ conualescunt,[c] quod procedit non solum in ratificatione expressa, sed etiam tacita, vt est casus in d.c. [ad id,] & ibi notat glossa recepta per omnes: & D. consulens per exercitium prædictum ordinis subdiaconatus etiam post mortem patris, per quam cessauit metus, vi detur ratificasse saltem tacitè prædictorum ordinum susceptionem: ergo eorum vinculis tenetur.

3 Tertiò, q̃ qui vult se liberare ratione metus ab aliquo vinculo, debet illo cessante statim reclamare, iuxta illud
d Dist. ca. ad id. dist ichon celebratũ à prædicta glossa.[d]

Effuge cum poteris, ne consensisse puteris:
Nam si persteteris, illius vxor eris.

At D. consulens diu etiam postquam cessauit metus, desiuit reclamare: ergo non potest nunc id facere.

Quartò, q̃ accessorium sequitur naturam sui principalis.[e] At obseruantia castitatis est annexa ordini sacro, vt supra dictum est: ergo sequitur naturam eius. At ordo sacer est indelebilis, & nõ obstante metu nascitur, & cõseruatur, vt etiam prædictum est: ergo etiam obseruantia castitatis erit indelebilis.

e C.accessorium. de regul.iur.lib. 6. cũ ẽcordatijs ibi à glo. citatis.

4 Pro parte autem affirmante, quę videtur tenenda, facit primò, q̃ non omnis ordinatio, & characteris sacri ordinis impressio facit quem inhabilem ad matrimoniũ: nam ẽt infanti vnius diei, modo sit baptizatus, imprimitur character cuiuslibet ordinis sacri, vt dixit Guielmus de Monte Lauduno[f] cõmuniter receptus ibi à Cardinali & alijs, & a Bonifacio, licet ipse ꝑ subdubitauerit:

f In cle. 1. de ætate & qualitate. g In cle. generalem.

cuius conclusionis pulchram rationem tradit S. Thomas cõiter receptus.[h] At ordinatus antequã vsum rationis assequatur, non obligatur ad seruandam continentiã: quia continentia est voti; *tic.1.* & non præcepti,[i] & tradit Innocẽtius[j] communiter receptus,[k] & S. Thomas,[l] quem sequuntur alij, & Sotus ibidẽ.[m]

h In 4.lib. Sentẽ. dist. 25.q.2. ar. 1. i C.integri. tas.32.q.1. k In c. vel [accessorium sequitur naturã sui principalis.] fallit, cum ratio diuersa diuersum in eo concludit, vt est casus in cap. [debitores.][n] quatenus ꝑbat promissionem de soluenda vsura nõ valere, iuramentum aũt sic, licet sit accessorium eius, propter diuersitatem rationis, q̃ ibi à Doctoribus redditur. At ratio, qua valet ordo sacer iusto metu acceptus quo ad characteris impressionẽ, nõ hẽt locum quo ad obligationẽ voti castitatis: ratio enim, quare ordinatio carẽtis vsu rõnis, & metu facta valeat quo ad characterem, est, vt eleganter de more ait D. Thomas[o] quia sacraméta imprimentia characterem non requirunt de necessitate sacramenti vllum actum ea sustentis. At obligatio ad cõtinendũ, & votum continentiæ, requirunt actũ, & consensum ipsius qui est obligãdus.[p]

pos, de temporis ord. l In 4.dist. 25.q.3. m Quæstio 1.art.2.con clus.3. n De iure iuran. o In d.q.2. art.1. p Iuxta d. c.integritas. q In ca.ab bas. de ijs

6 Tertiò facit, quòd licet regulariter *quæ vi.* omnia metu facta ipso iure valeant, vt *r In l.de vi.* resoluit glossa solemnis[q] fere ab oĩbus iurisc̃onsultis recepta, excepto Fortunio *fine iuris tl* & bene fortunato ingenio viro:[r] fallit *lattone 21.* in matrimonio, & voto secundum *f Per c.ve.* eandem glossam ab omnibus fere rece- *tiens. & c.* ptam,[s] & ideo merito ordinatio metu *cũ locũ, de* facta valet quo ad characterem, quia *sponsa. & c.* nullo iure declaratur nulla: nõ autem *1.de ijs quę* valet quo ad votum castitatis, cuius me- *vi metusve* tu emissi nullitas iure declaratur. *causa.*

7 Quartò, quòd hanc partem tenent plerique omnes tam Theologi, q̃ Iurisconsulti, qui hanc quæstionem mouerũt; in quibus sunt glossa[t] Cardinalis[u] Angelus[x] & Sotus[y] Rosella,[z] nos quoq; idem tenuimus in Man. confess.[a]

t In ca. ꝓbi sta.74. dist. u In d.§. ultẽ quæritur. x In summa verb. ordo.

8 Quintò, q̃ ad hoc, vt ratificatio actus, q̃ est nullus ipso iure, teneat, non sufficit qđ vsus fuerit eo, vel exercuerit illum is, qui putat per errorem se ad id obligatum, nisi etiam nouerit illũ esse nullum, & nõ obligari per eum, ita qđ exerceat illum, vt tribuens illi nonum valorem

y In 4.dist. 25.q.1.art. 2.conclu.3. z In sũma verb. ordo. a Cap. 22. nu.51.

Universidad de Deusto
Biblioteca

valorem per suum nouum consensum.
a l. si per error. ff. de iurisd. omn. iudic. Tum quia qui errat non consentit.[a] Tum quia mulier quę nupsit alicui, qui intendebat contrahere cum eius sorore, & non cum illa, licet postea consensisset vir eius habere illam in vxorem, et durante consensu mulieris, non vt ratificare matrimonium perdurando in suo consensu, putas per errorem, quod ipse consensit in illam ab initio, & q matrimonium esset iam inde ab initio validum, vt eruditè, & subtiliter determinat Anton. à But. in quodam consilio, q est inter consilia Petri ab Ancharano,[b] quod ipsum affirmat idē Petrus ab Ancharano.[c] Tum quia qui fecit professionem nullam, & perseuerauit in illa et vltra annum, putans illam valere, & per eam obligari ad perseuerandum, non censetur ratificare illam, vt pulchre determinat Caietanus,[d] & cōsequenter qui metu iusto ordinatur ordine sacro, putans ordinationem illam ita validam, vt eius vinculis teneretur, & perinde ac si sponte fuisset ordinatus exercet illam, non censetur suam ordinationem ratificare. Per quæ omnia videtur tenenda pars hæc affirmatiua.

b Cōs. 229. *c In cōs. seq. 230.* *d In 2.2.q. 189. art. 5.*

Non obstant opposita. Quorū prius diluitur concedendo, qđ per ordinationem iusto metu factam imprimitur character indelebilis: negādo tamen, q sola characteris impressio sine ordinati consensu sufficiat ad ligandum eum ad continentiam perpetuam.

9 Ad secundum respondetur concedendo, q regulariter, metum passus potest ratificare actum per metum gestū expresse, & tacitè: & quod exercendo illum postquam metus cessauerit, videtur ratificare, si sciat illum esse nullum, & exercet eum animo roborandi, & faciendi de inualido validum, non tamen si ignorat esse inualidum, & exercet eū putans per errorem esse validum, vt in casu proposito cōtingit; in quo dicitur quod D. consulens cantauit epistolam post mortem patris, qui vim intulit, putans per errorem, q per ordinationem meticulosam erat obligatus ad ordinum obseruantiam, & non patebat ei remedium discedendi ab illa per adducta in quinto argumento pro parte affirmante formato, & per id quod eleganter ait Bartolus,[e] q non videtur ratificare actū metu factum quoties aliā quod metum causa, quām ratificādi actum, occurrit causa, &c.

e In l. 2. C.

10 Vnde licet soluens sponte, q metu simpliciter promisit, videatur metū purgare, si sciens soluit, non tamen si promisit, & iurauit soluere: quia videtur potius soluere, vt vitet periurium, quām vt ratificet promissionem, & purget metum: & consequenter cum d. consulēs potuerit exercere actū subdiaconatus duplici de causa, altera, vt satisfaceret ordinationi, quam putabat esse validā, altera, vt ratificaret actum metu gestū, censendus est exercuisse illum, vt satisfaceret ordinis obseruantiæ, & non ratificaret ordinationem meticulosam.

11 Neque obstat replicatio, quod error, & ignorantia iuris non excusat, & quod error & ignorantia consulentis tua, fuerunt iuris, & non facti. Non inquam obstat ista replicatio: quia illa procedit in errore & ignorantia iuris clari, non tamen in errore & ignorantia iuris obscuri: quia illa excusat vt ignorantia facti, iuxta glossam solemnem, q quę multa iura in his citat, & est recepta p Dominicum, & per Felynum & citatos ab eo,[h] & est textus memorabilis in cap. [dilectus.][i] vbi Panormitanus communiter receptus illud ad hoc cōmendauit. & ius, quod habet, posse quē iustè recedere ab obseruatione ordinū sacrorum metu conditionali recepto-rum, & ducere vxorem, est obscurum, & dubium. Tum quod glossa[k] de hoc dubitauit, & Panormitanus[l] tenet contrarium, imò, & communiter teneri illud asserit, quamuis in vtroque dicto erret. Tum quod etiam hodie D. consulens, licet Doctorum granium auctoritatem pro se habeat, non tamen audet ducere vxorē inconsulta sede Apostolica. Tum quod ius tractans de apicibus iuris censetur obscurum, secundum Baldum:[m] & constat hanc quęstionem esse in iure subtilissimam, vt cuique docto est palam.

f C. 22. nu. 51. *g Ibi.* *h In l. C.* *i In d. c.* *k In d. c.* *l In d. c.* *m In l.*

Ad tertium respondetur, assumptum in eo esse verum, quando metum passus nouit actum, quem metu gessit, esse omnino nullum. At in casu proposito consulēs ignorabat ordinationem suam esse inualidam, imò verò erat valida, quo ad

ad characteris impressionem, licet fuisset inualida quo ad inducendā obligationem seruandi eam, & vincula ei annexa, vt supra dictum est.

12 Ad quartum respōdetur, illam regulam, [accessorium,] fallere, quando non est eadem ratio de accessorio, & principali, vt dictum est in secundo argumēto pro parte affirmante formato.

AD POSTERIOREM quęstionē respōdetur, q ex adductis supra in rōsione ad priorem, infertur pars eius affirmās, scilicet q præfatus metus cum bonis, q ex matrimonio consequerentur, est iusta causa dispensandi. Tum quod per eadem põt declarari (quod est maius) consulentem non teneri ad continentiam. Tum quia nos alias respondimus metum grandem reuerentialē sufficere ad illud, vt scripsimus in Man. confes.[a] Salua quæ iustior fuerit sententia.

a C. 22. nu. 51.

SVMMARIVM.

1 *Metu iusto ordinatus aut intendebat ordines non accipere, & non recipit characterem, aut abfuit hæc intentionis contradictio, & recipit characterem, sed non obligatur ad continentiam, nu. 2. Idem est in foro conscientiæ, si metus non fuit quidem iustus, sed talis sine quo ordines non recepisset, nu. 4. Vnde & matrimonium potest contrahere, nu. 1.*

3 *Metu iusto facta, aut sunt nulla, aut annullanda.*

3 *Causa iusta super voto continentiæ dispensandi adest, vbi quis iusto metu est ad ordines sacros promotus.*

CONSILIVM V.

N. XVI. Aetatis suæ annum vix agens post Concil. Trid. iusto metu, & cadente in constantem virum sacris subdiaconatus, & diaconatus ordinibus fuit insignitus, & ante cuiusq; ordinis assumptionem, ptātus se malle mortem oppetere, q̄ ducere vitam Ecclesiasticam, & quod vi & metu patieba tur ordinari: semelq; postea durāte eodem metu, citra tū approbationem ordinationis, solemniter euangelium cātauit. Quęritur an possit sine dispensatione vxorem ducere, vel saltem adsit

A iusta causa secum, vt id facere possit, dispensandi?

1 Ad hanc quæstionem breuiter rūdeo affirmatiuè. Primò quidem, q prædictus N. nullatenus videtur ordinatus: quia sicut ad substantiam & sententiam sacramenti requiritur intentio ministri illud conficientis, iuxta S. Thomam receptum;[b] ita requiritur intentio suscipientis illud ad hunc saltem sensum, vt abfit intentio nō suscipiendi illud iuxta eundem vbi supra[c] vbi hoc late tra-dit Caietanus. & probatur in cap. [ma-iores.][d] At in casu proposito D. consulens videtur non solum nō habuisse intentionem suscipiendi ordinem, sed cōtrariam non suscipiendi: ergo verè & essentialiter non suscepit illum, & ita ēt sine dispēsatione poterit vxorē ducere.

b Par. 3. q. 64. art. 8. *c q. 67. art. 8.* *d c. [maiores.]*

2 Secundò, q licet ordinatio tenuisset quo ad characteris impressionē, eo q̄ sufficiat quo ad id cōsensus metu extortus: per d. c. [maiores.][e] non tñ tenet ligationem ad continendum ordini sacro annexam: quia votum iusto metu factum, est ipso iure nullum,[f] quæ cō-munis est sententia Doctorum[g] quam affirmamus in nostro Manu.[h] & in specie de ordinato per iustum metum, qđ non teneatur ad continentiā, determinat Angelus[i] & Sotus.[k] & ita prædictus N. licet consensisset suæ ordinatio-ni, quia tamen iusto metu id fecit, vt in casu proponitur, non remansit obligatus voto solemni ad continendum, & multo minus si nullatenus consensit: sed solū metu iusto finxit se cōsentire.

e In 4. dist. 38. nu. 52. *f C. 12. nu. 1.* *g Ibi, & in 4. li. Sentē.* *h C. 12. nu. 1.* *i verb. ordo. k In 4. dist. 25. q. 1. art. 2. conclu. 9. vers. hinc*

3 Tertiò, q licet alicui videretur, qđ aliqua obligatio ad continendum adfit, præsupposito quod saltem iusto metu consensit ordinationi, & exercuit illam: iusta tamen causa dispensandi in eo, qđ metu facta aut ipso iure sunt nulla, aut certe rescindenda, cap. [abbas.] cum glossa solemni & communi omnium doctrina[l] quam ad propositum allegamus in d. Manua.[m]

aūt, & dist. 29. q. 1. art. 3. concl. 11. & de iust. & iu. lib. 7. q. 2. art. 1. *l De ijs quę vi.* *m Præl. 6. nu. 4.*

4 Quartò, q omnia præsertim spiritualia facta metu, etiam non iusto, modo sit talis, quod si nō interc̄ssisset, ille actus non fuisset factus, nullā inducunt obligationem in foro conscientiæ, qđ aliqui Doctores, & ex-

n In c. Verū de iureiur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

[a] *In 4. de rest. c. aggredior. ver. ex quibus omnibus.*
[b] *lib. 4. q. 7. de iust. & iur.*
[c] *verb. metus. §. fin. d C. 22. nu. 51. & c. 17 n. 5. & 30.*

& expressit Adrianus[a] & Sotus[b] Syluester[c] & latius nos dicimus in d. Manu.[d] per quæ omnia Sanctissimus D.N. potest declarare prædictum D. consulentem non ligari voto continentiæ, quia iusto metu coactus suscepit ordines: vel si, & quatenus opus est, dispensare ad prædicta quo ad forum exterius, eo q̃ nullatenus obligatur quo ad interius, eo q̃ metu tali accepit prædictos ordines, quos nullatenus illo non interueniente accepisset vnquam.

[d] *Manu. in c. 1. de his quæ vi.*

SVMMARIVM.

1 *Professio ab initio nulla, non conualescit solo tractu temporis.*
2 *Impedito iustè iuris impedimento non currit tempus, restituitur autem impeditus impedimento facti.*
2 *Professio, quæ ob metũ est nulla, per actus professorum, vel assumptionem ordinũ, durante metus causa, non validatur.*

CONSILIVM VI.

ANte Concilium Tridentinum N. per vim & metum patris & fratrũ, qui illum occidere minati sunt, religionem ingressus, eadem vi & metu durantibus, expleto probationis anno in manibus sui prælati professionẽ emisit, & in eadem per tres annos persistendo ordines sacros & gradum baccalaureatus suscepit. Post Concilium verò reclamare volẽs tribulationibus oppressus nõ potuit, a quibus tandẽ liberatus reclamare intẽdit. Quæritur an id facere possit, & an per susceptionẽ ordinis præsumatur cõsensisse suæ inualidæ professioni.

[e] *Ca. nõ fit maturè de regul. in. li. 6. et l. quod ab initio. ff. eo. f C. 1. cum eis adnot. de ijs quæ vi. g l. 1. C. de ann. except. h l. & Attianus. ff. de seruit. rustic. prad.*

1 Respondeo primo, q̃ votum, quod ab initio ob metum aliquem est nullũ, siue inualidum, solo tractu temporis verè non reconualescit corã Deo, nec præsumptiue corã hominibus,[e] neq; concurrẽte gestatione habitus, & permansione in monasterio durãte illo metu.[f]
2 Secundo, q̃ si post cessationem metus fuit iustè impeditus à reclamando, poterit cessante impedimento reclamare, si fuit impedimentum iuris: quia taliter impedito non currit tempus,[g] neque præscriptio: & si erat impedimentũ facti, debet audiri per restitutionẽ,[h] vt tradit Panormitanus. 1 Tertio, quod per susceptionem ordinum durãte cautã iusti metus non præsumitur satis ratificare professionẽ. Tum quia hoc nullo iure speciali cauetur. Tũ quia à sepa ratis non fit illatio.[k] Tum quia, si quod magis videtur ineſſe nõ ineſt, nec quod de minus videtur ineſſe inerit,[l] & nec per gestationem habitus professorum, nec in præstationem suffragij in Capitulo, nec faciendo alia, quæ solis professis competunt, professio valida fieri præsumitur,[m] & tamen maior ratio suadet, vt per talia præsumeretur profiteri, quam per susceptionem ordinis, quæ est res magis separata à professione: ergo per susceptionem ordinis non præsumetur consensus ad professionem. Quarto, quòd eisdem rationibus videtur idem dicendum de susceptione ordinum facta post cessationem metus, durantibus tamen impedimentis iuris, vel facti ad agendũ, vt hoc perpendenti facile patet. Quinto, quòd hæc videtur consequi, consulentem peccasse suscipiendo ordines sacros, & malè ordinatum fuisse: quia scienter absque beneficio, & iusto patrimonio, & etiam absque iusto titulo religionis eos suscepit,[n] cum enim crederet se non esse verè religiosum, contra conscientiam suscepit illos ordines ad titulum religionis. Salua, &c.

[i] *In cap. ex parte. de iust. nu. 13.*
[k] *l. papa. C. de ratis.*
[l] *l. Aristo. ff. de statu hom.*
[m] *l. in c. bonæ. C. de elect. l. de electione, ver. d. §. cæterũ, de elect. li. 6 e ff. de eo, quod metus causa.*
[n] *Concil. Epaon. c. 1. de his quæ vi. o C. cum loco. de his quæ vi. p ff. de his quæ vi. q C. cum olim. de his quæ vi. r C. cum ex. de his quæ vi. s C. cum ex. de his quæ vi. t C. cum ex. de his quæ vi. u C. cum ex. de his quæ vi. x C. cum ex. de his quæ vi. y C. cum ex. de his quæ vi. z C. cum ex. de his quæ vi. aa C. cum ex. de his quæ vi. bb C. cum ex. de his quæ vi. cc C. cum ex. de his quæ vi. dd C. cum ex. de his quæ vi. ee C. cum ex. de his quæ vi. ff C. cum ex. de his quæ vi. gg C. cum ex. de his quæ vi. hh C. cum ex. de his quæ vi. ii C. cum ex. de his quæ vi. kk C. cum ex. de his quæ vi. ll C. cum ex. de his quæ vi. mm C. cum ex. de his quæ vi. nn C. cum ex. de his quæ vi.*

SVMMARIVM.

Metus iustus coram Deo vitiat professionem etiam si culpa sua metum passus in illum inciderit.

CONSILIVM VII.

PRo resolutione quæstionum rogatarum, Respondeo primo, quod consulens iustè potuit ingredi monasteriũ, non obstante quod duxisset vxorẽ, quia nondum cum illa rem habuit.[o]
1 Secundo, quod ingerit se illud dubium, an valeat actus alicuius factus iusto metu, in quem sua culpa incidit, de quo in l. [si mulier.][p] quod libenter tractassem, si per ægritudinem licuisset: sed quia id non licet, remitto me ad ea quæ q̃ C. scripsi in Manu. confess. q vnde hauriri possunt huc pertinentia, scilicet quòd præfata

præfata professio quo ad forũ conscientiæ non valuit, ex quo videntur pendere omnia quæ quæruntur.

SVMMARIVM.

Professio liberata à carcere perpetuo, modo fiat monacha, valet, nume. 2. & 3. in fin.
Professio, & matrimonium metu facta sunt ipso iure nulla, si metus sit iniustè illatus, nu. 2. 3.
Metus iustè illatus nec actionem parit, nec ad actum annullandum sufficit.
Promissio metu iustè illato facta non rescinditur.
Regulans ob delictum ad artiorem regulam profitendam cogi potest, & tenet professio.
Matrimonium contractum ab eo, cui pœna mortis ea lege remissa est, vt contrahat, tenet.

CONSILIVM VIII.

VTrum professio mulieris damnatæ ad carcerem perpetuum, quæ liberatur à Papa, ea conditione, modo fiat monacha, valeat.
1 Subtilis est, ac verè Christiana dubitatio hæc, pro cuius parte negante vrget, q̃ professio metu facta est ipso iure nulla,[a] sicut & matrimonium carnale est ipso iure nullum, si metu contrahatur,[b] matrimonium enim carnale, & spirituale in hoc æquiparantur, iuxta glossam singularem[c] metuebãt, pro qua facit cap. [vbi periculum.][d]
2 Quo tñ non obstante; contrarium est tenendum. Tum quia metus, qui iustè infertur alicui, non parit actionem, nec sufficit ad annihilandum, vel rescindendum actum, iuxta l. [si mulier.][e] quæ habet promissionẽ, vel dationem alicuius rei factã patrono à liberta, ne propter ingratitudinem à se admissam in pristinam seruitutem reducatur, nõ debere rescindi, eo quod sit facta metu perdendi libertatem: quia iustè infertur metus ille à patrono. Ex quo Bartolus, & alij colligunt, quod promissio facta metu iustè illato non rescinditur.
3 Tũ quia monachus, vel canonicus regularis propter simoniam, vel aliud delictum, potest cogi, vt ad strictiorem regulam transeat,[f] attamen certum est eum debere nouam professionem facere in regula strictiori: & ita professio per iustam coactionem valet. Tum quia interdum Princeps indulget pœnã mortis iuste damnato, ea lege, vt ducat in vxorem aliquam piam pauperem, quã si ducat, valet matrimoniũ: quia ratio, quare vota metu mortis in ægritudine, vel naufragio emissa valẽt, est quod metus ille mortis non infertur iniustè, sed casu, fortuna, vel potius prouidentia diuina.[g] Tum quia frequenter dispensat Papa cum homicida voluntario, vt celebret in altaris ministerio, ea cõditione, vt religionem aliquam approbatam profiteatur, qui eam non profiteretur, si absolutè cum eo dispensaretur. Cum igitur prædictæ mulieri nulla vis, neq; vllus metus iniustè intentetur, imò fiat ei gratia liberationis à grauissimo malo, si voluerit vitam religiosam eligere, merito eius professio debet satis libera censeri, quo dicatur valere. Salua, &c.

[a] *C. 1. de ijs quæ vi.*
[b] *C. cum loco. cum. & ca. ad id. de sponsa.*
[c] *In c. bonæ. 1. de electione, ver. d. §. cæterũ, de elect. li. 6 e ff. de eo, quod metus causa.*
[d] *Ca. porrectum, & c. sicut de regul. vbi glo. recep. ibi to net.*
[e] *C. 1. de ijs quæ vi.*
[f] *C. de reg. de simon.*
[g] *Ca. porrectum, & c. sicut de regul. vbi glo. recep. ibi to net.*

SVMMARIVM.

Professio ante 16. vel nouitiatus annum emissa post sacrum Concil. Triden. non valet.
Professio & omne votum metu facta sunt nulla in conscientia, licet metus sit minor iusto, modo sit tale sine quo nõ fuissent facta.
Metus ad hoc vt annullet votum in foro exteriori, requiritur quod cadat in constantem virum, professionem tamen annullat reuerentialis, in foro autem conscientiæ minor iusto omnis annullat votum, sine quo non vouisset.
Metu facta non ligant agentem saltem in foro conscientiæ.
Capitu. 15. de reg. sess. 25. Concil. Triden. etiam in religionibus militaribus obtinet.
Vniuersalis extendit generalem indefinitè prolatam ad multa.
Iura loquentia de aliquibus religiosis, vt talibus, ad alios extenduntur.
Religio San. Ioannis, & cæteræ militares sunt veræ religiones.

Pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

7 *Professum nõ facit emissio trium votorum substantialium religionis etiam in congregatione à Sede Apostolica approbata pro bono modo viuendi, nisi emittatur in approbata religione.*

8 *Professio nulla non censetur ratificata ab eo, qui eius nullitatem ignorat.*

9 *Habitus delatio post professionem expressam non inducit tacitam.*

9 *Tacita professio etsi præsumatur ex aliquibus actibus hoc tamen fallit, quando ullam præcessit expressa.*

10 *Nouitius actibus professorum se immiscens tunc censetur profiteri tacite, si prius expresè non sit professus.*

11 *Matrimonium contrahere potest, religiosus ante 16. ætatis, vel nouitiatus annum professus.*

11 *Professio in genere quæ inducebatur per professionẽ ante annũ nouitiatus emissam apud mendicantes, hodie post sacrũ Concilium cessat.*

11 *Scandalum pusillorum, & non Pharisæorum cauendum.*

12 *Bona nemo sua tenetur relinquere ob scandalum Pharisæorum.*

CONSILIVM IX.

NObilis metu reuerentiali religionem S. Ioannis Hierosolymitani ingressus, minor quindecim annis, durante eodem metu, eã professus est, & multos annos in eadem perseuerauit, arbitratus huiusmodi professionem esse validam. Tandem cessauit metus, & aliqua de causa expulsus fuit à superioribus. Dubitatur an sit liber à præfata religione, & an possit ducere vxorem?

AD PRIOREM quæstionem, nẽpe an prædictus nobilis in conscientia sit liber a præfata religionis professione facta, vt in ea proponitur, respõdeo affirmatiue quod sic.

Primo quidem, quod nulla professio religionis, siue virorum, siue mulierum ante decimumsextum annum facta valet post Concilium Tridentinum dispo- *a In sess. 25. ca. 15. de regula.* nens hoc clarè,[a] & professio præfati nobilis fuit ab eo emissa, priusquã 15. annum attigerit.

Secundo, quod omnis professio religionis ante finẽ anni nouitiatus à suscepto habitu currẽtis facta, ẽ ipso iure nulla post præfatum Concilium, quod id *b Vbi sup.* clare[b] statuit: & professio præfati nobilis fuit facta statim habitu suscepto. *c Cap. 1. de ijs quæ vi.*

2 Tertiò, quod omnis professio religionis metu facta est ipso iure nulla,[c] si hic *d In c. de.* cut & omne votum metu factum est ipso iure nullum, iuxta glossam solemnẽ, *nu. 5.* & receptam[d] quam & aliàs nos quoq; *f Iuxta h.* citamus in Manu. Confes.[e] & quamuis *metũ. 1. &* quoad forum exterius regulariter oporteat metum esse iustum, & talem, qui etiam in constantem virum cadat,[f] tamen quo ad annullandam professionẽ *g Cap. pro* religionis, etiã quo ad forum exterius, sufficit metus etiam reuerentialis minor iusto timore, iuxta glossam singula- *h Cap. 22.* rem,[g] quam nos quoque in id citamus *nu. 30.* in dicto Man.[h] intelligendo tñ de tali metu minore, sine quo non fieret profes- *i In c. 17. nu.* sio, vt præ alijs nos declarauimus.[i] *29. & 30.*

3 Quarto, quod nullus actus metu factus ligat agentem quo ad forum con- *k In c. ve-* scientiæ ex mente Hostiensis, & Ioannis Andreæ,[k] & Adrianum,[l] quos etiã *l In 4. Ad.* nos sequimur in præfato Manual.[m] & *rest. c. 8.* confirmari posset per ea quæ diximus *gredior. Sot.* in prædicto c.[n] & hoc argumentum solum sufficit ad fundandam responsionẽ affirmatiuam, quam respondemus *m C. 17. nu.* pro libertate prædicti nobilis à ligami *29 & 30.* ne voti religionis, quia solum quæritur an sit liber ab eo quo ad forum conscié- *n In lib.* tiæ: quamuis tria argumenta præceden- *de iustit. q. 5. ar.* tia probent eius libertatem etiam quo ad forum exterius. *p Cap. fol.*

4 Non obstat primum, quod dicitur tenere aliquos, non esse locum præfato *ra. §. fin. de* cap. 15. in religionibus militaribus, eo quòd Sotus[o] asseruit religiones milita- *o In 1. no-* res non esse veras religiones. Tum quia illud cap. generaliter loquitur de quacunque religione virorum, & mulierum: & ita generaliter intelligendum est,[p] etiam si non militet tanta ratio in vna specie, quanta in alia,[q] & tra- dit Decius[r] quem ad hoc citamus in Comment. de regularibus.[s]

5 Tum quia prædictum c. 15. non solum generaliter loquitur de religione, sed etiam uniuersaliter de quacunque religione, & dictio vniuersalis extendit generalem ad multa, quæ non comprehederet generalis indefinitè pronuncia- ta, iuxta glossam singularem[t] & iuxta aliam

a In cap. vt aliam glossam solẽnem,[a] quatenus po- *circa, de ele* nit differentiam inter [lego marmor,] *ctio. lib. 6.* & [lego omne marmor:] & inter [lego lanam,] & [lego omnem lanam. [Tum quia eadem ratio idem ius suadet in oĩ- *b ff. ad legẽ* bus, iuxta l. [illud.[b]] & c. [dudum.] 2. *Aquil.* de electio. & iura loquentia de aliquibus religiosis, quatenus sunt religiosi, habent locum in omnibus alijs religio- *c Cap. 2. de* sis, quamuis nomina sint diuersa,[c] vbi *postulan.* Pan. receptus hoc pulchrè adnotauit.[d] *d In 1. no-* 6 Tum quia licet quidam tẽtauerint, *tab.* vt Sotus, dicere religiones militares non esse veras religiones, nemo tamen id affirmauit de religione sancti Ioannis, nã & ipse Sotus excludit eam, quo ad hoc ab alijs militaribus, quia in ea seruatur votum castitatis, cum professo res eius nullatenus queant contrahere matrimonium. Tum quia non est verũ, quod aliæ religiones militares, in quibus per dispensationem, vel formã pro fitendi contrahi potest matrimonium, non sint veræ religiones, vt nos efficaciter decem argumẽtis neruosissimis pro *e q. 1. moni* bamus in tract. de redit. eccle.[e] Per quę *to 55. per to* nostra scripta hinc Hispaniam missa- *tum, et q. 3.* Consilium regium liberauit quendam nobilissimi ordinis sancti Iacobi a mor- re, quæ iam imminebat ei ob contrariã Soti opinionem.

7 Tũ quia si religiones militares non sunt veræ religiones, nec consequenter hæc de qua loquimur S. Ioannis Hierosolymitani, clarum est prædictum D. cõsulentem, nec potuisse fieri religiosum per professionem illius etiam si effectus maior 16. annis, & post finem anni probationis illam fecisset, cum per nulla vota, ẽt tria substãtialia religionis, facta extra veram, & approbatam religionẽ, *f In clemẽ.* fiat verè professus, & religiosus iuxta *eos, Verbo re* gloss. notabilem, & receptam[f] ẽt si *ligione, de* modus viuendi, quem professus est, sit *regula.* approbatus à sancta sede Apostolica, pro bono modo viuẽdi, modo nõ sit approbatus pro religione, iuxta glossam *g Clemẽ. cũ* celebrem, & receptã.[g] Tum quia hæc ea *ex eo verbo,* dem ratione iudicandus est liber D. cõ- *tertio. de sẽ.* sulens a religione, secũdum illos qui di- *tent. excom.* cerent præfatum c. 15. ideo non habere locum in religionibus militaribus, q. nõ sunt veræ religiones, & qđ sua religio est militaris, quia impossibile est aliquẽ

A fieri verum religiosum per professionẽ religionis, quę non sit vera religio, & approbata pro tali a sede Apostolica secũdum prędictas glossas, & sententiam Panorm. & omnium receptissimam.[h] *h In rub. de*

8 Non obstat secundò, quod prędictus *regul. & in* D. consulens videtur approbasse præfatam suam professionem perstiterndo tã *ca. Ecclesiæ* to tempore in præfata religione: quia *S. Maria, de* huiusmodi professio nulla non ratificatur, nec fit valida ex eo, quòd profes- *consit.* sus maneat in religione, quã est professus: sed oportet, vt sciat illam esse nullam, & animo approbandi, & ratificandi eã B persistat, vt singulariter declarauit Caietanus,[i] quem piget non allegasse in Manual. Confess. hactenus edito,[k] vbi tamen citabitur Deo annuente in proxima editione.

i Sup. 2. 2. 189. art. 5.

k Cap. 12.

9 Nõ obstat tertio, quod D. cõsulens gestauit habitum indistinctũ ab habitu nouitiorum per annũ, & vltra, & quod per gestationem habitus indistincti annalem inducitur professio tacita, iuxta c. [ex parte[l]] & c. 1.[m] quæ in hoc etiam nos citamus in d. comm. de regularib.[n] non inquam hoc obstat: quia illud est verum, quando gestatio illa fit ante professionem expressam, non aũt qñ gestatur post illam expresse factam, vt gesta uit D. consulens, qui statim post habitũ susceptum emisit professionem expressam, is verò non potest dici tacitè professus. Tum quod nemo concedit, eos qui post professionem expresse factam gestant habitũ per annum, tacitè profiteri, & ita esse bis professos expresse, & tacitè, quod nemo vnquam dixit. Tum quod ratio quare per gestationem habitus annalem præsumitur tacitè fieri professio, est, quia gestãs habitum præsumitur habere animum profitẽdi in fine anni nouitiatus, quia iã expresse fecit eã, & gestat habitum tanquã professus, & non tanquam professurus. Tum quia si qui fecit vnum actũ expresse, frustra facit iterum illum expresse, quanto magis si faceret tacite? Vnde qui aliquid stipulatur semel, frustra iterum idem stipulatur,[o] ẽt si ex in- *l. qui bis* teruallo secunda vice stipuletur, vt cõ- *idem, ff. de verb. oblig.*

m In cap. 1. de reb. eccl. non alien.

n Sup. cap. statuimus,

munis

Universidad de Deusto
Biblioteca

munis ibi concludit: & qui semel legat aliquid, fruſtra iterũ idẽ legat, [a] & qui semel mandat aliquid, fruſtra iterum idem mandat, [b] faciunt ẽt alia, quæ Iason, & alij congerunt [c] ibidẽ. & ita qui dicit [appello, appello, appello.] ſemel tantum appellat, iuxta gloſſam [d] à Pan. & ab alijs receptam.

10 Nõ obſtat quarto, quod nouitius faciens actum ad profeſſum tantum pertinentem, videtur profiteri. [e] Tum quia illud eſt verum, quando prius non fecit profeſſionem expreſsè, per proximè ad obſtaculum tertiũ dicta, & D. conſulens ſtatim poſt habitum ſuſceptum profeſſionem emiſit, vt prædictum eſt. Tum quia illud eſt verum in eo, qui accipit habitum profeſſorum diſtinctũ ab habitu nouitiorum, qualis non erat in dicto monaſterio, vt declarat Pan. [f] & nos in d. Comm. de regularibus. § Tũ quod illud non procedit in eo qui neſcit per huiuſmodi exercitium actus profeſſionem induci, vt Innocentius receptus dicit. [h] At D. conſulens neſciebat illud, vt in facto proponitur. Tũ quod illud nõ eſt verum poſt præfatum Concilium Tridentinum, quod annihilat profeſſionem ante finem anni nouitiatus factã. [Circa hanc primam quæſtionem vide Conſ. 34. de reg.]

11 Ad Secvndam nempe an tuta conſcientia poſſit ducere vxorem, rñdeo q̃ ſic, niſi aliud canonicum impedimentum obſtet. Tum quia profeſſio facta eo modo, quo hæc, nullũ inducit effectum, neq; vllam obligationem, vt habet prædictum Conc. Triden. [i] adeo quod neq; profeſſum facit religioſum in genere, ideſt obligatum ad intrandũ aliquã religionem, ſicut ante præfatum Concilium obligabat. [k] Tum quia ſcandalum quod daretur aliquibus pro huiuſmodi coniugio non eſſet puſillorum ſcandalum, à quo [l] dicitur eſſe cauendum, ſed Phariſæorum, à quo [m] dicitur non eſſe cauendum, quia [cęci ſunt, & duces cœcorum,] vt ibidem dicitur, & eſt doctrina S. Thomę ab omnibus recepta. [n] Tum quia licet à principio quo ad aliquos eſſet ſcandalum puſillorũ, eo q̃ bona fide crederẽt prædictum D. conſulentem eſſe verum profeſſum aliqua ratione, quæ ſibi appareret bona, poteſt tamen facile fieri, vt deſinat eſſe ſcandalum puſillorum, & incipiat eſſe ſcandalum Phariſæorum, monendo illos falli, reddendo rationem veram, & iuſtam, qua ſua oſtendatur eſſe tantum apparens, & falſa: & qui poſt huiuſmodi rationem ſibi monſtratam noluerit ac quieſcere, ſcãdalum patietur Phariſæorum, non puſillorum, vt eleganter San. Tho. ab omnibus receptus definit, vbi ſupra art. pen. & vlt. concludens neminem teneri ad relinquenda bona ſpiritualia, neq; temporalia pp ſcandalum proximi, quod patitur, eo quod non acquieſcit rationi, & monitioni probabili ſibi redditæ: pro quo eſt illud venerabilis Bedæ: [Vtilius eſt ſcandalum naſci, quam quod veritas relinquatur.] cuius gloſſa, & Panor. & aliorum dicta in prædicta ſunt reſoluenda.

12 Ex quibus etiam colligitur verus intellectus, c. 2 [p] quatenus habet, prouitando ſcandalo relinquenda eſſe illa, quæ ſine peccato mortali relinqui poſſunt, intelligendum enim eſt de ſcãdalo puſillorum, & infirmorum, non aũt de ſcandalo Phariſæorum, & malignorum enim tenetur quis pati rapinã, furtum, & vſurpationem iniuſtam ſuorum bonorũ, eo q̃ raptor, fur, & vſurpator ſcandalizetur per repetitionem à ſe eo ram iudice competente petitam, & vſque ad ſententiam exercitam: quia id eſſet præbere occaſionẽ rapinis, furtis, & vſurpationibus, vt ex S. Gregorio allegato a S. Tho. [q] colligitur, & ex praxi totius Eccleſiæ Chriſtianæ, quæ ſanctè permittit dominos, & creditores ſua bona, & debita a ſuis detẽtoribus, & occupatorib. repetere, & ſic D. conſulẽs licet poſſet abſq; peccato vitam cœlibem ducere, non tñ tenetur id agere propter ſcandalum eorum, qui probabili ratione ſibi reddita in ſua pertinacia perſiſtunt. Salua quæ iuſtior fuerit ſententia.

[Circa tamen concluſionem poſitã, ſub nu. 4. contrarium cenſuit, ſacrã Cõgregatio, vt refertur videlicet anni nouitiatus omiſſionem non vitiare in dicta religione profeſſionem.]

SVMMARIVM.

Matrimonium conſenſum liberum requirit, & metu etiam reuerentiali ſit nullum.

a l. cũ quæſtio. §. fi. C. de leg.
b l. licet, §. ea obligatio, ff. de procurat. adnũcta gloſſ.
c In d. l. qui bis.
d In c. Latharius. 31. q. 2. & in c. ſua nobis, de appell.
e C. vidua de regulari bus.
f In d. cap. vidua.
g vbi ſup.
h In d. cap. vidua.
i In d. c. 15.
k Iuxta ca. non ſolum, de reg. li. 6.
l Matt. 18.
m Mat. 15.
n 2. 2. q. 43 ar. 2. penul. & vlt.

lum, nu. 4. ſi ſit nimius, num. 7. & cauſa ſine qua non. nu. 9.
2 *Papa defectum conſenſus iure naturæ requiſitũ ſupplere nequit.*
3 *Metus in fœmina minor, quam in viro, ſufficit: & quis ſit iuſtus, arbitratur in foro exterior iudex. & nu. 8.*
4 *Metus, qui profeſſionem annullat, annullat & matrimonium.*
4 *Curator vt pater honorari debet: vnde & metus ab ipſo illatus vitiat, vt illatus à patre nu. 3. & 4.*
6 *Metus verecundiæ proficiſcens ex ſola præſentia patris, matrimonium non annullat, nimiæ autem reuerentiæ, quæ fuit cauſa vt alias non conſenſura conſenſerit annullat. nu. 7. 9. & 10.*
10 *Metus, qui facit alios actus reſciſibiles, annullat matrimonium.*
10 *Reuerentia patris, cauſa conſenſus filiæ aliàs non conſenſuræ, ideo annullat matrimonium, et alios contractus reſcindit, quia tollit neceſſariam libertatem cõſentiendi. & nu. 11.*

CONSILIVM X.

QVædam puella diues ſub curatoris poteſtate conſtituta, mẽtu & reuerẽtia ipſius curatoris perſe & alios illa incutientis, ſpõſalia cum quodam iuuene, & ſucceſſiuè matrimonium contraxit, ſed antequam contraheret, lachrymans matri ſuæ dixit ſe coactè illa contrahere, & poſt contracta ſponſalia, antequam cõtraheret matrimonium, frequenter coram familiaribus ſuis idem repetijt, nimirum ſe nullatenus velle contrahere cum illo: imò & expreſsè proteſtata fuit coram notario & teſtibus, quod ſi contingeret illam dicere aliqua verba, quibus ſignificaret ſe conſentire, dicturam illa contra mentem & voluntatem ſuam ob metum & reuerentiam ſui curatoris, & aliorum eiuſdem curatoris amicorum. Quæritur an valeat matrimonium.

1 Reſpondeo primo, ſententiam quorundam virorum mihi oſtenſam proculdubio eſſe veriſſimam, ſcilicet matrimonium præfatum eſſe nullum. Tum quia matrimonium non põt conſiſtere ſine conſenſu, [a] & in facto quæſtionis proponitur præfatam D. puellam conſulentem nũnquã præfato matrimonio conſenſiſſe. Tum quia nõ omnis conſenſus ſufficit ad conficiendum matrimonium: ſed requiritur vt ſit liber, & nullatenus coactus, iuxta capitu. [cum locum] de ſponſalibus, & gloſſam ſolemnem ab omnibus receptam [b] & in facto narratur conſenſum illum qualem qualem, qui exterius fuit præſtitus, fuiſſe præſtitum per metum & violentiam.

2 Tum quia etiam Papa, ſua, quæ ſumma eſt, poteſtate abſoluta non poteſt ſupplere defectum conſenſus requiſiti iure naturali & diuino, ut tradit Panormitanus [c] & probatur, quia non poteſt ipſe iuri naturali & diuino derogare. [d]

3 Quibus addo primo, quod ad iudicandum matrimoniũ præfatum eſſe nullum in foro exteriori, non requiritur vt interueniat metus tam iuſtus, quàm requiritur in viris: quia minor ſufficit in fœmina, iuxta gloſſam memorabilẽ. [e] Addo ſecundo, quod nos altius quam vllus alius in Manu. confeſ. [f] reiecta definitione iuſti timoris communiter recepta, quo ad forum exterius diximus hoc arbitrio iudicis relinquendum eſſe iuxta gloſſam notabilem & cõmuniter receptam. § Tertio, quod ad arbitrandum in hoc caſu interueniſſe talem, facit multum, quod præfata D. conſulens eſt puella, & orphana ſub curatore conſtituta: & quod ipſe curator illum timorem incutiebat, & mediatores addebantur ad incutiendum illum, vt volens no lens conſentiret.

4 Addo quarto, quod ad idẽ facit multum gloſſa ſingularis [h] quatenus habet, ſolum metum reuerentialem, quem habet filia in patrem, ſufficere ad iudicandam profeſſionem religionis ab ea factam non valere: & cùm idem timor, qui ſufficit ad inualidandam profeſſionem religionis, ſufficiat ad inualidandum matrimonium, [i] cõſequens eſt ſufficturum in hoc caſu probare metum reuerentialem interueniſſe.

5 Quem arbitror facile probatũ iri, cum is, qui vrgebat eam ad præfatum matrimonium, eſſet, vt dictum eſt curator ipſius, quẽ tenebatur illa vt patrem reuereri, per ea quę poſt alios nos tradidimus

a Cap. ſuffi. 27. q. 2. et l. nuptias ff. de regu.
b c. cum dilectus. de iis quæ vi.
c In cap. 2. de elect.
d In d. c. cũ locum.
e In d. c. 22. nu. 50. & 51.
f In c. noti ficaſti. 33. q. 5.
g In d. c. vlt.
h c. præſẽs. 20. q. 3.
i arg. gloſſ. nota. recep. in cap. 2. de elect.

Universidad de Deusto
Biblioteca

didimus in præfato Manu.[a] Addo quin E to, quod ad idem faciunt alia quædam quæ in præfato c.[b] in hoc citauimus.

6 Hac de re bis consultus, bis idem respondi, nempe præfatam puellam non esse vxorem præfati adolescentis in foro conscientiæ, nec in exteriori, & iudicem eruditum, & rectum, coram quo causa hæc tractata fuerit, iudicaturum illam non esse censendam vxorem eius si omnia, quæ proponũtur in facto, probata fuerint, per ea quæ nos in altero responso iam citauimus.

Nunc tertio super eadem re interrogatus respondeo idem. Nec obstat, F quod quidam dicunt Prætorium istud celeberrimum, & eruditissimum, iuxta ac æquissimum Reuerendiss. Dominorum Rotæ iudicasse metum, & paternã reuerentiam non sufficere ad annullandum matrimonium⌣.

7 Tum quia id verum est de metu, & verecundia paternali, quam sola præsentia patris inducit, vt clarè probat textus,[c] & præter alios adnotauit Pano.[d] quod commendauit Felynus:[e] nos aũt loquimur de tali reuerentia paternali, quæ inducit metum, & quæ causa fuit vt consentiret filia, vel filius, aliàs non G consensura, vel consensurus: quandoquidem præsupponitur præfatam puellam noluisse contrahere cum præfato adolescente sponsalia, & cum lacrymis id dixisse matri suæ, & post contracta sponsalia antequam contraheret matrimoniũ frequẽter id dixisse ante familiares suos se nullatenus velle contrahere cum illo, immo & expresè protestatam fuisse coram notario, & testibus, quod si contingeret illam dicere aliqua verba, quibus significaret talem consensum, dictu ram ea contra mentem, & voluntatem suam propter metum, & reuerentiam H sui curatoris, & aliorum illius amicorũ, vel familiarium. Tum quia hoc significant verba legis primæ,[f] ibi: [& hoc causa cognita, si liquido appareat liber tum metu solo, vel nimia patroni reuerentia ita se subiecisse, vt vel pœnali qua dam stipulatione se subijceret.] Per q̃ significatur, quod non solum annullatur actus factus coram eo, cui debetur reuerentia, vt patri, vel patrono, eo tempore quo dat libertatem: sed etiam si fiat postea, dummodo causa cognita appareat, quod propter metum, vel nimiã reuerentiam consensit, ponderanda est enim illa disiunctiua, [metum, vel nimiam reuerentiam:] cum ad veritatẽ alternatiuæ altera pars sufficiat,[g] & in de subiungimus sequentia.

8 Primo quidem, quod cũ (vt nos cõ futata irrefragabiliter definitione iusti metus communiter recepta in Manual. Confess.[h] concludimus) arbitrio iudicis relinquendum sit, quis metus dicatur iustus, iuxta glossam memorabilem & communiter receptam[i] videtur nobis, salua iustiore sentẽtia, quod vir bonus, prudens, & doctus, coram quo omnia prædicta probata fuerint, debeat arbitrari præfatum matrimonium fuisse factum metu & reuerentia iustis ad annullandum matrimonium⌣.

9 Secundo, quod quicquid dicant alii, sufficit ad annullandum matrimonium sola nimia reuerentia paterna, ob quã contractum fuit ab ea quæ nõ erat aliàs cõtractura, per l. 1.[k] quatenus probat, id quod promisit libertus causa nimiandæ libertatis propter nimiam reuerentiam, esse rescindendum. Nõ obstat, quod textus habet, [propter metũ, vel nimiam reuerentiam:] quia nõ habet copulatiuè [propter metum, & nimiam reuerentiam,] sed [propter metum, vel nimiam reuerentiam,] alternatiuè: ad cuius veritatem sufficit alteram partẽ esse veram, vt supra dictum est. Nec obstat item, quod textus loquitur de promissione liberti propter nimiam reuerentiam patrono factam. Quoniam hic textus extenditur ad mulierem contrauentem matrimonium ob nimiam reuerentiam patris, & ad clericum renunciantem beneficium ob nimiam reuerentiam Episcopi, vt ait glossa.[l]

10 Nec obstat etiam, quod nõ ait pro remissionem liberti esse nullam, sed rescindendam, quia regulariter actus meticulosi, & ob reuerentiã facti, non sunt ipso iure nulli, sed actione quod metus causa rescindendi, iuxta glossam magnã & celebrem[m] receptam fere per oẽs, excepto Fortunio, & alijs paucis,[n] qui dixerunt ipsos ipso iure nullos. Nomin quã hoc obstat: quia omnis metus, qui facit cõtractus alios rescissione dignos,

facit matrimonium ipso iure nullum, A secundum sententiam receptam in dicta glossa, & vbique. Non obstat etiam, quod ait [causa cognita.] quia non omnis reuerentia rescindit actum, videlicet rescissione dignum facit, sed illa ob quam fit actus, qui alioqui non fieret. & ita hoc est probandum, per ea quę adducit Felynus.[a] Non enim, vt ibi nota biliter ait Panormitanus, omnis præsentia patris, quam constat aliquam reuerentiam inducere in filium, sufficit ad rescindendum, vel annullãdum actũ sed illa, ob quam fit, qui alioqui nullatenus fieret: quod ipsum ait etiam Felynus, licet nõ ita late[b] & alij alibi, quos ille citat vtrobique, & additio Bartholi[c] & probat optime, cap. 1.[d]

11 Tertiò probatur, quòd ratio tota quare metus, & reuerentia annullant actum matrimonij, & alios actus faciũt rescissibiles, est, quod tollunt consensum, videlicet libertatem consentiendi necessariam ad actus valorem, videlicet firmitatem: & omnis reuerentia, quæ operatur tantùm, quod illa non intercueniente non fieret actus, tollit consensum, videlicet efficit illum adeo coactũ & inefficacem, quod non valet, vel est C inualidandus: ergo sola illa si probetur sufficit ad rescindendum, videlicet annihilandum actum, arg. [l: abigere.[e]] & capitu. [meminimus.[f]] eorum quæ ibi adnotauit Panormitanus de lege extendente se, vel astringente eatenus, quatenus ratio eius se extendit, vel astringit.[g]

a in c. nonne, de præsumpt. n. 22

b in c. cum venet, nu. 11. de cõst. f. in dict. §. quæ autem de.

d §. porro. de despons. impub. li. 6.

e §. qui autem ff. de ritu. Patro.

f Et c. sug. gestum.

g De appel. lat.

De in integrum restitutione.

SVMMARIVM.

Impedito, cũ restituitur aduersus lapsum temporis, datur tempus à lege statutũ, alioquin illud solum in quo fuit impeditus.

Parochus ad sumendos ordines in fine anni impeditus restituitur non ad alterũ annum, vt appellans, sed ad tempus in quo fuit impeditus.

CONSILIVM I.

AN Commendatario Ecclesiæ regularis curatæ in quadrimestri vltimo anni, intra quẽ tenebatur promoueri, legitimè impedito, detur quoad vtrunque forum alius integer annus ad promouendum, cessante præfato impedimẽto, vel tantum complementum partis anni, in qua legitime impeditus fuit?

1 Respõdetur, quòd multa possent inducere ad suadendum, quòd detur annus integer legitimè impedito, ex his quæ habentur per omnes in cap. [ex ratione,[h]] & ex alijs locis per Doctores citatis in eis. Sed verius videtur dandum esse ipsi tantum temporis, quanto fuit impeditus,[i] & quia iura, quæ contra hoc possunt allegari, loquuntur, quando per legem statuitur, & determinatur tempus, ad quod quis restituendus est propter impedimentum, nos autem loquimur de restitutione impediti ad tempus non determinatum a lege, sed determinandum ab homine, quod videtur esse metiendum per tempus impedimenti, ratione cuius illud restituitur. Salua maturiore sententia, quam nunc non vacat latius discutere.

h De appellatis in eis. Sed verius videtur dandum lat. & in c. si electio. & in cap. si ex hoc possunt allegari, loquuntur, quando per legem statuitur, & determinatur lib. 6. tempus, ad quod quis restituendus est 1 Arg. c. 1. de restit. in quimur de restitutione impediti ad tempus non determinatum a lege, sed determinandum ab homine, quod videtur esse metiendum per tempus impedimenti, ratione cuius illud restituitur integr. cum ei adnota.

De arbitris.

SVMMARIVM.

Arbiter electus, vt iudicet in conscientia inter actorem & reum, debet probationibus illam fidem adhibere, quam adhibuisset iudex fori exterioris, vnde actori, etiam alioqui fide digno, non defert iuramentum, nisi pro illa parte, quam semiplene probauerit.

CONSILIVM I.

ITius dicit, se olim sexdecim circa annis præteritis mutuo dedisse Sępronio vigintiquinque aureos, nulla interuenie te scriptura, id quod tamen Socrates Sempronij affinis scire potuit. Sempronius negat se hanc pecuniam accepisse, ductus

Universidad de Deusto Biblioteca

ductus tameo quibusdam persuasionibus vna cum Titio, arbitrum sacerdotem constituunt ambo, qui in conscientia tantum iudicet (quicquid sit de foro exteriori) an Titius possit tuta conscientia hanc pecuniam petere, & Sempronius etiam in conscientia teneatur restituere. Arbiter Socratem medio iuramento ad instantiam Titij interrogat qui respōdit se optimè recordari olim nomine Sempronij in quadam necessitate constituti accessisse Titium in propriam Socratis domum, vbi Sēpronius erat, quo in loco postquam in quodam camerino infero multa verba inter se habuerunt, proprijs oculis vidit Titiū exbursare quandam pecunię summam, sed sibi incertam aureorum Sēpronio; cui Titio discedenti, & domum reuertenti dixit Sempronius: [Così vogliono esser, come Titio. gli amici: quando à bisogni sono aiutati.] cui Titius vrbanè respondit. Huic attestationi propriū iusiurandum addit Titius, quo iurat se olim mutuo dedisse prædictam summā prædicto Sempronio, & nunquam sibi restitutam fuisse. Nunc quærit arbiter, an ductus prędictis, & bona Titij fama, qui & nullius eget (est enim diues) debeat in conscientia Semproniū restringere ad solutionem.

1 Respondeo primo, quod quæstio hæc difficilis est: leges enim, & canones, vnde haurienda est eius decisio, valde torquent eorum interpretum ingenia, vt videre est in commen. l. [in bonæ fidei.[a]] Nam præter ea, quæ iura disponunt, oportet scire qualitates bonas, & malas Titij, & Sempronij, ad sciēdum, vtri eorum debeat iuramentum deferri. Secundo tantam difficultatē habet in foro conscientiæ, quantam in exteriori: quia tota difficultas consistit in arbitrando, an Titio, an verò Sempronio sit deferendum iuramentum. Tertio, secundum opinionem mihi veriorem, & receptiorem Bartholi, Panormitani, & aliorum multorum, iuramentū hoc casu non debet deferri Titio quoad omnes vigintiquinque aureos: quia Titius est actor, & Sempronius reus, & Titius non probat simpliciter quo ad vigintiquinque, & ad actorem nunquam est deferendum iuramentum in supplementum probationis, nisi post semiplenam probationem, quæ requirit vnum testem integrum, qualem non habet Titius quo ad vigintiquinq; licet habeat quo ad aliquos. Quarto, quod potest arbiter condemnare Sempronium ad soluendos illos, siue tot aureos, quos, vel quot Socrates iurauerit vidisse mutuari, quia quo ad illos habet semiplenam probationem, & est æque bonæ, aut melioris qualitatis quàm Sempronius. Quinto, quod posset prædictus arbiter cogere Sempronium ad soluendū tot, quot Socrates iurauerit se vidisse mutuati ei, & cogere ad iurādum, quod non recepit plures: quia licet actori nō posset deferre iuramentum in supplementum probationis, nisi quo ad semiplenam probationem posset tamē reo deferre iuramentum purgationis, data præsumptione aliqua notabili contra eum, qualis potest; satis iudicari quod in casu proposito inuenitur. Salua, &c.

a C. de reb. cred. & in c. fi. de iure iur. & in l. admonēdi, ff. eod. & in c. fi. lib. 6.

FINIS LIBRI PRIMI.

CON-

CONSILIORVM, SIVE RESPONSORVM D. MARTINI AZPILCVETAE DOCTORIS NAVARRI.

LIBER SECVNDVS.

De Iudicijs.

SVMMARIVM.

1 *Sodomia cum propria vxore minus delictum est, quam cum alia persona cōmissa: estque mixti fori.*

2 *Mixti fori crimine laicum ab Ecclesiastico canonica pœna punitum potest sæcularis sæculari pœna punire: vnde Ecclesiasticus, nec debet reum curiæ sæculari tradere, nec inhibere ne puniat.*

CONSILIVM PRIMVM.

AN Vicarius Episcopi possit tradere curiæ sæculari laicum confessum tātum per tormenta crimē sodomiæ cum sua propria uxore admissum, absque timore irregularitatis contrahne dæ per mortem à sæculari iudice incerendam?

A 1 Respondeo, q. putarem, si Vicarius essem, id mihi non fore licitum, neque decens. Tum quia crimen præfatum cū vxore propria admissum paulò minus videtur, quàm commissum cū alia persona. Tum quia non probatur alio modo, quam confessione per tormēta exacta: quæ probatio est minus legitima. Tum quia, vt arbitror, proceditur via inquisitionis, per quam iure Pontificio regulariter non punitur inquisitus pęna ordinaria rigorosa.

2 Tum quia nō est necessaria traditio facienda curiæ sæculari, cum ille sit laicus, & crimē est mixti fori, & iudex laicus potest eū punire laicè, quamuis puniat̄ à vicario canonice, arg. c. [felicis,] §. præmissis. de pœnis, lib. 6. per quod Panor.[a] & Felynus cum alijs citatis ab eo,[b] tradunt, punitum ab Ecclesiastico iudice pœna canonica pœnitētiali, posse iterum puniri per iudicem sæcularē pœna sæculari, si crimen est mixti fori. Tū quia Vicarius facit officio suo satis castigando eum canonicè exilio aliquo iusto, & alijs pœnis pœnitentialibus, & soluendo illū à vinculis sine aliqua traditione processus probationum corā se

a in c. tuæ, de procuratoribus, col. penul.

b in cap. de ijs. fol. 11. de accus.

P facta-

Universidad de Deusto
Biblioteca

factarum, non inhibito, neque requisito iudice sæculari, qui suo arbitrio faciat, quod ei iustius videtur. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus cum verbaliter à se depositis dispensare valet, modo non fuerit facta ob crimen maius adulterio.*

CONSILIVM II.

1 REsolutio est, Episcopum posse dispensare cum verbaliter à se depositio, vt tenent Panormitanus Felynus Decius, & communis, [a] maximè si in sententia sua, vel vicarij sui hoc faciendi potestas fuerit sibi reseruata, quod certissimum est, cũ depositio facta fuit ob adulterium, vel alia crimina eo minora, vel saltem non maiora: si autem depositio fuisset facta ob hæresim, vel alia crimina, videtur non posse.

a In c. at si clerici. §. de adulterijs. de iudi.

SVMMARIVM.

1 *Dispensare potest Episcopus cum deposito à se per sententiam verbaliter ob crimẽ, super qua potest dispensare.*
2 *Episcopus dispensat in criminibus adulterio minoribus.*
2 *Incestus cum matre, & filia carnali, crimen maius adulterio, secus si sit perpetratus in gradu remotiori, vel cum cognata spirituali.*
3 *Dispensare potest Episcopus super incestu etiam maiore adulterio, quia hoc expresso iure ei conceditur.*
3 *Incestus spiritualis non est propriè incestus.*

CONSILIVM III.

1 QVod Episcopus possit dispensare super sententia sua, & restituere depositum per illam ob incestum spiritualem, ad suos ordines, facit primo, quod Episcopus potest dispensare cum deposito à se verbaliter tantum ob crimina, in quibus licet ei dispensare, [b] secundum Speculatorẽ, [c] & Panormitanum [d] quem Felynus & Decius ibi sequuntur per iura ab eis citata, respondentes Aretino contra tenenti.

b c. at si clerici. §. de adulterijs. de iudi.
c Tit. de accusat. n. 4.
d in d. §. de adulterijs.

2 Secundo, quod Episcopus potest dispensare in minoribus criminibus adulterio, & licet incestus verus cũ matre, & filia carnali, sit maius crimen, quàm adulterium, [e] alius tñ incestus in remotiori gradu, vel cum cognata spirituali non videtur esse tam grandis, sicut adulterium, arg. l. [si adulterium,] [f] & eorum, quæ subtiliter dicit vterq; Tho. Mas, [g] quicquid glossa dixerit, [h] & Docto. ibi. res ibi parum differentiam aduertẽtes. [i]

e In c. placuit. de pœnit. dist. 2.
f l. 1. §. fi. ff. de reg. iur.
g in 22. q. 1.
h Ioan. de Imol. & Ioan. And. in c. 1. de cognat. spirit.
i Host. in c. 1. de cognat. spirit. Ioan. And. in c. 1. de eo qui duxit in matrimo. quam polluit per adulter. Abb. in c. 1. de cognat. spirit.

3 Tertio, quod est sententia Io. And. [1] & Fely. Dec. & ad 3. quam sequitur Panor. communis habet, posse Episco. in incestu etiam maiori adulterio dispensare. Tum per cap. [virginem.] [k] Tũ quod licet Episco. non possit regulariter dispensare in criminibus maioribus adulterio, potest tamen, quando expresse id ei iure conceditur, vt conceditur in ipso casu per prædicta iura.

1 Ioan. And. in c. 1. de cognat. spirit. in 6. Host. in c. 1. de eo qui duxit in matrimo. quam polluit per adulter. Abb. in c. 1. de cognat. spirit.
k Host. in c. 1. de eo qui duxit in matrimo. quam polluit per adulter. Abb. in c. 1. de cognat. spirit.

Quarto id probatur, eo quòd incestus spiritualis nõ est propriè incestus, quia sola consanguineorum & affinium coniunctio est propriè talis, [l] & tradit pulchrè Caier. [m] dicens, copulam cum cognata spirituali, non propriè, sed metaphoricè dici incestum. & ita esto incestus carnalis sit crimẽ maius adulterio, metaphoricus tamen nõ est talis. Quare sine dubio poterit Episcopus in eo dispensare. Salua, &c.

l 36. q. 1.
m Caier. in c. 1. de cognat. spirit. n. 3.

SVMMARIVM.

1 *Dispensatio matrimonialis obtenta in foro conscientiæ tantum, etiam si de ea fiat fides, tamen non prodest quo ad effectus fori exterioris, in quo constat de impedimento, nu. 7.*
1 *Iudex iudicare debet secundum veritatem illam quam nouerit, & iudex illius fori, in quo iudicat, nu. 10.*
1 *Actus valor à potestate & voluntate stantis pendet.*
2 *Cõtradictoria nec esse, nec iudicari possunt simul vera: at quod aliqua sint valida quo ad quid, & invalida quo ad aliud, contradictorium non est. nu. 11.*
3 *Sacramentum etsi à futura approbatione vel reprobatione Papæ, nec aliter à futuro euentu potest pendere, sed statim valet, vel non valet, & nu. 11. potest tamen ab eo statui, vt idem iudicetur validum*

lidum in eo foro, & non in alio, num. 9. vel quod iudicetur tale in eo foro, & non in alio, nu. 11.
3 *Matrimonium, sicut & alia sacramenta, non potest pendere, sed statim valet, vel non, & si non valuit, non potest à futuro euentu incipere valere: sicut & si valuit, non potest ob futurum euẽtum effici ne valuerit.*
4 *Iudex secundum eandem cõscientiam contraria iudicare nequit, nu. 12.*
5 *Literæ Pœnitentiariæ quo ad forum contentiosum non suffragantur, nume. 12. & 13.*
7 *Dispensatio limitata quo ad forum interius & illius effectus, ad exterius & illius effectus non extenditur.*
8 *Absolutus quo ad forum interius tantum, non est quo ad exterius siue illius effectus absolutus.*
9 *Contradictoria vt aliqua dicantur, oportet vt respectu eiusdem rei & qualitatis sint oppositæ.*
13 *Papa potest statuere, imò tam per iura stat tutum est, vt iudex per quandam probationem credere, & iudicare possit aliquid quo ad vnum effectum, & non quo ad aliũ, seu in vno foro, & non in alio.*

CONSILIVM IV.

FAcultas dispẽsandi cum ijs, qui publicè, & bona fide in tertio, & vltiore gradu matrimonium cõtraxerũt, in foro tãtum conscientiæ, cum sit per bullam cruciatæ commissario cõcessa, & in eo foro cõmissarius dispensauerit: Quæritur, si de impedimento in foro exteriori constet, & de prædicta dispensatione, an iudex fori externi debeat secundum conscientiam & veritatem iudicare matrimonium validum.

1 Respondeo, quòd pro parte affirmatiua huius dubij facit primo, quòd iudex debet iudicare secundum rei veritatem, & non secundum falsitatem fucatam,
a Esaiæ. 11. iuxta illud, [a] [secundum iustitiam,] supple veram, id est, non fucatam, [iudicabit.] at verè prædictum matrimonium valuit coram Deo, ergo debet iudicari validum. Secundò, quòd potestas &
b C. cum sua per cũ et ad not. de offic. deleg. voluntas cõcurrentes in aliquem actũ, faciunt illum validum, [b] & in casu illæ videntur concurrisse in dispensatione:

quippe qui habebat facultatem Papæ ad id faciendum concessam, voluit dispensare, & actu dispensauit, ergo &c.

2 Tertiò, quòd duo contradictoria non possunt esse, nec iudicari simul vera, [c] & consequenter matrimonium prædictum non potest dici, nec iudicari validum, & non validum, at dicendum est esse, & verè iudicari validum: quia est validum in foro conscientię secundum vtramque partem, ergo validum est, arg. à toto ad partem, quod valet secundum dialecticos, & Baldum. [d]

c L. vbi repugnantia. ff. de reg. iu. & c. si eni. de pœnitẽt. dist. 2.
d In l. cõuẽticula. C. de episcopis & cler.

3 Quartò, quòd sacramentum non potest pendere à futuro euentu, nec futura ratificatione, vel reprobatione etiam Papæ, vt tradit Paludanus, quem nos munimus, & sequimur alibi, [e] nam licet Papa possit efficere, vt facta virtute suæ legis habeantur pro infectis etiam ex tunc, [f] non tamen potest efficere, vt id quod verè est, vel fuit sacramẽtum, habeatur pro non tali, & infecto, [g] cũ iure diuino subsistat, & Papa illud anni hilare nequeat, [h] & consequenter hoc prædictum matrimonium, quòd à principio valuit, non potuit definere valere ob futurum euẽtum mortis mariti, nec cõtradictionis vxoris, nec Papa potuit efficere ne valuerit, vel ne valeat.

e In c. placuit. de pœnit. dist. 6. à nu. 102.
f Iuxta cle. 1. adiunctã gl. sing. ver bo infectis. de immun. eccles.
g Arg. c. de gradatio cũ gl. & ei s ad not. de pœnis lib. 6.
h Ca. sunt quidam. 25 q. 1.

4 Quintò, quòd licet iudex possit iudicare vnum secundum conscientiam, quam habet, vt priuata persona, & contrarium secundum conscientiam quam habet, vt publica, non tamen potest secundum eandem conscientiam iudicare contraria, secundum omnes. At iudex huius causæ, visis eius actis, debet iudicare hoc matrimonium esse validum quo ad forum conscientiæ, etiã secundum conscientiam, quam habet vt iudex & publica persona: ergo non potest iudicare illud esse inualidum, tãquam iudex, secundum eandem conscientiam, nam qua ratione conscientia priuata non potest dictare duo contraria, eadem non poterit etiam publica, arg. l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur.

5 Sextò, quòd cum sequenti vnum est maximum argumentum, quod pro hac parte afferri potest, quod licet remitti possit pœna, & dari absolutio, & fieri dispensatio quo ad forum conscientiæ tantum, ita quod non prosint, nec noceant

Universidad de Deusto
Biblioteca

quo ad cõtentiosum, donec sciantur in illo, videtur tamen, quod non possint illæ dari, vel fieri quo ad hoc, vt non operentur effectum in foro contentioso, posteaquam scitæ fuerint in eo. Pro quo facit antiquus stylus Pœnitentiariæ, de quo Sarnensis in regula de non iudicando iuxta formam supplicationis,[a] testatur, secundum quem stylum, literæ, in quibus committebatur absolutio, vel dispensatio quo ad forum conscientiæ tantum, dirigebantur confessarijs clausæ, & sigillo munitæ, sicut & nunc diriguntur, & præterea in eis apponebatur clausula, vt id fieret sine testibus, & confecto actu laniarentur, siue rumperẽtur literæ: quod non alia ratione videtur fieri solitum, quam ne probatione postea facta per illas operarẽtur etiam effectum in foro exteriori, & contentioso. & cum in casu proposito constet iudici, quatenus iudex est, de dispensatione p̃dicta in foro conscientiæ, dẽt iudicare p̃dictum matrimonium valuisse.

a q. 14. litera B.

6 Septimò, q̃ videtur non posse fieri etiam à Papa, vt matrimonium, de quo in vtroque foro constat esse legitimum iudici, tanquam iudici, non debeat iudicari verum, & legitimum quo ad vtrũque forum: quia vna & eadem conscientia, quę per vnam & eandem scientiam publicam ducitur, non videtur posse cõtraria dictare, cum vna & eadem res vno & eodem iure censenda sit. [b] At in casu proposito constat iudici vt iudici de prædicto matrimonio quo ad vtrum que forum, ergo.

b C. cognoscimus. 12. q. 2. & leg. cum qui. ff. de Iusticap.

c L. 1 agris. ff. de acqui. rer. dom.

7 Non obstantibus tamen ijs, videtur dubium positum negatiuè esse resolvẽdum, scilicet, quod non adsit talis dispẽsatio, quæ ad effectum, de quo agitur, suffragetur ad validitatẽ matrimonij: quia effectus, de quo agitur, p̃tinet ad forum exterius, & contentiosum, vt patet, & dispensatio prædicta nullatenus validauit matrimoniũ, de quo agitur, quo ad forum exterius, & contentiosum.

Primò, quia limitata causa limitatũ producit effectum, [c] & tam facultas dispensandi commissarijs concessa crucia tæ, quam dispensatio facta per illos super impedimẽto prædicti matrimonij, fuit limitata quo ad effectus fori conscientiæ duntaxat, ergo non valet quo ad forum contentiosum. Secundo, quia actus agentium nõ operantur vltra intentionem eorum. [d] At tam Papa sciens facultatem dispensandi, quam cõmissarij eius dispensantes per faculatem prædictam cruciatæ, expressè restrinxerunt eam quo ad effectus fori interioris, & conscientiæ tantum: ergo actus eorum non possunt operari, neq; prodesse quo ad alios.

d L. mi magister. ff. de reb. cred.

8 Tertio, ea quæ sunt iudicanda valida quo ad alterum forum duntaxat, nõ debent iudicari valida quo ad vtrũque. Tum per cap. [de his.] iuncta glo. recepta, [e] quatenus habet, absolutũ quo ad forum conscientię tantum, non esse absolutum quo ad forum exterius: quã communiter receptam sequitur Io. ab Anania. [f] Tum quod iudex, qui scit reum coram se accusatum fecisse delictum, de quo accusatur, si de illo coram eo legitimè probetur innocens, debet eum absoluere quo ad forum contentiosum, & non quo ad forum conscientię, & econtrario, si scit eum nõ fecisse, & probetur nocens, debet condemnare iuxta iura, [g] & tradit D. Thom. cõiter receptus, [h] vbi profundè probat Caiet. sequutus alios multos DD. classicos. Tum quod sponsi de futuro, secuta copula carnali, erant iudicandi coniuges quo ad forũ exterius ante Cõcil. Trid. non tamen quo ad forum conscientiæ, nisi vxorio affectu eã habuissent. Tum quod contrahentes matrimonium per verba de præsenti dicta sine intentione contrahendi, iudicandi sunt in foro exteriori coniuges, non autem in interiori. [k] Cum ergo constet dispensationem, de qua agitur, esse limitatam quo ei ad forum conscientiæ tantum, non est iudicandum per eam matrimonium esse validum in foro contentioso.

e De sponsa. c. fin.

f C. dilectus. de iudic.

g L. 1. ff. de iust. & iure.

h 2. 2. q. 67. art. 2.

i Per cap. quam pia. de sponsa.

k C. Ex tenore. de sponsa.

9 Postremo, q̃ Papa potest statuere, concedere, vel dispensando efficere, qđ aliquod matrimonium valeat quo ad forum conscientiæ, & non quo ad forum cõtentiosum: quia efficere qđ aliquid valeat quo ad vnum forum, & non quo ad alterum, non est efficere qđ vnum & idem vere valeat, & non verè valeat, sed q̃ sit iudicandũ verè valere quo ad vnũ forũ, & nõ esse iudicandũ verè valere quo

re quo ad alterũ, quæ nullatenus sunt contradictoria, quia vt aliqua sint talia oportet vt sint opposita respectu eiusdẽ rei, vel qualitatis, secundum veram dialecticam, qualia non sunt hæc, vt palam est: sicuti non sunt cõtradictoria, [Hic est idoneus ad vnum munus, & non ad aliud:] nec illa, [Hic est successor patris quo ad vnũ & nõ est quo ad aliud:] nec illa, [Papa absoluit hunc ad hunc effectum, & non absoluit eũ ad alium:] nec illa, [Hic iudicat reum condemnãdum secundum allegata & probata, & non iudicat eum condemnandũ secundum conscientiam priuatam.

a 2. 2. q. 67 art. 2.

Io Non obstant opposita. Ad primũ enim respondetur ex mente D. Tho. [a] concedendo quod iudex debet iudicare secundum veritatem, sed non qualemcunque, sed tantum secundum illã, quæ sufficit ad iudicandum quod iudicare intendit, quam nouerit vt iudex. & in casu proposito iudex non nouit simpliciter veritatẽ prædicti matrimonij, sicut dicetur in responsione ad vltimũ, & minus ad iudicandum illud esse verũ quo ad fori contentiosi effectus: quia contrarium significat limitatio tam in facultate dispensandi, quam in ipsa dispensatione expressa.

Ad secundum concedimus actus valorem pendere à potestate & voluntate agentis: & Papam quidem habuisse, & habere potestatem concedendi facultatem dispensandi quo ad vtrunque forũ: sed negamus voluisse eam facere commissarijs cruciatæ, item habuisse commissarios potestatem, & voluntatem id faciendi: quia imò neutra eis fuit, vt ex facultate sibi concessa limitatè, & ex dispensatione facta ab eisdem cum eadem limitatione palam constat.

11 Ad tertium concedimus, nõ posse duo contradictoria simul esse, nec iudicari vera, & cõsequenter non posse dici, nec iudicari simpliciter matrimonium prædictum esse validum, & non validũ. Sed negamus primò prædictum matrimoniũ posse iustè iudicari à iudice fori contentiosi validum etiã quo ad forum conscientiæ; quia in dicta responsione ad vltimum monstrabimus illud ei non probari, & ita cessat argumentum de toto ad partem. Negamus secundo illum

A iudicare cõtradictoria: quia iudicat aliquid esse validum quo ad quid, & quo ad quid non, vt probatum est in vltimo argumento pro parte negante formato: & consequenter iudicem posse iudicare sine vlla contradictione hoc matrimonium non esse validum quo ad effectus fori contentiosi, licet esset validũ quo ad effectus fori conscientiæ.

Ad quartum cõcedimus in eo assumpta, & consequenter q̃ matrimonium prædictũ statim ab initio ita valuit, aut nõ valuit, vt Papa non potuerit efficere ne valeat, aut ne valuerit: sed negamus q̃ Papa non possit statuere, vel dispensando efficere, vt aliquod matrimonium, vel aliquod sacrm, quod verè debet iudicari tale in vno foro, nõ debeat iudicari esse tale in alio foro: quia hoc nulli legi diuinæ repugnat, [b] licet enim Papa non possit efficere, vt confessio & *b Arg. c. cõ* absolutio sacrãlis iam legitimè factę nõ *tta per mũ* valeant, potest tñ efficere, ne in foro cõ *dũ. 4. q. 3.* tentioso iudicentur validæ, immo iam *c. proposuit.* effecit, per eadem iura iudicandum esse *de conces. præb.* quo illæ iam legitimè à pœnitente, & parocho factæ, & mortuo parocho, iudicari debeant validæ in foro conscientiæ, non tñ iudicari debent tales in foro contentioso: quia non potest probari in illo eas fuisse factas, prout nec posset mortuo confessario, per quem solũ poterant probari, iuxta gl. & ei annot. [c] Per eius item iura iudicandũ est, quod excommunicatus absolutus in foro cõscientiæ tm̃ à Papa, licet statim à principio sit verè absolutus in illo foro, non iudicetur absolutus in foro cõtentioso.

c In c. testi montũ. de testib.

12 Ad quintum concedimus in eo assumptum, videlicet, non posse iudicem iudicare duo contraria secundum eandem conscientiam, sine ea sit priuata, sive publica. Negamus tamen primò, iudicem fori contentiosi in hoc casu posse iudicare matrimonium prædictũ esse validum quo ad aliquod forũ: quia non constat ei, tanquam tali iudici valere illud quo ad illud forum, vt statim probatur in dict. responsione ad vltimum. Negamus secundo esse contraria, iudicare hoc matrimonium non esse validũ quo ad effectus fori contentiosi, vt supra probatum est, & esse validum quo ad effectus fori conscientiæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad sextum negamus in eo assumptũ, per adducta in postremo argumẽto pro nostra parte adducto; concedimus aũt, quod prædictæ literæ dabantur clausæ, & sigillatæ, & quod in multis earum ponebãt clausula de laniandis literis post absolutionem, vel dispensationem per eas factam: sed negamus, quod id fiebat ad finem, ne contenta in eis, posteaquam scirentur, & probarentur, prodessent in foro cõtentioso. Tum quia hoc nemo vnquam dixit. Tum quia etiam
a Vbi sup. Sarnensis, qui de hoc, [a] testatur, ideo definit hoc fieri solitum, vt cuitaretur necessitas componendi, quæ fuisset necessaria ad hoc, vt in foro contentioso iuuaret. Tum quia verius videtur id fuisse visitatum, ne secreta peccata, & delicta, de quibus occultandis grauissimũ iuramentum in Pœnitentiarię prætorio præstatur, in infamiam eorum, quibus gratiæ fiebant panderentur: sed quia ex illa literarum laniatione euenieb̃at aliqua inconuenientia absolutis & dispensatis per eas, nuper inductum est, vt rarissimè ponatur illa clausula, habito pro comperto, quod per illas literas, quibus fit vel committitur absolutio, vel dispensatio in foro conscientiæ tantum, non probetur quidquam quo ad forum cõtentiosum, ad hoc vt iudex illius fori teneatur ad aliquid faciendũ, vel omittendum in illo foro, ad quod literis illis non visis non teneretur, qđ mox fusius probabitur.

13 Ad septimum rñdeo, primò, negando assumptum in eo, siue maiorem. Potest enim statuere Papa, imò iam statutum est, q̃ iudex per quandam probationem possit credere, & iudicare aliquid quo ad aliquem effectũ in aliquo foro, & non quo ad alium, & in eodem foro: cuius rei septem exẽpla quotidiana adduximus pridem in cap. [si quis autem,] [b] quæ ibi videri p̃nt. Secundo rñdeo, negando ẽt assumptum, siue minorem, scilicet, q̃ in casu proposito constet iudici, vt iudici, de hoc matrimonio quo ad vtrunque forum. Tum quia non est propositum Papæ, vt literæ prædictæ, quibus dispensatio prædicta facta fuit quo ad forum conscientię tm̃, probent illam quo ad forum contentiosum magis, q̃ literæ pœnitentiariæ, quibus eiusmodi dispẽsationes fiũt secretò quo ad forum conscientiæ tm̃, per quas palam est non probari res in eis contentas, vt per literas Cãcellariæ. Tum quia non est ẽt propositum Papæ, vt per illas literas probetur quo ad forum contentiosum magis, q̃ per solam signaturam gratiæ, vel dispensationis, per quam illæ non probantur quo ad forum contentiosum, iuxta regulam de non iudicando iuxta formam supplicationis, & regulam 53. iuxta quam dispensatio nõ suffragatur, nisi literis expeditis. Tum denique q̃ stylus Curiæ, facit, qui [c] omnium consensu habet, intentionem & mentem Papæ esse, ne illa, quæ per sacram Pœnitentiariam quo ad forum conscientiæ tm̃ concedũtur, probari possint quo ad forum contentiosum, & effectus illius per literas secretas, quę ab ea manãt: & à fortiori credẽdum est, nolle suam sanctitatem, vt literæ commissariorum suorum concedentium aliqua quo ad forum conscientiæ tãtum, probent quo ad forum contentiosum plus quam illę, cum eiusmodi commissarij videantur esse quidã subrogati loco sui pœnitentiarij maioris, & subrogatus debet sapere naturam eius, cui subrogatur, [d] Salua, &c.

[Aduertendum Nauarrum non solum non negare, imò expresè affirmare matrimonium per in foro tantum conscientię dispensatos contractum, esse semper, incommutabiliterque validũ, sed ex quo dicta dispensatio eis non suffragatur, nisi quo ad forum conscientiæ, inde sequitur iudicem fori exteriorem debere cum prædictis se gerere ac si sine dispensatione (cum de ea ipsi legitime non constet) contraxissent.

b De penit. dist. 7. à nu. 102.

c Capitulo Ad audientiam de sponsa. duo.

d L. ea quæ. §. qui vicaria. ff. de

De foro competenti.

SVMMARIVM.

Francorum Regnum tandiu posse durare dixit Franciscus Primus, quandiu in eo fides Catholica Romana coleretur.

Bullam Cenæ Domini ne publicetur in suo regno Rex Gallię, eiusve parlamentum prohibere iure non potest, quia hoc esset Ecclesiasticis sibi non subditis sine iurisdictione

risdictione præcipere, nu. 2. & de re spirituali ad quam non se extendit laica potestas, iudicare num. 9. ad fin. & nu. 10. & licet dicta bulla feratur contra laicos Regi subditos, nu. 11. tamen cum respiciat spiritualia, seu eis annexa, ac materiam peccati, quo ad ea prædicti simul cum Rege Ecclesiasticæ subsunt potestati, nu. 15.

3 *Potestas laica ab Ecclesiastica distincta est, à Deo humano generi communicata ab exordio mundi, ad se circa naturalia secundum naturalem rationem bene gubernandum, beateque viuendum data, & inde Reges & Principes transiata, ad ecclesiasticam nequaquã, numero 2. & 4. neque contra ecclesiasticas personas, numero 2. seu res spirituales, nume. 5. spiritualibus ve annexis, num. 6. se extendens, imò ea minor est num. 4.*

3 *Potestas ecclesiastica à Christo instituta ad gubernandum per supernaturales leges, & rationem, & per supernaturalia dirigẽtia homines in hac vita ad gratiam diuinam, & in altera ad gloriam sempiternam obtinendam, nequaquam ad sola naturalia seu laicalia, num. 2. nisi prout ad dictum finem supernaturalem opus est, se extendit, nu. 3. & eius Vicario, qui est Pontifex, num. 2. super omnes etiam quod sint Reges, tradita, numero 4.*

6 *Spiritualia in salutem animarum principaliter directa, alia à Deo immediate instituta sunt, vt sacramenta: alia verò ab Ecclesia supernaturali sibi tradita potestate in animarum salutem etiam per annexionem decreta, vt sunt consecratio, benedictio ecclesiæ, & similium cẽsuræ ecclesiasticæ, beneficia, & eis annexa nume. 7. ac spiritualia statuta, nume. 6. & 13. ad quæ laica potestas nequaquam se extendit, numero 8. & 9. nisi prout ex priuilegio eidem in aliquibus ab Ecclesia concesso licet, numero 10.*

15 *Bulla Cenæ in laicos ratione peccati, cuius censura ad Papam pertinet, pro bono publico fertur, num. 17.*

16 *Citatio iure naturæ necessaria est regulariter: fallit tamen, quando citandus actu quis sit, nullo modo, etiam si præsens esset, posset contradicere, vel quando certum est ei nullam competere defensionem, itemque & in generalibus edictis, & censuris quæ ad vitanda futura peccata proferuntur.*

Papa, sicut Imperator, potest esse iudex 17 *in causa propria.*

CONSILIVM I.

SVmmũ Auditoriũ Regis Christianissimi edixit, ne bulla Cenæ in Frãcia publicaretur, statutis pœnis contrarium faciẽtib. Quæritur quid iuris?

1 Viso, & intellecto pro tenuitate mea hoc edicto Auditorij Regis Christianissimi, primum demiratus dolui, & fleui, perpendens eius tenorem adeo à Christiana erga summum totius Christianæ Ecclesię Principem habenda obseruantia & obedientia alienum. Deinde oraui, quamuis indignus, Iesum Christum totius Ecclesiæ caput vniciũ, vt suum Vicarium summũ, Ecclesiamq; sanctam, cui præest, aduersus portas inferi protegeret, & Angeli, atq; Archangeli Regis Christianissimi: eiusq; iudicij, præsertim Prætorij Parlamenti præfectorum tutelares eis persuaderent id, quod aliquando legimus Francisco illum fortissimum, atq; glorioſissimum Regum Francorum huius nominis primum dixisse, [Regnum Francorum Christianissimum tandiu posse durare, quandiu in eo Christianissimus Catholice, iuxta formam à Pont. Max. Ecclesiæ Sanctæ Romanæ summo præside datam coleretur, ideoq; Lutheranos, & omnes alios hæreticos, qui suis hæresibus illud inficere conarentur, censendos esse perduelles, & suæ, suiq; Regni Maiestatis violatores, eo q̃ Regno suo machinarentur interitum.] Tertiò, q̃ non solum Sanctissimi D. N. sed etiam totius populi Christiani, & maximè Regis, qui nunc regnat, Christianissimi Henrici III. quamplurimum interest prædictum edictum nullius roboris esse iudicari, & ne vnquam aliud simile edicatur grauissimè constitui: quod studio quidem tumultuario breuiter sed efficaciter monstrabitur per hæc quæ sequuntur fundamenta.

Universidad de Deusto
Biblioteca

2 Primum est, q̃ iuris naturalis per se noti est, non posse quem iuste sine iu- E
a L.vlt. ff. de iurisdic. om. iud.cũ similibus. risdictione ius dicere, [a] & prædictum Auditoriũ nullam hẽt iurisdictionẽ in Epos, & alios Prælatos, & Ecclesiasticos, in quos per illud ius dictum est, per illud Ioannis Papæ. [b] [Nunquam de
b In c. nunquam. 96. dist. ibi. Põtificibus, nisi Ecclesiam iudicare debere, nõ esse humanarum legum de talibus ferre sniam.] & illud eiusdem, [c]
c In c. si Imperator. eadem dist. [Si Imperator Christianus est, q̃d pace illius dicimus, filius est, non præsul Ecclesiæ: q̃d ad religionem competit, discere ei convenit, non docere.] & illud
d Ca. cũ ad verũ ea. dist. Nicolai, [d] Cum ad verum ventum est, F vltro sibi nec Imperator iura Pontificatus arripuit, nec Pontifex nomen Imperatorum vsurpauit: q̃n idem mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus ædibus proprijs, & dignitatib. distinctis officia ptãtis vtriusq; discreuit.] cũ alijs sexcentis, q̃ idipsum probãt: at prædictum Auditoriũ nõ est maius suo Rege, qui i suo Regno Imperator est, ergo nõ potuit Epos, Archiepos, & alios Eccliasticos i eo cõtẽtos iuliẽ iudicare.

3 Secundum fundamentum sit, quod efficaci ratione probatur id, q̃d prædicti Summi Pontifices, & alij multi dixe G runt, præsupponendo ea, quæ post longam de hac re disputationẽ efficaciter concludimus in repetitio. cap. nouit. [e]
e De iud. nota. 3. præsertim nu. 81. & 86. nempe quod potestas laica fuit immediate data à Deo mortalium communitati iam inde ab exordio eius ad sese gubernandum in rebus naturalibus, vt bene beateq; viuat secundum naturalẽ rationem, potestas autem ecclesiastica est potestas instituta à Christo immediatè, & supernaturaliter ad gubernandum fideles ẽm legem Euangelicam in supernaturalibus, & quatenus ad id est opus, etiam in naturalibus: & quod hę H duæ potestates à se mutuo differunt penes causam materialem, formalem, finalem, & etiam quodammodo efficientem: Penes efficientem quidem, quia potestas laica data fuit humano generi à Deo puto nondum homine facto ab exordio mundi, potestas verò Ecclesiastica à Deo facto homine: Penes autẽ materialem, quia laica data est ad gubernandum naturalia, Ecclesiastica verò directè ad gubernandum supernaturalia: Penes autem finalem, quia Ecclesiasticæ finis est status supernaturalis in hoc sæculo per gratiam, in altero per gloriam, finis autem laicæ, naturalis vita, nempe bona, seu virtuosa, quã faciunt virtutes morales secundum naturalem rationem, etiã sine gratia gratum faciente quæsibiles: Penes formalem, quia ecclesiastica principaliter dirigit secundum legem supernaturalem in sacris literis contentam, laica verò secundum legem, & rationem naturalẽ, & leges per eam conditas. Præsupponendo, quod vbi supra efficaciter probamus ex his colligi, quod omnes Reges nostri sæculi, qua parte sunt solum tales, habẽt eandem, & non maiorem, nec minorem potestatem, & iurisdictionem, quam habuerũt Reges prædecessores eorum, qui etiam ante Christum passum regnarunt: quia potestas, siue iurisdictio laica ad humani generis gubernationem necessaria naturaliter æqualis fuit data populis ab eorum exordio, & per eos translata, aut certe in vsum concessa Regibus, & Principibus, qui genus humanum gubernarent, & regerẽt circa res naturales, ad bene seu virtuosè viuendum per virtutes morales, etiam per solam rectam rationem naturalem quæsibiles: & quod ex his sequitur, quod cũ Reges, qui ante passum Christum fuerunt, non habuerint Ecclesiasticam iurisdictionem, quam nunc habent Papa, & Ecclesia, quia illa (vt supra dictum est) à passo Christo cœpit, neque Reges, qui modo sunt, habent illam.

4 Et consequenter cõcluditur necessario (fremant licet Lutherani) verum esse id, quod Ioannes, & Nicolaus Pontifices Maximi supra relati, & alij sexcenti Pontifices, & Doctores Orthodoxi dixerunt, nempe Reges subesse Pontifici Maximo quo ad ea quæ attinent ad veram religionem, & suarum suorũque subditorum animarum salutẽ, nec quicquam posse absq; ipsorum priuilegio iudicare, neque statuere de illis: esto quòd eorum regia potestas sit antiquior pontificia. Tum quia lex Mosayca fuit antiquior Christiana, sed hæc dignior illa. Tum quia antiquitas tum demum adijcit dignitatem, quando cætera

tera sunt paria, qualia non sunt inter A
potestatem Ecclesiasticam cœlestia tractantem, & regiam tantum terrena respicientem.

5 Tertium fundamentum sit, q̃ prædictum edictum non solum est iniustum ea ratione, quod per illud est dictum ius in personas, in quas qui decreuerunt illud, non habebant iurisdictionẽ, sed etiam illa, quod decreuerunt super rebus à iurisdictione laica omnino exẽptis. Quod monstratur, præsupponendo primo, quod circa rerum spiritualium definitionẽ, de quibus loquimur, errauerunt multi Catholici eam nimiũ B
ampliando, & multi hæretici eam niquot, vel alijs in alium finem, quàm sa-
a In 4. lib. sent. di. 25. mium angustando: quod prouenit ex eo, quod vt quidam recẽtiores aiunt, [a] non est facile definire quid sit spirituale in hac materia, cuius dicti rationem
b Nu. 23. licet ipsi non reddiderint, nos tamen
c Cap. 23. nu. 99. pridem reddidimus in rub. de iudic. [b] & in Manua. confess. [c] nempe quod spirituale, siue spiritale dicitur omne, quod
d Iob 17. pertinet ad spiritum, spiritus autem dicitur propriè halitus, iuxta illud, [d] [Spiritus meus attenuabitur.] & per transla-
e Ioan. 19. f Act. 2. tionem, metonymiam, vel metaphoram, nunc anima, iuxta illud, [e] [Tradidit spiritum:] nunc ventus iuxta illud, [f] [Tanquam aduenientis spiritus vehementis: nunc omne incorporeum, iux-
g Ioan. 4. h 1. p. q. 41. art. 8. ad 4. ta illud, [g] [Spiritus est Deus. [nũc alia, vt ait D. Tho. [h] quare necesse est, vt spirituale quoq; multipliciter dicatur, & ita hæretici appellarunt spiritualia sola illa dona supernaturalia supernaturali ter data generi humano à Deo Optim. Max. ad suam salutem æternã, quæ Spiritui sancto attribuitur: quamuis eque à Patre, & Filio darentur, cum oia opera gloriosissimæ Trinitatis ab extra sint indiuisa. Pan. autem, Card. & multi alij D
nostri, appellauerunt spiritualia omnia ad spiritum, quatenus sonat animã, per tinentia, & consequenter omnem sapiẽtiam, scientiam, doctrinam, & id genus alia. Quorum vtraque via, quæ profecto inuia est, relicta, sequuti viam re-
i S. Tho. in 4. dist. 75. giam sacræ Scripturę, sacrorumque Canonum, & Doctorum, præsertim, [i] clarius alijs definiuimus, [[spirituale esse vt huc pertinet, donum supernaturale à Deo immediate datum ad animarũ sa-

lutem, vel institutum supernaturaliter A
ab eodem ad eam efficiendam, vel ab Ecclesia, potestate supernaturali sibi data ad conficiendum, vel conseruandum illud, quod dicitur annexum ei. Quæ satis colliguntur ex cap. [gratia,] & cap. [qui studet,[k]] & ex Doctor. præsertim k *1. q. 1. &* Durando, [l] & S. Thoma, [m] & Ioanne *c. quã pio.* Andræa, & Pan.[n] Dixi, [donum super- *1. q. 2.* naturale:] ad includendum spiritualia *l In 4. dist.* per essentiam, & excludendum dona na- *25. q. 1.* turalia. Dixi, [ad salutem animarum:] *m 2. 2. q.* ad excludenda insignia, seu arma, dotes *100. art. 1.* & victorias Regibus, & principibus ali- *2. & 3.*
n In c. consulete, de fi. sa. Dixi, [vel aliquid institutum super- *mon.* naturaliter ab eodẽ ad eam efficiendã:] ad includendum spirituale per causam, qualia sunt sacramenta, quæ ipse solus instituit, & sola efficiunt instrumentali ter gratiam, vt diximus, & probauimus in d. Manua. [o] Dixi, [vel ab Ecclesia, po- *o Cap. 22. nu. 1. & 2.* testate supernaturali sibi data:] ad includenda spiritualia, quę quidam appellant spiritualia statuta, vt Ioannes Andræas, & Pan. [p] & communiter appellã *p In d. cap.* tur spiritualibus annexa, non quidem *consulere.* C
eo quod nõ sint spiritualia, sed quia nõ sunt tam spiritualia, quàm instituta, & data supernaturaliter, & immediate ab ipsomet Deo: & quod sunt instituta ob illa paranda, conficienda, conseruanda, & ministranda per potestatem supernaturalem supernaturaliter Ecclesiæ traditam, vt vbi supra declaramus. Nec recte infertur hæc non esse spiritualia, eo quod dicantur eis annexa, vt infra monstrabitur.

7 Præsupponendo secũdo; esse consequens prædictis, quòd sunt spiritualia omnia sacramentalia, & alia sacramẽtis annexa ab Ecclesia per prædictam potestatem supernaturalem supernaturaliter sibi collatam ad paranda, conficienda, conseruanda, & administranda sacramenta, nempe consecratio, & benedictio Ecclesiæ, vel altaris, vasorum, ornamentorum, aquæ baptismalis, vel benedictæ, exorcismus, catechismus, excommunicatio, suspensio, & interdictum, ius patronatus, beneficia, & eorũ electiones, collationes, præsentationes, renunciationes, & id genus alia,

& con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

& consequenter quædam esse spiritualia à solo Deo immediatè creata, vel instituta, vt sunt gratia gratum faciens, septem dona Spiritus sancti, virtutes infusæ, & gratiæ, quas gratis datas appellant, & iurisdictio ecclesiastica supernaturaliter primum à Christo data, vt diximus alibi,[a] alia verò ab Ecclesia instituta, qualia sunt reliqua prædicta.

a In d. c. nouit, de iudic. notab. 3.

8 Præsupponendo tertio, quod prędicta omnia sacramentalia, & quęcunque sunt statuta ab Ecclesia ad paranda sacramẽta, per quæ virtus passionis Christi ad salutem æternam nobis communicatur, sunt & dici debent spiritualia. Tum quia vt hř apud Ioannẽ,[b] [Quod natum est ex spiritu spiritus est:] & hæc omnia nata sunt, & effecta ab Ecclesia spiritualissima, & à summo ministro ei° spiritualissimo per potestatem spiritualissimam, & supernaturaliter datã. Tum quia de annexis idem est iudicium, iuxta illud Pauli,[c] [Translato sacerdotio, necesse est vt translatio legis fiat,] relatum in c. [translato,[d] & alia sexcenta, q̃ probãt accessorium sequi naturam sui principalis. Tum quia omnia iura vel sunt spiritualia summæ potestati spirituali subdita, vel laica, siue temporalia summæ potestati laicæ subiecta: & non põt dici illa esse laica, & temporalia, ergo dicendum est esse spiritualia, argu. à disiunctiua duarum partium ad alterã altera negata.[e] Tum quia omnia iura, q̃ subijciũtur potestati summę laicæ, possunt per eam construi, & destrui.[f] At prædicta sacramentalia, & ad sacramenta pertinentia nõ possiunt construi, nec destrui per potestatem laicã, ut omnes Catholici fatentur, ergo non subijciuntur ei, nec sunt laica, & consequenter sunt spiritualia. Tum quia nullus vnq̃ Catholicus dixit, nec somniauit, vllum Regem, qua parte solum est Rex temporarius, & laicus, posse ordines conferre, & excommunicare: Ecclesias & altaria consecrare, aquam benedicere, catechizare: & non alia ratione, quàm quia sunt instituta per potestatem supernaturalem supernaturaliter B. Petro, & Ecclesiæ datã, ergo nec potuit instituere, destruere, nec disponere beneficia Ecclesiastica, nec electiones, nec collationes, nec renunciationes eorum, neq; alia ab Ecclesia per eandem potestatem supernaturalem instituta.[g]

b Ioan. 3.
c Ad Heb. 7.
d De cõsit.
e c. si enim, de peniten. dist. 2.
f Arg. c. 1. de regul.
g Arg. l. 1. ff. de iust. & iur.

9 Tum quia regia potestas, vt dictum est, non extenditur vltra ea, q̃ cognitio & ratio naturalis attingit, & dictat. At nulla cognitio, & ratio naturalis, etiam tanta, quanta fuit Platoni, & Aristoteli, potuit, nec potest cognoscere potestatẽ illam mirabilem, supernaturalẽ, & omnem rationem naturalem excedentem, datam ab omnipotenti Deo, eodemq; summo Redemptore Iesu Christo B. Petro, & Ecclesiæ ad salutem æternam populi Christiani, neque officia, & effecta illius potestatis, ergo neque Reges, quatenus solum sunt tales, neq; eorum potestas, quæ rationem naturalẽ non excedit, potest illa cõstituere, nec de illis iuridicè cognoscere, nec iudicare, nec statuere. Tum quia simonia tantum cõmittitur circa venditionem, & emptionem spiritualium, iuxta glossam receptam.[h] At in emptione, & venditione omnium prædictorum committitur simonia, secũdum omnes, & probatur in cap. [de iure,][i] & per totum titulum de simonia: ergo omnia prædicta sunt spiritualia. Nec obstat, q̃ simonia cõmittitur etiã in annexis spiritualibus: quia vt infra monstrabitur, non dixi ea spiritualibus annexa, eo quod non sint spiritualia, sed quia non sunt tam spiritualia, quàm alia, ob quæ sunt instituta. Tum denique, quod laica potestas non potest cognoscere, neque iudicare de iure patronatus,[k] nec eadem ratione de alijs prædictis, nec alia de causa, quam spiritualitatis: ergo sunt spiritualia à laica iurisdictione exempta.

h 1. q. 3. in summa. De simo. i De iure patro. c. 1. & 2. k C. quoniam, de iudic.

Tertium igitur fundamentum in prędictis tribus præsuppositis fundatũ insolubiliter concludit prædictum edictũ iniustũ, & nullius roboris esse. hoc modo: Nulla potestas laica potest iudicare, vel statuere super vlla spiritualia, at prędicta bulla Cœnæ Domini, & omnia cõtenta in ea sunt spiritualia, ergo prædictum Auditorium, quod solum laicam potestatem habuit, nõ potuit prædictũ edictum contra ea edere. Quod autem prædicta bulla, & omnia cõtenta in ea sint spiritualia primi vel secundi generis, infra in solutione argumentorũ pro edicto formandorum monstrabitur.

Quar-

10 Quartum fundamentum sit, quòd à mille circiter quingẽtis annis sola Ecclesiastica potestas hæc instituit, & destituit, construxit, & destruxit, auxit, diminuit, & mutauit, nulla laica, & Catholica potestate reclamante, imò consentiẽte, assistente, &, vt iustum erat, protegẽte illam, & fauente, ergo ad eandem pertinet & nunc ea facere: nisi quis adeo desipiens responderet, possessionẽ, quæ tot nominibus est immemorabilis, non debere prodesse summo Pontifici, cum quælibet simplex immemorialis cuiuis infimati prosit, iuxta l. [hoc iure,][a] & c. [super quibusdam,][b] Tum quia, quic quid voluant, reuoluant, & inuoluant aliquot iurisperiti Latinè & Græce callentissimi, & in humanis literis præstim Ethnicis versatissimi, qui forsitan hmõi edicta procurant, plus intenti laicæ potentiæ armis, quàm piæ obedientiæ menti, non solùm non probabunt iustitiam talium edictorum, sed nec satis defendere poterunt, q̃ absq; priuilegio sacrosanctę Sedis Apostolicæ possit vlla potestas laica cognoscere, & iudicare de iure, & iustitia colorandi titulos possidendi prædicta spiritualia, cũ illa, & iustitia colorãdi eos sint eis annexa, & ita spiritualia, de quibus laica potestas absq; Sedis Apostolicæ priuilegio, nec iudicare, nec cognoscere põt. Quare prędicti Auditotij potius erat gratias Sacrosanctæ Sedi Apostolicæ agere, q̃ patiatur Regiam Francicam vti possessione priuilegiorum Sedis Apostolicæ, quæ illa ei concessit, quàm illam expellere à possessione ferendi prædictã bullam tam iuré diuino, quã humano fundatam, & vsu longissimo confirmata.

a §. ductus aqua. ff. de aqua quot. & aest. b §. prætea, de ver bor. sign.

Quintum fundamẽtum sit, quod rationes, quibus prędictum edictum colorari põt, facile tolluntur: maxima enim illarũ, & prima videtur esse q̃ sicut summa potestas Ecclesiastica immediatè à Deo Ecclesiæ est data, & Pontificibus Maximis, ita summa potestas laica est data immediatè Regibus ab eodẽ Deo optimo maximo, & longè prius, & antiquius, quàm Ecclesiastica Papę, quoniã hæc, vt supra dictum est, multis & insolubilibus argumẽtis probatur in prædicta repetitione,[c] data fuisse à Deo Christo homine facto, illa verò iam

c Ca. nouit. notab. 3. de iudic.

inde ab exordio populorum cœpit.

Secunda, quæ quadantenus Lutheranismum sapit, quod contenta in prędicta bulla non sunt circa supernaturalia diuinitus, & supernaturaliter à Deo Optim. Maxim. data, neque instituta & cõsequenter nec spiritualia, quoad quę solum laici, præsertim Reges Pontifici Maximo subijciuntur.

11 Tertia, quod contenta in prædicta bulla, cõtra cuius exequutionem prædictum edictum est latum, feruntur in laicos regni quo ad temporalia Papæ minime subiectos.

Quarta, quod continet processum factum non præmissa partium citatione, quæ est pars defensionis, quã iure naturali deberi declarat elem. [pastoralis.][d]

d §. cæterũ de re iudic.

Quinta, quod S. D. N. videtur in ea propria causa ius dicere, contra legem naturalem, quæ id videtur vetare,[e]

e l. 1. C. ne quis in sua causa iudicet.

12 Ad quas rationes per dicta fundamenta facile responderi potest. Ad primam quidem concedendo summã potestatem laicam siue regiam datam esse generi humano regendo longè prius, q̃ summa potestas Ecclesiastica Ecclesiæ Christianæ: sed negando ex hoc inferri, quòd spiritualem habebant Reges, imò contrarium; scilicet quod alia est protestas Regum laica, alia potestas põtificia spiritualis; & consequenter ex facultate vtendi illa, non inferri facultatẽ vtẽdi hac, cum à diuersis non fiat illatio.[f]

f l. Papinianus, ff. de minoribus.

13 Ad secundum respondeo, negãdo solùm illa dici & esse spiritualia, quæ à solo Deo immediate induntur vel instituuntur, vt latè probatum est in tertio fundamento pro nostra parte adducto; quo irrefragabiliter probatur omnia sacramentalia, & instituta ad sacramenta paranda, conficienda, conseruanda, & administranda, esse spiritualia, & spiritualibus annexa: de quibus idẽ est dicendum, q̃ de maxime spiritualibus, ideſt, à solo Deo inditis & collatis; quod quia non satis perpendunt aliqui hæretici grauissimè circa Ecclesiæ potestatẽ & maiestatem certauerunt, nec vnquã resipient, donec hanc, quæ verissima, & de sacris Christi fontibus hausta est, doctrinam receperint.

14 Nec obstat, quod nullum annexũ est idem cum eo, cui annexum est, sicut nihil

Universidad de Deusto
Biblioteca

a Leg. quod Nerua. iun de identitate posit.

nihil simile est idem, [a] quia, vt prædiximus in dicta rubrica, illud verũ est Theologi loquuntur, siue specifica, vt Iurisperiti dicunt, non autem de generica, aut specifica, specie specialissima, vt Theologi nominant, quam Iurisperiti genus appellant. Nam Petrus potest esse similis Ioanni, & est idem genere, sive specie specialissima, quia est homo; licet nõ sit numero, & indiuiduo: & virtutes infusæ à Deo sunt similes in genere donis Spiritus sancti, & sunt spiritualia à Deo immediatè collata, sicut illa; non tamen sunt eadem numero & indiuiduo secundum doctrinam S. Thomæ, [b] ab omnibus Catholicis recepti.

b 1.2.*q*.68. *art*.1.

Et ita omnia instituta ab Ecclesia per potestatem supernaturalem à Deo sibi supernaturaliter & immediate traditã, sunt spiritualia, & in genere eadem cũ his, quæ sunt spiritualia, propter quæ sunt instituta, & quibus connectuntur, licet non sint eadem numero, nec sint tam spiritualia, quàm illa, quibus annectuntur: quia illa sunt data, vel instituta immediate à solo Deo, hæc autem ab Ecclesia per potestatem supernaturalẽ ab eodem immediate illi traditam.

15 Ad tertiam respondeo concedendo, nec Regem Franciæ, nec subditos eius esse quo ad temporalia subditos Papæ, negando tamen, quod non sint subiecti quo ad contenta in prædicta bulla, cuius executio impeditur: quoniam omnes Christiani, cuiuscunq; ordinis sint, subijciuntur potestati, & iurisdictioni Pontificis Maximi iuxt. cap. [nouit.] de iudic. in quo [c] ponderamus illud ad hoc, primo ibi, [Intendimus decernere de peccato, cuius ad nos pertinet sine dubitatione censura, quam in quemlibet exercere possumus & debemus,] secundo ibi. [nullus, qui sit sanæ mentis, ignorat, quin ad officium nostrũ spectet de quocunq; peccato mortali corripere quemlibet Christianum, & si correptionem contempserit per districtionem Ecc. coercere. [Per quæ palam sit posse Papam corripere de peccato mortali quoscunque Christianos, ét Reges, de quibus illud c. agit, & si non se correxerint, censura ecclesiastica ad id cogere. At omnia contenta in prædicta bulla sunt edicta ad uitanda, impedienda, & corrigenda, peccata mortalia grauissima per sul minationem excõmunicationis, quę est medicabilis, qua tanquam pius pater intendit conseruare salutem subditorum, & perditam restaurare: ergo quo ad illa subditi sunt ei laici, esto, nõ sint subditi quo ad temporalia.

c Not.6.

16 Ad quartum respondeo concedendo citationem partis regulariter in processu esse necessariam; fallere tamẽ quãdo certum est nullam competere defensionem citando, vel cum certum est talem esse actum, quem non posset impedire citandus, si præsens esset; vt latissimè per innumera probat Felynus post Pano. [c] pro quibus omnibus facit, licet ipse non alleget, quod frustra expectatur euentus, cuius nullus sequitur effectus, [f] & omnia contenta in prædicta bulla sunt alia contra quæ nulli vlla de ca. *cum* fensio competit: & talia, quæ nemo iure quæ, *de sent. &* posset impedire, etiam si inueniretur *re iudic. &* præsens, fallit etiam in sententijs excõ. *f C.* municationis, quæ generaliter pro cul *tunc*, *de sent.* pis futuris impediendis, & præteritis *excom.* emendandis, vel occultis indicandis, vel alia de causa rationabili contra eos qui ignorantur, feruntur, iuxta cap. 2. *g Dec.* vbi Ioannes Monachus id annotat, alle *lib.6.* gando stylum Curiæ c. [ad nostram,] *h* 3. *de* & vtrobique Panorm. & communis, & *iuram.* omnes sententiæ contentæ in bulla ge *s. sacrorũ* neraliter feruntur, in eos qui ignorant, *de offic.* ad impediendas futuras culpas, vel emẽdandas præteritas: ergo sine vlla citatio ne poterunt illæ edici.

17 Ad quintam respondeo primo, negando quod Sanctissimus D.N. in prædicta bulla tulerit sentẽtias pro se: quia immo eas tulit pro salute animarum, pro Republica Christiana, pro libertate Ecclesiastica, & pro cõseruatione auctoritatis Apostolicæ, & vnitatis *i In c.* à Deo sibi commendatæ, quæ sunt bo- *ga.2.q.*1. na sedis Apostol. & ita de illis potest iu- *k In c.cum* dicare, sicut Episcopus de causa Eccle- *venissent.* siæ suæ, iuxta glossam iuncto textu, *i* & de iudic. aliam gl. iuncto textu. *k* Secũdo; quod *l l. præter.* Papa potest esse iudex in causa propria *ff. de* secundum prædictas gl. recept. sicut Im *iudeis.* perator in causa sui fisci. Salua. &c.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Episcopum potest Metropolitanus iure communi deponendum pronunciare, deponere autem non; sed & Concilium prouinciale contra eos processum informatiuum formare potest, sed non condẽnare: hodie autem per Concil. Triden. nullus Papa inferior põt de hæresi, vel alio crimine Episcopi depositione digno dignoscere, nec informationẽ iudicialiter capere nu.* 5. *&* 6. *Licet extrauidicialem informationem capere possit, & quandoque teneatur & ad Pontificem referre, nu.* 3. *&* 7.

2 *Legatus à latere potest de iure non solum de appellatione ad Pontificem interposita ad hunc effectum iudicialiter cognoscere, vt causam magis instructam trãsmittat: sed idem facere de crimine Episcopi depositione digno, nu.* 4. *hoc tamen vltimum modo est correctum per Concilium Tridentinum, nu.* 5. *&* 6.

3 *Iudex à quo cognoscere potest de attentatis post appellationem, vt iudex appellationis aptius causam expediat.*

CONSILIVM II.

QVæsitum est, an Concilium prouinciale possit capere informationẽ, aut formare processum contra aliquem Epm suspectum, aut accusatum ibi de causis grauioribus, ad effectum transmittendi probationes, & processum ad Romanum Pontificem.

1 Respondeo, q. pro parte affirmante huius quæstionis facit primo c. [quamuis.] [a] quatenus habet Concilium prouinciale habere potestatem cognoscẽdi de causis criminalibus Eporum, & faciẽdi processus criminales, licet nõ habeat potestatẽ definiendi, cui concordant c. [multum,] & aliquot alij, [b] quin, & glossa, [c] dixit Metropolitanum posse condemnare Epm, non quidem deponendo, sed pronunciando deponendũ.

a 3.9.6.

b Eiusdem causæ, &c. q. c In cap. bi. duit, 2. *q*. 7. *Verba adno tauerit. d De appel.*

2 Secundo facit c. [constitutus.] adiuncta doctrina Panormitani cõiter receptæ; [d] quatenus habet, Legatum à latere, siue Cardinalem Legatum posse cognoscere de causa appellationis interpositæ ab ordinario inferiore ad Papã, vt causam instructioré ad eũ mittat.

A Tertiò, q. iudex à quo appellatur, potest cognoscere de attentatis post appellationem, vt aptius expediatur causa principalis à iudice appellationis. [e] *e Per ca.* cũ

3 Quartò, q. omnis grauatus à iudice inferiore põt appellare ét omisso medio ad Papam, [f] cui vt cõsequens, cuicumq; iudici licere quamlibet causam instruere, vt instructiorem, & informatiorem reddat Papam. Quintò, q. Epi, & alij prælati inferiores pñt nunciare Papæ hæreses & hæreticos, qui habẽtur in territorijs suis, [g] & non possent id facere, nisi accepta prius informatione, & quando iudex refert causam Principi, debet eam instructam mittere. [h]

teneantur, *de appella.* *f C. omnis oppressus, et c. ad Roma num*, 1. & 2.2.*q*.6. *g C. excõmunicamus, de hæreticis et c.inquisitores, sub fi. h L*.1.*C. de relatio.*

4 Sexto, q. causæ maiores sunt referendę ad Papam, [i] & causa dandi coadiutorem Episcopis gratis, & non valẽtibus Ecclesias suas regere, est de maioribus Ecclesię causis, & reseruata Papæ, attamen Capitula pñt informationes facere de illis, & de statibus ecclesiarum suarum, & eas mittere ad Papam. [k] Septimo, q. Ioan. Monac. [l] in specie determinat, Metropolitanum, & Legatũ de latere; licet Epm deponere non possit, causam tñ depositione dignam instruere, & instructam ad Papam remittere posse, quod ait se vidisse factum.

i C. maiores de baptis. *k c.*1.*de cleric. agrot. li.* 6. *l In d. c. inquisitores, de hæretic. lib.*6.

5 Quibus tñ non obstantibus contrarium vẽ verius. Tum quia certum est, q. nulli inferiores Papa pñt cognoscere de hæresi contra Epos, nec processum aliquem facere contra illos, ét si sint inquisitores hæreticæ prauitatis à sede Apostolica deputati. [m] Tum quia non solum depositio Eporum est hodie reseruata Papæ, sed ét cognitio, & examinatio causæ dignæ depositione, per Concil. Trid. [n] Tum quia per prædictum cap. 5. crimen hæreseos, & alia crimina maiora digna depositione & priuatione exequantur quo ad hoc, & pro certo habetur apud plerosq; oẽs non posse vllum inferiorem Papa inquirere, & aliquem processum facere contra Epm super crimine hæreseos sine mandato expresso Papæ, per prædictum c. [inquisitores.] qđ & nuper vidimus obseruatũ in causa Primatis Hispaniæ. ergo neq; in alijs criminib. depositione dignis id facere poterit. Tũ quia non videntur obstare opposita.

*m D. c. inquisitores, de hæretic. lib.*6. *n C.*5.*de re for. ses.*24.

Ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

6 Ad primum enim respondetur, iura in eo cõtenta habuisse quidem locum, quando cognitio causæ depositionis cõtra Episcopos concedebatur Conc.pro uinciali,vel Metropolitano, licet depositio eis negaretur: nũc autem per iura nouiora nõ solum denegatur eis depositio,sed etiam omnimoda cognitio eius.

Ad secundum respondetur, quod vt præfatus Ioannes Monachus vbi supra dixit,instructio quã[in d.c.cõstitutus.] fecit Legatus ille de latere,fuit facta de facto,& non de iure,vel de cõsensu partium.Nec obstat Pan.frequentius receptum contrarium tenuisse.Tum quia ẽt Decius ibidem tenuit non debuisse illud iure fieri, nisi cõsuetudine fuisset introductum. Tum quia licet tempore Innocentij Tertij,cuius est illud c.[constitutus.] Legato de latere licuisset iure vel consuetudine cognoscere de appellatione ad Papam interposita, & eam instruere & remittere ad eum; non tñ ex eo inferretur, idem posse fieri in causa depositionis Episcoporum;quia hoc est aliud ab illo, & à separatis non fit illatio,[a] Tum quod prædicto iure nouo cõtrarium est inductum,vt dictum est.

a l.Papinianus,ff. de mmoribus.

Ad tertium, & quartum respõdetur, eodem fere modo,scilicet, quod capitula in eis citata loquũtur de alijs rebus, quam nostra quæstio,& sunt iura antiqua,quæ quatenus obuiare possunt nostro proposito, sunt sublata per noua.

7 Ad quintum, concedendo quidem posse prælatos inferiores nunciare Papæ,& admonere ipsum hæresim, & alia crimina depositione digna Episcoporũ; imò,& aliquando ad id faciendum tenetur verbo, vel scripto extraiudicialiter, vel ita,vt non faciant processum aliquẽ iudicialem firmum, vt iura in eo citata probant,at iudicialem firmum, vt quæstio prædicta proponit,non.

Ad sextũ respondetur eo modo quo ad tertium,& quartum.

Ad septimum,scilicet dictum Ioãnis Monachi, qui videri põt cõtrarium parti determinatæ dixisse, respondetur intelligendum esse illud pro tpe, quo iure cõcedebatur cognitio huiusmodi criminum Metropolitano,licet negaretur definitio;non autem pro tempore, quo negatur ei etiam cognitio. Nec obstat quod ipse vidit contrariũ seruari:[b] quia illud solum agit de crimine hæreseos: quia sed non vidit Concil.Trid.quo illud,& alia crimina depositione priuationeq; digna quo ad hoc exequantur,neq; animaduertit,quod illud capit. poterat ad alia crimina Episcoporum depositione digna extendi per identitatem vel similitudinem rationis, sicut cap.[quam pericul osum.] [c] & cap.[qualiter,& quando.] [d] & alia multa,quæ merito speciali eis fauent. Salua.&c.

b In d.c.ult. Verb. collegium.

c De sent. excõ. lib.6.

d 2. de accusat.

SVMMARIVM.

Confratria, an corpus,an collegium dicí debeat,vel vtrunque quod verius uidetur num.2. 1

Collegium est simul, societas uerò separatim habitantium. 1

Congregatio ad aliquem finem unita, & corpus, & collegium, & societas, dici potest. 1

Et,dictio non semper coniungit diuersa,sed quandoque exponitur pro uel,siue idest. 2

Collegium sine superioris auctoritate, missi religionis causa initum seu coactum,est illicitum. 3

Collegium etsi pium,sit,tamen laicum est, si maior illius pars sint laici. 4

Collegium laicum in temporalibus subijcitur iudici laico,in spiritualibus uerò Episcopo,à quo etiam circa spiritualia uisitatur. num.6. 5

Iure diuerso, diuersa subsistente ratione, eadem res censetur. 6

CONSILIVM III.

FVit erecta quædã cõfratria sub nomine Corporis Christi:cuius cõfratres habitum distinctum gerunt, separatim à laicis cum cruce in publicis processionibus incedunt. Quæritur,nũ laicalis merè,an mixta dici possit.

1 Videtur dicendũ primò, q̃ hæc congregatio proprius dr corpus, quã collegium:quia sola cõgregatio simul habitãtium propriè videtur collegiũ, cùm tamen etiam seorsum habitantes efficiant corpus, secundum Bartolum, [e] sed ibi glossa dicit è contrario congregationes huiusmodi appellari corpora, cum simul habitant,& aliàs nõ nisi collegia: & Al-

e In rub. de collegijs illic.

a In dicto Verb. collegium. & Albericus, [a] dicit corpus esse genus ad collegium,quod ait tantũ esse simul habitantium,& societatem quam ait esse tantum seorsum habitantium.

2 Nos autẽ arbitramur satis propriè dici posse collegium,corpus, & societatem,omnem congregationem personarum ob aliquem finem vnitarum, siue simul,siue seorsum habitent,& quod illa copula, &,in rub. de colleg. & corp. non propriè ponitur,vt cum coniungit diuersa,iuxta glossam, [b] sed improprie, pro [ideſt,]vel [siue,]vt in l.1.[c] & notata in cap. [ex parte.] [d] & ibi pulchrè per Felynum. [e]

b In rubr. ff.de iur.& fact. ignor. & c.quere lã,de simo. eod.de pact. & c.De reser. Num.6. f L. collegia,§. in sũ ma,ff.de colle illic. g In c.dilect.,de excess.prael. h l.1. & vlt.ff. de colleg.illic. i In l.1.ff. de collegijs illic. k ff.ad municip. l De const.

3 Secũdo,quod licet omnia collegia, & corpora sine auctoritate legitimi superioris coacta, sint regulariter illicita,[f] vt Inno.tradit,& Bart.[h] hoc tamẽ absq; auctoritate superioris sit coactũ, quia causa religionis est coactum,cuius causa potest cogi,& erigi sine auctoritate superioris secundum eos. [i]

4 Tertiò,quòd hoc collegiũ sine corpus est voluntarium, & non necessariũ ex eorundem mente, & licet sit pium, est tametsi laicum,& non ecclesiasticũ: quia omnes,vel maior pars congregatorum sunt laici, quo casu dicendum est laicum,& non ecclesia.ar.l.[quod maior pars.] [k] &c.[cum omnes.] [l] quod tenent præfati communiter recepti: cui consequens esse dicunt debere illud coram laico iudice conueniri.

m in d.l.ff. nu.14.

5 Quartò, quod licet hæc cõgregatio dicatur laica,& ideo, vt prædictum est, subijciatur iudici laico,& debeat cõueniri coram eo, & non subsit Episcopo regulariter quo ad temporalia,& bona quæ ipsi habent in sua congregatione; arbitror tamẽ eos subijci Episcopo quo ad actus ecclesiasticos. Tũ quia expresse Bartolus, [m] hoc ait. Tum quia iudex laicus nullam potestatem habet super rebus,& actibus spiritualibus, & ecclesiasticis. [n] Tum quia iudex Ecclesiasticus est superior iudice laico, quo ad actus spirituales, & ecclesiasticos,quales sunt actus confitendi peccata, cõmunicandi Eucharistiam,audiendi Missas, sepeliendi mortuum in sacro loco, vel cum illis,aut illis cæremonijs.

n Cap.2.de iud.& cap. bene quidẽ. 96.dist.

6 Quinto, quod ex his infertur Episcopum posse congregationẽ prædictã iudicare quo ad modum,& ordinem in cedendi in processionibus, & comitandi sacramentum Eucharistiæ,cum defertur ad infirmos,& in deferendo habitũ, cum ea faciunt,& consequenter visitare illam quo ad hæc licet non possit iudicare, nec visitare illam quo ad alia delicta,vel contractus,quo ad quæ subijciuntur potestati laicæ,& est iudicanda visitandaque ab illa. Nec obstat,quòd eadem res non debet diuerso iure censeri,[o] quia illud verum est, quando eadẽ ratio,& idem respectus suadent idem in *o Ca. cogno umus.* 17. casu proposito:secus autem, quãdo alia ratio, & alius respectus suadet alia, vt est casus in capit.[quia.] [p] & in casu proposito alia ratio, & alius respectus suadet, vt congregatio prædicta subsic potestati laicæ quo ad personas congregationis, & bona temporalia tam earũ *p Sucap. des. ff. de domb. in l.* singularum, quam congregationis; & alia ratio, & alius respectus suadet, vt eadem congregatio,& eius personæ subsint,& iudicentur, & visitentur ab Episcopo quo ad actus religiosos,quos faciunt in locis sacris,& alijs actibus processionum, & alijs similibus ad religiosos, & ad ecclesiasticum ordinem pertinentibus, vt palam est; & praxis quotidiana totius orbis habet, quod licet vnus, & idem sit Christianus laicus habens temporalia,& indigens spiritualibus,& exercens illa,alteri tamen subijcitur,quatenus habet tẽporalia, & exercet illa,& alteri,quatenus indiget spiritualibus,& exercet illa. Itaque potest appellari præfatum collegium simplici ter laicum, & secundum quid ecclesiasticum. Salua,&c.

SVMMARIVM.

Episcopi an visitare possint capellanos triremium. 1

Capellani triremiũ visitari possunt, vt alij viatores, seruato cuicunque suo tã exemptionis,quam alio iure competente. 1

CONSILIVM IV.

AN Epi possint visitare capellanos triremium, quę aduersis ventis in partibus suarum ciuitatũ commorãtur.

Re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

1 Respondeo primò, quod videtur distinguendum inter triremes vnam classem constituentes, quibus communiter præficitur vnus generalis iudex; vel inquisitor cõtra delinquentes vel debitores; & inter alias triremes singulares, quibus nullus iudex talis præficitur. Distinguendum etiam videtur inter capellanos, quos triremes, vel duces earũ accipiunt auctoritate Apostolica, & alia legitima ad celebrandum, & administrãdum sacramẽta cũtibus in illis, & alios capellanos, qui tantùm sunt vectores, & viatores transeuntes ex vna patria in aliam. Tertiò videtur distinguendum inter exemptos, & non exemptos: & ita hoc dubium debet restringi, & non proponi adeò generaliter, & indefinitè.

a De foro comp. & c. 1. de priuil. l. 2. §. legatis, ff. de tu. & l. hæres absens. b Eod. tit.

Secundo, quod Episcopi possunt iudicare, & cognoscere de illis, perinde ac de alijs viatoribus, & transeuntibus, seruando vnicuique sua priuilegia, & ius, quod habent iure communi, vel particulari, domum suam reuocandi, vt nota tur ĩ c. fi.[a] & alijs ibi citatis.[b] Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Nouitius censetur ecclesiastica persona nedum quo ad beneficium canonis, sed etiam fori, pro tempore quo perseuerat in nouitiatu, subiaceique suis prælatis, sicut & professi, nu. 2. tta vt possit prælatus contra talem pro homicidio tunc perpetrato procedendo, etiam eum torquere. nume. 3. sed hoc per clericum, vel religiosum, & non per laicũ, nisi ibi ad sit talis consuetudo. nu. 4.*

CONSILIVM V.

QVidam nouitius conuersus occidit iniustè religiosum professum.

Quæritur primò, an possit de iure à suo prælato regulari iudicari, an potius tale iudicium ad sæcularem pertineat iudicem.

Secũdo, an huiusmodi homicida possit torqueri à prælato regulari.

1 Ad has quæstiones respõdeo primò, quod cognitio, & punitio præfati delicti, & homicidij pertinet ad iudicem ęcclesiasticũ, ar. c. [religioso.[c]] quatenus probat nouitium religionis approbarę gaudere priuilegio c. [si quis suadẽte.[d]] & censeri ecclesiasticam personã, & gaudere priuilegio ecclesiasticæ personæ,[e] & expressè determinant Ioan. And. Dominicus, & Francus,[f] quod cognitio de delicto nouitij pertinet ad ecclesiasticũ iudicem. quod ipsum tenẽt Dominicus & communis in d. cap. religioso. §. 1.

c §. j. de sent. excom. lib. 6. d 17. q. 4. e Arg. cap. nouerit. 1. de priuil. f In c. cleros. de iudic. & in c. religioso. §. 1. de priuil.

2 Et probatur ea ratione, qđ nouitij post habitum susceptum subiacent prælatis quo ad iurisdictionem, & superioritatem, saltem cõmutabiliter, & reuocabiliter, licet non irreuocabiliter: pro tempore quo sunt nouitij, sicut professi: & cognitio, & punitio delictorum religiosorum professorum pertinet ad iudices Ecclesiasticos, & prælatos eorum, vt tradit latissimè Pan. post Ioan. de Lignano,[g] vbi probat quod delicta eorũ pertinent ad cognitionem, & castigatio nem prælatorum, etiam si sint homicidia, & alia grauia delicta.

g In c. cum contingat. 21. & ibi tutor sen.

3 Secundò, q̃ præfatum delinquẽtem poterit iudex ecclesiasticus, & prælatus torquere, si meruerint torturã indicia delicti, seruatis seruandis in quæstionibus siue torturis, iuxta notata in capit. [cum in contemplatione.[h]]

h De regul. c. 1. de his quæ fiunt a maiori. & ibi tex. & doct. & in c. 1. de his quæ fiunt a maiori. lo. ff. de quæst. l. 1. & ibi Bart. & Bald.

Tertio, q̃ prælatus poterit torquere præfatum delinquentem, si opus fuerit, per aliquem clericum, vel religiosum & non per laicum, nisi in terris, in quibus consuetudo id fecit licitum, iuxta nota ta in cap. [vniuersitatis.[i]] Salua, &c.

i De sent. excom. in 6. alij tex. ordinarij.

SVMMARIVM.

Prælatus regularium suorum iudex iure communi in ijs quæ spectant ad regulam, & regularia statuta tantum est ex consuetudine. & priuilegio cognoscit etiã de alijs criminibus non requirentibus depositionem ab ordine, nu. 2. quale est homicidium, num. 3. & quandoque ex sola consuetudine, vel priuilegio de ijs etiam cognoscit. nu. 7. 1

Nouitiorum iudex est regularis prælatus, sicut & professorum. 4

Inquisitionis via non potest prælatus contra suum subditum regularem etiamsi adsint violenta indicia, procedere, nisi adsit fama, per quam maior saltem pars collegij ex præcedentibus indicijs credat eum dicti delicti reum. num. 6. & de hac infamia debet primo per informationes coram notario, secretè tamen assumptas constare, antequam ad capturam procedat nume. 8. 5

CONSILIVM VI.

QVid debet facere prælatus canonicorum regularium contra nouitiũ, contra quẽ sunt indicia violenta, per quæ quasi vehementer creditur occidisse vnum collegâ professum.

Respondeo primo quæstionem hanc prægnantiorem esse, quam primo aspectu præseferat; quia multarum quæstionum decisiones requirit, vt ei pro dignitate satisfiat, quas expressè hęc una proposita non tangit.

1 Secundo, quod prædicta quæstio ꝓsupponit, an cognitio huius delicti pertineat ad prælatũ. Cui nos breuiter resolute respondimus in secũdo cõment. de regu.[a] in hæc verba: [Iure communi iudex immediatus regularium est Abbas, vel alius prælatus eorum in pertinentibus ad regulam suam, & regularia statuta, qđ efficaciter probatur in l. fi.[b] & in c. [cum ab eccle siarum prælatis.][c] quod illius legis ratione nititur quo ad collegium, cui pręest, non tñ quo ad plebem; quo ad quã extẽdit illud glossa,[d] sed non rectè, nec est verum, nisi consuetudo augeat iurisdictionem, quã d. l. fi. dat. Imò nec iure communi, vt ibi aliàs dixi, prælatus inferior habet iurisdictionem in eos, qui sui sunt collegij, quo ad extraria, quæ non tangunt regulam, nec regularia statuta, siue sint ciuilia siue criminalia. Sed nullum monasterium vidi, in quo priuilegio vel consuetudine non sit obtentum, vt prælatus cognoscat etiam de illis, saltẽ cum crimina non requirunt depositionem.]

a Super ca. nõ dicatis. mu. 63. b cap. de iurisdic. omn. iud. c De off. or. d In verbo sententia.

2 Tertio, q̃ ex prædictis infertur, prælatum prædicti nouitij iure cõi non hẽre iurisdictionẽ & potestatem cognoscẽdi de prædicto delicto; quia illud non tangit regulam, nec regularia statuta, ad quæ sola extenditur iure communi.

Quarto, credere me, prælato prędicti nouitij competere consuetudine, statuto, vel priuilegio Sed. Apostolicæ iurisdictionem ad cognoscendũ de causis ciuilibus, & criminalibus suorũ canonicorum expressè, vel tacitè professorũ, saltem cum crimen non requirit depositionẽ ab ordine. Tum quia, vt dixi nullum monasterium celebre vidi, in quo prælatus super suos canonicos regulares, vel monachos non habeat iurisdictionem prædictam actiuè, & passiuè. Tum quia Philippus Francus[e] videtur hoc affirmare. Tum quia video id obseruari in Italia, Gallia, & Hispania.

e Tã in ca. religioso. §. 1. de sent. excõ. lib. 6.

3 Quinto, q̃ in casu proposito agitur de crimine requirente depositionem, imò & degradationem realem, secundum Panormitanũ,[f] quia agitur de homicidio qualificato, quo dñ nouitius occidisse professum expressè religionẽ sanctissimam canonicorum regularium, quamuis cõis opinio teneat contra Panor. quo ad degradationem, vt resoluit Decius post multa,[g] & ita, cum prædictus prælatus iure cõi nõ habeat iurisdictionem cognoscendi de prædicto ca su, si neq; de consuetudine, vel aliio iure speciali habeat illam, non competit illi iurisdictio super hoc crimine; quod requirit depositionem.

f In c. 1. de regu. eo. lib. in c. at si clerici. nu. 63. g in ca. qualitas. & ca. quãto. de off. ord. lib. 6.

4 Sexto, q̃ quãuis videri possit alicui, quod prædicto prælato non cõpetit talis iurisdictio in nouitium laicum: arbitror tñ, qđ attẽto ꝓdicto c. [religioso.][h] per quod declaratũ est, nouitios gaude re priuilegio c. [si quis suadẽte.][i] verius vẽ, quod potest cognoscere, perinde ac posset, si esset clericus & professus.

h §. 1. de sent. excõ. i 17. q. 4.

5 Septimo, præsupposito ẽt, q̃ prædicto D. prælato competat iurisdictio cognoscẽdi de delicto proposito, non tñ põt procedere per viã inquisitionis, nisi fama prædicti delicti sit contra prædictũ nouitiũ; quia licet iudex possit procedere contra delinquentẽ per viam accusationis, vel denũciationis sine fama præcedente, nõ tamen potest iustè procedere per viam inquisitionis, per ea, quæ notantur in cap. [super ijs.][k]

k Et ca. in. 6 Credo autem sufficere famam, quã quisitionis, & ca. qualitas quod saltem maior pars eorum, qui sunt in collegio, credat illum nouitium occidisse prædictum professum, etiamsi fama illa non esset fama quo ad ciuitatem, neque quo ad plebem parochiæ, per aliqua, quæ adduci possent, si vacaret.

Q Octauo,

7 Octauo, q̃ mea sententia prędictus prælatus cognoscere potest in casu proposito de delicto prædicto, si competit ei iurisdictio cognoscendi de crimine requirente depositionem iure aliquo speciali, (quæ tamen iure communi non competit) etiamsi fama prædicta prędecit quam etiam credo prędecere.

8 Nono, quòd, si sua Paternitas vult procedere per viam inquisitionis, debet ante omnia accipere secreto informationem contra prędictum nouitium de fama iam orta in collegio coram notario publico, antequam apprehendat eũ & postea apprehendere illum, & opponere illi delictum prædictum, quod ei fama imponit. Salua, &c.

De ferijs.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo ab obseruatione diei festi tunc excusat, si sit præscripta: quam præscriptionem interrumpit superioris contradictio.*

2 *Damnum quod paterentur famuli, discipuli, & locantes operas, qui nisi diebus festis aliqua opera facerent, eijcerentur, non excusat, nisi sit tanta eorum necessitas quæ excusaret à sanctificatione festi, vel excusentur ob modicitatem operis; & hoc modo sacrum audiant.*

CONSILIVM I.

EIguli dñr hic Romę hanc habere consuetudinem, vt diebus festis prępărẽt materiam, ex qua postea die sequenti non feriato conficiant lateres, & tegulas, licetque dicta materia posset præparari eodemmet die non feriato, attamen, vt lucrẽtur duas, tres, vel ét quatuor horas temporis, prædictam materiam præparant die festo, & hoc fere ab omnibus obseruatur; licet deprehensi à ministris iustitiæ puniantur in notabili quantitate pecuniarum, tanquam violatores festorum. Vnde occurrit dubitari, quid agẽdum sit cum pueris eorũdem, quorum aliqui locauerunt magistris operas suas ad aliquot annos, vt artem addiscerẽt, aliqui artem scientes ad aliquot menses, & aliqui ad hebdomadas: qui cum nesciant aliam artem exercere, cum notabili dispendio eandem desererent, & nisi diebus festis velint vt supra operari, non valerent vt plurimum reperire qui eos conducere vellent.

Sutores etiam diebus festis resident in eorum tabernis: vt calceos vendant tàm rusticis venientibus, quàm & habitantibus Romæ, & dictis diebus plures calcei venduntur, quàm alijs diebus: & si cæteris vendentibus vnus vellet tabernam claudere, maximum damnum pateretur. Tempus, quòd insumitur in præparando vno pare calceorum dũ venduntur calcei, est modicum. Magistratus ecclesiasticus, ad quem spectat curare vt festa seruentur, publico, & pœnali edicto mandat ne hæc fiant: attamen in executione edicti remissius proceditur; & si aliquis esse, soluta aliqua minima quantitate exequutori liber dimittitur, & sæpissime etiam huiusmodi transgressiones dissimulantur.

1 Ad primam quæstionem respondeo primo, huiusmodi figulos non excusari sua consuetudine; cum non sit præscripta ob contradictionem superiorum, quæ interrumpit illam. [a]

Secundo; nec famulos esse excusandos; cum vero, & Ecclesia vel Deo contraria præcipientibus, ijs potius quam illi sit obediendum, [b] nisi tanta eos vrgeret necessitas, quæ excusaret à festo colendo, iuxta ea quę nos tradimus in Manual. [c]

Ad secundam respondeo, non peccare saltem mortaliter huiusmodi sitores propter causas in propositione quæstionis tactas, per ea quæ [d] diximus.

SVMMARIVM.

1 *Famuli artificum in festis laborantes etiã causa discendi artem, peccant mortaliter nisi necessitas artificum, vel propria sit tanta, quòd aliter non possent habere vnde honestè viuant.*

Necessitas quæ excusat operantem die festo, excusat etiam illum, qui vt ei succurrat operatur.

CON-

[a] *Arg. eorum quæ dicuntur de cõsec. dist. 1.*

[b] *C. 13. nu. 10. & 11.*

[c] *Vbi sup.*

[d] *In Manu. c. 11. n. 3.*

CONSILIVM II.

AN famuli artificum seruientes eis aliquot annis, vt eorum artes discant, possint absolui à confessarijs, si coacti à suis magistris seruilia opera faciunt, & non proponunt discedere ab eis nolentibus; eos aliter docere; eo q̃ non possunt inuenire alios, à quibus discant, nisi laborando diebus festis?

Respondeo primo, q̃ non, si ob id desinant audire sacrũ contra c. [missas.] [a] Secundo, q̃ si magister vel herus tanta necessitate opprimeretur, quod liceret sibi per se illud, quod facturus est discipulus, facere; posset ipsum iuuare, non ea principaliter ratione, qua est magister vel herus, & vt ab eo discat, sed vt tam graui necessitati eius succurrat, per ea quæ diximus in Manu. confess. [b] Tertio, q̃ videtur licere ipsi famulo, audito sacro laborare, si non inueniret à quo posset discere illam artem non parendo suo herò, & magistro in faciẽdo illud opus, & esset ei tanta necessitas discendi artem illam, q̃, nisi disceret eã, iuxta circunstantias personæ, loci, vel alias, non posset honestè viuere: q̃ tñ rarò videtur contingere. Quarto, q̃ cessante necessitate huiusmodi, tàm ex parte discipuli, q̃ ex parte magistri non posset meo iudicio absolui huiusmodi puer, nisi proponeret desistere, ob ea quæ [c] diximus. Salua, &c.

[a] *De cõsec. dist. 1.*

[b] *C. 13. nu. 10. & 11.*

[c] *Vbi sup.*

SVMMARIVM.

1 *Missa ab audienda, qua ab ecclesia distantia excusat, ex circunstantia personarum, viarum, temporis, & similium arbitrabitur bonus vir.*

CONSILIVM III.

AGricolæ locant operas suas menstruas pro certis locis remotis ab Ecclesijs: vnde rarò diebus festis audiunt sacrum, excusantes se non debere cogi ex dictis locis, quæ distant ab ecclesia vltra tria milliaria Italica, accedere ad Ecclesias diebus festis, vt audiãt sacrum. Dubitatur, quanta distantia excusare possit hos rusticos, ne cogantur pro sacro audiẽdo adire Ecclesiam.

A 1 Respondeo primò, scire me terras, in quibus eunt viri, & aliquot mulieres robustæ ad audiendam Missam diebus festis ad loca plus quam tribus milliaribus distantia, imò & senes mares, & fœminæ in diebus solemnioribus.

Secundò, q̃ mea sententia, viri, de quibus in quæstione, qui præsupponuntur esse robusti, & operarij, nullatenus sunt excusandi, eo q̃ tribus milliaribus à loco, vbi audienda est Missa, distent.

Tertiò, q̃ non est determinatum iure quanta distantia excuset ab audienda Missa, & ita determinãdum est arbitrio B boni viri, [d] qui ét ex circũstantijs personarum excusandarum, pluuiarum, fluminum, lutorum; & alijs huiusmodi *lib.* suum animum informabit. Salua, &c.

[d] *Iuxta l. 1. ff. de iu. de.*

SVMMARIVM.

Excusantur agasones, qui diuersoria, in 1
quibus minus impediuntur, eligunt, licet secundario inde sequatur vt non possint sacro interesse.

CONSILIVM IV.

AGasones, seu agentes equos, ac muliones, cum sint pauperes, student nocte hospitari extra vrbes, & castra vel in via, vel in paruis hospitijs, in quibus minoris emuntur necessaria: & quia dicta loca, vt plurimum multum distãt ab Ecclesijs, idcirco diebus festiuis non possunt missam audire.

1 Respondeo, satis excusationis habere muliones, & vectores equorum, si principaliter adeunt prædicta loca, & diuersoria, vt minus impendant, & non vt excusentur ab auditione Missæ, arg. [e] eorum quæ dicuntur in Man. conf. [c] *c. 22. nu. 3.*

[e] *C. 13. &*

SVMMARIVM.

Missa ut non omnibus, sed aliquibus tan- 1
tum festis intersint aliquot ouium custodes, & personarum genera, iusta consuetudine introduci potuit; & tùc sufficit vt tales ijs intersint, & eorum domini eis tantam faciant commoditatẽ, vt illis interesse possint.

Cultus diei festi efficiet, ne oues, quas 2
ideo custodes tardius aliquantulum

Universidad de Deusto
Biblioteca

educunt, vt sacro intersint, minus bene valeant.

CONSILIVM V.

PAstores ouium tam paucos conducunt ouium custodes, vt eis non liceat, nec tertio quoque mense, dimissa ouium custodia alijs concustodibus, sacrum audire. Dubitatur quid agendũ tam cum pastoribus principalibus, quã cum dictis custodibus.

1 Respondeo primò, ꝙ pastoribus dominis ouium præcipiendum videtur, vt tot custodes ouium conducant, quo sufficiant, quo liceat eis satisfacere præcepto de audienda Missa diebus festis, cum cap. [Missas,] [a] omnibus Christianis id præcipiatur.

a De cõsecr. dist. 1.

Secundò, ꝙ fieri potest, vt consuetudine aliqua rationabili inductum sit, vt custodes ouium aliquarum regionũ nõ teneantur audire Missam omnibus festis, sed tantum quibusdam, alibi pluribus & alibi paucioribus pro regionum variarium varia consuetudine: quia cũ illud præceptum sit humanum, potest humana consuetudine moderari, [b] & ita sufficit quod domini ouium ponant tot custodes, quot sufficiant ad custodiẽdas oues, & audiendas Missas debitas.

b Arg. c. fi. de consuet.

2 Tertiò, ꝙ custodibus ouium præciendũ est, vt ita inter sese conueniant; ꝙ possint audire missas à se necessario audiendas, & ꝙ non seruiant dominis, qui noluerint ponere custodes ad id necessarios: quamuis arbitrer, custodes ipsos posse ita ordinare horas audiendi Missas, vt qui sufficerent ad custodiendas oues sine Missarum auditione, sufficerent etiam ad custodiendas eas audiẽdo necessarias aliquantulum acceleran do, vel tardando exitum, vel ingressum, & regressum ouium propter hanc causam, quæ ipsa faciet ne minus valeant.

SVMMARIVM.

1 *Scribendi actio, prout est opus per animi prudentiam, non est opus seruile; secus si fiat vt ex vno scripto sumatur copia.*
2 *Opus seruile non fit ex eo solum, quod fiat ob lucrum; sed & modicitas materiæ excusat à peccato mortali.*
3 *Indeterminata à iure relinquuntur arbitrio prudentis, qui ex causa, & circunstantijs iudicabit, illud spatium horæ, quod agricolæ die festo fodienti est peccatum mortale, non esse tale fuenti, seu barbitonsori.*

CONSILIVM VI.

QVæritur primò, an scribere sit opus seruile.

Secundò, an opus, quod aliàs non erat seruile, fiat seruile, si fiat propter lucrum.

Tertiò, cum conceditur facultas laborandi die festo, ad quę opera seruilia potest concedi plus temporis.

1 Ad primam quæstionem respondeo primò, ꝙ verbum, [scribere,] varias habet significationes, & ꝙ quatenus significat condere legem, componere librum, seu aliquod opus per animi sapientiam & prudentiam, non significat opus seruile, neque quatenus significat manu propria literas pingere. Quoniã seruile opus, definitur esse opus manuarium proprius conueniens seruis, quã ijs quibus seruitur, vt post D. Thomam ibi citatum tradimus in Man. nostro. Et scribere, quatenus prædicta significat, proprius, vel saltem æquè conuenit his quibus seruitur, ac seruientibus. Secundò, ꝙ ex vna scriptura aliam similem facere, describere, & transcribere, videtur esse seruile: quia proprius conuenit seruientibus, quam his quibus seruitur: quod & nos satis insinuauimus, & latius tradit Caietanus. [c]

c c. 13. hoc.

2 Ad secundam respondeo, quòd varij varie sentiunt circa hoc dubium, vt ego iamdudum late tractaui in capit. [ieiunia.] [d] quod habet id quod in quæstione proponitur, scilicet in die Dominica nihil aliud esse agendum, quã Deo vacandum: & postea in d. Man. breuiter resoluendo diximus, nullum opus fieri seruile ex eo quòd fiat ob lucrum vel mercedem, vt efficaciter probat Caietanus, [h] ibique respondet oppositis: cuius rationes, quia ibi facile videri possunt, hic non rescribo.

d In d. c. nu. 14.
e In 2. 2. q. 122. art. 4. col. 20. vers. ad secundum.
f De cons. dist. 3. g c. 13. & 12.
h In 2. 2. q. 122. art. 4. col. 14. vers. ad tertium.

3 Ad tertiam rñdetur, quòd omnia dubia quæcunq; iubentur, aut permittuntur nõ dubia faciẽda sine determinatione quãtitatis, vel temporis, debent determinari arbitrio boni vel prudẽtis viri, vel iudicis, [a] & cõsequenter vir bonus & prudens arbitrabitur, inspectis circunstantijs personarum, causarum, siue occasionum, generis, operũ, & alijs, ita quod maius tempus potest concedi ad consuendum aliqua, vel ad barbas radendas, & capillos circuncidendos, quam ad fodiendũ in agro, vel putandam vineam.

a L. 1. ff. de iure del. b. c. de causis. de of. deleg.

De causa possessionis, & proprietatis.

SVMMARIVM.

1 *Possessorium suspenso petitorio prius terminari debet.*
2 *Regularium regimen perpetuum melius quam triennale.*
3 *Institutio prælatorum & beneficiariorum communiter perpetua.*
4 *Ius patronatus per præscriptionem 40. annorum quæri, modificari, & tolli potest.*
5 *Ius ad antiquum reuersio fauorabilis.*

CONSILIVM I.



APa creauit iuspatronatus super quodam monialium monasterio in fauorem N. qui per 70. annos præsentauit Abbatissam, & institutio fuit perpetua, nunc verò iterum præsentante patrono, & tam ipso, quàm monasterio institutionem perpetuam desiderante, insurgunt institutor, & alij dicentes institutionem esse debere triennalem, quia sic apud religionem receptum esse videtur. Quæritur quid iuris?

1 Respondeo primo, patrono & monasterio volentibus, vt Abbatissa præfata præsentata per patronum confirmetur pro perpetua sine triennalis tpis præfinitione, clarum & manifestum ius eis in possessorio cõpetere; quia ab annis 70. sunt in hac possessione cũ titulo colorato, qd sufficit, iuxta glossam celebrem. [b] & ita nullatenus permittere debent, vt agatur, & litigetur super petitorio, & proprietate iuris, donec possessorium finiatur, & reponantur in

b In cle. 1. de causa possess.

Nauar. Cons. Pars I.

A pacifica & tranquilla possessione iuris præsentandi, & petendi cõfirmationem perpetuam. Tum quia magnum est cõmodum possessionis. [c] Vnde & iure concessum est, quod si causa proprietatis seu petitorij prius incipiatur, possessorium incipi ab eo, cuius interest, & suspendi petitorium, donec possessorium finiatur, [d] quæ receptissima sententia est. Tum quia victo aduersario in possessorio, attenuant mul-

c §. retinendæ. vers. & quia cõmodum. Instit. de interdic. d C. pastoræ. lis. de causa possess.

B tum vires eius ad obtinendum in petitorio, vt præfata iura declarant, & non solum attenuantur ei vires iuris, sed ẽt facti; ita vt frequenter abstineat à petitorio, propterea quod se videc victum in possessorio, vt quotidie palam fit.

2 Secundò, ꝙ licet ambitio, & dulcedo sensualitatis suaserint multis regularibus, melius esse regimen triennale inuentum à recentibus regularibus, vt per frequentes mutationes ambitiosi & auari aliquando fiant prælati, vel prælatæ; multo profecto corã Deo & sanctis eius melius & sincerius est regimen illud antiquum, quod antiqui, ijdemque sanctissimi Patres, Basilius, Augustinus, Benedictus, Bernardus, & Ecclesia vniC uersa seruarunt, quando regulares longè erant meliores, quam nunc sunt, idque nos multis & efficacibus rationib. probauimus infra, [e] & latius in tractatu de paupert. quem nunc recognitum iterum edere curamus mutato titulo in titulum de regul. [f] quas rationes q

e In consil. 7. de Statu monach. f Super ea. præsul serena mente pensauerit, facile nullam. 18. cognoscet, quo spiritu hoc regimen tẽporale substitutum fuerit illi regimini antiquo perpetuo, censebitque conandum esse aliquam inuenire viam qua rediremus in illud antiquum.

Tertiò, ꝙ etiam in causa proprietatis, & petitorio ius est præfato patrono, & monasterio, iure communi attento. Tum quia pars aduersa cognoscit iure speciali Pont. Max. competere pdicto patrono ius præsentandi prędictam Abbatissam: & constat iure communi Abbatum, & Abbatissarum, & aliorum prælatorum, & prælatarum & omniũ alio-

g Iuxta ea. rum beneficiariorum institutiones p̃ fatis peruersentatorum ad dignitates & beneficia sũ. 56. dist.

esse debere perpetuas; ita quod sine cul & c. inuenpa graui non possint ab eis deponi. *g tũ. 16. q. 7.*

3 Tum quia secundum receptam sententiam ius patronatus per præscriptionem quæri, tolli, & modificari potest, p ea quæ habentur in cap. [consultationibus.] [a] & late tradita post alios per Albertinum, [b] & multis alijs locis, [c] præsertim dum constat ius patronatus iam esse quæsitum, & formatum, vt est in casu proposito, in quo Pontifex Maximus illud creauit, nec pars aduersa hoc negat. Ergo præfatum monasterium, & prædictus patronus potuerunt acquirere per præscriptionem legitimam, quòd ius præsentandi, quod Papa concesserat, intelligeretur ita, vt institutio perpetua deberetur Abbatissæ præsentatæ: ergo etiamsi iure communi institutio debuisset esse temporalis, cuius contrarium supra probatum est; iure tamen speciali præscriptionis debet esse perpetua, & tenetur ordinarius ad faciendam illam perpetuam. Tum quia præscriptio 40. annorum sufficit, vt sit legitima in hac materia per glossam receptam, [d] & per textum & ei adnotata, [e] & in nostro casu est 70. & ita fere duplo maior, quam necessaria. 4 Tum quia reditio ad ius pristinum, & antiquum est fauorabilis, [f] vbi hoc dilatat Iason, & ante illum Felynus. § At antiquo iure optimo, vt diximus, institutio vel confirmatio debebat esse perpetua: ergo pretensio, quòd in casu proposito debet esse talis, digna est fauore, & vt iudex omni ex parte, qua id facere potest, ei faueat. Tum quia etiamsi solus patronus hoc peteret, erat audiendus, & iuuandus; & in casu proposito non solum ipse, sed & monasterium, & moniales eius id ipsum petũt: ergo fauendum est eis, & credo fauebit totum Illustrissimum Rotæ Prætorij, si ad ipsum res deferatur. Salua, &c.

a Et in c. cum nobis, de iure patrona.
b Lib. 2. par. 10. q. 1. pri. art. 5.
c De iure patrona.
d In d. c. aua.
e C. de quar ta, de presc.
f c. ab exordio, 35. dist.
§ l. si vnius, §. pactus ne peteret, ff. de pact.
g In c. cum omnes, de constitu.

De restitutione spoliatorum.

SVMMARIVM.

1 *Officiarium principis non decet sine ipsius licentia causam, quæ ipsum tangit, tractare.*

Interdicta vnde vi, & vti possidetis, pro mobilibus non dantur. 2
Interdictum vtrubi pro retinenda re mobili datur. 2
Possessorium iudicium recuperandæ possessionis rei mobilis datur iure canonico, sed non iure ciuili. 3
Officij iudicis remedium extraordinarium locũ habet vbi æquitas suadet, & aliud non est proditum. 3
Prælati agere possunt pro iuribus suorum regularium. 4
Officium sigillatoris Pœnitentiariæ membrum officij maioris Pœnitentiarij, & ita huius interest regesta illius fideliter custodire. 4
Petitio iudicialis legitima continere debet, quis, coram quo, quo iure, & à quo quid petat. 5
Priuandus non est re sua non auditus, vel non citatus. 6
Executor mixtus sine cognitione quem possessione sua non priuat. 7
Consuetudo immemorialis sine causa mutari non debet, nu. 13. 8
Iudicandum de lege cum sit, secundum eam cum facta est. 9
Dispositio omnis principis contra legem humanam valet, quamuis peccaret, si sine causa id faceret, nu. 13. 9
Beneficiorum diuisio iure prohibita ex causa fieri potest. 10
Beneficium vacans sine diminutione conferendum, sed potest onerari & postea conferri. 10
Beneficium non vacans vtiri potest, etiam non vocato possessore. 11
Beneficia, & officia Ecclesiæ liberæ Papæ potestati subsunt. 12
Legis humanæ mutatio vitanda, etiam si occurrat aliquid melius; nisi eius vtilitas præponderet damno quod ex mutatione sequeretur. 14
Firmus ideſt, quod à pluribus approbatur. 13
Nobilnas hãc sibi legẽ imponit, vt nisi i be neficijs creuerit, nihil se præstitisse putet. 16

CONSILIVM I.

Rę suppono primo; quęstionẽ esse, an Illustris. summus Pœnitẽtiarius bene petat libros officij sui sigillatoris, quos Reuerend. Datarius de mandato Sanctissimi iussit post mortẽ ipsius sigillatoris penes quendam custodiri, & deponi.

Secundo, protestor me nihil hac de re respondere ausum fuisse, nisi me præ dictus Illustrissimus, cuius sacræ Pœnitentiariæ Prætorio assistere teneor, certiorem fecisset, q̃ sua Sãctitas volebat, vt qui sumus eiusdem Prætorij tractaremus, quid de illa nobis videretur: q̃n non decet, nec forte licet his, qui sumus officiarij suæ Sanctitatis adeo addicti, de causa, quæ suam Sanctitatem ex propinquo tangit sine ipsius faculẽte tractare, arg. c. vlt. [a] & aliorum iurium citat eorum à glossa ipsius. [b]

Tertiò, q̃ primo vidẽdum est, an esto quod ablatio prædicta librorum sit male facta, petitio restitutionis ipsorum per viã alicuius remedij possessorij pertineat ad Illustrissimum eundemq; maiorem Pœnitentiarium.

2 Et pro parte quidem negante facit primò, quod prædictus Reuerẽdissimus Datarius nec vi, nec clam, nec precario abstulit illos; & ita cessant remedia possessoria interdictorum, quæ ob facta vi, clam, vel precario, competunt. Interdicti item vnde vi; & vti possidetis, cessant, quia non dantur pro rebus mobilibus. [c] Non competit etiam interdictum vtrubi, quod datur pro retinenda possessione rei mobilis, [d] quia constat prædictos libros nõ possideri à sigillatore, neque à prædicto illustrissimo: & quod nullum remedium possessorij est proditum à iure Cæsareo pro restitutione rei mobilis, quales sunt libri prædicti, iuxta glossam receptam in leg. rem quæ nobis. ff. de acquir. poss. pro rebus enim mobilibus competit actio furti, vel vi bonorum raptorum, vt patet.

3 Sed ad hoc responderi potest, quod licet iure Cæsareo non sit proditum remedium possessorium pro restitutione possessionis rerum mobilium, est tamẽ proditum iure Pontificio, [e] vt post alios tradit Ripa, [f] & præterea vtroque iure videtur habere locum remedium officij iudicis, quod habet locum ubicunq; æquitas suader, vt fiat aliquid, & nõ est proditum aliud remedium, iuxta l. [plane.] [g] & tradit post alios vbi supra Ripa, in multis locis.

a De postu. b In verbo cõtra eccle siam.
c l. 1. §. illud, ff. de uti, & uti ar. et l. 1. ff. uti possidetis. d l. 1. ff. utrubi.
e Per c. reintegrãda, 3. q. 1.
f in c. sæpe, de resti. spol. nu. 22.
g § si et le. seq. ff. de pe tit. hared.

4 Secundo pro eadem parte negante facit, quòd licet habeant locum prædicta remedia, non tamen videtur posse illa intentari à prædicto Illustrissimo Pœnitentiario, quia ipse nõ possidebat illos libros, nec custodia eorum pertinebat ad ipsum, sed ad sigillatorem eius per cõstitutionem reformationis sacræ Pœnitentiariæ. Sed & ad hoc respõderi potest, q̃ Abbates, & alij superiores prælati possunt agere pro iuribus monachorum sibi subditorum, [h] & Pœnitẽtiarius maior videtur superior sigillatoris sui prætorij, & illius officium videtur esse membrum sui officij principalis: & negari non potest interesse sui officij vniuersalis Pœnitentiariæ, vt regesta ad eã pertinentia fideliter custodiantur, & iura ad officiarios spectantia illæsa seruentur, arg. à simili, quod valet. [i]

5 Tertio pro eadem parte negante, s. quod nõ bene petat prædictus Illustrissimus, facit, quod nõ nominat vllã personam, à qua petat, quæve illos possideat, & teneat; & supposito quod sint restituendi, dubitari potest quis magis teneatur ad restitutionem, an ille sub cuius custodia, & potestate remanserunt post mortem sigillatoris, an Reuerendiss. Datarius, iussu cuius fuerũt illi ab eo traditi, an sanctissimus D. N. imperio cuius Datarius illud iussit: an ille, cuius custodiæ nunc sunt commẽdati, & omnis qui bene petit, debet exprimere quis, quid, coram quo, quo iure petat, & à quo, iuxta glossam receptam in c. 1. de libel. oblat. Sed etiam ad hoc respõderi potest, quod licet in supradicta causæ propositione non exprimat personã à qua vult, poterit tamen exprimere in sua, quam proponet, petitione.

6 Secundo, videndum est, an ablatio prædicta fuerit iniustè facta. Circa qd dicendum videtur primò, quòd sic, si absque auctoritate Sanct. D. N. in id exp̃essa D. Datarius id fecit: quia nemo est priuandus re sua, vel sibi debita, an te quam audiatur, vel saltem citetur, [k] etiam à Papa, [l] & possessione rei, [m] imò nec citatus prætermisso ordine iuris, [n] & prædictus Illustrissimus, vel alia persona vera, vel ficta, pro qua ipse agere poterit, videtur possessione rei ad se pertinẽtis priuatus, vel priuata à D. Datario

h Clem. 1. de rescrip. c. fin. de succeſs. ab intest.
i C. dudũ, 2. de elect.
k l Ca. nos in quenquam
l 2. q. 1.
m cap. 1. de cau. poss.
n c. conquerente, de restit. spol.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rio antequam fuerint auditi, vel citati.
7 Tertiò, q̃ etiũ ablatio prædicta fuit iniusta, si prædictus D. Datarius eam fecit vt iudex, vel executor mixtus S.D.N. quia delegatus, vel mandatarius, siue executor Papæ mixtus non potest tollere alicui possessionem, quam habet alicuius rei, sine causæ cognitione, virtute mandati Papæ sibi facti, vt alius mittatur in possessionem eiusdem rei, iuxta
a In c.1. de cõceß.præb. nu.4. celebre dictũ Inn.[a] in theoria & praxi. Ergo licet Papa mandasset D. Datario, vt reciperet prædictos libros, nõ potuisset illos auferre sine vocatione partis.
8 Quarto infrascriptæ rationes, quibus iniustitiã prædictæ absolutionis aliquibus posse probari visum fuit, nõ substiunt: & quidem, dum dicit quòd consuetudo immemorabilis, non pót muta-
b de consang. ri, est contra c. [non debet,][b] quod legem & consuetudinem seruatam à tpe immemorabili de non cõtrahendo matrimonium intra septimum gradum, abstulit, restringendo illam vsq; ad quar-
c In c.1. de refor. matr. sess.24. tum, & contra Conc. Trid.[c] quod abstulit cõsuetudinem ante multa sæcula seruatam de valore matrimoniorum clandestinorum, & contra innumera alia iura, quæ consuetudines immemorabiles G abstulerunt, & contraria illis statuerũt. Illa item, quæ præsupponunt, quod cõsuetudo, quæ habet uim legis, non põt mutari, cum palam sit ipsam legem etiã Conciliatem, & seruatam à tempore immemorabili, mutari posse, iuxta do-
d 1.2. q.1. de constit. ctrinam S.Th. receptam,[d] quin & sapit hæresim contra doctrinam Catholicã, quæ colligitur ex c. [cuncta per mundum,][e] & ibi notatis de potestate Papę legem condendi. Illa item, quæ præsupponunt mutationem legis eo ipso esse inualidam, quòd non debeat fieri.
e 9.q.3. & c.1. de constit.
f In cap. in ustis. 4. dist. 9 Tum quod ſm Augustinum,[f] licet H de lege iudicandum sit, cùm sit, secundũ tamen illam iudicandum est, cum facta fuerit. Tum quia recepta conclusio est, q̃ omnis lex & dispositio Papæ & cõtra legem humanam facta, tenet, licet fieri non debet, secundum omnes. 8 Illa itẽ,
g In c. quæ in ecclesiarũ, de cõst. quæ texuntur ex pluribus particularibus contra regulam dialecticam, arguẽdo per indefinitas, quæ particularibus æquipollent in effectu sic: [Traditio antiqua est immutabilis regula, & debet

E sẽper durare: ergo cõsuetudo, de qua agitur, cum sit traditio antiqua, & regula,] est immutabilis, ac si argueretur. [Equus habet aures, & homo habet aures, ergo equus est homo.] Non enim ex eo quod aliqua traditio, vel consuetudo sit immutabilis, cõsequitur quòd hæc vel illa alia sit immutabilis. Quare, iudicio meo, non est tradenda illa informatio S.D.N. vere eruditissimo, qui merito ægrè ferret contentam in ea sibi tanquam firma offerri.
10 Quintò, quod difficultas probãdi illam ablationem esse iniustam, augeF tur ex eo, quod licet sectio & partitio beneficiorum sit prohibita in Conc. Turonensi,[h] potest tamen fieri ex iusta causa, vt ibidem adnotauit gloss. recep. & traduut omnes,[i] & quod licet beneficium vacãs sine diminutione debeat cõferri,[k] potest tamen beneficio vacanti imponi aliquod onus, & postea ipsum onustum alteri conferri.[l]
11 Potest etiam beneficiũ non vacans iustè vniri alteri, etiam per ordinarium etiam non vocato beneficiario, vt nouè decisum fuit contra aliquorum opinionem [si vna,][m] vbi glossa & omnes id adnotant, & etiam adnotatur ad decis.[n] in nouissimè impressis, & q̃ nemo negabit S.D.N. posse adimere, & reddere officio sigillatoris, quod sibi placuerit, iuxta illud. [Quod principi placuit, legis habet vigorem,[o] præsertim in his quæ suæ liberæ potestati subijciuntur, iuxta l. [princeps,][p] qualia sunt beneficia, & officia ecclesiastica.
12 Sextò, quod etiam hæc euadi posset, si voluerit, prædictam consuetudinem, secundum quam sigillator eius custodiebat prædictos libros, mutare: neq; quod decet Sanctiss. D.N. omnia quæ sunt iuris humani, qualis est hæc cõsuetudo, mutare possit, & mutatio valeret; licet fieri non deberet, non tamen excusaretur coram Deo à culpa, si absque iusta causa eam faceret: quia licet consuetudo, & lex humana iustè mutari possint iusta de causa; non tamen absque illa.
a In d. q. 97. art.2. 14 Vnde S. Thomas pulchrè concludit,[a] legem humanam non esse mutandam, etiã cum occurrit aliquid melius, nisi illud præponderaret, siue maioris ponderis esset Reip. quàm malũ, quod ex immutatione sequeretur. Tertia causa cur sua Sanctitas debeat relinquere cõsuetudinem prædictam vetustam immutatam, est, ne præbeat occasionem
b Iuxta ca. vidiculum. 12. dist. detrahendi contra prædictũ[b] Illustrissimum, vel quod deliquerit, vel negligens fuerit in corripiendo suum sigillatorẽ male custodientẽ libros: vel quod suam Sanctitatem pœnituerit magnificentiæ illius, qua Cardinalem Vltramontanum non petentem, neque opinantem tanta dignitate gratis donare dignatus fuerit, donare inquã: & cogere renitentem, vt ea fungeretur, contra
eff. de pact. dot. & c. ex parte, de cõ suet. leg. [conueniri.][c] Quarta causa, ne videatur arguere cuiusdam imprudẽtiæ, & incogitantiæ prædecessorem suum Pium V. cũ primis omnium, qui multis sæculis Ecclesiæ Christianæ præfuerũt, imitandum, quod suam Sanctitatem contra morem aliorum summorũ Pontificum magno studio, & raro exemplo facere palam est. Quinta, quòd multis de causis prædictus Pius prędictam consuetudinem reliquit immutatam in prędicta reformatione. Primo quidem, quod iudicauit eam prudenter, & salubriter à maioribus suisse institutam. Secũdo, quod nulli tutius committi possevidebat matrimonialium dispẽsationum expediendarum, & registrãdarum negotium, quam illi, cui expeditionem in foro conscientiæ sigillandarum curã crediderat, intelligens nihil ab eo in fori exterioris negotijs, vel imprudenter, vel indecenter cõmissum iri, qui in fori interioris negotijs, tum suis priuatis, tum alienis fidem, studium, & diligen-
d 12. q. 1. & l.2. C. ne mus. tiam suam probasset; iuxta c. [præcipimus.][d] Tertio, q̃ æquum etiam erat, & *fideiuss. dot.* cõsentaneum rationi, vt idem sigillator vtriusq; fori casibus manum extremam

A imponeret, tam ijs, quæ cum illicita fuerint, commissa tamen sunt, & remittuntur, quàm ijs, quæ cum illicita sint, dispẽsatione tamen Apostolica licita reduntur: & sicut illa, ne vlli nisi confessori approbato pateãt, sigillo obsignat; sic ista, vt nunquam pereant, fideliter in libros referat, & relata ad posteritatis memoriam custodiat. Quartò, quod prudentiæ fuit statuere, vt quas facultates Sanctissimus D.N. maioris pœnitẽtiario ad forũ exterius pertinentes assignauit, & ex earum cõcessione aliqua emolumenta percipienda concessit, ea-
B rum gratiarum, & concessionum memoriam non alius asseruaret, quam eiusdem maioris pœnitentiarij officiarius; sicut & patresfamilias reditũ, & emolumentorum suorum procuratores, & dispensatores, & rerum custodes, & conseruatores non eos eligunt, qui alieno imperio pareant, sed domesticos, & familiares carissimos, & fidelissimos.
Quintò, q̃ diligenter tempore reformationis officij fuit examinatum, quid magis deceret; & expediret super asseruatione præfatorum librorum, & emolumentorum perceptione, eorumq; di-
C stributione; & iudicatum fuit magis cõuenire id, qd̃ semper vsus habuit: ideoque præferri debet ei, quod vnus, vel alter sine tanta discussione suadet, arg. c. [prudentiam,][e] & cap. [de quibus,][f] quatenus habent id esse firmius, quod à pluribus approbatur.
e De offic. deleg.
f 20. dist.
15 Sexto, quod cum de his gratijs, & cõcessionibus, quas in regestum inscribere consueuit sigillator, emolumenta sua, suorumque officialium percipit maior pœnitentiarius: inconueniens videtur, vt alius quispiam taxas ad illum pertinentes exigat, & inter Cardina-
D lem, & officiales eius diuidat, quàm ab eo constitutus, eiusque proprius, & iuramenti sacramento obligatus minister, & officialis, qualis est sigillator.
Alia, gratia breuitatis, quibus prædicta cõsuetudo iusta, vtilis, & aptissima redditur, omitto. Sexta causa, cur sua Sanctitas non debeat prædictam consuetudinem mutare, est quod prædictus Illustrissimus humiliter, & vehementer supplicat Sanctitati suæ, vt serio perpendẽs prædictas æquissimas rationiq; cõsenta-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sentaneas causas dignetur auctoritatẽ prædecessorum suorum vetustissimique temporis cõsuetudinem, quasi traditionem, quandam, etiam decretis Pontificum corroboratam defendere.

16 Et cum iuxta alium prædecessorẽ suum Gregoriũ suo de nomine dictũ. [a] hanc legem sibi nobilitas imponat, vt nisi in beneficijs creuerit, nil se præstitisse putet, Sanctitas sua nobilissima sicut prædictum Illustrissimum nihil tale cogitantem per summam suam, & incredibilem gratiam ad hoc munus vocare dignata est, ita eum hoc munere fungentem ab omni molestia, & ab omni sue auctoritatis, siue iurisdictionis diminutione sincerum, integrumq; tueatur, & seruet. In gloriam Dei, qui sua infinita bonitate Sanctitatem suam quam diutissimè seruet incolumem, & glorioſiſſimam. Amen.

a In cap. 1. de donat.

SVMMARIVM.

1 *Triremium pœna, vel necis etiam iustè inferendæ timor excusat seruum fugitiuum ne ad dominum redeat.*

1 *Seruus fugitiuus tenetur redire ad dominum, nisi probabilis timor perdendi vitam excuset, & tunc semper tenetur habere intentionem domino satisfaciendi, & quicquid lucratur, domino lucratur.*

2 *Bonorum tres gradus sunt, vitæ, famæ, & fortunæ, quorum priorum non tenemur iacturam facere, vt restituantur posteriora.*

CONSILIVM II.

QVidam seruus fugitiuus perpetrauit grauia delicta, ob quæ iure occidi deberet, vel ad triremes perpetuo damnari, & confessus peccata sua paratum se præstat ad parendum confessario; qui interrogat, an teneatur ei iubere, vt se restituat domino, qui iã bis conatus est eum capere per lictores, quo iudex eum puniat.

1 Respondeo primo, q tenetur in foro conscientiæ redire ad dominũ suum aut eũ contentum facere, q non redeat, nisi aliqua iusta causa eum excuset à reditu. Secundo, quod probabilis timor perdendi vitam, si ad dominum redeat, videtur iusta causa non redeundi, nec se illi restituendi per vnum præsuppositũ, & vnam regulam, quæ nos posuimus in Manual. [b]

2 Præsuppositum est, quod bona subiacentia restitutioni sint trium ordinũ, videlicet, famæ, vitæ, & fortunarum, & quod bona vitæ sunt maioris ordinis, quam bona famæ, & famæ, quam fortunarũ. Regula verò est, quod nemo tenetur ad restituendum bona minoris ordinis cum iactura bonorum maioris, arg. c. [officia,] [c] & aliorũ quæ ibi citantur, Cum ergo hic seruus fugitiuus sit debo nis fortunæ dicti domini, & in illius hæreditate, & non potest se illi restituere sine iactura bonorũ altioris ordinis .s. vitæ, excusatur profectò à redeundo, & se illi restituendo. Tertio, quod tenetur tamen habere propositum satisfaciendi illi, seu faciendi illum cõtentum quam optimo modo, & quàm citissimè poterit, soluendo ei per se, vel per alium iustũ precium, vel precibus aliquorũ priorũ, amicorum, magnatum, religioſoiũ, vel alijs modis honestis, & agnoscere se seruum eius corã Deo, donec sibi sit satisfactum, & quod quicquid quærit, & lucratur, quærit suo domino, & cum potuerit, se, & illa restituet ei ad salutem animæ suæ, & gloriam Christi, qui nos sua gratia donet, ac perseuerantiam ad mortem inclusiuè confirmet. Amen.

b Cap. 17. nu. 87.

c De pœn.

SVMMARIVM.

Bello capta mobilia acquiruntur capienti, requiritur autem quod sit publicum, indictum à potente indicere nu. 2. item, & quod sit iustum ex parte capientiũ nu. 7. consuetudo tamen Regũ oium bellantiũ videtur solum requirere, quod sit publicum nu. 3. & 6. & consuetudo Lusitanorũ solũ requirit, vt bona triduo à Mauris inimicis fuerint possessa nu. 3. & 7. 1

Naufragio bona amissa, vel iactata animo non recuperandi, seu si habeantur pro derelictis, capienti acquiruntur. 2

Postliminij ius non habet locum in armis, nec in vestibus perditis in bello, immo nec in alijs rebus quæ non causa belli feruntur. nu. 5. unde etiam si ab inimicis recuperentur, tamen prioribus dominis non restituuntur. 5. 4

Con-

6 Conuentio tacita videtur introduci ex eo quod persona ita consueuerunt seruare

7 Res alienæ in bello iniusto etiam publicè in dicto capta, domino erit restituenda ab ijs, in quos etiam in titulo emptionis peruenerunt, nisi vbi lex & cõsuetudo, quæ potest esse rationabilis, nu. 3. ductet contrarium, nu. 2. & 5. & vlt.

CONSILIVM III.

IN bello, & prælio Regis Sebastiani contra Mauros in Africa, cum Christiani victi fuissent, Mauri ceperunt eorum spolia, & in his lapillos, & gemmas & alia magni precij, quæ postea vendiderunt parui, alijs Christianis captis; qui redeuntes ad suos, sua pecunia retulerunt illa in Lusitaniam.

Quæritur, an teneantur reddere illa dominis antiquis quorum fuerant ante illud prælium, in quo illi obierunt, vel victi spoliati fuerunt.

1 Ad quæstionem propositam respõdeo primò, quòd pro parte negante, scilicet quod non teneantur reddere illa antiquis dominis, ẽt soluto precio, quod pro eis soluerunt, facit primò, quòd bona mobilia capta in bello ab hostibus, fiunt capientium, vt tradit Inn. [a] quem sequũntur omnes, & merito: & quia pro eius dicto est textus in §. [item quæ.] [b] & ita Mauri, qui ea ceperunt, videntur facti fuisse domini eorum, & consequenter potuerunt donare, & vendere.

2 Secundò, quòd dominium rerũ habitarum pro derelictis quæritur eas capienti, [c] & prædicta capta in prælio præfato videtur fuisse derelicta ab his, quorum erant ante prælium: ergo Mauri, qui ceperunt ea, videntur fuisse facti eorum domini. Vnde etiam dominium rerum perditarum per naufragium, vel iactum è naui pro eius salute, animo eas non recuperandi, acquiritur capienti eas, iuxta d. in Man. Consess. [d] & qui adiuerunt prælium illud, eo animo portabant ea, vt crederent futura illa Maurorum si ab eis victi forent, sine spe recuperandi ea.

Tertio, quod prædictæ leges, & aliæ illis concordantes quibus statutum est, vt mobilia capta in bello fiant capientium, non requirunt iustitiam belli, sed solùm quod sit publicum, indictum à populo Romano, vel alio libero non agnoscente superiorem; & bellum præfatum etiam à parte Maurorum erat publicum, & susceptum à Rege libero: ergo, licet forte diceretur iniustum, eo quod defendebant terras, quæ fuerunt, & etiam nunc sunt Christianorum, nõ videtur impedire acquisitionem captorum in eo.

3 Quarto, quod cõsuetudo omnium Regum Christianorum bellantium habet, vt bona mobilia fiant capientium, non habita ratione, & discretione, an bellum iusta de causa fuerit illatum, vel acceptum, sed solum an fuerit publicũ, auctoritate Principis, vel Regis liberi indictum: ergo pari ratione id videtur seruandum in bello à Christianis Principibus contra infideles gesto.

4 Quinto, quod consuetudo iampridem seruata dicitur habere, quòd mobilia Lusitanorum capta in prælijs à Mauris suis finitimis, si tribus diebus continuis ea possideantur ab eis, non redeant ad pristinos dominos Lusitanos; etiãsi empta, vel redempta, vel aliàs ablata reportentur in ditionem Lusitanam: quæ consuetudo potest esse rationabilis; tũ ad animandum Christianos ad fortius pugnandum, ne sua perdant, sicut & Romani non habebant ius postliminij in armis, & vestibus perditis. [e] Tum ad tollendas innumeras lites, quæ ex contrario vsu nascerentur.

5 Sextò, quòd mobilia perdita semel in bello, & ab hostibus capta, licet postea recuperentur ab exercitu, non debent restitui primis dominis, sed fiũt recuperantium, nisi sint res, in quibus habet locum ius postliminij, vt pulchre decidit Salicetus, [f] & in rebus preciosis, de quibus loquimur, non est locus iuri postliminij: quia illi solum est locus in his, quæ causa belli, & prælij feruntur, vt sunt naues onerariæ, & currus, & boues portantes, & trahentes frumenta, & comeatum: vt colligitur ex l. 2. & 3. § g ff. de cavbi dicitur scaphas piscatorias, & ad voluptatem comparatas, immo nec vestes pertinere ad postliminium, & ita multò maior ratio est, cur res præfatæ preciosæ non debeant restitui, quàm aliæ, quę causa belli portabantur.

a In cap. sicut. 3. de iureiur.

b Instit. de rerũ diu. et in c. iuris gentium. dist.

c In leg. si quid in bello, & l. hostes, de capt. & postlim. reuers. c l. 1. & 2. ff. pro derelicto.

d Cap. 17. nu. 98. & 99.

e l. 2. §. fi. cum l. seq. ff. de capti. & postlim.

f In l. ab hostibus, l. 2. C. de capt. & postlim. nu. 3.

g ff. de ca-

Septi-

6 Septimo denique, quod videtur esse quædam conuentio cõis tacitè per consuetudinem antiquissimam inducta inter Principes Christianos, & Principes Turcarum, & Sarracenorum occupãtes terras ad Principes Christianos, vel Ecclesiam Christianam pertinentes, quod res mobiles captæ in bello censeantur esse capientium, attenta illa iustitia belli, quam habet ex indictione auctoritate suprema temporali facta; quãuis alia requisita ad hoc vt sit iustũ non concurrant. Quæ cõuentio tacita colligi posse videtur tum ex eo, quod Rom. barbari, & alij Pagani iure gentium vsq; ad tps, à quo cœperunt Imperatores, & Reges Christiani rerum summas tenere, id seruarunt: tum ex eo, quod supremi Monarchę Christiani etiã nunc id seruant: non enim in tam longa ætate memini videre, audire, nec legere, q, facta simpliciter inter aliquos Reges pace, nulla conuentione alia inserta, subditi vnius Regis liberi adeant Regem contrarium & petant coram eo mobilia capta tempore belli publici à subditis eius, & fuerint iussa eis restitui: quæ consuetudo eisdem rationibus colorari potest, quibus colorata fuit illa particularis tacta in quinto argumento.

7 Pro parte vero affirmante facit primò, quod res aliena est restituenda dño suo iuxta iura, [a] & latius tradimus in Man. conf. [b] At capta in præd. bello videntur mãsisse in dominio eorum, quorum antea fuerunt: quia non fuerunt facta Maurorum, qui ea ceperũt, cùm bellum illud à Maurorum parte fuisset iustum, quia susceptum erat pro defensione terrarum, quæ non erant suæ, sed Christianorum, qui volebant eas recuperare: & D. Thom. [c] recep. ab omnibus Theologis expresè ait, quod ad hoc, vt capta in bello fiant capiẽtium, requiritur quod sit iustum.

Secundo, quod ad effectum, vt capta fiant capientium, non videtur sufficere, vt bellum sit publicum auctoritate tẽporali suprema indictum: quia alioquin cõsequeretur, bella Turcarum, & Sarracenorum cõtra Christianos esse iusta, & capta in eis. fieri eorum, & cõsequenter Christianos captos ab eis fieri seruos eorum, quod videtur durũ. Sed ad hęc duo argumenta pro parte affirmante adducta responderi potest, quòd procederent, nisi lex & consuetudo obstarer, per tacta in 5. & 4. pro parte negante formatis.

Per quæ omnia ego non auderem in præsentia affirmare partem posteriorem: sed magis inclino in partem priorem, quam certè disputando defendi posse non dubito, nec contra eam consulã, donec inueniam aliquid firmius, quàm nunc inuenire potuerim, eo q hæc quæstio, etsi grandis, & quotidiana; nondum est, vt arbitror, pro dignitate tractata. Salua, &c.

a c. si res aliena. 24. q. 6. ca. peccatum, de regul. iur. lib. 6.

b c. 17. nu. 24. & 25.

c In 2. 2. q. 66. art. 8.

De dolo & contumacia.

SVMMARIVM.

Capitulo cum aliquid est intimandum, canonicis in Capitulo capitulariter congregatis, & non aliter, ad hoc vt sit legitima, est intimatio facienda: & hoc, quando agitur de ijs, quæ capitulariter sunt, etiam si concernerent actum facti, valde expedienda num. 5. quod si resticeret actum facti, quod validè per singulos posset expediri singulis posset intimari. nu. 4. & 6. 1

Citari in alio loco, quàm de iure requisito nemo potest, nisi quando executori data est talis potestas ob nõ tutum accessum. 2

Personaliter, vel procuratori ad id sufficiẽter constituto intimandum est cuilibet, id quod ei præiudicium potest inferre. 3

Possessio sessionis in choro & Capitulo, ac turium canonicalium canonico non potest validè & vtiliter à Capitulo dari nisi capitulariter. 6

CONSILIVM I.

Vit relaxatũ monitoriũ ab A. C. contra Capitulũ Ecclesiæ N. vt sub censuris & alijs pœnis deberet immittere A. in possessionem archidiaconatus eiusdem ecclesiæ. Quod monitorium fuit intimatum Priori, & aliquibus canonicis, non capitulariter tamen repertis. Quæritur an intimatio huiusmodi valeat.

Respon-

1 Respondeo primò præfatam intimationem non videri verè legitimè factam Capitulo: quia verè Prior, & canonici, quibus facta fuit intimatio, nõ erant cõgregati in Capit. neq; in alio loco legitime vocati, vt requiritur ad hoc, vt faciant Capitulum; quia non erant vocati absentes, nec erãt ibi duæ partes vocãdorum, neq; erat locus, ad quem solent vocari ad agenda negotia Capituli, licet sic ad officia diuina facienda, & ad reficienda corpora, & ad eundum à choro in refectorium, quod non est satis ad cõstituendum Capitulum legitimè cõgregarum, vt colligitur ex multis, quæ adducit Felynus, [a] & Franciscus Pãuinus in tracta. de offic. Capituli sede vac. [b]

2 Secundò, quòd nec potest dici q, habenda sit fictè pro legitima præfata intimatio, eo quod ad Capitulum non esset tutus accessus, vel qđ ipsum impediebat intimationem. Tum quia in sententia declaratoria dr breue, virtute cuius fuit declaratio facta, fuisse legitimè intimatũ Cap. canonicis, & aduersario. Tũ quia præfatũ monitorium non continebat clausulã, vt haberetur pro satis intimata, si nõ esset tutus accessus, vel si Capitulum & canonici impedirent intimationẽ, quod requiritur iuxta cle. 1. [c] & iuxta multa alia, quæ scripsit Fel. in c. qñ frequenter. [d] Tum quia nec notarius ipse, qui notificauit in loco incõpetenti, dicit non fuisse tutum ei accessum ad Capitulum, neq; quod illud impediebat intimationẽ. Tũ quia Prior, & hi q eum comitabãtur, nihil durè rñderunt: quia solum in summa dixerunt, eos nõ constituere ibi Capitulum ad negotia facienda, & quod responderent cum in loco competenti eis intimaretur.

3 Tertiò, quòd certum est etiam non esse factam legitimè intimationem cęteris, qui non aderant cum Prior, cum ei intimatio facta fuit: quia intimatio, quę fit alicui ad inferendum ei præiudiciũ aliquod; si nõ obediat contentis in insinuatione, facienda est personę proprię. vel procuratori eius ad id sufficiẽti mãdato munito, [e] & ipsi non erant præsentes, nec qui erant præsentes, erant procuratores eorum.

4 Quarto, quod magis põt dubitari de ipso Priore, & alijs canonicis præsentibus, qui eum comitabãtur. Pro parte enim affirmante facit, quod actus consistens circa merum factum, & pertinens ad Capitulum, potest expediri per canonicos singulariter sine Capituli congregatione: quę communis est sententia Inoc. Cõpostellani, Ioannis Andreæ, Butrionis & Imolæ, quos refert Felynus, [f] & tandem sequitur eos, dicens, non esse tutũ ab ea recedere: & in proposito agitur de actu continente merum factum, scilicet receptionem A. cui iam est quæsitum ius per prouisionem Papæ.

5 Pro parte aũt negante faciunt quędam Dominici dicta, quæ ipse ibi citat, & alia fortiora, quæ possunt eam confirmare, si adeo expediret nostro proposito, & sententię, in qua fui olim in illo c. scilicet, limitandam esse illam communem sententiam, vt tantum procedat in actu facti, quem canonici possint singulariter sine Capitulo facere, vt si iuberẽ tur soluere aliquam summam pecuniæ ad quam soluendam quilibet pro rata esset condemnatus.

6 Nõ autem in actu, qui nequiret fieri vtiliter ab aliquo, vel aliquibus eorũ nisi maiorem partem Capituli cõstituerent. & in casu proposito, in quo agitur de tradenda possessione sessionis in Capitulo, & choro, & iurium ad archidiaconatum pertinẽtium, occurrit actus, qui vtiliter à singularibus canonicis fieri non põt, nisi saltẽ cõueniret maior pars eorum; & quia non constat, quod intimatio fuerit facta nisi Priori, & paucis canonicis; arbitror eos excusatũ iri à cẽsuris, saltem si nõ contradixerunt, quos non constat contradixisse. Salua, &c.

a In c. eam te. de reser. et in c. cum omnes de constit.

b Et alij in alijs locis ab eis allegatis.

c de iudic. d S. porro, col. 3. & sequen. vt lit. nõ contest.

e Clem cau sam que, de elect.

f In c. eam te. nu. 13. de rescript.

De sequestratione possessionis & fructuum.

SVMMARIVM.

Sequestrum positum iuxta cle. 1. de sequest. poss. sola concordia iudicialis etiam cũ ex timctione litiũ à iudice facta nõ tollitur. 1

Suspensio facta vsq; ad tempus eo aduenie te tunc exspirat, quando tempus est certum: at si possit dubitari an aduenerit vel sit præfixum quod iubebatur requiri tur iudicis declaratoria. 2

CON-

Universidad de Deusto
Biblioteca

CONSILIVM I.

AN sequestrum positum in casu clem.[a] infirmetur per cō cordiam factam inter partes cum extinctione litium ab ipso iudice facta?

1 Pro affirmatiua facit, quod sequestratio, de qua in d. clem. fit durante lite, at per talem cōcordiam finita est lis auctoritate iudicis, ergo non durat: quia factum vsque ad aliquem terminum, non durat aduenientе illo secundum Innocentium.[b]

2 Sed contra videtur dicendum per resolutionem eiusdem Innocentij,[c] videlicet, quod quamuis suspensio facta quo ad aliquod certum tempus per aduentum illius tollitur, quia nulla potest esse dubitatio de illius aduentu, suspensio tamen facta donec satisfaciat, non tollitur, donec iudex declaret esse satisfactum: quia posset vna pars id affirmare, & altera negare. Cum ergo in quæstione proposita possit vna pars dicere litem non esse extinctam, nec concordiam validam, videtur durare sequestrum, donec iudex declaret finitam esse litem, & concordiam validam.

a 1. *de sequest. posse.*

b In c. cum bonę de ęta. & qualit.

c Ibidem.

De confessis.

SVMMARIVM.

1 *Monialem se esse quæ asserit, & coram vicario Episcopi interrogata confessa est, si postea cum iuramento interrogata dicat contrarium, ex causa attendi potest secunda confessio, & seqq.*

2 *Confessionem à se factam quis nō reuocat, staturq; primo dicto regulariter. num. 6. fallit si secunda confessio sit extorta per tormenta, nume. 3. vel per iuramentum nu. 4. vel quando secunda facta in loco libero, cum prima esset facta timore reuerentiali simulque in materia requirente plenam libertatem, nu. 4. & 5. vel quando contra primam subsunt præsumptæ subordinationes, nu. 5. & 6.*

2 *Tertio secunda depositio præualet priori nulliter receptæ.*

CONSILIVM I.

QVædam puella dives opera patris ingressa fuit quoddam monasterium, animo, vt ipsa postea dixit, quotiescunque vellet, exeundi: quæ post aliquot annos persuasa, vt creditur, ab Abbatissa, monialis facta est. quod ægrè ferens pater, qui eam nuptui tradere cupiebat, protestatus fuit de nullitate professionis, & simul operā dedit, vt super eo ab Epi vicario examinaretur, quæ respōdit simpliciter se esse monialem. itaq; videns pater, quod filia subornata, dum in monasterio permaneret, ob verecundiam, & reuerentiam Abbatissæ, & monialiū in dictis persistere, obtinuit causam cōmitti, & filiam è monasterio educi, prout factum est: & sic educta à commissario examinata iureiurando respōdit se nunquam proposuisse fieri monialem. Quæritur, an prima cōfessio præualeat posteriori confessioni.

Rñdeo primo, q; quæstio hæc est valde difficilis, & plurima pro vtraq; parte adducere posset is, cui esset otium id faciendi. Pro parte.n. affirmatiua vī casus vulgatus in l. [generaliter,] [d] cuius verba transferūtur in c. [per tuas.] [e] ibi, [Nimis indignū sit, vt quisq; quod sua voce dilucidè protestatus est, in eūdē casum proprio valeat testimonio infirmare.] Deinde qđ Bart.[f] quē sequūtur plurimi, & in his Panor.[g] tenet primum dictum ēt extrajudiciale testis p- ferendum esse dicto posteriori etiā iudi ciali iurato: pro quo faciūt illa omnia quæ ipse Bartolus & alij multi in varijs locis adducunt pro suo dicto.

2 Pro parte aūt negāte posset adduci primo glo.[h] & alia quæ est solemnior, quatenus hēt priorem depositionem tantis nulliter accepti postponendam esse depositioni posteriori: & quod cōis opinio Doctorū est cōtra Bartolū, vt inter alios ait Philipp. Decius, qui plurimos in id citat.[k] Secūdo adduci pōt ēt textus,[l] quatenus probat dicto secūdo stan dū fuisse, licet pro primo dicto aliquot graues coniecturæ concurrissent.

3 Tertio possent adduci iura illa oīa, quibus probatur confessioni posteriori p tormēta extortæ esse potius standū, q confes-

a L. recep. cōfessioni priori sine tormentis factæ.[a] *& l. nimis.* Secundo respondeo, q; narratio casus §. 1. ff. de q. non vī sufficienter facta: quia non narratur, nec explicatur an prædictus Re- *et l. fi. C. de testibus &* uerendiss. iudex, cui hęc causa commissa est, interrogauerit denuò præfatam *alijs similibus.* puellam super his, quæ antea dixerat, vt responderet præstito iuramento, neque satis declaratur, an prædicta puella exiens à monasterio reclamauerit corā iudice, vel tantum extra iudicium, & an iurata, vel iniurata.

4 Tertio rñdeo, quod præsupposito eo, quod vī verisimile, q; prædicta puella cū exijt, reclamauerit coram iudice, & cū iuramento; vel saltem postea corā Reuerendiss. commissario id fecerit, vī standum esse posteriori cōfessioni, & nō priori, attento, quod prior sine iuramē to fuit facta, & secunda cum eo, & quod iuramentum est tortura quædam spiritualis, vt in hoc ipsum proposita ait Pan.[b] & quod confessioni posteriori fa- *b In d. cap. per tuas, n.* ctæ per torturam est standum.[c] Atten- *11.* to item quod prior confessio facta fuit *c L. si post u-* timore reuerentiali Abbatissæ præsen- *lauerit. §.* tis cupientis illam habere monialem, & *sed, et si ne* succedere in bonis eius, qui excusat in *gauerit. ff.* his, quæ sunt libertati valde grauia,[d] *de adult. et* adeo quod glossa singularis,[e] argumen- *d. l. repeti.* to illius textus, & nonnullorum, quæ in *d. l. quæ one* eo citantur dixit, quod timor reuerētia *randa. ff.* lis efficit, ne valeat professio etiam quo *quarū rer.* ad forum exterius, quam & nos tenui- *affinio nom-* mus allegando eam in Manua. Confes.[f] *dat.*

5 Attento tertio, quod cōfessio mulierum in his, quæ pertinent ad matrimoniū spirituale, vel carnale, debet fieri in loco libero, & plenę libertatis, g ad hoc vt sibi præiudicet: & quod posterior cōfessio est facta in loco libero, prior autē non ita; & quod ipsa ob prædictum timorem non fuit id protestata; pater ta- men eius protestatus fuit, q; multum ad hoc facit.[h] Attento itē quod multa concurrunt ad suspicandum, q; subornata, & verecūdia sexus adacta dixit ea, quæ coram prædicto vicario confessa fuit, nē pe q; fuit ingressa monasterium eo animo, vt fieret monacha, & quod eo animo accepit habitum monachalem, & quod vere non habuit, vt ipsa etiam in postrema confessione significat, animū semonachan faciendi, & quod pater id

e cap. præsens, 20. q. 3. *f Cap. 22. nu. 51.* *& Cap. cum locum. de sponsal.* *g Arg. c. 1. de vī quæ fi. & c. 17. de eg. Cō cil. Triden. sess. 25.*

A videns præparauit sibi nuptias, & fecit easdem denunciari; quod non fecisset, si certo non intellexisset eam velle matrimonio cōiungi: & qd simulac egressa fuit, reclamauit, & affirmauit nullum vñquam talem animum habuisse: & quod ante illam confessionē fuit sponsa à patre, & aliqua id genus alia: quæ coniuncta cum tribus præcedentibus coniecturis satis mouere possunt iudicem ad iudicandum veriorem esse confessionem eius posteriorem, quàm priorem.

6 Nec obstant opposita in contrariū; quia opinio prędicta Bartoli cōiter reij B citur, vt prædictum est: & quod licet regulariter confessio prior præualeat posteriori, cæteris paribus; fallit tñ quando posterior est per tormenta extorta, vel iurata iuramēto, quod est quædam, vt prædictum est, tortura; & cum prior est facta metu saltem reuerentiali, vel in loco non libero, posterior autē sine vllo metu, & in loco libero; & cum sunt aliquæ coniecturæ, quæ muniunt posteriorem contra priorem per supradicta. Quare omnia in nostro casu in fauorē posterioris concurrunt. Salua, &c.

C

De testibus, & attestationibus.

SVMMARIVM.

Testes singulares etsi non probent in foro exteriori, vnicus tamē si sit idoneus saltem turatus, dat iustam causam aliquid probabiliter credendi, etiam ad effectum credendi, sufficienter etiam contra Eccle siam aliquid præscriptum. nu. 2. 1

Verisimilia iustè credi possunt cum contra riū nō probatur, nec de illo extat fama. 3

CONSILIVM I.

QVidam N. nobilis, & ex celebri familia, possidet vnam capellaniam redituum 57000. merapitinorum requirentem ex institutione sua residentiam personalē, de qua dicunt testes non esse beneficiū sufficiens prædicto, & tres testes iurati deponunt 30. annis proxime elapsis seruitum fuisse illi per substitutos, & vicarios,

D

Universidad de Deusto
Biblioteca

rios, & non personaliter per ipsosmet capellanos, imò duo illorum testantur à 40. annis seruitum fuisse illi per substitutos, & non personaliter: & vnus eorum testatur seruitum fuisse illi 50. annis, & amplius per alios quiete, nulla super hoc mota controuersia. Quæritur an prædictus N. possit retinere illam tuta conscientia non seruiendo ei personaliter, sed per substitutos.

1 Rñdetur primo, non videri sufficiẽter probatũ quod prædicta capellania sit libera à residentia personali quoad forum exterius: quia imò non probatur sufficienter quod 40. annis fuit seruitũ ei per vicarios: quoniam vix vnus testis testatur, & neuter aliorũ ait id seruatum fuisse 40. annis: alter enim solum deponit de 30. & alter quod seruatum solum est illud à 40. annis paulò plus minus, & ita non concludit de 40. annis, quos requirit præscriptio canonica iuxta c. [de quarta.] cum ei adnotatis. [a]

2 Secũdo, quod satis vr probatũ quo ad forum conscientiæ, ad effectum probabiliter credendi quod 40. annis est seruitũ ptæfatæ capellaniæ per substitutos, & vicarios, qm̃ dictũ vnius testis idonei, saltẽ iurati, inducit iustam credulitatẽ, & est iusta causa probabiliter credendi aliquid iuxta glos. sing. & recep. [b] quam post alios declarat Felinus, [c] & in casu proposito vnus testis idoneus satis probat, saltem quoad forũ conscientię, quod 40. annis seruitum est ei per vicarios, & iuuatur ab alio, qui reddens optimã rationem sui dicti, testatur fuisse id seruatũ 40. annis paulò plus, vel minus iuuat, & tertius testans id esse seruatum 30. annis: per quæ tria dicta probabiliter quis credere potest id seruatũ fuisse 40. & amplius annis quoad forum conscientiæ. cum prædicta capellania sit antiqua, & tempore circiter 200. annorũ ante hac instituta, & non est vlla scientia nec fama cõtraria, quod vnquam super hoc fuisset cõtrouersum: & quod capella est sita Salmanticæ, vbi est magna Iurisperitorum copia: & est verisimile, q̃ si consuetudo deseruiendi per alium fuisset recens, & nondum ieruata 40. annis, esset scientia, vel fama de aliqua cõtrouersia super hoc habita, vel mora.

3 Et ita videtur iustè credi posse, quod eius initium præcessit longè 40. annos, quia verisimilia iustè credi possunt, cũ contraria non probantur, vel non est de illis fama. [d] Salua, &c.

a de præscr.

b In l. Titio fundus, ff. de condi. & demonstr.

c In c. cum cõtingat. de rescript. in princ.

d Cap. quia verisimile. de præsumpt. & l. nemo. ff. de testib.

SVMMARIVM.

1 *Credere non tenetur filius matri asserenti quodammodo ipsum notum emisisse, sicut nec, quod sit conceptus de adulterio.*

CONSILIVM II.

AD quæstionem respondetur, præfatum consulentem nullo iure teneri ad credẽdum matri suæ dicenti, quod cum ægrotasset, vouit intrare religionem Capucinorum: sicut & communis resolutio Doctorum habet, quòd non tenetur filius credere matri suæ nuptæ, quod genuit eum ex alio viro per adulterium.

De testibus cogendis, vel non.

SVMMARIVM.

1 *Clericus peccat ferendo testimoni in causa sanguinis, & si sequatur occisio, vel mutilatio, esset irregularis, vnde nec potest cogi, vt coram iudice sæculari ferat testimonium.*

CONSILIVM I.

REspõdetur, quòd præfatus sacerdos non potest cogi ad ferendum testimonium super aliqua re, quæ moueat iudicem ad occidẽdum, vel mutilandum mẽbrum. Tum quia nec passim etiam laici possunt compelli ad testificãdum in criminalibus. [e] Tum quia clericus peccat ferendo testimonium in criminalibus, quando ex eius testimonio posset sequi mors, vel mutilatio: quia clerici nõ debent testificari coram iudicibus sæcula ribus. [f] Tum quia licet sponte ferat testimonium super aliqua re, vnde sequeretur mors, vel mutilatio, fit irregularis, per capitulum, [sententiam sanguinis.] vbi hic notat Panorm. [g]

e Cap. Sacerdos. & Cap. clericus. de iudic.

f Cap. nullus. 23. q. 8.

g Nauar. in Manu. cap. 27. n. 12. de homicid. ne cler. vel monach.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Monitorium Episcopi iubens denunciari furtum, non ligat scientem probare non valentem: at si mandat vt quod quisq; scit tanquam testis reuelet, ligatur qui scit etiamsi partem furti habuerit, nec possit probare modo à iusto metu vel priuilegio non excusetur.*

CONSILIVM II.

1 REspondeo, quod præfatus communicans secreto in furto, accipiendo partem illius, quod furto subtractũ fuit, non tenetur ad denunciandum, si non potest probare, quando Episcopus solum iubet denunciari id quod scitur, sed si iubet vt reuelet id quod scit tanq̃ testis, tenetur dicere id quod scit, & hoc est quod ego dico in Manu. meo conf. loco præcitato. Et ideo prædictus D. cõsulens perpendat, an Episcopus iusserit denunciare solum, an etiam testificari, vel reuelare, vt testem, quod scitur: quia priore casu nõ tenetur quicq̃ reuelare, si non potest probare, posteriore aũt sic, si iustus metus, vel aliquod priuilegiũ cognationis, vel aliud non excusata à testificando, vt ibidem diximus.

De fide instrumentorum.

SVMMARIVM.

1 *Beneficij collatio instrumento notarij sigillo sed nõ subscriptione Episcopi munito, imò ẽt testibus solis sine scriptura probatur.*

2 *Literis Episcopi sigillatis, etiam non subscriptis in his quæ eius officiũ tangunt, vt est collatio beneficij, creditur.*

CONSILIVM I.

AN sufficiat ad probandam collationẽ beneficij, vt constet per instrumentum notarij Episcopi sigillo communitum sine subscriptione Episcopi.

1 Respondeo affirmatiue. Tum quia nullo iure id requiritur, vt colligitur ex cap. 1. & 2. [a] cum eis adnotatis. & cap. Nauar. Cons. Pars I.

a De fid. instrumen.

A [quoniam contra falsam.] [b] Tum quia etiam literis Episcopi sigillatis sine vlla subscriptione creditur in his quæ pertinent ad officium eius etiã sine subscriptione notarij; vt tradit post alios Deci. [c] Tũ quia collatio Episcopi probari põt testibus sine alia scriptura Episcopi, iux̃ta decisionem Rotæ, [d] Salua, &c.

b probat. d 38. de prob. b.t. in antiq.

c in ca. post cessionẽ. de præbend.

d Salua. in tract. de iurisdict. 2. part. q. 3. n. 3.

SVMMARIVM.

1 *Antiquitas decem vel saltem triginta annorum facit præsumi in actu, omnes etiã extrinsecas etiam non enunciatas interuenisse solemnitates ac requisitam agentium potestatem sigillumq; eorum, quibus adscribuntur fuisse defectusq; nunc apparentes fuisse recognitos.*

2 *Antiquissima duo instrumenta transumpti inquam in quo refertur ipsum originale adiunctis admiculis præsertim fama præsumptiua probant ius patronatus ad effectum sustinendi præsentationem licet in dicto instrumento aliqua possent desiderari.*

CONSILIVM II.

CPVtans me interrogari vnã quæstionem, respondi aliqua. quæ conuenit mutare, vt aptentur alij, quam nunc interrogor, & ob breuitatem temporis cogor ex tempore respondere, vrgentibus me ad id maxima interrogantis caritate, beneuolentia, & amicitia. Respondeo igitur videri mihi duo in negotio proposito.

1 Alterum est, quod salua snia Reuerendiss. DD. Rotæ, quos ego maximè suspicio, sola duo instrumenta præsentata per D. Ferdinãdum ad probandũ ius patronatus, de quo agitur, pertinere ad monasteriũ & conuentum, qui eũ præsentauit, sine alijs adminiculis sufficiũt de rigore iuris per ea quæ Fel. post se & alios à se citatos scribit, [e] asseuerando q̃ in publicatione scripturarũ, & in receptione testium ad futurã rei memoriã præsumitur citationẽ necessariã interuenisse, quia non solũ solennitas intrinseca actus præsumitur interuenisse ex eo, sed ẽt solẽnitas extrinseca, ẽt non enunciata in instrumento, q̃n illud est antiquum, & probat dici antiquum si fuit fa-

e in c. Albe ric. de test. nu. 3. & 4. vsque in fi.

R ctum

ctum ante decennium, vel saltem ante triennium;& in casu proposito tam originale relatum in transumpto,quam ipsum trãsumptum,sunt antiquissima; nã originale fuit factum ante circiter ducentos annos,& transumptũ ante circiter centũ quadraginta,& q; transumptũ fuit factũ corã testibus, & q; ambo fuerunt sigillata,& q; non probatur efficaciter, q; sigillũ debeat probari esse munitũ noie sigillatoris characterib. expſſo, & quod adeo antiquissima antiquitate videntur inducere pſumptionẽ q; erat tale,quale esse debebat; & quod iudex,qui dedit auctoritatẽ transumptui, pſsumi põt fuisse ordinarius, vel delegatus spãliter ad illũ actum pp præfatam antiquitatẽ,& q; ẽt præsumi potest præfatos defectus visibiles, si qui erant, vidisse iudicẽ transumpti, & nó fuisse approbaturũ illud,nisi per alia, q̃ ibi non narrant,suppletos fuisse cognouisset: q; per exẽpla inducta per Fel. & alia similia põt cõprobari,si satis expendantur.

2 Alterũ, quod videtur, est,quod illa duo instra adeò antiquissima, adiunctis adminiculis, quæ nunc præsentãtur ad probandũ præfatũ ius patronatus pertinere ad præfatum monasterium, in dubio probant illum ad effectum, de quo quæritur,præsertim fama illa tanti tpis vulgatissima,& religio nobilissima, nobilissimè in eo seruata, & q̃d nec aduersarius dubitauit ius præfatũ patronatus ad præfatum monasterium aliquo modo pertinuisse,q; nec nunc,nisi læsa cõscientia, iure negare posse videtur.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicato ac etiam irregulari expedit fidẽ absolutionis obtentæ in foro conscientiæ habere à cõfessario per eius schedulam priuatam vel instrumentum,& el & cautius per schedulam clausum firmatam ab extra manu notarij.*

CONSILIVM III.

AN absoluto ab excommunicatione vel ab irregularitate quo ad forũ conscientiæ tantum,expediat habere literas eiusmodi absolutionis, & quales possit habere sine violatione secreti.

1 Respondeo, expedire multũ ad euitandã pẽnã quæ posset ei imponi in exteriori foro propter contemptũ excõicationis,vel legis, posse aũt sibi parare, curando,vt cõfessarius, qui virtute literarũ Pœnitentiariæ in foro tm̃ cõscientiæ absoluit,cum notario & testibus tradat absoluto schedulam clausam, & signatã, dicendo quod ipse absoluit illũ confessum eo modo,& de eo,q; continetur in ea,notarius aũt in dorso eius scribat,qd̃ tali anno,mense, & die rogatus fuit corã talibus testibus à tali cõfessario,& absoluto, vt eiusdẽ rei fidem faceret, & poneret ibi suũ signũ publicũ eo modo,quo in testõ in scriptis facto iure fieri debet, & fieri consueuit:quod lõge cautius vr,quam id,quod scio consultũ fuisse à viro, quodam perdocto, videlicet, vt notarius duceretur ad confessarium,qui corã eo & testibus absolueret quia id cũ periculo publicandi secreta fieret:cautius itẽ,quam id,nempe quod confessarius faciat fidẽ per suam schedulam tantum,qm̃,licet vtrunq; sustentari posset,id sufficere, per c. [testimonium.] iuncta gl. de testib. quia tñ oppo ni posset, vel subscriptionẽ ipsius non esse illius cõfessarij, maximè si esset mortuus, vel quod illa non fuit data, quo tempore in ea dicitur, ideo securius videtur esse quod diximus. Salua,&c.

SVMMARIVM.

Maior Pœnitentiarius antequã per Pium V. 1
officium Pœnitentiariæ restringeretur ad forum conscientiæ de absolutionibus & dispensationibus quas in vtroque foro faciebat,dabat & merito etiam publicum testimonium, nunc autem nec ipse, nec ij quibus, vt in dicto foro conscientiæ absoluant & dispensent mãdat tuste illud dare possunt.nu.2.& si darent nihil prodesset,quia iudex fori exterioris nedum non teneretur imò nec posset in prædicium partis illi credere nu.3.

Testimonio dato à Pœnitentiario vel ab ijs 4
qui solum in foro conscientiæ ex eius facultate absoluunt seu dispensant cousq; potest credere iudex fori exterioris, vt cessante aduersario possit dissimulando perinde se cum prædictis gerere,ac si non essent ligati.

CON-

CONSILIVM III.

QVotidie in sacræ Pœnitentiariæ prætorio absoluuntur multi à cẽsuris,& ab irregularitatibus, & desiderant vt eis tradantur illæ absolutiones in forma probãdi authenticè, si Pœnitentiarius maior eam faciat per se,vel aliũ pœnitentiariũ prætorij,vel si fiat per commissionẽ, ipsi commissarij faciant fidem sufficientem p seipsos,vel per notarios publicos,corã quib. eã fecerint. Quæritur an desiderium sit iustũ.

1 Et quidem intelleximus, variè à varijs ad hoc fuisse responsum: sed vt respondendum aliter,s.distinguendo tempus,in quo olim publicè petebãtur huiusmodi absolutiones, & alia,quæ sacrũ illud prætorium expedire solebat publicè quo ad vtrumq; forum tàm exterius, quàm interius, antequam fe. rec. Pius V.reformasset illud prætorium,restringendo eius facultates, & dispensationes,atq; absolutiones quo ad forum conscientiæ tantum, & q; illo tempore desiderium pfatum erat iustum,& adeo quidem, quod etiam hodie dantur copiæ authenticę,si petantur,de actis illo tempore, quæ quo ad vtrumq; forum valebant: quia de nõ existentib. & nõ apparentibus idem est iudicandum. [a]

al. duo sunt Titij, ff. de test. tut. & c. si facerdos cum gl. de offi. ord.

2 Sed q; hodie, posteaquam præfatus Pius V. reformauit præfatam sacram Pœnitentiariam,& restrinxit facultates eius quo ad forum conscientiæ tãtum, non est iustũ desideriũ. Tum quia desideratur vt fiat aliquid ab eo,qui nõ habet iustam potestatem id faciendi,quod est iustum. [b] Tum quia peccarent tàm iudices, quàm ministri eiusdẽ prætorij, renelando secreta quæ in eo dicũtur & fiunt,in graue pręiudiciũ partium ibidẽ aliqua petentium & confitentiũ,contra iuramenta,quæ præstãt ab initio susceptorum officiorum,q; est peccatũ graue contra secundum præceptum decalogi, [c] relati per glossam singularem. [d]

b Argu. tot. tit. ff. de fo. comp. & si non compet. iudice. C.

c Exod. 20. d In c. quod in omnibus, 32. q. 7.

3 Tum quia id qd̃ desideratur, esset frustraneum: quoniam nullam fidem facerent præfatæ absolutiones quo ad forum exterius: quia in eo tàm iudex Ecclesiasticus, q̃ sæcularis posset iudicare contra in eis contenta,cũ extra terri toriũ ius dicentis impune nõ petatur. [e]

e l. fi. ff. de iurisd. omn. iud. & c. 2. de cõsti. li. 6

4 Qua in re tamen omnibus addo, q; mea sententia absq; vllo peccato possent iudices exterioris fori dissimulare se nescire peccata illa,quorum absolutiones ostenderentur eis factæ quo ad forum conscientiæ tantum,ad effectum dimittẽdi illos impunitos, si ex suo tãtum officio sine vllo præiudicio publico & priuato procederent, quia huiusmodi dissimulatio videtur vtilis,quę licita est. [f] Dixi,[Si procederent ex officio: & sine vllo publico vel priuato præiudicio.] quia si procederent ad instantiam partis vel fisci pro earum publico vel priuato interesse, peccarent; quia iniustum quo ad forũ exterius in illo foro facerẽt,cõtra l.[ius plurib.] & contra c. [iudicet, [h] & notata in c.] pastoralis. [i] quatenus probant esse iudicandum secundũ allegata & probata. *deleg.*

f C. Stilem. 22. q. 2.

g ff. de iusti & iure, & contrad. illicitas. §. veritas. ff. de off. præst. h 3. q. 7. i §. quia ve ro, de offic. deleg.

De præsumptionibus.

SVMMARIVM.

Præsumptio illa assumenda est, quæ videtur verisimilior, & per quam euitatur periculum & cui conformis est stylus et per quam facientis euitatur stultitia. 1

Dispensandi ad omnes ordines facultate 1
præditus, dispẽsando in dubio ad omnes cẽsendus est dispensasse, & non ad vnũ tantum,nam gradatim dispensando, cũ periculo cogeretur ad singulos singulas contra stylum facere dispensationes.

Occultus irregularis cẽsendus est qui apud 2
Turcas fuit circumcisus licet quidam ex præsumptione talem priuatim obtecerint defectum,num.2.iunctis eisdem.

CONSILIVM I.

PVer quidã captiuus apud infideles volens circũcisus fuit, & à fide apostatauit; postea cum res esset secreta, in patriam reuersus secretè in manibus Inquisitoris abiurauit apostasiam, & ab eodem fuit secretè reconciliatus. Demum cum intrasset religionem approbatam, Pontifex ad petitionem sui superioris concessit,vt hic posset ad om-

nes ordines ascendere: nescitur tñ, an Pontifex hoc concesserit in forma gratiosa: vel per commissionem. Ijs sic peractis, dictus superior iussit oratorē ipsum suscipere primò ordines minores, secūdò iussit vt sumeret subdiaconatū, tertiò diaconatū, quos in dicta religione assumpsit. Postremò iā dictus orator de licētia Pōtificis trāsiuit ad laxiorē religionē, in qua cū nouitius esset, ꝓut ét nunc est, tacitis ꝓdictis omnib. vt supra subsecutis, tāquam legitimus diaconus de licētia huius seçūdi superioris ascendit ad sacerdotiū. Dubitatur modo, an hic sit tutus, ita vt possit celebrare cū non possit sciri, ut dictū est, an Pōtifex dictā gratiam concesserit in forma gratiosa, an vero per commissionē datā superiori dictę primę religionis, qui cum oratore ipso vniuersaliter non dispensauit, sed solū prima vice iussit, vt quatuor minores assumeret, secūda iussit, vt ascenderet ad subdiaconatum, tertia, vt ad diaconatum promoueretur, & quatenus sit necessaria dispensatio, an sufficiat eam obtinere in foro conscientiæ, cum dicta apostasia in hac secunda religione omnino ignoretur, & in prima ēt nesciatur, licet in ea quidam ex præsumptione eādem ei obiecerint extraiudicialiter, & in priuatis iurgijs.

1 Respondeo, iuste (mea sentētia) credere posse præfatum religiosum se esse rite ordinatū: Tum quia probabiliter credere pōt, ꝙ Papa ipse dixit prælato suo petenti habilitatem pro prædicto subdito suo, verba, quib. formaliter, vel equiualenter fecit eum ad eos habilē. Tum quia probabiliter credere potest, ꝙ prælatus eius fecit eum habilem ad omnes illos simul, si Papa ei commisit potestatem id faciendi, quoniam non est verisimile, quod prelatus particulatim eum habilitabat nunc ad hunc ordinem, nunc ad alium. Non. n. erat boni & prudentis prælati, id facere cum periculo, quod ipso mortuo oporteret ite-
rum refugere ad Papā: & cōmunis stylus commissariorum ad habilitandum quem ad oēs ordines, hēt, vt vnico actu id faciant: & non est prēsumendū quid est, ꝙ ſtultum & malū de bono prælato, [a] & quæ communiter accidunt, sunt credēda, [b] & insolita non sunt credenda. [c]

2 Quamuis ad redundantem cautelam posset peti à summo Penitētiario, vt prędictam ordinationem haberet ratam, & dispensaret super irregularitate, si & quatenus opus esset: quamuis mihi videatur non esse opus. Salua, &c.

SVMMARIVM.

Regularis simplex omnia quæ antea habebat & postea quoquo modo acquisiuit, suo monasterio seu ordini acquirit, at quæ post proratum seu beneficium quæsiuit beneficio acquirit: ita tamen illorum habet administrationem vt fructus expendere in sui & suorum honestam sustentationem & in opera pia largiri possit, nu. 2. & hoc etiam dum in extremis agit, nu. 1. non tamen per donationem causa mortis, nu. 2. 1

Debitori suo mandans moriturus prælatus, vt vnam tertiam crediti dei vni & aliam tertiam alteri, nihil de reliquo decens non ob hoc censetur residuum debitori donare, etsi sit illius consanguineus. 3

CONSILIVM II.

PRior regularis quędā sua bona patrimonialia Titio nepoti ad negotiandum contulit, & cū in extremis ageret, dictorum bonorum à Titio ratione reddita, iussit vt ex illis 50. vni, & 100. alteri traderētur, quo facto Prior mortuus est. Vnde dubitatur, an Titius tuta cōscientia dictorum bonorum residuū retinere possit, ex ꝓsumpta donatione.

1 Illud in primis occurrit, ꝙ D. consulens fallitur, putās, ꝙ Prior potuisset habere dñium maius in bonis patrimonialibus, quam in alijs bonis prioratus, cūm religiosus per professionem perdat dñium oium bonorum patrimonialiū, quæ ante professionem habebat, & capacitatem habendi dñium illorum, vel aliorū in tota vita sua: ita qđ oja quæ ante professionē habebat, ꝑ illā fuerūt facta monasterij, vel religionis, & cia ꝙ post eā siue donatione, siue successione, siue alia quacūq; industria sua ąrit, acqrit monasterio, vel ordini seu religioni, qa professus est antequā Prior efficeretur, & ea quę postea quęsiuit acquisiuit ipsi prioratui, vt nos late ꝓbamus in com-

a *Super ca. non dicatis.* comment. 2. de regu. [a] per authen. [ingressi.] [b] & alia, quæ ibi possunt videri. 12. q. 1.

b *c. de sacro sanct. ec. & c.* 2 Deinde, ꝙ præfatus Prior licet post professionem nullius rei tēporalis dominium, neq; possessionem suo nomine potuisset habere, potuit tñ habere administrationem & facultatem disponendi de fructibus prioratus, & omniū bonorum, quę quoquo modo quęsiuit, ad suam & suorum decentem sustentationem, & ad largiendum pauperibus, & alijs operibus pijs, & remuneratorijs. Ex quibus liquido infertur potuisse ꝑfatum Priorem donare Titio intuitu paupertatis, pietatis, vel remunerationis, si quæ interuenissent, reliquū, quod remansit penes eum post rationem reddita eorum, quę in societatem dederat ei prædictus Prior, vel saltem tantum, quantum prædicta paupertas, pietas, vel remuneratio exigebat.

in præsētia, de probat.

3 Sed dubium est, an prefatus Prior ꝑ præfata verba, quibus dixit, vt de præfato reliquo 50. daret vni, & centum alteri, nihil de alijs expressè disponens, præsumatur voluisse alia donare Titio. Quod enim noluerit, facit, quod nemo in dubio videtur rē suam donare alij. [c]

c *l. cum de indebito. ff. de probat.*

Pro contrāria verò parte facit, quod æ grorabat, & ꝙ disposuit de duabus partibus illorum quæ Titius tenebat, & nō apparet alia ratio, cur tacuisset de alijs partibus, nisi quia voluit, vt illæ manerent cum Titio, si moreretur. Sed huic argumento responderi pōt, ꝙ non concludit voluisse donare simpliciter & inter viuos, sed tantum causa mortis & ꝙ licet religiosus habens beneficium regulare, vel sæculare, possit donare intuitu paupertatis, pietatis, vel remunerationis inter viuos, non tamen pōt per vltimam voluntatem, neq; per donationem causa mortis, quæ quo ad hoc æquiparatur: consanguinitas autem, vel societas exercendi negotiationem, parū prodest D. consulenti, quia non est iusta causa, vt religiosus etiam beneficiarius possit donare alicui de redditib. sui beneficij, vel alijs alia ratione quæsitis.

4 Vnde sequitur, quòd præfatus Titius de rigore iuris non potest retinere illam partem bonorum, quæ remansit penes eum, propter verba præfata. Cui consulendum, vt aliquam bonam compositionem procuret facere cum eo: qui successit in prioratu, ad quem iure pertinet. Salua, &c.

SVMMARIVM.

Suspensionis censura nec dum infligitur, nec dum tollitur, sed certam verborū formam præscriptam habet. 1

Prohibitus celebrare à iudice in scriptis, censetur suspensus: secus si solo verbo ne præsumatur iudicem velle delinquere, & numero 2. 3

CONSILIVM III.

AN prohibitus à prælato ne celebret, videatur suspensus?

1 Pro parte affirmante facit, primò, ꝙ nulla forma verborum est prescripta ad ferendam, nec ad tollendam suspensionem, sed sufficiunt quæcūq; id significantia, vt dicimus in Manua. confess. [d] Secundò, ꝙ tota definitio suspensionis in d. Manual. serio concepta, & declarata [e] videtur ei conuenire.

d *de probat.* *d C. 27 nu. 161.*

e *Vbi sup.*

2 Pro parte verò negāte facit primò, *nu. 151.* quòd suspendens verbo sine scriptura, delinquit, & punitur suspensione. [f] Secundò, quòd magna cum prouidētia *excommu. 6.* debet imponi, vt habetur in d. c. 1. & per *g ff. de constitutionibus* huiusmodi, cum prohibens non veritur verbo [suspensionis.] videri pōt nolle suspendere: & qđ prohibitio de non communicando vel non celebrando à confessario facta, non cēsetur suspensio, vt vbi supra dicitur, reddendo rationem cuiusdam dicti glossæ c. [is qui.] de sentent. excomm. lib. 6.

f *c. 1. de sent.*

dict. indeb.

3 Pro concordia horum in præsentia occurrit dicendum, quòd, si prælatus in scriptis faciat huiusmodi prohibitionē, censetur suspendere: quòd probant argumenta pro parte affirmante adducta. prohibens autem verbo tñ præsumitur solam simplicem prohibitionē facere, arg. l. si [procurator.] [g] cum suis concordantibus quatenus probāt, in dubio neminem præsumi facere actum eo modo, quo sit delictum. At, qui prohibet celebrare sine scriptura, facit actū, qui potest iudicari delictum, & non delictum. nam si facit animo suspendendi, delinquit, adeo, quòd ipso iure incurrat

g *ff. de constitutionibus*

Universidad de Deusto
Biblioteca

suſpenſionem : ſi verò facit animo non suſpendendi, ſed ſimpliciter prohibendi, non videtur delinquere : ergo præſumendus eſt nolle ſuſpendere.

SVMMARIVM.

1 *Acolytatu probato non probatur prima tonſura non alij minores.*
2 *Sacerdotio probato, cum de antiqua ordinatione agitur, & conſtat ordinatorem fuiſſe virum inſigni virtute praditum alij minores ordines probantur.*

CONSILIVM IV.

AN probato acolytatu, pbetur prima tonſura ?

1 Reſpondetur primò, hunc D. conſulentem debere per ſe; perq; ſuos adhibere diligentiam quærendi literas pſalmiſtatus monẽdo & ad memoriam reducendo in quo Epiſcopo, & in quo epiſcopatu, & corã quo ſecretario fuit initiatus pfato pſalmiſtatu, quib. inuẽtis, bona pars dubitationis excluderẽ.

Secundò, q̃ illis literis non inuentis, & ſublata ſpe inueniendi, debet impetrare à ſuo Epiſcopo literas dimiſſorias, per quas aſſumere poſſit prędictum clericatum ante quam conſequatur beneficium, ne illius collatio ei ante clericatum facta ſit ipſo iure nulla, iux. cap. [ex literis.][a] & notata in c.[cũ adeo.][b]

a De tranſ.
b De reſcri.

Tertiò, q̃ debet idem conſulens reſcribere ad patriam, vt ſedulò & diligẽter quæratur in illo regiſtro notarij, in quo inuenitur illum inſignitum fuiſſe acolytatu an inueniatur etiam inſignitus alijs tribus ordinibus minoribus, quia quatuor ordines minores olim in Hiſpania ſimul cõferri ſolebant, quod ſi ratione Concilij Tridentini cœperint ſingulatim in illa regione, in qua eſt illud regiſtrum, conferri, quæratur an ſit erratum in accipiendo tranſumptum ex eo, ita quod ſciatur an verum ſit eum eſſe acolytum, an non : quo præſcito certius conſulatur.

c In c. niſi de præb.
d In c. ſuper his de accuſat.

2 Quartò, q̃ licet teneamus cum Panormitano [c] recepto Felyno & alijs quos ipſe citat, [d] quod probato ſacerdotio cenſentur probari alij omnes minores ordines, quando agitur de ordinatione antiqua, & probatur quod ordinator erat inſigni virtute praditus, non tamen ex eo ſatis efficaciter videretur probari idem eſſe dicendum de acolyta tu quo ad alios ordines minores : & ſi res in iudicium deduceretur, non eſſet facilis forte probatio virtutis ad eo inſignis, nec temporis adeò antiqui. Quare inquirenda eſt pro viribus veritas facti, & ea cognita, cum ius oriatur ex eo, quærenda eſt veritas iuris, quia eſt periculum; quòd ei obijciatur in foro exteriori promotio per ſaltum, conſtito de promotione ad acolytatum, & non apparente promotione ad alios minores, & pſalmiſtatum.

Quintò, cauendum eſſet D. conſulenti, vt ante promotionem ab beneficium inueniatur legitimè ordinatus, ſi timet rem controuerſam in foro exteriori. Saluo meliori iudicio.

De iureiurando.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum factum homini de non ludendo ad ludos malos ſeruandum, ſed poteſt relaxari ex cauſa etiã ab Epiſcopo.*
2 *Iurans ſub certa pena ludo malo vel abſolutè non ludere, ludendo malo ludo ad pœnam tenetur.*
3 *Abſoluere poteſt confeſſarius à fractione iuramenti.*
4 *Iuramenti penalis adeundi Hieruſalẽ relaxatio nõ eſt ſeruata Papa ſecus i voto.*
5 *Iuramentum ſed non votum adeũdi Hieruſalem, relaxatur per cruciatam.*
6 *Voti diſpenſandi facultas per Iobelæum conceſſa ad iuramentum non extenditur.*
7 *Pœnitentiaria facilè diſpenſat ſuper iuramento penali in peccati odium facto.*

CONSILIVM I.

REtius, cum non ad voluntarem ei ludus ſuccederet, ſponte prorupit in hæc verba : [Iuro tibi,] Semproni, per Deũ me amplius in vita mea non luſurũ nec ad chartillã, ſeu chartetam, ſiue primeram, nec ad alium chartarum ludum, ſub pœna adeundi Hieroſolymam.

Dubitatur primo, an hoc ſit iurãmentum obligatorium.

Secundo, ſi luſit, an Hieroſolymam adire teneatur.

Tertio, an à confeſſario electo virtute Iobelæi vel cruciatæ abſolui poſſit.

1 Ad propoſitas quæſtiones reſpõdetur primò, iuramentum de non ludẽdo ad chartillam, ſeu chartetã, ſiue primerã, & ſimiles ludos vetitos, eſſe validũ, & ſeruandũ quo ad illos, qui ſunt peccata genere ſuo præſertim mortalia, & relaxari poſſet iuſta de cauſa, ſicuti votum, tum, tum à Papa, tum ab Epõ: quia non eſt de reſeruatis Papæ, iuxta ea quæ tradimus in Manual. noſtro confeſſ. [a]

a Cap. 12. nu. 75.

2 Secundò, q̃ qui iurauit non ludere præfato ludo malo & illicito ſub pœna adeundi Hieroſolymam tenetur adire illã, ſi fregerit illud, vt teneretur qui in genere & abſolutè voueret non ludere ſub ſimili pœna, & luderet illicitè, quod quando contingat, dicitur in d. Man. [b]

b Cap. 20. in princ.

3 Tertio, q̃ certum eſt per Iobelæũ, ſiue per bullam cruciatæ poſſe prędictũ iuſm, relaxari, quia id nullo iure reſeruatur Papæ, & per Iobelæũ, ſiue bullã cruciatæ conceditur confeſſario legitimè electo facultas abſoluendi à peccatis: imò & proprius confeſſarius poteſt abſoluere ab ipſa tranſgreſſione.

4 Quarto, q̃ pulchrum dubium eſt, an alius, quàm Papa, poſſit relaxare iuramentum de adeundo Hieroſolymam, ſi ludo illicito luderet: Arbitror tñ eſſe probabile, q̃ relaxatio iuramenti prædicti, de adeundo Hieroſolymam, & terram ſanctam, nõ eſt reſeruata Papæ, ſicut eſt relaxatio voti id ipſum faciendi, per ea quæ de comparatione voti & iuramenti diximus in præfato Man. [c] & ſecundum Tabienam. [d]

c Cap. 12. nu. 32.
d Verb. iurare. n. 21.

5 Quinto, quòd certũ eſt conſequenter prædictum iuramentum potuiſſe relaxari iuſta de cauſa à cõfeſſario electo legitimè per cruciatam, quamuis credã non poſſe relaxari per eum, etiam iuſta de cauſa, votum de adeundo Hieroſolymam, quia illud eſt reſeruatum Papæ, & vt puto diſpenſatio eius nõ conceditur ſpecialiter prædicto confeſſario electo per cruciatam.

Sexto, dubitari poſſet an hoc iuramẽtum poſſit relaxari per Iobelæum à S. D.N. nuper conceſſum : & in præſentia inclino in prædictam negantem, quia ſolum concedit facultatem diſpenſandi ſuper votis nulla facta mentione de iuramẽtis, quæ ſunt diuerſa ab illis, per dicta in præfato c. [e] & à diuerſis non fit illatio, præſertim in diſpenſationibus, quæ ſunt odioſæ, & exorbitantes. [f]

e 12. nu. 32
f l. Papin. ff. de minoribus, &c.

Septimo, q̃, vt puto, facile abſoluetur à ſacra Pœnitentiaria à præfato iuramento facto non propter deuotionem, *quæ à iure*, ſed ob abominationem peccati iuſti de *de reg. iur.* cauſa, præſertim q̃ ſine licentia Sedis *lib. 6.* Apoſtolicæ non poteſt conſulens adire Hieroſolymam cauſa deuotionis.

SVMMARIVM.

Iuramentum abſolutè vi præciſa factum vix inuenitur, & nu. 2. quia voluntas hominis vi præciſa cogi non poteſt. 1
Violentum ſit à principio extrinſeco paſſo non opitulante. 2
Intellectus cap. ſacris, de ijs quæ vi. 3
Iuramentum vi præciſa non obligat conditionali ſic, ſed facile remittitur. 4

CONSILIVM II.

QVæſitum eſt, an iuſm abſolutè meru præciſo, ſiue per vim præciſam extortum obliget iurantem.

1 Reſpondeo primò, vix poſſe dari caſum, in quo vllum iuramentum abſoluto metu, ſiue vi præciſa factum inueniatur. Tum quia voluntas hominis nõ poteſt cogi violẽter, ſiue vi præciſa ad eliciendum actum immediatè prodeũtem ab ea, ideſt ad volendum vel nolendum aliquid, vt tradit S. Tho. poſt alios receptus, [g] & nemo poteſt iurare nec cogi ad iurandum, ſi noluerit iurare.

g 1.2. q. 6. art. 4.

2 Tum quia illud ſolum dicitur violẽtum, ſiue vi præciſa factum, quod ſit à principio extrinſeco paſſo nõ conferẽte vim, i. eo, qui patitur, non opitulante, vt poſt Ariſtotelem 3. Ethico. tradit [h] S. Tho. receptus, [i] quem nos quoq; ſequitur in Man. confeſſ. [k] At vix inuenii poteſt caſus, ĩ quo quis iuret coactus à principio extrinſeco, ipſo non conferẽte vim, ſiue opitulante : Dixi, [Vix :] quia

h Vbi ſupr.
art. 4. & 5.
i Prælu. 6. nu. 2. & 4.

quia possent alicuius labia moueri arte angelica vel diabolica ad inuocandũ Deum in testem, ipso omnino corde & voluntate contradicente, vti quotidie videntur quidam à dæmone obsessi, loquentes lingua Græca, Chaldæa, vel alia, quam nunquam didicerunt: sed huiusmodi iuramentũ non dicetur tàm iuramentum eius qui iurat, quàm Angeli boni vel mali, qui labia eius, vt id faciat, cogit.

3 Secundò, q̃ non obstat, prædictis c. *a de ijs quæ vi.* [sacris.] [a] quia non loquitur de iuramento, sed de communione, qua quis communicat excommunicato, quæ fieri potest violenter siue vi absoluta, cogendo membra exteriora alicuius ad aliquid faciendum, nolente & renitẽte ipso, vt thurificare idolo, vel manere in eadem domo cum excommunicato.

4 Tertiò, q̃ huiusmodi iuramentum violenter vi præcisa, vt dicitur, factum non obligaret iurantem. Vnde nullibi prefati à maligno spiritu ad loquendum coacti iudicantur esse obligati ad faciendum ea, quæ promiserunt: neq; consequenter deberent cogi à iudice ad prestandum ea, quæ prædicta vi coa- *b 50. dist. et d. c. sacris.* cti violenter iurauerunt, iuxta prædicta, quę pulchrè fundari possunt in cap. *de ijs quæ vi.* [presbyteros.] [b]

Quartò, q̃ certum est, iuramentum *c Et c. si* alioquin licitum, metu, siue vi conditio- *ro, de iure-* nali præstitum obligare iurantem, iux- *iuran.* ta cap. [verum.] [c] quamuis absolu- *d Et c. debi-* tio iuste peti possit. & sit præstanda, vt *tores de iu-* habetur in cap. 1. [d] Salua, &c. *rent.*

SVMMARIVM.

1 *Mandato dato tertio ad resignandum in mei fauorem, & mihi tradito, si promitto etiam cum iuramento non uti nisi reseruata tertia pensione, & postea spreta promissione vlor. & beneficium resignatum accepto, pecco quidẽ, sed tenet prouisio: præsumq; post adeptam possessionem liberaliter, sed tenet non ex pacto præstare quod capiebat resignans, nu. 2.*

2 *Iurat nequaquam qui dicit promitto per iuramentum, vel cum iuramento.*

2 *Transgressio iuramenti secreti promissorij inhabilitatem non inducit ad beneficia obtinenda.*

CONSILIVM III.

QVidam, accepto mandato de renunciando vnum beneficium in fauorem suum misso à partibus, cũ iuramento promisit, se non vsurum mandato illo, nisi reseruata certa pensione cuidã, licet postea vsus fuerit, & post quæsitam possessionem rogatus, vt se obligaret ad soluendam pensionẽ, quã reseruari voluit resignans ad certa opera pia. Quærit an id facere possit?

1 Respondeo primò, D. consulentem malè fecisse, peccasseq; vtendo mandato prædicto ad resignandum contra sui iuramẽtum, qđ poterat seruare sine interitu: & sine dispẽdio salutis ęternę. *e C. si vero.*

Secundò, q̃ per hoc peccatum non *de iureiu.* incurrit irregularitatem, vel inhabili- *quamuis de* tatem ad retinendum prædictum bene- *pœnit. lib. 6.* ficium. Tum quia chirographum, quo id promisit, non continet quod ipse iurauit, sed quod promittebat cum iuramento, vel per iuramentum, quod tunc non fecit, quæ sunt valde diuersa, iuxta verum intellectum cap. [clericus.] [f] *f de iureiu.*

2 Tum quia transgressio ejusmodi iuramenti secreti nõ induceret ipso iure talem inhabilitatem, arg. notatorum in c. [querelam.] [g] & notata per Felynũ. [h] *g Et c. tua. h de rescrip.*

Tertiò, q̃ prædictus D. consulens li- *fi. de temp.* citè sancteq; poterit quo ad forum in- *ord.* terius soluere prædictam pensionẽ, postea quã expediuerit, & acceperit possessionẽ beneficij. Tũ quia intentio & animus resignãtis, vt resignatarius hoc vel illud faciat post habitum beneficiũ, nil nocet quo ad forum cõscientiæ, nisi exprimatur & deducatur in pactũ, [i] vt tra- *i Ca. tua. de* dimus in Manu. confess. [k] post glossam *simon.* singularem [l] & D. Antoninũ ibi citatũ. *k C. 25. q. 1.*

Quartò, q̃ nõ abs re dixi in tertio di- *l 107.* cto, Quo ad forũ interius: q̃a quo ad forũ exterius posset psumi cõfidentia p *m notauit.* bullã Pij V. quã referimus ad literã, [m] *q. 1.* ex qua paulo inferius colligimus vnam coniecturam admissæ confidentiæ esse, si renuncians beneficiũ, acceperit aliquam partẽ fructuum à resignatario, et post habitam possessionem illius. *n In d. c.*

Quintò ex his sequitur, prædictum D. consulentẽ nullatenus debere obligationem prædictam facere, nec vllibi dicere,

dicere, vel confiteri, quod dedit, vel dat aliquid prædicto resignanti, nec alij de mandato eius: quamuis ipse debeat semper esse illi gratus, & ita dare liberaliter ipsi, vel alicui alij paupertatis, vel subuentionis intuitu ea, quæ videbuntur honeste danda, secreto tamen.

SVMMARIVM.

1 *Expendens mater pro filia animo donandi potest postea aliquid sibi ob hoc de bonis filiæ retinere, potest autem, si animo saltem tacito illud repetendi fecit. in dubio autẽ si filiæ habebat vnde se aleret, animo repetendi præsumitur impensum.*

2 *Iurare in iudicio creditor, qui de bonis debitoris iustam retinet compensationem, potest se de bonis debitoris nihil retinere, addita in mente conditione, ita quod teneat in foro exteriori confiteri.*

CONSILIVM IV.

MAter fecit multas expensas pro filia, quas cũ esset illius negotiorum gestrix ex bonis dictæ filiæ repetijt. Quæritur an in reddendis rationibus iureiurando affirmare possit, se nil, quod ad dictam suam filiam pertineat, retinere, nec ei quicquam debere.

1 Respondetur primo, quod non, si mater fecit præfatas impensas non tanquam gestrix negotiorum filiæ, sed animo donandi & non repetendi eas, sed sic, si fecit eas tanquam negotiorum gestrix eius, vel animo repetendi eas, & nõ donandi, [a] quia vt ibi adnotatur, & probatur, pater vel mater faciens impensas filiæ, vel filio, quem non tenetur alere, quique habet alia bona, vel cuius negotia gerit, videtur facere illas impensas de bonis filiæ vel filij, & non de suis proprijs, nisi quo ad forum cõscientiæ, si verè coram Deo, cui omnia patent, fecit eas de bonis suis animo non repetendi: quia in illo foro non ităr pręsumptioni, sed veritati. [b]

a Arg. l. Nemius. ff. de nego. gestis. l. siquis à liberto. §. si mater. ff. de liber. agnos. cum ei adnot.

b ca. humana aures 2. q. 5. & c. 15. qui & cap. tua de spons. cum ei adnot.

2 Secundo, q̃ præfata mater cauere debet, ne mentiatur: & ita si verè animo donandi nõ dedit, sed habuit animũ tacitũ, vel expressum repetendi, cũ neq; cauerit se nihil debere, nihilq; accepisse, intelligere debet intra mentem suã, ita quod teneatur in foro exteriori cõfiteri, per ea quæ nos latè tradimus in d. cap. [humanæ aures, Salua, &c.

SVMMARIVM.

Procuratorem post mortem mandantis nõ posse deferre iuramentum decisorium verius & num. 3. 1

Mandatum regulariter re integra morte mandantis expirat, beneficiarij verò etiam lite contestata. 1

Procurator dominus litis cum sit, fit solum quo ad nõ requirentia speciale mãdatũ. 2

Iuramentum decisorium requirit specialissimum mandatum. 3

CONSILIVM V.

PRocurator constitutus in causa ciuili, & factus dominus litis, an mortuo suo principali, re integra, subire vel deferre valeat iuramentum litis decisorium, ita vt si de facto illud subeat, probet in præiudicium sui principalis?

1 Rñdeo, q̃ multa possent in vtranq; partem huius qõnis adduci ab eo, cui id faciẽdi otiũ & vires suppeterẽt. Dico tñ primo, inclinare me in opinionẽ eorũ, qui tenent præfatum procuratorẽ per præfatum iuramentũ nihil posse nocere defuncto, nec instãtiæ & causæ quã tractat. Tũ quia mandatũ procuratoris expirat morte mandãtis, beneficiarij verò Ecclesiastici ẽt post litẽ contestatã, & re nõ integra. [c] & causa hæc fortassis est beneficiaria, licet ipse nesciam, cũ qualis sit ex narratione facti non colligatur. Tum quia omne mandatum regulariter expirat reintegra morte mandantis, [d] vt in proposito casu narratur, qđ mandator re integra fuit mortuus.

c Clè. fi. de procurat.

d c. mãdatis. de offic.

2 Tum quia nihil videtur obstare, qđ ipse procurator factus fuerit dominus litis, quia id verum est quo ad ipsam litẽ, & alia incidentia emergentia, quæ non requirunt speciale mandatum, non aũt quo ad alia requirentia speciale mandatum, nisi fortè quo ipse nõ põt obligare principalem suum, [e] quandoquidem ea ratione, qua nõ põt tractare totã cãm absq; mandato saltem generali, ita nõ potest tractare partem causæ requirentem spe- ciale mandatũ sine illo, & ad præstãdum iura-

de leg. cum ei latè à doctor. adno & alia incidentia emergentia, quæ non requirunt speciale mandatum, non aũt quo ad alia requirentia speciale mandatum, sine quo ipse nõ põt obligare principalem suum, [e] quandoquidem ea ratione, qua nõ põt tractare totã cãm absq; mandato saltem generali, ita nõ potest tractare partem causæ requirentem speciale mandatũ sine illo, & ad præstãdum

e arg. l. quæ mandato saltem generali, ita nõ potest tractare partem causæ requirentem speciale mandatũ sine illo, & ad præstãdum de rei vẽd. iura-

Universidad de Deusto
Biblioteca

iuramẽtum deciſorium litis, de quo agitur, requiritur ſpecialiſſimum, ſecundum omnes.

3 Tum quod præfatus procurator nõ videtur poſſe virtute præfati mandati deferre iuramentum parti aduerſæ, ergo nec iurare pro ſua parte principali; quia iuramentum, quod dicitur per partitum, quod fundatur in l. [manifeſtiſſimè.] [a] videtur includere iurationem & relationem, ita quod non poteſt iurare pro ſua parte, niſi aduerſarius iuramentum ſibi delatum referat illi. Tum quod mandatum fuit ad iurandum in animam mandantis: & præfatus procurator vult iurare in animã ſuam, quod eſt diuerſum à mandato, [b] & à diuerſis non fit illatio, [c] Salua, &c.

a ff. de iure iur.

b ca. in pertractandis. de iur. cal. & c. 2. eod. in lib. 6. c l. Papinianus. ff. de minor.

SVMMARIVM.

1 *Iurata promiſſio poteſt remitti ab eo, in cuius fauorem facta eſt.*

2 *Maioratus eſt quædam dignitas perſonam fictam repræſentans diſtincta à vera perſona illum poſſidente & num. 4. quæ vendi quidem ſed non in præiudicium ad illum uocatorum, nec eis in aliquo præiudicari poteſt nume. 3. & inde ſequitur, vt qui illum poſſidet poſſit quidẽ in ſui, num. 7. ſed non in præiudicium ipſius maioratus, remittere fratribus ſuis promiſſionem iuratam de eidem applicãdo certa bona, num. 5. factam dicto maioratui, ipſo poſſeſſore, & notario pro dicto maioratu acceptantibus nume. 9. & 10. niſi interueniat auctoritas Principis cuius auctoritate factus fuit dictus maioratus: nec diſpenſatio Pontificis, cui dicta bona temporalia non ſubſunt etãſi promittentes eſſent clerici ſufficeret, num. 8.*

6 *Inramẽtum adiectum promiſſioni ſine adiectione dici aliquid faciendi, præſtitum etiam ficta perſona & corpori non tollit neceſſitatem interpellandi promittentẽ, ad hoc vt ſic non adimplendo conſtituatur in mora & peccato.*

10 *Donatio facta abſenti, notario ſtipulante non eſt contractus innominatus, nec vltima voluntas in quibus licet pœnitere ſed eſt contractus perfectus irreuocabilis, tranſiens contra hæredes donantis, & ad hæredes donatarij, qui quandocunque poterunt illam acceptare numero 11.*

Donatio facta epiſcopatus non poteſt per 12 Epiſcopum remitti & relaxari.

CONSILIVM VI.

AN cõuentio & donatio iurata duorum fratrum, quorũ alter erat dominus maioratus, quibus ſuas legitimas vnierunt & donarũt maioratui per ſuum patrem inſtituto, & ſe obligauerunt medio iuramento ad conuertendum omnes fructus illarum in bona ſtabilia, quæ vnirẽtur prędicto maioratui, ſolo vſufructu illorum ſibi retento, obligent illos ad ea faciendum.

Quæſtio hæc profundior eſt, quam primo aſpectu apparet. Et pro parte quidẽ negante facit primo illa reg. iur. [Scienti & conſentienti non fit iniuria neq; dolus.] & prædicti ambo domini fratres ſciunt, q̃ non faciunt illa, & conſentiunt, quia ſunt contenti ne fiant.

1 Secundo, quod omnis conuentio, & iurata, facta in fauorem alicuius, poteſt remitti ab illo, [c] at prædicta donatio & conuentio facta fuit in fauorem eius, *rea.* cuius erat maioratus, & ipſe conſentit, ſponte ne illa fiant, ergo remiſſa ſunt conuentio & iuramentum.

Tertio, quod prędicti DD. fratres fuerunt primi, qui prædictum auctariũ promiſerunt & iurauerunt: & ita videntur poſſe retrocedere, ſicut teſtator poteſt retrocedere à ſua voluntate. [f]

2 A contraria tamen parte ſtat, quòd maioratus vel primogenitura eſt, quæ dam dignitas, & perſona ficta diſtincta à prędictis fratribus conuenientibus, & donantibus, iuxta tradita per Martinũ Laudunenſem [g] quem dilatat Ioannes Lecirier. [h] Facit c. [quoniam abbas.] [i] & c. [ſi gratioſe.] [k] quatenus diſtinguũt dignitatem ab habente illam, & conſequenter prædicti DD. fratres non promiſerunt, nec iurauerunt ſibi mutuo, ſed primogenituræ, quæ eſt dignitas ab eis diſtincta: & conſequenter non poſſunt ipſi alter alteri pomiſſionem & iuramentum remittere.

a lib. 3. de primog. q. 1. & 8.

b De iure vocatorum, vt prædictus Tiraquellus ex preſſe notat; [c] & ita non videtur, quod prędicti fratres poſſint renunciare prę dictæ promiſſioni, & iuramento, in præiudicium eorum, qui ad prædictum maioratum ſunt uocati.

primog. q. 24. & 26. c in d. q. 24 num. 21. & q. 26. nu. 5.

f ff. de reg. iur. g c. cũ Martha. de celeb. miſſ. & ca. vltima. in vltimas 13. q. 2. h l. ſicut ini. C. de ſacr. eccl.

3 Secundo facit, quod licet verior & frequentius recepta opinio habeat, q̃d primogenitura vel maioratus vendi & cedi poſſit, iuxta latè tradita per prædictum Ioannem Lecirier [a] & Tiraquel. [b] tamen illud intelligitur, quando fit ſine præiudicio filiorum, vel aliorum ad eũ vocatorum, vt prædictus Tiraquellus ex preſſe notat; [c] & ita non videtur, quod prędicti fratres poſſint renunciare prę dictæ promiſſioni, & iuramento, in præiudicium eorum, qui ad prædictum maioratum ſunt uocati.

4 Tertiò, q̃ aliud eſt iurare fidelitatẽ domino expreſſo nomine proprio, & aliud iurare ei expreſſo nomine dignitatis: quia in priore caſu non videtur tranſire ad ſucceſſores, & in poſteriore ſic, vt notant Cardinalis & Panor. [d] declarando gloſſam, [e] & ita aliud eſt iurare dignitati, aliud iurare perſonæ illam habenti.

d in c. Geri tatis de iuramẽto. e in verb. cõpelletur.

5 Hæc poſteriora argumenta videtur vrgere ad dicẽdum prędictos D D. eſſe obligatos ad implendam ſuam conuentionẽ, & ſeruandum ſuum iuramentum. Nec obſtãt oppoſita. Ad primum enim reſpondetur, cõcedendo quidem quod non fit iniuria ſcienti & conſentienti, & conſequenter nec ei qui nunc poſſidet maioratum, qui ſciens conſentit, negando tamen q̃ dignitas maioratus, & ſucceſſores in ea, ſciant, & cõſentiant. Ad ſecundum reſpondetur, quod prædicta conuentio & iuramentum non fuerunt facta ipſiſmet fratribus, ſed dignitati maioratus, & ſucceſſoribus in ea, & ita qui nunc eſt poſſeſſor eius, non poteſt conſentire, nec remittere iuramentum quo ad dignitatem, & ſucceſſores in ea, qui ſunt alij ab eo. arg. l. [non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri.] [f] & alia quæ ibi congerit Decius. Ad tertiũ quod diſpoſitio per vltimam voluntatẽ, quæ vſque ad mortem eſt mutabilis, [g] poteſt mutari, diſpoſitio autem per contractum non poteſt mutari ſine conſenſu ſaltem alterius partis, [h] & diſpoſitio prædicta fuit per viam contractus, & ita non poteſt reuocari, niſi conſentiente altera parte, quæ ſunt ipſa dignitas maioratus, & ſucceſſores in ea.

6 Aũ aũt peccauerint mortaliter prædicti fratres non adimplendo cõuentionem & iuramentum, alia quæſtio eſt: & videtur reſpondendum pro parte negãte. Tũ quia qui debet aliquid ſimpliciter, non adiecto die ſolutionis faciẽdæ, non eſt in mora, donec interpelletur, [i] & prædicti dñi non fuerunt interpellati, neq; vt ea implerẽt requiſiti, & aliàs multis probauimus, iuſm non tollere neceſſitatem interpellandi, neq; conſti tuere quem in mora faciendi, quod iurauit, ante interpellationem, ſi adiectũ fuit contractui, in quo illa requiritur.

i l. ſi ex legati cauſa. & l. cũ ſimilis. iuſs. §. ſi. ff. de ver. obl.

7 Secundo, quod poſſeſſor maioratus etſi non poſſit conſentire, ne fiant ea q̃ ſibi debent fieri, in pręiudicium ſucceſſorum, non tamen conſentire in præiudicium ſuum, imò & vendere & donare maioratum, vt ſupra dixi: & in caſu pro poſito poſſeſſor maioratus, qui eſt alter fratrum, non ſolũ nõ interpellauit, ſed fuit, & eſt contentus ne illa ſibi fiant: ergo ambo ſunt excuſati à peccato, modo eo animo ſint, vt adimpleant illa, quatenus attinent ad vtilitatem ſucceſſorum in dignitate.

8 An autẽ S.D.N. poſſit ſuper his diſpenſare, eſt alia quæſtio: & meo iudicio plus poteſt in hac re regia maieſtas, quã ſua Sanctitas, cum maioratus, & qui tenet eum, ſint ſibi ſubiecti, & alter frater licet ſit clericus, tamen conuentio prædicta reſpicit bona eius patrimonialia, & non Eccleſiaſtica, & ſita in ſuo regno: & ſua maieſtas, attentis cauſis & circunſtantijs huius negotij, & conſenſu poſſeſſoris maioratus, multo magis & efficacius poteſt diſpẽſare, & quo ad vtrũq; forum conſtituere, ne teneantur ad omnia illa, vel nõ niſi ad aliquam partem eorum, prout iuſta cauſa id faciendi, & eorum volũtas impulerit, præſertim q̃ hæc diſpenſatio reſpicit vtrunq; forũ: ſucceſſores enim prædicti D. poſſeſſoris poſſent occurrente opportunitate moleſtare hæredes vtriuſque, vt adimplerent prædictam conuentionem, & iuramentum, niſi remiſſa vel moderata fuerint per regiam maieſtatem.

Contra prædictam maieſtatem, quatenus habet prædictos fratres non poſſe ſe inuicẽ abſoluere à prædicta promiſſione & iuramento, adducuntur duo reſponſa cuiuſdam viri eruditiſſimi, multa in ſuum propoſitũ citantis, in quibus ſatis perpenſis non video ſolutũ argumentũ primarium meæ ſentẽtiæ, videlicet quod duo donantes tertio, non pñt reuo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

reuocare donationem sine illius consensu,& quod prædicti fratres donauerunt tertio,videlicet dignitati &maioratui iã constituto auctoritate regia ab eorum parte, & quod dignitas illa & maioratus non refutauit illã donationem,imò acceptauit: quoniam possessor eius, qui est alter fratrum,acceptauit nomine ipsius,tanquam administrator eius, illam donationem quo ad legitimas.

10 Neque requirebatur acceptatio secundum opinionem eorum,qui tenent per stipulationem notarij ipso iure quęri tertio sine alia acceptatione,neque secundum opinionem eorum qui requirunt acceptationem: quia secũdum oēs per talem stipulationem quęritur ius irreuocabile tertio,qui cum primum nouerit,potest illam acceptare etiam post mortẽ donantis, & etiam post mortem donatarij: quia transit in hæredes, & cõtra hæredes irreuocabiliter: vt latè mõstratum est in causa nostra Romana fide iussionis: & ita cum donatio prædicta sit facta prædictæ dignitati, & consequenter successoribus in ea,quilibet successor,cum primũ scierit, poterit acceptare illam,& donata petere.

11 Neq; est verum quod in contractibus nominatis, quorũ de numero sunt donatio inter viuos,& stipulatio, sit locus pœnitentiæ sicut in vltimis voluntatibus & donationibus causa mortis,& q busdam alijs tangentibus vltimum iudicium,quę virtualiter sunt vltimę volũtates, in quibus loquuntur Oldradus, Baldus,& quidam alij citati à prædicto eruditissimo. Donatio.n.præfata valet, etiam antequam donatarius eam sciat, licet per eã non quæratur ei ante acceptationem res donata, sed tãtum ius eã acceptandi, quod transit in hæredes, & contra hæredes,vt nos deducimus in dicta causa nostra, licet multo minorem vim ei cõcedamus, q̃ aduersarij nostri.

12 Nec est faciẽda distinctio,an vocatus ad maioratum sit natus, vel non, nec an inuestitura maioratus sit pluries & decies facta, vel data aliquibus, quia simul ac nascetur vocatus ille debet illũ habere,administrare,& iura ei debita siue per donationẽ siue alias repetere:& vt alia omittã, videatur in hoc consilio Decij [a] cõtra nostrã opinionẽ citatum,

a 468. nu. 28.

E & aduertatur,quod nemo auderet dicere quod si duo fratres donarent epatui Vincentino aliquod prędium reseruato vsufructu quoad vitam per donationẽ inter viuos,quæ est irreuocabilis, præsertim stipulatione notarij vallatam,sicut in nostro casu,posset pœnitere, & si alter fratrum esset Eps Vincentiuus,eo q donatio est facta tertio,scilicet dignitati episcopali,& quod casus propositus est omnino similis:hæc aũt raptim sine allegationibus, cum quibus tria folia cõpleuissem,dixi,quia fundant opinionem meam, quam noluissem in hoc casu in gratiam domini mei esse veram, quæ tamen profecto vera est. Salua,&c.

F

SVMMARIVM.

Fidei professionẽ omittentes regulã de trien nali non tenuat quo ad lucrandos fructus amissos contra dispositionem Conc. Trident.c.12.sess.24. 1

Ignorantia iuris clar.non excusat:etiã quo ad forum Dei, si adsit aliqua culpabilis. num.3. 2

Ignorantia causa peccati illud tollit,vel minuit,prout in totum vel in partem causat inuoluntarium. 3

Inaduertentia, quæ habet in se aliquam culpam non aduertendi ad id ad quod quis tenetur,non excusat. 3

G

CONSILIVM VII.

QVia infra in titulo de præbendis rñdeo possessorem triennalẽ beneficij bona fide illud cũ titulo colorato possidentem fieri dominũ eius,& titulum verũ quærere, per regulam de triennali possessore. Quæritur nunc,an canonici,qui non sunt professi publicè fidem Catholicã coram Episcopo & Capitulo intra duos menses à die possessionis adeptæ ob ignorantiam & inaduertentiam præcepti Conc. Trid. & postea possederunt pacificè vltra tres annos,faciant fructus suos.

H

1 Rñdeo primo, quod regula illa de triennali non potest prædictis DD.cõsulentibus prodesse. Tum quia iura à iure cõi exorbitantia non sunt ad aliũ casum extendenda. [c] Et constat prædictã regulam à iure communi exorbitare,& iura exorbitantia non sunt ad aliũ casum extendenda. [c] Et constat prædictã iure communi exorbitare,& iura exorbitantia non sunt ad aliũ casum extendenda. [c] Et constat prædictã regulam à

Universidad de Deusto
Biblioteca

suffragio quo ad fructus, conciliantur cum illa, ergo sunt intelligenda quoad fructus tantum.

Tertiò, quod intelligentia dictorum ex causis est sumenda dicendi, [a] & verba secundum materiam subiectam sunt intelligenda, etiam impropriando ea. [b] At materia in qua proferuntur prædicta verba, est materia acquisitionis, vel amissionis fructuum beneficij, & non tituli eius, ergo intelligenda sunt de suffragio, & adiutorio, quod dat possessio ad quærendum, vel ad non perdendum fructus, & non quòd conuenit ad quærendum, vel non perdendum titulum.

4 Quartò, q. pœna priuationis alicuius iuris non est dicenda cuipiã imposita, nisi eam lex expresse ponat, iuxta glossam solemnem, & receptam quæ vltima est. [c] At prouisus, simul ac possessionẽ cum titulo colorato accepit, quę siuit ius fruẽdi fructu prædictæ regulæ de triẽnali: ergo non debet cẽseri priuatus illo, nisi per legẽ, quæ id exprimit, vel nisi aliter nõ posset esse fructuosa: at prædicta verba prædicti canonis possunt esse valde fructuosa, intelligẽdo ea quo ad perditionem fructuum tm̃, ergo quo ad eam tantum sunt intelligenda.

5 Quinto, q. pœnæ canonum, præsertim Cõciliorum œcumenicorum, solẽt esse tẽperatę, & moderatę, ita quòd non excedãt mẽsuram delicti, iuxta illud, [d] [iuxta mẽsuram delicti sit & plagarum modus.] [e] At culpa non faciendo prædictam promissionem vt plurimum prouenit ex ignorantia, inaduertentia, & negligentia, & est quædam omissio facilè supplebilis, ergo pro ea non est imponenda eam omittenti pena perditionis beneficij, vel iuris, quo illud sibi defendere potest. imò satis superq; fuit priuare eum iure quærendi fructus. & ita credendum est, sacrum Concilium voluisse quidem illũ priuare iure fructuũ, non autem iure tangente titulum.

Nõ obstant opposita. Ad prius enim respondetur, q. tũ demum negatiua vniuersalis est vniuersaliter intelligenda, qñ nulla lege speciali, vel efficaci ratione esset limitanda in aliqua specie: nulla enim est regula tam generalis, quæ aliquam non patiatur exceptionẽ, præter illã, quæ ponitur c. [licet.] [f] at plurimę sunt regulæ vtriusq; iuris vniuersaliter & negatiuè cõceptæ, per verba [nullus, nemo, non præstat, nihil,] & id genus alia, quæ tm̃ multas habẽt limitationes: & ita regula illa negatiua, quæ tacitè colligitur ex prædictis verbis, scilicet, [non suffragetur possessio prouiso, qui intra duos menses nõ fecerit professionem fidei, iure limitatur, vt solum procedat quoad suffragium acquirẽdorum fructuum, & non quo ad id quod pertinet ad titulum, de quo per dictam regulam de triennali statuitur contrarium.

Ad posterius respondetur, concedendo hæreticum priuari omnibus iuribus ipso iure, negando tamen, q. ex eo solo, q. prouisus omittat profiteri fidem intra duos menses, præsumatur hæreticus, nec suspectus de hæresi, & q. Concilium non intẽdebat ponere pœnam debitam hæresi sed debitam inobediẽtię: si enim id intendisset, apposuisset pœnam priuationis beneficij, vt palam est.

[a] c. intelligentia, de verbo. sign.

[b] l. fi. vno ff. locati.

[c] ca. vlt. de iure patro.

[d] Deut. 16.

[e] c. non affe ramus. 24. q. 1.

[f] De regul. lib. 6.

SVMMARIVM.

Professionem fidei nedum in capitulo, sed etiam in manibus Episcopi emittere tenentur canonici, etiam si sint exempti.

CONSILIVM IX.

QVæritur, an canonici etiam exempti teneantur professionem fidei facere.

1 Respondeo, quod canonici ẽt exempti tenentur fidei Catholicæ professionem facere in manibus Episcopi & Capituli, iuxta [g] Concilium Triden. Tum quia etiam exempti subiacent Episcopis quo ad ea, quæ pertinent ad beneficia, quæ obtinent, subiecta illis, per adducta à Felyno. [h]

[g] c. 12. de for. fess. 24.

[h] In c. cum dilecti. de temporis præstituti, & c. fi. de dolo & contumac. & l. Iulius. 2. §. 9. de iniust. rupt. & irrit. testam. & l. Celsus. ff. de recep. arb. & c. 25. nu. 135. & l. 1. ff. de procu. & c. quia regulariter quicunque potest aliqui per alium quid facere per semetipsum, potest illud facere per procuratorem. & c. 12. de for. compet. & c. 11. de rescript. in 6. & l. 1. §. fi. ff. de aqua pluu. arcend. & l. 1. §. 1. ff. de aqua & aquæ pluu. arcend. & l. 1. §. 1. ff. de publican. & vectigal. & l. 1. §. 1. ff. de vsufr. accres. & l. 1. §. 1. ff. de vsufr. quemad. quis vtatur. & l. 1. §. 1. ff. de vsufr. quemad. quis vtatur. & l. 1. §. 1. ff. de vsufr. quemad. quis vtatur.

SVMMARIVM.

Professionem fidei regulares prælati facere intra duos menses tenentur ab adepta possessione præfecturæ.

CONSILIVM X.

QVęsitum fuit, an [i] Concilium Trident. inum de fidei professione facienda habeat locũ etiam quo ad prælatos regulares.

[i] c. 11. de for. fess. 24.

Respon-

1 Respondetur affirmatiue, quod prælati prælati regulares tenentur etiam facere prædictam fidei professionem, per extensionem qua Pius IV. sua constitutione incipiente iniunctum, extendit [a] Conc. Tridentinum. Sufficit autem, vt eam faciant intra duos menses ab adepta possessione suæ præfecturæ, vt idem Concilium [b] exprimit.

[a] d. ca. 12. de reform. sess. 24.

[b] In eod. c. & c. 12. de for. compet. & c. 11. de rescript. in 6.

SVMMARIVM.

1 *Fidei professionem qui intra duos menses, ut tenetur non fecit post illos quam primum potest facere obligatur.*

1 *Obligatus ad aliquid intra certum tempus faciendum eo lapso non liberatur.*

2 *Beneficiarius fidei professionem per procuratorem facere potest.*

3 *Fidei professio post duos menses facta non prodest quo ad quærendos præteriti temporis amissos fructus.*

CONSILIVM XI.

QVi adeptus beneficium curatum, non est professus infra duos menses ab adepta possessione, quid faciet, ne perdat fructus sui beneficij, iuxta [c] Concil. Trident. relatum à nobis in Manua. Confess. [d]

1 Respondeo primo, quod potest, & debet facere illam professionẽ post præfatos duos menses. Tum quia, qui iubetur facere aliquid intra certum tempus videtur obligari ad duo, videlicet ad faciendum illud intra illud tempus, si potest, & ad faciendum illud post lapsum temporis præstituti, quam cito commode facere poterit, etiamsi non potuit illud antea facere, [e] vbi latè Paulus. 12. normitan. [f]

2 Secundo, quod poterit iuramẽtum præfatum præstare per procuratorem, quia regulariter quicunque potest aliquid facere per semetipsum, potest illud facere per procuratorem. [g]

3 Tertio, quod professio facta post præfatos duos menses non videtur prodesse ad quærendos fructus temporis præteriti, sed sic ad quærendos temporis futuri: quia regulariter semel ipso iure, [h] quamuis ex æquitate posset iuuari, qui per ignorantiam, incogitantiam, vel negligentiam id non fecit, qui tamen libenter fecisset, si fuisset monitus, vel venisset in mentem: quamuis non arbitrer hanc modificationem in foro exteriori eum iuuare.

[Aduertendum, referri sacram Congregationem censuisse cõtrarium eius, quod dicitur in secundo dicto.

[c] c. 12. de for. compet. & c. 11. de rescript. in 6.

[d] In c. 12. de for. compet. & c. 11. de rescript. in 6.

[e] l. Celsus. ff. de recep. arb. & c. cum dilecti. de temporis præstituti, & c. fi. de dolo & contumac. & l. Iulius. 2. §. 9. de iniust. rupt. & irrit. testam. & l. Celsus. ff. de recep. arb. & c. 25. nu. 135. & l. 1. ff. de procu. & c. quia regulariter quicunque potest aliquid facere per semetipsum, potest illud facere per procuratorem. & c. 12. de for. compet. & c. 11. de rescript. in 6. & l. 1. §. fi. ff. de aqua pluu. arcend. & l. 1. §. 1. ff. de publican. & vectigal. & l. 1. §. 1. ff. de vsufr. accres. & l. 1. §. 1. ff. de vsufr. quemad. quis vtatur. & l. 1. §. 1. ff. de vsufr. quemad. quis vtatur. & l. 1. §. 1. ff. de vsufr. quemad. quis vtatur.

[f] In 1. 2. q. 88. ar. 5. & 6. & l. de reg. iuris lib. 6. & in c. turbatur. §. notã dũ. 1. q. 4. & in c. frãmon. quem cum alijs ad id opportunis refert Fel. & à fortiori nullatenus intelecta, nec ad memoriam reducta. Tum quia qui bona fide transgreditur legem humanam, putans se habere iustam causam

SVMMARIVM.

Professionem fidei per ignorantiam, &c. omittens non peccat. 1

Ignorantia incogitantia, & inaduertentia legis excusant. 1

Lex humana male intellecta non ligat in foro conscientiæ. 2

Legem humanam bona fide transgrediens non peccat. 2

CONSILIVM XII.

AD quæsita quo ad forum conscientię tãtum de clerico, qui adeptus parochialem per ignorantiã, incogitantiam, vel inaduertentiam, non fecit professionem fidei, quam Concilium Trid. mandat fieri, [i] vsque ad sesquiannum, in quo ratione doctoratus suscepti eam fecit, & post septimum vna cum Episcopo ratione synodi.

[i] In ca. 12. sess. 24.

1 Respondeo primo, D. consulentem non peccasse coram Deo, & quo ad forum conscientiæ mortaliter, nec obligari ad restituẽdos fructus. Tum quia hæc ignorantia, incogitantia, & inaduertentia fuit illi inuincibilis, quia putabat probabiliter sibi sufficere professionẽ prius factam ratione doctoratus, & ita excusatur à peccato, & à restitutione fructuum, per notata à S. Tho. [k] & à nostris in cap. [ignorantia.] [l] Tum quia est pęnalis, quæ etiam si pœnam ipso iure contineat, non ligat in foro conscientiæ, iuxta glossam celebrem. [m]

2 Tum quia lex humana male intellecta non ligat in foro conscientiæ, iuxta Innocentium in cap. per tuas. de simon. quem cum alijs ad id opportunis refert Fel. [n] & à fortiori nullatenus intelecta, nec ad memoriam reducta. Tum quia qui bona fide transgreditur legem humanam, putans se habere iustam cau-

[k] in 1. 2. q. 88. ar. 5. & 6.

[l] de reg. iuris lib. 6. & in c. turbatur. §. notã dũ. 1. q. 4.

[m] in c. frãmon. ternitas 12.

[n] in ca. fin. nu. 7. de re iud.

sam

sam trasgrediendi, non peccat mortaliter, vt post alios tradimus nos in Man.

a cap. 23. nu. 43. confess. [a] & nuper in commen. de alienatio. rerum eccles. [b] Quare dominus

b Nu. 9. & 19. consulens taceat hanc ignorantiam coram hominibus, & gaudeat coram Deo se iam bis prædictam fidei professionē fecisse, & expulsis scrupulis tranquillo pectore suum officium & munus exerceat ad laudē Domini nostri Iesu Christi, qui nos omnes saluet. Amen.

De præscriptionibus.

SVMMARIVM.

1 *Beneficij onera & statuta in fundatione posita implenda sunt, nisi sint legitimè sublata. nu. 7.*

2 *Lex in fundatione imposita beneficio non recepta non ligat magis quam lex principis: & qui dicit eam à principio receptam debet probare.*

3 *Præscriptio quidem in bonis & iuribus Ecclesiasticis debet esse quadraginta annorum, sufficit tamen bona fides etiam sine titulo, nu. 4. qua præsumitur quòd fuerit in præcessore, nu. 5. cuius possessionis accessione vti possum ad complendā dictam præscriptionem, nu. 3. & 4. at si meus præcessor fuit in mala fide, illa mihi non nocet, modo vti nolim accessione eius possessionis. nu. 6.*

5 *Possessor in dubio præsumitur habere bonam fidem.*

6 *Titulus lapsu triginta vel quadraginta annorum etiam in valde præiudicialibus præsumitur.*

CONSILIVM PRIMVM.

ANno 1401. fuerūt erectæ duæ capellaniæ in cathedrali quadam, reseruato iure præsentādi ꝓ hæredibus fundatoris, qui hæredes postea anno 1487. donauerunt ius suum præsentandi quibusdam N.N. cum consensu Episcopi. Fuerūtq; in fundatione appositæ multæ conditiones: videlicet, quòd vterque præsentandus sit sacerdos, & quòd personaliter, & non per vicariū cum vno clerico domi retinendo inseruiat noctu & die diuinis officijs in cathedrali, ꝙ quotidie duæ Missæ celebrentur, & specialis commoratio de fundatore, & cum pœna, si cessauerit, quod soluat certam pecuniā pro qualibet vice cōuertendam in alias Missas, & quod non possit super his impetrare dispensationem, nisi ab Episcopo; & de consensu patronorum. Nunc repe-itur quòd rector præsens istarum capelloniarum eas possidet iam fere per viginti annos, & nunquam habuit notitiam istorum onerum; quoniam prouiso olim sibi facta fuit in Curia per resignationem sui antecessoris, qui nihil istorum narrauit, vnde præsens rector fecit tantum celebrare vnam Missam singulis diebus, prout antecessor suus faciebat. Reperitur etiam quòd per spacium sexaginta annorum, & vltra, nunquam aliquis rector adimpleuit dicta onera, quia forte vel fuerunt dispensati, aut aliter: de alijs autē ante 60. annos, quid fecerint, nescitur: quia non reperiuntur scripturæ. Modo quæritur, an ex quo præsens rector habet aliud curatum, quod non potest dimittere, & nunquam impleuit prædicta alia onera, in foro conscientiæ teneatur ad satisfactionem, & qualem, & ad quid pro tempore futuro obligetur. Aduertatur autem, quod bona istarum capellaniarum, quæ ad præsens possidentur, vix sunt pro tertia parte antiquæ dotationis, imò quod non sunt de terris specificatis in dotatione, & nescitur, quomodo, aut quo iure possideantur; & valor istorum bonorum, quæ hodie possidentur, potest ascendere singulis annis ad summam scutorum centum. Aduertatur etiam, quod patroni parati sunt consentire dispensationi, & remittere onera omnia quæ non fuerunt seruata, tam præterita, quam futura, in quantum de iure possunt.

1 Contra præsentem capellanum præfatum facit primò, quòd statuta, & onera posita in fundatione beneficij sint seruanda. [c] Secundo, quod consuetudo cū ea non excusat peccantem: quia tanto grauius est peccatum, quanto diutius infelicem animam detinet alligatam. [d] Tertio, quod Concil. Trident. [e] statuit, vt qualitates, quas requirit beneficium, in beneficiario concurrant, & onera iniuncta fundatione impleantur.

2 Pro consulente verò facit primò, ꝙ lex posita à patrono in fundatione beneficij non est firmior, quam lex posita à Papa in gubernatione Ecclesiæ, quia à potētiori causa maior producitur effectus secundum Philosophum, [a] at lex siue Papæ, siue Regis à principio non recepta, nec seruata, non ligat, [b] vt ibi doctores, & latius Felyn. [c] ergo nec lex patroni posita in fundatione est seruanda, si non fuit à principio recepta, & seruata, vt in nostro casu. cum non monstretur esse à principio seruata, nec præsumatur, quia facta non præsumuntur nisi probentur. [d] Secundo, ꝙ consuetudinis longæuæ magna est auctoritas, e & in casu nostro videtur consulenti fauere consuetudo viginti annorum, quæ dicitur longa etiam inter absentes. [f]

3 Tertio, ꝙ nō obstat dicere ꝙ in bonis & iuribus ecclesiasticis non currit prescriptio 10. vel 20. annorum, quia currit præscriptio 40. annorum, [g] & quod licet consulens non possederit dictam capellaniam liberam à prędictis oneribus 40. annis per se, possedit tñ per se & per antecessores suos 60. & amplius annis, vt in facto proponit, & possessio prædecessoris accedit ad possessionem psentis possessoris, ita ꝙ sufficit, vt ambæ coniunctæ conficiant tempus ad prescribendum legitimum, [h] & in facto proponitur, quod à sexaginta annis capellania prædicta est possessa libera ab onerib. iniūctis in fundatione. ergo, &c.

4 Quarto, non obstat dicere, ꝙ consulens non nitit aliquo titulo liberatio nis ab onerib. prædictis. Tum quia licet in præscriptione longi temporis, i. decem vel viginti annorum, requirat titulus, [i] in præscriptione tñ longissima triginta vel quadraginta annorum non requiritur vllus titulus ꝓ eandem legē, [k] quæ omnium ferè est vna sententia, vt colligitur ex citatis per Baldum. [l] Nec in hoc est vlla dīa inter ius canonicū & ciuile, inter præscriptionem contra Ecclesiam, vel alium, sufficit, n. tempus 40. annorum sine vllo titulo cum bona fide, secundum Panormitanum, [m] communiter receptum, & latè tradit Bald. [n]

A Non obstat dicere, ꝙ iure canonico nō prodest vlla præscriptio, etiam longissimi temporis, etiam 40. annorum cum mala fide, [o] & quod consulens videtur mala fide hanc libertatem possedisse, quippe qui successit malæ fidei possesso ribus, primi. n. possessores prædictæ libertatis nō poterāt nō esse malæ fidei possessores, cum nota esset eis obligatio hūdi qualitates, et subeūdi onera ꝓ dicta.

5 Non inquam hoc obstat. Tum quia non cōstat vllam præcessorem eius mala fide possedisse, & in dubio præsumitur bona fide possedisse secundum glos.

B sam receptam. [p] Tum quia præsumi potest per possessionem cētum & amplius annorum, & diminutionem bonorum à principio capellanię assignatorum aliqua compositio, vel diminutio qualitatis, & onerum, per quam primi possessores bona fide libertatem prædictā possidere potuerunt, arg. textus iuncta gl. sing. [q] quę communiter recepta habet, solemnitatem etiam extrinsecam præsumi per spatium triginta annorum.

6 Tum quia ibi per illā tenet Imola, [r] quod etiam per lapsum 30. vel 40. annorum iustè præsumitur titulus, etiam C quo ad ea, quæ sunt magni præiudicij, ꝙ multis confirmat prædictus Bald. [s] Tum quia mala fides præcessoris non nocet præscriptioni successoris nolētis vti accessione possessionis illius, sed tm volentis incipere iuxta l. [cum post,] [t] c. [cura. Jcum gl. sing. [u] recepta communiter ibi, & vbique. [x] At consulens non indiget accessione possessionis primi capellani, qui fuit ante annos 160.

7 Non obstant adducta in contrariū. Ad primum. n. nr̄ndetur, concedendo, qualitates & onera in fundatione beneficij statuta esse seruanda, nisi legitimè fuerint sublata primo per compositionem, vel auctoritatem Epi, quæ iustè ꝓsumi potest per tanti tpis lapsum, iuxta superius citata: secundo ēt clarius, ꝙ sunt sublata præscriptione legitima, ꝓ prædicta. Ad secundū concedēdo, quòd cōsuetudo cōtra diuinā dispositionē nō excusat, quia eā nō pōt tollere sed contra dispositionē humanam excusat, posteaquā ꝓ obseruantiā contrariā legitimo tpe cōtinuatā sublata fuerit, ꝓ iura 1 argumēto allegata cū adnotatis eis ab

a L. cū multa. C. de bo. qua li. & l. 2 *pe. C. de dona. inter vi. & uxor.* *b C. in istis. §. leges. 4. dist.* *c Cap. 1. de treu. & pa.* *d C. cum in iure. de off. deleg. & l. 1. C. de mā. princ.* *e l. 1. C. quæ sit lōga. cō. suet. & l. de quib. ff. de legib.* *f Toto titu. de præscrip. long. tēp. de annorum.* *g c. de quæ st. & c. ad aures. & c. illud autem de præscrip. quib. quas actiones. C. de sacr. ecc. h l. de accessionib. cum l. seq. ff. de div. & tēp. i l. iuxta l. si quis emptio nis in prin. cum cōcor. C. de præsc. 30. vel 40. annorum. k §. 1. & l. si quid in rē & l. cū notissimi. C. eod.* *l In trac. de præscr. in 4. par.* *m In ca. de quarta. col. 4. de præsc.* *n V bi sup. 2 par. 3. par. o c. fi. de præscrip. appel. p Inc. fanctorū. versi. sincere & i c. si diligēt. verb. bona fi de, de præsc.* *q C. Peruenit. de emp.* *r Col. 3.* *s par. 3. par. q. 10. n. 27.* *t C. de præscri. lōg. tēp. u Verb. legitima.* *x Ver. iure patron.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnibus. Ad tertium quòd Concilium Tridentinum loquitur de oneribus, & qualitatibus beneficiorum nó sublatis legitimè: nos autem de legitimè sublatis per prædicta.

Ex prædictis resoluendo prædictum dubium, respondeo prædictum Rectorẽ iustè posse retinere prædictum curatũ cum prædicta capellania, si nihil aliud obstet, & in nullo foro, neque interiori teneri ad satisfaciendum, vel restituendum aliquid, si subijt onera omnia solita subiri à 40. annis citra. Nec esse, cur iustè se ob hoc scrupulis vexet: quamq; ad redundantiam potest auctoritate su perioris de consensu patronorũ ob rationes prędictas declarari, capellaniam præfatam esse liberam à prædictis obligationibus, & neque præsentem, nec futurum teneri ad alia onera, quàm illa, quæ prædictis 60. annis capellani subire consueuerunt. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Error iuris licet prosit ad vsucapiendum rem, prodest tamen ad vsucapiendũ fructus & hoc, etiam si sit error iuris non dubij, etiam & resistentia actus, nu. 5. quia ad acquisitionem fructuum sufficit malam fidem abesse, nu. 6. quod si esset error iuris dubij, prodesset ad præscribendam rem, vt error facti, nu. 4.*

2 *Tituli credulitas procedens ex errore facti, puta quia credebat in acquisitione tituli omnia necessaria interuenisse, prodest ad præscribendum rem ipsam, est enim hic error facti, & nu. 3.*

3 *Beneficium perpetuum cum consensu patroni ex iusta causa reducere ad beneficium manuale, Episcopum posse, & verius est, licet contrarium per iudicem fuerit declaratum. nu. 1. immo & posset ex toto supprimere, nu. 3.*

CONSILIVM II.

QVidã possedit aliquot annos quãdam capellaniam factam de perpetua manualem, siue ad nutũ amouibilem, auctoritate ordinarij, credens bona fide eam fuisse in manualem redactam, quæ tamen declaratur male E fuisse in manualem redacta. Quæritur an teneatur restituere fructus.

1 Respondeo, q̃ non: quia licet error iuris non prosit ad vsucapiendum rem ipsam, [a] prodest tamen ad acquisitionẽ fructuum, per textum, [b] & glossam, [c] & Dynum, [d] & hoc ponitur pro regula a multis quos refert Felynus, [e] & recordor me aliàs etiã respondisse, quod non tenetur restituere fructus, allegando in hoc l. [bona fides,] [f] & Bartolum, & aliquot alios, in qua sententia sum etiã nunc, licet & nunc videam, & tunc videbam hanc rem variè, confusè, ac trepidè tractatam, tam ab his quos tunc allegaui, quam à Felyno, [g] & à Francisco Balbo, [h] & ab alijs ab eis citatis.

a *In d. col. penult.* b *C. 1. de re iudic.* c *l. ñiqũ, ff. de vsuc.* d *l. si fed et §. scire, ff. de pact. empt.* e *l. si fut. de vsuc.* f *l. cũ notissimi, §. scire, ff. de præscript.* g *In l. pigdi aliquid, ff. de vsuc.* h *In l. Ecclesiæ, sus. 4.*

2 Primò quidem ea ratione, quod iusta credulitas tituli, quæ ex errore facti descendit, prodest ad vsucapiendum, & præscribendum etiã ipsam rem, de qua quæruntur fructus, quod affirmant, & confirmant auctoritate multorum prędicti Fely. [i] & Balbus. [k] At præfatus dominus consulens videtur errasse errore facti, & credidisse quod in præfata ordinarij dispositione interuenerit iusta causa cum alijs necessarijs ad sic disponendum, qui error facti est.

i *In l. Ecclesiæ, sus. 4. nu. 24.* k *In l. 1. §. fi. de vsuc. nu. 4.*

3 Tũ quia qui possidet aliquid Ecclesiæ per concessionem Episcopi dicẽtis, se illã de consensu Capituli facere, si vere Capitulum non consensit, dicitur duci errore facti, & præscribit, vt determinat Rota, [l] quam etiam Fely. & Balbus sequũtur. Tum quia credere, q̃ Episcopus potuit illam facere iusta de causa, cũ consensu patroni, & alijs necessarijs, non est profectò error iuris, sed vera illius scientia, per ea q̃ nos allegauimus, per quæ irrefragabiliter probatur ordinario fuisse potestatem etiam extinguẽdi penitus illud beneficium iusta causa, & alijs necessarijs interueniẽtibus, quãtò magis mutandi illud in aliam formã in mille mundi partibus vsitatam.

l *Rot. dec. 24. in antiq. & recen. tom. 1.* m *Abb. in c. 1. de præscript. nu. 2. & alij ibi.* n *Fely. de consuet. in c. 1. in fin. ver. de cætero de probat.* o *Fely. in c. 1. de præscript. nu. 2.* p *In c. 1. de penult. de rescript.*

4 Secundò, q̃ error iuris dubij prodest ad præscribendum, ac error facti, iuxta Abba. [m] & alios alibi, & gl. memorabilem, [n] quod etiam confirmant præfati, & alij citati ab eis, & in his Felynus, [o] & est celebre dictum Innocentij, [p] in multis locis à Baldo cõmendatũ, quod contraueniens iuri humano dubio per errorem, non peccat: & sñia lata contra ius dubium, vel obscurũ, non censetur nulla, vt latè tradit Felynus, [a] licet sententia lata cõtra ius regulariter sit talis. [b] At error, quo D. consulens credidit præfatam dispositionem ordinarij valuisse, est error facti, vt dixi, aut certè error iuris dubij & obscuri: ergo ille excusat, ad hoc prodest.

a *In d. col. penult.* b *C. 1. de re iudic.*

5 Tertiò, q̃ error iuris ẽt non obscuri, licet non prosit ad vsucapiendum rẽ ipsam, ex qua fructus capiũtur, prodest tñ ad quærendos fructus ex ipsa bona fide perceptos, [c] vt habet glo. notabilis, [d] Dynus communiter receptus. [e] Tum quia non est curandum de illa distinctione Bartol. an sit contra ius non assistens, vel ẽt contra ius resistens: quãquam multi eam sint secuti. Tum quia præfatus, §. scire, sine vlla distinctione determinat, bona fide possessorem quærere fructus, dũmodo non sit prædo, id est malæ fidei possessor, quẽ non debuit Bartolus, & qui sequũtur illum ex suo capite limitare. Tum quia non est vllus textus, nec vlla ratio efficax, quæ illam limitationẽ probet. Tum quia ad quærendos fructus, sufficit vt mala fides absit, licet bona fides positiua nõ adsit, ẽt secundum eundem Bart. & Felynũ ac alios sequaces eius. Tum quod credulitas iustitiæ tituli, quam habuit præfatus D. consulens, plus fuit error facti, q̃ iuris, vt supra dictum est, & si fuit iuris, nõ fuit plus contra ius resistens, q̃ ille de quo loquitur p̃dictus §. [scire,] & qui loquuntur de credulitate, qua hæres credebat testamentum ualere: quia credebat solemniter esse factum. Tum quia ẽt credulitas præfati D. consulentis, si erat error, erat eo q̃ credebat præfatã dispositionem ordinarij fuisse cum iusta causa, & alijs solemnitatibus requisitis, vt supra dictum est. Salua, &c.

c *l. si fed et §. scire, ff. de pact. empt.* d *in reg. possessor. de reg. iur. lib. 6.* e *ic. possessor. de reg. iur. lib. 6.*

6

SVMMARIVM.

1 *Iuri offerendi, quando est sequela actionis iam natæ, præscribi potest secus si sit præambulum: quia contra illud non præscribitur, sicut nec contra facultatem aliquid faciendi, nu. 2.*

3 *Præscriptione quadraginta annorum præscribitur res aliena confraternitatis, mo-*

A *do non sciã, nec scire debeã esse alienã.*
Regulare iura, quæ pro aduersario faciũt, 3
nec litigans, nec alius tenetur, si bona fide per quadraginta annos res sit iam præscripta: secus si præscribens sciebat vel scire tenebatur rem esse alienam.
Ignorantia illa non videtur probabilis: 4
qua quis ignorat rem esse alienam, cum in domo propria haberet de hoc publica documenta.

CONSILIVM III.

B AN qui possidet rem alterius pro melioramentis, donec illa ei soluantur, præscribat, siue præscriptione tollat domino rei ius soluendi melioramenta, & recuperandi rem melioratam per spatium 30. vel 40. annorum?

1 Pro parte affirmante facit, q̃ ius offerendi per præscriptionem tollitur, [f] sed Bartolus, [g] limitat hoc procedere *in sextum*, §. quando est sequela actionis iam natæ, *sed cũ illud*, vt in d. §. [sed cum illud.] non autem *C. de præsc.* quando est præambulum actionis nata 30. *vel* 40. scituræ: quia tunc non est propriè ius *annor.* formatum, sed quædam facultas faciendi aliquid, vt eundi per viam, cui non *ff. de vsuc.* C præscribitur. [h] Sed aduertendum, qd *h L. vlt.* in casu proposito ius offerendi videtur *blicã, ff. de* esse sequela actionis iam natę: quia ius *via publi.* offerendi solutionem alimentorum nascitur ex actione, quam habet vendicãdi rem melioratam, & ita etiam secundum doctrinam Bartoli videtur posse tolli per præscriptionem. An autem præscriptio rei interrumpatur per litẽ super possessorio motam? Et videri potest quod non; quia res non videtur fieri litigiosa per litem super possessorio motam, iuxta authenticam [litigiosa,] [i] & tradit Nicolaus Milis. [k]

f *L. cũ notissimi, §. quando est sequela actionis iam natæ, ff. de præscript.* g *In l. pigdi aliquid, ff. de vsuc.* h *In l. Ecclesiæ, sus. 4. nu. 24.* i *c. de litig.* k *In repet. l. C. fin. de præscrip. & dentem quæstionem responsum est.*

3 Hodie attẽtis & perpensis rationib. pluſquã putaueram, quod mihi vſ, eſt q̃ſor, *de reg. iur. lib. 6.* & sui antecessores illam possederunt

D 2 Sed quid, si tenens rem melioratam reddendam solutis melioramentis, scit illam rem esse illius qui hẽt ius soluendi melioramenta, vt vendicandi rem? Et vſ non præscribere: quia possessor malæ fidei nullo vnquam tẽpore præscribit. [l] Hiſpane hoc modo ad præsentem quæstionem responsum est.

l *C. fin. de præscrip. & reg. possess. de reg. iur. lib. 6.*

per 40. annos cum bona fide habendo illam pro sua coram Deo ignorando illam esse adiudicatam confraternitati, solutis melioramentis, non est obligatus eius possessor, nec illi qui pro certo habent ita rem se habere, dare notitiã huius rei iudicatæ confraternitati etiã stante lite super spolio.

4 Cæterum si prædecessores sciebant hoc ius competere dictæ confraternitati, vel debebant & tenebantur scire hoc ius competere dictę confraternitati, nõ præscripserunt quo ad forum conscientiæ, & in consequentia tenẽtur reddere notitiam dictę rei iudicatę, & addo etiã q̃ in foro exteriori præsumeretur scientia possessoris, si ipsi habebant istas sententias, quinimo in foro interiori difficile posset dici, q̃ iustè ignorauerint.

SVMMARIVM.

1 *Præstatio annua alicuius rei non inducit obligationem in futurum, sicut nec longa vsurpatio, hoc est acceptio sine iusta causa, sicut nec præstatio facta dominis clam, vi, metuve, nu. 2. at si sit facta ex certa causa per decennium, præsumitur iusta, quod si sit facta per triginta annos etiam causa non expressa, inducit ius petendi in futurum, nu. 4. nisi et obstet ius commune, vel alia vehemens præsumptio, nu. 5.*

2 *Tempus non est modus inducendi, nec tollendi obligationem.*

3 *Seruitia a subditis sine causa præstita prælatis seu dominis, præsumuntur iniustè & per vim imposita, & hoc etiã si sint præstita per triginta annos, quando contrà recipientem militat ius commune, vel vehemens aliqua præsumptio, nume. 5. At si hæc de iure indebita sint præstita per tempus immemoriale, tunc quo ad solita præstari familiaritatis gratia, seu quæ de facili gratiosè præstantur. obligatio non præsumitur, at quo ad ea quæ de facili gratiosè non exhibentur, præsumitur sufficiẽs obligatio, n. 8. & 9.*

CONSILIVM IV.

a l. si ex plagis. §. in cliuo ff. ad leg. Aquil.

CVm ex facto oriatur ius, [a] cumque non possit dari congruum responsum quæstioni incongruę propositę, [b] cumque adeo confusè proponatur mihi factum, & dubia ex eo resultantia, vt egrè profecto respondere decreui, nam vt id vtcunque facere possim, oportet me rem redigere factũ in hęc præsupposita.

b l. vt respi. sũ. C. de in ius vocã. et l. gre. fac. et l.

Primum est, q̃ Comites dñi de N. à tempore immemorabili de cuius initio non est memoria, soliti fuerunt ante quadraginta annos indeterminatè exigere quasdam ꝓstationes annuas à cõi de N. scilicet, omne lignum, qđ in sua curia, siue domo esset ad ignem in ea faciẽdum opportunum, similiter & omnia opera manualia, & portatoria suo seruitio necessaria, omnem item paleam & stipulam suo stabulo opportunam. Secundò, q̃ dñs G. & D. F. fratres Comites, & dñi prędicti communis donauerunt ei donatione inter vinos irreuocabili quędam pascua, q̃ nunc reddunt 30. ducatos aureos, cum onere soluẽdi eis quotannis duos vitulos singulos singulis in Paschate, quos nũquã soluerũt. Tertio, quòd anno 1530. facta fuit conuentio inter dictos dños & commune ad quinquennium duratura, per q̃ dicta indeterminata prestatio fuit determinata ad certam quãtitatem, eo quod ꝓfatum commune conquerebatur nimiũ grauari se per illam indeterminatam ꝓstationem. Quarto, quod illa non solũ quinquennio, sed ẽt 40. annis post illud fuit seruata. Quinto, quod prędictum commune conqueritur de illa determinata ꝓstatione, dicens quòd est nimia, & ꝓfati dñi sunt contenti recedere ab illa conuentione, modo redeant ad ꝓstationem antiquam indeterminatam.

His præsuppositis, quæritur primo, an prædicti Comites & domini de N. iustè potuerint prædictas annuas præstationes exigere à prædicto communi.

Secundo, an esto quòd potuissent iustè exigere ab illa ab initio, potuissent tamen id facere post donationem prædictorum pascuorum.

Tertiò, an prædicti Comites possint prædicta pascua donata recuperare nomine caducitatis, siue ratione omissæ solutionis oneris soluendi duos vitulos donationi prædictæ impositi.

Quarto, an tàm ꝓfati domini, quàm præfatum commune possint recedere à conuentione in quinquenniũ facta.

Quinto,

Quintò, an præfatum commune recedens à præfata conuẽtione cogi possit ad soluendas antiquas præstationes indeterminatas.

1 AD PRIMAM QVAESTIONEM respondeo, q̃ pro parte ipsius negante, scilicet quod non potuerunt iustè accipere, & exigere prædicta iura à prædicto communi, facit primò quod prẽstatio annua alicuius rei prætensæ non inducit obligationem ad præstandum in futurum, [a] etiamsi interuenisset patctum inualidum, quale est nudum de iure ciuili. [b] Vnde concludit Bald. [c] q̃ licet rusticus daret nobili plurib. annis vnum par caponum, per hoc tamen non videtur obligatus in futurũ: ad hoc est gl. in l. solent. §. fi. de offic. proconsul. & no. Bart. [d] Similiter si quis pluries hospitatus sit amicum, non obligatur in futurum vt teneatur illum hospitari, vt notatur per Cynum. [e] Innocentium, [f] vt tradit Felynus, [g] similiter si quis ꝓpius iuit ad furnum vel molendinum, non per hoc in futurum cogitur accedere, vt no. Bald. post Socyn. [h] Abbatẽ, [i] & Bart. Cœpol. [k]

ac. penu. de censib. *b l. si certis annis. C. de pactis.* *c In c. 1. §. si vero vas. fall. iuers. item. quid sit inuestus.* *d In l. cum de in rẽ ver. §. ff. de verb. sig.* *e In l. 2. C. qua sit longa consuet.* *f In c. cũ ecclesia. col. 2. de causa ꝓpr. & ꝓfess. & ꝓprietatis.* *g In c. cum M. col. 4. de constit.*

2 Secundò, quòd longa vsurpatio prætensa non inducit obligationem in futurum cap. [quia cognouimus,] [l] cum multis quæ ibi citat glossa, [m] eo quòd tempus non est modus inducendi neq; tollendi obligationem. [n] Cum ergo præfati DD. Comites non mostrent aliquam iustam causam exigendi præfatas impositiones, videtur illa vsurpatio esse iniusta.

h In l. 1. col. 2. ver. et ex prædictis C. de seruit. et aqua. *i In c. Abbate. de Verb. sign. col. 2.* *k In tract. de seru. in ti. de furno. l. 10. q. 3. m In verbo. ꝓsumpta. n l. obligatio fere. §. placet. ff. de act. & obl. d. c. peruenit de cẽsib. o. Extra de reg. iur. p In c. poss. §. 5. n. 2. de reg. iur. li. 6*

3 Tertiò facit regula ca. [quod latenter.] cum multis alijs, quæ citat glos. [o] per quas probat seruitia iam præstita prælatis aut dominis clam, vi, vel metu, non obligare ad præstandum ea in futurum, & sententia communis post Host. videtur habere, quod huiusmodi seruitia, & præstationes annuæ, q̃ fiunt & soluuntur prælatis, & dominis sine causa expressa in id idonea, præsumuntur esse iniustè posita per vim, vel aliam iniustitiam, quam post alios multos à se citatos tradit Didacus, [p] & seruitia de quib. in casu ꝓposito videtur esse talia. 4 Pro contraria tamen parte facit primò, q̃ præstatio solura decennio ex alia qua certa causa inducit præsumptionẽ

A pro iustitia exigentis, iuxta l. [cum de in re verso.] [q] secundum declarationẽ Bartoli sub finem illius communiter recepti. Sed hoc argumentum facilè vitari potest ab eo, qui responderit id esse, cum annua præstatio ex certa expressa causa per decem annos facta est, sed q̃ præstationes casus propositi ex nulla huiusmodi causa fuerunt factæ.

q ff. de vsu.

5 Secundò facit, q̃ præstationes annuæ per annos 30. continuatæ, etiam nulla causa expressa, producunt ius petendi easdem in futurum ratione præscriptionis, vt probat Baldus, [r] quem sequitur Couarruuias, [s] & probatur l. [sicut] & l. [cum iustissimi.] [t] quatenus probant præscriptionem 30. annorum per fici per possessionem eo tempore continuatam, nullo titulo probato, neque allegato. Sed & hoc argumentum vitari potest, respondeo, quod in eo ass. 40. ann. sumptum non procedit, quando contra possidentem facit ius commune, vel alia vehemens præsumptio. [u] Et cõtra dominos exigentes huiusmodi præstationes à subditis suis, vel à communi, causa debita non expressa, est vehemẽs suspicio, q̃ per coactionem & tyrannidem fuerunt impositę, iuxta communẽ resolutionem, [x] & in casu proposito agi de impositionibus & oneribus iure communi non debitis dominis, exactis per præfatos dominos à subditis suis.

r In tra. de ꝓscriptionis. §. ductus aqua. ff. de aquæ quot. et ẽst. c. sũ ꝓbat. et c. 1. de præscri. li. 6 ter. de reg. iur. lib. 6.

6 Tertiò neruosius facit, quòd in casu proposito præstationes annuæ præfatæ fuerunt solutæ per tempus immemoriale siue de cuius initio non est memoria, quod non requirit titulum, & probatur, si allegatur. [y]

s In d. cap. u Per ca. 1. de præscri. ptionib. li. 6 x In dicto c. quod latẽ ter. y l. hoc iure §. ductus aqua. ff. de aquæ quot.

7 Nec obstat, q̃ assumptum non procedit, quando subditi siue vasalli probãt, q̃ à principio sine vllo titulo per vim & metum fuerunt impositę, vt Hostiensis & communis tenet, [z] & q̃ in dubio præsumitur contra dominos, vt idẽ tenet. Hostiensis cum communi tenet, [a] non inquam hoc obstat, quia in casu proposito præfatum commune sua voluntate libera cœpit ea soluere.

per quibus §. præterea. de verb. sign. & cap. 1. de præscri. li. 6 z In d. cap. a In d. cap.

Per quæ quæstio hæc redditur difficilis, præsertim ei, qui legerit præfatum Didacum satis vacillantem, & plus dense allegationi Doctorum, quam radici resolutionis intendentem. Videtur aũt

quod latenter.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicendum pro eius resolutione primũ, quod præfati domini Comites iudicandi sunt in foro exteriori iustè præfata seruitia & præstationes accepisse per argumenta pro posteriori parte adducta.

8 Et ad neruosam replicationem ad tertium factam responderi potest iuxta mentem Cardinalis, [a] quod resolutio communis in replicatione adducta, scilicet, ꝙ seruitia & præstationes, quæ iure communi non debentur dominis etiam tempore immemorabili soluta, præsumuntur indebitè soluta, in dubio procedit in his, quæ amicitiæ & familiaritatis causa solent de gratia præstari, qualis est hospitatio amici, & similia, quales nõ videntur præstationes casus propositi: quia sunt magnæ, & graues.

9 Et pro dicto Cardinalis facit, ꝙ Innocentius cõmuniter receptus, [b] dicit, ꝙ licet ea quæ facile solent accipi & cõcedi de gratia & liberalitate, non præsumantur accipi & præstari tanquam debita, vt est hospitatio amici, illa tñ quæ non præstantur facilè de gratia, & liberalitate, præsumuntur præstari & accipi tanquã debita, at onera & ꝓstationes, de quibus in casu proposito, nõ sunt talia, quæ soleant facilè de gratia & liberalitate accipi, & præstari: & ideo cum per tꝑs immemoriale fuerint ꝓstita sine contradictione, præsumendum est à principio fuisse accepta, & præstita aliquo bono titulo liberæ donationis, vel gratiarum actionis, & recognitionis beneficij accepti à DD. Comitibus, vel aliàs, & non per vim, nec metum, nec tyrannidem, nec tanquam gratis, & sine obligatione præstita. Facit item, ꝙ consulitis Hispaniæ sapiẽtibus statuit Imperator Carolus ille V. glorioſissimus, ꝙ dñi, qui acceperunt huiusmodi seruitia & præstationes ꝑ quadraginta annos, defenderẽtur in sua possessione nullo alio titulo ostenso, in proprietate verò non nisi tꝑis immemorialis possessione iuuentur. Facit deniq; fundamẽtum, quo lex illa nititur, nempe ꝙ eiusmodi possessio immemorialis hẽt vim constituti, & tituli, quem qui allegat probat. [c] Secundò dicẽdum, ꝙ prædicti dñi de facto non probauerunt, quod præfata seruitia & præstationes

Universidad de Deusto
Biblioteca

AD QVARTAM respondeo affirmatiuè, argumento l. [ab emptione.] [a] quia res per quas causas nascitur, per easdem soluitur.

a ff. de pactis, c. 1. de regu. iur.

AD QVINTAM respondeo, quod eius resolutio colligitur ex resolutione primæ quæstionis. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 Præscriptionẽ immemorialem impedit mala fides possidentis, si sit verè mala, præsumpta autem non.
2 Mala fides, præsumpta tollitur per triennalem possessionem.
2 Mala fides an probatur eo ipso, quod instrumentũ intulit tituli reperitur penes possessorem remissiuè.
3 Ius patronatus facilius præscribitur ab vno contra alterum patronum, quam contra ipsam Ecclesiam liberam.
4 Possessio potest esse immemorialis, etiam si per aliquot instrumenta probetur ante tempus ad illam inducẽdam necessariũ res aliter se habuisse.
5 Clandestina resignatio, & collatio ab Episcopo de beneficio tanquam libero facta, non constituit illum in possessione de eo, vti de eo libero, disponendi, nisi accedat patroni scientia, & patientia.

CONSILIVM IX.

1 REspondetur, quod possessio temporis immemorabilis non causat præscriptionem, si consistat & verè probatur mala fides possidentis, quamuis nõ sufficiat mala fides præsumpta: quia eiusmodi præsumptio tollitur per triẽnalem possessionem, quanto magis per immemorabilem, vt post Aretinum & Aymonem concludit Couarru. [b]

b Reg. poss. 1. par. §. 4. de reg. iur. lib. 6.

2 Et paulo ante an titulus iniustus repertus apud possessorem sufficiẽter probet malam fidem ad hunc effectum.

c Reg. poss. par. 2. §. 10 & n. 3. & 8. de reg. iur. lib. 6.

3 Ius patronatus facilius præscribitur cõtra patronum, qui iam habet ius quæsitum, quam contra liberam Ecclesiam, per ea quæ citat Couarruuias. [c]

d dicta regula possessor. 3. par. §. 4.

4 Nullo iure cauetur q̃ possessio desinat esse immemorabilis, eo quod probetur per aliquã scripturã quod aliquo tẽpore præterito illa possessio nõ fuit. Tum per citata per Couarru. [d] Tũ quia alioquin pauca spiritualia essent, quæ Christiana Ecclesia tempore immemorabili possedisset, cũ per Euangelia constet ipsam aliqñ ea nõ possedisse. Tum quod licet per aliquod instrm cõstaret aliquod prædium fuisse possessum à Petro ante ducẽtos vel trecentos annos, posset tñ non obstãte illo probari quod Ioannes possedit illud possessione immemorabili, per ea quæ requiruntur & sufficiunt ad probandum immemorabilem, secundum glossam probatam. [e]

e c. 1. de sept. lib. 6.

5 Qui renunciat beneficium quæsitũ ad præsentationem patroni in manibus ordinarij ciam, nesciẽte patrono, & accepta collatione ab eo libera, detinet illud, nõ vt ponere ordinarium in quasi possessione iuris liberè conferendi, nisi id faciat cum scientia & patientia patroni, vt ait Decius, qui alios citat. [f]

f Cass. tract. de sent. & re iud. q. 2. n. 3.

De sentent. & re iudicata.

SVMMARIVM.

Matrimonium inter impuberes contractum est nullum. 1
Matrimonium nec verũ nec præsumptum est si nec verba de præsenti, nec copula interuenerunt. 2
Retractatio illius, quod quis cum iuramento prius in iudicio affirmauit, non facit fidem in foro exteriori. 3
Coniugibus contra matrimonium deponentibus non creditur in foro exteriori. 3
Sententia super matrimonium standum est donec retractetur. 4
Sententia pro matrimonio lata, licet ab ea non fuerit appellatum, tamen dõlo de impedimento per partes non remissibili venit retractanda. 4
Iudex ex diuersis argumentis potest inferre animum suum ad effectũ reuocandi sententiam pro matrimonio latam. 5

CONSILIVM I.

VIdam Vbertinus ante quartumdecimum suæ ætatis annum verbis non satis claris matrimonium cũ Flora contraxit, & lite orta inter eos de validitate matrimonij, Flora iureiurando affirmauit

mauit in iudicio se cum domino Vberti no contraxisse, vnde sententiam pro matrimonio reportauit, contra quam tamen postmodum retractando sua dicta protestata fuit, quòd ipsa contraxit cũ alio, & dominus Vbertinus cum alia. Dubitatum fuit, an his sic stãtibus matrimonia post dictã sententiã aliàs legitimè contracta iure subsistant?

1 Respondeo primò, secundũ ea quæ proponuntur, non fuisse verum matrimonium contractum inter prefatos iuuenes, quoniam ipse erat impubes quã do contraxit, cum non haberet quatuor decim annos completos, quod iura requirunt, [a] neque præsumptum propter copulam carnalem subsecutam, quia nulla talis proponitur fuisse subsecuta.

a c. puberes de despons. impub.

2 Secũdo q̃ non esset matrimonium quo ad forum conscientiæ, etiam si ille iustam ætatem habuisset, si verum est, quod præfata Flora retractando sua dicta dixit, ẽt si sortè interuenerunt verba promissoria de contrahendo, vt aliqua verba narrationis factæ quandantenus insinuant: quia cum non fuisset secuta copula carnalis, nec verbale matrimonium de præsenti, non potest esse matrimonium verum, neq; præsumptum, de quo in c. [is qui.] [b] licet illud locum habeat tempore quo dicitur hoc matrimonium contractum quod erat ante Conc. Trid. post quod non est ei locus.

b De spõsa.

3 Tertio, quod retractatio & protestatio præfatæ Floræ, q̃ protestata fuit nõ contraxisse se cũ præfato Vbertino, nõ facit fidem in foro exteriori. Tum quia illa in iudicio contrarium dixerat cum iuramento. Tum quia coniugi confitenti aliquid contra matrimonium nõ creditur in illo foro, etiam si alter, vel altera coniux idem confiteatur, iux. c. [super eo,] adiuncta glo. de eo qui cognoscan. & iuxta notata in cap. [lator.] [c]

c Et c. tenor de re iudic. ea. iurauit. de probat. & d. c. lator. & c. tenor, de re iudic. & l. res iudicata. ff. de regu. iur.

4 Quarto, quod in foro exteriori stabitur tenori sniæ, donec retractetur, [d] quia res iudicata pro veritate habet. [e]

Quinto, q̃ licet sententia lata super matrimonio, si ab ea nõ appelletur, habeatur pro re iudicata, per iura proximè citata, donec reuocetur: põt tamen reuocari ad instantiam eius, qui allegaret impedimentum irremissibile per partes, per notata in supradictis c. [iuratus lator.] & [tenor] & in casu proposito maritus Floræ, & vxor Vbertini, & quilibet eorũ põt petere à iudice, vt declaret snïam præfatam fuisse iniustã, & hoc propter præiudicium, quod affert suis matrimonijs post eam contractis.

Sexto q̃ iudex põt accipere informationem, tum ex predicta protestatione, tum ex matrimonijs eorum contractis post illam sententiam, & tanto tpe continuatis, & quod per totum tẽpus prædictum confessi sunt sacramentaliter & cõicauerunt, & quod sunt boni Christiani, quod putauerunt eam fuisse iniustam, & quod non appellauerunt à sententia præfata, vidẽtes eã à præfata Flora subornata petitam, & postea contradictam, & quod Vbertinus non erat pubes, & ex aliquibus alijs indicijs, & informatione hac accepta posset iustè iudex recognoscere, & reuidere snïam prædictam, & processum, vt per quem data fuit, & perpendere probationes vtriusque partis, & si videret satis probatũ, q̃ præfata Flora fuit verè protestata contra præfatam sententiam, posset illam rescindere & relinquere illos in pace, vt suis matrimonijs post eã cõtractis fruerentur in Domino, qui nos saluet. Amẽ.

SVMMARIVM.

Dictum meum non dicitur deductum in iudicium licet socius criminis fuerit tractatus: vnde & Episcopus potest mecum dispensare ex vi cap. 6. sess. 24. de refor. Concil. Trident. 1

CONSILIVM II.

DEliquerunt duo vnum delictũ, ob quod incurrerũt irregularitatem contra quorum alterum tantum intẽta est actio in iudicio, sed defectu probationis fuit absolutus: alter aũt impetrauit dispensationem ab ordinario virtute c. [liceat.] [f] allegando quod erat crimen occultũ, & non deductum in iudicio cũ. Quæritur, an sit valida dispensatio.

f De refor. sess. 24.

1 Respõdetur, quod gratia fuit valida, *g cap. 27.* per ea quæ nos tradimus in Man. cõs. § *nu. 255.* & quod res inter alios acta non præiudicat alijs, [h] quibus res iudicata nõ no *inter alios* cet. & alia citata per glossas. Salua. &c. *acta. & l. 2.*

h l. 1. C. res

De

De appellationibus, recus. & relat.

SVMMARIVM.

1 *Appellare ab omni definitiua etiam sine expressione causæ regulariter licet: fallit in materia visitationis, correctionis inhabilitatis quibus non licet, nisi iusta expri matur causa nu. 3.*

2 *Appellare ab interlocutoria, modo iusta exprimatur causa de iure canonico conceditur, licet post Concilium ab ea non appelletur, nisi quando eius grauamen per appellationem à definitiua non possit tolli.*

3 *Appellationi iustæ non deferens iudex puniendus est.*

CONSILIVM I.

QVæritur, quibus casibus iudex teneatur deferre appellationi.

1 Rñdetur, quod in oïbus, in quibus appellatur legitime, hoc est infra decendium,[a] & petuntur Apostoli intra legitimum tempus, de quo in c. [ab eo,][b] & in scriptis expressa causa iusta appellãdi, si appellatur ab interlocutoria,[c] licet in appellatione à definitiua non requiratur hoc, vt ibidem notatur, & dũmodo non sit causa, in qua vel à iure, vel ab homine remouetur appellatio, quia tunc ẽt à definitiua non licet appellare, nisi exprimatur iusta causa ad appellandum,[d] & regulariter in omni causa licet appellare, à definitiua, iuxta glossam solemnem,[e] non aũt ab interlocutoria regulariter iure ciuili, sed iure canonico sic in scriptis, & expressa iusta causa appellandi, vt prædictum est, vsq; ad Concil. Trid. post illud autem,[f] non licet appellari ab interlocutoria nisi quãdo grauamen illatum per illam non posset tolli per appellationem à definitiua.

3 Per quod ipsum capit. statutum est, vt non possit appellari etiam à definitiua in causis visitationis, & correctionis, habilitatis, & inhabilitatis, quod est intelligendum, nisi iusta causa expressa, iuxta præfatum §. [si autem,] & puniendus est iudex, qui non defert iustæ appellationi, § Salua, &c.

[An prædictis obstet idem sacrum Conc. sess. 24. c. 10. & 20. inuenies in sequenti consilio.

a Auth. hodie, C. de appell.
b De appella. lib. 6.
c c. vt debitus honor, de appella. ad iuncto c. i. eo. tit. lib. 6. & c. licet, de offic. ord. cũ gl. iuncto c. Romana. c. si autẽ, de appell. li. 6. & in l. qui reflit. ff. de rei vend. verb. restituitur.
f per ca. 2. de reform. sess. 13.
g c. de prima. re. de appel la. & d. c. i. eo. tit. lib. 6.

SVMMARIVM.

Prouinciale Concilium potest recusari gene 1
rale autem, cui præest Papa per se vel alium non.

Appellari potest ab omnibus ad Papam, itẽ 1
que & à Concilio prouinciali potest haberi cursus ad Papam & Concilium generale modo agatur de sententia definitiua, quia ab interlocutoria per Concilium non licet, nisi habeat vim definitiuæ, vel cuius grauamen non possit per definitiuam reparari nu. 2.

Appellatio regulariter suspendit executionem sententiæ etiam in casu abstinere ab ordine fallit, quando iudex procedit cum clausula appellatione remota, vel quando appellatur à censuris inflictis, vel quando appellatio est frivola à iudice non admissa.

CONSILIVM II.

AD QVAESTIONEM PRIMAM respondetur affirmatiuè per cap. [ad Romanam.][h] quæ probant omnes ab omnibus posse ad Romanam Sedem appellari, & in cap. 1. [de iudic.] est casus, in quo à Concilio prouinciali fuit habitus recursus ad Concilium generale, cui Papa præsidet per se vel per alium, quod non posset recusari, sed Concilium prouinciale sic, & quod de Concilio prouinciali recurri potest ad Papam, & ad Concilium generale.

2 AD SECVNDAM QVAESTIONEM respondetur primò, quòd ab omni sententia definitiua, vel habẽte vim definitiuæ Concilij prouincialis appellari potest ad Papam, vel ad Concilium generale. argumento totius tituli, ff. [à quibus appellari non licet.] & tit. [quis & à quo appelletur. & arg. glo. sing. quæ vltima est,][i] quamuis probat appellari posse ab omni sentẽtia definitiua, à qua non inuenitur inhibita appellatio. Secundò q olim iure communi appellari poterat ad Sedẽ Apostolicam ab omnibus

h 1. & 2. q. 6.
h in c. 1. de iudic. i 3. q. 5. k de appel. l in tractatu de præfatta Cardinaliũ. q. 3. 2. part.
i l. qui reus. ff. de rei vend.

bus grauaminibus & sententijs interlocutorijs per præfatos canones [ad Romanam. 1.] & 2. Tertio, quod iure Cæsareo non licet regulariter appellare ab interlocutoria, & quod Conc. Trid.[a] statuit ne liceat appellare ab interlocutoria, nisi ab habente vim definitiuæ, & cuius grauamen per appellationem à definitiua reparari non possit.

3 AD TERTIAM QVAESTIONEM respondetur primò, eam nimis generaliter proponi. Secundo, quod appellatio regulariter suspendit exequutionẽ, l. 1.[b] quæ ponit exempla de relegato, & deportato, & iusso abstinere ab ordine, & traditur per omnes.[c] Tertiò, quod fallit hæc regula in multis casibus, vt cum iudex procedit cum clausula [appellatione remota,][d] & cum appellatur à sententia excommunicationis,[e] & idem cum appellatur ab alijs censuris,[f] & cum appellatio est frivola, cui iudex à quo non detulit. §

a in ca. 20. sess. 13.
b ff. nihil no uari appel. c in rub. de appellat. d c. pastoralis. in prin. de appell. e in eodem §. verum. f c. is cui §. fi. de sentẽ excõ. li. 6. g c. cum appellationib. de appella. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Legatus Cardinalis, vt etiam Concilium prouinciale vt suspectus, recusari potest, reuerentialiter tamen.*

CONSILIVM III.

AD dubium mihi propositũ, an Legatus de latere siue Cardinalis recusari possit, respondeo primo, quod iudices, quibus manifestus esset animus prædicti Legati, siue Cardinalis, ad iustitiam erga omnes exercendam, facilè iudicare possent illum quo ad forum interius nemini debere esse suspectum. Secundo, quod quo ad forum exterius negari non põt Legatum à latere recusari posse. Tum quia totum vnum Concilium prouinciale recusari põt, ẽm Pano. Fel. Reipub. & communem cõtra glossam.[h] Tum per cap. [quod suspecti,][i] in quo totum Cõcilium fuit recusatum. Tum per c. [nouit.][k] ex quo Panormitanus & Decius colligunt Legatum & Cardinalem recusari posse. Tum per illa multa per quæ Andreas Siculus,[l] concludit Legatum Cardinalem posse recusari, licet valde honeste & reuerenter recusatio eius fieri debeat ẽm oẽs. Salua, &c.

h in c. 1. de iudic. i 3. q. 5. k de appel. l in tractatu de præfatta Cardinaliũ. q. 3. 2. part.

SVMMARIVM.

Appellare à constitutione grauante licet 1
etiam regularibus, & à qualibet sententia, nisi vbi reperitur iure prohibitũ. nume. 2. etiamque à correctione & mandatis regularibus si tamen modus excedatur, & non aliter, nu. 3. & 5. & hoc non obstantibus statutis religiosorum, per quæ dicitur prohibitum appellari, nume. 1. & 5.

Appellatio etiam in dubio est admittenda 2
& iustam non admittens etiam regularis prælatus est puniendus, nu. 3. & tanto magis, si appellantes carcerent, vel alias male tractent, nu. 6.

Correctio etiam religiosorum debet esse mo- 3
derata, alioquin potest habere recursus ad superiores immo & Abbate nimis sæuiente, licet subdito de monasterio sine apostasiæ vitio fugere, & arma pro defensione arripere, nu. 4.

Decreta statuta & cætera acta ecclesiasti- 7
corum, debent esse non solum licita secundum iustitiam, & æquitatem, sed etiam honesta & vtilia.

Fraudem legi facit, qui contra eius mẽtem 8
venit, licet verba non offendat, & factum non tenet.

CONSILIVM IV.

FRatribus nationis Gallicæ incolentibus in præsentia monasteriũ sanctissimæ Trinitatis illustrissimi ordinis Minimorum in monte Pincio Vrbis situm, dubia videntur occurrisse circa nouam quandam constitutionem Vicarij, quam reuerendissimus prædicti ordinis Generalis fecit in dicto monasterio. Alterum est, an liceret eis appellare, si constitutio præfata esset iniusta? Alterum, an præfata constitutio sit iniusta?

1 Ad quorum prius respõdere memini in cõmen. de regularibus,[m] affirmatiuè, q̃ sic, non obstante, quod vox vulgaris hẽt, [inter probos regulares nec appellari, nec appellationes admitti debere & quod Concilium Trident.[n] sic habet,] Nec liceat regularib. à suis cõuentibus recedere, etiã prætextu ad superiores suos accedendi, nisi ab eisdem missi, aut vocati fuerint, qui verò sine p̃dicto mandato

m Sub cap. nullũ, nu. 51.
n in c. 4. de reg. sess. 25.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mandato in ſcriptis obtento repertus fuerit, ab ordinarijs locorum tanquam deſertor ſui inſtituti puniatur. Et quod
a De appel. c. [ad noſtram,] [a] ſic habet, [Remediũ appellationis non ideo eſt inuentum, ut alicui à religionis & ordinis obſeruantia exorbitanti debeat ſua nequitia patrocinium exhibere.] & c. [reprehenſibilis,]
b Eod. tit. [b] habet.] Nec fubiecti contra ec cleſiaſticam diſciplinam in uocem appellationis erumpant.] & quod vulgus ait. ſtatutis religioſorum prohiberi appellationes, & appellantes à ſuperioribus in carceres conijci, grauique pœnitentia & pœna purgati, & puniri.

2 Quibus non obſtantibus contrariũ eſt dicendum. Tum quia edictum de appellando eſt prohibitoriũ, hoc eſt, quod quilibet à qualibet ſententia poteſt appellare, niſi prohibeatur iuxta gloſſam
e in l. qui re ſtituere. ff. vltimam receptam, [c] & nullo iure prohibeatur regularis appellare. Quin &
de res vẽd. d in c. dilectus. 2. de reſcript. in dubio appellatio à iudice debet admitti ſm Inno. [d] quẽ ſequuntur Decius, & citati ab eo. [e] Tum quod appellatio
e in cap. de priore n. 1. eſt defenſio, [f] & defenſio, quæ iure naturæ debetur, nemini eſt deneganda. [g]
de appell. 3 Tum quia prædictum cap. [ad noſtram.] à contrario ſenſu probat reme
fl. 1. ff. de appel. c. cũ dium appellationis religioſo ad ſuam
inter de ex. innocentiam tuendam concedendum,
cept. quod ipſum ſatis probat cap. [reprehẽ
g Cle. paſto ſibilis,] [h] Tum quod in capit. [de prio-
ralis. §. ca- re,] [i] grauiter iubetur caſtigari Prior,
terũ. de re qui appellationem non admittit, ex cu-
iudic. l. vt ius gloſſa 1. colligit Decius, q̃ non ſolũ
vim. ff. de poteſt appellare religioſus in alia cauſa
iuſt. & iur. ciuili vel criminali, ſed etiam in cauſa
h Eod. tit. correctionis, in qua regulariter etiam
i Eod. tit. ſæcularis prohibetur appellare, [k] ſi mo
k c. licet de dus correctionis excedatur, cui gloſſæ
offic. ord. eſt alia ſimilis in d. cap. [licet,] & notat
l in l. 2. §. Panorm. communiter receptus vtrobi-
dominorũ. que: nam moderata debet eſſe correctio
ff. de his aliàs ad ſuperiorẽ recurri poteſt, vt Bal.
qui ſunt ſui dicit per illum textum, [l] per quam dicit
vel ali. iur. etiam Baldus, [m] q̃ Abbate nimis ſæuien
m in d. c. ad te in monachos, eis licet fugere de mo-
noſtram. naſterio, nec dicuntur Apoſtatæ: quin &
n in cle. 1. Abbate odio grauante monachum po-
§. præfata. teſt pro defenſione arma accipere, vt no
de ſtat. mo. tabiliter Cardinalis tradit, [n] Deniq; q̃
o 1. & 2. 2. in cap. [ad Romanam.] [o] conceditur
q. 6. omnibus oppreſſis appellare ad ſanctã Sed. Apoſtolicam, nec ab hac conceſſione reperitur vſquã religioſus excluſus.

5 Nec obſtant allegata in contrariũ. Ad primum. n. rñdetur, vocem illa vulgarem, qua dicitur inter religioſos non appellari, intelligendam eſſe de appellatione à correctione, & mandatis regularibus legitime factis: ſecus de alijs ſentẽtijs & mandatis non tangentibus illam, immo & à tangentibus illam, ſi modus regularis & legitimus excedatur, vt ſupra dictum eſt. Ad ſecundum, quod Cõcilium in eo citatum non vetat appellare, ſed ire ad ſuperiorem ſine licentia prælati, quod longe aliud eſt.

6 Ad tertium, quod prædictum c. [ad noſtram.] ſolum prohibet appellare ad defendendum nequitiam, & ita de non oppreſſo & appellante iniuſta de cauſa, nos verò loquimur de oppreſſo & appellante iuſta de cauſa. Ad quartum reſpondeo idem, quod ad primum: & præterea iniq; & irreligioſè valdè facere prælatos, qui iuſtas appelationes à ſe oppreſſorum non admittunt, & debere acriter caſtigari, vt iubetur in d. cap. [de priore,] & iniquitatem iniquitati apponere eos, qui non admittunt, nec dant licentiam proſequendi, & adeundi ſuperiores: & peſſima malis accumulare, qui non ſolũ negãt prædicta, ſed etiã coniciunt in carceres duros inedia torquendos, donec appellationi renuncient.

Ad alterum dubium, ſcilicet, an prædicta conſtitutio Vicarij ſit iniuſta: rñdeo placere mihi rñſa duorum eruditorum virorum, quibus rñdeo eam eſſe iniuſtã: iuſtèque poſſe à præfatis fratribus adiri S.D.N. iuſtiſſimum, qui re ſatis intellecta meo iudico reuocabit eam per contenta in præfatis duobus reſponſis, & alijs quę facilè poterunt eis adiũgi: quę tamen facultas in præſentia nõ eſt mihi, qui ẽt hoc die, in quo vniuerſa Eccleſia celebrat octauam Apoſtolorũ Petri & Pauli, omiſi miſſare ob fragilitatem, poſt quã ad miſſandũ me vtcunq; paraui. Admoneo âũt præfatos admodum reuerendos fratres Gallos, ſe rem ſuæ defenſioni opportunã facturos, ſi procurauerint, vt is, qui res Gallicas noſe Chriſtianiſſimi Regis, & eius regni Chriſtianiſſimi vti Legatus eorũ, vel alio noſe coràm S.D.N. agere poteſt, appellet gra-

uiter à præfata cõſtitutione Vicarij, vti ab actu maximè grauante Regem, & regnum præfatum, volendo per vias obliquas & iniquas tollere quandã maximã præeminentiã iuſtis artibus, & meritis quęſitam, & donatã eis à Sanctiſſimo eodemq; amiciſſimo Franciſco à Paula in gratiam & remunerationem bonorum & beneficiorum, quæ à præfato Rege & regno ſuſcepit tam in eo. q̃ extra illud: & quod Rex noſter Hiſpaniarum fœliciſſimus Philippus, ſi ei, & ſuis regnis aliqua hmõi eminentia conueniret, nihil non ageret, vt ſibi maneret inuiolata.

7 Admoneo item, q̃ appellatio præfata multum iuſtificari poteſt ex eo, quod acta per prælatos, & rectores Eccleſiæ agenda, non ſolum debent eſſe licita ſecundum æquitatem, ſed etiam
a iuxta c. 1. magna. de ſpon. decentia ſecundum honeſtatem, & expedientia ſecundum vtilitatem, [a] & q̃ præfata Vicarij conſtitutio non ſolum non eſt licita ſecundum æquitatem, ſed etiam indecens ſecundum honeſtatem, & inexpediens, & incommoda ſecundum vtilitatem, & inducens quandam ſuſpicionem inuidiæ, & voluntatis fraudandi mentem tam magni Patriarchæ: & quod omnis diſpoſitio quæ tendit cõtra mentem diſponentis eſt ei contraria, licet verbis conſentiat: & quod palàm eſt ex literis ipſiuſmet humillimi & ſimpliciſſimi ſanctiſſimi Franciſci à Paula, & confirmationis eius, & Regis Franciæ petentis illam, quod præfatus Reuerendiſſimus Generalis nititur deſtruere per vnam viam, quod per viam regiam debet conſtruere, & q̃ primum locum in interpretatione continet voluntas & mens diſponentis, præſertim tandiu continuata.

8 Et quod facta in fraudem legis nihil valent, etiam ſi verba non offendantur, [b] amplificando; quam magna culpa eſt inducere diſſenſionem inter Reges & regna, quibus antiqua obſeruatio fuit vtiliſſima decora & ſanctiſſima ipſi religioni, quæ ſemper fuit auſta & veneranda in præfato conuentu ſanctiſſimæ Trinitat. & eo ordini præfato magis decora, quòd ipſa ſola dat teſtimonium, quòd regnum Chriſtianiſſimum adeo antiquum, & celeberrimum eſt totum in colenda ſancta fide Apoſtolica, & ea exaltanda; vt fuit ſemper à mille annis, & cætera, quæ ijs facile adiungi poſſunt ad gloriam Dei, qui ſuam magis gloriam quàm has partiales inuidias ſua miſericordia foueat. Amen.

b iuxta ca. penul. de reg. iur. li. 6. & l. non du biũ. C. de legibus, cum alijs citatis in præfata reg. penult.

SVMMARIVM.

Condemnatio ſine accuſatione, vel alia via æquipollente facta, eſt nulla. 1
Prouincialis non poteſt excludere à prouincia deputatum in ea à Generali cũ clauſulâ qua talem ſibi ſolꝰ ſubijcit. 2
Sententia in non citatum vel inauditum ſibi ſolꝰ ſubijcit. 3
Lex ſeu ordinatio in damnum particularis perſonæ, ſaltem ſine cauſa rationabili illius, qui ſuperiorem recognoſcit, nulla. 4
Iudex ad quem grauatus accedit, eum à grauamine leuare debet. 6
Regulares ferè omnes defenſionis, & non appellationis verbo vtuntur. 6
Appellationis & defenſionis effectus eſt, vt actus declaretur nullus vel iniuſtus, & grauatus reponatur in priſtinum. 6
Appellatio dupliciter emittitur, verbo, & facto. 7
Appellationis vim habet itineris ad ſuperiorem arreptio, modo ſeruentur quæ in appellatione verbali requiruntur. 7
Spoliatus à iudice ordine prætermiſſo, per inde ante omnia reſtituendus, ac ab alio ſpoliatus. 8
Appellare cui non conceditur, grauantis ſuperiorem per viam querelæ adire poteſt. 8
Iudex à quo appellatur, licet appellationi aſſiſtere poſſit, non tamen eſt citandus. 9
Regulares de cauſis grauatorũ cognoſcendo, ea ſolùm ſeruare debent, quæ ſunt iuris diuino ſufficientia ad intentionem iuſtitiæ & ueritatis. 10

CONSILIVM V.

CVidam Prouincialis ordinis mẽdicantium cũ ſuis definitoribus in ſuo Capĺo prouinciali inter ordinationes, quas cõſtituere ſolent pro cauſis, & negotijs totius prouinciæ, fecerunt ſequentẽ particularẽ, nulla prænia accuſatione, citatione, nec cã legitima, in hæc verba, [Remouemus, & excludimus à noſtra prouincia N. pcipiẽtes ei ſub pœnis, vt infra tot dies in ſuã nationum prouinciam

Universidad de Deusto
Biblioteca

uinciam se conferat. [Quæ post paucos dies fuit notificata præfato N. qui statim arripuit iter ad superiorem, & Romam uenit.

Quæritur primo, an sententia prædicta sit ipso iure nulla.

Secundo, an definitorium Capituli generalis, quod est iudex supremus in præmissis, ad quod remissa est causa, possit, & debeat restituere N. loco, & statui, à quo fuit deiectus.

1 Ad primam quæstionem respõdeo, q; prædicta sententia & ordinatio multis nominibus est ipso iure nulla. Primò quidé, quod nemo sine accusatione, vel alia via, quæ ei æquipolleat, est damnan
a iuxta ca. super his. et ca. qualiter & quando. de accusat. dus, [a] adeo quidem, vt sint qui putent id esse iuris naturalis & diuini constitutum iuxta illa, quæ in Actib. Apostolorum; [b] traduntur de Paulo, & accusatoribus eius, & de adultera, [c] & prædictus N. de nulla culpa fuit in illo Capitulo accusatus, nec alia via ei æquipollente factus reus, ergo nulliter fuit lata.
b cap. 22. & 23.
c Ioan. 2.

2 Secundo, quod omnis sententia lata à iudice incompetente est ipso iure
d toto tit. c. nulla, [d] & prædicta sententia fuit lata à
si non à cõpetenti, iudice. & ca. cum super. de off. dele. prædicto prouinciali, cui non erat subiectus M. maximè quo ad expulsionem à prouincia, quia Generalis illum adscripserat, cum clausula, [quam eum sibi so li subijciebat] præcipiens cum decreto irritante, ne ab alio posset ab illa prouincia mutari, quam ab ipso Generali.

3 Tertio quod omnis sententia lata contra non citatum, vel non auditum
e c. nos in c. quenquam. 2. q. 1. legitimè, est ipso iure nulla, [e] etiam si feratur à Imperatore, [f] & etiam si feratur à Papa, qui scribens ad Ducem Sici
f Cle. pastoralis. §. caterum. de re iudic. liæ, [g] ait [se contra inauditam partem nihil posse definire. & prædictus N. non fuit legitimè citatus, nec auditus, vt in facto proponitur.
g in c. 1. de cau. poss. & ff.

4 Quarto, quòd lex, vel ordinatio facta in damnũ alicuius particularis personæ saltem sine causa rationabili & ab eo, qui non habet regalia, siue qui recognoscit superiorem, est ipso iure nulla,
h in c. cum omnes. de constitut. secundum Pano. [h] quem sequuntur ibi Aretinus & alij, quos refert ibi Fely. & probatur per illud Isidori cap. [erit autem lex. [i] non quidem ponderando verba illius, quæ ponderauit Decius, & alii quot alij ibidé, sed ponderando illa verba, quæ póderauit Angelicus Doctor,
i 4. dist.
k in 1. 2. q. 90. art. 2.
nempe quod lex nullo priuato commodo, sed communi omnium ciuium utilitate debet esse cõscripta, quod profunda de more ratione ipse confirmat. Cũ igitur prędicta ordinatio sit facta in grá de damnum prædicti N. nulla róne, nec causa adiecta, palam est & esse nullam.

5 Ad secundam quæstionem respondetur, quod prædicti iudices possunt & debent restituere prædictum N. ad locũ & statum illum, à quo per prędictam ordinationem inualidam fuit expulsus. Primo quidem, quod iudex superior, ad quem grauatus accedit, vt à grauami
l iuxta l. 1. ff. de appel. & iuxta ea quæ per nos in rub. de appell. ne leuetur, debet eum illo leuare. [l] At prædictus N. valde grauatus accessit ad supremum sui ordinis iudicem, ergo debet eum leuare ab accepto grauamine, & cõsequenter restituere illum suo pristino statu, & loco.

6 Secũdò, quod licet in ordinibus præsertim mendicantium non permittatur grauato vti verbo, [appellationis & petitionis Apostolorũ, quibus sęculares clerici, & aliquot religiosi vtuntur, possunt tamen vti remedio defensionis, quæ est iuris naturalis, quam appellatio in se includit. Tum quia ipsi mendicantes non debent esse peioris conditionis quam alij, immo melioris, & non debent magis grauari, quam alij, immo longè minus, propter q; sunt eis concessæ multæ
m c. 1. de priu. immunitates, & multa priuilegia. [m] At prædictus N. etsi pro sua modestia non
& alibi fr. est vsus verbo appellationis, vsus est tamen omnibus quæ requiruntur ad hoc, *pe.*

parit appellatio, nempe quòd declarare tur actus nullus vel iniustus, & reponatur in eo statu, in quo erat ante illum, effectus enim appellationis siue defensionis iuris naturalis, qui in eo continetur, est rescissio, vel annullatio actus, à quo appellatur, & repositio appellantis in statum pristinum, secundum, Bartolum & communem, [n] Panor. Felynum & Decium, [o] ergo prædictus N. debet re
n in rub. de appell. poni in pristino statu.
o in ca. ii. de br.

7 Tertio, q; duplex est appellatio, qua grauati vti possunt, altera, quæ fit, & ponitur verbis, vt cõiter fit, altera, quæ fit facto per arreptionem itineris ad superiorem, vt habetur in c. [dilecti. 2. *de appel.*
p de appel.

vbi post alios resoluẽdo Decius probat & hodie arreptionem itineris ad superiorem, seruatis, quæ seruari debent in appellatione verbali, habere locũ & effectum appellationis verbalis, vt & nos post alios tradimus in hac ipsa materia
a De reg. nu. 16. in c. in commentario 2. [a] Ergo arreptio itineris ad superiorem post notificatam sibi
nõ dicatis. 12. q. 1. prædictam ordinationẽ, vel sniam nullã cõquerendo de grauamine per eã susceptо, & postea veniẽdo Romã, debet hẽri pro appellatione, & superior, qui de causa cognoscet, poterit, & debet facere ea q; facere bonus & rectus iudex ad se appellanti legitimè. At iudex rectus, inuenta iniustitia, vel inutili snia, debet appellantem restituere in pristinum statum: ergo & superior N. debet idé ei facere.

8 Quarto, quod spoliatus à iudice nõ seruato iuris ordine, perinde restituendus est ante oia, ac spoliatus ab eo, qui
b de restit. spol. non est iudex vt est casus singularis in c. [conquerente. [b] At prædictus N. est spoliatus iuris ordine prætermisso, ergo, &c.

Quinto, q; grauatus etiãsi non posset appellare, & per viam appellationis ad superiorem accedere, posset tñ per viã simplicis querelę adire superiorem gra
c in d. c. cũgo dilecti. uantis, secundum Panor. & omnes, [c] ergo prædictus N. iustè potuit petere sublationem prædicti grauaminis sui, & superior eius potest & debet concedere illam ei, quæ tamen concedi non potest sine restitutione pristini status: ergo debet illum ei restituere.

9 Sextò, q; regulariter iudex à quo appellatur, licet possit assistere causæ appellationis propter honorem suũ; nõ tñ est citandus in causa appellationis. Vnde etiam inter sæculares appellans impetrat in curia literas inhibitorias ad iudicẽ citatorias ad partem, & cõpulsorias ad notariũ, sed non citatorias ad iudicem; & ita nõ oportet citari prædictũ prouincialẽ, & illo absente potest illius sententia declarari nulla & rescindi, & appellãs ad pristinum statũ restitui, per
d Et ca. de priore. de appell. ea quæ habẽtur in c. [cum sit Romana. [d] 10 Septimo, quod inter religiosos nõ
ec. qualiter & quãdo. de br. seruantur, nec debent seruari in his gra uaminibus exequendis omnia sic adamussim, vt inter sæculares, [e] sed solum
2. §. Solt. de accusatio. pro sanctitate sua debent seruare ea, quæ sunt iure naturali & diuino necessaria; & sufficientia ad inquisitionem, & inuentionem iustitiæ, & veritatis. Per quæ, &c. Salua, &c.

SVMMARIVM.

Appellatio legitimè subsequens etsi non suspendat suspẽsionem ab officio & ingressu ecclesiæ, nu. 2. nec interdictum quo interdicitur ingressus ecclesiæ, vel aliquod officiũ diuinum, nu. 6. nec illã per cuius violationem incurritur irregularitas, nu. 5. suspendit tamen suspensionem à voce activa & passiua, & ab officio, & beneficio num. 3. ab vsu pallij & pontificalibus n. 4. ac oia alia quę nõ tangũt aiam. n. 3. 1

Suspensus à uoce passiua, licet nõ possit via electionis acquirere beneficia, potest tamen via collationis & institutionis illa obtinere. 4

Suspensionem à uoce activa & passiua vio lant, non incurrit irregularitatem, potest que ingredi Ecclesiam, & agere omnia diuina officia. 6. 5

CONSILIVM VI.

C QVæsitum est, an suspensio à voce activa & passiua suspendatur per appellationem legitimam subsequentem.

1 Et pro parte quidẽ negãte vr primo casus in c. [is cui.] [f] ibi: [Sicut excõica *f §. fin. de* tio, sic ab officio, vel ab ingressu ecclesię *sen. excom.* lata suspẽsio, aut ipsius effectus p appel *lib. 6.* lationẽ, subsequentẽ minime suspendũ tur,] Secũdo, quod interdictum, & effectus eius non suspẽditur per appellatio nẽ c. [ad hęc qm.] [g] per quæ duo capitu *g de appel.* la fundatur, & est recepta illa sententia vulgata, quod sententię censurarum non suspendantur per appellationem; & vna de tribus censuris est suspensio. [h] *h c. quæren*

D Pro parte vero affirmãte facit primo *ti. de verb.* q; regulariter oĩs appellatio suspendit *significa.* snĩam, & eius effectum, [i] etiãsi secum tra *i c. veni in* hant executionem, [k] & non videtur ex *ter de iure* cepta huiusmodi suspẽsionis sententia, *tur. & leg.* non. n. excipitur ab illa regula omnis su *1. ff. ad Tur* spensio, sed solum suspensio ab officio, *pil.* vel ingressu Ecclesiæ, nam prædictus, §. *k l. furti. ff.* finalis solum loquitur de illa, & non est *de his qui* alius textus, qui disponat idem de alijs: *not. in fam.* si quidem ante illum controuersia erat

etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiam de illa, quamuis de interdicto haberetur in d.c. [ad hæc quoniam.] & à iure regulari non est discedendum, nisi quo ad ea quæ inueniũtur excepta, iuxta glo. recept.[a]

a ca.oĩs de finitio.ff.de reg. iur. & ĩ rub. eiusdẽ tit.lib.6. b in d.§.fi. & in d. ca. ad hæc.

3 Secundò, quòd glossa communiter recept.[b] & quæ necessario est recipienda per primum argumentum, expresse ait, non esse locum illi §. in omni suspẽsione, sed solũ in ea, quæ fit ab ingressu Ecclesiæ & ab officio diuino, qualis non est suspensio à uoce actiua: & passiua, non obstante illa licitè possit quis ingredi Ecclesiam & exercere diuina, ut palam est.

Tertiò, quòd eadem gl. recepta relatis Inn. & Host. opinionibus concludit, prædicto §. non esse locum in suspensione à beneficio, vel perceptione beneficij, qua constat esse maiorem, quam sit suspensio à uoce actiua, vel passiua.

Quartò, quòd eadem gl. ait, non esse locum illi §. nisi in suspensione à spiritualibus, quæ ligant animam, qualis certè non est suspensio prædicta, cum ea non obstante possit exercere omnia diuina offic. & ministrare, & accipere omnia sacramenta.

c in d.c. ad hæc. not. 1.

4 Quintò, quòd Pan. communiter receptus determinauit,[c] quod suspensio ab usu pallij, imò & à pontificalib. suspẽditur per appellationem legitimam subsequentem, & constat has duas suspẽsiones magis accedere ad suspensionem ab officio, & ingressu Ecclesiæ, de qua d.§. finalis loquitur, quam suspensionem à uoce actiua, & passiua, ergo minus includitur hæc in eo, quam illæ duæ, & consequenter à fortiori appellatio magis suspendet hanc, quam illas.

d in c. Apostolicæ, de except. e c. cum in illis. §. 1. de elect. lib. 6. f Arg. l. præses. ff. de pœn.

Sextò, q̃ prædicta suspẽsio à uoce actiua & passiua minus tangit diuina, quam suspensio à beneficio, quia sic suspensus potest quærere beneficiũ alia via, quam electionis, & administrare illud, cũ. n. suspensio non operetur vltra limites eius, ẽm Panor. Decium & communem,[d] & prædicta suspensio limitetur ad consecutionem beneficij per electionem, in qua sola habet locum vox passiua, non extenditur ad consecutionem via collationis, uel institutionis quæ sunt longè diuersæ, [e] præsertim in dispositione & sententia pœnali.[f] Cum igitur suspensio à beneficio, & administratione beneficij suspendatur per appellationem secundum communem, vt prædictum est à fortiori & hæc suspendetur.

5 Septimo, quòd illa sola suspensio uidetur excepta à suspensione per appellationem, cuius violatio inducit irregularitatem quod videntur significare d. c. [is cui.][g] & c. [is qui.] iunctis glossis. At sõlius suspensionis ab officio diuino & sacramentis violatio facit quem irregularem, vt resolutè monstratur in Manua nostro,[h] ergo suspensio à voce actiua & passiua, cuius violatio non inducit irregularitatem,[i] suspenditur per appellationem legitimam subsequentem.

g in princ. h c. 23. num. 203. i Arg. c. 1. §. fi. de sent. excom. lib. 6. & eod. tit.

Non obstant citata in contrariũ. Nõ primum, quia §. ille vlt. non disponit de omni suspensione, sed tantum de suspensione ab officio diuino, & ingressu Eccl. qualis non est suspensio à beneficio, neque suspensio ab administratione beneficij vel à pontificalibus, vel vsu pallij, & à fortiori nec suspensio, à voce actiua & passiua, qua non obstante põt suspensus ingredi Ecclesiam, & agere omnia officia diuina, vt supra probatum est.

6 Ad ẽm autem respondetur, q̃ nõ oẽ interdictum est tale, quod appellatio legitima non suspendat, sed solum illud, quo interdicitur ingressus Ecclesiæ vel aliquod officium diuinum, quod non fit per suspensionem supradictã, & ita sicut interdictum ingressus possessionis agri, vel beneficij, vel collationis eius, vel aliorum actuum, qui non tangunt animam, suspẽduntur per appellationem, vt omnes dicunt, vel sentiunt,[k] ita & suspensio à voce actiua, vel passiua suspendetur per illam. Per quę omnia videtur satis fulta pars posterior affirmans.

k in d.§. fi. & in d. ca. ad hæc.

SVMMARIVM.

Beneficiarius si à sententia iniusta prouationis appellans suspensoque tempore prosequendæ appellationis possessionem continuarit, coram Deo beneficium dimittere non tenetur. & seq. 1

Appellans ab iniusta sententia, appellato negligente prosequi tuas suum, potest iuste credere eum tanquam sibi materiæ consilium totum deseruisse negotium. Possessio 3

4 Possessio triennalis interrupta potest cessante controuersia de nouo inchoari.

CONSILIVM VII.

QVidam N. obtinuit quendam pœnitentiarium sæcularem vacãtem per obitum à Nuncio Apostolico, & possedit pacificè illum circiter tribus annis, qui ante triennĩ fuit priuatus à quodam delegato Papæ per sententiam, qui delegatus contulit illum cuidam regulari mendicantium, vt esset pœnitentiarius: à qua sententia appellauit N. & lite pendente in Rota conuenerunt partes, vt locus in choro & Capitulo remaneret prædicto N. & fructus præbendæ caperet Episc. & eos daret prædicto regulari: cui concordiæ non fuit consensum legitimè à partibus: licet à Papa fuisset signata supplicatio: & postea visitator Papæ fecit alium magistrum Theologię canonicum pœnitẽtiarium cum sua præbenda: & ita prædictus N. mansit cum suo pœnitentiariatu, & possessione eius, & accepit oẽs fructus eius, sicut prædecessor eius solebat accipere, vsq; in hunc diem nemine litem contra eum motam prosequẽte, nec ipso de illa curãte: nec iudex appellationis Rotæ protulit vllam sententiã. Quæritur an prædictus N. iustè possit retinere fructus perceptos, & recipere percipiendos sine vlla alia prouisione.

Respondeo primò, q̃ hæc quæstio magna, implicita, & noua est: & quod videri potest alicui pars negatiua vera.

1 Primo quidem, quia D. consulens fuit priuatus, & non fuit appellatio sua approbata. Secundò quia appellatio vi-

a Iuxta c.a. cum sit Romana. de appellat. & clem. sicut. eod. tit.

detur fuisse deserta p̃ lapsum biennij.[a] Tertiò, q̃ non potest iuuari possessione, quippe qui non possedit pacificè triennio, q̃ requiritur in regula de triẽnali, secundum omnes.

Respondeo secundo, q̃ verior videtur pars affirmatiua, s. posse ipsum quo ad forum saltem conscientiæ iustè possidere, & percipere fructus, vt hactenus possedit & percepit.

2 Tum quia sententia illa, per quam fuit priuatus, fuit suspensa per appellationem, cũ effectus principalis eius sit suspendere sententiam secundum omnes,[b] & ita non obstante illa sententia prædictus N. remansit cum suo titulo. Tum quia non fuit appellatio deserta; quoniam annus ille vnus, vel bienniũ, quæ dantur ad prosequendam appellationem in iuribus præcitatis, non currunt durante compromisso facto inter partes; vel cũ aliàs consentientibus eis prosequutio differtur, vt clem. [quandiu.][c] & ita semper habuit titulum & possessionem prędicti pœnitentiariatus. Tum quia sententia prædicta cum collatione facta prædicto regulari mendicanti fuit euidenter iniusta, quia fuit facta in fauorem religiosi incapacis beneficij sæcularis, cõtra illam regulam, quę habet sæcularia beneficia sæcularibus esse conferenda, regularia verò regularibus,[d] & sententia iniusta non obligat in conscientia, secũdum Innocentium receptum.[e]

b In rub. de appel. & l. 1. ff. eod. c De appel. d C. cum de beneficio, de præb. lib. 6. e De regul. iur. lib. 6.

3 Tum quia probabiliter præsumi potest, q̃ prædictus pater Reuerendiss. si cut voluit expressè deserere locum in choro, & in Capitulo; ita videns nõ esse iustum vt retineret fructus præbendæ sine titulo pœnitẽtiariatus canonico, vo luit, non curando de prosequutione litis, neq; de exequutione concordię, tacitè deserere totum negotium, & ita recedere à tota lite & quæstione; & conquẽter præsumere potest prædictus N. coram Deo & quo ad forum conscientię remansisse cum suo titulo eo modo, quo remanebat ante sententiam cõtra eum latam, arg. c. [humanæ aures.] 22. q. 5. & c. 4. ad Hebræos.[f] quatenus habent omnia Deo esse nuda & aperta, & eius diuinam maiestatem cor requirere, & non manum.[g] Tum quia præsumptiones his auxit Visitator prædictus, qui visitando ecclesiam cathedralem, non curauit de prædicta sententia neq; de appellatione, neq; de cõcordia præfata imperfecta, neq; de vlla alia re per eos incepta: sed denuo erexit canonicatum pœnitentiarium cum præbenda, & eum contulit personæ habili,[h] & magistro Theologiæ sine vllius contradictione neque querela.

f Relat. in c. Deus oĩpotens. 2. q. 1. g C. si quid inuenisti. 14. q. 5. h In reg. de trienn. q. 2. vers. prima est, versus fin. & 26. & 27. 35. & 42.

4 Tum quia per multa, quæ addu cit & tangit Ludouicus Gomezius, posset satis coloratè dici esse locum in hoc casu regulę de triennali possessore,

Universidad de Deusto Biblioteca

saltem quo ad mentem auctorum eius, vel iungẽdo quasi triennium pacificum inceptum anno 1565. & interruptum per prædictam litem cum toto reliquo tempore à cõcordia incepta, vel saltem à tempore quo Visitator prædictus cõstituit nouum pęnitentiarium, qui sunt plurimi anni: vel incipiendo triẽnium à deserta expressè, vel tacitè à prædicto Reuerendo patre, & continuatum per multos annos: vel incipiendo ipsum triennium à tempore, quo Visitator cõstituit prædictum pęnitentiarium sine vlla querela, & contradictione, per sex, vel septem annos. Tum denique, ꝙ qui bona fide transgreditur legem humanã malè intellectam non peccat saltem mortaliter, secundum Innocentium, [a] cõfirmatum per multa à Felyno. [b] Per

E quæ omnia videtur nobis, salua saniore sententia, securum esse prædictum D. consulentem, saltem quo ad forum conscientiæ à peccato percipiendi fructus hactenus collectos, & posthac colligendos; si bona fide, & putans habere bonũ ius corã Deo illos percepit, & percipit. Restrinxi me superius, saltem quo ad forum cõscientiæ. Tum quia difficilius esset defendere hãc partem in foro exteriori iudicis, qui rigorẽ æquitati præferre vellet, qualis non est iudex appellationis prædictæ acutissimus, eruditissimus, & æquitatis (vt audio) amantissimus: qui fortassis pro suo seraphico iudicio persuadere sibi posset, vt appellationem prædicti N. approbaret absq; alia noua citatione aduersarij, cui euidenter ius defuisse videtur. Salua, &c.

F

a In c. per tuas. 2. de simonia.
b In c. 1. de re iud. fall. 7.

FINIS LIBRI II.

CON-

CONSILIORVM, SIVE RESPONSORVM D. MARTINI AZPILCVETAE DOCTORIS NAVARRI.

LIBER TERTIVS.

De vita, & honestate clericorum.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiarij præstantes id ad quod ratione suorum beneficiorum obligantur possunt licitè secũdum communem de fructibus beneficiorum se alere, reseruato patrimonio propinquis. & nu. 3.*

2 *Clerici si aliunde habent vnde viuant, non possunt ea sola ratione, quod sunt clerici, viuere de reditibus ecclesiasticis, nisi etiam habeant aliquẽ titulum, ob quem eis ab Ecclesia, cui inseruiunt, debeantur alimenta, nu. 4.*

CONSILIVM PRIMVM.

AN clericus beneficiarius habens bona patrimonialia, iustè possit patrimonium suum cũ fructibus illius seruare suis cognatis, & alijs, quibus volet, & alere se de fructibus beneficij, perinde ac si non haberet patrimonium.

A Respondetur, quod sic, ex doctrina communiter recepta Innocẽtij, [a] quam probant Panormitanus, & Felynus, & communis, [b] Panormitanus, & Decius in dicto c. Episcopus, Panormitanus, [c] & Andræas Siculus, [d] & alij alibi, quos etiam sequuti fuimus nos semper cum quadam ampliatione, præsertim in tractatu de reditibus ecclesiastic. [e] & in Manual. Confess. [f] contrarium tamen tenuit Decius, [g] qui videtur placere quibusdam, pro quibus videtur textus expressus in cap. [clericos.] [h] quod sic habet.

2 [Clericos autem illos conuenit Ecclesiæ stipendijs sustentari, quibus parentum, & propinquorum nulla suffragantur bona, qui autem bonis parentũ, & opibus suis sustẽtari possunt, si quod pauperum est, accipiunt, sacrilegium profecto committunt, & per abusionem talium iudicium sibi manducant, & bibunt.] ad idem cap. [pastor.] [i] in hæc verba: [Pastor Ecclesiæ his, quibus sua sufficiunt non debet aliquid erogare; quandoquidem nihil aliud sit habentibus dare, quàm perdere: nec illi, qui sua possidẽtes, dari sibi aliquid volunt, sine

B

a cap. Episcopus, de prabendis.
b In ca. postulasti, de rescr.
c In disputa. Titius clericus. q. 4.
d de præst. Cardi. q. 6.
e q. 3. moni. 35. nu. 20. & in q. 1. moni. 30.
f cap. 25. nu. 127.
g in d. cap. postulasti.
h 1. q. 2.
i ead. causa ei quæst.

grandi peccato suo, vnde pauper victurus erat, accipiunt. Declericis quidem dicit per Prophetam Spiritus sanctus, Peccata populi mei comedunt, sed sicut nihil habentes proprium, non peccata, sed alimenta, quibus indigere videntur, accipiunt; ita possessores non alimenta, quibus abundant, sed aliena peccata suscipiunt. verum his auctoritatibus prohibentur ab Ecclesia suscipi non illi, qui quondam fuerunt diuites, postea verò omnia reliquerunt, vt Petrus, & Matthæus, & Paulus; aut pauperibus distribuerunt, vt Zachęus; aut Ecclesiæ rebus adiunxerunt, sicut illi, qui prædia sua vendentes ponebant pretia ante pedes Apostolorum, vt essent omnia communia, sed illi, qui in domibus parentum residentes, vel sua relinquere nolentes, Ecclesiasticis facultatibus pasci desiderant.] ad idem c. [sacerdos.] quod sic habet, [a] [Sacerdos,] cui dispensationis cura commissa est, non solum sine cupiditate, sed etiam cum laude pietatis accipit à populo dispensanda, & fideliter dispensat accepta, qui omnia sua, aut parētibus reliquit, aut pauperibus distribuit, aut Ecclesiæ rebus adiunxit, & se in numero pauperū pauertatis amore constituit, vt vnde pauperibus submini-strat, inde & ipse tanquam pauper voluntarius viuat. Clerici quoque, quos pauperes, aut volūtas, aut natiuitas fecit, cum perfectione virtutis vitę necessaria, siue in domib. suis, siue in congregatione viuentes, accipiant; quia ad ea accipienda non eos habendi ducit cupiditas, sed cogit viuendi necessitas. De talibus dicere videtur Apostolus, Qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt, edant; & qui altario deseruiunt, de altario participent.

3 Non tñ est discedēdum à cōmuni. Tum quia non est ab ea recedendum, nisi textu aliquo, vel ratione aliqua efficaci cogente, [b] & est conclusio Ioannis Andręæ recepti. [c] Tum quod pro eo est textus Concilij Agathensis. [d] Tum per illud Apostoli, [e] relatum in cap. [cum secundum.] [f] Qui altari seruit, de altari viuere debet.] Tum & neruosissimè per rationem, quæ nititur illo Euāgelij, scilicet, [Dignus est mercenarius mercede sua.] [g] Ex quo sic arguitur,

a *Ead. causa & q.*

b *Arg. c. fi. 20. dist.*

c *In c. 1. de constitu.*

d *In c. fi. 1. q. 2.*

e *1. ad Corinth. 9.*

f *De præb.*

g *Luc. 10.*

E Omnis mercenarius est dignus mercede sua: at clericus beneficiarius, licet héat patrimonium, qui seruit beneficio horas recitando, cantādo, missando, inseruiendo choro, & faciendo alia, quæ requiruntur in seruitio illius Ecclesiæ, est operarius, & seruit Eccle. ergo est, & dignus mercede, ergo potest illam accipere, licet habeat patrimonium: non enim cum effectu acciperet, nisi de illa viuere posset, & disponere honestè de suo patrimonio, sicut alij laici, qui de illa viuere possunt seruando illud suis.

F Tum quod Ecclesia debet seruare iusti- h *C. extia etiam contra viduas.* [h] At iusti- *ra.* tia præcipit, vt operanti soluatur operæ *nare, de fu-* pretium, & id quod inter eos conuen- *ro comp. &* tum fuit; iuxta Matthæi parabolā latè *c. nuper, de* relatam à glossa. [i] At Ecclesia videtur *donatio. re-* conuenire cum clerico, cui confert be- *ter Sut. &* neficium, vt seruiat sibi in his quæ re- *Sotor.* quirit illud, & accipiat reditus eius; [k] adeo quidem, quod non potest renun- *i In §. 1. in.* tiare illud sine licentia eius. [l] ergo si *fi. de appell.* seruit illi, tenetur & ipsa de iustitia sol- *k C. si cle-* uere illi pretium ministerij; & operæ, *ricus, de* tum ratione operæ præstitæ, tum ratio- *renunciat.* ne conuentionis tacitæ. Tum q̄ habe- *l C. quidam* re, vel non habere patrimonium, nihil *dubitat. de* prodest, nec nocet ad hoc, q̄ Ecclesia *admonit. de* debeat, vel non debeat beneficiario suæ *renunciat.* operæ pretium, & reditus pro illa operā assignatos per titulum beneficij; ergo debet illos ei dare. Tum quòd Ecclesia nō debet esse auarior, nec minus benigna erga suos ministros, quam alij, cum debeat imitari sunum spōsum Christum, qui [m] largum se promittit erga suos ministros. Adde, quòd nullus Regum, & Principum, nullusque summatum, nec infimatum denegant ministris suis pretium ministerij sibi exhibiti, nec stipendium assignatum, eo quòd habeant alia bona patrimonialia, ergo nec Ecclesia suis ministris debet denegare pretium, nec stipendia promissa. Tum quia si aliqua Ecclesia egeret aliquo cantore, vel magistro puerorum, vel alio simili, & conduceret ad id aliquem laicum habentem patrimonium, teneretur ad soluendum ei salatiū conuentum, & nulla ratio potest dari, quare non esset soluendum illud ei, si esset clericus; nec consequenter vlla rō iusta reddi

m *Matth. 25.*

reddi potest, cur Ecclesia, quæ habet beneficia instituta pro cantoribus, & alijs ministris, an teneatur soluere redditus illorum illis clericis, quibus contulit illa, eo solo, q̄ habent bona laica, quibus viuere possunt.

5 Non obstant opposita; respondetur enim ad ea, sensum eorum esse, q̄ clericis, eo solo q̄ sunt clerici, siue solo titulo clericatus, non est dandum quidquā de fructibus ecclesiæ, si habent aliunde, quo viuant: non autem loquitur de clericis, quibus est alius titulus ob quem debeantur alimenta, quales sunt beneficiarij seruientes Ecclesiæ in suis beneficijs, quibus ratione titulorum suorum debentur redditus illorum, modo seruiant in ea Ecclesia, quæ illos contulit illis: sicut si quis donaret aliquod prædium Ecclesię cum onere dandi 20. Ioanni, postquam fieret clericus, dum viueret, teneretur Ecclesia illi dare illa, etiam si patrimonium, vnde alere se posset, haberet; non quidem eo solo, q̄ est clericus, sed quia donator, vel testator, qui reliquit prędium Ecclesiæ, dedit ei ius petendi ea. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia plura vltra necessitatem suæ honestæ sustentationis habens, superflua tenetur dimittere, nisi ex iusta causa secum dispensetur.*

2 *Beneficiarius ex fructibus Ecclesiasticis potest impendere non solum quæ ei conueniunt ratione suæ personæ, sed etiam ratione dignitatis ipsius beneficij, has autem decentiæ notabiliter excedens non est absoluendus, nu. 3.*

4 *Filius familias etiam si habeat patrem diuitem, potest tamen dici pauper, & ei potest frater de fructibus superfluis beneficij subuenire.*

CONSILIVM II.

QVæsitum fuit primò, an qui habet plures redditus Ecclesiasticos, quam sua persona, & qualitas requirat ad decentem sustentationem, possit comitatum, & statum sui augere. Secundò, an possit fratri suo studenti alimenta tribuere, si habeat patrem diuitem?

A Nauar. Cons. Pars I.

Auitem, qui probabiliter id facere posset.

1 Ad priorem quæstionem respōdeo tempore, quo vetor à medicis corporis, & animæ, respondere quęstionibus, cum id faciendo oporteat me detrahere saluti, & tempori ad recognoscendū opera, quæ teneor recognoscere, & imprimere multis nominibus, & iam ætas non patitur dilationem, idq; facio simpliciter, absque allegationibus, propter obseruantiam, qua sum in D. interrogantem; & quia, vt moneor, fuit interrogatio, anteaquam prohiberer respondere, facta.

B Respondeo igitur primò, animaduertendum esse an præfatus D. petens habeat prædictos reditus ex vno tantum beneficio, vel pluribus: & si habet ex pluribus, pręcipiendum est ei, vt relinquat ea, sine quibus habet vnum, vel plura suæ sustentationi sufficientia; & quod, vel quot sint tale, vel talia, consulat, si placet, nostrum miscel. 62. [a] vel impetret dispensationem retinendi om- *a De ora-* nia à Papa iusta aliqua de causa. *tione.*

2 Secundò, q̄ si ex vno tñ beneficio percipit p̄fatos reditus, est animaduertendum, an illud sit tantę qualitatis, vel

C dignitatis, vt requirat maiorem comitatum, & statum, quam prefatus petens ratione qualitatis suę personę requirit; & iustè poterit habere comitatum, & facere sumptum maiorem, quàm sua p̄sona requirit, modo non excedat eos, quos sua dignitas requirit.

3 Tertiò, q̄ nō absoluerem illum volentem impendere notabiliter plusquā qualitas suæ personæ, vel dignitatis requirit, etiam si ex vnico beneficio præfatos reditus reciperet, vel ex pluribus cum iusta dispensatione retentis; quia pro re indubitata mihi est peccare cū

D obligatione restituendi beneficiarium, qui reditus beneficij superfluos vitæ ac decētiæ suæ in vanos, vel profanos vsus impendit, per ea quæ serio scripsi in tractatu de reditibus eccl. [b] *b q. 1. & 2.*

4 Ad posteriorem quęstionem respōdeo q̄ sic, si frater de suo non habet; cū viuente patre bona illius non sint filij, & ita filius iure potest dici pauper, & aliena opera indigens; nec pater tenetur illum studentem in studio, vt sibi inseruientem alere. Salua, &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMARIVM.

1 *Pensionarius clericaliter viuere tenetur, et non laicaliter; non tamen ob id, etiam si contulerit se ad militiam, & indueret habitum militarem, pensionem amittit; nec etiam quod ob homicidium esset factus irregularis, potest ei denegari.*

3 *Pensionarius clericaliter viuere tenetur, nec pot aliter absolui, potest tamē ob pensionis insufficientiā exercere aliquod officium seculare, quod sit cōpatibile cū habitu, & tonsura clericali, ac etiam rusticare, & negotiari, vt ob tenuitatem beneficij licet beneficiario, num. 2.*

CONSILIVM III.

CLericus pensionarius cum propter tenuitatem pensionis nō posset se sustentare, relicto habitu clericali ad militiam se contulit. Inde redeunti, qui pensionem debet, eo quòd vt miles vestitus incedit, eam soluere recusat. Quæritur quid iuris.

1 Respondeo ad quæstionem primò, quòd clericus, cui constituta est pensio simpliciter, tanquam clerico, tenetur quidem viuere clericaliter, vt nos per multa probauimus contra Sotum,[a] sed non tenetur ad restitutionem pensionum receptarum, si recitauit horas B. Mariæ Virginis, sicut probamus ibidē: sicut etiam recipiens canonicè beneficium Ecclesiasticum tenetur quidem viuere clericaliter, sed non tenetur restituere fructus eius perceptos, etiam si non viuat clericaliter, si recitauerit horas canonicas, vt ibidem diximus. Et cō sequenter sicut non possunt negari clerico beneficiario dicenti horas canonicas fructus beneficij, licet non viuat clericaliter, quia non perdit ipso iure fructus eius, etiam si esset factus irregularis per homicidium postea perpetratū, vt tradit Innocentius communiter receptus,[b] imò potest eos iustè petere ad impendendos eos iusto modo, vel ad dandum pauperibus: ita pensionarius potest petere fructus suæ pensionis ad iustè dispensandum illos; quia non perdit ipso iure pensionem non viuendo clericaliter, plusquam beneficiarius perdit suum beneficium, sed tenebitur clericaliter viuere, & peccabit, si sic non viuat.

2 Quamuis possit negotiari, rusticari, & aliqua officia sæcularia non omnino contraria vitæ clericali exercere propter tenuitatem pēsionis, sicut & posset idē facere propter tenuitatem beneficij,[c] 3 Secundò, quòd D. consulens, vt iustè possit absolui, dēt proponere, quàm citò commodè poterit, relinquere militiam sæcularem, quæ est omnino contraria vitæ clericali, & petere fructus pensionis suæ, & accipere aliquod officium sæculare quod sit compatibile cū habitu, & tonsura clericali, propter tenuitatem pensionis ad viuendum decēter. Salua, &c.

[Aduertendum modo obseruandam constitutionem Sanctiss. D. N. Sixti V. cum sacrosanctam, publicatam Anno 1589. 18. Ianuarij.

De cohabitatione cleric. & mulierum.

SVMMARIVM.

Cap. 14. sess. 25. de reforma. habet locum etiam in vna simplici incontinentia sine qualitate concubinatus, numero 3. & sequent. 1

Consuetus non dicitur, nisi qui saltem bis id fecerit, nisi addatur vniuersalis dictio: quia tunc verificatur in vno actu, nume. 4. 1

Solitus dici potest etiam is qui semel quid fecit; Decius tamen probat efficaciter contrarium. 1

Pœna mollienda, præsertim cum agitur de puniendo peccato carnis. 2

Conuersatus, vel familiariter se habuisse quis cum aliquo dicitur etiam per vnū actum. 3

Vniuersalis dictio ampliat dispositionem. 4

Alius, dictio similis solum comprehendit: at si addatur propositio vniuersalis, extenditur etiam ad matora expressios. 4

Clericus secundum iura antiqua ob vnicam etiam simplicem fornicationem erat deponendus. 5

Clericis prohibita est conuersatio tam in propria domo, quàm extra, cum omnibus mulieribus suspectis. 6

CONSILIVM I.

[a] *De refor. sess. 25.*

ANN cap. 14.[a] Concil. Trident. habeat locum in simplici incontinentia absque qualitate concubinatus? & quid si clericus modo cum vna, modo cum alia muliere deprehendatur?

1 Respondetur, q pro parte negante facit primò, q prædictū c. 14. vī loqui de clerico habente cōsuetudinem cum aliqua muliere; & quod qui semel fornicatur cum aliqua, non vī per hoc habere cōsuetudinem cum illa; quia ad hoc, vt aliquis dicatur consuetus facere aliquid, requiritur quod saltē bis fecerit illud,[b] vt expresse notat Bartolus;[c] qđ ad hoc, vt aliquis dicatur consuetus facere aliquid, requiritur quod saltem bis fecerit illud; licet ad hoc vt quis dicatur solitus facere aliquid, sufficit q semel fecerit illud, per prædictam l. [mela,][d] & Decius,[e] efficaciter per multos textus probat, quod etiā ad hoc, vt quis dicatur solitus facere aliquid requiritur, quod saltem bis fecerit illud.

[b] *l. 3. C. de epis. audi. & cap. tua not. 25. q. 2.*

[c] *in l. mela. ff. de alim. & cib. lega. d Versicu. sed si.*

[d] *in rub. de consue. n. 9.*

[e] *l. interpretatione, ff. de pœnis, et c. pœna, de pœn. dist. 1. g iuxta ca. fraternitatem. 34. dist. h in c. at si clerici. in prin. n. 35. de iudic. i Leg. beneficium, ff. de legibus.*

2 Secundo facit, q pœnæ sunt restringendæ,[f] præsertim cum agitur de castigando peccata fornicationis,[g] & quæ ait Panormitanus.[h]

Tertiò, q cum lex aptè potest intelligi duobus modis, benignior interpretatio est sumenda.[i] At c. illud 14. videtur aptè posse intelligi de habente saltem bis conuersationem, & accessum, & est benignius sic intelligere, ergo, &c.

3 Pro affirmante autem facit primo, quod verbum illud [consuetudinem,] in d. c. 14. positum videtur significare cō uersationē, iuxta illud Plauti in Milit. [Hoc adeo fieri credo cōsuetudine, vel familiaritate:] & iuxta illud Terentij in Andria, [Neque me consuetudo, neque amor.] & etiam per vnum actum dicitur quis conuersatus fuisse, vel familiariter se habuisse cum aliquo.

Secundo quod dictum verbum, [consuetudinem,] videtur desumptum ex c. 2.[k] ex illis verbis, [Fabulari, & aliquo modo conuersari.]

[k] *De cohabit. clerc. & mulier.*

4 Tertio, quod hæc expositio videtur

A germanior intentioni Concilij, quatenus prohibet per dictionem vniuersalē, vt nullam consuetudinem habeāt, etiā citra fornicationis actum: verbū enim vniuersale ampliat dispositionem, iuxta glossam receptam,[l] quæ probat verbū [alius,] quod regulariter solum similia comprehendit, iuxta glossam,[m] adiuncto signo vniuersali [quiuis,] comprehendere etiam maiora expressis, in quo commendat eam pro singulari Panormitanus,[n] & Barrolus,[o] & alij alibi, quamuis habeat alias similes.

[l] *in Cle. 1. verb. quam iudic.*

[m] *Cap. sicut, de remitanus, de adiuuuis, de re- des, de re- script. n in consil.*

Quarto, quod si Concilium fuisset B interrogatum, an intenderet prohibere vnam accessionem cum reali fornicatione, respondisset, quod magis, quàm binam sine actu fornicandi: ergo id habendum est pro statuto. P

[o] *Cle. 1. volu. nu. 5. o in ca. tertio, de eo loco, de prob.*

[p] *Arg. l. ta le pactum, §. fi. vbi gl. fi. ff. de pactis.*

5 Quinto, quòd Concilium; quod voluit punire priuatione tertiæ partis fructuum eū, qui monitus ne accedat accesseerit, à fortiore videtur voluisse priuare eum, qui accessit, etiam tantum semel realiter fornicando; cum propter vnam solam fornicationem etiam simplicem antiqua iura constituerint clericum esse deponendum, q & non propter solam confabulationem, vel conuersationem, non secuta fornicatione, dist. saltem præsumpta. C

[q] *cap. presbyter. 81.*

6 Sexto denique, quod ca. illud 14. noluit minus prohibere, quàm iura antiqua, quod patet ex pœna maiori, quam nouè addit. At iure antiquo prohibitū erat non solum habere concubinas, aut alias mulieres, de quibus posset haberi suspicio, in domo, vel extra,[r] sed etiam accedere ad illas, vel habere aliquā consuetudinem,[s] &c. [clerici.][t] prohibet, ne clerici accedant ad virgines, vel viduas, nisi iussu Episcopi. Ergo Concilio intendit prohibere etiam vnam accessionem, & conuersationem. D

[r] *Ca. sicut, de cohabit. cle. et mul.*

[s] *Ca. in omnibus, & c. fœminas. 81. dist.*

[t] *ead. dist.*

SVMMARIVM.

Notorius fornicator, si antequam pœniteat celebret fit irregularis, immo & si solùm interne pœniteat, nisi etiam externe à peccato recedat, pro irregulari reputabitur. 1

Forum externum idem iudicat de non apparentibus, quod de non existentibus. 1

Universidad de Deusto
Biblioteca

CONSILIVM II.

a Cap. 25. nu.76.

CVm in Manua. Confess. [a] dicatur sacerdotem, qui notoriè est fornicator, esse suspensum, & fieri irregularem, si celebret antequam pœniteat eum: Quæritur quæ pœnitentia sufficiat, an scilicet interior, vel requiratur

b In l. duo sunt Titij, ff. de testa. tutela. & notatur in ca. si sacerdos. de offi. ord. c In cap. si secuta qui sunt. 8. dist.

etiam exterior.

1 Respondeo, quod ad excusandum se à pœna in foro exteriori requiritur exterior: quia in illo foro de non apparentibus, & non existentibus idem est iudicium; [b] In foro verò interiori videtur sufficere interior, quæ probabiliter sufficiat ad deletionem peccati, secuta saltem confessione sacramentali, vt satis videtur colligi ex Cardinali Turrecremata. [c]

De clericis non residentibus in Ecclesia vel præbenda.

SVMMARIVM.

1 *Concilium Tridentinum sess.24.cap.12. versic.præterea, non derogat cap. de cætero.nec cap.ad audientiam.de cler.non residen. nec cap.1. de cler. non residen. in 6.nume.3.*

1 *Lex generalis generaliter quidem est intelligenda, posteriorque derogat præcedenti, attamen hoc fallit, quando lex præcedens est specialis, quia per illam limitatur sequens generalis, etiam habens clausulam non obstantibus legibus contrarijs.nu.2.*

d De refor. c.12.sess.24 e De clerc. non resid. f Sess.24.c. 12. Versic. præterea, de refor. g de clerc. non resid. h l. de præcio, ff. de public. in rem actio. i Cap.2.de const. lib.6. eum alijs.

CONSILIVM I.



Oncilium Tridẽtinum, [d] an deroget c. [de cætero.] & cap. [ad audientiam.] [e]

1 Quod Concilium Tridentinum, [f] voluerit derogare c. [de cætero.] & ca. [ad audientiam,] [g] facit, quod lex generaliter concepta generaliter est intelligenda, [h] & leges posteriores derogant priori-bus, [i] & cum alijs: & quod d.c.12. [versic. præterea.] disponit, vt omnes canonici teneantur residere, & quòd nõ possint abesse vltra tres menses, derogãdo statutis, & consuetudinibus contrarijs,

2 Quod autem non deroget illis, facit primo, q. sicut lex generalis prior non tollitur, sed limitatur per legẽ posteriorem specialem in aliqua specie illi contraria, quo ad illam speciem, ita ẽt lex generalis posterior limitatur per legem priorem specialem ei contrariam quo ad illam speciem, [k] & sunt glossæ solemnes simul, & receptæ, [l] quæ habẽt per illam legem specialem longissimè priorem, quæ ponitur in d.l. [sciendũ.] quæ conclusio procedit, etiam si in lege noua poneretur clausula, [non obstãtibus legibus cõtrarijs.] vt dicit Bar tolus, [m] receptus a posterioribus: quos refert, & sequitur Decius. [n] Cum ergo constitutio prædicti Concilij sit genera lis, & prædicta duo cap. sint speciales ges, dicendum est non derogari eis per illam, sed eam per hæc limitari.

3 Secũdo facit, quod per prædictum Concilium nõ derogatur cap.1. [o] lib.6. neque alijs canonibus, quibus concedi-tur in firmis, & detentis lucrari fructus in absentia: sed potius Concilij limitatur per illa, secundum omnium mentẽ: ergo eadem ratione non derogat prædictis duobus capp. Tertio videtur pulchrè hoc probari in c. [ad audientiam.] de cler. nõ resid. quatenus probat; quod canones concedentes Episcopis, vt possint habere vnum, aut duos canonicorum in seruitio suo absq; amissione fructuum, non cẽsentur tolli per statutum iuratum, & confirmatum à Sede Apostolica, vt nullus canonicorũ percipiat fructus in absentia. Quarto facit, quod S.D.N. fecit seruare illa ca. in causa Toletani Archiepiscopi cum duo canonici Toletani interessent Romæ defensioni suæ causæ. Per quæ, & alia hæc pars est tenẽda, & oppposita clarè soluuntur per primum fundamentum pro hac parte formatum. Salua, &c.

SVMMARIVM.

Episcopi in suo seruitio duos canonicos à suarum ecclesiarum, aliarum verò collegiatarum prælati vnum retinere possunt qui absentes recipiunt quidem fructus suorum canonicatuũ, distributiones aũt non, adeò vt consuetudo contraria eis non prosit, nec condonatio collegarũ saltem præcedens, nu.2. nisi forte agatur de illis quas certis diebus, & mensibus etiam alij canonici percipiunt, nu.3.

1 *Cardinalis in suo titulo est prælatus dictæ ecclesiæ, immo quasi Episcopus.*

CONSILIVM II.

A Canonicus Collegiatę S.N. deseruit vti capellanus Illust. Cardin. eiusdem ecclesiæ titulari. Quæritur an percipere possit nõ solum fructus canoniæ, sed ẽt distributiones quotidianas.

1 Respondeo primò, certũ esse, quod Episcopi possunt binos canonicos suarum ecclesiarum in obsequium suum retinere; ita quod fructus suarum canoniarum lucrifaciant in absentia. [a]

Secundò, satis certum est, prælatos aliarum ecclesiarum collegiatarum nõ cathedralium, qualis est Ecclesia prædicta S.N. posse saltem vnum canonicũ in obsequio suo modo prædicto tenere, vt in c. [de cætero.] [b] tenet Pan. Quare certum est prædictum A. posse fructus sui canonicatus percipere inseruiendo Illustrissimo Cardinali, qui est prælatus dictæ ecclesiæ S.N. cum sit quasi Episcopus prædictæ ecclesiæ. [c]

2 Tertio, quod licet prædicti canonici seruientes Epis, vel alijs prælatis possint in absentia fructus suorum canonicatuũ recipere, non tñ debent habere distributiones quotidianas, quas aliqui vocãt victualia, [d] adeo quidẽ, vt consuetudo non possit eis prodesse, [e] imò nec hodie remissio collegarum saltẽ præcedens amissionem earũ, per Conc. Trid.

3 Quarto, quòd ex his sequitur prædictum dominum A. posse quidem percipere in absentia fructus sui canonicatus, non autem distributiones, quæ tantum interessentibus diuinis distribuuntur, nisi vberiorem gratiam à Sanctissimo Domino nostro impetrauerit, præterquam in diebus, & mensibus, & negotijs illis, in quibus, & propter quæ etiam alij canonici lucrifaciunt illas. Salua, &c.

a Iuxta, c. ad audiẽtiã & cap. cũ dilectus. de cler. non resid. b cod. tit.

c Arg.c.his quæ.de maior.& obed. d c.licet, de præb. et præb. cap. de catero. e Per ca.1. de cler.non resid.lib.6. f ca.11.de refor.sess.24.

SVMMARIVM.

Canonicus vltra tres menses à residentia absens vent fructus præbendæ priuandus ex Concilio, contra quod nec Episcopus, nec Legatus potest dictam pœnam expresse remittere, imo peccat, si sine iusta causa non priuet. num.2. & illi operi pio, quod sibi videbitur applicet, num.1. Canonicus tamen donec condemnetur, non tenetur illos restituere, nu.2.

CONSILIVM III.

FRuctus, quibus debet priuari canonicus, eo quod abfuerit vltra tres menses à seruitio Ecclesiæ, cui debent applicari, cum in ea Ecclesia non sit cõsuetudo, ut fructus canonici absentis accrescant præsentibus? & an Episcopus possit remittere huiusmodi pœnam?

1 Respondeo primò, quòd videntur applicãdi illi operi pio, in quod arbitrabitur is, qui priuauerit: quia quod non determinatur à iure, arbitrio iudicis determinandum est. [g]

Secundò respõdeo, quòd primo aspectu Episcopus non potest remittere illam pœnam expresse, quia etiam Lega-tus non potest dispensare contra decretum Conciliare, iuxta glossam putatam singularem, [h] quæ tamen habet similem cap. [cum dilectus.] [i]

2 Dixi, [expresse:] quia si taceat, & non priuet eum fructibus, non tenebitur ipse restituere illos in foro conscientiæ, in quo nemo tenetur soluere pœnam, præsertim non impositam ipso iure, sed imponendam per sententiam, donec condemnetur à iudice, iuxta glossam singularem communiter receptam: [k] Peccaret tamen Episcopus, si absque iusta causa dissimulat eum puni re, [l] vt habet glossa notabilis, [m] quæ alia in id apta iura citat. Dixi, & repetiui supra [primo aspectu:] quia necessitate conficiendi quoddam longum respõsum hodie ante meridiem iussu Papæ, & rogatu cuiusdam summatis, nõ potui iustam operam prædictis quæstionibus decidendis dare, cum omnia quæ remittuntur ad tantum prætorium, videãtur difficilia solutu. ideo, &c.

g l.1. ff. de iure delibe. c. de causis. §.1. de offi. deleg. h c. dilectus 2. de præbẽ. i de elec. & 2. fi. de filijs presbyt.

k ca. fraternitas, 12. q. 2. l Arg. c. irpra refragabili. de offi. ord. m c. ea quæ de off. arch.

SVM-

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMARIVM.

1 *Residendi necessitas est duplex, altera absolute obligans, altera verò solùm quo ad effectum quærendi fructus: per primam non residens peccat & pòt priuari beneficio, per secundum aût non, imò nec peccat non residẽdo, nu. 2. an autem edictũ generale Papæ de residendo intelligatur de prima, vel de vtraque, ex mente Principis hoc est expiscandum. nu. 5.*

3 *Beneficium omne quamuis simplex iure communi requirit residentiam, daturq; ab officium seu seruitium, quod debet facere beneficio, nu. 4. at consuetudo immemorabilis induxit contrarium in simplicibus, exceptis qui statuto, vel alio iure speciali ad illam tenentur, nu. 3.*

CONSILIVM IV.

QVæritur, vtrum à S. Sixto promulgatum edictum contra nõ residẽtes in suis beneficijs residentiã requirentibus, & in Vrbe commorãtes, comprehendat habentem capellaniam in Ecclesia quadam cathedrali, in qua capellani à tempore immemoriali cogi ad residendum non solent, sed neque possunt fructus in absentia percipere, sed capellani præsentes pro absentibus ministrãt, eisq; fructus absentium accrescunt & cultus diuinus in d. Ecclesia nõ minuitur: quia sunt multi capellani.

Quæstio hæc noua videtur, & difficilis resolutionis quo ad consulendum, licet satis facilis ad disputandũ: quia vtra que pars posset sustentari disputando.

1 Nam pro parte negante, scilicet, q̃ non comprehendantur sub præfato Sãctissimi edicto de residẽtia, facit primò, quod Innocen.[a] ponit duas species necessitatis residendi: altera est, qua quis tenetur residere continuo seruiendo: altera, quod debet seruire, vt lucretur fructus. Prior est longe strictior; & maior posteriori: quod multis probari potest, licet nemo citet Innocentium ad hoc propositum: qui tamen dicit, quòd propter priorẽ potest priuari beneficio non autem propter posteriorem, & per consequens, quod mens S.D. N. videri potest fuisse tantum comprehendere beneficiarios quo ad primam generis residẽdentiam, eò quòd constitutiones pœnales sunt mitigandæ, & intelligendæ ita, vt minus puniant.[b]

[a] *in c. fi. de cle. nõ resi.*

2 Secundò facit, q̃ in hac parte longè diuersa ratio suadet coactionem ad residentiam indicendam eis, qui in absentia recipiunt fructus, quam eis qui nihil eorum percipiunt; quales sunt præfati capellani. Tertiò facit, q̃ stylus Curiæ, & anteriorum Maximorum Põtificum iubentium vt curiales resideant in beneficijs suis, videtur fuisse comprehendere solos habentes obligationem ad residẽdum, ita vt peccent non residẽdo; & præ dictus dominus consulens nullatenus peccare videtur non residẽdo, quia one rasuæ capellaniæ alij præsentes supplent, vt præsupponitur in facto.

[b] *C. impa. nu. de reg. iur. li. 6. cõcordans*

3 Quartò, quod per consuetudinẽ immemorialem, quæ præiudicat omni iuri humano,[c] habetur, vt præsentes capellani præfatæ capellæ seruiant pro absentibus: & ita per præfatam consuetudinem videntur absentes posse suis capellanijs seruire per vicarios, & ita non teneri ad residentiam personalem, per c. [cum omnes,] cum ei adnotatis, & adductis per Felynum.[d] Quintò; quod & per consuetudinem posteriorem induc tum est, vt simplicia beneficia non requirant residentiam: nisi statuto, vel iure speciali aliud sit statutum, vt ex eodem Innocentio colligitur.[e]

[c] *cap. fi. de consue.*

[d] *Nu. 3.*

[e] *in c. fi. de cle. nõ resi.*

Pro parte verò affirmãte facit primò quod lex generaliter loquens, generaliter est intelligenda,[f] & quod præsens edictum generaliter loquitur de beneficiarijs habentibus beneficia requirẽtia residẽtiam & prædictus dominus consulens habet beneficium requirens residẽtiam. Tũ quod omne beneficium etiam simplex requirit residentiam iure communi antiquo attento, secundum Innocentium,[g] communiter receptum, pro quo est cap. [conquerente.][h]

[f] *cle. nõ resi. ff. de pœ. l. de quibus. ff. de leg. l. hoc iure.*

[g] *in c. fi. de cle. nõ resi.*

[h] *cap. fi. de seru. non ordi.*

4 Tum quod propter officium datur beneficium.[i] Tum quia prædictus dominus consulẽs licet non capiat fructus per se, capit tamen per suos concapellanos qui seruiũt, p̃ ipso vti vicarij eius & per ipsum stat quo minus capiat illos per se: quia non seruit potens seruire: & is per quem stat quo minus possideat possidere censetur. Tum quia residet Romæ,

[i] *cle. nõ resi. cap. fi. de seru. non ordi.*

Romæ, vt quærat aliud beneficium magis. Tũ quia plurima sunt beneficia patrimonialia in epatu Burgensi, Palentino, & Calaguritano, quorum rationes non coguntur residere; nisi ad effectum quærendi fructus: & ita aliquot eorum, qui habent illa, residẽt Romæ, vt quærant sibi maiora, & placet præsentibus eorũ absentia: quia accrescũt eis absentium partes, & fraudatur Ecclesia suorũ ministerio ministrorum. Tum quia forte D. N. voluit comprehendere omnes qui tenentur ad residentiam, etiam solũ ad effectum acquirendi fructus, vt seruiant beneficijs, ob quorum officiũ datur beneficium vt ait prædictum c. vlt.[a] Tum quod ex præfato dicto Innoc. expresse, & ex tacita mente omnium doctorum, duplex est obligatio ad residendum: altera ad residendum continue seruiendo, altera ad seruiendum, ne perdat fructus: & lex, siue edictum qua præcipitur aliquid generaliter obligato ad residendum, videtur includere obligatum omnibus modis, & non sola vna specie obligationis: quia appellatione generis comprehenditur quælibet species eius, secundum dictum Baldi ab omnibus receptum,[b] vbi ait, genus propriè includere, & significare species suas, pro quo bonus textus in cap. [Romanorum.][c]

[a] *De reser. lib. 6.*

[b] *in l. 2. C. de iure annu. aure.*

[c] *19. dist. d. l. fi. C. de legib.*

5 Q̃m igitur eius est interpretari legem, cuius est condere,[d] consulo domino consulenti, vt eius interpretationem à Sanctissimo Domino nostro quærat, & sequatur in honorem Domini nostri Iesu Christi, cuius sunt omnia beneficia, qui nos omnes sua misericordia efficiat beneficiarios in regno cœlorum, Amen.

[d] *Nu. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Residere non tenetur dignitas, & cui nulla debentur distributiones, & cuius prædecessores à fundatione nunquam resederunt, nisi in executione Concilij ei aliqua assignentur distributiones.*

CONSILIVM V.

PRimiceriatus quidam fuit institutus ab Alexandro in Paduana Ecclesia cathedrali sine distributionibus, data in dotem quadam Ecclesia certi ualoris alterius diœcesis: & nullus Primicerius resedit, & interfuit Horis, nec accepit distributiones vsque ad Concilium Tridentinum. Quæritur, an post illud teneatur residere.

1 Ad Quæstionem prædictam respõdeo, præfatum Primiceriũ satisfacturũ suæ conscientiæ de rigore iuris residendo eo modo, quo à fundatione ipsius prædecessores resederunt vsq; ad hunc diẽ; nisi Paduani exequuti cõtenta in Conc. Trid.[e] imposuerint distributiones super dignitatibus Ecclesiarum cathedralium, ab illo enim die tenebitur residere, & interesse diuinis officijs eo modo; quo fuerit ordinatum ab ipsis.

[e] *sess. 21. c. 3. de reform. & sess. 22. cap. 3. de re form.*

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo excusans certos capellanos à residentia aliàs ex fundatione requisita, excusabit etiam alterum similem prædictis obtinentem capellaniam.*

2 *Residentiæ onus impositum beneficio intelligitur de personali, etiam si non exprimatur, quod onus censetur etiam impositum per alia verba, vt est uerbum interfit, cantet, seruiat, & similia.*

3 *Consuetudo capellaniarum & beneficiorũ potest extendi ad alias eisdem similes.*

4 *Episcopus cum consensu patroni beneficij requirentis aliquas qualitates potest cũ aliquo ex causa dispensare super aliqua illarum.*

CONSILIVM VI.

NHabet capellaniam, in cuius fundatione statutum fuit, vt qui haberet eam, vltra onus dicendi Missas aliquas, teneretur interesse personaliter Horis Ecclesiæ canẽdis, postea quã esset presbyter: & ipsemet N. est patronus successor alius patroni antiqui fundatoris & præfata capellania est sita in Ecclesia ciuitatis, in qua est consuetudo, vt capellani similes non astringantur ad interessendum personaliter prædictis Horis, vbi sufficiens copia seruientium est, qualis est in præfata Ecclesia. Quæritur, vtrum præfatus N. satisfaciat conscientiæ suæ seruiendo in prædictis Horis canendis per alium magis idoneum

ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad canendum, quàm ipse sit, approbatũ per Episcopum.

1 Respondeo primo, quod dominus consulens est tutus secundum ea quæ proponũtur, quoniam proponuntur in casu capellaniam prædictã, & alias præfatę ciuitatis esse similes, & quod habentes alias excusantur. Secundò, quòd capellani excusantur seruientes per aliã: quia secundum conclusionem latè disputatam per Pan. [a] & citatos per Fel. [b] & recept. communiter, valet consuetudo, vt habens beneficium simplex nõ teneatur seruire personaliter illi, imò ẽt quod non seruiatur per aliũ, saltem vbi sufficiens copia ministrorum habetur. Tertio, quod eadem ratione debet excusari dominus consulens, cum proponat suam capellaniam esse similẽ alijs: quia de similibus idem est iudicium. [c] Quarto, quòd fortassis est dissimilitudo inter capellaniam domini cõsulentis, & alias in eo, quod in fundatione aliarum non est posita clausula, vt habentes illas personaliter resideant, & in sua sic: & forte quia res ita se habet, dominus consulẽs vti vir eruditus subtiliter scrupulum gignit, cum non sit sua capellania similis alijs omnino, & ita non liceret ab illis ad suam arguere, cum separatorum sit ratio. [d]

2 Quinto, q̃ si in nulla aliarum fundationum inuenitur onus residendi personaliter, vt in ea, de qua est quæstio, cõsiderandum est, an ponatur saltẽ clausula de residendo: & si ponitur illa, satis possent dici esse similes. quia secundum vulgarem modum intelligendi eorum qui fundant huiusmodi capellanias, per residentiam intelligitur personalis: nam & communis conclusio Doctorum habet beneficia omnia iure communi requirere residentiam personalem; quia requirunt residentiam, vel deseruientiam, vt colligitur ex cap. [conquerente.] [e]

3 Quòd si in fundatione aliarum non sit vlla clausula, quæ hoc sonet, nõ posset argui de consuetudine illarum ad hanc: sed arbitror non defuturum verbum: [resideat, inter sit, cantet, vel seruiat,] vel aliud simile, quod tantum importat, quantum verbum. [resideat,] & ita consuetudo illarum satis potest extendi ad hanc. [f]

4 Sexto, quod pro domini consulẽtis defensione possent adduci ea, quæ tradit Felynus, [g] dum concludit, Episcopũ posse consensu patroni dispensare pro vna vel altera vice super qualitate ad tenendum beneficium requisita: quia in facto proponitur dominum consulentẽ seruire per alium, probante id Episcopo. & ita sufficeret, vt Episcopus dispensaret ob causas propositas super huiusmodi seruitio personali pro tempore huius patroni, cum multa concurrant ad id faciendum, & quod sic augetur cultus Dei: & Episcopus ex rationabili causa de consensu patroni potest alterare aliqua, per tradita à Felyno, & citatis ab eo. [h] Salua, &c.

a *In repetitio. c. extirpãdę, §. qui vero, de præben.*
b *In c. cum omnes, de constit.*
c *ea. dudũ, 2. de electio. cũ similib.*
d *l. Papinianus. ff. de minor.*
e *De cleric. non resid.*
f *Arg. d. c. dudũ, & c. cõstitutus, de appella. cũ similib.*
g *in c. ad audientiam, de rescript. nu. 18.*
h *vbi supra.*

SVMMARIVM.

Distributiones quotidianas ẽt absens capiat canonicus, uel ut non subdiaconus uocem habeat, Capitulum concedere nõ potest. 1

CONSILIVM VII.

AN canonici præsentes possint absenti dare facultatem percipiẽdi distributiones quotidianas?

1 Respondeo quod non. Tum quia consensu & pactione priuata nõ potest iuri publico præiudicari. [i] Tum quia remissio distributionem quotidianarum non prodest post Concilium Trident. vt tradimus in Enchirid. de ora. [k] Tum quia idem Concilium, [l] statuit, quod cantus subdiaconatu, careat voce, etiam si alij canonici ei eam permittant.

i *l. sicut pactis. ff. de pact.*
k *c. 21. de ref. 59. & Mascard. 56. nu. 5. & seq.*
l *Sess. 22. c. 4. de ref.*

SVMMARIVM.

Residere, seu obligationi de residendo in collegiata, seu canonicatu, satisfacere censetur is qui ex mandato sui Capituli pro negocijs suæ ecclesiæ seu Capituli abest. Idem dicitur de monacho, qui de licentia sui Abbatis, ob vtilitatem etiam mediatam monasterij abest nu. 2. etiam ad effectum complendi annum nouitiatus, qui debet fieri in monasterio, nu. 3. vere tamen non residet. nu. 6. 1

Absentes vtilitate suarum Ecclesiarum non censentur contrauenire iuramento de residendo, quia censentur residere etiam quo ad effectus lucrandi fructus: immo modo illis suffragatur consuetudo etiam ad effectum lucrandi distributiones. nume. 4. 2

Consuetudo rationabilis optima interpres, immo si sit legitimè præscripta, tollit legem humanam. 5

Fictionem contrariam ueritati denotãt hæc verba, censeri, videri, credi, & similia. 6

CONSILIVM VIII.

AN canonicus, vel dignitas, vel alius beneficiarius Capituli, vel collegij sæcularis, vel regularis, residendo Romæ de mandato sui Capituli, vel collegij, pro causis vel negotijs Ecclesiæ suæ agendis, vel gerendis, censeatur satisfacere obligationi, quam habet residendi in sua Ecclesia secundum iura cõmunia antiqua, & noua Tridentini Cõcilij, & an verè residere dicitur?

1 Ad quæstionem propositam respondetur primò, quòd habens dignitatem, vel canonicatum in aliqua Ecclesia cathedrali; vel collegiata, residendo in Romana Curia de mandato sui Capituli, vel collegij pro causis vel negotijs Ecclesiæ suæ agendis vel gerendis, censetur satisfacere obligationi, quam habet residendi in sua ecclesia secundum iura antiqua, & noua Trid. p c. [ex parte.] [a] quatenus habet, eum qui habet præposituram alicuius Ecclesiæ, & quãdo fuit illa ei collata iurauit residere in ea, censeri satisfacere suo iuramento de residendo in ea, si abest agendo, & procurando negotia Ecclesiæ suæ.

2 Secundò, quòd Abbas antiquus [b] determinauit, etiam monachum, cuius obligatio ad residendum est maior, quã beneficiariorũ sæcularium, secundum omnes, satisfacere obligationi residendi in suo monasterio residendo extra illud in aliquo loco procurãdo & agẽdo Ecclesiæ suæ causas, & negotia de licentia, & mandato superioris sui, [c] etiam agendo aliqua negotia alicuius principis vel domini temporalis sui monasterij & ordinis amici, ex quo resulta re potest aliqua vtilitas eius saltem intrectè, ac mediatè, vt tradit Innocentius communiter recep. [d]

3 Tertiò, quòd obligatio ad residendum in monasterio ad annum probationis agendum, est prima, aut certè cum primis obligationibus necessaria, vt colligitur cap. [ad Apostolicam.] [e] præsertim post Conc. Trid. quod [f] statuit, vt nullus in vlla religione possit esse verè professus, nisi residerit in ea per annum: attamen qui residerit in monasterio, vel extra de mandato & licentia superioris negotia vtilia ei faciendo, censetur ita residere, vt annum probationis compleat, vt scripsimus pridem in commen. 4. de regul. [g] quod ante nos asseruit Syluester. [h]

4 Quartò, quòd idem probat capit. [cùm non deceat,] [i] quatenus statuit, quod canonici absentes ab Ecclesijs suis pro institutione causarum electionum Ecclesiarum suarum debent censeri residere, etiam quo ad quærendos fructus temporis, quo eunt, manent, & redeunt absentes ad suas Ecclesias, ea ratione, quod pro vtilitate illarum absunt. Ergo absentes ob utilitatem Ecclesiarum suarum censentur residere.

Quintò, quòd valet consuetudo, vt huiusmodi absentes pro vtilitate suarum Ecclesiarum censeantur residere, etiam quo ad quærendas distributiones secundum Archidiaconum communiter receptum. [k]

5 Sextò, quòd consuetudo, præsertim generalis & rationabilis, est optima legum interpres, [l] immo si legitimè præscripta sit, legem humanã etiam rationabilem perimit, & tollit, [m] at consuetudo generalis habet, vt canonici absentes pro vtilitate Ecclesiæ, censeantur esse residentes: tum per alias rationes, tũ quod fidelius, & vtilius geruntur negotia per eos, quos ea tangunt, & quibus ex eis utilitas uel dãnum euenit, quàm per alios extraneos, vt experientia, quę rerum est magistra, [n] demonstrat, & docet, cum videamus naturale vitium esse, negligere nõ solum extranea, sed etiam communia. [o]

6 Septimò respondendo ad vltimam partem quæstionis dico, quod huiusmodi capitulares non possunt dici verè residentes: quia palam est eos non verè residere: quia in præsuppositis in facto dicuntur absentes: & quod id colli-

a *De cler. non resid.*
b *In c. cum illorum, de sent. excõ.*
c *arg. c. monachi. 2. & c. qui vere. 16. q. 1.*
d *In c. cum l. & A. de reuoc.*
e *in c. 1. de cler. non resid.*
f *in sess. 23. de reg. c. 15 de reg. c. lectus, de consuet. & le. minime, ff. de ll. m cap. fi. de consuet.*
g *Super cap. statuimus.*
h *Verb. reli gio. 3. q. 19.*
i *De elect. lib. 6.*
k *c. cum dilectus, de consuet. & le. minime, ff. de ll. m cap. fi. de consuet.*
l *c. cum diuersa, de consuet. & le. minime, ff. de ll. m cap. fi. de consuet.*
m *cap. fi. de consuet.*
n *ca. quamcet, de elect. lib. 6.*
o *l. 2. C. quæ pars.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

colligitur ex illis verbis prædicti c. [ex parte . Cum ex hoc censeri debeat residens.] quoniam verbum [videri ,] & alia similia, qualia sunt verbum [censeri, credi,] & alia, inducunt fictionem, vt ait Bar. communiter recep.[a] multa pro se iura inducendo: pro quo est etiam illa pulchra & vtilis conclusio, quam nos duximus in nostro Man. confes.[b] scilicet, quod lex excommunicans facientem aliquid, non comprehendit regulariter solum consentientem, etiam mandando, consulendo, faciendo, aut auxiliando, antequam fiat, nisi ex eius tenore, vel aliarum legum id expresse aut tacitè colligatur.[c] Salua, &c.

a In l. si is qui pro tē pore. ff. de vsuca. n. 5.
b cap. 27. nu. 51.
c Vt in ca. mulieres §. 1. de sentē. excomm.

SVMMARIVM.

1 *Distributiones per interessentes lucrandæ, possunt quidem assignari aliquibus Horis, & aliquibus non: at quod interessens aliquibus Horis lucretur etiam assignatas alijs Horis, quibus non interest nec consuetudine, tanquam c. 1. de cler. non residen. in 6. & sacro Concilio contraria statui potest.*

2 *Residens vt reputetur is qui per quartam partem cuiuslibet mensis residētiam facit, induci potest.*

CONSILIVM IX.

AN consuetudo, quod quis beneficiariorum interessens certis diuinis officijs lucretur distributiones non solum assignatas pro illis, sed etiam assignatas pro alijs, vel quod interessens vna hebdomada certis officijs lucretur illa, quæ pro illis alia hebdomada dantur interessentibus eis, sit licita, vel potius contraria cap. 1.[d] & [e] Conc. Trid.[f] illud innouanti.

d De cler. non residē. lib. 6.
e cap 12. sess. 24.
f De refor.
g De cler. non residē. lib. 6.
h cap. 12. de refor. sess. 24.

1 Respōdeo, quidquid quædam super hoc informatio contineat, me credere prædictam consuetudinem esse contrariam prædicto cap. 1.[g] & consequenter prædicto[h] Concilio Tridentin. quod illud innouauit: nam prædictum cap. 1. habet distributiones quotidianas nō esse lucrifaciendas, neque dādas illis, qui abfuerint, seu non interfuerint officijs pro quibus illæ fuerint institutæ: & per consuetudinem prædictā dantur distributiones quotidianæ constitutæ pro aliquibus officijs; eis qui non interfunt illis, vt palam est, & Dominicus citatus in d. informatione non dicit illud, quod imponitur ei, sed q̄ residens per quartā partem cuiuslibet mensis possit dici residēs, & lucrari fructus beneficij, & nihil dicit de distributionibus: nec glossa[i] dicit illud, q̄ imponitur ei; sed aliud; vide q̄ licet quod possunt assignari distributiones aliquot pro certis horis, nō assignā do pro alijs; quod est verissimum, nec vltra latenus contrarium prædicto c. 1. non aūt ait quod valeat consuetudo, quia interessens vni officio lucretur distributiones assignatas pro illo, & ēt assignatas pro alio, cui non interest. Sed neque Cardinalis neq; Imola, si satis perpendantur, dicunt hoc obseruari in ecclesia Butanien si, pro qua citat informatio ecclesiā Parauiensem, & quia solū sequuntur glossam contra Ludunensem, & Zenelinum, dicentes, quod pōt statui, vt solis surgentibus ad matutinū dentur distributiones; quod est verissimum: non aūt dicunt, q̄ surgentibus, ad matinum solum dētur distributiones pro eis assignatæ, sed etiam assignatæ pro alijs horis, & officijs licet eis non interfint quod longè diuersum esse palam est, & contrarium prædicto cap. 1. Salua, &c.

i clem. 1. vt dicit illud. ff. quæ sint de cler. non resid. g Arg. auth. multo magis. C. de sacrosanct. eccles.

[Aduertendum sacram Cōgregationem vt refertur, censuisse distributiones nō posse assignari aliquibus horis, & aliquibus non, sed omnibus aliquas omnino assignandas.

SVMMARIVM.

1 *Canonicus iniustè in carcere detentus omnia quærit, quæ alij Ecclesiæ seruientes.*

2 *Distributiones infirmis, vel alta necessitate corporali detentis debentur.*

Impeditus à magistratu, excusatur, quod se iudicio non sistit.

Impedimentum omne iustum excusat à distributionum, & multo magis ab aliorū fructuum amissione.

CONSILIVM X.

CAnonicus in carcerem coniectus pro crimine, qui non potuit interesse diuinis officijs, an perdat distributiones

tiones quotidianas, vel saltem fructus certo modo, certis temporibus diuidendo, qui tantum interessentibus diuinis assignantur, si fuerit absolutus, & innocens iudicatus?

1 Respondeo affirmatiuè, quòd præfato canonico in carcere detento debentur omnia illa, quæ quæsiuisset, si vna cum suis canonicis Ecclesiæ præfatæ deseruisset. Primò quidem, quia omnium, quæ iure ei possunt obstare, maximum est c. 1.[a] probatum & innouatum per[b] Concilium Tridentinum: quod tamen illi prodest, quatenus habet canonicum non interessentem debere habere distributiones quotidianas, si non interfuerit eis ob infirmitatem, vel aliā corporalem necessitatem; & detentio, per quam quis detinetur in carcere contra suam voluntatem, est necessitas corporalis; propter quam non potest interesse diuinis, vt ex Archidiacono, Ioanne Andræa & Dominico colligitur. [c] Nec obstat, quod iussu & mandato iudicis fuit detentus; quia per sententiam subsecutam fuit absolutus, & declaratus innocens, vt in casu proponitur.

2 Secundò, q̄ detentus à magistratu vel iudice, excusatur, si non se sistit die quo se sistere promisit, iuxta l. 2.[d] vbi satis fundatur id, quod Ioan. Andr. & Dominicus[e] dicunt, scilicet omne impedimentū iustū excusare quem à fructuum & distributionum amissione. Nō obstat dicere, q̄ in casu proposito non solum agitur de veris distributionibus quotidianis, sed etiam de fructibus certo modo certis temporibus diuidendis: quia palam est nō tam facile perdere beneficiarium alios fructus, ac perdit distributiones quotidianas, [f] At distributiones non perdit, vt dictum est, legitimè impeditus; ergo minus perdet præfatus canonicus præfatos fructus certis modis, certis temporibus diuidendos. [g] Salua, &c.

a De cler. non residē. lib. 6.
b cap. 2. de refor. sess. 24.
c d. ca. 1. §. de cler. nō resid.
d §. fi. ff. si quis cautio. e in d. c. 1. de cler. nō resid. f ca. ad audientiam c. de cætero. de cler. non residē. cap. licet, de præbend. cum eis adnot. g Arg. auth. multo magis. C. de sacrosanct. eccles.

SVMMARIVM.

1 *Distributiones quotidianæ, & alia quæ instar earum non nisi interessentibus dantur, debentur impeditè carceratis, & nu. 7. etiamsi captura ex parte iudicis sit iusta, nu. 2. et adsint indicia ad torquendū nu. 2. Item & omni corporali necessitate impeditis, restitui illæ inquam, quas antea erat solutus percipere, num. 3. 6. & 7. Item & illi qui non potest sine læsione corporali seruitio adesse, num. 5. Item & in exilium iniustè misso, nu. 7. Item & illi qui probabiliter timet sibi vim inferendam, vel vi detinetur, numero 4. & qui sine notabili corporis incommodo nō potest interesse, nume. 7. Item & iniustè excommunicato, vel suspenso, nu. 6. et 7. & demum ob omne aliud iustum impedimentum præpedito quo minus interfit num. 5.*

Absentiæ suæ causam qui dedit, illam in sui fauorem non potest allegare, & hoc quando illam sic affectauit, nu. 9. aliàs non semper prohibetur. nu. 8. 2

Carceratio, ac etiam tortura potest esse iusta ex parte iudicis, absque eo quod captura, & tortura ipsi capto & torto ad incurrendam altam pœnam imputetur culpam, & num. 3. 9

Consuetudo statuens ne infirmo, & aliàs impotenti adesse seruitio dentur distributiones, est irrationabilis contraria iuri diuino, naturali, & humano. 10

CONSILIVM XI.

QVidam præpositus cuiusdam Ecclesiæ cathedralis fuit captus propter suspicionem cuiusdam homicidij; & tortus ob indicia, sed tandem absolutus, & iudicatus innocens.

Quæritur an debeantur ei fructus eiusdem Ecclesiæ, qui distribuuntur inter solos canonicos præsentes, & diuinis officijs interessentes.

1 Respondeo, primò, pro parte negante facere in primis quod qui non seruit altari, non debet viuere de illo,[h] quod desumitur argumento à contrario sensu ex illo 2.[i] [Qui de altari seruit, de altari viuere debet.] relato in cap. [cum sec undum.][k]

h Ca. 2. 13. q. 1.
i 2. ad Cor. 9.
k de præb.

Secundo, quod distributiones quotidianæ, & alia, quæ instar earum solis in[l] tere ssentibus diuinis officijs distribuuntur, non debētur absentibus, nec præsentibus eis non interessentibus,[l] & adeo vt consuetudo contraria nihil valeat, per Concilium Tridentinum.[m]

l c. de cætedianæ, & alia, quæ instar earum solis in ro. de cler. nō resid. cū notatis ē ab omnib.
m Sess. 24.

2 Tertio, quod qui est causa sue absentiæ, non videtur posse illam in suum fauorem

c. 12. de reform.

uorem

Universidad de Deusto
Biblioteca

a l. sed & qui dat. a opera. ff. ex quib. caus. maio. l. ma ritus. cum gl. & communi, ff. de quæst.

uorem allegare,[a] & præfatus præpositus videtur fuisse causa absentiæ, quippe qui dedit tam grandia criminis indicia, vt bis vel ter fuerit tortus ob illa: quod probationem induxissent. Quartò, q̃ consuetudo Ecclesiæ prædictæ dicitur habere, vt nemo etiam iusta de causa absens debeat habere fructus eius, vel eorum partem: & consuetudo præscripta seruanda est.[b]

b Cap. fi. de consuetud.

3 His tamen nõ obstantibus pars affirmans proculdubio est seruanda, nẽpe quod præfato præposito debeant reddi & restitui fructus, & distributiones, quę lucrabatur antequam caperetur, & lucratus fuisset si captus non fuisset.

c de consti. cum sibi cõ cordantib.

Primo quidem, quod iuxta c.2.[c] rẽ, quæ culpa caret, in damnum vocari nõ conuenit: & præfatus D. præpositus caruit culpa in non interessendo diuinis: quia nõ potuit, etiamsi maximè voluisset: & nemo obligatur ad impossibile.[d]

d ca. nemo. cũ suis con cord. de re gul. iur. li. 6. in d. c. 1. de cler. non resi. lib. 6.

Tum quod tex.[e] habet quod corporalis necessitas efficit, vt non solum fructus, quos appellant glossæ, sed ẽt distributiones quotidianas percipiat absens. At detẽtio in carcere publico necessitatem inducebat corporalem, vt à diuinis officijs abesset, vt palam est: & vis illata excusat quẽ à faciendo illud, quod alio-

e de elec. et c. quoniam.

quin facere teneretur, e. [cum Vinton.[f] per quod gl. eius,[g] dixit factum contra

f §. 1. 28. *dr.*

aliquem vi detentum debere retractari, quin etiam vis nõdum illata, sed probabiliter præuisa excusat.[h]

g In verb. vi.

h cap. bona. 1. de elect.

5 Tum quia Dominicus,[i] per præfatum c. [quoniam. [determinat in specie

i In d. c. 1. de cler. non resi. li. 6.

quod qui vi detinetur, ne vadat ad diuina, debet habere distributiones quotidianas, quæ ob illa dãtur. quin & Archidiaconus & ipse Dominicus, & vterque

qui vero.

k in d. c. 1.

Philip. & Franc. & Probus, tenent[k] per corporalem necessitatem (ob quam contextu prædicti cap. habet distributiones quotidianas in absentia quæri) intelligendum esse etiam omne aliud iustum impedimentum, propter quod non põt clericus ad diuina, imò etiam si posset ire modo non posset sine læsione corporis, puta quia est sanguine minutus, vel accepit potionem aliquam medicinalem; & Philippus Probus, cui nemo contradicit, ibid. in specie affirmat, cõ-

iectum in carcerem sine culpa lucrari distributiones quotidianas in absentia, quas antea lucrabatur.

6 Nec quidquam obstat Felynus, quę ipse ait dicere contrarium,[l] quia non loquitur de coniecto in carcerem iniustè, sed de excommunicato, vel suspenso in iustè, dicens, q̃ potest recuperare post absolutionem omnia, quæ perdidit per illam excommunicationem, vel suspensionem iniustam: & eadem ratio est de iniustè cõiecto in carcerem, imò maior, Tum quia excommunicatus potest adire iuste vel iniustè diuina, coniectus autem in carcerem & custoditus nullatenus, excommunicatus excluſus est ab omni participatione diuinorum, nõ autem coniectus in carcerem: ita plus abest ille à diuinis, quàm hic.

l in c. cum quitur de iniust. & in c. fi. & in c. Apostolica.

7 Tum quia etiam expulsus, uel exul factus iniustè à ciuitate, lucratur distributiones; quas antea lucrabatur, vt latè determinat Calderinus,[m] quem sequitur Fel.[n] ea potissimum ratione, quod de præsenti nullum est iustius impedimentum, quã in d. c. cũ facti, per quod non põt quis facere etiã oẽi. iusto de facto, quod ei iubetur,[o] quæ ratio in fine tantum, imò magis militat in coniecto in carcerem, quàm in expulso, & exule: in quo facto, quoniã hic potest adire Ecclesia cum periculo pœnæ, ille aũt nullatenus. Tum quia est casus ferè formalis huic nostro proposito in c. super causa. 2. q. 4. per quod glossa recepta, p̃ dixit excommunicato iniustè reddenda esse post ab solutionem omnia, quę ob id perdidit: est inquam fere formalis: in eo fuit accusatus quidam presbyter Gillardus de morte Episcopi, sicut hic præpositus de morte cuiusdam canonici; & credendũ est fuisse in carcerem coniectum ob aliqua indicia, sicut hic præpositus: vnde si eũ inuento sine culpa restituuntur oĩa, quæ ob id perdidit, ita & huic sunt restituenda. Tum quia irrefragabiliter deciditur hæc pars syllogismo illo supra tractato, nẽpe: Oĩs necessitas corporalis, non solum quæ reddit impossibilẽ aditum ad diuina, sed etiam quæ reddit incõmodum notabiliter corpori, efficit vt absenti reddãtur distributiones quotidianæ. 9 At coniectio alicuius in carcerem, & custodia, ne ab eo exeat, inducit c. 1. de cler. necessitatem corporalem, quæ impedit

m Consil. 17. n quem sequitur Fel. o Arg. c. cũ dilectus, de rest. spol. p in c. pen. Apostolica. q Supra d. c. 2. r De cler. non resid. lib. 6.

aditum

aditum ad diuina, & non solum talem, quia sine incommodo notabili non potest adiri, sed etiam talem, quæ reddit aditum impossibilẽ, ergo prædicto præposito coniecto in carcerem iniuste, & custodito debẽt reddi prædicti fructus, & distributiones quotidianæ.

8 Ad primum oppositorum respondetur concedendo, quod regulariter, qui non seruit altari, non debet de illo viure, sed quod fallit in eo, qui propter necessitatẽ definit seruire, per præfatum cap. 1.[a] ob qualem prædictus præpositus non seruiuit.

a de cler. nõ resid. lib. 6.

Ad secundum respondetur eodem modo quo ad primum, scilicet assumptum in eo procedere regulariter, sed fallere in eo qui ob corporalem necessitatem obest.

9 Ad tertium respondetur primo negando assumptum, q̃n absentium siue inquisitorũ bona pars voluntariè abest, & voluntas est causa suæ absentiæ, attamen non possunt allegare in suum fauorem suam absentiam, quæ excusat,[b] & negãdo quod prædictus præpositus dedit causam suæ capturæ, quia per solam definitionem constat eum fuisse captum pro delicto & culpa, quæ non admisit, q̃n non solum simpliciter & plenè absolutus est à crimine obiecto, sed ẽt plenè restitutus ad pristinum statum, pristinã famam, & ad omnia alia. Nec obstat, q̃ præcesserũt aliqua, ob quæ fuit captus. Tum, quia licet indicia sufficientia efficiant capturam iustam quo ad hoc vt iudex capiens excusetur à delicto & culpa malè capiendi, non tñ efficiunt, vt sit iusta quo ad captum. Tum quia alioqui nemo ferè diceretur captus in fustè, cũ nemo ferè capiatur sine aliquibus indicijs excusantibus iudicem à delicto malè capiendi. Tum quia etiam in casu ca. [super causa.][c] præcesserunt aliqua, ob quæ fuit captus ille Gillardus, & tamen non probata culpa fuit reputatus iniustè accusatus, & captus, & fuerunt ei restituta eã, quæ ob id ademptа erant, vt prædictum est. Secũdo: quod l. [sed qui data opera.] loquitur de illo, qui procurauit & affectauit suam absentiã, quod præfatus præpositus non fecit.

b l. absentẽ. ff. de pœn.

c 2. q. 4.

10 Ad quartũ respondetur negando esse in prædicta Ecclesia nullam cõsuetudinem validam, quæ habeat nullo casu esse absenti dandum aliquid de fructibus eius. Tum quia nõ probatur nec constat de illa, & de non existentibus & non parentibus idem est iudicandum.[d] Tum quia esset irrationalis contra iura naturalia, diuina, & humana, quæ dictãt neminem sine culpa damno subijciendum,[e] infirmumque & impotentem ad efficiendum aliquid, excusandum esse à damno propter omissionem illius incurrendo,[f] [Afflicto non esse dandam afflictionem,[g] operarium dignum esse mercede sua,[h] & ita canonicum absentẽ pro vtilitate Ecclesiæ de mandato eius non debere priuari fructibus, & emolumentis, seu canonicatu, imò iustis stipendijs esse donandum, vt probat prædictum c. 1.[i] cum eis adnotatis. Salua, &c.

d d. l. duo sũt. e c. 2. de cõsti. f Toto tit. de cle. agro tan. i decr. & lib. 6. g c. cũ pe cessio. 7. q. 1. i De cle. nõ resid. lib. 6.

SVMMARIVM.

Legens viginti annis in studijs, etsi acquirat titulum comitatus, non tamen reperitur cautum, quod non legendo post ex lucrifaciat salariũ, sicut nec quod dicto tempore residẽs in canonicatu acquirat priuilegium acquirendi distributiones, etiam quod postea non resideat: immo si adesset talis consuetudo alicubi, ea fuisset sublata per Concil. Trid. 2.

CONSILIVM XII.

AN iure communi canonicus, qui 40. annis inseruiuit Ecclesiæ, sit immunis ab interessendo diuinis, & nõ interessendo lucretur fructus, & distributiones quotidianas?

1 Respõdeo, quod non est vllus canõ, qui hoc statuat, nec vlla lex Romana, & l. 1.[k] quæ ad hoc solet allegari, nihil p̃bat, quia aliud est adipisci dignitatem comitatus legendo p̃ 20. annos, & aliud q̃ proponimus de canonico, & à diuersis nõ fit illatio, & aliud est lucrifacere salariũ non legendo, quod nõ dicit illa lex. & dicere debebat ad cõcludendum per eam, q̃ canonicus non interessendo possit lucrifacere distributiones, &c.

k ca. de prob. l. 1. fessorib. qui in vrbe Cõstantinop.

2 Accedit præterea, quod canonicatus exigit residentiam personalem post Conc. Trid. non obstante qualibet consuetudine, vt patet ex sess. 24.[l]

l De refor. ca. 12. §. præterea.

SVMMARIVM.

1 *Anniuersaria & eisdem alia similia emolumenta non videntur comprehendi sub fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, emolumentis canonicatuum, nec sub distributionibus quotidianis, nu. 2. & multo minus, si percipiantur ob opera extra Ecclesiam exhibita. nu. 3.*

CONSILIVM XIII.

PRæsuppositа Bullæ clausula in fauorem cõsulentis, quæritur, an exceptis grossa, & distributionibus quotidianis horis lucrifieri solitis, aliæ distributiones in d. bulla contineantur, quæ solùm lucrifiunt ratione operæ personæ lis, vt sunt anniuersaria, manualia Missarum, & eleemosynarum quæ sunt vltima genera fructuum contenta in memoriali. Quæ autem mihi in præsenti occurrunt, sunt hæc quæ omnia D. tuæ remittimus.

a 224. b Cõs. 116. c i c. ad aures. nu. 14. de rescript. d fol. 119. e in antiq. 33. decisiõ. de iud. f Rub. Quo tẽpore. vbi supr. verbo distributiones quotidianæ in fine, & medio. g De actio. §. triplicitero. nu. 22. & §. ex male ficij. nu. 37. h Et §. seq. nu. 7. 8. i Verbo certis. clem. vt hi qui. de ætate. k Verbo canonicas. cle. graui. de cele brer. Missarum. l vbi supra. m in addit. ad Bald. in l. 1. C. de interdict.

1 Videtur quod supradicta non comprehendantur in prima clausula, videlicet [fructus, reditus, prouentus, iura, emolumenta, canonicatus,] iuxta decisio. in terminis Boerij, [a] qui pro vtraque parte hanc quæstionem ventilauit, Oldrad. [b] Felyn. [c] vbi Ioann. Andræ. eleganter, ibi, [pro mortuarijs. Staphil.] [d] Rota. [e]

2 Videtur etiam, quod in secũda clausula non comprehendantur, videlicet, [distributionum quotidianarum solitarum lucrifieri.] Nam illa de quibus dubium est, non sunt distributiones quotidianæ, imò re & natura differunt, licet, hæc æquiparẽtur per gl. Prag. sanct. [f] Et licet in pœnalibus ex identitate rationis secundum aliquos fiat in hoc casu extensio vt ibi dicit glossa Pragmaticæ sanctionis, tamen hoc nullo modo habebit locum in personæ priuilegio, iuxta Iasonem, [g] cũ additionibus ad Iasonẽ, [h] maxime quod potest quis interesse Horis, & non anniuersario. Id probant etiãi lla verba bullæ, [horis nocturnis, & diurnis,] quia horæ sunt septem, & Missa non est de Horis, iuxta [i] gl. & aliã glo. [k] & glo. Prag. sanct. [l] quæ est singularis secundum Barba. [m] Et constitutio pœnalis loquens de Horis non habet locum in Missa, & ideo in alijs bullis dicitur, & [alijs diuinis officijs, & alias quascunque distributiones,] quod hic non dicitur factum. Etiã illa verba bullæ, [per canonicos cõtinuè residentes.] ponderа verbum, [residentes.] Nam per hoc verbum solum videtur reseruatum esse ius residentiæ, & non quod interessentibus datur, nam residere & interesse differunt, vt ait Abbas, [n] glo. 9. o decis. Casladori vnica. [p]

3 Et præsertim non comprehenditur ibi anniuersaria extra Ecclesiam, in castello vrbis per omnes beneficiatos & parochos etiam oppidi luerari solita, & extra.] & supplicatio dicit, extra illum, & non dicit Extra Ecclesiam, alioquin diceret, [in Ecclesia, & extra,] veluti si quis dicat, Dono tibi libros, quos habeo in Musæo domus meæ, & extra; non quidem videtur donare libros extra domum existentes, sed in domo tantum, licet sint in Musæo; aut extra Musæum. Et annexa, quia sunt accidentaliã, & etiam capellaniæ minimè comprehenduntur, quia nec sunt grossa nec distributiones quotidianæ.

Visis, ac lectis supradictis, dico, q̃ prędicta resolutio, videtur in disputando problematica, quia fundamenta pro ea deducta sunt fortia; & non sunt omnino infirma, quæ pro contraria parte adduci possunt fundata in identitate rationis distributionum quotidianarum, & anniuersariorum, ac aliorum in dubio propositorum, & de quibus decis. Boerij determinat, per prędicta.

[Etsi ex hoc imperfecto responso Nauarri, & præcedentibus allegationibus adeo mẽdosis & imperfectis vt nec post nónullas correctiones possint intelligi, nihil certi habeamus, attñ quia materia ipsa cõfessarijs solet esse satis incognita, ideo fuerũt edita, vt eueniẽte casu habeãt loca ad q̃ possint recurrere.

SVMMARIVM.

1 *Litis sui beneficij prosequendæ occasio iusta præbet causam non residendi, & fructus percipiendi, modo credat iustam esse litem. nu. 3. licentia item est necessaria, & quam põt facere suus prælatus, et multo magis Papa nu. 2. immo & scientia Papæ consentientis videtur sufficere, numero 2. 3.*

CONSILIVM XIV.

QVidam cantor & canonicus Ecclesiæ cathedralis litigat super quibusdam magnæ importantiæ iurib. suæ cantoriæ Romæ coram dominis Rotę in statu appellationis secũdę.

Quæritur primo, an iustam causam habeat manendi extra residentiam.

Secundo, an licitè possit petere a Papa vt liceat ei accipere fructus dignitatis & canonicatus.

1 Ad has quæstiones respondeo primò, q̃ beneficiarius obligatus ad residentiam in beneficio excusatur à residentia, & lucratur fructus in absentia, si eã faciat ex honesta cã, & de licentia superioris sui vt est casus in c. [relatũ.] [a]

Secundo, q̃ videtur causa iusta & honesta iustæ absentię prosecutio litis super iurib. sui beneficij, casus est in cap. [ex parte.] [b]

2 Tertio, q̃ ad hoc sufficit licentia sui prælati, & à fortiori licentia ipsiusmet Papæ per prędicta iura, & per c. [ad audientiam.] [c]

3 Quarto, quòd ex his sequitur, præfatum D. consulentem, qui prosequutus bona fide credens se bonam litem fouere, & eam prosequens bona fide, sciente & consentiente Sum. Pont. rectè prosequi eam, & præfatos fructus eius percipere posse, in gloriam Dei, qui nos omnes saluet, Amen.

a De cle. nõ resid. b Ead. ratt. c De cle. nõ resid.

SVMMARIVM.

1 *Parochus etiam post Concilium potest de licentia sui ordinarij ex iusta causa puta vt sit vicarius generalis alterius Episcopi etiam ad multum tempus abesse.*

2 *Licentia puta, non residendi, semel etiam ante Concilium concessa durat, etiam post mortẽ concedentis, donec reuocetur.*

CONSILIVM XV.

AN parochus, qui ex iusta causa habuit licentiam scriptam ab Episcopo suo ante Concilium Tridenti-

num; absentandi se ab Ecclesia sua parochiali ad exercendum munus vicariatus generalis, siue pro episcopi alterius Episcopi, & post Concilium prædictum non obtinuit nouam licentiam se absentandi; teneatur restituere fructus ex ea perceptos.

1 Respondeo, q̃ non. Tum quia ante & post Concilium ex iusta causa potest abesse parochus à sua ecclesia, etiam ad multum tempus, vt facilè colligitur ex Conc. Trid. adiuncto c. [relatum.] [e] Tum quia illi parochi, qui ante Conc. Trid. causa studiorum habebant licentiam à suis Episcopis non residendi in suis Ecclesijs iux. cap. [cum ex eo,] [f] non tenebantur post Concilium confirmatum, nouas licentias petere.

2 Tum deniq; q̃ prędictum c. primũ nulla sui parte tollit licentias ante datas, neq; obligat ad innouandas eas, neque eis derogat, vt ex eius tenore patet: & licentia semel data durat, donec reuocetur, etiam post mortem concedentis, arg. c. [si super gratia,] [g] & gl. communiter recepta. [h] Salua, &c.

[Aduertendum, sacram Congregationem vt refertur cẽsuisse ordinarium non posse dare licentiam obtinenti curatum, vt absit, ad hoc, vt alterius Episcopi sit vicarius generalis: & sic vidi licentiam peti à Sede Apostolica.]

d c. 1. de resid. e De cle. nõ resid. f De elect. lib. 6. g De off. de leg. lib. 6. h In d. c. ticet.

SVMMARIVM.

1 *Curatum beneficium absoluto animo ei nõ inseruiendi sed permutandi, vel retenta pensione resignandi accipiens peccat, secus si accipiat illud animo idem cum legitima licentia, & vt præmittitur, resignandi & interea ei vt tenetur deseruiendi.*

CONSILIVM XVI.

AN possit quis licitè accipere beneficium curatum animo non residendi in eo, sed permutandi ad aliud simplex vel renunciandi reseruata pensione.

1 Respondeo, q̃ non, si absolutè habeat animum non inseruiendi, vt tenetur, quia eiusmodi acceptio esset actus inordinatus, eo q̃ beneficiũ datur pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

[a] *Iuxta ca. fi. de rescri. lib. 6.*

pter officium, [a] & prædicta acceptio ordinatur ad contrarium, & ita est peccatum: quia omnis actus inordinatus est peccatum, vt post S. Thomam nos tradimus in Manua. [b]

[b] *Prælu. 7. nu. 4.*

2 Secundo, q̃ non peccaret accipiendo huiusmodi beneficiũ eo animo, quo proponat seruire illi tẽpore magno vel paruo, quo ipsum tenuerit, eo modo, quo obligatur seruire illi, puta recitando horas canonicas, & residendo, & alia necessaria faciendo, donec illi renunciauerit cum auctoritate iusta superioris ad permutandum illud cum alio, vel ad relinquendum iustè reseruata sibi aliqua iusta pẽsione, quia nulla est in hoc casu cuiuspiam actus inordinatio à iure reprobata, etiam si proponat non tenere illud nisi vno tantum die, modo intendat facere illo die id qđ fuerit obligatus illius ratione, nec velit relinquere sine superioris auctoritate, sine qua nemo potest suum beneficium iustè renunciare. [c] Salua, &c.

[c] *C. admonet, & cap. quod in dn. bijs. de ren.*

[Aduertendum, Romæ exigi iuramentum à petente similia beneficia, q̃ illud accipit animo non relinquendi: vnde prædicta resolutio non videt adeo firma. Videnda item esset constitutio Pauli IIII. inter cæteras.]

SVMMARIVM.

1 *Beneficium accipiens animo resoluto post aliquod tempus reuertendi ad statum secularem peccat, immunis autem à peccato est, qui beneficium requirens residentiam accipit animo adimplendi ea ad quę tenetur, obtinendique ob studium dispensationem à residendo, vt sic interim ex fructibus in studijs se alat, & postea resignandi, & sibi in ipsomet statu clericali meliorem conditionem quærendi.*

CONSILIVM XVII.

OBtinuit quis beneficium requirẽs residentiam, intentione, vt de illius fructibus sibi prouideat in studio, donec assumat gradum, & postea eo assumpto, dictum beneficium resignet, & clericaliter viuendo sibi meliorem conditionem acquirat petijt ab Episcopo licentiam, vt causa studiorũ abesse possit, & obtinuit. Quæritur an tuta conscientia possit hoc facere.

1 Ad hanc quæstionem colligitur solutio ex his, quæ scripsi in miscell. de oratio. [d] & locis allegatis in eo, nempe q̃ prædictus, de quo quæritur, peccat, si animo absoluto mutandi statum id faciat, non tamen si animo dubio, & conditionali perseuerandi in clericatu, nisi aliqua melior conditio mutandi statum sibi sese offerat arbitrio boni viri pensata circunstantijs suæ personæ, & alijs: modo, vt ibi dicit, eo fit animo, vt omnia, quæ beneficium requirit de præcepto, ꝑ stet, donec illud retinuerit, & non facit iniuriã alicui, qui suo iure vtitur. [e]

[d] *Misc. 44.*

[e] *C. cũ ecclesia. Vlte. de cler. coniug. l. miuã §. 2. ff. de minor. vig. l. illud. §. 1. ff. de hæred. pet.*

SVMMARIVM.

Canonico, quem ordinarius non vrget, & sine damno suæ ecclesiæ de licentia Vicarij Vrbis abesse, & ordinum susceptionem differre potest, tuta tam tutam præbere potest modicitas redituum, qui etsi alijs, ipsi tamen non sufficiunt.

CONSILIVM XVIII.

NObilis quidam, sed pauper, obtinuit canonicatum in quadam cathedrali, cuius fructus, qui in quotidianis distributionibus consistunt, non sufficiunt eidem, vt secundum decentiam suæ nobilitatis viuat licet sufficerent alteri ignobiliori: vnde differt ad residẽtiam accedere, ac etiam se promouere facere ad sacros ordines, ad hoc vt minori cum indecentia alicui prælato inseruiat, donec ampliores acquirat reditus sufficientes, vt secundum suæ nobilitatis gradum decenter in patria, vbi & situm est beneficium, viuere possit. Ordinarius loci non vrget, cum ecclesia damnum notabile non patiatur, habet enim plures canonicos residentes, qui sufficienter in eadem deseruiunt. Accedit huc, q̃ habet licentiam manendi in Vrbe à Vicario Papæ, nam cum ab ipso fuisset admonitus vt ad residentiam se cõferret, postea exiguitate intellecta canonicatus, nobilitate, & paupertate diuersi oratoris, cõsensit vt i Vrbe maneret vsq; dũ aliud sibi fieret mãdatũ de resid.

Dubitatur, an sit tutus in conscientia; modo bona fide quærat sibi acquirere sufficientes reditus, & simul ac eos obtinebit, ad residentiam ire statuat.

1 Multa possent circa has particulares propositiones adduci, & quidem tot; vt ex eis iustus libellus conficeretur: sed quia id non videtur expedire D. consulenti, videtur respondendum, quod ex omnibus circunstantijs in casus propositione narratis simul coniunctis, videtur colligi ipsum posse suam residentiam & promotionem differre tandiu, quandiu eum Illustrissimus Vicarius S. D. N. ob prædictas causas ex certa scientia permiserit, per ea quæ nos tetigimus in Manua. confess. [a] post vtrunque Tho. [b] Salua, &c.

[a] *Prælu. 9. n. 14. & c. 23. nu. 42.*

[b] *22. q. 147. art. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Votum omne licitum obligat, nisi iustè relaxetur, num. 10.*
1 *Regularis vbi professus, ibi perpetuo seruire promittit: retinens tamen cum iusta dispensatione beneficium requirens residentiam, in eo residebit, nu. 10. & 13.*
2 *Status religiosi, vt talis, altior statu rectoris parochialis, & nu. 11.*
3 *Minus cedere maiori conuenit, & nume. 7. & 12.*
4 *Parochus potest parochialem, dimittere, & religionem profiteri.*
5 *Canonici regularis officium præstat parochi officio, ac etiam monachi vt talis.*
6 *Parochus religionem professus in ea manere debet, & non in parochiali, nisi cum eo dispensetur, & illam retineat, nu. 13.*
7 *Monachus parochum præcellit in statu, & in officio, quod est contemplandi.*
7 *Obligatus ad duo, si non potest vtrunque, præstet maius.*
8 *Regularis beneficium residentiam requirens canonice adeptus in eo residere tenetur & non in monasterio, imò ab eo potest iuste expelli, nu. 14.*
9 *Parochialem quisquis iustè habet in ea resideat.*
9 *Regularis habens in titulum parochialem Ecclesiam Episcopo subiectam, ei prære tenetur, & non suo prælato, & n. 12.*
11 *Regularis parochialem adeptus statum retinet regularem, & nu. 12. Idem etiamsi transferatur ad cathedralem, nu. 13.*

CONSILIVM XIX.

QVæstio est, an canonicus regularis canonicè obtinens Ecclesiam parochialem teneatur residere in ea potius, quam in Ecclesia regulari, cuius est canonicus: quę quæstio videtur esse noua & solutu difficilis.

1 Pro parte negatiua facit primo, q̃ omne votum licitum & validum obligat, [c] & qui profitetur regulam canonicorum regularium in aliqua ecclesia regulari, vouet explicitè, vel implicitè se perpetuo ei seruiturum, [d] ergo debet perpetuo in ea residere.

[c] *C. magnę. de voto.*

[d] *Arg. cap. placuit. 1. 16. q. 1.*

2 Secundo, q̃ status religiosi altior est statu rectoris Ecclesię parochialis: quia de hoc transitur ad illum, & non ab illo ad istum, [e] vt latè tradit S. Thomas, [f] at votum obligatur statui religionis, per rectoriam autem non nisi statui sæcularis. [g]

[e] *C. clerici. 19. q. 1. & c. duæ, eadẽ causa. q. 2.*

3 Tertio, quòd minus oportet cedere maiori, [h] sic cedit Latona Phębo, sic lex humana naturali, & diuinæ, [i] & votus à duobus, quorum vtrunque non potest adire, debet adire maiorem, si potest. [k]

[f] *2. 2. q. 148 art. 8.*

[g] *C. solita. de maioritate & ca. duæ. 96. dist.*

4 Quarto, q̃ rector parochialis potest dimittere suam Ecclesiam, & vouere religionem, quo facto tenetur in ea perseuerare, vt late tradit S. Thomas [l] & in casu proposito regularis transiuit ad Ecclesiam secularem: ergo.

[h] *C. quæ cõtra iuncta gl. 8. dist. & c. si dominus 11. q. 3.*

[i] *l. cõtra pupillum. §. is qui ad matrim. ff. de re iudic. ca. cũ parati. de appell. adiũcta glo.*

[k] *Di. art. 8.*

5 Quinto, q̃ officium canonici regularis, quod est contemplandi & manendi in solitudine, est melius, quia pertinet ad vitam contemplatiuam, quàm officium rectoris, quod pertinet ad actiuam, & illud difficilius esse, & maioris meriti, si bene exerceatur, probat S. Thomas vbi supra, qui ad illud Chrysostomi in dialog. lib. 6. de sacerdotib. inter princ. & med. [Si quis mihi proponeret optionẽ vbi mallem placere in officio sacerdotali, an in solitudine monachorum, sine cõparatione eligerem q̃ prius dixi.] & in eodem lib. dicit, [Si quis bene administrato sacerdotio illius propositi, s. monachalis, sudores conferat, tantum inter eos distare reperiet, quantum inter priuatum distat, & Regem:] ad primum argumentum obiectum respondens

spondens in vers. [ad primum, ait, illud intelligendum esse de statu rectoris ad statum monasticum,] quanto magis canonicum, qui implicitè continet clericalem, & consequenter priorem monachali.

6 Sexto, q rector transiens ad monachismum tenetur in eo perseuerare, & non potest redire ad ecclesiam, de qua
a D. c. duæ. transiuit, [a] & constat statum canonicalem esse potiorem monachali, quia hic non requirit clericatum, nec ordinem, [b] ille vero sic, quia regula canonicorum regularium, quæ est Augustini,
b C. sic vi- ue. & c. le- gi. 16. q. 1. vocat regula clericorũ, vt eius titulus, qui est [regula clericorum,] monstrat.
c Vbi sup. 7 Septimo, q S. Thomas [c] conferens rectorem monacho, ait, [rectorem præcelli à monacho primo statu, quia regularis, quem habet monachus, superat sæcularem, quem habet rector:] officio item, quia contemplatio, quam respicit eius status, superat actionem, quã respicit status rectoris, cum sit receptũ vitam contemplatiuam meliorem esse
d Lucæ 10. actiua, per illud. [d] [Optimam partem elegit sibi Maria.] vt resoluit S.
e 2.2.q.188 art. 1. Thomas. [e] At qui tenetur ad duo, si non potest præstare vtrũque debet præstare maius, si potest. [f]
f Dic. l. cõtra pupillũ, §. is qui ad maius tribu nal. ff. de re iudic. & c. cũ parata, de appella. g 18. q. 1. h 2. de priuileg. i 16. q. 1. k 21. q. 2. l §. fane, de statu mona chor. 8 His tamen non obstantibus cõtrarium respondendum videtur. Primò quidem, quod omnis canonicus regularis, & monachus accipiens aliquod beneficium canonicè requirens residentiam, tenetur in eo residere, cap. [g] & c. [cum olim. [h] quæ loquuntur de assumptis ad episcopatũ, & c. [ne pro cuiuslibet.] [i] & c. [si quis iam translatus.] [k] quæ loquuntur de assumptis ad ecclesias parochiales, & clem. [ne in agro.] [l] quæ loquitur de assumpto ad quemlibet prioratum etiam ruralem, & ad quamlibet administratione metiã manualem, vbi expressè statuitur ne monachis habentibus beneficium permittatur manere in monasterio.

9 Secundo, q omnes, qui habent iustè Ecclesiam parochialem, tenentur in
m Ca. quia nonnulli, et c. quia rela- tũ, de cler. non resid. ea residere, non facta differentia inter sæcularem, & regularem. [m] At consulens iustè retinet suam: ergo, &c. Tertio, q regularis institutus perpetuo ad Ecclesiam parochialem subiectam Episcopo adeo tenetur perpetuo residere in illa, quod non tenetur obedire prælato priori, sed solum Episcopo, per glossam singularem receptam. [n]

10 Ad allegata in oppositum respondetur. Ad primum quidem, quod illud dictum, scilicet, quod omne votum licitum obligat, intelligitur nisi iustè relaxetur, [o] & sic regulari, qui iustè habet parochialem per iura communia præ- dicta, soluitur votum residendi in Eccle- sia regulari. Nec obstat, q consulens non est adeptus suam Ecclesiam post professionem. Tum quia satis est, q eã obtineat canonicè & iuste per dispensationem Apostolicam: obligatio enim residendi non nascitur ex eo, q ante vel post fuerit eam adeptus, sed quia illam de præsenti canonicè habet, p prædicta iura. Ad secundum concedimus

11 statum regularem esse potiorem statu rectoris, quatenus est rector, & consequenter non posse canonicum regularẽ mutare statum regularem: sed negamus, q canonicus regularis, retẽto iuo statu regulari, non possit obtinere nouam parochialem, vel retinere obtentam cum legitima dispensatione. [p]

12 Ad tertiũ concedimus minora maioribus debere cedere, & non esse ponenda maiora minoribus, sed negamus consulentem relinquere suum statum regularem pp suam parochialem, nec pp residentiam in ea, quia eam retinet, & in ea residet non relicto statu suo regulari, per quem manet obligatus ad castitatem, paupertatem, & obedientiam, licet hanc non debeat prælato regulari, dum residet in parochiali sæculari, sed Episcopo illius superiori.

13 Ad quartum concedimus, rectorẽ posse transire ad statum regularem, & q transeundo ad illum, perdit Ecclesiam, & tenetur residere in Ecclesia regulari, in qua profitetur, nisi per dispensationẽ legitimam retineat suam Ecclesiam, vt consulens retinet: eo q secundum naturam est, eius sentire onus, cuius consequitur emolumentum. [q] & sic tenetur subire onus in ea residendi inhærés illi per iura supradicta.

Ad quintum concedimus vitam contemplatiuam esse meliorem actiua, & officiũ contemplandi esse melius ex se, quàm regendi animas aliorum; sed negamus quod regularis per transitum ad curam parochialem perdat vitã contẽplatiuã vel officium contẽplandi, quia etiam transiens ad episcopatum nõ perdit illam, neque absoluitur ab obligatione contemplandi, iuxta illud Gregorij
a 2.2. quæs. 182. art. 1. ad 1. in Pastorali relatum à sancto Thoma [a] ibi: [Sit rector actione præcipuus, præcunctis in contemplatione suspensus: quia ad ipsos pertinet non solũ propter se ipsos, sed propter instructionem alio
b Super Exe. ch. homi. 5. rũ contemplari. vnde Gregorius dicit, [b] quod de perfectis viris post contemplationem suam redeuntibus dicit Dauid, [c]
c Psa. 144. Memoriam suauitatis tuæ eructabunt.

Ad sextũ respondetur, eo modo quo ad quartum.

Ad septimum concedimus, vt supra, regularem, quatenus est talis, superare rectorem, quatenus est talis, statu & ẽt officio, & consequenter quod nõ potest relinquere illum ob Ecclesiam obtinẽdam vel retinendam: sed negamus, q retento suo statu, & officio, non possit cũ iusta dispensatione obtinere & retinere eam, & facere in administranda ea quęcunque id requirit, vt prædictum est.

14 Itaq; consulens sanctè potest retinere illam, & in ea residere, nec potest compelli ad residendum in Ecclesia regulari, imò stricto iure posset ab ea omnino expelli, si defuerit dispensatio, per quam defendi posset ab eiusmodi expulsione. Ad quod, quia in casu proposito minime dubitatur, non respondemus. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Absit etsi frequenter canonicus ab Horis tertiæ sextæ, & alijs minoribus, quæ in cathedrali recitantur, vt seruiat parochiali, quam cum dispensatione simul retinet si non percipit distributiones pro illis horis non committit magnum defectum, cum & canonico, & curato liceat per duos menses abesse: nec ob id censetur subreptitius, licet narrauerit Papæ, se vtique commodè posse deseruire, nume. 3.*

2 *Verba dispensationis sunt ciuiliter, & non amare seu morosè interpretanda, nec le uis subreptio vitiat. nu. 3.*

CONSILIVM XX.

QVidam habet ecclesiam parochialem, & canonicatum in Ecclesia cathedrali eiusdem ciuitatis, eo quod Ecclesia parochialis non sufficiebat ei sustentando.

Quæritur primo, an sine dispensatio ne possit vtrunq; beneficium retinere.

Secundo, an dispensatio obtenta cũ expressione, quod poterat vtriq; cõmodè seruire, censeatur subreptitia, si non potest seruire, nisi frequenter deficiens obsequio Ecclesiæ cathedralis.

B AD PRIMAM QVAESTIONEM respõdeo primò, eam satis obscurè propositam esse, cum non possit certò ex ea colligi quibus verbis petita fuit à Papa dispensatio, nec quibus concessa, nec declaratio Illustrissimorum videatur satis clarè resoluta.

1 Secundò, q attento quod D. consulens resedit & residet in vtraque Ecclesia, & quod ad amussim seruit Ecclesiæ parochiali, & defectus, qui videri possunt fieri, fiant circa obsequium Ecclesię cathedralis, & quod nihil accipit pro Hora cui non interest, & quod potest in
C quolibet anno deesse seruitio temporis duorum mensium etiam Ecclesiæ parochialis iuxta cap. [d] & quod habens bene
d De refor. ficium in cathedrali vel collegiali, cui sess. 23. curam animarum etiam extra diœcesim est annexa, habetur pro seruiente in cathedrali, modo seruiat curæ animarum sibi annexæ. [e]
e C. 3. de re for. sess. 22.

2 Et quod deesse tertiæ, sextæ, vel alijs Horis minoribus non est magnus defectus, si nihil percipiatur p illis Horis, nec desinit ob id residere, quamuis non interfit illis, & quod verba etiam dispensationis ciuiliter & non morosè
D sunt accipienda, pensata item D. consulentis deuotione continuata, exemploque bono irradiante: his inquam attentis: & declaratione Illustrissimorum, videtur D. consulens sufficienter seruisse præfatæ parochiali, & præfato canonicatui.

3 AD SECVNDAM respondeo, nullam fuisse subreptionem, quę infice ret bonitatem seruitij consulentis, & si qua interfuisset, eam fuisse leuẽ, & sublatam Illustrissimorũ DD. benigna re-

sponsione, attentis eis quę ad determinandam primam quæstionem attulimus, & ob aliquot alia, quæ non vacat, nec fert valetudo scribere.

SVMMARIVM.

1 *Parochialis in Ecclesia residere, & curam animarum per se exercere nedum iure humano, sed & diuino tenetur illam obtinens, esique alijs incompatibilis, & hoc etiam si ipsi concedatur & illi possit per vicarium temporalem seu capellanum amouibilem deseruire, numero 2. secus si adesset vicarius perpetuus, numero 3. vel cogeretur eidem per vicarium seu capellanum etiam amouibilem deseruire, quia tunc solum haberet curam in habitu, sed non actu, num. 5. & 7. & sic à residentia excusaretur, num. 8.*

1 *Curatum habens beneficium tenetur residere, & per se curam exercere, nisi priuilegio vel immemorabili consuetudine inductum sit, vt per alterum seruire ei necessario teneatur, numero 4. 6. & 7.*

4 *Consuetudine induci potest, quicquid & lege, seu priuilegio conceditur.*

CONSILIVM XXI.

Ecclesiæ parochiali à tempore immemorabili fuit solitum deseruiri non per rectorem, quem pro tempore habuit etiam in minoribus cõstitutum, sed per vicarium siue capellanum ab ipso rectore ad nutum amouibilem deputatum. Quæritur an modernus rector, qui presbyter est, teneatur per seipsum curam exercere, vel possit prædicta consuetudine vti.

1 Quæstio hæc magna est, noua, & digna quam Congregatio Illustrissima dubijs Concilij Tridentini declarandis deputata determinet: quia videtur tã- *a Ca. 16. de reform sess. 25. & c. 18. de reform.* gere declarationem Concilij Tridentini. [a] Cuius censura grauissima sal- quod rector teneatur residere in præfata parochia, facit primo, quòd rector ecclesiæ parochialis non solum *b C. 1. de rector. for. sess. 23.* iure humano, sed & diuino tenetur pa- *Conc. Trid.* scere oues suas doctrina & sacramẽtis. [b]

2 Secundo, quòd facultas exercendi curam per vicarios temporales non facit quod beneficium non dicatur esse curatum & incompatibile, per extra- uagantem [execrabilis.] [c] & in casu *c § quamũ* propositi cura exercetur per vicarium *Ioan. 12.* temporalem, imò per capellanum ad nutum amouibilem, qui videtur minus exonerare rectorem, quam vicarius.

3 Tertio, quòd solus vicarius perpetuus videtur absoluere rectorem ab exercitio curæ. [d] Quarto facit, quod *d Arg. c. ex* in casu proposito rector Ecclesiæ præfatæ est sacerdos, & potest per seipsum curam animarum exercere. Et ita licet, quando per consuetudinem præfatam tam rector solum esset in minoribus ordinibus constitutus, non posset exercere curam animarum per semetipsum, tamen cum præsens rector sit sacerdos, poterit per semetipsum exercere: & ita tenebitur residere, eo quòd causa, quare cum est minoribus tantum initiatus non exercet, nec tenetur exercere, videtur esse, quòd non sit sacerdos: & causa cessante, debet cessare effectus. [e] *e C. cũ infr. de ap pell. l. adhæc.*

4 Pro parte autem negante facit primo, quòd consuetudo potest inducere [f] id quod lege valet induci, [f] limitando ius gentium, & præceptum Decalogi de non capiendo alienum contra voluntatem domini, dati Exod. 20. per l. [venditor.] [g] Secundo, quòd consuetudo temporis immemorabilis æquipollet priuilegio: & quicquid priuilegio induci potest & consuetudine. [h] At priuilegio Papæ induci potest vt aliquis rector ecclesiæ parochialis non teneatur exercere curam per semetipsum, sed tantum per alium immo iam statuit vt id fiat per vicarios perpetuos. *f limitare, § quamuis de iur. gent. l. 1. ff. de leg. l. fi. de leg. g § fi ceſſet com. prædi. h l. hoc iure § ductus de priu. qua quæ. ca. aſti. & c. ſi per quẽdam. § præterea, de verb. ſig.*

5 Agimus autem de rectore, qui tenetur ponere capellanum, qui exerceat curam, & consequenter de rectore, qui habet curam, in habitu, & non in actu.

6 Ad primum respondeo, quòd prædictus rector pascit doctrina & sacramentis per vicarium: & quamuis iure communi teneretur per seipsum pascere, tamen ex priuilegio immemorabilis consuetudinis sufficit, vt per alium pascat.

Ad

Ad secundum respondeo, verum quidem esse, hoc esse beneficium curatum, tamen propter immemorabilem consuetudinem liberatur rector à residentia, si per vicarium præstet omnia quæ per ipsum præstanda erant.

7 Ad tertium concedi potest, quod solo iure communi attento, per solum vicarium perpetuum tollitur à rectore animarum cura actualis, negãdo quod priuilegio & consuetudine illi æquipollente non possit tolli per vicarium temporalem necessariò ponendum: quod in casu proposito contingit.

Ad quartum negandum est, quod causa, ob quam rector lenatur onere exercendi actu coram, sit, quod ille consueuit esse constitutus in minoribus tantum, sed potius quod consuetudo immemorialis obligat eum ad ponendum capellanum, saltem ad nutum amouibilem, qui eam exerceat.

8 Quare salua Illustrissimæ Congregationis præfatæ censura, resoluendum videtur, quod prædictus rector non tenetur exercere curam in prædicta parochia, nec consequenter residere, si nolit, sed tantum tenetur ponere capellanum, qui eam exerceat, ita quòd curam habeat ipse in habitu tantùm, & capellanus in actu, vt videtur habere secundum tenorem antiquæ bullæ sacræ Pœnitentiariæ.

SVMMARIVM.

1 *Pœna apposita ipso iure facto negatiuo puta non residenti, non incurritur, nisi præcedente monitione; sufficit tamen præfixio diei, immo & coram Deo sufficit vera mora seu negligentia, num. 7. & hoc, modo illa, quando de nullius agitur præiudicio sit peccatum mortale, nu. 12.*

2 *Tacitus, & expressi par est virtus, nisi agatur de actu qualificato, vt de licẽtia scripta, quia tunc non sufficit tacita licentia subesseque diuersa ratio. nu. 8.*

3 *Dispensare valens, eo ipso quod facit actũ qui aliàs nõ subsisteret censetur dispẽsare: fallit in inferiore agente aliquid cõtra legem superioris, quia requiritur quod expresse dispenset, vel saltem secundum Butrium, quod præmiserit sufficientem causæ cognitionem, nu. 9.*

4 *Aequitas præferenda est rigori: fallit in aquitate non scripta, quia et præfertur rigor scriptus. Item & rigor scriptus in specie præfertur aquitati scripta in genere, nu. 11.*

5 *Qualificatus actus cum requiritur, puta licentia scripta, non sufficit actus simplex sine illa.*

10

Facultas concessa cum aliqua restrictione, forma, seu qualitate, ei cui antea non cõpetebat, si exerceatur dicta forma, & qualitate non seruata nihil fit.

Culpa quando non est mortalis, nec agitur de interesse tertij, videtur excusari 11 *posse coram Deo a pœna culpæ absolutè annexa.*

CONSILIVM XXII.

PRæsupposita constitutione, quod fructus beneficiariorum residentiũ, & morientium in suis Ecclesijs successori debeantur, non residentium verò sine legitima licentia, & morientium extra suas Ecclesias debeantur Cameræ Apostolicæ: & quod quidam Episcopus grauiter ægrotando sine tali licentia ad Metropolitanum se contulit, in cuius domo post quatuor menses vita functus est, Quæritur, an collector Apostolicus, an successor fructus dicti Episcopi habere debeat.

1 Quod collector Pontificius non debeat habere omnes fructus, qui superfuerunt prædicto Episcopo, facit primo theoria illa Innocentij, [a] scilicet, quod *a in c. extir* pœna posita pro facto negatiuo, quale *pãde, §. qui* est nõ residendi non incurritur, nisi præ *vero, de præ* cedente monitione, & quod prædictus *bend.* Episcopus non fuit monitus, vt residere- tur intra illos septem vel octo menses.

2 Secundo, quod par virtus est taciti, & expressi iuxta l. [cum quid.] [b] in cu- *b ff. de reb.* ius 2. lect. id multis confirmat Iason, & *cred.* cap. 2. [c] & quo ad propositum confirma *c de reseri.* ri potest dicto sancti Thomæ [d] cui con- *d 2. 2. q. 32* cordat vterque Cardinalis, [e] quod re- *e in c. nõ de* gularis potest tenere, vel dare aliquid *catis, 12. q.* de rebus monasterij in eleemosyna, vel aliam causam de licentia tacita superioris, sicut de expressa: & prædictus Episcopus videbatur abesse ab episcopatu de licentia saltem tacita Metropolitani, cum apud eum diuersaretur causa ægri-

ægritudinis, & ab eo officiosè tractaretur: ita quod sit verisimile eum sibi concessurum fuisse licentiam, si petijsset.

3 Tertio, q̃ qui facit aliquem actum contrarium iuri, circa quod potest dispensare, videtur dispensare, etiamsi nõ dicat se id facere.[a] At prædictus Archiepiscopus poterat per licentiam suam facere licitum actum Episcopi manendi in sua domo, & tenuit eum in ea: ergo videtur ei dedisse licentiam in ea manendi.

4 Quarto, quod æquitas præferenda est rigori.[b] At æquitas suadet, vt qui iusta de causa facit aliquid sine facultate scripta, excusetur, ac si faceret de facultate scripta, cum iustitia rei non pẽdeat ex scriptura, sed ex causa.[c]

5 Pro contraria tamen parte facit primo, quod actus factus sine scriptura, in quo lege vel conuentione partium illa debet interuenire, est nullus per l. [contractus.][d] & per multa adducta à glossa magna[e] & Concilium Tridentinum[f] requirit, vt prædicta licentia detur in scriptis, ergo aliter data non valet.

6 Secundo, quod intentio Concilij fuit, vt ideo interueniret scriptura, quo maiore cum iudicio & pensicularius da retur ei licentia, & certum est cum maiore animi deliberatione dari per scripturam,[g] quod ideo statuitur, vt sententiæ de scripti recitatione proferantur; & ita fieri põt quod prædictus Archiepiscopus non dedisset forte prædictam licentiam in scriptis, considerando forsan, quod ægritudo illa èquè poterat curari in ciuitate episcopali, vel aliqua alia illius diœcesis, ac in metropolitana: & ita non est eadem ratio de licentia scripta & non scripta.

7 Tertiò, quod non obstat primum in oppositum citatum. Tum quia ipsemet Innoc. ait illud non procedere quando præfigitur terminus facto negatiuo, vt in casu proposito, allegando ad id l. [magnam.][h] quo aptior textus in c. [licet canon.][i] per quem præfigitur terminus vnius anni accipiendi Ecclesiam parochialem ad se promouendum ad sacerdotium, cum pœna perdendi eam ipso iure, si non fiat intra illum sacerdos, & sic pro facto negatiuo, quæ tamẽ sine vlla præmonitione incurritur. Tum quia Pano.[k] probat illud dictum Inno centij etiam cum non apponitur termi nus, non esse verum quo ad Deum, & in foro interiori, sed solum quo ad præsumptionem & forum exterius.

8 Quarto, quod non obstat 2. oppositum: quia in casu nostro non agitur de expresso, & tacito simpliciter, sed de expresso per scripturam, & tacito, quæ longe differunt per prædicta, per quæ probatur aliam rationem militare in expressione per scripturã in tacita, quam in expressa verbo.

9 Quinto, quod non obstat tertium: quia illud verum est in Principe, vel Monarcha non recognoscente superiorem, secus in inferiore, vt eleganter declarat Panorm.[l] conciliando duo dicta Innocentij; quorum alterum posuit in c. [veniens,][m] & alterum in dicto cap. [diuersis,] adiecta illa ratione diuersitatis, quòd inferior non potest dispensare contra legem superioris; nisi causa cognita, etiam in casibus, in quibus ei conceditur dispẽsandi facultas, iuxta glossam solemnem,[n] etiam sit Legatus, à latere, singulariter dixit Innoc.[o] quem magnificauit Felynus.[p] Princeps autẽ rigor. & Monarcha sine vlla causæ cognitione potest suæ legi derogare, iuxta prædictas ll. [quidam consulebãt, & idem Vlpianus.][q] Cum ergo Archiepiscopus esset inferior Papa, & Concilio, licet haberet facultatem dispensandi, & faciendi licentiam, non tamen videtur fecisse, cum non dixerit se facere, nec ad faciendum causæ cognitionem præmiserit, quod sufficere dixit Antonius.[r]

10 Et quamuis replicari possit contra hoc, quod satis cognouit de causa, cum adeo ægrotum tenuerit in sua domo, quod in ea vitam finiuit, triplicari tamẽ potest, quòd licet cognosceret ægritudinem, tamen potuit ignorare an èquè potuisset curari in sua ciuitate, vel diœcesi, ac in metropolitana: & præterea quòd in hoc casu nõ sufficiebat velle dispensare, & dicere se dispensare, & dare licentiam, sed oportebat eum dare illam in scriptis: & quando datur alicui facultas; quam antea non habebat, cum aliqua qualitate & forma, non valet actus ab eo factus virtute illius potestatis sine illa qualitate & forma, iuxta

ta glossam singularem & receptam,[a] quam putarunt singularem ibi Cardinalis & Panormitanus,[b] vbi Felynus[c] & Iason[d] & alij alibi, & videtur quod prædictus Archiepiscopus non habebat potestatem dandi talem licentiam ante Concilium, & illud dedit illi eam cum modificatione, vt in scriptis faceret: & ita etiamsi expresè fecisset verbo, non potuit illa valere, neque prodesse.

11 Sextò, non obstat etiam quartum: quia quando æquitas non est scripta, & rigor sic, ille est præferendus.[e] Quando item æquitas est scripta in genere, rigor autem in specie, rigor præfertur æquitati, secundum resolutionem communem,[f] quam ponit Iason ibi,[g] & in nostro casu rigor est scriptus in specie, & æquitas nullatenus, vel in genere tantum.

12 Per hæc arbitror iudicem inferiorem teneri ad iudicandum secundum hanc partem posteriorẽ, sed quod forte supremus Monarcha, si palam esset prædicto Episcopo fuisse iustam causam manendi in ciuitate metropolitana illis quatuor mensibus postremis, & ipse bona fide manserit in ea, & domo archiepiscopali, putans id sibi licere, vt eredẽdum est, quod adeo grauiter ægrotauerit, iudicaret pro Episcopo, vel eius successore, quisquis esset, siue fiscus, siue alius, attenta rei æquitate, & attenta l. 1.[h] cum citatis in ea: & quod in foro conscientiæ, & coram Deo negligentia illa nulli pernitiosa videri possit nec peruenisse ad culpam mortiferam. Salua, &c.

De præbendis, & dignitatibus.

SVMMARIVM.

1 *Beneficio oblato, potest laicus, etiam citra animum accipiendi sacros ordines, velle statum clericalem & dictum beneficiũ acceptare, ut ex illius fructibus honestè viuat, animo dum illud tenet, subeundi onera illi anexa, & euenientè casu necessitatis, ordines maiores accipiendi, illos accipere, vel (prout potest) beneficium dimittere: debet tamen dictum statum, & beneficium acciperè principaliter propter Deum.*

CONSILIVM I.

Quidã clericus habens simplex beneficiũ vult illud resignare, referuata sibi honesta pẽsione, cuidam adolescẽti pauperi non infimæ familiæ, qui cum non sit maior quindecim vel sexdecim annis, nunquam cogitauit fieri, vel nõ fieri clericus, sed hac sibi occasione oblata, clericali tonsura insigniri, & beneficium huiusmodi ratione studij sibi resignari desiderat, cũ proposito oneribus eidem beneficio annexis satisfaciendi, ad vlteriores tamẽ ordines promoueri in præsentia nõ statuit. Quæritur, vtrũ hoc tuta conscientia fieri possit.

Respondeo primò, q̃ pro parte negãte faciunt tria. Primum est, quod dns cõsulens est laicus: & laicus est indignus beneficio Ecclesiastico.[i] Secundum, q̃ licet laico desiderare clericatum, vt per eum consequatur reditus Ecclesiasticos: q̃n desiderat rem spiritualẽ, quæ est quiddam maius, & dignius ad rẽ temporariam, quæ est quiddã minus, & minus dignum, & ita peruertit ordinem rectũ, quo minora, & minus digna debent referri ad maiora & digniora, & non cõtra maiora ad minora,[k] vt tradit in specie Caietanus.[l] Tertium, quod obtenturo licitè beneficium debet inesse animus suscipiendi ordines, etiam sacros, iubẽte superiore, vt colligitur ex disputatione ipsiusmet Gratiani[m] præsertim in §. [verum,] vt ex gl. solemni summæ eiusdem dist. colligitur.

1 Secundò, q̃ his nõ obstantibus pars affirmans est vera, & tenenda: tum per id quod nos præ omnibus alijs nuper scripsimus.[n] Tum quod licet laicus non possit licite desiderare beneficia pro tẽpore quo est laicus & indignus eis, põt tñ licitè desiderare illa pro tẽpore quo erit clericus: & D. consulens nõ vult habere beneficium præfatum pro tẽpore quo est laicus, sed pro tẽpore quò erit clericus, per quod soluitur primum oppositum. Tum per id, quod ibidem subijcimus, scilicet licere laico mutare statum suum laicum in clericalem principaliter

a Cle. 1. de iure patro. ver. inhibentes.
b in cap. ad dissoluendum de despons. impub. & c. ex parte. de eõ fist.
c Col. 4. d In l. Imperat. offer.
e l. prospexit. ff. qui et à quibus.
f In d. l. placuit.
g Nu. 3.
a Cle. 1. de
b C. de legibus.
k In repe. nu. 19. vs. fi ad nu. 47.
l In c. solita. de elect.
m In c. quia Imperator. 2. de constit.
n In c. quamuis. 63. dist.
o In c. nimis. 3. de elect.
p In c. quamuis. 63. dist.
q In l. 1. ff. de constit. princip.
r In d. cap. veniens.

Universidad de Deusto
Biblioteca

paliter propter Deum,& minus principaliter ad consequendos reditus,quibus sustentetur ad Christianè viuẽdum, per quod soluitur secũdum oppositũ. Tum quod obtenturo licite beneficiũ non est necesse habere absolutam uoluntatem percipiendi sacros ordines,ẽt extãte necessitate,vel utilitate Ecclesiæ,sed sufficit habere voluntatem absolutã subeundi omnia onera beneficio de præcepto incumbentia, tempore quo illud tenuerit, & disiunctiuam assumendi ordines sacros cum iussus fuerit id facere,necessitate vel utilitate Ecclesiæ imminente, vel relinquere beneficium. Salua,&c.

SVMMARIVM.

1 *Idoneus reputatus ad clericatum assumẽdum,non ideo reputatur idoneus ad beneficia obtinenda.*

CONSILIVM II.

AN præcedente examine,clericatus charactere insignitus, prouisus de simplici beneficio, teneatur examini iterum se subijcere?

1 Respondeo quòd sic: quia plura requiruntur ad hoc,vt quis sit dignus beneficio,quam ad hoc, vt quis sit dignus clericatu,vt nos probamus in Miscel.de *Nu.* 109. *b Nu.* 3. *in* oratio. [a] & Miscel. 43. *vis.*

SVMMARIVM.

1 *Beneficia omnia sæcularia censenda, nisi ex fundationibus, vel quadraginta annorum præscriptione probentur regularia.*

2 *Datarius Papa non est iudex impetrantiũ beneficia,etsi ante collationem ad vitandas lites summarie de petentium se informet qualitatibus.*

3 *Consuetudo Gallicana ius coloratius habenti possessionem adiudicat.*

3 *Prioratus multa sæculares Ecclesia appellantur.*

CONSILIVM III.

ECclesia N. prioratus vulgo nuncupata,collata fuit tanquam regularis in titulum cuidam regulari: cuius possessione adepta, fuit per B. sæcularem sub prætextu, quod sæcularia sæcularibus cõferri deberẽt,petita, eo quod prædicta Ecclesia semper habita fuit pro sæculari,& pro tali possessa fuit. Quæritur quæ sint partes Reuerendiss. Datarij in hoc casu.

1 Respondetur primò, ꝙ præsuppositis pro veris quæ supra narrantur, proculdubio censendum est præfatã Ecclesiam debitam esse præfato B.consulẽti. Tum per narrata in argumento,& casu. Tum quia omne beneficium est censendum sæculare,nisi ex aduerso probetur esse regulare,eo quod in erectione illius statutum fuerit,vt sit regulare,& seruiatur ei per regulares, vel per 40. annos continuos fuerit possessum à regularibus tanquã regulare,ẽm omnes,in quibus est Philippus Francus [c] & irrefragabilibus rationibus probari pót,ꝙ solum fundamentũ sufficit B. consulenti, etiamsi nihil penitus probaret,attento ꝙ aduersarius nó probat vllam erectionem,& fundationem eius,per quam cõstet præfatam Ecclesiam fuisse pro regularibus instituram, neque per regulares & religiosos administratam per 40. annos,imò neq; per vllos. Tum quia iure communi,eodemq; antiquissimo,& sanctissimo,omnia beneficia deberent conferri in tit.sæcularibus, & regularia regularibus,vt palam est:& non deberent desiderari,neq; quæri modi, quibus tanta iuris maiestas inuerteretur sine grandi causa, quia hæc inuersio fuit magna pars hæresum ætatis nostræ,vt grauissimi auctores testantur: nec puto vllum huic nostro dicto contradicturum.

Secundo respondetur, ꝙ dubium ex hoc argumento resultans non est id, quod quæritur,sed an præfato consulenti Reuerendissimus Datarius teneatur conferre præfatam,Ecclesiam,iuxta decretum Tridentinum, & cõstitutionem Pij V. contradicẽte aduersario, cui iam collata est præfata Ecclesia à S. D. N. Ad quod rñdetur primo,quod sua Reuerendissima D. non est iudex competẽs ad declarandum,ad quem illorum pertineat illa,nec ẽt ad dandum literas executoriales sine cõmissione speciali S.D. N.& sine allegationibus,& probationibus legitimis,vt palã est. Secũdo,quod sacrosancta Sedes Apostolica tota ætate nostra vsque ad proxima tempora solita fuit conferre beneficia omnibus petentibus ea, & asserẽtibus vacare,& nec Datarius, nec Papa se immiscebat litibus impetrantium, sed remittebantur ad iudices ordinarios, vel cõmissarios, qui dirimerent eas lites, idque fiebat iure communi obseruato, nullo canone contradicente, & ita secundum ius commune non possent B.consulenti negari titulus & literæ Apostolicæ, quibus ius suum assequeretur, & tueretur coram iudicibus competentibus. Tertiò, quod piè certe, ac cum magna vtilitate Reipublicæ à pancis annis cœpit induci,ne passim cõferrentur beneficia omnibus petentibus à S. Sede Apostolica vt euitarentur innumerabiles lites,quę ex eo nascebantur: sed re maturè considerata, non quidem ad declarandum ius esse huic vel illi, sed ad informandũ se summariè de causa, ob quam conueniret conferre illa petentibus qui certe stylus est vtilissimus,&erit,saltem dum talis Papa,& talis Datarius, quales nũc sunt,rexerint.

3 Secundum quem stylum arbitror etiam,salua saniore sententia, Reuerendiss. Datarium debere concedere præfato B.consulenti quod petit, per allegata in informatione illius,& in informatione eruditissimi Biscię, & etiam in principio huius nostræ, & per illam totius Ecclesiæ Gallicanæ consuetudinẽ, per quam adiudicatur possessio in primo capite possessorij habenti primo aspectu ius coloratius, quia tale videtur habere præfatus B. consulens, cùm aduersarius nihil pro se videatur probare, nisi forte quod Ecclesia appellatur prioratus, quo nomine plures Ecclesias sæculares appellari non solùm in Catalonia, vt testatur in suis literis Reuerendissimus, idemque eruditissimus Antonius Augustinus Archiepiscopus Tarraconensis, sed etiam in regno Nauarræ,Castellæ,& Lusitaniæ,palam, & notorium est.

SVMMARIVM.

1 *Edicto vt vocentur concurrere volentes in collatione parochialis, vt præcipit sacrum Concilium, nisi in locis in quibus synodus prouincialis id posteà statuit, non cogitur Episcopus.*

CONSILIVM IV.

QVæritur, an vacante parochiali ecclesia teneatur Episcopus per decretum Concilij Tridentini proponere edictum publicum.

1 Respondeo,quod non cogitur Episcopus,licet multum deceat, proponere edictum publicum, per prædictum Concilium: quia id non præcipitur in illo, nisi per synodum prouincialẽ fuerit id post illud statutum, vt in plerisq; locis est factum, sed tenẽtur nominare plures, nec pót impedire, ne alius vel alij possint nominare intra decem dies examinandos,quos tenebitur examinare per se,vel vicariũ suum, & alios exa- *a Cap.* 18. minatores,vt palam ex præfato [a] Con- *sess.* 24. *de* cilio Tridentino colligitur. *reform.*

SVMMARIVM.

1 *Beneficium ecclesiasticum non est illud, quod sine Episcopi auctoritate reperitur institutum, seu quod à sola potestate laica sine iudicis Ecclesiastici interuentu potest conferri.*

2 *Sacerdotium tenetur assumere is,cui ob defectum sacerdotis data fuit capellania sacerdotalis, etiamsi non sit vere beneficium.*

3 *Defunctorum voluntatem non commutat Episcopus, sed supremus princeps, modo adsit causa.*

CONSILIVM V.

QVidã testator fundauit sine auctoritate vlla Ecclesiastica capellaniam:& voluit,vt in ea instituerentur ad præsentationem patroni ille, qui ex familia sua reperiretur in sacerdotio,posset q; amoueri à dicta capellania ex causa ab eodẽ patrono. Accidit, quod vacãte dicta capellania, nullus ex dicta familia inuẽtus est, qui esset sacerdos. Quæsitum est primo,an possit institui alius ex dicta familia, qui non esset sacerdos. Secundo,an ordinarius possit super hoc dispensare.

Ad

1 Ad respondendũ quæstionibus propositis, præsuppono primò præfatam capellaniam non esse beneficiũ Ecclesiasticum, vt in casu simili ante hac respondimus, quia nõ est erecta auctoritate iurisdictionis Ecclesiasticæ, sed solum auctoritate priuata laica testatoris, qui ratione sui patrimonij eam cõstituit, sine vlla auctoritate ordinaria, vel delegata, iuxta ea, quæ notantur in cap; [cum dilectus.][a] & quia cõstituta fuit eo modo, & ea conditione, vt patronus posset capellanum tollere à præfata capellania ex causa, quæ sibi legitima uideretur; quod fieri nõ poterat, si capellania fuisset beneficium Ecclesiasticum, quoniã illud, saltem si est sæculare, non potest auferri, sine causa per Ecclesiasticũ iudicem cognita: quia talia sunt perpetua, iuxta cap. [inuentum.][b]

2 Secundo, præsupposito eo q̃ præximus, respondeo ad primam quæstionem, quod nominatio prędicta, à prędicto patrono facta, est valida: quia præsentatus est de parentela fundatoris, & est clericus habẽs qualitates requisitas ad nominationẽ per clausulam fundatoris, cũ nõ inueniatur in parẽtela presbyter, nec alius cõstitutus in ordine sacro, sed præfatus nominatus peccabit acceptando eã sine proposito efficaci assumendi presbyteriũ, & residendi eo modo, quo iussit testator, quia erit capellanus verus, & obligatus ad assumẽdum presbyterium, cum iam iustam habeat ætatẽ: & non sufficit ei tantũ alius ordo sacer, & obligatur ad residentiam personalẽ.

3 Ad Secvndam respondeo, quod ordinarius non habet potestatem mutandi voluntates defunctorum,[c] & per consecutionem non posset ordinarius etiamsi esset Episcopus, præfatam dispensationem facere.

Ad Tertiam, quæ implicite videri potest quęri, scilicet, an Papa possit iustè dispensare super hoc, & an id iuste possit ab eo peti, respondeo quòd uon, nisi iusta causa ad id accesserit: quoniã licet Papa, & Princeps non recognoscens superiorem possit voluntates defunctorum sibi subditorum in rebus similibi subditis mutare iusta de causa, per ea quæ late notantur in d. [celem.] & in cap. [quæ in ecclesiarum.][d] & in l. 1.[e] quo-

a De iure patron.

b 19. q. 7. c. satis peruersum, 56. dist.

c Cler. quia cõtingit, de relig. domibus, cum et concordantibus.

d De const. & ff. de admiss. rerũ ad ciuitatẽ pertinent.

e adiunctis allegatis per eius glossam,[f] id tamen fieri debet iusta de causa: quia morientibus libera est de rebus suis ordinandi facultas. § Salua, &c.

f Et in l. legatum, cod. de sacrosanct. eccles.

SVMMARIVM.

Missam quotidie dicere non tenetur capellanus prouisus de capellania instituta cum onere dicendi Missas indefinite. 1

Obligatio celebrandi non inducitur ex eo, quod capellanus putans se sic obligatũ, quotidie etiam per viginti annos celebrauerit. 1

Missam quotidie dicere ex fundatione capellaniæ obligatus, excusatur, si omni hebdomadæ ex causa honestatis, vel deuotionis augendæ, semel, & aliquando omittat, cùm talis obligatio intelligatur vt toties celebret, quoties honeste, & deuote potest. nu. 2. 2

CONSILIVM VI.

Reliquit testator bona reddentia 830. solidos annuos pro vna capellania ad dicẽdas Missas, non expresso numero earum, quas teneretur dicere capellanus: & qui eam accepit, dixit annis viginti quotidie Missam, putans se teneri ad celebrandũ quotidie. Estq; constitutio synodalis, quæ dicitat, eum qui tenet capellaniã nõ reddentẽ vltra 500. solidos, teneri ad dicendũ vnã Missam in hebdomada pro singulo cẽtenario solidorũ. Quæritur an prædictus capellanus teneatur ad celebrandũ quotidie, eo q̃d viginti annis ita celebrauit.

1 Rñdeo primo, quod prædictus capellanus non tenetur ad celebrandum quotidie, eo solo, q̃ celebrauit quotidie viginti annis. Tum quia ipse non se intendit obligare ad maius onus, quàm sit illud, ad quod eũ testator obligauit, & actus agentium non operantur vltra intentionem eorum.[h] Tum quia posset. sio 20. annor. non sufficit ad inducendã præscriptionem obligatoriam in rebus ecclesiasticis.[i] Tum quia soluens per errorem & ignorãtiam repetit solutum.[k]

2 Secundo, quod non tenetur ad celebrãdum quotidie per solam clausulam testatoris, quia id non expressit.

Tertio, quod etiamsi expressisset vt quotidie celebraret, non tamen teneretur id facere, per cap. [significatum.][a] Quarto, quod per prędictam cõstitutionem videtur teneri ad celebrandũ, quoties honestè, & deuotè id facere potuit. Tũ quia constitutio habet, aut certe cla rẽ significat teneri capellanos ad celebrandum semel in hebdomada pro centenario cẽtum solidorum reditus capellaniæ, & ad celebrandum quinquies in hebdomadas, qui habet capellaniam reditus 500. Tũ quia licet ipse non teneatur ad dicendũ vnã in qualibet hebdomada pro quolibet centenario solidorũ annuorum, cum si ad id teneretur, oporteret eum dicere octo saltem Missas in hebdomada, quod non potest: tenetur tamẽ dicere, quod potest deuotè, & honestè, per dictum c. [significatum.][b]

5 Quintò, quod potuit ipse tempore præterito excusari, & etiam nunc omittendo vnam, vel interdum alteram Missam in hebdomada, modo id non faciat causa voluptatis, vel curiositatis, vel cupiditatis ludẽdi alea, tempore quo illã dicturus erat, sed causa honestatis, aut augendi deuotionem, vel alia simili, ob notata vbi supra. Salua quæ iustior. &c.

a Cũ ei ad not. de præben.

b Et ei adnotata.

SVMMARIVM.

Beneficium ecclesiasticũ debet esse & perpetuum & Ecclesiastica auctoritate fundatum, nec sufficit, quod instituatur ab Episcopo, si de priuatis bonis vti à priuata persona instituatur. 1

Nominatus ad beneficium sacerdotale ætatis ad suscipiendum presbyterium esse debet legitimæ, & in proximis temporibus ordinari. 2

CONSILIVM VII.

De capellania sacerdotali relicta cũ iussu salario, & facta facultate hæredi præsentandi, & etiam destituendi quando volet.

1 Ad quæstionem prędictam respõdeo primò, hãc capellaniam, quam testator appellat beneficium presbyterale, non esse propriè beneficium Ecclesiasticum; quia non est perpetuum, nec auctoritate fundatum Ecclesiastica: quia potest tolli sine culpa & causæ cognitione; & beneficium Ecclesiasticum proprie dictũ de bet esse perpetuũ, & auctoritate Ecclesiastica fundatum,[c] & nos post Petrum ab Ancharano[d] & Felinum[e] profunde tradidimus olim.[f] Nec obstat, quod testator, qui fundauit eã, erat Episcopus: quia non fundauit episcopali auctoritate, sed priuata, & cõi laicorum, qua potuerat, vti de bonis patrimonialibus, vel quasi patrimonialibus vt post alios tradimus in tract. de reditibus ecclesiasticis § & probatur in cap. [quia nos.][h]

2 Secundò, quòd capellanus nominatus a patrono debet esse ętatis legitimę ad presbyteratum suscipiendũ, & quod suscipiat illud in proximis statutis à iure temporibus; & non oportet quod sit actu presbyter,[i] quæ recepta sententia est in prædictis cap. Salua, &c.

c. inuẽtũ, 16. q. 7. & c. satis peruersum, 56 dist.

d in c. de quia, de iure patron.

e in c. postulauit, de requasi patronimonialibus, vel lasti, de censis § & probatur in cap. [quia nos.]

f in rub. de præbend.

g q. 1. mon. 19. nu. 1. & 12. q. 3. c. 1. & 2. et q. 5. c. fixũ.

i c. ei cui. de præb. lib. 6. & in ca. 2. de instit. eo. lib.

SVMMARIVM.

Beneficiorum sacerdotalium, si actu requirãt sacerdotium, non sacerdoti facta collatio, nulla est, adeo ut possit declarari illa vacare, & condemnari collatarius ad restitutionem fructuum, ac etiam distributionum, num. 3. alias sufficit quod collatarius habeat legitimam ætatem pro eo suscipiendo, nu. 1. & 3. potest tamen cogi ad illud suscipiendum etiam per priuationem, nu. 4. 1

Dignitates in collegiatis & cathedralibus obtinentes, si ordinem illis annexum nõ assumant, post annum amittunt vocem in Capitulo, & dimidium distributionũ, etiam si horis intersint, & officium recitent. num. 3. & 5. 1

Intellectus Concil. Trident. sess. 22. cap. 4. 2 uon est, vt collatarius actu habeat ordines, & alias qualitates beneficio annexat, sed ætatem, & habilitatem ad hæc habendum.

Beneficia non perduntur ipso iure, nisi in casibus à iure requisitis, sed nec quis debet illis priuari, nisi ex magna, & iusta causa. 4

CONSILIVM VIII.

Ecclesia collegiata B. Nicolai, quæ capella regia est ex fundatione, & dotatione Caroli II habet ex dispositionibus, & ordinationib. dicti Caroli centum

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum clericos, non cõputato Priore, sub cuius regimine dicti clerici persistunt, De quibus centum clericis 42. sunt canonici, ex quibus vnus est thesaurarius 28. dicũtur clerici mediocres, & 30. clerici infimi. Insuper ex dispositione dicti Caroli ex dictis 42. canonicis thesaurarius, & 16. canonici sunt sacerdotes, diaconi septem cũ cantore, & subdiaconi quinq; cum succentore, eademque Caroli dispositione Prior in dextro choro superiori stallo sedet, thesaurarius verò in sinistro, & iuxta Priorẽ in dextro cantor, & iuxta thesaurariũ in sinistro succentor. Collationé verò tam prioratus; quàm canonicatuũ, thesaurarij, & cantoris, & succentoris dictus Carolus sibi reseruauit. Defuncto Priore tunc temporis dictæ Ecclesiæ collegiatæ, vacauit canonicatus thesaurarij; de quo fuit prouisus à Vicerege quidam Titius, qui dictũ canonicatum resignauit in manibus dicti Viceregis, qui illum contulit cuidã Aemilio, reseruata ipsi Titio aliqua pẽsione: cuius prouisionis vigore fuit immissus in possessionem, sede adhuc Prioris vacãte. Debet etiam dictus thesaurarius, tam ex forma cõstitutionis Regis Caroli, quam iuris communis, accedere ad omnes Horas canonicas diuinas, & nocturnas. Hodie per modernum R. D. Priorem exitit compertum, q; dictus Aemilius thesaurarius nõ est sacerdos, nec recitat officium, nec scit illud recitare, nec ordinare, item non accedit ad Ecclesiam prædictis horis.

Quæritur, an dictus Aemilius canonicus & thesaurarius prædictus, stãtibus præmissis, possit de dicto canonicatu, & thesauraria à Reuerendiss. Priore priuari, & condemnari ad restitutionem fructuum per ipsum perceptorum. Nam videtur dicendũ, priuandũ eum, cũ licet habeat ætatem, non tamen habeat alias habilitates à dictis constitutas, & à iure requisitas circa scientiam, [a] iuxta Concilium Tridentin. [b] & per consequens non fecit fructus suos, & ad illorum restitutionem tenetur.

a ca. 4. sess. 22.
b in fin.

1 Ad solutionẽ quæstionis necessaria erat Caroli prædicti cõstitutionis copia seu clausulæ obligãtis thesaurarium, & sexdecim canonicos ad presbyterium; quia illa obligatio potuit poni duplici-

E ter. Primò, q; hi, quibus sunt conferẽdi, debeant esse actu presbyteri tempore collationis. Secundo, quod habeant ætatem habilem ad suscipiendum presbyterium, iuxta notata in c. [cũ de non sacerdotali,] & c. [ei cui.] [c] in cuius glos. [d] notat hoc Dominicus. Et si primo modo esset annexus ordo, collatio facta prædicto Aemilio non valuisset: si & 12. autem secundo, valuisset quidem, sed post annum perderet suffragium, siue vocem in Capitulo dandam, & dimidiũ distributionum quotidianarum. [e]

c De presb. non ord. a. nu. 11.

2 Secundo, quod prædictum [f] Conc. Trident. non videtur obstare proximo dicto, quatenus sub fine innuit, quod ætate, & aliorum beneficiorum Ecclesiarum cathedralium, & collegiatarum in posterũ facienda non valeat, nisi iustam ætatem, & alias habilitates ad requisitas habeant, nõ inquam obstare videtur, quia non statuit, quòd debeant habere actu ordines, vel alia, sed debeãt habere ætatem, & habilitates ad habendum ea, qđ videtur praxis Curiæ seruare. conferuntur enim in ea passim dignitates prædictæ, & alia beneficia Ecclesiarum cathedralium, & collegiatarum non habenti bus actũ ordines, quos ea requirunt, modo habeant ætatem iustam, & alias qualitates requisitas ad hoc, vt sint habiles ad eas accipiendas.

e Per dem. vij qui 2. f cap. 4.

3 Tertiò, quod si prædictæ thesaurariæ ordo presbyteratus est annexus primo dictorũ modorum, idest, q; is cui cõferẽda est illa, debeat esse actu presbyter, prædictus dominus Prior potest declarare ipsum nec esse, nec fuisse thesaurarium, imò toto tempore, quo illam tenuit prædictus Aemilius, vacasse, & nũc vacare. Potest etiam condemnare ad restitutionem omnium fructuum, & distributionum quotidianarum ab ipso perceptarum, eo quod sine vllo titulo canonico eã tenuit, & tenet, contra cap. 1. [g]

g De reg. iur. lib. 6.

Quarto, q; si prædictæ thesaurariæ or do presbyterij est annexus secundo modo prædicto, prædictus dominus Prior põt eum declarare non habere vocẽ in Capitulo, & perdidisse, ac perdere dimidium distributionum quotidianarum ẽt diebus, quibus interest diuinis officijs, & quibus recitauit Horas canonicas, & con-

a Vt ij qui. 2. responso.

condemnare ipsum ad restituendas eas per dic. clem. [a]

4 Quinto, quòd prædictus dominus Prior potest prædictum dominum Aemilium cogere ad addiscẽdum modum recitandi Horas, si nescit, sub pœna priuationis thesaurariæ, quia qui habet beneficium Ecclesiasticum, & nescit ea, quæ illud requirit, tenetur illud in vtro què foro relinquere, aut discere illa quæ illud requirit ad iustam illius administrationem, iuxta Panormitanum receptum [b] & fundatum per l. [idem iuris.] [c] & latius tradita à nobis cap. [si quando.] [d]

b In c. vene rabilis. de præb. c ff. ad leg. Aquil. d De reseri. & ca. inter verba. 9. 3.

Sexto, q; si collatio thesaurariæ facta prædicto Aemilio, ipso iure valuit, licet forte iniusta fuerit, non debet tamen ea priudri, si monitus vult discere modum recitandi horas canonicas, & alia suo necessaria officio, & facere illa, quæ illud requirit, quia beneficia ecclesiastica sunt perpetua, & non perduntur ipso iure, nisi in casibus in iure expressis, argum. glos. [e] solemnis & non debent tolli per sententiam iudicis sine graui & iusta causa. [f]

e c. fi. de iure patr. f c. inuenta. 16. q. 7. & 5

Septimo, q; prædictus dñs Prior potest condemnare prędictum Aemilium perceptorum pro tempore, quo non recitauit Horas canonicas, per [g] Concilium Lateranense & per extrauagantem Pij V. quorum tenorem posuimus in Manua. [h] & ad distributionum quotidianarum restitutionem pro tempore, quo non inter fuit diuinis, etiam si in eo recitasset horas, per cap. 1. [i] & etiam ad restituendum dimidium distributionum perceptarum post annum suæ promotionis, etiam pro tempore, quo interfuit diuinis, & recitauit Horas, per clem. [k] Salua, &c.

c. satis per- uersum 56. dist. g §. statui- mus. sess. 9. h c. 25. nu. 122. i De cler. nõ resid. lib. 6. k 2. resp. on- so 2. de ætate & qual.

SVMMARIVM.

1 *Commenda, duplex, perpetua, & temporalis: per primam acquiritur titulus, & fructus, potestasque faciendi, quicquid potest titularis, præter excepta in literis commendæ: at per secundam nec acquiruntur fructus, nec ius in beneficio, nec est prælatus, sed procurator cum legitima administratione beneficij. 2.*

A *Dispensatio ad vnum beneficium obtinendum expirat eo ipso, quod talis obtinuit commendam, si sit perpetua, aliàs non.* 3

CONSILIVM IX.

AN dispensatio ad vnum beneficium expiret per acceptationem alterius collati in commendam?

1 Respondeo primo, duplicem esse commẽdam, vel collationem beneficij in commendam factam: alteram temporalem, de qua disponit cap. [nemo deinceps.] [l] & etiam illa, per quam be- *l De elect.* B neficium litigiosum commendat ordi- *lib. 6.* narius alicui vt seruiat ei lite pendente, iuxta notata in c. 2. [m] & per quam hodie *m & lite pẽ* post Conc. Trid. [n] commendatur Ec- *dente. lib. 6.* clesia parochialis per viam vicariæ, do- *n Sess. 24. c.* nec illi de rectore prouideatur, & per *18. de reform.* quam Papa solet aliquãdo beneficium sibi reseruatum vacans commẽdare alicui, donec ipsum alicui cõferat, de qua loquitur Dominicus. [o]

o In d. c. no

2 Altera est perpetua, per quã Sedes *modeinceps* Apostolica confert beneficium in com- *nu. 6.* mendam quo ad vitam commẽdatarij, de qua loquitur c. [illud,] & c. [qui plures.] & [p] Panorm. [q] & alij, quos refert *p c. relatio.* Decius [r] & latius Ludouicus Gome- *21. q. 1.* zius [s] in quibus locis resoluit, quod *q In c. que-* huiusmodi commendæ perpetuæ, quæ *relã. de cle.* causa ætatis passim fiunt per sedẽ Apo- *r In c. quo-* stolicam, habentur pro prælatis, & fa- *niã Abbas.* ciunt fructus suos, & possunt facere, qc- *de off. dele.* quid possunt titulares, exceptis ijs quæ *& in c. edo-* per literas cõmendatorias excipiuntur. *ceri, de rese.*

Secundo, q; commendat temporalis *sub finem.* ad certum tempus facta non dat ius in *s In reg. de* beneficio, nec commẽdatarius facit fru- *infir. resig.* ctus suos, neque est prælatus beneficij, *q. 13. & de* sed procurator, habens tamen legitimã *trie. pos. q. 5* administrationem, vt determinat Dominicus [t] post DD. de Rota, quem se- *t Vbi sup.* quitur Ludouicus Gomezius. [u] *u in locis su*

3 Tertio, q; ex his infertur responden- *pradictis.* dum esse quæstioni D. consulentis per distinctionem, scilicet, quod si præfatæ commendæ erant temporales, non fuit *x In præ-* per illas extincta dispensatio, si autem *dicta regu. de* perpetuæ, sic: nam prædictus Ludoui- *trien. q. 5* cus [x] ait post Collectaneum, quod c. 1. [y] *pag. 13.* habet locum in commenda perpetua. *y De filijs* Salua, &c. *presby. li. 6.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMARIVM.

1 *Beneficia plura personalem residentiam non requirentia, vsque ad competentem tantum sustentationem, licitè conferri possunt, secus si excedant, possuntq; cogi beneficiarij vt superflua resignent.*
1 *Intellectus Concilij Tridentini sess. 24. cap. 17. de reformat.*

CONSILIVM X.

QVæritur, an quis possit habere plura beneficia non requirentia residentiam personalem.

1 Respondeo, quod est tutus, modo talia beneficia non requirant residentiam personalem, & requirantur ad honestam sustentationē illius, qui ea obtinet: imò & valet collatio ei facta de alio beneficio superfluo ipso iure, licet peccaret retinendo illud cum alijs, & cogi posset relinquere illud, aut aliud, vel alia ex eis, donec redigeretur ad sufficiens vel illa plura quæ illi æquipollerent: quia hoc licebat iure antiquo, qđ non est mutatum per præfatum Concilium, & ita standum est illi.[a]

a l. præcipimus. C. de appellat.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium seu præstimonia plura ante Concilium obtenta, & iustam sustentationem excedentia, si superflua pauperibus dentur, retineri possunt, secus de post obtentis: quia vno vel duobus, quod vel qua sufficiant, retentis, reliqua sunt dimittenda.*
2 *Pensio etsi non dicatur beneficium strictè, tale tamen est præstimonium.*

CONSILIVM XI.

QVidam habēs plura beneficia simplicia, & præstimonia, quam suæ sustentationi honestæ requirātur, quærit quid facere debeat.

1 Respondeo, q̃ multum refert an cō sulens obtinuerit prædicta beneficia an te Concilium Tridentinum, an post illud: quia secundum opinionem Cardinalis,[b] quam semper soleo sequi, & latè explicaui in repet. ca. [ad hæc,][c] & retuli in Manu.[d] potest ea tenere, modo non plus in se sustentāndo, quàm requirit decentia suæ personæ, & reliqua pijs operibus impendat. si verò ea obtinuit post Concilium Tridentinum non potest retinere, nisi vnum illorum, vel duo, quod vel quæ sufficiant sibi honeste sustentando, per Concilium Tridentinum,[e] etiam si sint simplicia, & compatibilia.

b in clē. gra tia. de resc. c de præb. d c. 25. nu. 128. e Sess. 24. cap. 17.

2 Et licet pensiones strictè non dicantur beneficia ecclesiastica, præstimonia tamē talia sunt, Panormitanus receptus determinat,[f] Felynus.[g] Quātum verò sufficiat ad honestam sustentationē cōsulentis, ipse viderit, consultis viris prudentibus, & Deum timentibus: super quo vidēre poterit quæ nos post multas cōsultationes scripsimus in miscel. 62.[h] Salua, &c.

f Cons. 47. par. 2. g in c. possu lasti. de rescript. h de statu. per totum.

SVMMARIVM.

Obtinens plures parochiales sine dispensatione, fit inhabilis ad illas, & alia quacunque beneficia obtinenda, & vltimo loco adepta reseruantur collationi Papæ, & collatio facta de illis ab ordinario est nulla.

1

CONSILIVM XII.

QVidam A. obtinuit tres parochiales Ecclesias à S. Sede Apostolica, & intra annum ad presbyteratū non se fecit ordinari, & nihilominus eas retinuit, possedit, & fructus earū percepit x. annis. Quæritur an incurrerit inhabilitatē ad aliquam illarū obtinendam, & an ordinarius illas renunciatas in manibus eius possit conferre alicui.

Respōdeo, quod hæ duæ quæstiones sunt graues, & quarum decisio requirit hominē maiori otio, q̃ quod est mihi, fruentē, præterquam quod votis meis ex parte repugnat illarum digna tractatio. Pro reuerentia tamen, qua sum in eum, qui mihi eam imperat, hæc pauca respondeo. Primo, esse distinguendum an præfatus A. obtinuisset eas cū Papæ dispensatione, an vero sine illa. Secundo, q̃ si absque dispensatione obtinuit eas, fuit factus inhabilis ad illas, & alia q̃cunq; beneficia obtinenda, per extra. [execrabilis.][i] Et quod postremo

i Io. XXII. de præb. & de reseri.

loco adeptæ fuerūt reseruatæ collationi Papæ secundum glossam Zenzelini, quam habet extrauagans Ioan. 22. quā & nos sequimur in repet. c. [accepta,] nuper Romæ impressa,[a] licet glossa Gulielmi, quam habet inter extrauagantes communes, putet etiam alia esse reseruata, & consequenter solus Papa potuit prouidere de illis, & collatio facta de illis ordinario fuit nulla.

a In solutio. 10. opposit. num. 31. de rest. spol.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium simplex sufficiens habens, secundum simplex licitè quidem, & sine peccato retinere non potest, per adeptionem tamen secundi non inducitur vacatio primi, nu. 3. & hæc est communis, nu. 4. licet Innocentius & quidam alij contrarium putauerint, nu. 2. nisi quando secundum est primo vniforme, & sub eodem tecto, nu. 4. vel in eorum fundatione aliter sit statutum, vel sit regulare, nu. 5. vel agatur de expectatiuis, nu. 1. quarum ius cum sit ad rem, facilius perditur, nu. 7. sed nec per Conc. Trid. inducta fuit in beneficijs simplicibus talis vacatio, num. 6.*
3 *Pœnam priuationis aliquem ipso iure incurrisse non est dicendum, nisi id sit expressum in iure.*
5 *Vacatio beneficij ipso iure non facilè extendenda est ab vno casu ad alium.*

CONSILIVM XIII.

AN habens vnum beneficium simplex, si acquirat alterum sufficiēs, perdat ipso iure prius?

1 Pro parte affirmāte facit in primis, q̃ omne beneficium, q̃ est sufficiens alicui, est incompatibile cuilibet alij quālibet simplici & paruo, quoad ipsum q̃ habet illud, iux. glo. singularem & receptam,[b] quæ hēt peccare mortaliter eū, qui habens beneficium sufficiens, retinet alterum: cuius sniа redacta est in canonem à Conc. Trid.[c] & habens incompatibile beneficium perdit illud q̃ adeptionem alterius incompatibilis,[d] per locum à simili, vel identitatis, vt ita dicam, & rationis. Secundo, q̃ elem. [gratiæ.][e] hēt habentem expectatiuā ad aliquod beneficium perdere illam q̃ adeptionem alterius incompatibilis illi, & per prædictum Conc. Trid. omne beneficium sufficiens alicui est incompatibile cuilibet alij quamlibet simplici quo ad ipsum, vt prædictum est, vt etiam nos asseruimus in miscell. 61.[f] 2 Tertio facit opinio celebris Innocē tij,[g] quam vī sequi glossa præfata,[h] sup qua Barbatius dixit illam esse verio rem quam contrariam, & eam sequitur Rebuffus,[i] qui,[k] in specie vī quæstionis huius partem affirmatiuā asserere. Quarto facit desiderium illud sanctū, quod traxit Rebuffum in hanc sententiam, s. vt refrænarentur à pluralitate beneficiorum, qui ad eam aduolant: obquam certè causam ipse quoque vellē hanc partem esse iuridicam.[l] 3 Quibus tñ non obstantibus tenēda vī pars negans, scilicet, q̃ non perdit ipso iure, sed q̃ per sententiam cogi posset relinquere alterū. Primo quidē, q̃ non est dicēdum aliquam pœnam ipso iure in aliquo casu incurri absq; iure, qđ expresse id statuat, iuxta glossam[n] celebrem & receptam,[m] pro qua est apertus textus in auth.[n] At nullum ius Pō tificium hoc hactenus statuit: ergo, &c. Secundo, q̃ pœnæ non sunt extendendę ad aliū casum,[o] ēt ex similitudine rationis, imò nec ex identitate rationis ēt omnimoda, ēm glossam singularem, & receptam,[p] & resolutionem D. Antonij,[q] & Dominici, & Perusini, qui alios multos referunt super d. glo. nisi occurrat aliquid aliud de eis, quę ponūt Dominicus & Perusinus ibidem. At nullus canon inuenitur, qui pœnam perditionis ipso iure infligat i hoc casu, nec alio huic simili, & cuius eadem omnino ratio habeat locum in hoc, & minus quod cum omnimoda ratione concurrat aliquod aliud ad talem perditionem requisitum: ergo non est facienda.

b In c. dudū 2. de elect. c In cap. de ver. retinere. d In c. de multa, de præb. e De reseri. f In c. fi. de rescript. g In c. fi. de rescript. h Clem. gra tia. per quā Barbatius dixit illam esse verio tia. i In praxi benef. ti. de dispēsatione rationē ętatis, nu. 6. k Num. 7. l Arg. cap. quia initiū, & c. cū tam dudum, de prab. et prēbē. extrā. m In c. fi. de rescript. n De nō elig. tus. patr. o Ca. pœnæ. de pœn. dist. p In cap. 1. ver. Italiæ, lib. 6. q In c. fi. de consuetud.

4 Tertio, q̃ communis opinio contra Innocētium in hac re satis vacillantē,[r] multa, de & Immolensem,[s] tenet, quod vnum be necium simplex, non vacat ipso iure q̃ adeptionem alterius, nisi sit vniforme sub eodē tecto, iuxta casum singularē.[t] Quarto, q̃ etiam si nec Panorm. cuius opinio est communis, neque alius præfatam conclusionem assereret, cogeremur tamen asserere per prædictas

r In cap. de cleric. fi. de adeptione alterius, nisi sit vniforme cle. nō resi. s In c. litera. t In c. fi. de consuet. præb. ea

rationes irrefragabiles, & per c. [præterea,][a] etiam per locum ab speciali, [b] quibus non pót responderi, nisi à regulis iuris sine efficaci ratione deuiando.

Quinto, q̃ hanc opinionem Panormitani communé vidi firmiter ante quadraginta annos teneri q̃ legendo, disputando, & cõsulendo in quatuor Academijs celeberrimis, s. Tholosę, Cathurci, Salmanticæ, & Conimbricę: nec in tota ætate mea vidi, nec audiui contrariũ seruatum in Vrbe, nec in orbe, neq; ex hoc capite impetratum esse beneficium simplex alicuis tanquam vacans iure communi, quod addo propter aliqua beneficia simplicia, in quorum fundatione particulariter statutum est, vt vacent alio quocunq; beneficio quæsito.

5 Sexto, q̃ esto ius commune habeat beneficia, quæ sunt incompatibilia pp̃ suam naturam intrinsecam, & principalem, quia sunt regularia, vel requirentia residẽtiam personalem, vacare propter alterius assecutionem, multum esset circunspiciendum an esset extendendum, cum sit pœnale, ad casum nostrum, in quo beneficium sufficiens non est ob suam naturam principalem incompatibile minus sufficienti, sed per accidens, & minus principaliter, eo q̃ sufficit ei, qui habebat illud insufficiens: cum ea quæ per accidens, ac minus principaliter contingunt, non sint attendenda, arg. l. [si quis nec causam,][c] & multorum, quæ per Iasonem ibi congerũtur, aut certè saltem minus quam quæ principaliter aguntur, vt eruditissimus Alciatus erudiè ibidem dixit. Septimo, q̃ quærenda est pax, & fugiendæ lites, iuxta proœmium Gregoriani, & illud Apostoli: [Mutuam & continuam charitatem inter vos habentes:] & si S.D. N. declararet partem affirmatiuam esse veram, innumeræ lites orirentur impetrantibus pauperioribus beneficia multorum ditiorum, qui profecto palam cũ beneficijs sufficientibus retinent alia minora vbique gentium.

6 Octauo denique, quod qui tenuerit partem affirmatiuam esse veram cogetur per prædictum Concilium Tridentinum tenere, quod etiam ante Concil. Trid. solebant vacare: quia ante illud erat peccatum mortale retentio insufficientis cum sufficienti, iuxta prædictã glo. singularem receptam, q̃ tñ nemo vnquam, vt arbitror, ante illud dixit.

Ad primum oppositorum respondetur concedendo assumptum, s. q̃ omne beneficium sufficiens est incompatibile alij quamlibet simplici: negando tñ q̃ omne beneficium incompatibile vacet ipso iure per adeptionem cuiuslibet alterius incompatibilis ei: quia illa pœna nullo iure hactenus imposita est, per prædicta: & iure mirari licet de Andrea Siculo, & Rebuffo, qui tantopere suum opinionem fundauerunt in d. cap. [de multa.] Tum quod de solis ecclesijs parochialibus, dignitatibus, personatibus & officijs statuit, in quibus longè maior ratio illam pœnam statuẽdi occurrebat. Tum quod per locum à speciali irrefragabili contra ipsos retorqueri potest. Tum q̃ pœnæ extra suum casum nullatenus extendi debent, per prima duo fundamenta pro parte negãte adducta.

7 Ad secundum rñdet Pan. recept. quod prædicta clem. [gratię.] nõ loquitur de beneficio iã quæsito, sed de quærendo, & ita de iure ad rem, & non de iure in re, & illationem ab altero illorũ ad alterum esse infirmã, palam est vel ex eo, q̃ monachus & seruus pñt dño, & monasterio in altero præiudicare, & in altero non, iuxta Innocentiũ [e] & Bal. Ad tertium respondetur primo, q̃ Innocentius non firmiter asserit id quod dicit, sed solum per verbum [vt ;] merito: quia nullo firmo fundamento nititur, solum enim citat notat. in cap. [ex tuæ,] s cuius tñ glo. [h] clarè significat, & per sequentem §. efficaciter q̃ probat illius contextum non agere de privatione ipso iure, sed per sententiam. Secundo, quòd opinio Innocentij etiã si esset asserta, tamen cum eam tãquam doctor scripserit, nil impedit quo minus per firmos textus & rationes discedamus ab eo, [i] etiam si suam constitutionem declararet exemplo Hostiẽsis. Ad quartum respondeo, laudandum esse zelum Rebuffi, & adeo quidem, quòd ante sesquiannum proposui persuadere Reuerendissimo Datario libellis supplicibus, vt adderet hanc iuris vacationem, sed non fui ausus propter timorem multitudinis licium inde

a Et c. referente, & c. de multa per locũ ab speciali, de præb. et per d. c. literas.
b De cõcess. prębend.
c ff. de reb. cred.
d ff. de sep.
e In cons. olim. de sep. nulleg. f In l. seruus
g Eod. tit. h In verb. expoliatum.
i Arg. c. pellatus. de Iud.
k Inc. c. de cõcess. præb. lib. 6.

inde gignendarum, in qua fundo vltimum argumentum pro parte negante factum. Per quæ omnia credo firmiter, attento iure hactenus statuto, partem negantem esse veram, & non fore vtile paci Reipub. Christianę partem affirmantem nouè statuere. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Possidens archidiaconatum litigiosum, illum perdit, si postea acquirat titulum, & pacificam possessionem alterius similis non litigiosi: & si contendit retinere vtrumque, efficitur execrabilis, secus autem, si primo obtinet titulum non litigiosi, & postea titulum, & possessionẽ secundi litigiosi, & demum pacificam possessionem primi non litigiosi.*
2 *Dimittens quia beneficium litigiosum, siue non litigiosum, quod credebat vacare per assecutionem secundi incompatibilis bona fide adepti, si postea detegat se de secundo non esse sufficienter prouisum, potest ad primum redire.*

CONSILIVM XIV.

QVidã N. de mense Februarij 1561. impetrauit à sede Apostolica vnũ archidiaconatum cuiusdam cathedralis cum pluribus alijs beneficijs simplicibus: postmodum, videlicet de mense Octobris 1562. fuit etiam prouisus per ordinarium de alio archidiaconatu alterius cathedralis, & statim, possessione illius habita, fuit sibi mota lis, expeditis autem literis super dicto primo archidiaconatu habuit possessionem pacificam illius, & etiam fructus, quam adhuc continuat, prout etiam cõtinuauit possessionem dicti archidiaconatus litigiosi vsque ad annum 1570.

His stantibus, quæritur an prædictus N. fuerit effectus [execrabilis,] ita vt vacent beneficia prædicta incompatibilia, quę retinuit, ad hoc, vt etiam teneatur ad restitutionem fructuum? In quo pro affirmatiua videtur tenendũ: quia per assequutionem secundi vacat primum, & per retentionem eorum vacãt omnia. Non obstat q̃ dictus secundus archidiaconatus fuit fructus litigiosus: quia respondetur, q̃ obiectum procederet, si possessio illius vltimo loco capta fuisset, sed mihi præsupponitur, q̃ postquam exponens possidebat archidiaconatũ litigiosum, adeptus fuit possessionem dicti primi archidiaconatus pacificam, & non dimisit archidiaconatum litigiosum, prout dimittere tenebatur, ne fieret [execrabilis:] & si ille erat litigiosus, tãto libentius ab exponente dimitti debebat, illud enim de lite, q̃ excusat ab execrabilitate, procedit qñ mouetur lis super beneficio postea obtento, illa ratione, quia cap. [de multa,] & extrauagans [execrabilis,] mandant dimitti primum beneficium, si quis velit assequi secundum, nec vt honestum q̃ ad dimittendum primum pacificum quis cogi debeat propter s̃m litigiosum: quia hic posset vtroq; priuari, videlicet primo per dimissionem spontaneam, & secundo, si in lite succũberet: quod inconueniens cessat, quãdo primum beneficium dimittendum litigiosum existit. Nec etiam obstat, q̃ Camera posset dictum primum archidiaconatum pacificè, antequam dictus exponens de dicto secundo archidiaconatu litigioso prouideretur, quasi qñ tunc dictus exponens diceretur possidere, & consequenter quod possessio archidiaconatus pacifica p̃cederet possessionem litigiosi: quia respondetur q̃ alia est possessio Cameræ, alia dicti exponentis, & negari non potest, quin dictus exponens habuerit possessionem post archidiaconatum litigiosum.

1 AD QVAESTIONEM & rationes pro parte affirmatiua propositas respondeo primo, q̃ certum est prędictos duos archidiaconatus duarum ecclesiarum cathedralium esse beneficia incompatibilia inclusa sub c. [de multa.][a] q. a *De præb.* per notata, [b] ab omnibus sunt dignitates vel p̃sonatus, de quib. illud tractat. Deinde, q̃ facilè videri pót cuipiam archidiaconatum secundo loco quęsitum vacasse per assequutionem possessionis pacificę archidiaconatus prius habiti. Tũ q̃ possessio pacifica vnius incõpatibilis facit vacare ipso iure alterũ, cuius *sa. de elect.* tituli adeptio sine tali possessione ad vl *lib. 6. &* exlũ effectũ nõ sufficeret. [c] Tũ quia licet *trauag. exe* beneficiũ prius pacificè obtentũ nõ va- *crabilis. Ioã* cet ipso iure per obtentionem secundi *nũ. 22.*

a Ibidem.
b Ibidem.
c C. cõmissibilis facit vacare ipso iure alterũ. lib. 6. & exlib. 6.

litigiosi: tñ è contrario primum litigio E archidiaconatus litigiosus non vacauit
sum vacat per obtentionem secundi in- ipso iure per possessionem alterius pa-
compatibilis pacificam, quæ est deter- cificam post litigiosi obtentionem, & q
minatio Innocẽtij ab omnib. recepta,[a] nulla ex hoc capite obligatio ad resti-
& in casu proposito prius fuit obtẽtum tuendum quicquam oritur. Salua, &c.
£m litigiosũ q̃ pacifica possessio prioris.

a In c. in nostra, de resc.

Attamen maturius considerando, cõ-
trarium videtur asserendum, quia nul-
libi statuitur, vt incõpatibile prius ob-
tentum non habita pacifica possessione
vacet per adeptionem possessionis; sub-
sequutam post obtentionem secundi li-
tigiosi: & ita non est asserendum, [b]
præsertim quod nulla efficaci ratione
id persuaderi potest.

b Arg. c. legatur, 24. q. 2. & §. cõsideremus, authen. de trien. & semis. col. 3.

Non obstant in cõtrarium allegata.
Non primum: quia licet de iure caueatur, q̃ prius obtentum non vacet per
secundum, donec eius pacifica possessio
obtineatur, vt iura in eo allegata probant, tñ nec illa nec alia vlla probant,
quod adeptio possessionis pacificæ primi beneficij subsequuta post secundum
obtẽtum litigiosum faciat vacare prius
obtentum. Tum quia longè aliud est assequi titulum, & possessionem pacificã
vnius incompatibilis post adeptionem
alterius incõpatibilis litigiosi, & aliud
assequi titulum & possessionem pacificam vnius incompatibilis ante assequutionem alterius litigiosi: ergo iura pœnalia & odiosa, & ideo restringenda, iux-

c Et reg. odia. de reg. iur. lib. 6.

ta regulam [in pœnis,] [c] quæ disponũt
in hoc posteriori casu, non habebũt lo
cum in illo priori: maximè quia lõgè
maior ratio inuenitur in posteriori, ad
hoc vt habeat locum illa pœna, quam

d Cap. fi. de iure patr.

in priori, tacit glossa singularis, [d] quate-
nus hẽt nunquam incurri amissionẽ iu-
ris ipso iure, nisi id lege aliqua exprimatur. Non obstat ẽt secundum, per ea
quę dicta sunt ad primum: & quia licet
possessio pacifica requiratur ad hoc, vt
vacet alterum incompatibile, non tamẽ
illa sola sufficit, sed requiritur adeptio
tituli, ratione cuius illa fuerit accepta.

2 Vnde si quis post obtentum vnũ pacificũ vel litigiosum, obtineat pacificã
possessionem alterius incõpatibilis, eo

e Iuxta ca. fi beneficia, cũ et aduocatis, de præb. lib. 6.

q̃ iuste putabat esse sibi ius in eo quæ-
situm, & vere è non erat, non vacabit prius,
imò poterit ad illud redire sine alio no
uo titulo, [e] ex qua determinatione col-
ligitur decisio negatiua, videlicet quod

Dignitas est omne beneficium Ecclesiasti. 1 cum, si habet iurisdictionem spiritualem fori exterioris.

Curatum est omne beneficium quod habet 2 iurisdictionem spiritualem fori exterioris vel interioris.

Abbatiam exemptam habentem iurisdictio- 2 nem quasi episcopalem obtinens, habet beneficium curatum, & spiritualem iurisdictionem nedum fori exterioris sed etiam interioris animarum sui territorij, ac monachorum conuentus, si habet conuentum, requiruntque iure communi residentia, num. 4. non tamen est parochialis, si talem non habet parochiam, cuius animarum curam per se immediate gerere debeat, nu. 3. vnde sub dispositione Concil. Trident. sess. 24. cap. 17. continetur sub ea parte in qua loquitur de beneficijs requirentibus residentiam, sed non sub ea in qua agit de dimittendo alteram ex duabus parochialibus, nu. 5. & de iure per assecutionem vltimus alterum vacat, nu. 1.

Beneficiarij tenentur coram Deo iura Ec- 6 clesiæ defendere, & alienata recuperare: nec debent curare vt iurisdictio illis imminens in alios transferatur ne vel retento commodo in alios onus reijciant.

Abbatiæ exemptæ; etiamsi earum iurisdi- 6 ctio transferatur in Episcopum, non desinunt esse beneficia regularia, & curatæ habitu, & etiam actu, si habent conuentum, sed nec debet Abbas procurare, vt cura transferatur in Episcopos.

Beneficia plura residentiam requirentia 7 alias tamen iuste obtinens, bono vtetur consilio, si vno retento alia resignet vbi fructibus loco pensionis resignet valenti onus residentiæ subire.

CONSILIVM XV.

NHabẽs plures abbatias exemptas & habentes iurisdictionem spiritualem exteriorem, quęsiuit, an essent bene-

beneficia incompatibilia, licet non ha- A rum Abbates ad idem faciendum. Tum
beant parochias, ita vt requirant resi- quia omne beneficium curatum requi-
dẽtiam personalem, & comprehendantur rit residentiam personalem, secundum
a Ca. 17. de reform. sess. 24. sub dispositione Concilij Tridẽtini, [a] & omnes, & etiam non curatum, si est re-
an ad retinendos reditus, debeat procu gulare, quales sunt prædictæ abbatiæ,
rare, vt illarũ iurisdictio det Episcopis. præsertim si essent monachorum nigro
1 Quæstiones propositę licet duo tñ rum, per clemen. [ne in agro,] [h] & est *h §. caterũ,*
expresse quærant, plura tñ præsuppo- conclusio asserta à Felyn. [i] de qua pro- *& §. sane,*
nunt. Dico primo prædictas abbatias fundè nos nuper egimus. [k] *ne cler. vel*
b De præb. proculdubio esse beneficia incompati- 5 Quinto, q̃ ex p̃dictis sequitur, q̃ [l] *monach.*
bilia contenta sub cap. [de multa.] [b] Concilium Tridentinum non habet lo- *i In c. cum*
quia sunt dignitates, de quibus illud di cum in casu proposito, quatenus dispo- *oẽs, de con-*
sponit: omne enim beneficium eccle- nit, q̃ habẽs duas parochiales, alteram *stit. col. 1.*
siasticum habens iurisdictionẽ spiritua dimittat: quia hæ abbatiæ non sunt pa- *k In c. nul-*
lem fori exterioris, est dignitas, vt Inno rochiales: imò nec etiam videtur habe- *lã. 18. q. 2.*
c Ibidem. centius, Panorm. & alij [c] definiunt. & re locum, quatenus ait, vt habens duos *à nu. 43.*
nos late tradidimus in rub. & prædictæ episcopatus alterum dimittat: quia li- *l C. 17. sess.*
abbatiæ habent iurisdictionem fori ex- cet sint beneficia quasi episcopalia, & 24.
terioris non qualem qualẽ tm̃, sed qua- ferè eadem ratio militet in eis, quæ in
si episcopalem, & exemptam ab alia iu- episcopatibus: non tamen sunt verè &
risdictione episcopali, de qualem habẽ- propriè episcopatus, ita vt sub illa con-
d In clẽ. 1. verb. pro- prij, de reb. eccles. nõ alienam. te loquitur glossa singularis. [d] stitutione pœnali contineantur, quam-
2 Secundo, q̃ prædictæ abbatiæ sunt uis forte disputando teneri posset con-
beneficia curata: quia omne beneficiũ trarium.
ecclesiæ nõ ecclesiasticum habens iurisdictionẽ spi- Sexto, q̃ ex ijsdem sequitur locum
e C. duda. 2. de elect. ritualem in foro interiori vel exterio- esse in hoc casu prædicto c. 17. quo ad
ri, dẽ beneficium curatum, [e] & prædictę partem quia disponit, ne cui in posterũ
abbatiæ habent, vt habetur in facto, iu plura beneficia conferantur, & etiam
risdictionem spiritualem fori exterio- C quo ad partem illam, quæ videtur vetare, ne habenti vnum beneficium sibi nõ
ris, imò habent ẽt iurisdictionem fori sufficiens, requirens residentiam, prouideri possit de alio beneficio requirente
interioris, in monachos & religiosos residentiam personalem. Non enim vi-
f Et c. quã to, de offic. ordin. suorum cõuentuũ, si habent conuentus detur quod habenti vnam istarum ab-
iuxta c. [cum ab ecclesiarum,] [f] & ẽt batiarum non sufficientem suæ sustẽ-
habent in animas omniũ territorij sui tationi possit prouideri de alia non de-
talem, qualem Episcopi habent in ani- rogando Concilio.
mas parochianorum parochiarum sibi 6 Septimo, q̃ prædictus N. nullate-
subiectarum, habent enim iurisdictionẽ nus debet procurare, vt prædictarũ ab-
quasi episcopalem, vt dictum est. batiarum iurisdictio detur Episcopis.
3 Tertio, q̃ esto, sint beneficia cura- Tum quia id esset grande dedecus reli-
ta, non tamen sunt, nec debent dici Ec- gionum, quarum illæ sunt. Tum quod
clesiæ parochiales: quia, vt habetur in D successores eius poterũt in eis residere,
facto, non habent parochiam, cuius ani & specialem sui territorij curã habere.
marum curam debeant Abbates earum Tum quod id esset capere commoda, &
per se immediatè administrare, quod re onus abijcere, contra l. [secundum na- *m ff. de reg.*
quiritur ad hoc, vt aliquod beneficium turam.] [m] Tum quod omnis prælatus *iur. & c. qui*
dicatur Ecclesia parochialis, iuxta no- tenetur cora Deo ad iura Ecclesię suę *sentit onus.*
g §. inferiora de elect. et in cl. licet canon, & c. Statuta, eo. tit. lib. 6. tata in cap. [cum in cunctis.] [g] defendenda, & ad alienata recuperan- *eo. tit. lib. 6.*
4 Quartò, q̃ prædictæ abbatiæ iure da, quanto magis ad non deperuendum, *n 12. q. 2. et*
communi requirunt residentiam perso & non alienandum, iuxta c. [sine exce- *c. nulli, c. si*
nalem. Tum quia sunt beneficia quasi ptione.] [n] cum multis alijs. Tum deni- *quis presb.*
episcopalia, & habent territoria sibi tñ, que qd licet iurisdictiones earũ trans- *de reb. eccle*
& non alijs Episcopis subiecta: & ita ferrent in Episcopos, nihilominus ma- *sia nõ alie.*
eadem ferè ratio, qua tenentur Episco- *sia*
pi ad residendum, obstringit etiam ea-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nerent beneficia regularia, & curata habitu,& etiam actu,si conuentus habẽt, immo fortè etiam ad procurãdum eos habere,si non habent.

7 Octauò,q modus conuenientior retinendi reditus videtur esse, quod retineat vnam, quæ sit opulentissima illarum, & reliquas renunciet in fauorem aliquarum personarum ad eas regendas idonearum, retinendo fructus earũ pro pensione,certa quãtitate pecuniæ reseruata titularijs,qui, & abbatias regent,& supplebunt personam vicarij, & etiã poterunt supplere personam œconomi ad recolligendos conseruandos, & vendendos tempore opportuno fructus: quas duas personas,vel vnam pro duabus, ẽt retinẽdo titulum,oporteret alere,& eis stipendia soluere:ita quod forte minor erit quantitas reseruata titulari, quam quod personæ prædictæ palã, vel clam sunt accepturç:vel permutando eas pro beneficijs simplicibus, quæ residẽtiam nõ requirerent, qualia qui permutarẽt facilè in Hispania inuenirentur: multi enim honoris sui augendi gratia redituũ diminutionẽ paterentur. Salua,&c.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia simplicia sub eodem tecto tunc demum causant incõpatibilitatem,quando sunt vniformia,alias non. Vnde parochus potest in sua ecclesia obtinere simplex beneficium.*

2 *Vniformia beneficia dicuntur illæ capellaniæ,quæ ad eundem finem, et ad eadem munera vel ad vnam congregationem faciendam sunt instituta: non erunt aũt tales, si vna sit instituta ad dicendam separatim vnam Missam in vno altari, & alia ad aliud sacrum in alio altari.*

CONSILIVM XVI.

AN si duo simplicia beneficia quis obtineat in duobus altaribus positis intra quandam Ecclesiam parochialem, pro quorum vno tenetur secundũ diœcesanum Concilium celebrare duas in mense Missas,vnam verò pro alio altari, &c.dicantur incompatibilia?

Respondeo, quod prædictæ capellaniæ siue altaria non sunt incõpatibilia. Tum quia generali Concil.Trid. inductum est, vt possit quis habere plura beneficia simplicia, quorum alterum non sufficit ad sustentationem habentis illud, iuxta capit. [gratia,] [a] adiunctis a Dersor, gloss. & annotationibus Doct. & tradit *li.6.* & cle. Panorm. [b] & prædictæ capellaniæ, siue *grauu, cod.* altaria sunt beneficia simplicia, quorũ *tit.* alterum non sufficit ad sustentationem [b] habentis illud. *In repet. §. qui vero,*

1 Tum quia licet plura beneficia etiã simplicia vniformia, vt duæ canoniæ, vel duæ præbendæ,sub eodem tecto existentia sint incompatibilia, [c] difformia tamen & dissimilia cõpatibilia sunt iuxta textum in capit. [eam te,] [d] & satis probatur in d.c.1. [e] & prædictæ capellanię siue altaria sunt difformia,vt palam est,& mox dicetur. Tum quia Lapus, [f] late concludit rectorem alicuius Ecclesiæ posse cum rectoria siue suo beneficio curato retinere capellaniam intra eandẽ Ecclesiam existentem: quẽ post e alios sequitur Philippus Francus. [g]

2 Tum quia non obstat dicere, quod præfatæ capellaniæ, & altaria videntur esse vniformia, eo q̃ simili nomine, pellaniæ nominantur:quia vt aliqua beneficia dicantur vniformia ad effectum incompatibilitatis, non sufficit q̃ vno nomine generaliter appellentur, alioquin omnia beneficia simplicia essent vniformia, quia nomine beneficij simplicis nominantur: sed oportet q̃ eorũ munera & onera naturalia sint vniformia & similia, vt sunt duæ canoniæ, & duæ præbendæ eiusdem ecclesiæ, & capellaniæ, sed altaria prædicta non sunt in hoc modo vniformia:siquidem vnum est in vno loco, & alterum in alio sitũ, & vnum habet vnum onus, & alterum aliud. Tum denique q̃ licet capellaniæ multæ, quæ in aliquot locis sunt fundatæ ad cantandam vnam Missam in vna capella, & ad dicendas alias submisse in eadem ad eundem finem & intentionẽ fundatoris institutæ,& vt capellani cõueniant in vnum, vt eadem munera faciant, possint dici vniformes instar canonicatuum & præbendarum, non tamen possunt dici tales capellaniæ, de quibus quæritur:quia non sunt institutæ ad vnum & eundem finem, & ad eadẽ munera, & vnã congregationem faciendam,

ciendam, sed ad longè diuersa, & separata non fit illatio. [a] Salua, &c.

a l.Papinianus.ff. de minorib. & ead.adiẽtiã.de decr.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium simplex per exterius assecutionem,quod cum primo ea sola ratione est incompatibile, quod alterum sufficit ad sustentationem,vel quia vtrunque requirit personalem residentiam regulariter, nec de iure, nec ex dispositione sac. Conc. vacat.*

1 *Exorbitans à iure communi lex uel dispositio non trahitur ad similia, etiamsi sub B sit eadem ratio.*

1 *Correctio iurium restanda,nec per sub auditos intellectus inducenda.*

2 *Intellectus c.4 sess.7. sacri Concilij Tridentini.*

CONSILIVM XVII.

AN per adeptionem secundi beneficij quòd incompatibile sit cum primo, quia vtrunque personalem residentiam requirat, vel quia primum sit per se sufficiens iux. [b] Conc.Trid.vacet primum ipso iure ex [c] Concil.Trident. C

Respondeo primo, subintellexisse me hanc quæstionem fuisse decisam ab Illustrissim.Cardinal.ad declaranda dubia sancti Conc.Trid.deputatorum Cõgregatione, quatenus dicuntur declarasse vacare beneficiũ simplex illi, qui postea legitimè obtinuit Ecclesiam & parochialem & possessionem illius pacificam & canonicam.

1 Secundò, quod nisi eorum me auctoritas per S.D.N.de more probata in præfatam sententiam traheret, putarẽ de iure respondendum esse cõtrarium. Tum quia non est recedẽdum à iure an D tiquo nisi cogente ad id nouo, [d] etiam si eadem ratio in vtroq; casu inueniretur, vt ibidẽ adnotauit Bart.& probatur per l. [si vero,] [e] quæ probat prouisionem legis factam contra ius cõe non extendi ad casus in ea non expressos, vbi etiã idem adnotauit Bar.communiter receptus. At iure antiquo beneficia, etiam incomparibilia,propterea quod requirant residentiam personalẽ, vel ob aliã causam,non vacant regulariter ipso iure,

b c.17.sess. 24. de reform.

c ca.4.sess. 7. de refor.

d l.præcipimus, C. de appellat.

e §. de viro ff.sol.matr.

A re,[f] præter illa de quibus in c. [de mul- *f c.referẽte* la,] 5 & aliquot alijs, de quibus id ex- *& c.prætepresse statuitur.At nullo iure neq; an- *rea. cum* tiquo,neq; nouo statuitur, vt beneficiũ *adnot. de* simplex vacet per adeptionem alterius *præb.* curati,vel simplicis ipso iure extra præ *g Eod.tit.c.* dictos casus. Tum quia non est dicendũ *litteras. de* aliquam pœnam ipso iure incurri, nisi *cõcess.præb.* casibus expressis a iure, iuxta glossam *& cle.fi.de* memorabilem,quæ pen.est c.vlt. [h] Tum *præb.extra* quia non obstat prædictum c.4. [i] Partim *uag. execra* quod non dicit illud expresse,& per ta- *bilis.Io.22.* citos intellectus non debet fieri iuris *h De iure-* correctio,iux.gl.solemnẽ & receptam. [k] *patrona.* Partim quia illud c.solum loquitur ex- *i de refor.* presse de curatis incõpatibilib. generali *sess.7.* ter, & sine correctione iurium antiquo *k in ca.cur-* rũ põt intelligi de dignitate & persona *pientes.* §. tu non curatis,de quib. loquitur c. [de *quòd si per* multa.] quod ibi allegatur, & de qui- *viginti. de* busdã simplicibus,de quib.loquitur prę- *elect. lib.6.* dictum c. [literas.] [l] Partim quod verbũ, *l de cõcess.* [ẽt,] in eo positum clarè significat vo- *præb.et præ* luisse Conciliũ includere ibi vacationẽ *dicta cle.fi.* nouam ipso iure; sed veterem confirma *de præb.* re,& disponere,quod beneficia incompatibilia, quæ per netus ius vacabant, etiam per illud nouum vacẽt ipso iure.

SVMMARIVM.

Beneficia vniformia sub eodem tecto sunt 1 *quidem adeo incompatibilia,ut per assecutionem secundi vacet primum secus tamen est de difformibus,imò & per assecutionem parochialis non vacat aliud simplex,quod quis in ea prius obtinebat, imo & potest vtraque ex consuetudine vel dispensatione Episcopi retinere, nisi obstet consuetudo contraria per 40. annos ibidem præscripta.*

Collationem beneficiorum habens,potest ea 2 *conferre,etiamsi ex ipsiusmet persona resignatione,priuatione,vel aliter uacent*

Alternatiua mensium videtur etiam ha- 3 *bere locum in beneficijs uacantib.per assecutionẽ secundi incõpatibilis,uel altàs, vnde cautè facit idem prouisus,& collator,si differat in quantum de iure potest, & possessionẽ secundi accipiat in mẽsibus quorum collatio ad ipsum spectat.*

Possessionem beneficij collati accipere in 3 *quantum iure permittitur differre quandoque expedit.*

Possessor

3 *Possessor pacificus non dicitur quis statim ac possessionem fuit assecutus, & hoc etiam ad effectum vt propter incompatibilitatem inducatur vacatio.nu.1.*

CONSILIVM XVIII.

AN beneficiũ simplex Ecclesiæ parochialis vacet ipso iure per assecutionẽ ipsiusmet Ecclesiæ parochialis?

Respondeo primò, certissimum esse, quòd præfatum beneficium simplex nõ vacat per promotionem ad ipsam Ecclesiam parochialem donec adipisceretur possessionem pacificam, vel per eum stare t, quominus eam adipiscatur, arg.cap. *a Et c. com missa.d.cle. lib.6.* [licet canon,[a] per locum à fortiori.

1 Secundo, quod solo iure communi attento non vacat, etiam post adeptam pacificam possessionem. Tum quia nullo iure id cauetur. Tum quia duo beneficia difformia eiusdem Ecclesiæ non sunt incompatibilia, saltem adeo, quod alterius assecutione alterum ipso iure vacet, immo possunt obtineri vi consuetudinis, statuti, vel dispensationis Episcopi, secundum glossam,[b] Dominicum Francum, & communem,[c] & glossam finalem, Ioannem Andræam, & communem,[d] & Ecclesia parochialis & beneficiũ simplex illius sunt difformia, vt patet. Tum quia speciale est in beneficijs simplicibus, & vniformib. eiusdem Ecclesiæ, vt sint adeo incompatibilia, vt per adeptionem alterius, alterum vacet.[e] Dixi [Attento solo iure communi] quoniam attenta consuetudine antiqua etiam 40. annorum, si quę talis esset, posset induci eiusmodi incompatibilitas, argument. capit. [cum de beneficio.][f]

b in ver. nisi vnicam. c c.1.de cõsue.lib.6. d in c. litteras. de conce.prab. e c.literas. de conces. prab. et cle. fi. de prab. f De prab. lib.6. ca.de quarta. de præsr.

2 Tertio, quod habens facultatem cõferẽdi beneficia simplicia Ecclesiæ suæ, perinde potest conferre beneficium, quod vacat per suam renunciationem, priuationem, vel promotionem ad ipsam Ecclesiam, ac alia vacantia per mortem, renunciationem, ac priuationem aliorum: quia nullo iure id ei vetatur, & ita non dicendum in cap. regatur.[g]

3 Quartò, quòd prudenter agunt beneficiarij, qui promouentur ad Ecclesias parochiales, expectantes quantum iure possunt adeptionem possessionis pacificam vsque ad mẽsem ordinariorum collatorum, vt beneficia vacantia ipsimet conferant viris idoneis: quia qui iure suo utitur, nemini facit iniuriam.[h] Dixi, [Quantum iure possunt expectare,] quia si post institutiones, vel collationes factas eis in mense Papæ, tantum tardarent in capienda possessione pacifica, quod videretur iniuste per eos tardari, quominus eã acquirerẽt, posset dici eorum beneficia vacare antequã possessionem caperent, quãuis nõ facile possunt cõuinci super hoc eo quòd non tenentur incõtinenti possessionem accipere, neque accepta incontinẽti dicitur pacifica, per ea quæ leguntur & notantur in glo.[i] & alijs locis per Dominicum, & Francum, & Fely. Salua, &c.

g 24.q 2.§. cõsiderem° Authen. de trien. & se miss.coll.3. h c.cum terra. cleſia Vulterana de cleſ.iur.in. ff. de minor. i Sup. Verb. pacificam. præſta. cap. commiſſ. k in c. ne Dei, de ſepul mon.

SVMMARIVM.

Beneficia plura etiam simplicia iure antiquo, quo omnia requirebant residẽtiam, quis obtinere non poterat, consuetudine tamen tot retineri poterant, quot ad honestam sustentationem erant necessaria, num.2. etiam si alterum esset curatum, nu.3. imò & excedẽtia, modo superfluũ pijs erogaretur operibus, num.4. at secus post sacrum Concilium vbi illud fuit receptum nu.2.

CONSILIVM XIX.

QVæsitum fuit, an quis possit habere vnam parochialem ex aliquot canonijs, quæ secundum consuetudinẽ præscriptam nullam personalem residentiam exigunt, maximè interris, vbi non est receptum Conc. Trident.

Respondeo primo, quod iure scripto antiquo non licet cuiquam habere plura beneficia, eriã simplicia, quia quodlibet eorum requirit residentiam personalem illo iure,[l] quod in hoc est singulare.

Secundo, quod non potest quis tenere multa beneficia, quorum alterum ad suam honestam sustentationem sufficiat etiam secluso Concilio Trident. iuxta glos. fingu.[m] nisi cum quadam limitatione Card.[n] quã contra cõem sequimur & sequimur ẽt in Mantua.[o] Ter-

l c.cum ex. de elec. non reſid. in Cle. m in Cle. 2. de elect. n in cle. pro. de reſi. for. ſeſſ. 23. o cap. 25. nu. 125.

2 Tertio, quod ante Concilium generale Tridentin. licebat retinere tot beneficia quæ secundum consuetudinem præscriptam non exigerent continuam residentiam, quot essent, necessaria ad honestam beneficiarij sustentationẽ secundum Panormitanum communiter receptum.[a]

a in repetitione, c. ex turpãdæ. §. qui uero, de prab.

3 Quarto, quod ex his sequitur, prædictum consulentem posse tenere prædictam parochiam cum prædictis canonijs quæ secundum consuetudinem præscriptam non exigunt residentiam personalem, sine vlla dispensatione, idque, si Conc. Trid. in consulentis terra non est receptum, Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Regula de triennali defendit habentem duas parochias, & multo magis plura simplicia cum curato.*
2 *Beneficia plura simplicia habens etiam cũ curato nullam incurrit censuram.*
3 *Episcopus capellaniã beneficio curato vnire potest.*

CONSILIVM XX.

AN parochus, cui parochia tenuis 24. ducatorum non sufficit ad viuendum decenter, cum dispensatione Episcopi possit retinere duas capellanias tenues, ita quod iuuari possit regula de trien. possessore, & non incurrerit censuram aliquam, & per consequẽs irregularitatem celebrando, & an vniri possit una illarum parochiali per Episcopum?

1 Respondeo primo, posse D. consulentem iuuari prædicta regula de triennali, quia etiam habens duo beneficia curata potest ea iuuari, vt latè tradit Gom.[b] Secundò, quod nullam ob hoc censuram incurrit attento iure communi, quòd nullam talem ob hoc infligit. Tertiò, quod Episcopus potest vnire prædictas capellanias, per capitu. [ficut vnire.][c] & [d] Concil. Trident. Salua, &c.

[Aduertendum, referri sacram Congregationem censuisse regulam de triẽnali non tueri eum qui post sac. Conc. duo obtinuit curata.

b in d. reg. de trien. q. 10. c de exceſſ. prel. d c.8.de reſor. ſeſſ.21.

SVMMARIVM.

Canonicatus & dignitas iure communi in eadem Ecclesia ab eodem possunt obtineri.

CONSILIVM XXI.

AN absque dispensatione vnus canonicatum & dignitatem in eadem Ecclesia habere valeat?

1 Breuiter respondetur, quod iure communi non uetatur quis habere canonicatum, & dignitatem in eadem Ecclesia, immo permittitur,[d] quia non est statutum de illis, vt non possint simul retineri, sicut de incompatibilibus, de quibus in cap. [de multa,][f] & extrauag. § Ioann. XXII.[h]

e Arg. c.cũ olim, de re iud. f De prab. g Execrabi lis. h cod. tit.

SVMMARIVM.

Capellaniæ sub eodem tecto existentes si cũ 1 feruntur thesaurario eiusdem Ecclesiæ, non inducitur vacatio ipso iure.
Plura beneficia, modo non sint curata, nec 2 dignitates, & alterum illorum non sit sufficiens si adsit consuetudo immemorabilis utm priuilegij habens, possunt licitè etiam sub eodem tecto retineri.

CONSILIVM XXII.

THesaurario cuiusdam Ecclesiæ fuerũt successiue duæ capellanię eiusdem ecclesiæ collatæ. Quæritur, an attenta consuetudine immemorabili, vt quis retinere possit duas capellanias cum dignitate, sit aliqua illarum, vel ambabus, uel etiam ipsa thesauraria priuatus.

1 Respondeo primo, certum esse, quod nullus prædictorum titulorum ipso iure uacauit per adeptionẽ alterius, quia capellaniæ non sunt curatæ neque dignitates, personatus, aut officia, de quibus disponit capitu. [de multa,][i] nec sunt beneficia uniforma, quales sunt præbendæ vniformes alicuius Ecclesiæ collegiatæ, vel cathedralis, de quibus loquitur capitu. [literas,][k] & ita potest vna illarum teneri cum the sauraria sub eodem recto iure communi. iuxta doctrinam Lapi[l] quem sequi-

i De prab. k de cõceſſ. prab. l alleg.117.

tur

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur post alios Philippus Francus in capit. I. de consuet. lib. 6. num. 7. & 8. & Felynus. [a]

a in ca. ex parte. 2. de resc. nu. 3.

2 Secundo, quod etiã prætextu & virtute consuetudinis prædictæ immemorabilis possunt retineri prædictę capellaniæ cum prædicta thesauraria, si illa non sit sufficiens ad sustentandum decenter ipsum thesaurarium quia consuetudo rationabilis & legitimè præscripta vim priuilegij & legis habet, [b] & pluralitas beneficiorum, si non sunt curata, vel dignitates, non est illicita ei, qui non habet unum beneficium sufficiens ad uiuendum decenter, alioquin se cus, iux. gl. sing. [c] redactam in canonem per Concil. Trident. [d]

b c. fi. de cõsuet.

c in c. dudum. 2. de elect.

d in ca. 17. de reform. sess. 24.

Tertiò, quod ex his infertur, D. cõsulentem legitimè suscepisse, ac retinuisse prædicta beneficia, si prædicta thesararia non sufficiebat ad decentem eius sustentationem, & consequenter rectè suscepisse fructus eorum & potuisse retinere beneficia illa simplicia vltimo loco ei collata, licet melius & sanctius uideatur feciſſe renunciando illa.

SVMMARIVM.

1 *Sub eodem tecto iustè habeo curatum, & beneficiũ simplex, cui est annexũ aliud curatum sub alio tamen tecto. nu. 3. at si habeo prębendam, vel simplex beneficiũ sub uno tecto, non possum habere aliud beneficium vbicunque alibi situm, cui annexa sit prębenda, vel aliud simile simplex beneficium situm sub eodem primo dicto tecto nume. 2. & 3. & per assecutionem unius causatur uacatio alterius prębendæ, seu simplicis uniformis beneficij. nu. 4.*

CONSILIVM XXIII.

HAbens beneficiũ simplex, seu prębendam in quadam Ecclesia, adeptus est rectoriam alterius, cui annexũ erat aliud beneficium simplex Ecclesiæ primo dictæ. Quæritur an possit vtrunque sine dispensatione retinere.

1 Pro parte affirmante facit primo c. [super eo.[c]] quatenus habet, habentem vnum beneficium curatum, posse habere & retinere aliud beneficium simplex cui esset annexum aliud curatum, quia eadem ratione, immo fortiori, habens vnum beneficium simplex posset obtinere & retinere alterum beneficium curatum, cui esset annexum aliud simplex beneficium. Secundo facit, quod annexum & accessorium sequitur naturam sui principalis, & regulatur ab eo, [e] Tertio, quod non uidetur reperiri alicubi textus, quo statuatur vnam prębendam vacare p adeptionem secundæ eiusdem Ecclesiæ, quæ sit annexa alicui beneficio vel dignitati alterius Ecclesiæ, nam cap. [literas,] [g] & [cle. vlt.] [h] maxime videtur id probari, loquuntur de prębendis, quarum altera est annexa dignitati Ecclesiæ, cuius sunt prębendæ.

e De præb. lib. 6.

f Ter fl. ẽ prima. c. cũ multa. de resc.

g de cõcess. præb.

h de præb.

2 Pro parte tamẽ negante facit primo tex. singularis d. c. [literas,] [i] quatenus determinat, quod non põt quis habere duas prębendas in eadẽ Ecclesias, & qđ prior uacat ipso iure per adeptionem secundæ. Secundo neruosius facit cle. vl. quatenus singulariter probat non posse quem habere duas prębendas eiusdem Ecclesiæ, etiam si alteram illarum haberet per annexionẽ ad dignitatem, quam haberet, quod non exprimitur in d. c. [literas.] Tertio facit, quod quadantenus frangeretur numerus prębendarũ, siue (vt ita dicam) prębendatorum, si vnus & idem teneret duas prębundas, quamuis alteram teneret per annexionem, à quo videntur abhorrere iura, c. [constitutus,] [l] Per quæ videt hæc pars negans de iure verior.

i cl. non possunt, de legiẽ. c. dudũ 2. de elect.

k k de præb.

l de resc. c. cũ multa. c. cũ et alias de cõcess. præb.

3 Ad primum oppositorum respõdetur primò, sm cõem sententiam, quam inter alios adnotauit Panor. [m] quòd in sit. ra plus oderunt duarum prębendarum siue duorum simplicium beneficiorum similium retẽtionem sub eodem tecto, quam duorum curatorum sub diuersis. Secundo noue, & vt videtur, aptius respondeti potest, quod d. c. [super eo.] in oppositum adductũ loquitur de duobus beneficijs curam animarum, sed nõ sub eodẽ tecto habentibus, & ita posset dici quod nõ liceret retinere duo beneficia, quæ haberẽt curam in eadem Ecclesia, etiã si alterum haberet per annexionẽ, & sic nõ obstat huic parti, quæ habet nõ posse quem habere duo beneficia etiam

m de cler. non resid. c. literas.

simplicia, si essent vniformia in eadem Ecclesia, sine dispensatione Papæ.

Ad secundum respondetur concedẽdo, quod regulariter est verum, quod assumitur in eo, sed fallit frequenter, vt significat l. [cum principalis] allegata in eo, [a] vt ponderauit ibi Decius, & consequenter quando est diuersa ratio, & vt latè ibi per eum: & est cásus non citatus ibi ab eo, nec à glossis, [b] & in proposito casu est diuersa rationi principali, & in annexo, vt palam est.

a verbo plerunque.

b in c. debitores, de restituran.

4 Ad tertium respondetur, quòd licet non inueniatur in specie statutum de prębenda annexa beneficio alterius ecclesiæ, inuenitur tamen statutum in simili, vbi quo ad hoc videtur satis reperiri eadem ratio, parũ enim refert quo ad hoc, an sit annexa beneficio eiusdem Ecclesię, vel alterius: & statutum in simili, habet locum in alio simili, in quo est eadem ratio. [c] Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Dignitas non vacat per assecutionem canonicatus: si tamen vterq; requirit residentiam, alterum tenetur dimittere, & hoc si sint in diuersis Ecclesijs, num. 3. nam si sint in eadem Ecclesia, non tenetur alterum dimittere, nume. 4. & hoc etiam post Concilium Tridentinum, nume. 5. modo utrique posset per eundem deseruiri, nume. 4. & 6. & modo dignitas non habeat prębendam capitularem, vt insinuatur ex initio huius responsi: canonicatus autem qui est simplex beneficiũ de consuetudine non requirat residentiam, potest cum dignitate alterius Ecclesia, vbi Concilium non est receptum, retineri, num. 3.*

2 *Beneficia vniformia etiam simplicia, & pensiones sub eodem tecto sunt incompatibilia, ita vt per assecutionem unius, alterum uacet: idem dicitur de diffarmibus si sint dignitates, personatus uel officia, numero 5. quod si sint aliàs diffarmia, modo utrique posset deseruiri, nequaquam efficiuntur incompatibilia ex eo solo, quod sint sub eodem tecto, num. 6.*

CONSILIVM XXIV.

ANquis possit simul retinere canonicatum ac dignitatem non tñ primam post pontificalem in cathedrali, præsuppositio, quod dignitas ipsa non habeat prębendam canonicalem ex bonis Capituli, & quòd ex antiquis constitutionibus ꝑdictæ Ecclesię alternis hebdomadis vterq; deseruiat in choro: & an sufficiat dispẽsatio proprij ordinarij?

1 Ad hanc quæstionem respõdeo primo, quòd canonicatus, & dignitas etiã prima post pontificalem, non sunt de se talia incompatibilia, qualia sunt illa, de quibus in capit. [de multa.] [d] & ita per adeptionem alterius non vacat alterum ipso iure iuxta dispositionẽ illorum capitulorum.

d de præb. & in extra. eod. tit. Ioan. Bilis. XXII.

Secundo, quod si iure & cõsuetudine requirant residentiam personalẽ, erunt quidem incompatibilia quo ad retẽtionem, ita quod licet ipso iure non vacet alterũ adeptione alterius, vt prędictum est, tenetur tñ illorum vnum, quod maluerit, relinquere, iuxta c. [præterea.] [e]

e de præb. f in ca. cum antiquissimo, de resc.

Tertio, q; iure communi, præsertim quoad ea, quæ sunt antiquissimo, non solum canonicatus, & dignitas prædicta, sed etiã omnia alia beneficia requirunt residentiam personalem, & consequenter sunt incompatibilia prædicti secundi generis iuxta tt. gloss. [f] quam Panor. cum communi sequitur ibi, & tenet Innoc. cum communi, quem sequitur idem Pano. latius, [g] & est ratio irrefragabilis i c. [ad hæc.] [i] inducendo illud eo modo, quo in eius repetitione inducimus.

de cler. non resid. g in c. fi. eo. tit. h in repetit. de resc. c. extir. pandæ de præb. i cod. tit.

Quarto, quod consuetudine induci k potest regulariter, ne beneficium requirat residentiam, vt post gloss. præfatam, & Panor. & rationem [k] resoluit Fely. [l]

ubi supra. l in c. cũ oẽs resid. col. pen. de const.

Dimmo & fere vbique est huiusmodi consuetudo in beneficijs simplicibus, saltẽ sæcularibus, vt concludit Panorm. [m] & cum tãdem fortius Card. qui in hac re latior est. [n]

m in d. repe tt. & in c. dũ, eod. tit. n eod. tit.

2 Quinto, quod omnia beneficia vniformia in vna Ecclesia, sine sub eodem tecto, sunt incompatibilia primi generis, etiam si sint simplicia, & duo canonicatus, & duæ prębendæ, siue pensiones eiusdem speciei. [o]

de resc. in d. c. fi. de cler. non resid. o c. literas.

3 Sexto, quod ex his sequitur responsio ad quæstionem propositã, quatenus

de conces. præb. et cle. intel-

Universidad de Deusto
Biblioteca

intelligi potest de canonicatu & dignitate diuersarum Ecclesiarum, nempe quod sint incompatibilia secundi generis, consuetudine tamen factum fuisse nonnullis in locis ante Conc. Trid. ne saltem alterum illorũ requirat residentiam, & ita essent cõpatibilia; post quod tamen, videntur facta incompatibilia in diuersis ecclesijs, quia videntur requi
a c.12.sess. rere residentiam personalem.[a]
24. 4 Septimo, q̃ ex eisdem infertur ẽt responsio ad prædictam quæstionem, quatenus intelligi potest de canonicatu & dignitate eiusdẽ ecclesiæ, nempe, q̃ non sint incompatibiles primi generis, imò neque secundi, quia non sunt beneficia eiusdem speciei, siue vniformia. Nec facit ea incompatibilia necessitas residendi, quia cum consistant in eadẽ ecclesia, põt quis in vtroq; residere, quod consequitur vnum paradoxũ, videlicet, quod duo beneficia difformia sub eodẽ tecto aliquo respectu magis se compatiãtur, quã alia duo eiusdem generis in diuersis ecclesijs licet beneficia eiusdem speciei & vniformia diuersarũ ecclesiarum alijs respectibus sint incompatibilia.

5 Octauo, q̃ attento iure cõi antiquo relaxato, vt prædictum est, per cõsuetudinem quo ad beneficia simplicia, & attento ẽt Conc. Trid. videtur, quod sine vlla dispẽsatione Papæ vel Episcopi potest quis habere in eadem ecclesia canonicatum, ac dignitatẽ. Nec obstat cap.
b de cõcess. præb. [literas.][b] nec cle. fi.[c] quia loquuntur
c de præb. de beneficijs eiusdem speciei, & vnifor
d §. fi. de cõsuet. li. 6. mib. Nec ẽt obstat ca. 1.[d] quia solum habet nõ posse quem sine dispẽsatione Papæ habere in eadem ecclesia duas dignitates, siue duos personatus, aut duo officia vniformia, neq; difformia, non tñ vetat obtinere vnum tale cum canonica-
e In verb. vnitum. tu, & præbenda, imò glo.[e] infert ex eo clarè, quod per dispẽsationem episcopi põt quis habere in eadem ecclesia canonicatum, & præbendam cum dignitate.

Nono, q̃ gl. prædicta, quæ vr̃ requirere ad hoc dispensationẽ ep̃i, intelligẽda est quo ad eas terras in quibus seruatur
f de cle. nõ resid. ius illud antiquissimũ, c. [conquerẽte,][f] ex quod, vt est notatũ in primo dicto, oĩa beneficia sunt quodãmodo incompatibilia, non aũt in eis terris, quales ferè sunt oẽs, in quibus consuetudo subtraxit necessitatẽ residẽdi in simplicib, vñ præfata gl. g sub finem significat tm
g d.c.fin. valere quo ad hoc consuetudinẽ, quantum Epi dispensationem, & per multa iura quæ citat, in quib. est c. [tantæ.][h] sa
h de reser. tis indicat hoc esse vbique inductum.
6 Decimo, q̃ non solum verum est id
& ca. cum quod ait glo. 4. declarata in præcedenti
inde. dicto, sed etiam quod nemo alius, quod sciam, aduertit, nunquam iure commu ni duo beneficia difformia eiusdem Ecclesiæ sibi alioqui non repugnantia, fue runt incompatibilia etiam secundi generis, quia illa incompatibilitas proueniebat, eo quod vnus non poterat in diuersis ecclesijs residere, & omnia beneficia requirebant residentiam, quod cessat in beneficijs eiusdem ecclesiæ. Dixi tamen [Sibi alioqui repugnantia.] quia si alteri incumberet aliquod onus faciẽ
i Arg. l. vbi dum eodem tempore, quo aliud illi re
repugnãtia pugnans incumberet alteri, essent incõ
ff. de regu. iur. & ff. de lectionib. de appell. patibilia.[i] Salua, &c.

SVMMARIVM.

Beneficium requirens residentiam obtinẽti, ad alia requirentia residentiam etiam curata obtinenda nõ efficitur inhabilis, sed per assecutionem secundi, si sint curata, vel dignitas, vel officium vacat primum, si viraq; nõ sint talis qualitatis, non inducitur quidem vacatio ipso iure, sed ipse tenetur, ac etiam potest cogi, vt alterum quod malit, dimittat. 1

Dubio in casu recipiendus est sensus, qui cultui diuino ac eius augmento fauet. Vnde quando verba fundationis multarum capellaniarum simul erectarum possunt intelligi, vt sufficiat si ex omnibus omni die vnus faciat sacrum, vel vt omnes omni die celebrent, secundus sensus est admittendus, salua decentia & deuotione, nu. 2. 2

Obligatio Missam per se quotidie dicendi, differt ab obligatione illam per se, vel alium dicendi. 3

CONSILIVM XXV.

AN habens capellaniam, ratione cuius dẽt residere quotidie i aliqua ecclesia, impediatur habere beneficium curatũ, vel aliud sine, & quid de necessitate

tatẽ missandi quotidie ob clausulã fundationis, quæsita habet [Quod quilibet capellanus dicat Missam quotidianam.] quæ tamen verba aliquando in ipsa fundatione uitiantur.

1 Ad primam quæstionem respõdeo sequentia. Primum quod quærere quidem põt aliud beneficium ẽt curatum iustè, quia necessitas residẽdi in aliquo beneficio iam quæsito, non tollit habilitatem quærendi aliud requirens residẽtiam, vel curatum, quia hoc nullo iure cauetur, & sine lege nemini est inducenda inhabilitas, præsertim[a] ipso iure,
a c. f. de in repatro. iuxta glossam finalẽ, facit c. [legatur.][b]
b 24. q. 2. §. cõsiderem. Secundum, quod capellanus per adeptionem talis beneficij curati non perdit ipso iure suam capellaniam. Tũ quia
in auth. de triẽte & semisse. coll. 3 id ẽt nullo iure cauetur. Tũ quia Pano.
c in c. referente, &c. de multa de prab. & communis sententia tenet,[c] quod beneficium requirens residentiam personalem nõ vacat per adeptionẽ alterius eam requirentis, nisi sint de contentis in d. cap. [de multa.] scilicet dignitates, personatus, officia, vel Ecclesia parochialis. Tertium, quod licet præfati capellani iuste possint quærere beneficia curata, non tamen iustè possent retinere illa, & suas capellanias simul, immo possent compelli ad relinquẽdum vtrũ illorum maluerint, per dictum c. [referente.][d] cum ei adnotatis.
d Et c. præterea. de præb. & ca. fin. de cler. non resid. 2 Ad ſm respondeo, quod pro parte negante, s. quod præfati capellani non tenentur ad missandum quotidie, facit primo q̃ statutum, vt habens certum beneficium quotidie celebret, non obligat ad celebrandum quotidie, sed solum quantum frequentius poterit, salua honestate sua & debita deuotione. Secundò, quia statutum fundationis obligans eos ad missandum inter cætera loquitur per verbum singularis numeri, scilicet, vt dicant singulis diebus Missam, & dispositioni disponenti, aliquid per singularem numerum satisfacit faciendo vnum, vt testatori disponenti quod aliqua possessionum suarum vendatur alicui, satisfacit hæres vendendo vnam, & non tenetur ad vẽdendas plures, vt tra-
e c. omnes de constit. dit Felynus.[e] Tertio, quod statutum habet, vt capellani concordent super hora dicendi Missam, vt dicant eã per suos dies hora statuta, scilicet vndecima hyeme, & decima æstate, & si oẽs quotidie deberent singulas Missas facere, nõ videretur necessaria super hoc vlla concordia & statutum videretur superfluũ, quatenus habet, vt dicant eam per suos dies, cum omnes tenerentur dicere quolibet die.

Pro parte verò affirmante, quod præfati capellani teneãtur dicere quotidie suam Missam, facit primò, quod testator expresse disponit, quod quilibet capellanus quotidie diceret: Missam in altari maiori, vel alio illi proximiori, & vbi verba sunt clara, non est recedendũ
B ab eis,[f] & in claris non est locus coniec-
f l. non aliter, ff. de leg. 3. turis. g Secundo, quod executores testamenti statuerunt, ut capellani dicerent Missam quotidianã, eo modo quo
g l. cõtinuo §. cumita. testator disposuit, at ille clarè & expresse disposuit, vt quilibet capellanus quo
ff. de verb. obligat. libet die diceret Missam, ergo quilibet eorum tenetur quotidie dicere Missam, qm̃ relatum censetur positum in referẽte. h Tertio q̃ statuta fundationis in
h l. asse to. multis locis loquuntur de Missis in plu
to. ff. de her. rali numero, primo ibi. [los patrones nõbren capellano, capellanes, que digã las dichas Missas.] & põdera quod si so-
C la vna Missa dicenda esset, non oportebat dicere vt eligerent capellanũ, vel capellanos, quia satis erat vnum eligere,
l. in testõ. ff. de cond. & demonst. ibi, [queremos que los dichos capellanes digan las dichas Missas bor si mismos.] & tertio ibi, [si algũ capellan dexare de celebrar las Missas.] & pondera, quod loquitur in numero singulari de capellano, & in plurali de Missis, quæ verba clarè significãt quẽlibet teneri ad dicendas plures. quarto ibi, [que los patrones puẽdã hazer celebrar las Missas.

3 Quarto, quod in dubio recipiendus est sensus, quo cultus diuinus augetur.
i l. sunt per Quinto, q̃ actus hominũ per consuetu
D dinẽ recipiunt interpretationem,[k] vbi
sonæ. ff. de religio. & multa adducit Felynus, at raro patroni
sumpt. fu. instituũt multos capellanos ad dicendũ
k l. fi. C. de vnam Missam, quare in dubio institutio
fideius. ca. plurium capellanorũ ad missandum in-
cum M. de telligenda est de plurib. Missis, & nõ de
constit. vna tantũ. Per hæc posteriora fundamẽta videtur pars hæc affirmans verior.

Ad primum oppositorum respondeo primò, concedendo, quod obligatus, simpliciter ad dicendam Missam quotidie,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tidie, satisfacit missando, quoties salua honestate & debita deuotione pōt: sed negando, quod ex eo quidquam contra hanc partem colligatur. Tum quia hæc pars id nō negat. Tum quia in casu proposito non agitur de obligato ad missandum quotidie simpliciter, sed de obligato ad missandū quotidie per se, uel per alterum, inter quæ magna est differētia vt potest colligi ex Pan. Tum quia alia quæstio est, an præfati capellani, debeāt missare quolibet die per se, vel per aliū, de qua non quæritur, sed solum an teneantur omnes ad unam solam Missam quotidie faciendam, de qua quæritur, & ad quam responsum est quod non, sed debent singuli singulas dicere.

Ad secundum negando, quod in omnibus statutis testatoris, & executorum fiat mentio de Missa in numero singulari, quia imò in pluribus fit mētio in numero plurali, vt patet per supradicta, & quod testator ita disposuit de Missa in singulari numero, quod clarè significauit singulos capellanos teneri ad singulas Missas faciendas quotidie; eius enim verba sunt hęc, [quod quilibet capellanus dicat Missam quotidianam.]

Ad tertium respondetur, quod illud argumentum haberet aliquā vim si non posset esse inter capellanos alia discordia quam quis eorū teneretur ad vnam Missam dicendam, sed illud est falsum, quia possunt esse multæ aliæ discordiæ, scilicet quis eorum diceret prius sonante decima, & quis posterius, & quis in altari maiori, & quis in alio illi proximiori, & an deberent dicere de officio diei, vel alio, & an de viuis, vel de defunctis: & in huiusmodi discordijs potest verificari prædictum statutum. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Dispensatus illegitimus ad beneficia quæcunque cum clausula*, dummodo non sint plura, *per illam id consequitur, vt dimisso primo possit obtinere secundum, non autem vt duo simul retineat.*

CONSILIVM XXVI.

QVæritur quid operetur clausula illa, [dummodo non sint plura,] quam Datarius cœpit nouè ponere in dispensationibus, quibus Papa dispensat ad ordines sacros, & beneficia cum illegitimis dispensatis ab Episcopo ad quatuor minores, & vnum simplex.

Quia res obscura erat, & eius declaratio à mente concedentis gratiam pēdere, videbatur, consuluimus Reuerendissimum Datarium, qui respondit mentem Papę & suam esse, vt virtute huiusmodi dispensationis nullus duo beneficia simul retinere possit, sed quod in hoc tantum prosit, quòd qui absq; illa nō poterat obtinere nisi vnum simplex, & primum quod sibi conferretur, uirtute huius poterit obtinere & retinere, aliud quodcunq; maluerit, modo non retineat duo simul.

SVMMARIVM.

Capellania perpetua iurispatronatus, si (vt licet) reducatur per ordinarium ad manualitatē, desinit esse beneficiū, efficiturq; simplex seruitiū, ad quod patronus sine alia Episcopi approbatione potest quemcunq; deputare; & deputatū remouere, nu. 3. & 7. quod si postea impetretur vt beneficium non teneat institutio. nu. 5. nisi iterum de manuali per Episcopum instituatur in beneficium ecclesiasticum nu. 8.

Capellas esse manuales, seu seruitia manualia, magis expedit patronis; quia seruientes sic magis continentur in officio quam si sint beneficia ecclesiastica.

Bona fide possidens beneficium vti seruitiū amouibile, facit fructus suos.

CONSILIVM XXVII.

CApellaniam perpetuā ordinarius petente patrono; fecit manualem, ad cuius seruitiū patronus per se deputauit quendam I. qui ad euitandos scrupulos curauit se ordinario pręsentari, & de ea vti de beneficio perpetuo instituti. Quæritur, quid agendum?

1 Respōdeo primò, satis facile defendi posse id quod fecit præfatus ordinarius. Tum quod ordinarius, præsertim Legatus, potest iusta de causa, & cum cō sensu patroni facere, vt aliqua capella perpetua, i qua ad pśentationem eius instituitur

tituitur capellanus, & rector perpetuus, fiat temporarius, & ad nutū amouibilis, quoniam certum est ordinariū posse vnire, & diuidere, & de nouo creare, & extinguere iusta de causa beneficia inferiora sui episcopatus. a

2 Nec obstat, quod collatio beneficij, & institutio præsentati in eo sunt res spirituales, & nō cadunt in laicum, qui est incapax iuris non solum conferendi, & instituendi, sed & eligendi, quod est minus, b nisi priuilegio Papæ, iuxta glo. celebr. c

3 Non inquam hoc obstat, qm̄ per ordinationem qua capella perpetua fit tē poraria, & ad nutum amouibilis, ita vt loco illius constituatur temporale seruitium ad nutū patroni amouibile, non confertur ius conferendi, vel instituēdi patrono laico, sed extinguitur capella perpetua & loco illius fit illa, quam patronus potuisset ab initio ordinare etiā sine consensu Episcopi, vt scilicet darentur tot scuta annua alicui clerico ad seruiendum capellæ, ita ut posset ad nutū amoueri, & poni sine aliquo titulo perpetuo Episcopi, ita quod extinguitur beneficium, quod debet esse perpetuum, & consequenter desinit ordinarius habere ius instituendi, sed non quæritur illud patrono. qui ēt perdit ius prę sentādi ad beneficiū, quia iā non est tale, sed quærit libertarem ponendi, & tollendi quē & quoties voluerit, quod est grāde & vtile frenum ad continendū capellanum in officio virtutis, ne patronus resciēs illius uitiū, amoto eo, ponat aliū, quæ, vt puto, fuit magna causa faciendi capellam illam de perpetua manualē, hoc est extinguere illam, & loco illius facere temporariam, quæ nō esset beneficium perpetuū, sed aliud gratius Deo.

4 Secundo principaliter dico. q̄ debet serio perpendi, fieri per hoc patrono grande præiudiciū, & præfato l. grande cōmodum, quia si manet perpetua, non potest ea priuari, nisi ex causa graui, & cū causæ cognitione a iudice, vt alij beneficiarij, & quod forte hoc fuit in eam sa, cui sub specie boni spiritualis, & sanæ conscientiæ, præfatus I. quærit bonum temporale cum præiudicio patroni, quem miror tam facile illi consensisse. Mihi enim verius videtur, valuisse illam ordinationem, si iusta de causa facta fuit, potuit autem esse bona pars talis causæ id, quod prætactum, est.

Tertio, quod meo iudicio consulendum erat prædicto patrono, ut procuraret institutionem in integrum in suum ius antiquum per iustam ordinationem ordinarij sibi quæsitū, eo quod per iuris errorem, & timorem peccandi per præfatum I. & alios sibi incussum, per errorem præsentauit illum ordinario.

5 Quod ipsum & præfato I. videtur consulendum, quoniam non potest facile defendi iustitia tituli, quem nunc habet in dicta capella, cum non videatur fuisse ordinario, neque patrono animus mutandi ordinationem præfatam prædictæ capellæ, si iusta erat.

6 Quarto, quod præsuppositā iniustitia & nullitate præfatæ ordinationis ordinarij, qua de capella perpetua fecit tē porariam, & quod præfatus I. cum iniusto titulo possedit eam (quod certè ipse non auderem affirmare) quia tamen bona fide & cum titulo colorato possedit eā, fecit fructus suos, d vt tradunt Pa d l. bona fi- norm. & omnes, e post Bartolum, f & dei. ff. de ac omnes, g Couarruuias. h qui. rer. dō.

7 Quinto, quod nullius inhabilitatis timor est habendus, propterea quòd videatur accepisse beneficium Ecclesiasti- inst. de rer. cum de manu laici, contra multa cap. i diuis. Tum quia non accepit, vt beneficium e in c. gra- perpetuum, sed vt seruitium manuale uis. de resti. temporarium, quod potest dare laicus, spol. & quotidie dant similes capellas manua l in l. ex di- les. Tum quod illa iura loquuntur de uer. ff. de capiente beneficium sine colorato titu rer. vend. lo, & ipse habebat coloratissimum, & g in l. si & certe mea sententia magis coloratum, me & Tiquam nunc, ut prædixi. tium, ff. de

8 Sextò, ad qōnem, qua quærit quid reb. credit. nūc oporteret agere iure poli, & iure fori, rñdeo q̄ alterum de duobus, nempe rur. resolu. procurare vt patrono restituat ius suū cap. 3. per præfatā ordinationē ordinarij sibi i 16. q. 7. quæsitū & præfato I. ius illud manuale & amouibile, sicuti ante hanc innouatio nē habebat, aut curare, vt ordinarius soleniter erigat de nouo præfatam capellā in capellam perpetuam & quod patronus de nouo præsentet præfatum I. ordinario, & q̄ ordinarius eū instituat in ea.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMARIVM.

1 *Commenda perpetua dat quendam improprium & extraordinarium titulum, ad effectum vt illa cessante comprehendatur sub reseruatione beneficiorum, sed non dat verũ & proprium titulum. Vnde quis duo potest habere beneficia, alterum in titulum, alterum in commendam: nec per cessationem commendæ alteratur modus vacationis, imò vacat & remanet affectum & reseruatum vt prius, adeo vt prouiso ordinarij non det titulum nec coloratum.*

2 *Rescriptum Papæ in ijs quæ sunt iuris, facit ius, nedum inter partes pro quibus rescribit, sed etiam inter alios.*

CONSILIVM XXVIII.

BEneficium commendatum non vacat propriè per cessationem Commendæ, sed vacat vt prius ante commẽdam, & perinde manet affectum, & reseruatum, ac manebat quando fuit commendatum, vt ait Federicus, [a] Ludouicus Romanus, [b] Cassadorus, [c] Gomezius, [d] Card. [e] qui hoc in præfatis locis decisiuè vel remissiuè tenent, per cessationem commendæ censeri vacare beneficium eo modo, quo vacabat cum fuit commendatum, pro quib. est illa regula, ꝙ nemo debet habere plura beneficia in titulum, [f] at vnus & idem potest habere vnum beneficium in titulũ, & alterum in commendam, quia commenda non dat titulum. [g]

Non obstat, ꝙ Cassadorus & Gomezius in præfatis locis affirmant, commendam perpetuam esse titulum canonicum, & coloratum, & quod per cessationem commendæ perpetuæ perditur ille titulus, & vacat beneficium commendatum, & comprehenditur sub præ dictis regulis Cancellariæ, quæ loquuntur de titulo colorato, & vacatione, qa vt ex ipsomet colligitur, intelligunt de quodam titulo extraordinario, & improprio, & de vacatione largo modo quo ad effectum includendi sub prefatis regulis magis ex identitate rationis quam ex proprietate verborum, non autẽ loquuntur de titulo, & vacatione, per quam desinat beneficium esse affectũ, vt erat quando fuit à Papa commendatũ.

2 Denique ipsemet Papa in suis literis amplissime declarat, per commendę cessationem non vacare beneficium cõmendatum; aliter quam vacabat tempore commendæ, & quod manet reseruatum eius collationi, prout erat quando commendauit, & addit non posse ordinarium in eũ conferre titulum coloratum, & eum ita declaret Papa rescribẽdo in his quæ sunt iuris, nulla cadit dubitatio: quoniam rescriptum principis facit ius, non solum inter partes, vt ait Ioan. And. [h] sed ét quo ad alios, [i] cum multis alijs per Fel. citatis. [k] Salua, &c. *n.* 1. & *seq.*

a In titu. de permut. benef. q. 11.
b Cons. 350
c Dec. 5. *de priuil.*
d In reg. de infir. resig. q. 13. *& de veris. nott. q.* 4. *& de empe. benef. famil.*
e q. 5. *& de trien. q.* 5.
f Per totam 21. *q.* 1.
g Cap. qui duas. & c. relatio. 21. *q.* 1. *c. nemo de incæps. de elec. lib.* 6.
h In l. 6. ff. de iust.
i In l. cum et nos. ff. de reb. cred.
k Salua, n. 39.

SVMMARIVM.

Distributiones quotidianas, quas canonicus hæreticus occultus, interim antequã cum retentione beneficij absolueretur, percepit, ijs, quib. accreuissent, restituat.

CONSILIVM XXIX.

CAnonicus hæreticus occultus, qui accepit distributiones quotidianas, si absoluatur, postea reconciliatus cum retentione canonicatus, cui restituet eas?

1 Respondeo, hanc quęstionem posse decidi per ea, quæ nos tradimus in Enchiridio de oratione, [l] scilicet acquiri huiusmodi distributiones illis canonicis, quib. accreuissent, si ipse nõ interfuisset, an autem possint remitti, & condonari, vide quæ vbi supra tradimus. [m]

l In gl. reg. Cancel. 33. pag. 5.
m In gl. prag ma. sanct. Gallican. ti. de pacifica posse. super verbo trien. & verb. mo lest. art. 1 in eadẽ re gula, q. 58. *d Tit. de pa cis. possess. a In cõmen tario de pacis. possess. ampl.* 3.

SVMMARIVM.

Possessio triennalis de colorato titulo facit verum.

CONSILIVM XXX.

QVæsitum est, an possessio triennalis beneficij de colorato titulo faciat verum?

1 Respondetur quæstionem hanc esse magnam, quam etsi prælegẽdo in scholis sępius tetigi, nunquam tamẽ in eius decisione animum ita firmaui, vt non fluctuaret. videns ex vna parte glossam antiquam, viri doctissimi Gulielmi de Monte-

a In gl. reg. Cancel. 33. pag. 5. Monteferrato tenere, [a] quod possidens pacificè beneficium triennio cum titulo colorato, facit illud suum, etiam quo ad Deum, licet titulus non fuerit canonicus: Et ab altera parte perpendens argumenta neruosa, quæ contra eam fieri possunt, quorum & aliqua tãgit Cosmas Gumierus, [b] per quæ tenet contrarium, quod ipsum, ea tamen non relata, tenuit etiam Gomezius. [c] At nunc arbitror opinionem præfatæ glossæ antiquæ esse seruandam, per argumenta neruosa, quæ ipsa tangit, & quia mens Conciliorum, vnde illa regula desumpta est, & concordatorum inter Leonem X. & Franciscum Galliæ Regem, [d] vbi latius quam alibi sensus illius regulę exponitur, id sensisse videtur, & quod prætoria summa Gallicana, quæ parlamenta vocant, id seruare dicuntur à Petro Rebuffo, qui hanc partem latè confirmat. [e] Salua, &c.

[Aduertendum hanc sententiam aliquoties non esse ita certam, vt patet ex Couaruuia reg. possess. par. 2. §. 10. vers. septima conclusio cum anteced. de regulis iuris in 6.

b In gl. prag ma. sanct. Gallican. ti. de pacifica posse. super verbo trien. & verb. mo lest. art. 1 in eadẽ re gula, q. 58. *d Tit. de pacis. possess.* 7. *c In cõmentario de pacis. possess. ampl.* 3.

SVMMARIVM.

1 *Alternatiua mensium non prodest ordinarijs acceptantibus, nisi postquam eorum acceptatio authentica ad Datarium peruenerit, nec post mortem Papæ illam cõcedentis, nu.* 1. *includitq; diem ipsiusmet publicationis, nu.* 3.

2 *Gratia ad beneplacitum Papæ morte eius expirat, secus si ad beneplacitum Sedis Apostolicæ concedatur.*

2 *Dies termini, quando illi additur præpositio, à, vel ab, non computatur in termino, secundum illam opinionem quæ aliquibus magis communiter est recepta, fallit primo, quando de mente auctoris, vel ex alijs verbis aliter contrarium potest colligi, nume.* 4. *&* 7. *Item dictare gula procedit, quando dicta præpositio additur actui gerendo, vel tempori sine certa diei expressione, secus si addatur certo die, nume.* 5. *Item fallit quando additur à lege, nec inclusio est contra eus, nume.* 6. *Item & quando inclusio est fauorabilis ei cui fit gratia, dilatio vel facultas, nu.* 8.

A *Reseruatio alternatiuæ mensium non est contraria iuri, immo conformis, quia reseruat Papæ ius conferendi, quod illi cõpetit ratione concursus, quo cum omnibus ordinarijs & validiori iure concurrit.*

CONSILIVM XXXI.

QVæsitum fuit, an vacante canonicatu & præbenda in Ecclesia cathedrali, Gienensi illa ipsa die, qua facta fuit reseruatio alternatiuæ à S.D.N. Sixto V. cẽseatur includi in reseruatione, vel valeat collatio ordinarij in vim alternatiuæ præcessoris.

1 Ad hanc quæstionem decidendam præsuppono primo collationem prædicti canonicatus factam à Reuerendissimo Episcopo Gienensi non potuisse valere illa ratione, quod illa pertineret ad ipsum virtute alternatiuæ, quia illa ei nõ poterat prodesse, donec fides eius acceptationis peruenisset ad Datariũ, vt concessionis alternatiuæ tenor continet, quæ non peruenit ante collationem à Sanctissimo factam.

2 Secundo, ꝙ etiam certum est prædictum D. Episcopum non potuisse illũ conferre virtute acceptationis alternatiuæ, quam fecerat ante Gregor. XIII. quia illa & virtus eius expirauerũt per mortem illius: quoniam facta fuit vsq; ad beneplacitum eius, & gratia facta vsq; ad beneplacitum Papæ finitur mortę ipsius; licet non si heret vsq; ad beneplacitum Sedis Apostolicæ. [f]

3 Quibus præsuppositis respondetur primo, quod tota difficultas huius quæstionis consistit, an obsit eius collationi alternatiuæ reseruatio facta p S. D. N. pro cuius vtraque parte multa possent adduci, quoniam multa faciunt pro collatario Papæ, & multa pro collatario Episcopi, sed omnia videntur reduci ad illam quæstionem, an reseruatio facta à Sanctissimo; & publicata die 4. Maij anni 1585. qua reseruauit omnia beneficia vacantia extra Curiam à die publicationis eius propter præpositionem illam, a, censeatur excludere an includere diem illum quartum, quia prædicti canonicatus & præbenda vacauerũt illa ipsa die, & collatarius Episcopi præ-

f c. si gratiose. de reseri. lib. 6.

tendit eos non comprehendi in reseruatione prędicta: quia dies termini nõ computatur in termino, quando illi additur præpositio, à vel ab; vt habet glos- *a In cle. si* sa memorabilis adiuncto textu,[a] quæ vi *cui, de appe.* detur aliquib. communiter recepta, in quib. videtur esse Decius cum relatis à *b In c. sup.* se.[b] Collatarius autem Sanctissimi cõ *eo. 2. de ap-* tradicit, allegans diem termini com- *pell.* putari in termino in pdicta reseruatione.

Pensatis autem mediocriter vtriusq; rationibus adductis pro illa glossa, & contra illam, videtur verius esse, quod in hoc casu dies termini includatur in termino, & ℔ canonicatus & præbenda prędicta cẽsenda sunt reseruata S.D.N. primo quidem quod ex mente auctoris reseruatoris id colligitur.

4 Tum ℔ constat eum voluisse per illam reseruationem reseruare sibi regulariter quo ad omnes collatores & collatrices omnia beneficia vacantia mense Maio cuius dies erat ille quartus, in quo vacauerunt, & ita videtur voluisse vacantia illo die includere. Tum ℔ consuetudo antiqua Maximorum Pontificum habet reseruare vacantia in octo mensibus sibi per reseruationem regularem, & vacantia sex mensibus per reseruationem alternatiuam, & non videtur vnquam cõtigisse casus, in quo dies termini declaretur excluſus.

Secundo, ℔ colligitur etiam ex verbis ipsius reseruationis, quia facta est secundum consuetudinem antiquam prædictam, exprimendo in duobus locis menses reseruatos, & in vna sine vlla præpositione, à, vel ab, ex quo conijcitur, ℔ sua Sanctitas nullam de vi excluſiua diei termini habuit memoriã, & consequenter noluit vt haberet eam, quia nihil incognitum est volitum se- *a 13. de Trin.* cundum S. Augustinum,[c] receptum ab *d ff. de trã-* omnibus, & probatur per leg. cũ Aquiliana,[d] cum similibus. Tum ℔ si illa *fact.* reseruatio fuisset facta die secunda, vel tertia Maij, includisset diem quartam, & certum est voluisse minus includere faciendo eam die quarta, quam faciendo eam die secunda, vel tertia quo ad dies in ea terminatos.

5 Tertio, ℔ in proposito non agitur de præpositione, à, vel ab, addita tempori, vel actui generaliter sine expreſsione diei certi, quo casu non includit tempus præcedens actum, sed solum sequens immediatè illum. vt in cap. [anteriorum.] [c] ibi. [A recitatione sententiæ.] & in cap. [quam sit.] [f] ibi. [A tempore præsentationis.] Sed agitur de præpositione, à, adiuncta certo diei, per quod tolluntur argumenta, quæ vidētur probare non includere tempus præcedens actum, sed solum sequens illum, vt singulariter præ alijs adnotauit Præpositus. [g]

6 Quarto, ℔ Cynus, quem sequitur ibi Salycetus,[h] determinauit, quando huiusmodi præpositiones includunt terminum diei, cui adijciuntur, & quando non, dicens, ℔ quando proferuntur à le ge, includunt, si inclusio non est contra ius, vt in d.l. [à caligato] & in cap. [à subdiacono.][i] & in casu proposito præpositio, à, profertur à lege, & inclusio est conformis iuri; ergo censendum est includere. Quod autem sit conformis iuri, & legi, probatur ex eo, ℔ Papa iure communi habet potestatem conferendi omnia beneficia, quocunque tẽpore vel loco vacent, secundum glossi, magnam recept.[k] & per reseruationẽ prædictam confirmatur, & augetur ius eius ad conferendum. Nec obstat, ℔ Papa nocet ordinario, qui concurrit cũ Papa, quia ius quod habet Papa, est longè amplius & dignius, adeo, ℔ vt ait prædicta glossa recepta, si ambo conferrent eadem die, & nesciretur vter prius contulisset, collatio Papæ præualeret cęteris parib. collationi ordinarij, & ideo prædicta reseruatio potius indicanda est cõformis iuri, cum consonet iuri Papæ, ℔ difformis, eo ℔ deroget iuri Episcopi.

7 Quintò, ℔ etiam prædictus Cynus communiter receptus tenet vbi supra, quod quando proferuntur ab homine tales præpositiones adiunctæ diebus, censentur includere, si de mente dispo nentis expresse vel tacitè id potest colligi, & in casu proposito talis mens colligi põt, tum expresse, eo ℔ S.D.N. declarauit se habuisse illam mentem per declarationẽ solemnẽ id continentẽ ſtam ab eo tanquam a legislatore, & nõ tanquam a doctore priuato, cui credendũ est, cum per literas eius Apostolicas de facto proprio deponẽtis id apparet, iuxta

a De prob. iuxtà clem. [literis.] [a] Tum tacitè, *b Le. preſes. C. de ser. & aqua. & c. si non licet. 23. q. 5.* quia quilibet præsumitur se suosq; magis diligere, quam extraneos,[b] per quę & alia iura probatur ordinatam caritatem incipere à se ipso, & inclusio illius diei respiciebat commoditatem & vtilitatem suam, & suorum familiariũ, & aliorum clericorem pauperum in Curia degẽtium, quam certum est maluisse intendere, quam Episcoporũ, & aliorum collatorum voluntatem & appetitum, quæ non solent esse Reipub. adeo commodo, ac sua, vti omnium patris, ac dñi, & vnici ac supremi Vicarij Christi.

8 Sexto, ℔ prædictæ præpositiones includunt terminum, quando inclusio est vtilis & fauorabilis ei cui fit, vel datur dilatio, facultas, vel gratia, vt pulcherrimè determinat post alios Præpositus vir eruditissimus, & in reb. Curiæ Romanę exercitatissimus,[c] & probatur ea ratione, ℔ in quocunq; casu dies, cui adijcitur præpositio, à vel ab, computatur in termino, vbi inclusio termini operatur vtilitatem ei cui datur, vel fit dilatio vel facultas. At per reseruationem prædictam resultat vtilitas & commoditas ei cui fit reseruatio, nempe Papæ: ergo dies termini computabitur in termino, quæ ratio confirmatur per glossam magnam & receptã, [d] quæ significat tunc præpositionem, à, excludere diem termini, quando vtile, commodum vel fauorabile est ei, cui conceditur dilatio, vel gratia, & tũc prędicta prępositio includit, quando inclusio est vtilis vel fauorabilis ei, cui conceditur dilatio, facultas, vel gratia. Per quæ omnia concluditur, prædictum diẽ quartum, qui fuit terminus prędictæ reseruationis, includi sub ea. Salua, &c.

c In prędicto c. super eo. nu. 27.

d c. statutũ. de pręb. li. 6

SVMMARIVM.

1 *Pensio de voluntate prouisi de beneficio iuste ita impoui potest, vt ea etiam possessione non habita soluatur, & nu. 5. potest tamen se eximere, beneficium dimittendo, nu. 7. interim autem iuste exigitur & solui debet. 4. soluatur inquam ex alijs bonis, ex quo hac solutio non est restricta vt fiat solum de fructibus beneficij, num. 5.*

Nauar. Conſ. Pars I.

Vendens vel grauatus dare decem põdera olei, quod nascetur ex tali prædio, nõ obligatur dare plusquam ex eo nascatur: secus esset, si suam obligationem non restrinxisset præcise ad ex illo nascituram, nu. 5. 1

Peremptæ debita sine culpa debitoris, debitor liberatur, & hoc quo ad ea quæ debentur in specie, secus de eo quod debetur in genere, nu 6. 2

Impedimentum superueniens excusat debitorem, fallit tamen in impedimento prouiso, vel quod potuit à prudente prouideri, nu. 8. & 4. 3

Difficultas soluendi rem promissam non liberat debitorem, & nu. 7. 4

CONSILIVM XXXII.

PRæsupposita resolutione dubij, scilicet, ℔ constitutio pensionis adiecta clausula, [habita, vel nõ habita possessione,] est iusta. Ad dubium propositum, an sit iustum, vel iniquum accipere pensionem à beneficiario, qui nõdum accepit possessionẽ beneficij, nec vllos fructus eis, respõdetur, ℔ pro parte affirmatiua facit primo, ℔ qui vendit decem pondera olei, quod natum esset ex tali prędio, non tenetur soluere illa, nisi nascantur,[e] & si legatæ fuerint de- *e L. si debicem* amphoræ vini, quod nascetur ex *tor. ff. de cõ* tali prędio, non debebuntur plures, quã *trah. empt.* nascentur. [f] At pensio est soluenda ex fructib. beneficij, ergo non debebit *f L. cũ cer-* solui, nisi tantum quantum ex fructib. *tus. ff. de tri* illius colliget beneficiarius. *tit. vino. olco.*

2 Secundo, ℔ cum res promissa vel legata perit sine culpa debitoris, non tenetur ad eam soluendam, imò nec si à *g L. inter sti* communi commercio eximatur. § At *pulante.* §. fructus beneficij, cuius beneficiarius *sacrã. ff. de* possessionem non capit, nec potuit ca- *verb. oblig.* pere, & fecit quicquid homo diligens facere debebat, videntur perijsse ipsi sine vlla culpa sua, ergo non tenebitur eos soluere. Tertio, quòd dura res videtur quod quis soluat pensionem de re, qua nullatenus vti potest. [h] *h Arg. præ- dictarũ ll. si debitor et l. cum certus.*

3 Quarto, ℔ impedimentum superueniens excusat quem ab obligatione faciendi ea, quæ tenebatur facere. [i] At beneficiario, de quo loquimur su- *i c. quemad- modum. de* peruenit impedimentum soluendi pẽ- *iureiuran.*

sionem ex impotentia capiendi possessionem beneficij pensione onerati, ergo excusatur à præstanda.

4 His tñ non obstantibus contrariũ est dicendum. Tum quia difficultas pstandi rem promissam non excusat promittentem ad illam præstandam. [a] *a l. cõtinu⁹, §. cum ita. de verb.obl.*

Tum quia damnum quod alicui sua culpa venit, sibi debet imputari. [b] At damnum hoc sua culpa euenit beneficiario, qui potens & debens præuidere se possessionem impediri ab adipiscenda possessione, voluit se obligare ad soluendam pensionem, etiam non adepta possessione. *b c.damnũ. de reg. iur. lib.6.*

Tum quia euentus, quem quis præuidit vel debuit præuidere, non excusat. [c] At prædictus beneficiarius præuidit potuisse euenire difficultatem & impotentiam capiendi possessionem, quia ideo se obligauit ad soluendam pensionem, etiam non adepta possessione. Tum qa, quod factum est legitimè, non debet retractari, licet perueniat ad eum casum, à quo nõ potuit incipere, [d] & casus hic nullibi reperitur exceptus ab illa regula, ergo illi est standũ, iux. gl. solẽnem. [e] *c l. si putator. ff. ad le. Aquil. d c. factum legitime. de reg. lib.6. e In reg. oĩs de fintto. ff. de reg. iur. et in rub. e. tit. lib.6.*

5 Cum ergo in resolutione præcedẽtis quæstionis probatum sit prædictam constitutionem pensionis esse iustam, & legitimam, non debet retractari, nec vana fieri, etiamsi eueniat casus, à quo nõ posset incipere; quanto minus, quod in casu proposito non euenit casus, à quo non posset incipere, sed tantum difficultas præstandi, quod legitimè promissum est, quam non excusare supra dictum est.

Non obstant oppositа. Ad primum enim respondetur, concedendo debitorem pondo olei, quæ nascentur ex tali prædio non teneri ad soluendum illa plus quam, quæ ex eo nascentur, quia suam obligationem restrinxit ad soluẽdum illa, quæ nascerentur ex tali prædio, negando tamen beneficiarium prędictum restrinxisse suam obligationem soluendi ex fructibus, quos caperet ex beneficio nec expressè nec tacitè, imò expressè ampliauit illam ad soluendum ex alijs bonis casu quo nullos fructus caperet ex illo, imò etiamsi eius possessionem non caperet.

6 Ad secundum respondetur concedendo assumptum, quando aliquid in specie promittitur; negando tamen, quãdo in genere promittitur, & si prędictus beneficiarius promisisset in specie pensionem ex fructibus, quos perciperet ex beneficio pensione onerato, non teneretur illam soluere, sed quia promisit soluere, in genere pensionem non se restringendo ad fructus, quos perciperet, imò ampliando se ad casum, qđ etiamsi nihil ex eis perciperet, tenetur etiam soluere, ad id ad quod obligatur, per l. [incendium.] C. si cer. pet. & resolutionem communem ibi, & vbique.

7 Ad Tertium respondetur, concedẽdo duram quidem rem esse, sed duriciẽ rei pręstandę non excusare obligantem se scienter ad illam præstandam, dura enim res est seruare tria substantialia vota religionis, sed illa durities non excusat monachos ab obseruatione illorũ secundum omnes Catholicos cõtra impium Lutherum, præsertim quod beneficiarius potest se à duritia illa excusare relinquendo beneficium, vt regredia tur ad pensionarium, vel conferatur alteri.

8 Ad quartum respondetur primo, qđ assumptum in illo intelligendum est, de impedimento non præuiso, & quod non potuit à prudente viro præuideri; quale non est hoc. Secundo negando, qđ in hoc casu superueniat impedimentũ soluendi pensionem, licet superueniat impedimentum soluẽdi illam ex fructibus beneficij, quę longè sunt diuersa & separata, & à separatis non infertur. [f] Tertio, qđ pót se excusare ab hoc onere relinquendo beneficium vt prædixi, qđ si voluerit illud retinere damnum quod ex hoc ei ventet, culpæ sue imputet, per prædictum cap. [damnum. Salua, &c. *f l. Papinia nus. ff. ad municip.*

SVMMARIVM.

Subreptitiam reddit gratiã omnis expressio falsi, quæ potest mouere Principe ad facilius eam concedendam.

CONSILIVM XXXIII.

AN peccauerit N. in impetratione beneficij exprimendo se teneri ad solutionem pensionis, quam reuera soluebat, sed paulo ante redemerat?

Respon-

Respondeo, quod impetrans vnum beneficium, exprimendo se teneri ad soluendam pensionem, quam iam licitè redemerat, non solum peccat, sed etiam gratiam perdit, quia omnis expressio falsi, quæ potest mouere Principem ad gratiam, facilius concedendam, reddit eam subreptitiam. [a] *a c. super lit. de rescr. cum citatis ibi per Fel. col. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Pensio reseruata laico super commenda à magno Magistro est nulla.*
2 *Pensionem pro laico solus Papa reseruare potest.*
3 *Beneficiarius post adeptum beneficium, sed non ante, potest alteri promittere, uel donare de fructibus eius, pietatis & inopia intuitu.*

CONSILIVM XXXIV.

VTrum magnus Magister militiæ S. Io. possit constituere pensionẽ alicui laico coniugato super commendam collatam cuipiam ordinis sui militi, & an laicus illam exigere, & an miles illam soluere valeat?

1 Respondeo primo, quod mea sententia, quam dolenter promo, constitutio prædicta præfatæ pensionis minimè valet, tum per illa multa, quę nos nuper scripsimus [b] quoniam nihil iure distat inter ea quæ ibi scribuntur, & quæ in casu proposito quæruntur nisi quia ibi magis loquimur de pensione imponẽda clerico sæculari super beneficio sæculari, hic autem de illa, quæ imponi potest regulari super beneficio regulari. *b in Misce. 45. & seq. libelli de miscellaneis.*

2 Tum quod receptũ est ab omnibus non posse ab inferiori Papæ constitui pensionem vlli laico, etiam non coniugato, & in casu proposito præfata pẽsio fuit constituta coniugato ab inferiori Papæ, per quæ nescirem defendere præfatam pensionis constitutionem, neque consequenter quomodo possit exigi, & quo solui tanquam debita.

3 Secũdo, quod si amicitia mutua, & caritas cõmendatarij pensione onerati, & pensionarij fuerit tanta, quod cõmendatarius velit soluere illã gratis alteri, & ille accipere tanquam gratis datam, & ratio aliqua paupertatis, pietatis, vel necessitatis interuenit, ob quam præfatus commendatarius iustè possit donare reditus illius pensionis præfato pensionario, possunt conuenire ambo inter se, & per scripturam publicam confiteri se nolle petere, neque soluere pensionem illam vti debitam, & discedere à constitutione, quam Illustrissimus Magister fecit, sed quod commendatarius soluet pensionario causa paupertatis, pietatis, vel necessitatis tota sua vita, vel ad aliquos annos, quoniam licet beneficiarius ante adeptum beneficium non possit promittere aliquid alteri de fructibus beneficij habendi; potest tamen post habitum & consequutum donare alteri pietatis, inopiæ. vel necessitatis intuitu, aliquam partem redituum eius, vt late monstramus nos in multis tractatibus de reditibus ecclesiasticis.

De clerico ægrotante, vel debilitato.

SVMMARIVM.

Beneficio ob superuenientem amentiam, etiamsi sit archidiaconatus, quis non est priuandus, sed ei, durante amentia, à superiore dandus coadiutor.

CONSILIVM I.

VNus Archidiaconus & canonicus in amentiam perpetuam incidit. Quæritur an beneficia illius impetrari possint.

1 Respondeo quod non sunt impetrãda beneficia prædicta, neque ipse sine culpa eis priuandus, sed superior potest dare ipsi coadiutorem, manente iure beneficiorum in illo, secũdum communem opinionem, quæ colligitur ex cap. [cum percussio.] [c] & ex respõsione quæ communiter datur cap. tua. [d] quod innuit contrarium, posset autem impetrari à Papa coadiutoria perpetua cum futura successione pro aliquo, de quo verisimiliter crederetur, quod non caperet mortem eius. *c Et c. Ponnem opinionem, quæ colligitur ex cap. tifices. 7. q. 1. & ex ca. communiter datur cap. tua. de rectorib. d De cler agrot. de cle. ægro. & ex ca. 1. co. tit. lib. 6*

SVMMARIVM.

1 *Coadiutor ordinario iure creatus tenetur obire ea munera, quæ titularis obligatus præstare non potest, vtutque ex fructibus beneficij. & hoc; nisi aliud in creatione sit expresse cautum: quia tunc id erit seruandum tam pro ipso, nume. 3. 4, & 5. etiam ad effectum vt sit perpetuum cum futura successione quam contra ipsum. nume. 2. etiamque ad effectum vt per illius interessentiam titulari acquirantur distributiones. nume. 3. & 5. ex quo Pontifex circa hæc humana iura potest, vt placet, disponere. nume. 7.*

3 *Distributiones etsi non dentur regulariter nisi interessentibus diuinis: attamen quandoque Papa concedit, vt titularis illas lucretur interessendo per ei datum coadiutorem. & nu. 5.*

CONSILIVM II.

PRæsuppositio, quod Sanctissimus dedit coadiutorem perpetuum & irrenocabilem Archidiacono cum futura successione; adiecto, quod ipse coadiutor non possit petere, nec exigere quidquam de fructibus archidiaconatus ob eius munera, & regimen, & quod se intromittere non possit in eodem regimine, & administratione archidiaconatus, nec fructuum eius, nisi de consensu ipsius archidiaconi, eo tamē absente possit habere stallum, & vocem in Capitulo, & in processionibus, sed omnia, quæ dum ibi steterit lucrabitur, cedant archidiacono. Quæritur primò, an ipso archidiacono ægrotante, ea quæ lucrabitur coadiutor, dum steterit pro eo in Capitulo, vel alibi, cedant ipsi archidiacono. Secundo, an etiam ea, quæ tribus mensibus, qui ad quiescendum dantur, eidem cedant, si dictus coadiutor resederit.

1 Respondeo primò, quòd coadiutor iure communi ordinario creatus, tenetur facere omnia, ad quæ datur, & quæ is cui datur tenetur facere, vt colligitur ex Innocentio, [a] & probatur in cap. [de rectoribus] & cap. fin. cum ei adnotatis per Panormitanum & alios: [b] colligitur autem ex eo, quod prælatis & beneficiarijs dandi sunt iure communi coadiutores, vt adiuuent eos in his quæ tenentur ipsi facere, & non possunt, vt sentit Innocentius, [c] & debent habere sustentationem ex fructibus & reditibus beneficiorum, ad quæ administrāda designantur, vt statuitur in c. 1. [d] & in d.c. [de rectoribus.] cum eis adnotatis, & huiusmodi sustentatio & stipendiū non datur in vanum, sed pro obligatione faciendi ea, quæ incumbunt agenda beneficiario, iuxta illud, [Propter officium datur beneficium,] [e]

2 Secundo, quod coadiutor, de quo quæstio mouetur, non est iure communi & ordinario datus, sed valde extraordinariè, & in gratiam & fauorem specialem, vt ex ipsa concessione Papali colligitur, nam datur cum futura successione, & cum multis ampliationibus & restrictionibus contra ius commune additis: datus est enim ita, vt coadiutoria sit perpetua & irrenocabilis, & quod nihil possit petere, neq; exigere de fructibus archidiaconatus, ob cuius regimen, & munera subeunda designatur.

3 Tertiò, q. S.D.N. non obligat eum ad prædicta munera subeunda, sed facit ei facultatem subeundi & gerendi de consensu archidiaconi, non enim iubet ei, vt ea subeat, sed quod valeat ea subire volente archidiacono, imò expresse vetat ei, ne se intromittat in regimine, & administratione prædicti archidiaconatus, illiusque fructuū, nisi de consensu illius, & quod eo absente possit habere stallum in choro, & locum & vocem in Capitulo, & in processionibus, & qđ cū sic steterit, non lucretur pro se quidquam, sed pro archidiacono, ita quod nullum ei salarium, neque stipendium erit soluendum ab archidiacono, si non luerit ei quicquam soluere.

4 Quartò, q. ex hoc sequitur, quod ipse quoque coadiutor non tenetur ad seruiendum archidiaconatui, si noluerit seruire, quia sicut ait Apostolus, [f] relatus in ca. 1. § [qui altari seruit, de altari viuere debet,] & vt idem ait, [h] relatus, vbi supra, [nemo militat suis stipendijs.] ita qui non viuit de altari, non tenetur ei seruire: quia quod operatur in proposito, operatur opposito. [i]

Quintò,

a in c. nisi cum pridē. de renunc. nu. 4.
b de cleric. ægrot.
c Vbi supr.
d De cleri. ægrot. lib. 6.
e c. fi. de rer. ser. lib. 6. & c. 1. de cler. ægro. in. lib.
f 1. ad Cor. 9.
g Colleg. 13. q. 1. Quid Gala.
h 1. Tim. 5. & simil. tra tabula de vsufr. & c. sciendū. 8. q. 1.
i

5 Quintò, quòd ex prædicta exorbitanti concessione S. D. N. videtur colligi, quod prædictus coadiutor absente archidiacono potest ēt absq; eius consensu sedere in choro, & dare vocem in Capitulo, & incedere in processionibus, & interesse alijs actibus capitularibus canonicorum, etiam nolente archidiacono, non tamen potest in regimine, administratione, & fructuum perceptione se intromittere, nisi eo volente, & de consensu eius, vt ex bulla expresse patet.

Sextò, quod ex prædictis infertur decisio primæ quæstionis, s. quod ægrotante seu stante infirmo archidiacono, pōt quidem coadiutor interesse choro, & Capitulo, & sedere in locis archidiacono designatis eo absente, & ēt nolente & lucrari pro archidiacono omnia, quę lucraretur ipse archidiaconus, si ipsemet personaliter deseruiret, non tamē tenetur, si nolit; & in reliquo regimine archidiaconatus & fructuum perceptione, nec potest neq; debet se intromittere sine consensu & uoluntate archidiaconi, cuius concessionis ratio vt fuisse illa, quod partes, quibus annuit Papa, noluerunt vt tolleretur quidquam emolumenti archidiacono, licet uoluerint vt sua Sanctitas honoraret adiutorem sine vllo archidiaconi dāno in vita eius per concessionem stalli in choro, & loci in Capitulo lucrando non sibi, sed archidiacono, & quod cedente, vel decedente archidiacono succederet in archidiaconatu.

6 Septimo, quod prędictus archidiaconus pōt sibi quærere omnia emolumenta sui archidiaconatus ratione suæ infirmitatis, & aliorum legitimorum impedimentorum, & non interessendo diuinis, eo modo perinde ac si non haberet coadiutorem, siue coadiutor interfuerit, siue non: quia nullo iure neque hac concessione Papali hoc ei prohibetur.

Octauo, quod ex his infertur etiam decisio secundæ quæstionis, scilicet qđ tribus mensibus, qui pro quiete dātur, lucrabitur archidiaconus perinde ac alij, siue coadiutor resideat siue nō: quia in illis nō tenetur interesse diuinis per se, neque per alium.

7 Nono, quod non obstant argumenta, quæ induci possunt cōtra hæc ex iuribus allegatis in primo dicto: quia illa procedunt in eo qui est coadiutor secūdum formam iuris communis, secundū quam debet habere congruam sustentationē, & debet obire munera: quæ principalis cui datus est subire nequit, qualis nō est hæc, cui expresse derogat summus Pontifex, quia circa omnia iura humana dispensare potest. [a] Quæ omnia licet is cui uacaret, posset largius fundare, nos tamen plurimis occupati non potuimus id præstare, sed neque ex pedit, quoniam satis firmiter ex præfatis nouem dictis confirmantur.

a ca. cuncta per mūdū. 9. q. 3. & c. proposuisti. de conces. præb.

SVMMARIVM.

1 *Senectus metaphoricè, & non propriè dicitur morbus, unde in literis beneficialibus, quæ sunt ambitiosæ, appellatione morbi non venit senectus.*

2 *Coadiutoria ob vnam causam non extenditur ad aliam, immo duæ ad duas causas dari possunt.*

2 *Religiosus ad id cui aptus est, & non cui est ineptus, coadiutor dari potest.*

3 *Coadiutor Archiepiscopi cum futura successione pallio uti non potest.*

3 *Coadiutor Archiepiscopi eo absente, uel annuente, benedictionem dare potest, si sit Episcopus consecratus, possitque exercere pontificalia.*

4 *Coadiutor datus cum potestate exercendi quæ coadiutores iure vel consuetudine possunt, beneficia conferre, vel alia exercere non valet, quæ is, cuius est coadiutor, per se vult & potest exercere.*

CONSILIVM III.

AN coadiutor datus Archiepiscopo propter senectutem, ægritudinem & amentiam cum futura successione, & facultate exercendi spiritualia & tpalia quæ iure vel consuetudine ad coadiutoris officium pertinēt, possit vti mozetta benedictionem dare, beneficia cōferre, & sedere in archiepiscopali cathedra?

Respondeo primò, quod quęstio proposita non uidetur satis conformis literis coadiutoriæ, quæ cum ea ostenduntur, nam per illas datur coadiutor propter solam ætatem senilem, & quæstio quærit de coadiutore dato propter senectu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

senectutem, ægritudinem, & amentiam.
1 Secundo, quod ex literis ostensis nõ apparet præfatum Archiepiscopum esse amentem, neq; esse ægrotum: quamuis enim senectus dicatur metaphoricè quidam morbus, non tamen propriè ac verè est morbus: & in huiusmodi literis beneficialibus, quæ quadam ratione dicuntur ambitiosæ, & odiosæ, [a] appellatione morbi non includeretur senectus vegeta & sana, [b] & ita quæstio proposita aptior esset, an, prædicta coadiutoria data propter senilem ætatem includat veram aliquam ægritudinem aliam, & amentiam: & verba quæstionis proposita videntur præsupponere quod sic: sed verbã coadiutoriæ id non probant.

2 Nã coadiutoria data ob vnam causam, vti propter dilapidationem, nõ cẽsetur data ob ægritudinem, vel aliam similem, quæ non saperet alienationẽ, ut rectè sentit Oldradus, [c] & religiosus potest dari coadiutor ad id, cui est aptus, & non ad id cui est ineptus, ut tradit Panormitanus, [d] & etiam textus nouus cap. 1. [e] ponit differentiam inter coadiutorem dandum ob unam causam, & dãdum ob aliam: & quamuis multis videbitur non interuenisse in hac concessione errorem uel defectum ad includendum casum ægritudinis uel dementiæ; meo tamen fragili consilio præfatus Reuerendissimus coadiutor, dum res est integra, prouidebit sibi de aliquo [perinde ualere,] quo extendatur ad omnem aliam causam perpetuo impediturã ab officio suo prædictum Archiepiscopum vt in vtroq; foro sit securior: nam etiã defendi posset de rigore quod non obstante prædicta coadiutoria, & remanẽte illa in suo vigore, ipsemet S. D. N. posset dare prædicto Archiepiscopo alterum coadiutorem.

3 Tertio, q̃ verbi muzetta significatio mihi est ignota, sed suspicor esse positum pro palleo, siue pallio, de quo est tit. [de auctoritate & vsu pallij,] & si accipitur pro illo, credo quod non potest uti eo, donec sit Archiepiscopus. & moriatur, uel cedat is qui nunc est. [f]

Quarto dico, quod si & quatenus potest exercere pontificalia, postquã fuerit Episcopus consecratus, ita poterit etiam dare benedictionem, quæ videtur pertinere ad pontificalia, saltem in absentia Archiepiscopi, vel annuente illo.

4 Quinto, q̃ iure verius vr̃, non posse prædictum D. coadiutorem conferre beneficia, potente & volente conferre illa prædicto Archiepiscopo, & nolente vt conferat coadiutor: q̃m S.D.N. solũ dat ei potestatem exercẽdi iura spiritualia, & temporalia, quæ iure vel consuetudine pertinent ad coadiutoris officium: & iure nõ pertinent ad eius officium ea, quæ principalis rectè potest & vult agere per se, & non vult vti coadiutoris consilio, neque auxilio. argu. cap. [Pontifices,] [g] & ferè omnium aliorũ, [h] & quia hæc est mens constituentis coadiutorem, & iure diuino naturali debet esse talis, iuxta regulam, id quod nostrũ est, sine facto & consensu nostro tacito vel expresso auferri non debet. [i]

5 Sextò, q̃ ad respondendum quæstioni de facultate sedendi in cathedra archiepiscopali, videtur necessaria informatio de statutis, priuilegio, & consuetudine prædictæ archiepiscopalis Ecclesiæ, an quidquam super hoc disponant, & reseruent sessionem in illa sede in hoc norem dignitatis archiepiscopalis: & an Archiepiscopus, qui nunc est, sit cõsensurus, vel repugnaturus prædictę facultati sedendi, & rationem, qua ducere tur ad repugnandum: nam cessante huiusmodi reseruatione, quam vidi cessare in quibusdã Ecclesijs cathedralibus, in quibus decanus uel præpositus sedere solet in episcopali sede absente Episcopo, posset prædictus D. coadiutor in ea sedere, sicut canonici recentiores sedent in stallis antiquorũ in multis ecclesijs eis absentibus, eo quod id iure communi non vetatur, arg. cap. [consuluisti.] [k] cum similibus, quæ in hoc adduci possent. Salua, &c.

[a] *ca. quamuis, de præb. lib. 6.*
[b] *Arg. l. nõ aliter, ff. de leg. 3. adiũcto, ca. 1. & c. nisi, de renuncia.*
[c] *c. consi. 44. d in c. fi. de cler. ægrot.*
[d] *in c. 1. de eo. tit. li. 6.*
[e] *Arg. c. nisi, & ca. ex uarum, de auctoritate, & usu pallij.*
[f] *g Et c. pen. ff.*
[g] *h 7. q. 1.*
[h] *i de reg. iur. li. 6. in fine concordã.*
[i] *k 4. q. 1. cum similibus.*

Ne sede vacante aliquid innouetur.

SVMMARIVM.

Sede uacante Capitulum non confert prębendas ad solius Episcopi collationem spectantes, ẽt quãs Episcopus cũ consilio uel consensu Capituli confert, cõfert tamen illas, quarum collatio ad Episcopũ, simulque & ad Capitulum spectat. 1

CONSILIVM I.

AN prouisio canonicatus & præbendę pœnitentialis, quem Conc. Triden. iussit institui in Ecclesijs cathedralibus facta à Capitulo cathedralis, episcopali sede vacante, valida sit.

1 Respondetur primò, audiuisse magnam dubitationem esse in Ecclesijs Hispaniæ, an prouisio prædicti canonicatus spectet ad solum Episcopum, an ad Episcopum & Capitulum: & si spectat ad Episcopum & Capitulum, an spectet ad Episcopum & Capitulum communiter, vel ad Episcopum cum consensu & consilio Capituli.

Secundo, quod qui tenuerit potestatem conferendi illum pertinere ad solũ Episcopum sine consensu vel consilio Capituli, debet etiam tenere, quod prouisio de qua quæritur, non valet: quia Capitulum non succedit Episcopo sede vacante in collatione talium beneficiorum, c. [illa,] [a] cum alijs, quæ citant Panormitanus & alij, [b] & Ioannes Franciscus Pauinus. [c]

Tertio, q̃ qui tenuerit prouisionem prædicti canonicatus spectare ad prouisionem Episcopi & Capituli simul, tenetur etiam respondere prædictam prouisionem valere: quia Capitulum succedit Episcopo in collatione beneficiorũ pertinentium ad collationem Episcopi & Capituli communiter, per textum. [d]

Quartò, q̃ qui tenuerit collationem prædicti canonicatus ad Episcopum cũ cõsensu vel cõsilio Capituli pertinere, tenetur etiam dicere prædictam prouisionem non ualere, per prędictum c. 1. [e] licet prædictus Ioannes Frãcisc̃us Pauinus distinguat vbi supra, inter casum quo collatio pertineat ad Epm cum cõsensu Capituli, & inter casum quo pertineat cũ consilio, allegando in hoc Lapũ & in contrariũ Dominicũ quiin meo lib. non videtur distinguere. Salua, &c.

[Congregatio censuit electionẽ per-

[a] *Ne sede uacante. in c. cum olim. de maiori. & obe.*
[b] *c in q. 1. p. 2. in tract. de offic. & po. cap. sede uacan.*
[c] *d in c. 2. in princ. ne sede uac. li. 6.*
[d] *e §. cum uero.*

De ijs quæ fiunt à prælatis sine consensu Capituli.

SVMMARIVM.

Prior claustralis, & conuentus, qui cum Abbate consenserunt reseruationi pensionis super abbatiæ bonis, quæ sunt indiuisa inter eosdem Abbatem & conuentũ, censentur descripti potius ad effectum præstandi consensum Abbati, qui sine ip sis non potest alienare, quam se obligandi ad illius solutionem. 1

CONSILIVM I.

VIsis & perpensis tribus responsis datis à tribus uiris eruditissimis super obligatione soluendi pẽsionem cõstitutam à Papa de consensu Abbatis, ac Prioris claustralis, & conuentus monasterij de Lozo, an post renunciationem abbatiæ ab Abbate, qui consensit pensioni, factam, teneatur Prior & conuentus eam soluere; visa itẽ supplicatione super ea signata, videtur mihi responsum domini primi consulentis esse iuri consonantius, per ea omnia, quæ ipse erudite ac prudenter considerat: & quod Prior & conuentus non nominantur vt principales sed veluti accessorij, & membra seu corpus Abbatis tanquam capitis eorum. [f]

2 Cum de iure cõi nullam administrationem habeant ipsi, sed tota potestas administrandi spiritualia & temporalia cum ibi cẽsit penes Abbatem, iuxta c. [nullam.] [g] & per omnes in c. [edoceri.] [h] & ita eorum nominatio potius fuit facta ad tollẽdam dubitationem aliquorum, an posset Abbas constituere pensionẽ sine cõsensu illorum, quasi esset quædã alienatio, in qua requiritur ille, iuxta cap. [sine exceptione.] [i] quam ad hoc, vt se obligarent ad id, quod nõ poterant soluere, quippe quibus nulla est administratio

A sonæ pœnitentiarij, spectare ad Episcopum, collationem verò præbendæ eidẽ faciendam per illum ad quem prius collatio illius præbendæ spectabat.

[a] *f cap. cum non liceat. de præscrip.*
[b] *cum ibi cẽsit penes Abbatem, iuxta c. quãtus, c. quã & per omnes in c. edoceri.*
[c] *g 18. q. 2. to. & c. norũ nuit. de his quę fiunt à prał.*
[d] *h de rescr. 12. q. 2.*
[e] *i*

stratio de iure, neq; vt fertur de facto; quia non sunt diuisa bona inter Abbatem & conuentum, iuxta prædictum c. [edoceri.] Salua, &c.

De ijs quæ fiunt à maiori parte capituli.

SVMMARIVM.

1 *Concilium generale nihil potest refragante Papa, qui ei præsidet ut persona in qua residet tota potestas Ecclesiæ, potestque ipse solus statuere, quicquid posset cum Concilio. nu. 4.*
2 *Collatio si spectet ad Episcopum & Capitulum collegialiter, non tenet, nisi accedat maior pars Capituli cum Episcopo.*
3 *Professionis nouitiorum admissio si collegialiter spectet ad prælatum & Capitulum, taliter quod prælatus unicam solum habeat uocem, receptio à maiori parte Capituli facta tenet, etiam si suffragium Episcopi sit in altera minori parte.*
4 *Concilium prouinciale congregatur collegialiter: vnde quæ ibi fiunt à maiori parte, etiam contradicente Archiepiscopo, tenent. nu. 2.*

CONSILIVM I.

AN in Cõcilio prouinciali possint soli suffraganei, aut eorũ maior pars aliquid decernere, quando Archiepiscopus esset contrariæ sententiæ?

1 Pro parte negãte facit, quod cõgregatio Episcoporum totius orbis, quæ fit in Cõcilio generali, maior videtur esse auctoritate, quam cõgregatio Epõrum in Concilio prouinciali. At Episcopi totius orbis nihil possunt statuere in Cõcilio generali, refragãte Papa, qui ei præest, arg. c. [significasti.] [a] ex quo Ioann. And. relat. & probat. à Pan. [b] colligit, quod sententia Papæ præfertur sententiæ omnium aliorum, qui sunt in Concilio. Faciunt & illa quamplurima, quæ in hanc sententiam congerit Antonius à Rosel. [c]

2 Pro contraria tamẽ parte, quæ videtur asserẽda, facit l. [quod maior pars.] [d] cum notatis ibi per Bartholum & ei addita, quę habent quod in his, quę ab aliquibus collegialiter aguntur, sententia maioris partis præfertur minori. quod etiam pro regula ponitur à glossa & omnibus scribentibus super ea. [e] & constat Archiepiscopum & Episcopos suffraganeos Concilium prouinciale celebrantes facere collegialiter ea, quæ in illo non refert, an qui cõgregationi præest arguet. Secundo facit, quod quo ad hoc sit Decanus, vel Præpositus, vel Episcopus, uel Archiepiscopus, quia hæc exceptio & limitatio nullo iure naturali, diuino, nec humano probari videtur; & ideo non est asserendum, [f] quia standum est regulæ, donec probetur exceptio. [g]

3 Tertio, q̃ quando collatio pertinet ad Episcopum & Capitulũ collegiali- ter, facta ab Episcopo cum aliquot canonicis sui Capituli, non valet, si maior pars ei contradicat. Quartò, quod in receptione monachorum spectante collegialiter ad Abbatem & Capitulum, ita quod Abbas non habeat nisi vnam vocem, siue suffragiũ, maior pars eorũ præualet minori, etiamsi in ea sit Abbas. [h]

4 Quinto, quod non obstant in cõtrarium citata; quoniam Papa longe aliter præest Cõcilio generali, quam Archiepiscopus prouinciali, & Episcopus synodali; quia Papa præest ut persona in qua residet tota potestas Ecclesiæ, per ita quod solus posset statuere quicquid cum Concilio: [i] Archiepiscopus autẽ principaliter præsidens Concilio prouinciali non habet solus & à se illam potestatem, sed vna cum suffraganeis collegialiter: & ita nulla ratione à Papa ad illum argui posset. Salua, &c.

a De elect. c. 1. & c. ordinarij, quod si collatio fiat cum dicto pacto non resignandi, esset simonia. nu. 2.
b In not. 7.
3 Iuramentum non petendi relaxationem à iuramento præstito non tenet, sicut nec alia similia maioris boni impeditiua.
c de Concilijs. q. 17.
d ff. ad municip.
e In c. cum omnes, de const.
f c. cum sit. 2. q. 4. §. fin. & ff. 2. q. 4. §. confidere-
g Glo. l. ult. de minor. & semp. col. 3. & ff. de regulis iur. lib. 6.
h Arg. c. 1. ne sede vac. & can. 11. & 16. & c. fi. de reg. eod. lib.
i ca. cum sit. de const.

Vt ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur.

SVMMARIVM.

Conferri debent beneficia sine omni diminutione; nec à collatario potest exigi iuramentum, quod non resignabit beneficium nisi liberè in manibus Papæ, vel ordinarij, quod si collatio fiat cum dicto pacto non resignandi, esset simonia. nu. 2.
3 Iuramentum non petendi relaxationem à iuramento præstito non tenet, sicut nec alia similia maioris boni impeditiua.

CONSILIVM I.

AN Ordinarius possit in collatione alicuius beneficij adigere collatariũ iuramento quod ipse nõ renunciabit beneficium cum pensione, nec in fauorem alicuius, nec permutabit illud, nec à iuramento peter relaxationem, sed tantum purè, & liberè, & simpliciter in manibus Papæ vel ordinarij?

1 Ad hãc quæstionem respondeo negatiuè. Tum quia beneficia sine diminutione sunt conferenda, [a] & conferens beneficium cum huiusmodi oneribus, videtur conferre cũ diminutione, quia onus impositum rei minuit precium eius. [b] Tum quia Episcopus non potest facere huiusmodi pacta cum eo, cui collaturus est beneficium. [c]

2 Secundo, q̃ ego non auderem excusare conferentem nec collatarium à simonia: quia negari non potest interuenire in huiusmodi collatione conditionem modum, vel pactum, q̃ iure non inest actui conferẽdi, vel recipiendi beneficium. At in collatione hmõi spirituali non poterit addi conditio, vel modus, qui iure non inest, imò neq; qui inest, nisi exprimatur eodem omnino modo, quo inest, iuxt. glo. & addita illi per Felynum, [d] faciunt not. in c. [significasti.] [e] Tertio dico, q̃ illud iuramentum de non petendo relaxationem non est validum: quia iuramentum non debet esse impedimentum maioris boni, cap. [Archi.] [f] iuncta gl. recepta, [g] & tradit D. Tho. recep. 2. 2. q. 89. art. 7. & Fely. & Panor. & alij. [h] At iuramentũ de non petenda dispensatione iuramenti nec deuertendo sibi oblata, inducit impedimentum maioris boni: ergo non est seruandum, saltem quando occurrerit casus, in quo seruatum esset maiori bono impedimentum, & ita determinat Fel. [i] secutus Bal. [k] per quasdã rationes, quibus addimus nos præfatam illam (vt arbitramur) firmiorẽ. Tum quia si voluerit renunciare in manib. Papæ retinendo pẽsionem, põt in ipsa supplicatione narrare onus impositũ & iuramentum, & causam aliquã honestã, quare suę conscientiæ vĩ id facere vrile, & audietur, obtinebitq; petitum cum laude, &c. Salua, &c.

a c. 1. & c. cleric. benef. b c. cũ Ioan. nes. cum et adnot. de fide instr. c arg. c. quã pio. 1. q. 2. c. 2. fi. de pact.
d In ca. ad audientiã. de rescript. e de ele. & in l. 3. ff. de leg. 1.
f 85. dist. & In verbo sanctis.
g In c. si vero, de iure.
h in c. debitores. de iure. 9. 3. nu. 9. tertio quæro.
k in l. 2. ff. de trãsac.
i In c. ordinarij. de rescript. lib. 6.

De reb. eccles. alien. vel non.

SVMMARIVM.

Beneplacitum Sedis Apostolicæ, sub cuius reseruatione fit alienatio rei Ecclesiasticæ, facit actum conditionalem, & excusat à pœna, modo ante illud obtentum non procedatur ad executionem illius.
Ecclesiæ res in casib. à iure permissis ẽt sine Sedis Apostolicæ licẽtia alienari possunt: fallit in prælatis, qui in adeptione prælaturæ speciali iuramento ab eis demandato Papæ exacto promittunt suæ Ecclesiæ bona inconsulto Romano Pontifice non alienare: conciliaturque quã ponit auctor in Man. c. 27. nu. 149. & in commentario de alie. re. eccl. nu. 17.
Peccato nequaquam inuoluitur qui bono animo & fine aliquid, quod per se malum non est, dat, uel facit alicui, quẽ credit inde per accidens peccaturũ, secus si detur

CONSILIVM I.

VÆritur, an qui solum facit contractum uẽditionis vel permutationis circa Ecclesiastica reseruata voluntate Papę, incurrat aliquas censuras.

1 Respondeo, q̃ qui solum facit contractum venditionis uel permutationis reseruato beneplacito Papæ, si non procedat ad executionem contractus, nec ad traditionem rei venditæ vel permutatæ ante beneplacitum Papæ, non videtur incurrere censuras: quia videtur conditionalis facta sub conditione [si Papæ placuerit:] argumento styli Curiæ in pactis beneficialib. obseruati.

1
2

detur aliquid, quod per se uel directè, vel principaliter fit ob aliquod malum culpæ: concilianturque quæ auctor ponit in Man. c. 7. nu. 18. 195. & cap. 23. nu. 10. cap. 16. nu. 20.

CONSILIVM II.

1 AD priorem quæstionem, qua quæritur concordia inter conclusionem positam in Manu. nostro,[a] scilicet extrauagan. Pauli Secundi, excommunicantem ipso iure alienantem rem Ecclesiæ non includere alienantem rem Ecclesiæ in casibus à iure permissis, & inter conclusionem positam in comm. de alien. rerum Ecclesiæ,[b] vbi dicitur, quod in alienatione rerum Ecclesiæ est necessarius consensus, uel licentia Papæ: Respondetur primò, quòd in præfato cap. 27.[c] loquimur de alienante rem Ecclesiæ, quam non iurauit non alienare, saltem iussu superioris supremi, scilicet Papæ, facto ei in ipsamet collatione, quam ei fecit, vel mandauit fieri. ad hoc, vt cautius & consultius illud gubernaret, modificando suam collationem, & addendo èxpresse vel virtualiter decretum irritationis alienationis contrariæ, in prædicto autem commentario loquimur de alienante contra iuramentum prædicto modo factum.

Secundo, quod in præfato cap. 27. loquimur de alienante in casibus à iure permissis, in dicto autem comment. de alienante in casu prohibitio non solũ à canone, sed etiam ab homine, & non solum simpliciter, sed exacto iuramento, & addito decreto irritante alienationẽ & ita illæ conclusiones ponuntur de diuersis alienantibus, quorum alter pluribus modis prohibetur alienare, quam alter. Per quæ responderi potest cap. vt super,[d] & capit. 2.[e] quatenus loquuntur de illo, qui iurauit non alienare, sci licet, quod non loquuntur de iurante iuramentum adeo qualificum ac est illud, de quo loquitur præfatus commentarius.

2 Ad aliam quæstionem respondeo quod ego in locis allegatis in ea, scilicet in d. Manual.[f] sentio differentiam inter eum, qui seruit, ministrat, dat, aut tradit aliquid ob aliquem finem bonũ alicui, quem credit esse peccaturum, nõ consentiendo directè, vel indirectè, expresse, vel tacite in peccato, quod opinatur vel credit illum commissurum, de quo loquitur cap. 23. nume. 90. & inter eum, qui expresse, vel tacitè, directè, vel indirectè id facit, de quo loquuntur alia loca supra citata, & aliá multa, in quibus damnatur id quod per se vel directè vel principaliter fit ob aliquod malum culpę, & non id ex quo per accidens & per quandam consequentiam, & minus principaliter sine vllo fine malo, nec voluntate auctoris euenit, per l. [si quis nec causam,][g] vbi Iason id confirmat 18. exemplis, & decisionibus, quæ tamen indigerent aliqua dolabra, vt satis conuenirent huic nostræ resolutioni, quæ aliàs restringit id, quòd dicitur in d. cap. 23.[h] quo ad culpam peccati, de qua illud, & alia citata ibi loquuntur.

SVMMARIVM.

Excommunicatus est prælatus alienans bona Ecclesiæ; sed antequam prolati denuncietur, retinet administrationem, & qui et soluit debita, liberatur nume. 2. & 3. & hoc etiam si per multos annos permansisset in excommunicatione sallit in excommunicato ob hæresim, qui nõ potest nec contrahere, nec testari, nume. 4.

Excommunicatus perseuerans in excommunicatione ultra annum etsi per Concilium Tridentinum videatur fieri suspectus de hæresi, tamen videtur primus requiri, quod post monitionem de resipiscendo in ea sic permanserit.

Prælato dissipatori, ante quam ei administratio interdicatur, rectè soluitur. nu. 7. ipseque à se malè alienata cum fructib. potest repetere. nu. 6.

CONSILIVM III.

QVidam Archiepiscopus ante duo decim annos alienauit bona Ecclesiæ suæ, deinde fecit remissionem & liberationem quorũdam fructuum sui archiepiscopatus à quibusdã perceptorum. Quæritur an huiusmodi liberatio valeat ita vt non possit à moderno Archiepiscopo reuocari.

1 Respondendum videtur negatiuè, per sequentia fundamẽta. Primum est, q. Archiepiscopus erat excõicatus ob illam iniustam alienationem, per extraua gantem 2.[a] & prælato excommunicato videtur prohibita administratio,[b] quia æquiparat deportato, iuxta glossam singularem.[c] Sed hoc fundamẽtum non videtur satis firmũ. Tum quia prædictus Archiepiscopus erat excommunicatus toleratus, & non denunciatus, & post extrauagantem, [ad euitanda,][d] de qua in Manu. confess.[e] nõ impeditur excommunicatus administrare, donec denuncietur excommunicatus.

2 Tum quod licet esset denunciatus, & per acceptionem obiectam repelli posset à petitione debiti, valet tamẽ petitio & iudicium, donec obijcitur exceptio, per cap. [pia.][f]

3 Tum quia licet excommunicatus repelli possit à petendo debito in iudicio,[g] solutio tamen ipsi facta sponte liberat debitorem, & potest ab obligatione liberari & quietari, nã licet ipse peccet non euitando alios,[h] contractus tñ & distractus ab eo facti tenent, imò etiã testamentum, vt diximus in Man. conf.[i] & satis colligitur ex no. in d. ca. [veritatis,][k] & ex Philip. Franc. & relata ab illo,[l] quidquid inuoluat gl.[m]

4 Et ita non obstante excommunicatione potuit accipere & petere omnes fructus sibi debitos, & dare liberationẽ, siue quietationem debitori, nisi infimularemus eum hæreseos, eo quod 8. annis manserit excõicatus ante liberationem & cum fecit liberationem habuit voluntatem permanendi in illa, eo quod approbabat alienationẽ illam iniustam, & permansit in illa voluntate circiter 12. annos vsq; ad mortẽ, & per annalem excõicationem quis incidit in suspicionẽ hæreseos, vt diximus in d. c. 27.[n] citando in id Conc. Trid.[o] & excommunicatus ob hæresim non potest contrahere, nec testari, Pvt idem Philip. Franc.[q] licet responderi possit, quod Concil. non loquitur de quolibet excõmunicato annali, sed tantum de legitimè monito nõ resipiscente, vt ibi patet, Et quãuis hoc fundamentum non concludat omnino intentionem moderni Illustrissimi, cõcludit tamen prædictam liberationem fuisse abominabilem, & dignam, cui qua parte possit contradicatur, & quæ qua parte possit eneruetur.

5 Secundum fundamentum est, quod, vt quidã dicunt prælatus, qui malè alienat bona, non põt petere, nec aeceptos ferre fructus eorum. Pro quibus facit, q. prælato dissipatori non est facienda restitutio bonorum, vt ait Caieta.[r] pro quo faciũt omnia, quæ post Ale & Arc. allegat Iason,[s] pro opinione eorũ, qui asseuerãt prodigo notorio ipso iure interdictam esse administrationem etiam ante iudicis decretum, & quod alienatio prædicta notoriè videtur fuisse mala, cum circiter 20. annos fuisset Archiepiscopus, & Legatus, & sic dissipator bonorum Ecclesiæ potuit haberi. Hoc tamen fundamentum non videtur esse satis firmum. Tum quia dictum Caietani nullo iure probatur efficaciter.

6 Tũ quia prælatus malè alienans bona, potest, imò tenetur, recuperare illa bona & reddere rationẽ Deo de illis,[t] & etiã de fructibus eorum, quia utraq; sunt ecclesiastica, & destinata in sustentationem prælati, & pauperum, quorũ sustentationi, & iuri publico ea percipiendi non põt renunciare prælatus,[u] de foro comp. Tum quia tam recuperatio fructuum, quam bonorum malè alienatorum pertinet ad Episcopum malè alienãtem, dum ipse viuit, & ipsi debẽt restitui, vt diximus in Man. confess.[x]

7 Tum quia receptior opinio habet, prodigo, & dissipatori bonorũ non esse ipso iure interdictam administrationẽ, sed tantũ interdicendam, vt probat præ[y] & dictum cap. [veritatis,][y] & prædicta l. [is cui,][z] cum multis alijs adductis ibi per Iasonem, à qua communi opinione non esse recedendum in consulendo, tenent etiam ipsi, qui cõtrarium probabiliter defendi posse asserũt. Hoc tamen fundamentum, licet omnino nõ concludat intentionẽ Illustrissimi, concludit tamen, ut primum, prædictam liberationem quocunque modo iusto esse impediendam.

[Aduertendũ ad id q. dicitur suis nu. 4. referri sacram Congregationem incli nasse, non esse opus monitionibus, vt resipi-

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

resipiscat, sed elapso anno potest citari ad respondendũ, quid sentiat de fide.

SVMMARIVM.

1 *Alienans res ecclesia sine licentia Papa, vel sine causa iusta, vel iuris ordine nõ seruato, peccat, & tam alienans quam recipiens excommunicatus est: & in foro exteriori saltem priuatus est beneficio, quod in dicta Ecclesia habet, at in conscientia nonnulla sunt causæ, ex quibus forte excusari posset.*

CONSILIVM IV.

QVidam alienauit bona Ecclesię in consulto Papa. Quæritur an sit priuatus ipso iure beneficio?

1 Respõdeo primò, quod D. consulẽs peccauit alie nno bona prædicta Ecclesiæ sine licentia Papæ, vel sine instacausa: vel non seruata iuris communis forma, iuxta cap. [sine exceptione.] *cap. si quis presb. de re bus eccles. nõ alien.* & alia iura multa illis concordãtia, quo rum nos mentionem fecimus nuper in comment.[b]

2 Secundo, quod tam ipse alienans, quam recipiens alienatum, ipso iure sunt excommunicati, & quo ad forum saltem exterius etiam ipso iure priuati beneficijs, quæ habent in Ecclesijs, quarum bona alienarunt, vt expresse habet præfata, extra, [c] citata à nobis in præsato comment.[d] Dixi supra [Quo ad forũ saltem exterius,] quia quo ad forũ interius possent excusari per aliquas circunstantias, quas tangimus in d. comment.[e] quarum nulla fit mentio in casu proposito, & quia rari sunt, qui præfatum comment. habent, vti nuperrime impressum, mitto cum hoc responso ipsum Illustri admodum D. meo colendissimo, qui dignatus est hoc responsum huius quæstionis iubere mihi seruo suo optimè sibi affecto, quamuis inutili. Salua, &c.

a 12.q.2. *et* *Extrauag.* I. *Pauli II. eod. tit.* *b Super sũmã.* 12.q.2. *vsq; ad n.* 8 *c Pauli II.* *§. sin autẽ. ad Adno.* 10 *nu.* 14. *d Adnot.* 1. *nu.* 15.

SVMMARIVM.

Episcopus potest quidem bona ad cathedralem pertinentia, accedente Capituli consensu, & alide in casibus à iure permissis alienare: de Abbate autem exempto habente iura quasi episcopalia, cum sit controuersum consilium est ut accedat consensus sui immediati superioris, & auctoritas Episcopi ubi bona sunt sita, uel Apostolica confirmatio.

CONSILIVM V.

ABbas quidam cum suo conuentu exemptus à iurisdictione ordinaria Episcopi alienauit in casu à iure permisso quasdam res immobiles existentes extra episcopatum illũ, vbi erat abbatia sita, sine vllius Superioris auctoritate. Quæritur an valeat alienatio.

1 Pro parte affirmãte facit, quod alienatio rei pertinentis ad Ecclesiam cathedralem facta ab Episcopo cum consensu sui Capituli, valet, vt tradit Pan. receptus, [f] & probatur per cap. [sine exceptione.] [g] at Abbas exemptus habet iurisdictionẽ quasi episcopalem, iuxt. glossam singularem, & receptam, [h]

Pro parte vero negante facit, quod licet in Cardinalis, [i] tenet, quod licet in aliena tione rei Ecclesiasticæ facienda per Abbatem exemptum non requiratur auctoritas Episcopi, requiritur tamen auctoritas Papæ, aut prælati Superioris cui immediatè subijcitur, & [k] videtur requirere consensum Episcopi, cui res alienanda subijcitur.

Resoluendo autem dico, multa super hac quæstione pro vtraque parte posse adduci, sed consulendum esse præfato D. consulenti, vt procuret præfatam alienationem ratificari per superiorem immediatum præfati Abbatis, qui faciat eam ratificari, per Episcopum, in cuius episcopatu sunt sita præfata bona ad informationem prædictorum. argum. eorum quæ determinantur, [l] à Panormitano, & alijs, & à Cardinali, [m] & ab alijs, [n] poterit etiam impetrare D. consulens suo nomine confirmationẽ à Sede Apostolica; quæ si fuerit in forma communi, parum proderit, si autem per commissionem cum causæ cognitione nonnihil tædij & sumptus afferet.

f in c. 1. *de* *g* 12. *q.* 2. *h in cle.* 1. *de reb. eccl. nõ alien.* *i in d. cle.* 1. *k in cle.* 1. *l* Pa 37. *de reb. eccles. non alien.* *m in d. cle.* 1. *n* 35. *& ibi* *n. nu.* 12. *q.* 2.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Abbas sine conuentu non potest alienare res immobiles.*

1 *Seruus ecclesiæ, alicui prædio colendo deputatus censetur de rebus prohibitis alienari.*

2 *Arbores opacas cædi faciens Abbas sine consensu conuentus non incidit in clement.* 1. *de reb. eccl. non alien. nec postea eas vendens.*

CONSILIVM VI.

AN Abbas sine consensu sui Capituli & Generalis opacas arbores locorum sui monasterij pro vberiori fructuũ collectione cædere possit, præsertim si cæsarum arborũ precia in bonorum stabilium emptionem in commodum illius monasterij conuertit.

1 Contra Abbatem facit primò, quòd ipse solus non potest etiam ex iusta causa sine sui conuentus consensu alienare res immobiles monasterij, [a] & arbores etiam opacæ quæ vmbram summam efficiunt, videntur esse res immobiles, quia solo inhærent, & illi cedunt, si radices egerint, vt iure soli iudicentur, [b] & etiam seruus rusticus alicui prædio colendo deputatus censetur esse de rebus prohibitis alienari, vt determinat Panormit. [c]

Secundo, quod non videtur obstare, si quis dicat clem. præfatam solum vetare alienationem iurium, redituum, & possessionum, & quod huiusmodi arbores non sunt de numero illorum, quoniam sunt possessiones, nam verbum [possessione,] in clem. 1. positum, idem significat quod res possessæ, vt Cardin. post alios concludit, [d] & arbores illæ sunt res possessæ.

Tertiò, quòd nemo negaret prædictum D. Abbatem cõtrauenisse illi cle. si alienasset oliuetum, vel solas arbores olieti, ergo neque videtur negandum contrauenisse cum alienauerit multas arbores.

1 Quibus tamen nõ obstantibus cõtrarium videtur verius. Tum quia non videtur alienasse rem immobilem, neque mobilem pretiosam quæ seruando seruari potest, quia non alienauit solum, cui adhærebant arbores, sed tantum arbores ipsas excisas, quas constabat esse res mobiles, quæ seruando seruari non possunt, & iura prohibentia alienationem rerũ intelliguntur de rebus immobilibus, & mobilibus pretiosis, quæ seruando seruari possunt, vt tradit Panorm. communiter receptus, [e] & alij. [f] Tum quia prædicta cle. solum comprehendit illum, qui concessit ius redituum, & possessionem, & prædictus Abbas non concessit vlli aliquod tale. Tum quia aliud est damnificare prædium, & aliud alienare illud, argum. [de iniurijs & damno dato.] adiuncta rubrica, [de reb. eccl. non alie. & constitutio pœnalis, qualis est illa d. cle. non debet de vno ad aliud extendi. [g] Tum quia duo facta concurrunt in hoc casu, scilicet arborum cæsio, & arborum cęsarum venditio, quorum neutrum est delictũ, sed potius meritum. Arborum quidem cæsio fuit vtilis & bona, quia sicut nimia raritas arborum nocet fructui eius quærendo, ita nimia densitas nocet arboribus, & fructui ab eis ferendo, vt palam est. ergo sicut herbas, rubos, lapides, & alia nocentia arboribus potuit tollere solus sine consensu, ita potuit etiam tollere illas arbores, quæ impediebãt augmentum fructuum, & vtilitatem aliarũ arborum sufficientium prædio, & ita nulla in hoc interuenit alienatio, sed neque damnificatio, & consequenter per hoc factum non contrauenit prædictæ clem. Arborum autem cæsarum venditio nullo iure prohibetur, quia erant res mobiles, & quæ seruando seruari non possunt, & consequenter licite poterant, vt dictum est, vendi, [h] sicut poterat vendere rubos, herbas, lapides, & alia impedientia fructus, quos ex arboreto collegisset. Salua, &c.

a cle. 1. *de reb. eccl. nõ alienandis.* *b l. adeo. §. fi. alie. ff. de acq. rer. do.* *& §. si Titius. ifft. de rer. diuis.* *c in c. nulli. n.* 2. *de reb. eccl. nõ alie.* *d in d. cle.* 9. 14. *e in d. c. nul* & alij. *f* Tum quia prædicta cle. solum *li. de reb. ec* comprehendit illum, qui concessit ius *cle. nõ alie.* redituum, & possessionem, & prædictus *f in l. fine* Abbas non concessit vlli aliquod tale. *exceptione.* 12. *q.* 2. Tum quia aliud est damnificare prædium, & aliud alienare illud, argum. [de iniurijs & damno dato.] adiuncta rubrica, [de reb. eccl. non alie. & constitutio pœnalis, qualis est illa d. cle. non debet de vno ad aliud extendi. *g* Tum quia *g ca. pœne.* duo facta concurrunt in hoc casu, scilicet arborum cæsio, & arborum cęsarum venditio, quorum neutrum est delictũ, *de pœ. dist.* sed potius meritum. Arborum quidem cæsio fuit vtilis & bona, quia sicut nimia raritas arborum nocet fructui eius quærendo, ita nimia densitas nocet arboribus, & fructui ab eis ferendo, vt palam est. ergo sicut herbas, rubos, lapides, & alia nocentia arboribus potuit tollere solus sine consensu, ita potuit etiam tollere illas arbores, quæ impediebãt augmentum fructuum, & vtilitatem aliarũ arborum sufficientium prædio, & ita nulla in hoc interuenit alienatio, sed neque damnificatio, & consequenter per hoc factum non contrauenit prædictæ clem. Arborum autem cæsarum venditio nullo iure prohibetur, quia erant res mobiles, & quæ seruando seruari non possunt, & consequenter licite poterant, vt dictum est, vendi, [h] sicut poterat vendere rubos, herbas, lapides, & alia impedientia fructus, quos ex arboreto collegisset. Salua, &c. *h iunct. l lex* *quę tutores.* *C. de admi* *nistr. tutor.*

SVMMARIVM.

Abbas sine consensu conuentu & superioris scindendo & alienando arbores fructiferas, & non fructiferas in magna quantitate simul peccat, & incidit in pœnam clem. 1. *de reb. eccl. non alien. quæ est suspensio ab officio.* 1

Parta sint alienare res mobiles pretiosas, & alienare immobiles. 2

Nauar. Conf. Paris I.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CONSILIVM VII.

QVidam Abbas succidit castaneas, & alias arbores fructiferas, & nõ fructiferas, & vendidit eas ad quantitatem duorũ millium scutorum sine consensu conuentus & superioris. Quæritur an peccauerit, & inciderit in pœnas contra alienantes res ecclesiasticas impositas.

1 Respondeo primo, non posse prælatum de quo quæritur incidere præfatas arbores, & vendere sine consensu conuentus, & superioris, argum. l. [di- *a §. si fundum.* *b ff. sol. ma.* *& l. 1. ff. de uortio,*] [a] cum ei adnot. per omnes. [b] *& suf. l. &* Secundo, quòd si contrafaceret, peccaret, & incideret in pœnas malè alienan- *l. uacæduæ* *ff. de verb.* tium res ecclesiasticas, clem. 1. [c] Tum *sign.* quia, vt ait Panormitanus communiter *c De reb. ec* receptus, [d] alienans res mobiles pre- *cle. nõ alie.* tiosas, perinde incurrit peccatum & pę- *d In c. nulli* nã ac qui alienat res immobiles. Tum *eo. tit.* quia qui prælatus id faceret, diceretur *e C. de sa-* rem deteriorare, adeo quod si esset em- *cros. eccl.* phyteuta, perderet, per auth. [qui rẽ, [e] *f Et in d. §.* & alia multa, quę citant Doctores ibi. [f] *si fundum.* & alibi sæpe. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia legata collegio clericorum cum onere perpetui anniuersarij non est legata singulis, nec potest inter præsentes diuidi, num. 2. sed conuerti debet in bona stabilita, vt sic annui fructus perpetuo cedant illis, qui pro tempore onus sustinebunt, num. 4.*

3 *Clericorum collegium non potest res ecclesiæ sine causa diminuere, nec recepta pecunia inter præsentes dividenda successores ad onus obligare, & nu. 5.*

5 *Onus rei imponere est rem diminuere, & sic alienare.*

CONSILIVM VIII.

QVidam legauit cuidam collegio sacerdotum sex scuta cum onere faciendi perpetuo singulis annis vnum anniuersarium. Quæritur, an prædicti sacerdotes possint diuidere illa inter se, sicut diuidunt alios reditus sui collegij.

Pro parte affirmante facit primo, q legatarius potest vti re sibi legata, sicut reditibus bonorum suorũ, quia est donatio quædam. 2 Secundo, q præfatũ collegium solum tenetur ratione illius legati ad faciendum perpetuo vnũ anniuersarium singulis annis, & vult facere hoc, & obligat se & suos reditus ad illud perpetuo faciendum, ergo satisfacit oneri adiecto legato à legante.

g l. legatum ff. de l. 1. & requisiti. de testam.

2 Sed pars negans tenenda est. Tum quia mens & voluntas disponẽtis est in primis seruanda. [h] At mens & voluntas prefati legantis est, vt collegium illud obligetur ad faciendum perpetuò singulis annis pro eo vnum anniuersarium, & præfati sacerdotes non possunt de ad id obligare illud, distribuendo illa scuta inter se, quoniam ipsi non dant illa collegio, sed retinent sibi, & aliud est collegium, & aliud singuli de collegio, quod late Felyn. ibi confirmat.

h l. in conditionibus. ff. de manumiss. cond. et demonst. c. si. de rescrip.

3 Tum quia nõ possunt sine iusta causa res Ecclesię alienari, neq; diminui, [k] nec consequenter ad aliqđ onus obligare, quia illud est in effectu eas diminuere cum res obligatione aliqua onerata valeat minoris, quam sine illa. [l] At nõ est iusta causa onerãdi collegium, quod collegæ illius singulariter & personaliter accipiant aliqua inter se personaliter diuidenda, & ea inter se dividant ad *instrum.* imponendum onus prędictum collegio, ergo præfati sacerdotes non pũt imponere illud ei diuidẽdo inter se illa scuta.

k c. sine exceptione. 12. q. 2. et c. nul. re. de reb. ec. l. c. cũ quid. not. de fide.

4 Tum quia qui sentit onus, dẽt sentire commodum, & contra si quis sentit commodum, debet sentire onus. [m] At successores sacerdotum futuri, in quib. conseruabitur prædictum collegium, sentient onus faciendi anniuersarium illud, ergo debent sentire commodum scutorum relictorum pro faciendo anniuersario prędicto perpetuo, q tamen sentire nequibunt, si ea inter eos qui nunc sunt, & constituunt collegiũ, personaliter diuidantur, vt palam est ergo est necessarium, vt illa conuertantur in bonis stabilib. quæ reddant cõmodum futuris successoribus sensuris onus.

m c. qui sentit. ff. de reg. iur. l. 8. l. si seruus. ff. de pact.

4 Tum quia per prædictas regulas, q non sentit onus annexum alicui, non debet sentire illius commodum. At sacerdotes prædicti nõ sunt sensuri onus illud, quod subituri sunt eorum successores in faciendo illo anniuersario, ergo non debent sentire commodum qđ oneri illi est annexum nec consequenter diuidere inter se illa sic, vt non remaneat posteris commodum quo gaudeant sentientes onus ei annexum. Tũ deniq; quia res Ecclesiæ non possunt ét *a d. c. nulli. ergo.* hypothecari sine iusta causa, [a] neq; reditus neq; bona prædicti collegij possunt hypothecari pro subeundo illud onus perpetuum sine iusta causa, qualis nõ occurrit in ꝓposito, vt probatũ est.

5 Non obstant citata in oppositum. Non quidem prius, quia illud procedit in legato sine onere relicto. Quæstio autem est de legato cum onere relicto, & à diuersis non fit illatio. [b] Ad posterius respondetur, q non possunt præ- *b l. Papinianus. ff. de minoribus.* dicti sacerdotes vt singulares, neque vt cõstituentes collegium, obligare illud ad illud onus perpetuo subeundum sine iusta causa, id est non tribuendo ei commodũ perpetuum, quod illud onus perpetuum ferre posset, per adducta pro nostra parte. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Diuisio bonorum monasterij inter ipsos possidendorum facta per Abbatem & conuentum, valet, sed nisi Papa eam confirmet potest pro libito reuocari per Abbatem.*

CONSILIVM IX.

AN Abbas & conuentus monasterij N. peccauerint, & inciderint in aliquas cẽsuras, eo quod aliquot annis vsi fuerint tripartita diuisione bonorum facta de consensu Regis Catholici, sine tamen confirmatione sanctæ Sedis Apostolicæ.

1 Respondeo, q non: quia talis diuisio fieri potest per Abbatẽ & conuentũ solos sine auctoritate particulari Papæ *c De reseri.* per c. [edoceri,] [c] vbi Panor. cõiter recep. à Felyno, Decio, & à citatis ab eis id affirmat, & confirmatio Papæ nõ efficit, vt diuiño sit valida, sed vt nequeat reuocari per Abbatem, qui factam per se solum & suum conuentum posset pro libito reuocare, antequã eam cõfirmaret Papa, vt ꝓ omnes tradit vbi supra.

Secundo, q cum nihil peccauerint, imò bene meruerint, consequens est nõ indigere illos absolutione vlla ab vllis censuris vel pœnis, neq; vllam clausulã quæ id importet esse addendam præfatæ supplicationi, quia id qđ non est, nõ potest dissolui, neque absolui, [d] cum priuatio præsupponat habitum. [e] *d c. ad dissoluendum. de desponsat. impub. e l. decẽ. ff. de verb. obl. & l. manumissio. ff. de iust. & iu.*

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia bona ad vitam etiam alteri beneficiario, cum quo bona ipse prudens ipsa possidet, locans, cum cõductore incidit in pœnas extrauag. 1. de reb. eccl. non alie. nedum quo ad nullitatem actus, sed ét quo ad censuras, si ibi dictæ extrauagãs etiam quo ad illas est vsu recepta.*

2 *Episcopi auctoritas, cum qua locatio bonorum Ecclesiæ facta fuit ad longum tẽpus, ignorantiaq; prohibitionis de rigore non excusat, licet in conscientia possent hæc dissimulari, & ad cautelam dari absolutio.*

CONSILIVM X.

CVm duo sint curati in eadem Ecclesia, & habeãt prædia, & fructus, ac oblationes, & emolumenta obuenię tia, indiuisa, alter alteri, & de consensu Episcopi ad vitam locat prædia Ecclesiæ. Quæritur, an incurrat excommunicationem vel aliam pœnam positam contra simoniacos, vel cotra alienantes bona Ecclesiæ.

1 Respondeo primo, q non incidit in latam contra simoniacos, qm̃ nullam simoniam commisit, nec fuit mediator eius, vt ex propositione casus colligit. An autẽ inciderit in latam contra alienantes res Ecclesiæ, & contra recipientes illas male alienatas, dubium est, per ea quæ ipse scribo in Man. consel. [f] declarando extrauagantem Pauli II. *f de- c. 27. nu.* 8 nã 149. non põt negari, q dictæ proprietates *g De reb. ec* fuerunt datæ ad longum tempus, cum *cle. nõ alie.* fuissent datæ ad vitam alterius, & datio ad vitam sit datio ad longum tempus, vt probat Dec. [h] & datio ad longum tempus est prohibita in dicta extrauagãte. *h Cõs. 204.*

2 Sed quia, vt ipse vbi supra scripsi, in multis terris prædicta extrauagans seruatur quoad hoc, vt locatio vel datio ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

longum tempus non valeat, sed nō quo ad hoc, vt locans vel accipiens ad longū tempus sit excommunicatus, ideo est sedulo videndum, an hoc habeat consuetudo in episcopatu & regno, vbi est prædicta Ecclesia: si enim consuetudo id habeat, non est iudicandum incidisse, si autem consuetudo habeat vt prædicta extrauagans seruetur in totum, iudicari poterit de rigore iuris incidisse, quāuis de æquitate, attenta ignorantia, & quod auctoritate Episcopi facta fuit, potest dissimulari cum absolutione ad cautelam. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Pensio, iusve illam percipiendi non potest presto in alium transferri, immo nec extingui pecunia recepta sine Papæ auctoritate.*
2 *Pensionis fructus vltra triennium non possunt in alterum validè sine consensu Pontificis alienari.*

CONSILIVM XI.

NPressus admodum ære alieno, & non habens vnde soluat, nisi redimatur pensio 70. ducatorum, quam habet super quodam canonicatu, vellet illam extinguere: & ad hoc, quia canonicus non potest, vel non vult illam redimere, sese offert quidā A. qui vult 500. numerare præfato N. pensionario, si ipse cedat sibi mandato irreuocabili fructus præfatæ pensionis vita N. durante, ita quod N. remaneat nomine pensionarius, & ipse A. durante vita N. percipiat fructus dictæ pensionis. Quæritur à D. V. an hoc tuta conscientia fieri possit, vel dignetur amore Dei aliā aperire viam qua Deo propitio dictus N. satisfaciat creditoribus.

Respondeo primo, q̄ non potest uendere illam, nec tradere ius percipiendi eam præfato tertio sine auctoritate Papæ, consentiente etiam canonico, qui debet eam: quoniam pensio legitimè constituta super aliquo beneficio, licet possit gratis remitti siue condonari debenti eam sine auctoritate Papæ secun dum Cardinalem Alexandrinum com-
a In c. Aga tho. 63. dist. muniter receptum, [a] non potest tamē id fieri per contractum non gratuitum, uel propter pecuniam, sicut neq; constituti, ut alias respōdimus, quicquid Caietanus teneat, sed malè, quia pensio licet nō sit beneficium spirituale, uidetur tamē annexum beneficio spirituali, sicut ius patronatus, [b] & ius patronatus licet non sit beneficium, quia tamen est *b cap. nouit. de iudic.* ei annexum, non pōt uendi, [c] nec potest *c C. cū Ioannes. de rer. permut.* emi, nec uendi per contractum non gratuitum, quæ omnia etiā Curia seruat. *vnto. c. 4. n. 24. regul.*

Secundo respōdeo, q̄ maius dubium est de reditib. & fructib. per pensionem percipiendis, quia pro parte affirmante facit, quod licet beneficium non possit uendi, nec emi fructus tamen beneficij uendi possunt, & emi, & locari. [d] *d c. Gesta. de locato.*

Pro parte uero negante facit, q̄ non possunt uendi nec locari fructus beneficij ultra triennium, per extrauagantē unicam, [e] & quæstio quærit de uendi- *e De verb. oc.* tione facienda ultra triennium, & ad lō gum tempus, quærit. n. de fructib. uendendis quo ad totam uitam pensionarij, quæ est locatio ad longum tp̄s, & prohibita in reb. Ecclesiasticis, [f] vt tra- *f l. 1. adlon.* dit latè Philip. Dec. [g] Per quæ uidetur *g Dec. cō.* nobis uerior hæc pars negatiua, & consequenter q̄d est necessaria dispēsatio, uel licentia S. D. N. ad hoc ut præfata emptio uel locatio fructuum pensionis præfatæ ualeat ultra trienniū, p̄sertim quo ac uitā entis, aut uendentis eos. Et hoc remediū est eorum, quæ p̄nt cōsuli, optimum, &, ut puto, S. D. N. ob causas in casu expressas concedet hanc licentiā; quia sine peccato id facere pōt, si suæ Sanctitati placuerit. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus vnire potest perpetuo beneficia deuoluta, & reseruata Sedi Apostolicæ.*

CONSILIVM XII.

EPiscopus perpetuò uniuit quędā beneficia deuoluta ad sedem Apostolicam quibusdam aliis beneficijs N. qui dubitans de huiusmodi unione, ob præ dictā deuolutionē, obtinuit prouisionē ad cautelam. Quæritur quid iuris.

1 Respondeo primo, quòd præfatus Episcopus potuit prædictam vnionem perpetuam facere non solum iure nouo Conci-

a De refor. Concilij Tridentini, [a] sed etiam iure *c. 5. sess. 21.* antiquo, [b] vbi Panormitanus commu- *b c. vnto. 10.* niter receptus tenet Episcopum posse *q. 1. c. sicut* auctoritate ordinaria vnire beneficia, *vnire. de ex* deuoluta ad collationem Papæ, & etiā *cessib. prael.* reseruata eiusdem collationi, quod etiā *c In trac. de* approbat Petrus de Perusio. [c] Secun- *vnto. c. 4. n.* do, q̄ D. cōsulens est tutus quo ad con- *24.* scientiam, si nihil aliud obstat, quam præfata reseruatio, non quidem propter prouisionem ei factam ad cautelam vltra præfatam vnionem, quam insinuare videtur casus propositio, sed per ipsam vnionem perpetuam, per quam iure ac- *d Arg. c. fu* cessionis & accessorij, ius quod habebat *per cod. de* in alijs beneficijs obtentis, se extendit *prab. lib. 6.* ad illa vnita. [d] Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Vnita licet sit prima dignitas post pontificalem mense capitulari, ita vt Capituli illius possessionē apprehendat, perpetuoque retineat eique inseruiri faciat, non ideo censetur suppressa. Vnde quāuis desinat vacare, nume. 5. non tamen operatur, vt secunda dignitas incipiat esse prima sed Apostolicæ reseruata, num. 4. 5. & 6.*
2 *Vnitur cum vnum beneficium alteri, non mutat statum, eique vt prius debet deseruiri, retinetque antiquā priuilegia & exemptionem, numero 3.*

CONSILIVM XIII.

1 PRimiceriatus Ecclesiæ N. prima dignitas post pontificalem auctoritate Apostolica fuit vnitus mensæ Capituli. Dubitatur ab aliquib. an propter huiusmodi vnionem desierit esse prima dignitas. Consului doctissimum quendam virum, à quo hęc sequentia accepi. Nunc cupio scire, an D. tua omnia hæc approbet.

Videtur negatiuè respondendū, quia Rom. Pont. non suppressit, nec extinxit primiceriatum, quinimò in literis dictæ vnionis præsupponitur existentia primiceriatus, & q̄d ille durare debeat in perpetuum, cum in dictis literis detur licentia Capitulo possessionem ipsius primiceriatus nedum apprehendendi, sed ēt illam in perpetuum retinendi,

A q̄ quidem fieri non potest, nisi data exi stētia primiceriatus, etiam in futurum, ex vulgata regula, q̄d non entium nullæ sunt partes, [e] confirmatur ex clau- *e l. eius qui* sula [prouiso,] q̄ primiceriatus debitis *i prou. ff. si* obsequijs non fraudetur, & animarum *cer. per. l. de* cura, si qua imminet, nullatenus negli- *cens. ff. de* gatur, quæ in dictis literis vnionis posi- *verb. obl. l.* ta fuit, & in vnionib. beneficiorum po- *si seruus. §.* ni solet, vt per Rebuffum, [f] quia p ver- *si modus. ff.* ba in dicta clausula posita ostenditur, q̄ *de act. emp.* primiceriatus etiam post vnionem de *f In prax.* illo, vt præfertur, factam, durare debeat. *benef. in ti.*

2 Et verissimum est, q̄ per vnionem B vnius beneficij ad alia status beneficij *super defe-* vniti non alteratur, sed debet illi more *ctu ætatis* solito deseruiri, vt ait Abbas, [g] prout *circa finē.* in casu nostro factum fuit, quia Capitu- *g In c. expo* lum per officialem ab ipso deputatum *suisti, nu. 7.* exercet officium primicerij, adeo vt ad- *de prab. &* huc vigeat tribunal ipsius primiceria- *in c. mona-* tus. *chis. nu. 3.*

3 Et in tantum verum est, q̄ per vnio *eod. tit.* nem non alteratur status vniti, vt ipsius vniti priuilegia non perdantur, sed etiā post vnionem durent vt ait Rebuf. in d. praxi. tit. de transf. Episcopi. nume. 11. Lapus, [h] & ideo Ioan. And. Gemi. & *h Alleg. 68.* C Imo. relati per Franc. [i] concludunt, q̄ *i In c. quæris.* etiam si Ecclesia exempta vniatur non *1. In c. cum* exemptæ, tamen retinet priuilegium *præsēs. §. fi.* exemptionis, & generaliter quod durēt *de priu. li. 6* priuilegia post vnionem tradit Pet. de Peru. [k] & bene Lapus. [l] *k In tra. de*

4 Cum igitur dignitas primiceriatus *vnio. c. 2. n.* non sit suppressa nec extincta, sed ad- *10.* huc duret illa, dicenda est prima digni- *l dic. Alleg.* tas post pontificalem, non autem decanatus, & præsertim cum decanus semper suam sedem in choro retinuerit, & nunquam ascenderit ad sedem primicerij, & consequenter regula Cancellariæ D dum reseruat primam dignitatem post pontificalem, non comprehendit decanatum.

5 Et licet primiceriatus pp vnionem prædictam amplius non vacet, tñ per hoc non infertur q̄ dicta regula reseruatoria sit extendēda ad decanatum, cum (vt dixi) primiceriat⁹ nō sit suppressus, sed adhuc duret, & si regula p̄dicta non pōt operari effectū reseruationis in ecclesia N. id processit ex facto Papę, q p dictā vnionē impediuit, ne primiceriatus

Universidad de Deusto
Biblioteca

amplius vacet; & satis est, quod in alijs Ecclesijs locum habere potest. Quare ad tollendum omne dubium Papa declaret mentem suam & suorum.

SVMMARIVM.

1 *Optare præbẽdas vacantes licet possint simplices canonici, qui cum vt tales nullum habeant successorem in beneficio, sibi solis & non alteri præiudicant, secus tamen est in habente officium Pœnitentiarij, cum vnione certæ præbendæ, quam sine iusta auctoritate non potest à suo officio diuidere, nec alteram ei vnire, nu. 2. sicut nec alter canonicus posset illo vacante optare præbendam, num. 3.*

4 *Annexione beneficium & præbenda annexa quasi extinguuntur, vnde qui habet parochialem vnitam suo simplici beneficio, non censetur habere curam animarum, & qui habet præbendam canonicalem vnitam officio Pœnitentiarij, habet præbendam quasi extinctam & suppressam, vnde nec ea dimissa altam potest optare.*

CONSILIVM XIV.

AN pœnitentiarius institutus in Ecclesia Cathedrali cum vnione perpetua specialis præbendæ facta officio suæ pœnitentiariæ, possit optare aliam præbendam, retento ipso officio pœnitentiariæ?

1 Quicquid disputando in scholis teneri posset non auderem consulere, q̃ huiusmodi pœnitentiarius posset optare præbendam aliam à sua vacantem. Primo quidem, quod diuisio beneficiorum vnitorum requirit, vt diuidens habeat auctoritatem, & potestatem id faciendi, [a] & quod seruetur solemnitas in modo diuidendi, & concurrat iusta causa id faciendi, [b] & si prædictus pœnitentiarius optaret aliam præbendam vacantem, diuideret præbendam priorem à suo pœnitentiarij officio, & talem potestatem nullo iure naturali, diuino, nec humano ille habet, & eam sine vlla solemnitate & iusta causa pro libito, & beneplacito suo faceret, quod nullo iure sibi conceditur.

a c. sicut vnire. de excessib. prælatorum, cum ei adnot.

b c. 1. de reb. eccles. non alien. lib. 6.

Secundo, q̃ nullus beneficiarius põt suum beneficium diminuere, nec damno afficere. [c] At si pœnitentiarius posset optare aliam præbendam, posset sui officium pœnitentiarij diminuere, & damnificare, nam secundum glossam communiter & merito receptam, [d] cuilibet habenti ius optandi, potest, si vult, optare præbendam minorem: & minoris valoris, quod esset damno afficere suum officium. Nec potest dici, q̃ etiam ratio videtur esse de pœnitentiario & alijs canonicis, quia est longe diuersa: nam canonicus, vt canonicus simplex, non habet successorem, iuxta glossam singularem receptã, [e] de elect. pœnitentiarius autem sic, & ideo alij canonici optando minores sibi solis præiudicant: pœnitentiarius autem non sibi soli, sed suo officio & suo successori.

c Arg. c. de quæ facere possent pœnitentiarij prædicti, si ius optandi eis concederetur: & ita non est credendum. Salua, &c.

d In c. vlt. verb. melius.

e In c. quod vulgus. de elect. lib. 6.

2 Tertio, q̃ vnio requirit auctoritatem eam faciendi, & solemnitatem in modo faciendi, & iustam causam ad faciendum vt probatur in d. c. [sicut vnire.] adiuncta clem. 2. [f] & alia multa. At pœnitentiarius si optaret aliam, face ret vnionem sine potestate faciendi eã, & sine solemnitate & causa pro libito suo, ergo non potest optare.

f De reb. ec. cl. nõ alien.

3 Quarto, q̃ id quod operatur oppositum in opposito, debet operari propositum in proposito. [g] At præbenda pœnitentiarij, eo mortuo, vel renunciante, non potest optari ab alio canonico habente ius optandi, ergo neque pœnitentiarius ratione illius præbendæ potest aliam præbendam optare.

g l. & si quis. ff. de reg. iur. lib. 6. & c. sicut dictum. de præb. lib. 6.

4 Quinto, q̃ pœnitentiarius principaliter habet officium pœnitentiariæ, præbendam autem habet per annexionem, & ita quasi rem peremptam & extinctã, sicut qui habet Ecclesiam parochialem suæ præbendæ, vel alio beneficio simpli ci annexam, non cẽsetur habere curam animarum, [h] & ita, cum non possit optare aliam præbendam ratione officij quod est principale & quoddam vnum, non poterit id facere ratione præbendę, q̃ est accessorium, & quasi quoddam mortuum & extinctum.

h c. super. de præb. & de reb. eccles. non alien.

Sexto, q̃ non est verisimile, q̃ tam insigne Cõcilium, & ipsa Romana Ecclesia voluerit hominib. priuatis, & nulla iurisdictione suffultis cõcedere facultatẽ faciendi tã leuiter, & tã sine causa & solemnitate, tot diuisiones & vniones, quæ facere possent pœnitentiarij prædicti, si ius optandi eis concederetur: & ita non est credendum. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus an possit de fructibus fabricæ vnius Ecclesiæ superfluis assignare fabricæ alterius pauperi, & negatiua multis videbitur verior. nu. 4. vnde nec est tentandum, vt fiat.*

1 *Episcopus ex causa potest vnire, & diuidere Ecclesias.*

2 *Permutatio beneficiorum ac prædiorum eorundem auctore Episcopo fieri potest.*

2 *Episcopus potest super vna Ecclesia imponere pensionem pro altero clerico sustentando.*

2 *Prælatus cum maiori parte Capituli potest cogere canonicos ad contribuendum reparationi Ecclesiæ suæ.*

3 *Episcopus augere potest pauperes præbẽdas suorum canonicorum, non solum vniendo beneficia eorum præbendis sed etiam grauando aliquas Ecclesias, vt earum capellani, seu ipsa Ecclesia dent aliquã annuam pensionem, hic tamen modus non est in vsu. nu. 7.*

3 *Nouitates & mutationes sunt periculosæ.*

6 *Donata locis pijs ad vnum vsum, non debent ad alium etiam pium, Papa inconsulto, mutari, cum hoc sit Papæ reseruatum.*

CONSILIVM XV.

AN Episcopus iustè valeat de superfluis fabricæ vnius Ecclesiæ aliqd assignare fabricæ alterius Ecclesiæ pauperis carentis fabrica sufficienti ad reficiendos parietes eius, & ad ornamenta emenda?

1 Respondeo primo, quæstionem hãc per totum orbem Christianum posse frequenter occurrere in visitatione episcoparus, nunquam tamen eam vlli occurrisse vidi, neque audiui in Hispanijs, neque Gallijs. Pro cuius parte affirmante, scilicet quòd Episcopus potest de reditibus superfluis fabricę vnius ecclesiæ, iuuare fabricam alterius Ecclesiæ pauperem, facit primò, quòd cui licet quod est plus, licet quod est minus. [a] At Episcopus potest vnire duas Ecclesias sui episcopatus diuersas, ex iusta causa, faciendo vnam ex eis, & diuidere vnam in duas, faciẽdo duas ex eis, vt legitur & notatur in cap. [vnio.] [b] & alijs multis locis, quod est plus, ergo poterit aliquam partẽ reditum vnius Ecclesiæ diuisæ dare alteri ex iusta causa, quod est minus.

a Reg. cui licet. de reg. iur. li. 6. & l. nõ det. ff. eo. tit. cũ similibus.

b 20. q. 3. et c. sicut unire. de excessib. prælat.

2 Secundò, quòd potest Episcopus imparriri auctoritatem permutandi vnam Ecclesiam cum altera, duobus habẽtibus illas, [c] immo etiam permutare possessiones seu prædia vnius Ecclesiæ, cum possessione alterius, [d] quod longè videtur esse plus, quam facere quod in quæstione proponitur. Tertio, quòd prælatus cum maiore parte Capituli potest omnes canonicos suos etiam renitentes cogere ad dandum aliquam partem reditum suarum præbendarũ pro reparatione Ecclesiæ suæ. [e]

c c. quæsitũ de rer. permu. & c. 1. eo. tit. lib. 6.

d c. ad quæstiones. de rer. permu.

e c. fi. de his quæ fiunt à maiori parte Capituli.

3 Quarto, quòd potest Episcopus augere præbendas pauperes suorum canonicatuum, vt habeant, quo alantur honeste, applicãdo aliquos reditus aliorum beneficiorũ sui episcopatus: [f] Quinto, quod Panormitanus [g] communiter receptus, tenuit id posse fieri duobus modis, priori quidem, vt vniantur præbendis capellæ, in quibus ponantur vicarij, qui eis inseruiant: altero verò modo, quòd capellani dent aliquid de suis reditibus canonicis, quòd videtur proximè accedere casu proposito, in quo quæritur, an Episcopus possit applicare partem reditus superflui fabricæ vnius Ecclesiæ diuitis, fabricæ alterius Ecclesiæ pauperi, quo se sustentet. Sexto, quod ex prædictis idem Panormitanus [h] communiter receptus infert, Episcopum posse prouidere suis canonicis paupertibus imponendo aliquot pensiones pro ipsis super aliquot Ecclesijs ditioribus sui episcopatus, quod ait nunquam vidisse factum, sed videri sibi eam esse bonam, & memorabilem practicam. 34. q. 1. & Septimò, quòd Ecclesia Catholica vna est, [i] & secundum Apostolum, alter alterius sumus membra, & alter alterius onera portare deberemus & diuites sustentare pauperes, vt latè docet Ioannes Chrysostomus [k] cum multis alijs, quæ in hoc ex sacris literis desumi pñt.

f c. exposui sti. de præb.

g Ibidem.

h Ibidem.

i c. loquitur extrauagã. vnam sanctã. de maior. & obe.

k in c. sicut dictum. 47. dist.

Universidad de Deusto
Biblioteca

4 Pars autem contraria negans multis videbitur vera. Tum ob consuetudinem inueteratam, quæ contrarium seruat, quamque esse seruandam satis di-
a ff. de legibus. ctant l. [minime.] [a] & cap. [vlt.] [b] cum multis similibus. Tum quod nihil est
b de cõsuet. tentandum cum scandalo, [c] & arbitror
c c.nihil.de prascr.& c. multos populos scandalizatũ iri, si contra voluntatem eorum id in fabricis sua
2. de operis rum Ecclesiarum fieri tenetur.
noui nunc. 5 Tum quod nouitates sunt euitandæ, quatenus sine naturalis & diuinæ le
d c.cũ consuet. de cõs. gis transgressione vitari possunt, iuxta cap. [d] ibi, [consuetudinis, & vsus longæui non est vilis auctoritas, & nouitates plerunque pariunt discordiam.]
e 11.dist. quod ipsum habet ca. [quis nesciat.] [e] & Ioannes Andræas allegat in d. capitu. cum consuetudinis, illum aphorismum Hippocratis, [omnes mutationes periculosæ.] Tum quod præfata consuetudo nititur canonibus, & legibus antiquis, per quos statuitur, vt bona deputata per Papam, vel aliam legitimam auctoritatem testatorum. donatorum, vel aliorum contrahentium non tollantur ab eis, iuxta cap. [sine exce-
f Et c. nõ li ceat Papæ. 12.q.2. ptione.] [f] & alia quæ glo. illius summæ citat. Tum quod res deputatæ ad vnum
g l.1. ff. de administ. rer. ad ciui. perti. vsum non debent in alium vsum conuerti. [g] nisi auctoritate Principis. [h]
6 Tum quod donata locis pijs largitione fidelium ad vnum vsum pium, nõ debent applicari ad alium, etiam pium,
h l.legata, eo.tit. sine sedis Apostolicæ auctoritate, vt habet solemnis illa clement. [quia contingit.] [i] & innouata in Concilio Tri-
i de religio. dom. dentino [k] cuius clem. glossa [l] ait ad so-
k Sess.7.c. vul. de refor. & sess. 25. c.8. de refor. lum Papam hoc pertinere, & non posse Legatum eius hoc facere, & consequenter neque Episcopum, nec Archiepiscopum. Tum in cap. 1. [m] multis sacræ Scripturæ locis probatur, ea quæ
l in verb. sedis Apostol. m 12.q.1. pertinent ad vnam Ecclesiam, non debere cedere illis, qui alijs Ecclesijs inseruiunt. Tum denique quod vulgus clamabit voce magna illam regulam. [n] [Id
n ff.de reg. iur. quod nostrum est, sine consensu nostro auferri non potest.] Et si quis responderit illa superflua nõ esse sua, sed esse Domini nostri Iesu Christi, cuius omnes Ecclesiæ sunt membra, replicabit, concedendo esse quidem illa verissimè ipsius, sed donata, data, vel relicta in suarum Ecclesiarum vtilitatem, & vsum, & non posse in alium etiam pium conuerti sine auctoritate Papæ, qui non facilè impartietur eam cuilibet Episcopo, cum etiam alienationem rerum Ecclesiæ suæ, etiam in casu licito, faciendam, non concedat vlli Episcopo, nisi sese prius consulto, vt Paulus II. grauissimè statuit [o] quam interpretati sumus in comment. in summa, [p]
7 Quare ne sim nimis prolixus, concludo, quod quamuis primo aspectu prior pars affirmans videtur æqua, & sancta, & vt Panorm. supra relatus dixit in simili, [bona practica,] sed vsque ad illum non visa, ita mihi videtur eã non susceptum iri sine lite, saltem sine licentia S. D. N. Salua, &c.

o In extrauagãti de reb. eccl. nõ alien. p 12.q.2.

SVMMARIVM.

Taciturnitas temporis immemorabilis vim habet tituli. 1
Solemnitas extrinseca requisita in confirmatione alienationis bonorum Ecclesiæ, non præsumitur, nisi post lapsum 30. annorum. nu. 2. 2
Alienatio rei Ecclesiæ etiam causa pietatis fieri potest. 3
Sciens rem ad vnum pertinentem penes alium esse, tenetur indicare. 4
Instrumenta antiqua casu inuenta, si alicuius res tangunt, tutus reuelare, quam occultare. 5

CONSILIVM XVI.

MOnasterium quoddam monialiũ concessit quandam Ecclesiã quæ erat de sua mensa, cum suis pertinentijs, valoris 12. scutorum, cuidam confraternitati piæ ad pijssimam causam de consensu superiorum pro censu dimidij scuti anticipata solutione. 88. annorum, & est onere eligendi capellanum ex fratribus monasterij, cui moniales subiacebant, & per centum triginta sex annos nihil fuit solutũ monialibus, nec capellanus electus ex fratribus, nec vllam horum notitiam habent prædictæ moniales, nec fratres, sed administrator hospitalis inuenit hãc scripturam, & quærit quid pro exoneranda sua conscientia debeat agere.

Respon-

1 Respondeo, quod ad dicendũ, quod debeat tacere, facit primo taciturnitas
a l. hoc iure §. ductus aquæ. ff. de aquæ quoti. & astiu. c.fin per quibus dam §. præterea. de verb. sign. b c.finem li terib. de dolo & contum. c l. quacunque §. fi. ff. de publ. in re act. d ca. peruenit de emp. e in c. illud de præsum. & latius in c. Alb. de test. lib. & in c. sicut. de rest. ff. de ver. oblig. g Et c. aurũ 12.q.2. h in fum. eadem can. et quæst. i c. si quod inuentum. 24.q.5. k c. qui cũ fure iuncta gl. cũ citatis ab ea, de furtis. l c. possessor de reg. iur. lib. 6. m i d. c. possessor. §. 8. nu. 4. n c. vigilan ti. de præsc. nu. 1. tpis, cuius non est memoria, quæ habet vim tituli. [a] Secundo, quod debemus esse pacifici iuxta proœmium Gregorianum, & nõ dare initium litibus, sed eas potius finire. [b] Et quod verisimile est fuerint huiusmodi instrumẽtum extare.
2 Tertio, quod prædicta cõcessio fuit per Papam firmata, & licet non constet formam commissionis fuisse seruata, & regulariter non præsumatur seruata solemnitas extrinseca, [c] nisi probetur, [d] & tradita per Felynum [e] & per citatos ab illo, præsertim scrib. in l. [scien dum.] [f] Et in casu proposito non solum sunt lapsi 30. anni, sed etiam 136.
3 Quarto, quod licet alienatio prædicta non fuerit necessaria, nec vtilis monasterio, fuit tamen valde pia, & res Ecclesiæ nõ solum possunt alienari causa necessitatis, & vtilitatis, sed etiam causa pietatis, per cap. [gloria.] [g] & glossam receptam. [h]
Pro parte verò contraria, quod teneatur admonere prædictum monasterium, & prædictos fratres, extare illud instrumentum, facit primo, quod qui in uenit rem ad alium pertinentem, debet eam restituere. [i]
4 Secũdo, quod qui nouit rem ad aliũ pertinentem esse penes alium tenetur indicare. [k] Tertio, quod possessor malæ fidei nullo tempore præscribit, [l] & qui possedit rem, & habet titulum contrarium suæ bonæ possessioni, videtur esse malæ fidei possessor, ideo quod etiam tẽpore immemorabili non præscribit, vt post alios tradit etiam Couarruuias. [m]
Quarto quod solutio census fuit anticipatè facta pro octaginta & octo annis & quod posset saltem aliquibus circunstantijs probatis concludi non esse lapsum tempus quadraginta annorum necessarium ad præscribendum prædictũ censum & liberationem ab Ecclesijs, & quod restitutio in integrum datur ignoranti præsertim Ecclesiæ contra præscriptionem, vt latè tradit Felyn. [n]
5 Perpensis pro utraque parte his, & omissis alijs, quæ possunt considerari

A consulendum videtur prædicto administratori tutius esse sibi reuerale prælato monasterio præfata duo instrumenta, quæ casu inuenit, & procurare, vt sine lite monasterio soluerentur pẽsiones de cursę post præfatos 88. annos, & posthac decurrendæ. Salua, &c.

SVMMARIVM.

Emphyteuticis prædijs Ecclesiasticis diruis ad muniendam ciuitatem, census annuus, qui in recompensam assignatur, non directo domino, sed ipsi emphyteutæ uenis soluendus, qui solitam recognitionem ecclesiæ directæ soluet. 1

CONSILIVM XVII.

DVas domos datas ab Ecclesia in emphyteusim usq; ad tertiam generationem accepit Rex Neapolis ad muniendam ciuitatem, præmissa æstimatione, & constituto annuo censu ad rationem quinque pro centennario. Quæritur, an hæc quinque annua sint soluẽda ipsi Ecclesiæ, an emphyteutæ usq; ad tertiam generationem.
C Pro ecclesia facit, quod videtur finita emphyteusis, eo quod videtur perempta res emphyteuticaria, iux. l. 2. [o]
Pro emphyteuta verò facit, q culpa carens, pœna quoque carere debet, [p] & quòd res non est perempta, quia licet superficies domuum sit destructa, area tamẽ manet, & quòd prædictus annuus census, qui inter immobilia computatur, iux. cle. [exiuit,] [q] subrogatur in locum præfatarum domuum iux. l. cum glo. [si cum seruus.] [r] & quòd Ecclesia quæ est cultrix iustitiæ, non debet iniustitiam cuiuspiam quærere. [s] Et hãc partem tenet Iason, qui alios citat. [t]

o C. de iure emphyt. p c.2. de cõsuet. q §. cumq; annui redi. r ff. de reb. cred. s c. ex tenore. de foro compet. t l.1. C. de iur. emphy. n.44. adiũctis his quæ dixerat an tea nu. 15.

1 Per præfata eruditè citata, & alia quæ in hoc adduci possent, videtur iudicandum, quod iustum, æquum, & sanctum sit, vt præfatus annuus reditus solua-
tur præfato emphyteutæ, vsque ad tertiam generationem, & ille soluat canonem præsticutum Ecclesiæ, à qua suscepit emphyteusim, & finita generatione tertia, totus ille annuus census soluatur Ecclesiæ, tanquam res, quæ ut subrogata dominis in emphy-

teusim

teusim datis reuertatur ad illam, generationibus, in quas data fuit, finitis.

SVMMARIVM.

1 *Peccata aliorum sicut nos non accusant, ita nec excusant.*

3 *Ecclesiarum suarum bona fide iusta causa & solemnitate debita alienantes. incidunt in pœnas, nam si sint inferiores Episcopis & Abbatibus, sunt ipso iure excommunicati, & beneficijs, quæ à dicta Ecclesia habent, priuati. ita ut eis nō possint de nouo cōferri, nu. 5. nec malè alienata recuperando euitant pœnas incursas, nec excusantur etiamsi dictas alienationes fecerint ex eo quod ab Episcopo multa paterentur damna & persecutiones, nu. 2.*

4 *Pœna ipso iure incursa, per pœnitentiam ac restitutionem malè ablati non euitatur, nec ob id iudex debet omittere quin eos puniat, etiamsi pars læsa remitteret iniuriam.*

Pœnæ, quas quis incurrit ipso iure, minui etiam facta restitutione, nec debent, nec possunt.

5 *Extrauagans 1. de reb. Ecclesiæ non alien. excommunicat, & beneficijs quæ ab eadem Ecclesia obtinentur, priuat.*

5 *Beneficij iusta vel iniusta receptio talem fore fructuum receptionem arguit.*

CONSILIVM XVIII.

REspondeo primò, narrationē casus adeo esse mihi obscuram, vt desiderem commentarium aliquem, quo mihi res in eius propositione tactæ satis innotescerent. Secūdo, q̄ in eius initio præsupponitur, sed in genere tantum, grauamina & damna quædam dominis canonicis consulentibus superiuribus magni momenti, & præsertim mēsæ capitularis à suo prælato illata, de quibus tamen grauaminibus & damnis acceptis nullam quæstionem videntur expresse mouere, licet forte tacitè uelint quærere, an illa grauamina & damna excusent eos ab iniustitia alienationis aliorum bonorum, quam ipsi fecerunt, quæ potest esse prima quæstio eorum. Tertio, in eodē casu narrant, quod ipsi domini canonici consulentes alienauerunt aliqua alia bona suæ mensæ capitularis, sed non explicant, an aliena uerunt ex causa iusta, & seruata iuris solēnitate, vel non, & quærunt super hoc tacitè secundam quæstionem, an ob id incurrerint censuras, vel pœnas aliquas. Quarto, quærunt, an præsupposito, q̄d incurrerint illas censuras, possint, & debeant illæ minui eis mitigando eas, ita quod si restituerint & reintegrarint ea suæ mensæ, debeant absolui à pœnis incursis, & potest esse quæstio tertia. Quinto quod quærendo an retentio canonicatuum sit eis concedenda, facta restitutione prædictorum bonorum à se alienatorū, præsupponunt eos esse aut fuisse priuatos eis, quæ potest esse quarta quæstio. Sexto, videntur quærere, an de canonicatibus & fructibus eorū sit idē iudicandum, quæ est quæstio quinta. Septimo tangitur tacitè quosdā alios fuisse prouisos de præfatis canonicatibus, & fructus eorum ab eis perceptos fuisse & non exprimitur ob quam causam fuerint illi prouisi, neq; à quo neque qñ, nec exprimunt, an DD. canonici præfati cōsulentes fuerint priuati suis canonicatibus à iudice, vel declarati priuati à iure, & an appellauerint ab eiusmodi iudicis uel iuris priuatione, & an adhuc maneant in possessione suorum canonicatuum, vel nō, ex quibus restituere possunt aliæ quæstiones graues, quas vix soluat Oedipus. Octauo, quod nisi illustrissimi domini, eiusdemq; eruditissimi iusta ac sanctissima auctoritas & iusta me ad id compelleret, nihil respondere rem, sed solum admonuissem illud Imperatoris Maximiani, [vt responsum cōgruum accipere possis, insere facti exēplum.] [a] Nono, quod audendo id, quod vix bene audere possum?

1 RESPONDEO AD PRIMAM QVÆSTIONEM, quod regulariter sicut ob peccatum vnius nō est accusandus, nec puniendus alter. [b] ita pro peccato alterius alter non excusatur, nisi quando inuasus ad suam iustam defensionem cum moderamine inculpatæ tutelæ se defendit, [c] & ideo quia prædicti DD. consultatores non videntur sua bona alienasse ad suam iustam defensionem cum moderamine inculpatæ tutelæ, non possunt excusari. Quamuis possint occurrere aliquot circunstantiæ grandis necessitatis, magnæ vis, vel magni metus, & terroris, quæ minuerent peccatum, vel etiā omnino excusarent, quales interuenisse nō narratur in proposito casu, & de non existentibus, & non apparentibus idem est iudicandum. [a]

3 AD SECVNDAM respondetur, quod si prædicti DD. cōsulentes aliena uerunt bona prædicta suæ mensæ sine iusta causa & debita solemnitate, peccauerunt, & inciderūt in pœnas à iure canonico statutas in cap. [si quis presbyterorum.] [b] & in alijs iuribus citatis à nobis in comment. de alienat. rerum ecclesiarum, [c] vbi nos citauimus extrauagantem Pauli II. [d] Si uero iusta de causa, seruata debita forma, id fecerunt, nō peccarunt, nec vnam censuram incurrunt iux. c. [sine exceptione,] [e] & latius tradimus nos vbi supra. [f]

4 AD TERTIAM respōdeo, q̄ pœnæ, quas ipso iure incurrerunt, non debent neque possunt minui iuridicè propter redintegrationem, & restitutionē bonorum, ob quorum alienationem pœnas incurrerunt, eo quod aliud est restitutio damni, & aliud pœna. quæ pro peccato maleficij imponitur à iure, vel ab homine, vt probatur in c. [licet canó. cum ei adnotatis, & ideo sicut pœna homicidij vel furti, non remittitur, neque condonatur ex eo, quod furem pœniteat furti, & restituat furtum, & eo q̄ homicidam pœniteat homicidij, neque eo quod pars læsa condonet, & remittat ei damnum, & interesse per illud acceptum, immo non obstante illa restitutione, & condonatione partis, possent & debent furca suspendi, & decollari, sic malè alienans res Ecclesiasticas non est absoluendus à pœnis impositis ob illud peccatum, etiam si restituatur ablatum & damnum Ecclesiæ, neq; etiam si confiteatur, quia oportet vt absoluatur ab excommunicatione, & luat alias pœnas præsertim ipso iure incursas, per ea, quæ in prædictis locis, [h] & alibi sæpe adnotantur, & praxis totius orbis Christiani seruat, præsertim S. D. N. Sixtus, qui ob solam pœnitentiam & restitutionem damni & interesse, rarò condonat pœnam mortis, nec alias Ecclesiasticas, vel sæculares, immo maximo omnium iudicum exemplo cogit eas subire delinquentes, vt iura naturalia, diuina, & humana suadent.

5 AD QVARTAM respondeo, q̄d prædicta extrauagans [i] non solum excōicat, sed etiam priuat ipso iure alienā tes res Ecclesiasticas iniustè, si sint inferiores Episcopis, uel Abbatibus, beneficijs, quæ habent in Ecclesijs, quarū bona alienarunt, vt expresè habet prædicta extrauagans [k] in hęc verba: [Inferiores vero prælati, cōmendatarij, & aliarum Ecclesiarum rectores, beneficia, vel administrationē quomodolibet obtinētes, prioratibus, præposituris, dignitatibus, personatibus, administrationibus, officijs, canonicatibus, præbēdis, alijsq; Ecclesiasticis cum cura, & sine cura sæcularibus, & regularib. beneficijs, quorum res & bona alienarunt, duntaxat ipso facto priuati existant, illaq; absq; declaratione aliqua vacare censeantur, possintq; per lōcorum ordinarios, vel alios ad quos eorum collatio pertinet, personis idoneis (illis exceptis, quæ propterea priuatæ fuerint) libere de iure conferri, nisi alias dispositioni Apostolicæ Sedis sint specialiter, aut generaliter reseruata.

6 AD QVINTAM, quod regulariter idem iudicium est faciendum de receptione & retentione legitima vel illegitima beneficij, & de perceptione, retētione & repetitione legitima vel illegitima fructuum eius. [l]

AD SEXTAM, & alias quæstiones, quæ possunt colligi ex ponderatis in se & primo dicto, resp̄onderi poterit, cum distinctè propositæ fuerint, in honorem Domini nostri Iesu Christi, qui prædictū Illustrissimum Reuerendissimumq; D. meū, & nos omnes saluet Salua, &c. *eū et adno.*

SVMMARIVM

Locans res Ecclesiasticas sui beneficij extra casus iuris expressos, est ipso iure excommunicatus. 1

Regulares locātes aliquid de suis beneficijs ad longū tēpus, suspensi sunt ab officio 2

Pœna imposita contra præsumentē aliquid facere, non incurritur à faciente sine dolo uel contemptu. 3

Locanti

a *l. duo sūt Titij. ff. de testa. tut. c. sacerdos, cū glo. de offic. iud. ordin. & de reb. eccle. nō alie.*

b *Super gl. sum. 12. q. 2. n. 1. & 2. de reb. eccle. nō alie. inter communes.*

c *12. q. 2.*

d *Nolab. 8. nu. 9.*

e *Et c. commissa. de elect. lib. 6.*

f *l. Arg. c. 1. c. possessor. & c. peccatum de reg. iur. li. 6. & c. grauis. de restit. spoli.*

g *1. C. de sent. di. 15.*

h *Et in li. 4 C. de sum. Trinit. & fide Cathol. & l. 1. C. de sum. Trinit. & fide Cathol. lib. 12.*

i *2. de reb. eccles. non alien.*

k *§. siquis autē. versi. inferiores vero.*

l *Et c. 1. de sum. Trinit. & fide Cathol. lib. 12.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

4 *Locanti res Ecclesiæ vtile est mutare pensionem temporalem in perpetuam, quia perpetuus conductor, & non temporarius tenetur ad expensas refectionis.*

CONSILIVM XIX.

QVidam præceptor cuiusdam Ecclesiæ regularis ante 30. annos quãdam paruam domum, quę solebat quotannis locari, locauit cuidã conductori in perpetuum eadem pensione, qua quotannis locabatur, & cuidam alteri locauit quædam prædia ad vitam conductoris eadem pensione, qua in singulos annos conducebatur, putans bona fide id ei licere, quamuis quia cauebat ius Pontificium aliquem scrupulum habuit: nec meminit satis an postea monuerit conductores, quod illa debebant fieri cum superioris auctoritate. Quæritur an in foro conscientiæ is sit iudicandus excommunicatus, & ob celebrationem Missarum postea frequenter factam sit irregularis.

1 AD QVAESTIONEM, respondeo, quod pro parte eius affirmatiua

a de reb.ec cle. nõ alie. facit primo extrauagans 1.[a] quæ habet omnem beneficiarium, qui locauit res ecclesiasticas sui beneficij extra casus iuris expressos ipso iure esse excommunicatum.

b de reb.ec cle. nõ alie. 2 Secundo facit Clem. 1.[b] quæ omnes beneficiarios regulares alienantes, aliquam rem de rebus suorum beneficiorum ad longum tempus, suspendit ab officio.

3 Pro parte autem negante facit primo quod prædicta extrauagans non loquitur de quocunque alienante, vel locante sed de præsumente id facere, & pœna impositа contra præsumentem aliquid facere, non videtur incurri ab eo qui absq; dolo vel contẽptu facit illud, per celebrẽ theoriam Cardinalis.

c in cle. 1. q. 19. de priui legijs.

4 Secundo, quod præfata extrauagãs non fertur contra illos qui alienãt, vel locãt res Ecclesię i casib. à iure expressis, at præfatus præceptor locauit præfatam domum, & prędictos fundos, promouendo vtilitatem præceptoriæ, eo quod pẽsionem temporalẽ mutauit in perpetuã, quod est vtile locanti, cum impẽsas refectionis debeat subire cõductor perpetuus, & non temporarius. Per quæ videtur præfatum præceptorem non esse excommunicatum, & consequenter nõ incurrisse vllam irregularitatem.

De depositо.

SVMMARIVM.

Venditio cuiusp iam depositariæ Populi Romani an iniusta, & seq. & verius quod sit iniusta. num. 13. 1

Venditio est iusta. in qua merx vendibilis. & iustum pretium concurrunt. 1

Officium mutuandi & custodiendi depositа etiam cum salario licitam. 2

Venditio officij colligendi vectigal, cur, cum nulli noceat, sit iniusta. nu. 15. 3

Depositaria non est res sacra, & tamen nõ est uendibilis. nu. 15. 3

Vsura licet non esset venditio depositaria, dupli ratione est iniusta. num. 17. 4

Venditio sic mutuum palliatum fieri solet. 5

Princeps, aliquid ex certa scientia faciendo defectus iure humano inductos supplere uidetur. & num. 18. 5

Depositio pecuniæ cum pacto ut depositarius aliquid soluendo ea uti possit, usuraria, & quare. nu. 17. 7

Depositum, sicut commodatum, debet esse gratuitum, & cum precio sicut conductio, uel locatio. 9

Depositarius contra naturam contractus ad aliquid soluendum onerat ur. 9

Merces omni iure debita operario. 10

Mutuum, & depositum pecuniæ cũ facultate ea utendi, parta. 10

Ratio eadem idem ius suadet. 11

Deponens pecuniã absque copia ea utendi, depositario mercedẽ soluat, & si dat copiã & aliquid accipit, vsuram cõmittit. 11

Depositaria æstimabilis non est, eo quod ob eam depositarius honoretur. 12

Æstimatio rei ex uendentis, non ementis utilitate metienda est. 12

Mutuandi actus uendibilis non est, nec locabilis. 13

Sacrum quod non est, non oẽ uendi potest. 16

Papa tenetur vsque ad sanguinem ius naturæ & diuinum seruare. 18

Vsura virtusq; texti pagina est prohibita. 18

Papa non potest facere ut quis sine peccato vsuram exerceat. 19

CON-

CONSILIVM I.

REuerende Pater, per Papã motu proprio imponitur vectigal Populo Romano super quolibet rubeo tritici macinãdi baiochorum quindecim erigẽdo super istis prouentibus vnum montem farinæ nuncupatum: & ne istud vectigal perpetuetur, mandat per suum motum proprium, quod postquam montistis de eorũ fructibus satisfactum fuerit ex pecuniis superdicto monte imponendis ad rationem scutorum septem pro quolibet cẽ tenario, illud quod supererit ex dictis fructibus cõmittendis in dicta gabella, & quæ similiter perciperentur ex uẽditione illius depositariæ, inseruirent extinctioni dicti uectigalis; & supradicta fieri debere à deputatis Romani Populi cũ interuentu vnius ex Reuerend. Clericis Cameræ Apostolicæ, qui Reuerend. D. Clericus, & Magnifici DD. deputati prædicti, stante dicto motu proprio, venderũt ad certum tempus dictam depositariẽ Caio Sempronio pro scutis 150. quolibet anno, & illa erogauerũt in extinctione dicti vectigalis, vt supra dictũ est. Nunc effluxo tempore uenditionis depositariæ præfatæ intendunt illam dicti Reuer. Clericus, & magnifici DD. deputati de nono plus offerenti ad effectum extinctionis supradictæ uendere: sed reuocatur à nonnullis in dubium eã fieri non posse absq; scrupulo conscientiæ, ex quo Papa non absoluit ipsos in foro conscientiæ, nec dicit fieri debere absque aliquo conscientiæ scrupulo, vt legitur in dicto motu proprio, sed simpliciter in eo exprimuntur supradicta.

Pro parte Romani Populi replicatur omnino dictam venditionem præfatæ depositariæ primo loco fuisse bene factam, & etiam secundo loco absq; conscientiæ scrupulo fieri posse: nam clarũ est, quod Papa sciuit, & notitiã habuit, vt legitur in dicto motu proprio, de vẽditione dictæ depositariæ per Populum Romanum facienda, dum mandat, vt pecuniæ quæ obuenient ex venditione depositariæ præfatæ, conuertantur in extinctionẽ vectigalis præfati, adeo, quod Papa hoc permittit, & sic vẽdita fuit scitu Papæ, & eo permittente; & hoc tãto fortius põt fieri sine cõscientiæ scrupulo, quia precium huius depositarię inseruit extinctioni uectigalis, ne perpetuetur, & sic conuenit publicę vtilitati, & tẽdit ad fauorem multorum pauperum, & piorum locorum dictum vectigal pro macinatura eorum tritici soluentiũ dictos 15. baiochos p quolibet rubeo, qui tãto citius ab illius solutione erũt liberati, & quãuis aliquid certi emolumenti dictus depositarius ex ipsa depositaria nõ percipiat, & pecuniæ non faciant pecunias, nihilominus ex quo est approbatus à Populo Romano pro legali & ideneo depositario, hoc multũ inter alios Vrbis mercatores sibi prodest, cùm ex hoc reputetur notabilis & diues mercator, habet etiam ex dicta depositaria illud emolumentũ, q̃ potest pecunias penes ipsum existentes ante tempus solutionum fructuum ministrarum interim ad cambia licita & honesta præbere: & vlterius si aliquis montista erit dicti mõtis creditor, ipse depositarius poterit ei satisfacere in tot rebus suæ tabernæ cum aliqua tpis commoditate: & interim, vltra quod suas merces vẽdit, etiam poterit dictis pecunijs negotiari: & sic pro supradicta depositaria plus, vel minus ad eius libitum poterit offerre sentiens commoda supradicta.

Quæritur modo, an statibus præmissis, dictus Reuerend. D. Clericus, & magnifici DD. deputati Populi Romani possint absq; aliquo conscientiæ ipsorũ cuiuslibet scrupulo, dictam depositariã montis farinæ prædicti etiam plus offerenti, ad effectum dictum vectigal pro rata extinguendi, vendere, vel non.

1 Respondeo, q̃ pro parte affirmatiua, nempe quod liceat præfatis Reuer. Clerico, & magnificentissimis deputatis Populi Romani uendere præfatam depositariam in finem præfatum redimendi vectigal prædictũ, facit primò, quod venditio præfata videtur ex sua natura iusta: quoniam iustitia emptionis & vẽ- *a ff. de conditionis* consistit in hoc, vt interueniat *trah. empt.* merx vendibilis, & pertium iustũ, quod *& inst. eo* satis colligitur ex l. 1.[a] quæ duo viden- *dem titu. §.* tur concurrere in hoc casu, in quo con- *precium. &* currit officium colligendi vectigal ex §. *item pro-* parte vendentis, & precium in nume- *cium.*

rata

rata pecunia iustum ex parte ementis.
2 Secundò, quòd negari nõ potest officium præfatum esse iustum, & Reipublicæ vtile, & nnceſſarium: nam officiũ mutuandi constitutum à Repub. etiam præstituto aliquo salario honesto est licitum & honestum, vt nos probamus in commen. cap. fi.[a] & breuiter repetimus in Manual. confeſſ.[b] & seruat praxis in montibus Pietatis. Tertiò facit, quod etiam officium custodiendi depositá, etiam salario aliquo honesto constituto, est iustum & honestum, quale est officium argentariorum, vt etiam probauimus in dicto comment.[c] quod referimus in dicto c. 17.[d] ergo à fortiori officium colligendi vectigal, & custodiendi illud reddendum tempore conuenienti, erit licitum & honestum.

a de vsur. nu. 15. *b cap. 17. nu. 288.* *c nu. 36. & quatuor sequen.* *d nu. 292.*

3 Quarto, quod nulla videtur appare re ratio, qua prædicta uenditio sit iniusta, cum per eam nulli fiat iniuria, neq; dolus, cùm vtraque pars tam vendens, quàm emẽs sciat naturam officij, & precium eius: & scienti & consentienti non fit iniuria neque dolus.[e] Quinto, quod omne quod non est sacrum pót vendi:[f] at præfata depositaria non est res sacra, sed profana, immo & videtur æstimabilis, quia affert fructum honoris & cõmodi tatis ad tractandum & lucrandum pecunias, vt palam est: ergo suapte natura est vendibilis.

e cap. scienti, cum suis concordantijs, de reg. iur. lib. 6. *f Arg. l. 1. ff. de contr. empt. & §.* *loca. in fin. eod. tit.*

4 Sexto facit, quod præfata venditio non videtur dici posse illicita, eo quod sit vsuraria: quia vsura in solo cõtractu mutui veri vel palliati consistit, vt post alios diximus in Man. conf. §. At præfata venditio neque est verum mutuum, neque palliatum, sed est vera emptio, in qua concurrit ab vna parte precium, & ab altera merx, vt supra dictum est: & non interuenit maioritas, vel minoritas precij propter anticipationem uel dilationem solutionis, uel pactum de retro uendendo, per quæ solet fieri emptio mutuum palliatum,[h] ergo nullatenus est usuraria.

g cap. 17. nu. 266. *h cap. ad nostrã, de empt. & vend.* *c. significãte. de pigno. & c. in ciuitate & c. fi. de vsur.*

5 Septimo, quod licet aliquis defectus interueniret, per quem suapte natura uenditio præfata esset illicita, potest ille suppleri per Papam,[i] quam supplectionẽ supplet præfatus motus proprius quo iubetur, ut pecuniæ, quæ obueniẽt ex uenditione præfatæ depositariæ, impendantur in redemptionem præfati uectigalis. Nec obstat, si datur, quod Papa in illo motu proprio non uidetur dispẽsare, neq; supplere: quia summus Princeps, disponẽdo aliquid, in quo interuenit aliquis defectus, ex certa scientia, videtur supplere illud uel dispensare super eo, quatenus ualor dispositionis eius requirit[k] & traditur c. [si quãdo, post Baldum.[m] At Papa, qui est summus Princeps, immo & summorum Principum summus,[n] expresse disponit in suo motu proprio de precio uenditionis depositariæ, quæ dispensatio non ualeret, nisi liceret eam uendere: ergo uidetur, quatenus opus est, eius uenditionem licitam facere.

i Arg. ca. si Rapam 40. dist. & cap. cuncta. 9. q. 3. *k l. idẽ vl. §. item ad Pompon. ff. de exercit. act. l. fi. ff. de reb. creditis. l. 1. ff. de reb. eorum qui sub tut.* *m ca. cũ de per mũdã. c. ipsi sunt canones, 9. q. 4.*

6 Pro contraria uerò parte facit primò, q; ois depositio rei consistentis in numero, pondere, uel mensura, cũ facultate, ut ea depositarius uti possit, & eo pacto, ut aliquid soluatur deponẽti, est iniusta, & obligat ad restitutionem accertorum, ut probamus post alios in Manu. conf.[o] illa firmissima ratione, quam ponimus ob idẽ,[p] nempe quod depositum factum de re aliqua, quæ consistit in numero, pondere, uel mensura, cum facultate ut ea depositarius uti possit, fit mutuũ, simul ac ipse cœperit eo uti, per l. [quintus. 9. & per l. [certi; condictio.][q] quę hoc clarius probant,[s] & palam est, quod acceptio alicuius rei pecuniariæ ob mutuũ est iniusta, obligans accipientem ad restituendum id quod accepit,[t] in quo Vrbanus Pontifex Max. allegat illud.[u] [Mutuum date nihil inde sperantes,] at deputatio alicuius in depositarium prædicti uectigalis, quod consistit in numero, ideſt in pecunia numerata, cum facultate vt ea uti possit, est in effectu depositio pecuniarum numeratarũ colligendarum ex dicto vectigali, & sic mutuum: ergo nihil ex ea licitè accipi potest, & huiusmodi deputatio, cũ fiat precio accepto, est iniusta.

n ca. cũ de per mũdã. c. ipsi sunt canones, 9. q. 4. *o cap. 17. nu. 281.* *p Præcedens nu. 280.* *q ff. de reb. creditis. l. fi. ff. de reb. eorum qui sub tut.* *r §. item ad l. Aquil. ff. de rebus creditis. l. 1. de transact. prælat. d. l. certi cõdictio. §. fi. & l. seq. ff. de rebus cred.* *s l. illud. ff. ad l. Aquil. c. 1. de transact. prælat.* *t ca. si seruus. 14. q. 3. ca. cõsulam de vsur.* *u Luc. c. 6.*

7 Secundò facit, q; contractus depositi est contractus gratuitus, sicut & contractus cõmodati, vt colligit, ex glo. 2. adiũcta glossa:[x] ita quod, h aliquid accipiatur, fieret cõtractus locationis & conductionis: ergo nõ potest depositio esse iusta, si quod precium ob eã accipiatur

x x cap. 1. de commod. y Verbo vsi in d. c. 17. nu. 283.

in casu autẽ proposito accipitur pretiũ, ergo non potest esse iusta depositio: & tamen ita appellatur, ergo est fraudulenta, arg. tituli [plus valere quod agitur, quam quod simulate concipitur.

a ff. de reg. iur. *b de censib. c de reg. iur. lib. 6.*

8 Tertio, quod contra legem naturalem & humanam est, quod qui præstat operam, soluat aliquid pro opera quam præstat, argu. l. [secundum naturam.][a] cui consonat clem. 1.[b] & ca. qui sentit,[c] quatenus habent, secũdum naturam, siue legem naturalem, quam illa iura humana confirmant, esse, eum qui patitur onus, debere suscipere cõmodum, & nõ contra onus & damnũ simul, at præfatus depositarius præstat suã operam, laborem, & industriã in colligendis, seruandis, & soluendus pecunijs dicti vectigalis: ergo contra leges naturæ & humanas est, vt ipse aliquid soluat pro huiusmodi officio; cùm ergo per præfatã venditionẽ depositariæ sibi factam aliquid soluat, iniusta est iudicanda venditio.

d Leu. c. 23 Luc. c. 10. *e cap. 1. 13. q. 1.* *f 1. ad Cor. cap. 9.*

9 Quarto, quod lege naturali, diuina, & humana debetur mercenario sua merces, Deuter. cap. 24.[d] & alia multa quæ allegat Dionysius Papa,[e] quale est illud, [Qui altari seruit, de illo viuere debet:] & illud, [Quis vnquam suis stipendijs militauit?][f] ergo lege naturali, diuina, & humana debetur huiusmodi depositario aliqua merces: & consequenter contra illas est, quòd ipse soluat, quod facit emendo illam precio.

10 Quintò, quòd ea in quibus eadem ratio militaa, codẽ iure sunt cẽsenda.[g] at mutui datio, & depositio pecuniæ cũ facultate vt depositarius ea vti possit, eiusdẽ sunt naturæ, vt prædictum est.[h] At pro mutui datione quãtęcunq; summæ nihil potest iuste dari, vel accipi, ergo neq; pro depositione quantæcunq; cum facultate vtendi.

g l. illud. ff. ad l. Aquil. *h d. l. certi cõdictio. §. fi. & l. seq. ff. de rebus cred.*

11 Sextò, q; peccat, qui deponit aliquam pecuniam seruandam apud camporem sine facultate vtendi ea, & non vult ei soluere mercedem debitã, quia est contra prædicta iura diuina, & humana: & qui deponit seruandam cum facultate vtendi ea, & ob id accipit aliquid, cõmittit vsurã, ut nos post alios diximus: ergo cũ venditio huius officij in effectu nõ sit aliud, q; depositio pecuniarum cum facultate vtendi eis, sequitur q; est vsuraria, & consequentur iniusta.

vin d. c. 17. nu. 283.

12 Septimo, q; præfata depositaria nõ potest dici æstimabilis, & vendibilis, eo quod ex illa prouenit depositario honor, & reputatio diuitiarum, & cõmoditatis tractandi, cambiendi, siue trafficandi. Tũ quia ex mutuatione magnæ quãtitatis pecuniæ mutuatarius quærit eãdem: attamen non est ideo æstimabilis, nec vendibilis, vt prædictum est. Tum quia rei æstimatio non augetur ex vtilitate, aut commoditate, quæ prouenit ementi, sed sic ex vtilitate, & commoditate, quam perdit vendens eam vendendo, vt singulariter dixit S. Thomas[k] & Sotus communiter recepti.[l]

k 2. 2. q. 77 art. 1. *l in 4. dist. 15.*

13 Per hæc posteriora fundamẽta credimus hanc partem posteriorem esse veriorem. Nec obstant alterius partis fundamenta: quia illis sic respõderi potest. Ad primum quidem concedendo emptionem, in qua interuenit merx uendibilis, & iustum precium, esse iustã emptionem: negando tamen quod in proposito interueniat merx iustè vẽdibilis: quia mutuatio pecuniæ, vel actus mutuandi pecuniam non est merx, neque opera vendibilis, & locabilis, quia iure naturali, diuino, & humano saltem Põtificio debet esse gratuita, vt supra dictũ est, & deputatio præfata depositarij nihil aliud in effectu est, quàm depositio pecuniarũ vectigalis præfati cum facultate vtendi eis, & consequenter est mutuatio per iura præfata, & ita inuẽdibilis, immo & illocabilis.

14 Ad secundum, concedimus officium præfatum depositariæ esse iustum, & sanctum, & qui accipit illud, posse iustè recipere salarium pro opera, industria & labore, quæ in illo exercendo præstat: sed negamus esse iustum, vt accipiẽs illud, debeat soluere aliquid pro eo exercẽdo, cum omni iure debeatur ei iustum salarium: & consequenter quod iniustè uenditur illud ei.

Ad tertium, idem quod ad secundum respondemus, nempe officium argentarij custodiendi pecunias esse iustũ, imò & posse illum aliquod salarium honestũ accipere, sed negamus esse iustũ, quod ipse qui accipit pecunias custodiendas, soluat aliquid pro custodia, quam ipse præstat, & pro qua meretur salarium.

Ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

15 Ad quartum, concedimus quod per præfatam venditionem nulli fit dolus, negamus autem quod nulli fiat iniuria, fit enim iure naturali, diuino, & humano, & Deo eiusque vicario auctoribus eorum, & naturæ rei usu consumptibilis, quæ ipsa quidem vendi pōt, & in alium transferri, sed non eius usus, quo ipsa consumitur, & ita usus eius ab ipsa non separatur, sicut separatur in rebus, quæ usu non consumuntur, iuxta S. Tho. receptum [a] & omnium sententiā.

a 2.2.q.78. art. 1. gl. 1. c. 1. de commodat.

16 Ad quintū negamus primo, quod omne quod non est sacrum sit vendibile, homo enim laicus non est sacer, tamen non est vendibilis, saltem regulariter, secundum iura Romana, vt nos deduximus in d. Manu. [b] neq; alia inæstimabilia, qualis est actus mutuandi, & mores, vel vulnus hominis liberi, [c] qualis item est scientia, & ars naturalis naturaliter quæsita, vt diximus. [d] Secundo respondeo ad id quod tangitur in fine de vtilitate quā quærit depositarius, quod tollitur per arg. septimum pro hac parte factum.

b c. 23. nu. 95. c l. cum liberi hominis. ff. de his qui deiecerūt, vel effud. d in d. c. 23 nu. 99.

17 Ad sextum respōdemus, quod prędicta venditio triplici ratione est iniusta. Primò quidem, q̄ per eam accipitur precium a depositario pro opere, industria, & labore quæ ipse præstat, cum lege naturali, diuina & humana ipsi deberetur merces pro illis. Secundò, quòd venditur res inuendibilis, videlicet depositio pecuniæ cum facultate vtendi ea, quæ triplici iure prædicto est inuendibilis, & illocabilis, cum in effectu sit mutuatio, vt supra probatum est. Tertiò, q̄ de mutuo palliato, & vi eius accipitur aliquid, quod est vsuræ peccatum. Cùm enim venditio illa sit in effectu depositio pecuniarum cum facultate vtendi eis, est uere mutuum palliatum nomine venditionis: & ita accipere aliquid ex ea, est vsuram admittere, Quare ad argumentum respondeo in forma: Primo negando quod in hoc casu non interuenit mutuum palliatum, quia contractus, per quem traditur depositaria, verè est mutuatio vestita & palliata nomine venditionis, per supradicta, & consequenter in eo potest interuenire vsura. Secundò, quòd etiam est iniusta duplici ratione prædicta.

18 Ad septimum respondeo, concedēdo, quod Papa faciens aliquē actum existente aliquo defectu, per quem corruit ille, nisi dispensaretur, videtur dispensare, si faciat illū cum certa scientia illius defectus, si per suā summā potestatem suppleri possit defectus ille, vel dispensari in illo, eo quod iure humano sit inductus ille defectus, non autem si inducitur iure naturali, vel diuino, vt post Hostiensem Panor. [e] & Baldum, [f] tradit Felynus [g] cum citatis ab illo.

19 Quia ius naturale & diuinum tenetur seruare vsque ad sanguinem, [h] & iustitia vsuræ non solum reprobatur iure Pontificio humano, super quo summam potestatem habet Papa, sed etiam iure naturali & diuino, iuxta cap. [quia, in omnibus.] [i] in quo Concilium Lateranense testatur eam vtriusque testamenti pagina prohiberi, & probat S. Tho. [k] & tenet communis, [l] quicquid parum grauidam dolate dicat Alexander [m] super potestate Papæ dispensandi super vsuris cū Iudæis, in quo non auderē dicere quod Papa possit iuste dispensare cum aliquo vt sine peccato vsuram exerceat, per c. [super] eo, [n] in quo Alexander Pōtifex Maximus respondet, non posse, volumus dispensari super vsura, æquiparando illam mendacio, quod habet intrinsecā malitiam, sicut & fornicatio: & nullo modo potest dici iusta. [o] Quæ omnia & singula submitto supremæ S. D. N. censuræ. Salua, &c.

e in c. significauit. de offic. ord. f. cū adeo. de reser. e in c. significauit. n. 4. eo. tit. & ita ver. de excess. h cap. fures 25 quidam. 23 q. 2. g. 2. i de vsur. k 2. 2. q. 78 art. 2. l in 4. d. 15. per c. 1. 2. m consil. 2. n de vsur. o ca. 1. 22.

SVMMARIVM.

Procuratorem ad exigendos reditus constituens, aliquid ab eo capere non potest, immo potius ei debet stipendium dare. n. 3. Depositario seu exactori pecuniarum licentia facta illis utendi, resoluitur mutuū, pro qua si quid exigatur, vsura est. 1

CONSILIVM II.

AN Domino, vel collegio constituenti aliquem procuratorem suorum reddituum facilè recuperabilium liceat accipere aliquas pecunias ob eo, nullo constituto ei ob labores subeundos salario, propterea quod ei officium illud concedit?

Respon-

1 Respondeo, q̄ non video, quo titulo iusto possit prædictū collegium prædicta secuta lucrari, quia pro titulo uenditionis id fieri nequit, siquidem officium illud non vendit, neque titulo locationis, quoniam illi reditus locabiles non sunt, cum neque salarium habeat, neque prouentus vllos, qui ad illud pertineant, solum enim inest ei onus, & cura recipiendi reditus ad collegas officia les pertinentes, & soluendi illos eis tēporibus statis. Neque titulo mutui, quia illud non potest fieri iustè nisi gratis. [a] Neque titulo commodati, cum hoc etiam gratis fiat iuxta glossam receptam, [b] sed neque titulo depositi, quo niam deponens nihil potest accipere à depositatio, nam gratia eius tantum fit depositum, sicut in casu nostro, in quo gratia & vtilitate collegij deponuntur prædictæ pecuniæ: & quando fit gratia depositarij, est irregulare depositum, vt contingit cum non deponuntur pecuniæ in sacculis obsignatæ, sed numeratæ, [c] & tale depositum sapit mutuum, vt in prædictis legibus notatur, & si ea ratione caperentur, & darentur, esset vsura, vt est casus in l. [Lucius.] [d] quod non licet in lege Euangelica, iuxta illud. [e] [Mutuum date, nihil inde sperantes.] translatum in c. [consuluit.] [f] Præterea contractus hic ea ratione videtur iniustus, quod non solum non soluitur merces iusta operario, iuxta illud, [g] [Dignus est operarius mercede sua,] relatū in c. 1. [h] sed etiam cogitur mercenarius ipse ad soluendum pensionē ei, cui operatur: nam depositarius hmōi operam, studium, & laborem impendit pecunijs prędictorum officialium recipiendis, cu stodiendis, & soluendis, rationibusq; super his habendis: & scribendis, propter qd; rectè ex iustitia debetur ei aliquod præmium, & tamen per huiusmodi contractum fraudatur eo, & onerātur pensione sine vlla iusta ratione soluenda, & iuxta l. [iustitia.] [k] Præterea nemo negaret esse contractum vsurarium, vel certè iniustum, si quis putaret mihi, fodere, & pararet uineam, & colligeret eius uuas, & portaret in torcular meum, & calcaret eas gratis, vt ei facerem facultatem recipiendi reditus mille scutorū ad exercendam mercaturam, vel aliam artem sibi utilem, per quam lucraretur plus quam impendit in vinea mea, & posſtea mihi restituendorum, [l] & tanto ma gis esset iniustus; vel vsurarius, si mihi penderet aliquid aliud præter culturā uineæ, & uindemiam vuarum, quæ mihi impēdit gratis. Quare arbitror nō posse defendi contractum prædictum esse iustum. & satis negotij erit illi, qui defenderit iustè posse prædictum collegiū & eius officiales vti opera, industria, & labore huiusmodi depositarij, nullo ei propter id salario constituto.

a ca. consuluit. de vsur. b in rub. ff. commod. c l. si quis tæ nec causā. et l. rogasti. ff. de rebus cred. d ff. depos. e Luc. 6. f de vsur. g Luc. 10. h 13. q. 2. i 1. ad Thes. fol. 4. k ff. de iust. & iur. l in 4. d. 15. q. 2. ad 3. arg. m de vsur. n ca. 1. 2. o 2. 2. q. 78 art. 2. ad 3. p in c. 1. de vsur. q in c. 1. de vsur. r in c. 1. de vsur. s in c. 1. de vsur. t in c. 1. de vsur. u in c. 1. de vsur. x in c. 1. de vsur. y in c. 1. de vsur. z in c. 1. de vsur. aa in c. 1. de vsur. bb in c. 1. de vsur. cc in c. 1. de vsur. dd in c. 1. de vsur. ee in c. 1. de vsur. ff in c. 1. de vsur. gg in c. 1. de vsur. hh in c. 1. de vsur. ii in c. 1. de vsur. kk in c. 1. de vsur. ll in c. 1. de vsur. mm in c. 1. de vsur. nn in c. 1. de vsur. oo in c. 1. de vsur. pp in c. 1. de vsur. qq in c. 1. de vsur. rr in c. 1. de vsur. ss in c. 1. de vsur. tt in c. 1. de vsur. uu in c. 1. de vsur. xx in c. 1. de vsur. yy in c. 1. de vsur. zz in c. 1. de vsur. aaa in c. 1. de vsur. bbb in c. 1. de vsur. ccc in c. 1. de vsur. ddd in c. 1. de vsur. eee in c. 1. de vsur. fff in c. 1. de vsur. ggg in c. 1. de vsur. hhh in c. 1. de vsur. iii in c. 1. de vsur. kkk in c. 1. de vsur. lll in c. 1. de vsur. mmm in c. 1. de vsur. nnn in c. 1. de vsur. ooo in c. 1. de vsur. ppp in c. 1. de vsur. qqq in c. 1. de vsur. rrr in c. 1. de vsur. sss in c. 1. de vsur. ttt in c. 1. de vsur. uuu in c. 1. de vsur. xxx in c. 1. de vsur. yyy in c. 1. de vsur. zzz in c. 1. de vsur. aaaa in c. 1. de vsur. bbbb in c. 1. de vsur. cccc in c. 1. de vsur. dddd in c. 1. de vsur. eeee in c. 1. de vsur. ffff in c. 1. de vsur. gggg in c. 1. de vsur. hhhh in c. 1. de vsur. iiii in c. 1. de vsur. kkkk in c. 1. de vsur. llll in c. 1. de vsur. mmmm in c. 1. de vsur. nnnn in c. 1. de vsur. oooo in c. 1. de vsur. pppp in c. 1. de vsur. qqqq in c. 1. de vsur. rrrr in c. 1. de vsur. ssss in c. 1. de vsur. tttt in c. 1. de vsur. uuuu in c. 1. de vsur. xxxx in c. 1. de vsur. yyyy in c. 1. de vsur. zzzz in c. 1. de vsur.

SVMMARIVM.

Dispositio testatoris, vt lex seruanda, si sit iusta, alias non. nu. 2. 1

Depositam pecuniam penes mercatorem quis tenere non potest, cū pacto, ut inde aliquid lucri percipiat, nisi mutatis contractibus iustificetur. nume. 1. & 2. hocque lucrum est usurarium, tam pro tempore uita testatoris, quam post uitam illius ab haeredibus acceptum. num. 3. restituendumque, nisi gratiose cōdonetur, nu. 4. cessante autem pacto accipere gratis datum in recognitionem utilitatis, quam ex dicta pecunia percepit mercator, licet. num. 5. 3

Deponēs pecuniam cum pacto, ut depositarius teneatur illam custodire, ac saluam reddere, quando repetetur, & quod ad nullam mercedem depositario dandam teneatur, vsura est. 4

CONSILIVM III.

SEmpronius moriens instituit hæredes tres nepotes, Titium, Seium, & Caium, in grandi pecuniam summa, quam Romæ habebat apud trapezitas siue campsores, ad septem pro singulis centenarijs, hac tamen condi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tione, quod nunquam possent illam inde auferre, nec alienare, vnde & fideicõmissum fecit. Titius & Caius contra voluntatem testatoris abstulerunt quandam quantitatem prædictæ summæ: & Caius vltra partem quæ illi contingebat, abstulit tria millia aureorũ partis Seij illo inscio, post aliquot tamen mẽses hoc illi manifestauit, simulq, se obligauit vltra sortem principalem restituere interesse ad septem pro centenario, quod & fecit post aliquot annos, licet minus aliquanto quam ad septem. Quæritur, an Seius secura conscientia possit accipere hoc interesse, an vero teneatur illud restituere: & tunc an possit illud applicare alicui pio loco.

Clausula testamenti, vel codicilli, per quam præfatum fideicommissum dictarum pecuniarum fuit factum, sic habet: [Item cum dictus D. Sempronius codicillans habeat in compluribus creditis, de quibus extat quoddam memoriale in manibus N. quæ ascendunt ad summam trigintaseptem millium scutorum, vel quantacunque sit summa, voluit & ordinauit quod dictæ pecuniæ nõ amoueantur à locis, vbi sunt positæ; sed tantum fructus diuidantur inter suos hæredes pro æquali portione, nisi aliter dicto N. visum fuerit, & placuerit, qui ad plenum de ipsius domini codicillantis voluntate & mente est informatus, vt dictus dñs codicillans asseruit.

In primis dico, quod etsi forte molestus fui in quærenda & petenda maiore informatione huius facti, quam dabatur, adhuc tamen iuste poteram requirere maiorem, & excusare me à respondẽdo, donec illa daretur. Nam opus erat ad rñdendum absolutè, scire, an præfatus codicillans haberet præfatam pecuniam depositam penes mercatores per uiam contractus depositi, an per uiam contractus societatis, & an præfata septem annua pro 100. soluerent ei salua sua sorte principali, vel cum periculo cõis damni & lucri, & an inter codicillãtem & mercatores interuenisset vltra contractus societatis alius assecurationis, & alius redẽptionis, quos esse necessarios ad accipiendum aliquid lucri vltra sortẽ, seu capitale, vel principale saluum, diximus in nostro Manuali.[a]

a c.17. nu. 251. cũ sequent.

2 Secundo dico, quod si depositio illa pecuniarum fuit facta à prædicto codicillante per viam contractus societatis, uel depositi iustificati eo modo, quo iustificanda erat, iuxta ea quæ nos vbi supra post alios tradidimus, tenentur præfati hæredes seruare illam, donec N. aliud ordinauerit: quia iusta dispositio testatoris pro lege habenda est.[b] Modo codicillanti ius fasque fuisset testandi de illis ad libitum; & consequenter est dicendum, præfatos hæredes, potuisse iuste capere illa septena annua a præfatis mercatoribus. cui etiam consequitur, præfatum Seium potuisse à præfato Caio accipere illa quæ accepit, nec teneri ad restituendum quicquam.

b Auth. de nupt. §. diuersa. c l. filius. ff. de cõd. inst. d c. quoniã in omnibus de vsuris.

3 Tertiò dico, q̃ ex verbis narrationis facti solum colligitur interuenisse contractus depositi, cum pacto de soluẽdo quotannis singula septem pro singulis centenis, sine alia iustificatione: & si res ita se habet, certum est contractum fuisse iniustum; imò & vsurarium, per ea quę vbi supra scribimus, & consequẽter iniusta fuit & vsuraria conuentio illa, & pactio, qua prædicti hæredes confirmarunt conuentionem codicillantis, imò & traditio nouæ pecuniæ ab eis factæ, ꝑdictis mercatoribus. Quibus est consequens, præfatos hæredes non teneri ad retinendas illas pecunias cum prędicto pacto in manibus dictorum mercatorũ: quia licet regulariter dispositio testatoris pro lege habeatur, iuxta Auth. supra allegatam, fallit tamen quando est iniusta, contra legem, & bonos mores,[c] præsertim contra legem naturalem, & diuinam, qualis est hæc, quæ est vsuraria,[d] & ita contra vtrunque testamentum.

Quarto dico, quod si prædictus contractus depositi vel societatis non fuit iustificatus eo modo, quo supra diximus, quicquid accepit codicillans à mercatoribus, dum viueret, & quicquid post eius mortem hæredes acceperunt, censendum est iniustè acceptum & restituẽdum ijs, à quibus acceptum fuit, vel hæredibus eorum, cui cõsequens est, quod Seius tenetur restituere illa, quæ accepit à prædicto Caio, cui etiam non licuit accipere illa ab ipsius mercatoribus.

4 Quinto dico, q̃ etiam si ipse codicillans absque vlla promissione mercatorum

torum de soluendo ei aliquid, deposuit penes illos prædictam pecuniam, cum pacto, vt illi tenerentur custodire, ac reddere saluam, quoties ille peteret, & quod ob hanc custodiam ipse nihil teneretur illis soluere, iniustè fecisset, & vsuram commisisset: eo q̃ voluisset capere, vltra sortem principalem, illud salarium, quod eis pro fida custodia suo periculo facienda debebatur iure illo naturali, & euangelico, quo cauetur mercenariũ dignum esse mercede sua.

Sexto dico, in hoc casu cõsulendum esse prædictis hæredibus primũ, vt pẽniteat eos ex animo, q̃d ipsam pecuniam tenuerint in manibus eorundem mercatorum cum pacto & obligatione soluendi sibi septem pro centenario, & nõ solum pœniteat eos huius peccati vsurarij, sed etiam firmiter proponant restituere omnia illa, quę acceperunt mediante illo pacto, nisi sponte vel liberè prędicti mercatores eis illa condonauerint, & non tantum proponant restituere, quæ ipsi acceperunt, sed etiam quæ accepit eodem pacto is, cuius sunt hæredes. Deinde concepta ista generosa pœnitudine, qua pœniteat offendisse Deum, pręcepta eius violando, cum debuissent eum super omnia diligere, ac illius pręcepta seruare: concepto item proposito firmo restituendi prædicta omnia ipsis mercatoribus, à quibus accepta sunt, vel hæredibus eorum, proponãt confiteri hoc peccatum cum expressione temporis, quo illud continuarunt: & postea, vel ante confessionem adire per se, vel per suos confessarios, ipsos mercatores, eisdem aperientes suam pœnitudinem, & propositum restituendi: & rogare eos, si sunt diuites, vt condonent ea quæ soluerunt.

5 Tertio, habita cõdonatione olum, vel partis, quã humiliter habere poterunt, relinquãt eis suã pecuniam sublato pacto de dando eis septẽ, vel aliquid aliud ratione eiusmodi depositi, facta illis libertate nihil dandi ex obligatione vel promissione, sed solum ex mera liberalitate, si voluerint aliquid donare tanquam amicis, qui suam pecuniã tradunt eis ad lucrandum per iustam mercaturam, vel per iusta & realia cambia. Quarto, his peractis adeant N. & cum eius assensu vel accipiant pecuniam suã ad emendos aliquos reditus, vel aliqua bona immobilia, & vinculent ea, vt illi videbit: vel certe deponant prędictam pecuniam penes dictos mercatores per viam iustæ societatis, per quam tñ solũ non põt manere capitale saluum, nisi addendo alios duos contractus assecurationis & redẽptionis lucri, modo quo ipse in Manuali, a scribo. Salua, &c. *a d.cap.17. nu.251.*

SVMMARIVM.

Depositario pro custodia depositæ pecuniæ & obligatione reddendi ad voluntatem deponẽtis, debetur merces, nisi fiat cum facultate ea vtendi: quia cum tunc trãseat in mutuum, mutuans ad nihil tenetur, nu.2. aliquid autem ab eo etiam tacitè exigere, est vsura, nu.3. oblatum verò mere liberaliter recipere licet: secus si dicta oblatio fiat principaliter ob metum, ne ab eo depositum auferatur, vt alteri assignetur, nu.4. 1

Deponens pecuniam penes aliquem cum facultate illa vtendi, ea principali etiam tacita intẽtione, vt inde aliquid recipiat, vsura est, secus si minus principaliter aliquid speret sibi liberaliter dari. 5

CONSILIVM IV.

MVlti deponunt penes argentarios siue campsores, & bancarios, vel alios diuites, & amicos, aut suos receptores thesaurarios aliquas summas pecuniarũ maximas, magnas, & minimas, cum facultate eis vtendi, & cum eis negotiandi, eo tamen pacto, vt restituant eas totas, vel partem earum, quando ipsi voluerint, & depositarij reddunt eis certum quid pro centenario in annum, vel mensem, vel aliud tempus maius vel minus. Quæritur an id liceat.

1 Respondeo primo, q̃ cum primum ad vrbem venissem, deposui aliquot scuta penes quendam argentarium, vel bãcarium, ad custodiendum, & ad reddendum omnia vel partem eorum, cũ vellẽ, gratis, nihilo ei dando pro custodia, nec recipiendo pro lucro q̃d faceret, & vrsit me conscientia ad volendũ ei soluere mercedem pro custodia, & opera, quam impendit illis custodiendis, cum

Obispado de Osma
Biblioteca

onere reddendi ea pro voluntate mea : E
a Lucæ 10. rela. in c.1. 13.q.1. qa dignus est operarius mercede sua. [a] Sed quia neminem videbam soluere quidquam pro simili causa, petij remissionem eius, quod mihi primo aspectu videbar debere quam ipse liberè fecit.

2 Secundo, q̃ postea animaduerti, qđ depositum pecuniæ numeratæ cum facultate vtendi ea transit in contractum mutui, [b] & q̃ ego tradideram illa scuta cum facultate vtendi eis sine obligatio ne soluendi eadem, & q̃ per cõtractum mutui transit dominium rei mutuo datæ in mutuatarium, [c] & consequenter onus custodiendi transiuit in bancariũ, vti dominum eorum, [d] & ita nõ tenebar ad soluendum ei quicquã pro custodia.

b l. certi con dictio. §. fi. & duab. ll. seq. ff. de re bus cred. c l. 2. §. pe lap. ff. eod. d Iuxta l. 1 & 2. C. de commod.

3 Tertio, q̃ depositarius, qui recipit depositam pecuniam sine facultate utẽdi ea, & cum obligatione restituendi eandem, meretur mercedem pro custodia : quia non transit dominium in eũ, & ipse non tenetur ad reddendum aliquid ipsi deponenti vltra depositum, iuxta l. [si sacculum,] [e] cum ei adnotãtis : quia est contractus de se gratuitus, vt & nos post alios tradidimus in nostro Man. conf. [f] & consequenter non tenet depositarius soluere aliquid deponenti vltra pecuniam depositam : & deponens qui exegerit aliquid vltra sortem, committit vsuram, iuxta l. [Quintus Cæcilius.] [g]

e ff. depositi c. 2. de deposito. f c. 17. nu. 180. g Et l. Lucius. ff. depositi.

Quarto, q̃ deponens poterit iustè accipere à depositario, si spõte sine vlla exactione expressa vel tacita voluerit aliquid ei dare, sed nõ exigere, per ea q̃ in sequenti consilio traduntur. Dixi [tacita vel expressa] quia sufficit tacita. [h]

h Arg. l. 1. cum ei concordãtibus. de pac.

4 Est tñ quæstio quotidiana, an depositarius, qui soluit aliquid vltra depositam pecuniam, non quidem voluntariè ac liberè, sed quia timet, si nõ solueret, qđ deponens repeteret ab eo pecuniam depositam, & tradet eam alteri, qui soluet id quod ipse non vult soluere. Et puto deponentem quo ad forum interius peccaturum accipiendo illud, si noluerit depositarium ei facere illam solutionem principaliter ob illum timorẽ, per ea quæ de timore scripsimus in præfato Man. conf. [i] vbi concludimus, me-

i ea. 22. nu. 51. et c. 17. nu. 5.

tum etiam minorem iusto in foro conscientiæ excusare, & accusare.

5 Imò ẽt si ob hanc causam principaliter repeteret pecuniã depositã, vt aliã ei soluat aliquid vltra eã : q̃a mutuat & nult mutuare cũ ipe principaliter lucrã di vltra sortẽ : q̃a spes lucrãdi principaliter aliquid mutui est peccatũ vsuræ, iuxta ea q̃ post alios tradimus in cõmẽ. de vsuris. [k] Diximus, [principaliter :] quia minus principaliter intentio lucrã di aliquid non sufficit ad causandum vsurã, vt tradimus vbi sup. [l] Salua, &c.

k Supra c. 1 14. q. 3. nu. 6. & 8. l Num. 9.

SVMMARIVM.

F *Deponi potest penes Ecclesiam pecunia, vt inde emantur census, ita vt aliqua pars remaneat Ecclesiæ, & reliqua detur deponenti, nu. 3. an autem expediat, nõ est ita certum, cum Ecclesia debeat exemplari pietate simul & prudentia lucere, num. 7.* 1

Depositum fit locatum, depositario obligatur aliquid accipiente. & nu. 4. 1

Ecclesia, & clerici mercaturam exercere nõ debent, cupiditatis inquã causa, n. 5. 1

Ecclesia, & eius bona laicis submitti non debent, scilicet tanquam dominis & patronis. & nu. 6. 2

G *Contractus omnis aliàs licitus, etiam cum Ecclesia, si sit ei vtilis, inire potest.* 3

Donari potest aliquid Ecclesiæ sub modo, vt census aliquis retribuatur donanti. 3

Depositarius regulariter tenetur tantum de dolo, potest tamen conuenire, vt teneatur etiam de culpa. 4

CONSILIVM V.

AN liceat cuipiam deponere aliquã pecuniæ numeratę summam apud aliquã Ecclesiam, ea lege, ut administratores bonorum eius, emant aliquot reH ditus annuos, quorũ quinta pars cedat vtilitati Ecclesiæ pro decima, & onere administrationis, & aliæ quatuor partes cedant deponẽti, & successoribus eius.

Pro parte negante huius quæstionis facit primo, q̃ depositum dẽt esse gratuitum, eo q̃, depositario accipiente aliquid pro custodia rei depositæ, definit esse depositum, & incipit esse locatum. [m] Secundo, q̃ neq; Ecclesia, neq; clerici debẽt negotiari, & mercaturã exercere, iuxta cap. 1. [n] & ne clerici vel monachi

m l. 1. §. Et. ff. depositi. n c. negotiationem. de vita & honestate clericorum. & c. monachis. 18. dist.

sæcularibus negotijs se immisceant, in rubro, & in nigro.

2 Tertio, q̃ Ecclesiæ, & bona earum non debent subijci & submitti laicis, [a] & in casu proposito videtur Ecclesia submitti, & obligari in quoddam perpetuum ministerium & seruitium deponenti prefatas pecunias. Quarto, q̃ ex huiusmodi depositione videtur posse dãnificari Ecclesia, pecunia perempta, vel prędictis bonis ex ea emptis, per dolum, vel culpam administratorum bonorum Ecclesię, vel per amissionem bonorum emptorum ab eis, vel quia respectu aliquo fieret graue administrare reditus, vel bona empta, & reddere quatuor partes redituum, qui aliquãdo magno cum sumptu & labore recipiuntur: & Ecclesiæ damna sunt vitanda. [b]

a c. 1. de rebus ecclesiæ & in casu proposito videtur Ecclesia nõ alie. l. 6.

b c. fine exceptione. 12 q. 2. & c. 1. de depositio. c De depositis 10.

3 Pro contraria verò parte vrget primum, q̃ depositum pecuniæ prædictæ potest fieri apud Ecclesiam, vt non obscurè significat ca. 1. [c] & apertè asserit eius gl. communiter recepta. Secundo, q̃ regulariter omnis cõtractus alioqui legitimus põt fieri cũ Ecclesia, si est ei vtilis, arg. c. [fine exceptione, [d]] & aliorum multorum. [e] Tertiò, q̃ licitum est donare aliquid Ecclesiæ sub modo & onere, vt aliquis census etiam annuus ei retribuatur, [f] & prædicta dispositio est in effectu donatio quædã facta sub modo & onere reddẽdi deponẽti certã partem reditus rei donatæ : ergo erit licita.

d Et cap. si qua. 12. q. 2. e c. Eleuthe rius. 18. q. 2 et c. praterea. de iure patr.

4 Per hæc & alia multa, quæ adduci possent, hæc pars videtur verior : & ad opposita facilè responderi põt. Ad primum quidem primo concedẽdo, q̃ depositum simpliciter factum cẽsetur gratuitum, negando tamen, q̃ non possit fieri adiecto pacto, vt aliquid pro custodia detur, vt est casus irrefragabilis in c. fin. [g] ficut & depositarius simpliciter constitutus tenetur de dolo, sed constitui potest, vt teneatur etiam de culpa, vt est casus in d. c. fi. [h] Secundo respõderi potest, q̃ non refert quo ad propositum nostrum, an præfatum depositum sit purum depositum, vel habens mixtu-

f De depos. to. g Et in l. 1. §. si conuenerit. ff. depositi. h Et in l. 1. leg. fi. ff.

ram contractus locati, & conducti : quia idem effectus resultat, & nõ refert quid licet ex qua de æquipollentibus fiat. [i]

mand. & c.

5 Ad secundum cõcedimus, artẽ mercaturę vetitã esse clericis, ne illam exer-

i c. negotiationem. de dam. de testibus.

A ceant causa cupiditatis, vt Gratianus [k] significat : sed negamus in proposito causam præfatę exerceri mercaturã, siue negotiationem, sed solum fieri quendam cõtractũ depositi vtilem Ecclesiæ, vt palam est.

k In summa præfatę dist. 88.

6 Ad tertiũ cõcedimus, nec Ecclesias, neq; bona esse submittenda laicis, neque subijciẽda alicui tãquam patrono, & domino, & superiori : sed negamus in casu proposito talem submissionem fieri, cum solum fiat submissio & obligatio ad restituendum sibi datum in suã vtilitatem, si pacta non seruauerit, cum ad id ipsa lege naturæ teneatur. [l]

l l. 1. de pac.

B Ad quartum, q̃ prefatum depositum debet fieri talibus pactis, & conditionibus adiectis, vt Ecclesia nõ lędatur, nec delictum vel culpa administratorum bonorum eis imputetur ei, & maneant ipsi sua priuilegia salua.

& l. 2. ff. de eo quod cer. loco. & c. 1. de pact.

7 Quia tñ res hæc noua est, & exemplari pietate simul, & prudentia lucere Ecclesia debet, arbitror aptius, & pientius fieri posse per cõtractum donationis sub modo faciendæ, quam per contractum depositionis, qui quidamtenus sapit naturam quorundam depositorũ, quæ parum licitè mea sententia ætate C nostra cum mercatoribus fiũt, & quod expressè fieret donatio inter viuos ppetua facta Ecclesię facultate reddendi pecuniã, vel reditus, aut bona empta, &c. Salua quæ iustior fuerit sententia.

De emptione & vend.

SVMMARIVM.

Cambium per minutum cuilibet licitum, etiam et qui non est campsor ex officio. 1

Emere monetam leuioris ponderis tusto precio licet, sed vendere pluris quam hic valeat, non licet, etiamsi vendatur eam translaturo, vbi pluris valebit. 2

Venditio non iustificatur ex vtilitate emptoris, sed venditoris. 2

Restitutio damnum passo facienda, & eo non inuento, pauperibus. 2

Pecunia domini non potest ea inuito vti capsarius : quod si habet domini licet non expressum consensum, non peccat; an autem teneatur restituere lucrum, vide num. 4. & 5. 3

Universidad de Deusto
Biblioteca

6 Mercatorum capsarij, quod in male computando amittunt, restituant.

7 Mutuare minutam pecuniam intentione recipiendi argenteam, non est usura.

CONSILIVM I.

PRimum dubium. Emere solet quis cum lucro duorum, vel trium pro quolibet centenario monetam æream minutam, eamq; amicis egentibus ad comparãda quotidiana mutuo dat, à quibus postea argẽteam recipit pecuniam, & hoc sine omni pacto, & sine mutuarij damno, cui tantum profuit impendisse æreã minutam monetam, quam recipit, sicut si argenteam, quam dedit, impendisset. Verum, quia dictus mutuans de cætero fortè non esset mutuaturus, nisi pro ære argẽteum reciperet, quod fortè ẽt cogitat mutuatarius, ideo dubitatum fuit, an liceat cum dicta intentione recipiendi argenteam monetam, mutuare æreã.

Secundum dubium. Hic Romę scuta auri non expẽduntur communi pretio, nisi sint iustissimi ponderis, in alijs aũt prouincijs Italiæ, ẽt quod sint leuioris põderis, nisi leuitas sit notabilis, æquè bene expenduntur, ac si essent iustissimi ponderis: hinc fit, quod prędictus cõsulens hic Romæ existẽs huiusmodi scuta leuioris ponderis emit minoris currentis valoris, & eadem cum lucro vendit ituris extra Vrbem, quibus tanti valent hæc scuta leuioris põderis, ac si essent iustissimi ponderatur. Dubitatur modo, an hoc liceat, & ad quid teneatur dictus consulens, & cui teneatur, in casu, quod esset obligatus restituere.

Tertium dubium. Et quid si prædictus consulens, qui facit prædictos contractus, esset capsarius, vt vocant, mercatoris, qui solet pecunias domini sui recipere, custodire, ac etiam soluere, & prædictos contractus exercet ex pecunia prædicti domini sui, à quo prohibitionem habet ne dictis pecunijs vtatur in alijs vsibus, quam in vtilitatem ipsius domini, & pro eius negotijs, puta in emptionem monetæ aureæ iusti pretij ad vtilitatem domini.

Quartum dubium. Præterea dictus capsarius, ad quẽ periculum erroris, qui potest cõtingere in numeratiõne pecuniæ, quam vel dat, vel recipit, spectare dignoscitur, emendo ad vtilitatem dñi pecuniam auream, pretium verum auget: puta emendo scutũ vnum pro iulijs vndecim, scribit in libro se emisse p iulijs vndecim, & vno quatrino: & hoc facit ad hunc solũ effectum, vt augmentum huius quatrini suppleat defectũ erroris prædicti, si fortè contingeret, nam si in fine anni error nullus reperitur intercessisse, omne lucrum, quod in capsarium ex additione dicti quatrini ad verũ valorem facta peruenit, ad ipsos dominos alia via reuertitur. Dubitatur, an dictus capsarius peccet mortaliter, teneaturq; ad restitutionem omniũ prædictorum quatrinorum, & ex suo salario persoluere damnum, quod solet ex errore prædictæ numerationis contingere, an verò possit dicta fraude vti.

Nouerit præterea D. consulens pro clariore facti cognitione, quod mercatores communiter solent dictis capsarijs mediocre, seu potius tenue stipẽdium persoluere, & licet præsentiant dictos capsarios ex dictis pecunijs ad ipsorũmet capsariorum vtilitatem emere dictam æream monetam minutã, de qua in primo casu, & dictos aureos leuioris ponderis, de quibus in secundo, tamen dissimulant hæc videre; maximè quãdo dictus capsarius in alijs negotijs solet esse ad vtilitatem domini diligens.

1 AD PRIMAM quæstionem respõdeo, q̃ D. consulens iustè negotiatur: quia in effectu exercet cambium, quod vocatur per minutum, quod licere non solum campsoribus, sed etiam priuatis, tradimus nos in Manual. [a]

2 AD SECVNDAM respondeo primo, q̃ prædicta negotiatio vt iniusta. Tum quia vendit maioris quam valent scuta. Tum quia licet non emat ea minoris, quam valeant, ea tñ intentione emit ea, vt vendat maioris, q̃ valeant. Tum quia non obstat, q̃ illa valebunt emptori in alia prouincia tanti, quanti emit, & fortè pluris: quia venditio rei nõ iustificatur ex vtilitate, quã emptor percipiet ex illa, sed ex vtilitate, quę vẽ ditori ex ea veniebat, ut docet D. Th. [b] relatus à nobis in dicto Man. [c] Tũ quia non obstat dicere, q̃ cambium per trãslationem monetę liceat, ut tradimus in dicto Manual. [a] quia licet qui emit hic monetam minoris ualoris, possit portare, uel mittere ad alium locum, ubi pluris ualet, non tamen potest illam uendere hic alijs pluris, quam ualet, per ea quæ in c. [b] dicimus.

Secũdo, q̃ tenetur restituere eis, quibus uendidit, uel eos cõtentos facere, [c] & si nesciuntur, nec sciri possunt mediocri adhibita diligentia, pauperibus, iuxta c. [cum tu] & glossam eius. [d]

3 AD TERTIAM respondeo, q̃ si domini, quorũ est pecunia, consentiunt tacitè, ut eorum capsarius, uel arcarius utatur cambio minuto in utilitatẽ suã tantum securus erit in conscientia. [e]

4 AD QVARTAM respondeo, q̃ non potest iustè adijcere illum quatrinum, per aliqua, quæ non uacat scribere, cum ipse debeat sibi & suo officio cauere, ne in computando erret.

4 Replicatum fuit super dubio præcedenti in primo casu non tantum dubitari de minutissimo cambio, an liceret, quantum, an dictus mutuans dictam minutam æream pecuniam cum intentione recipiendi à mutuatione argenteam pecuniam, committat usuram?

Nam pro negatiua facit, quia creditor mutuãdo decem scuta numerata in moneta ærea minuta, recipiẽdo postea totidem decem in moneta argentea, nõ uidetur recipere nisi summam mutuo datam: & licet ipse postea ex dicta moneta argentea emat iterum minutam æream, cum lucro duorum pro cẽtum, hoc prouenit ex eius industria sine dãno mutuarij, cui tantum ualet dicta minuta ærea ad emptionem sibi necessariorum, quantum ualeret argentea.

Pro affirmatiua facit, quia creditor recipit plus quam dedit: nam pro ęre minuto recipit argenteam pecuniam, quæ habet hanc qualitatem, ut possit, & faciliter, in æream cum lucro permutari, seu cambiri, & mutuatarius ex hoc patitur damnum, nam amittit facultatem, per quam posset argenteam pecuniam cambire cum ærea minuta cum lucro prædicto, & retento lucro restituere creditori totidem scuta x. in moneta ærea, in qua mutuum receperat.

In tertio casu etiam replicatum fuit. Si dñi pecuniarum non consentirẽt dicto capsario, seu arcario, ut ad sui utilitatem dictum minutissimum cambium exerceat, an dictus arcarius teneatur lucrũ dñis restituere in totũ, uel in partẽ, cum in mandatis habeat, ne pecunia dominorum utatur nisi in eorũ utilitatẽ. Ratio dubitandi est, quia arcarius non tenet ex debito officij sui, nec inuitus cogitur, ut exerceat dictũ minutissimũ cãbium, potestq; illud sine peccato iniustitiæ non facere, unde si illud exercet ad sui utilitatẽ, contra dñi quidem præceptum facit, sed tñ ob hoc nec damnum dño dat, nec contra iustitiam particularem, quæ sola ad restituendũ obligat, committit: unde nec uĩ cogendus restituere, nec condemnandus de peccato mortali pro prædicta dñorum præcepti transgressione, cum nõ tendat in dictorum dominorum considerabile p̃iudicium, nam ob hoc arcarius non omittit quicquam ex ijs, ad quæ tenetur ad dominorum utilitatem facere.

5 Ad prius superdubitatum respondeo, q̃ utilitates prædictæ in eo cõsideratæ nõ sunt notabiles, nec sufficientes ad reddendas uoluntates prædictas usurarias, per rationes optimè in eo tactas.

6 Ad secundum respondeo, q̃ si arcarius non tenetur ad exercendum illud officium cãbij ad utilitatem eorũ, quorũ est arcarius, & exercet illud sine dãno eorum, non uĩ peccare, licet ipsi nõ consentiant expresè, per ea quæ nos [f] diximus in Manual. confess. [g] Salua, &c.

[a] c. 17. nu. 290.
[b] 23. n. 77.
[c] *Iuxta ea. ea te. de iuramentur.*
[d] *De usuris.*
[e] *Arg. cap. scienti et cõ sentienti, de reg. iur. li. 6*
[f] c. 23. nu.
[g] 94.

SVMMARIVM

1 *Deponere pecuniam cum facultate ea vtẽdi est mutuare: vnde illius ratione tanquam debitum quid accipere, erit usura, nu. 2. secus si sponte donetur in gratiam mutui vel depositi penes ipsos sic facti, vel ex eo quod valor monetæ sit auctus, vel quia soluit in alia moneta deterioris conditionis, nu. 3.*

4 *Soluere qui tenetur aliquam pecuniam creditam, seu mutuo receptam, satisfacit soluendo secundũ æstimationem à Principe impositam, nec ex eo quod soluit in alia moneta, tenetur inuitus aliquid addere: si tamen esset credita ea conditione vt ei alia æq; bona pecunia restituatur,*

tur, tunc in eadem moneta esset restituẽ da. nu. 5. & si augeretur ualor, pertineret ad creditorem. nu. 3.

6 Oeconomus aut aurcam pecuniam à domno ad impendendum acceptam dat suo periculo mercatori, à quo minutiorem cum augmento accipit, & augmentum suum est: aut eandem accipit à mercatore, penes quẽ dominus suo periculo depositam habebat cum facultate eandem in auro, vel minutiore recipiendi, & augmentum domino debet restitui.

CONSILIVM III.

QVæstiones duę confessarijs frequẽtissimè occurrunt. Prima, an qui tradũt multa scuta aurea mercatoribus & postea minutatim capiunt valorem illorum in nummis argenteis, vel æreis, possint iustè accipere aliquos quatrinos, vel bolognino, quos frequẽter adijciunt mercatores, cum soluunt pro illis nummos argenteos, vel aureos.

Secũda, an œconomus, obsonator, vel quiuis alius officiarius alicuius domini accipiens valorem prædictorum scutorum in nũmis argenteis, vel æreis à mercatoribus prædictis vna cum auctario prædictorum quatrinorũ, vel bolognorum teneatur scutorum valori instituto adijcere illos, & an teneatur ad restitutionem illorum, si eos sibi acceperit.

1 AD PRIMAM respõdeo, quod pro parte negatiua facit neruosissimè, quod nullo titulo iusto tradentes illa scuta videntur eos posse accipere. Non primo titulo mutui quia, qui mutuat, non põt aliquid vltra sortem accipere, quia esset vsura, [a] imò esset peccatum mortale, cũ spe talis lucri ea tradere. [b] Nec secũdo titulo depositi quia deponere pecuniã cũ facultate vtendi illa, est mutuare, [c] vt latius traditur in Man. c. 17. [d] Neq; tertio titulo locationis: quia pecunia nõ est res locabilis, cum traditur ad vsum suũ naturalẽ impendẽda: cum in effectu sic locare, sit mutuare, & vsurã palliare, vt patẽ. Neq; quarto titulo societatis: alioquin oporteret participare de damno mercatoris, quod incurreret negotiando, [e] & traditur in d. Man. [f] quod nõ intendunt facere ipsi. Neq; quinto ratione cambij; quia cambium est cõtractus non gratuitus, quo vna pecunia datur pro altera, vt probatur in Man. [g] & tradit. c. 17. nu. 283. tio ꝓdicta sit gratuito, & non pro altera pecunia: quia ét ipsamet, vel alia ei similis sine vllo auctario reddi, & solui põt.

2 Sed in cõtrarium facit, quod multi viri pij & eruditi hmõi anctaria passim sine scrupulo accipiunt. Quare dicendum vĩ primò, ꝙ duo contractus in hac re inueniuntur: alter depositi, quo traduntur cum facultate eis vtẽdi expresse, vel tacitè facta depositario, quod effectu est mutuũ, iux. d. l. [certi cõdictio. [b]] *h §. fi & l.* Alter est, quo capitur pecunia argẽtea, *seq.* vel ærea pro scutis supradicto modo traditis, & hic est contractus cambij. Secũdò, quod rõne prioris contractus, nihil amplius, quàm ob mutuum, põt recipi tanquam debitũ, & quod taliter recipe-retur, esset vsura restituenda per iura citata. Dixi, [tanquã debitum. quia tanquã gratuitò, & sponte donatum, in signum gratitudinis, accipi põt, sicut & ita donatum ob mutuum, iuxta d. in Man. [i] Ter. *i c. 17. nu.* tiò, ꝙ ratione alterius contractus cam- 209. bij potest recipi aliquid ratione cambij quod appellatur per minutum, iuxta d. in Man. [k] & etiam ratione valoris scuti, *k c. 17. nu.* quod fortè illo die, quo pecunia argen- 283. *et 288* tea, vel ærea in cambium traditur, pluris valet scutum aureum, quam principis institutione æstimatur.

3 Concludo igitur primo, quod prædicti tradẽtes scuta in auro, & postea recipientes valorem eorũ in argento, vel ære, possunt iustè accipere prædictos quatrinos, vel bolognino, tanquã spontẽ donatos in gratiã depositi, vel mutui penes illos donantes facti, secundo tanquam debitos ratione cambij per minutum facti, tertio ratione valoris maioris, quem quando dantur nummi argentei, vel ærei, haber scutum aureum.

AD SECVNDAM respondeo, quod pro parte affirmatiua facit primo, quod *l. Cõ si cõ* id, quod operatur propositum in propo- *tractabatur.* sito, operatur oppositũ in opposito. [l] At *ff. de pact.* si diminueretur preciũ illorum scutorũ & *c. scutorum* teneretur officiarius supplere illud in *du. 8. q. 1.* vtilitatẽ heri: ergo, si fuerit auctũ, debet illud auctarium vertere in eius vtilitatẽ. Secundo, ꝙ nihil alienum sine iusto titulo quæri vel retinci potest. [m] Ter- *m ca. si res* tio, ꝙ scuta prædicta verè valent apud *aliena. 14. peccata. de reg. iu. li. 6.* mercatores plus quam precium à principe eis impositum qñ sic soluunt, & illud plus secundum valorem currentem in foro mercatorum accipiunt nomine heri sui, ergo tenentur reddere rationẽ illorum secundum verum valorem.

4 Pro contraria vero parte negante fatetur primò, ꝙ accipiens aliquam pecuniam satisfacit reddendo valorẽ eius in statutum à principe, nam illud est verũ precium monetæ excusæ, quod à Principe Reip. præstituitur, illius enim, vel habẽtis iura eius, est cudere monetã, & *a deiureius. b nu. 6.* ponere illi preciũ, arg. c. [quanto,] [a] vbi hoc notat Pan. cõiter receptus. [b] Et præ dicti officiarij accipiunt prædicta scuta soluenda in alijs rebus impẽdendis, ergo satisfaciunt soluendo illa ſm preciũ statutum à Principe absq; prædicto pluri. Secundo, quod Bart. communiter re- *e in l. Paulus. 1. §. 1. ff. de sol. nume. 9.* cept. [c] ait, quod augmentum, vel diminutio æstimationis monetæ, quæ modi cõ tẽpore durat, vt vno, duobus vel pluribus diebus, vel quandoque, nõ est attendenda, arg. l [precia,] [d] cui concor- *d Sub fi. ff. ad l. Falc.* dat Panormit. communiter recept. [e] *e in d. cap. quanto, sub fin.* 5 Tertiò, ꝙ nõ obstat prædicta l. [Paulus.] quatenus habet, creditorem non esse cogendum in aliam formam nummos accipere, si ex ea re damnum aliqđ passurus sit. Tum quia lex illa intelligitur de illo creditore, qui dat pecuniam mutuo, vel in depositum pacto expresso; vel tacito, vt restituatur ei ea, vel alia *f ff. de reb. cred.* pecunia æquè bona, iuxta l. [cũ quid. [f]] Quæstio verò proposita est de creditore dante pecuniam ad impẽdendum in emendis rebus ipsi necessarijs, & nõ ad reddendam illam, vel aliam æquè bonã: quo casu non est locus illi legi, ut ex Bartolo & alijs ibi colligitur, & ex no- *g in d. cap. quanto.* stris. [g] Quarto, quod nemo iustitiæ lege tenetur in foro conscientiæ, nisi ad tantum, ad quantum potest cogi in foro exteriori, patefacta omnino veritate, *h Et d. c. peccatum.* argumen. dicto capit. [si res aliena,] [h] cum ei aduot. At nemo potest cogi in foro exteriori dare, vel accipere pro scuto auri in auro maius precium, quam vndecim Iulios cum dimidio, vt palam est, ergo nemo tenetur soluere plus in foro conscientiæ, & consequenter officiarius, qui reddit illud precium in rebus fideliter emptis, vel aliter, satisfacit id, ad quod iustitiæ lege tenetur. Quinto, quod illud auctariũ vt minus duorum, vel plurium quatrinorum, est incertum, & passim variatur, immo est voluntarium, quia mercator nolens illud adijcere, nulla lege iustitiæ posset cogi: satisfaceret enim reddendo similia scuta in auro, vel ualorem illorum à Principe institutum, si repetens uelit ea sibi reddi in argẽto, vel ære, siue mercator susciṕiat illa mutuo, siue in deposito, per adducta in primo dicto: immo dici posset illicitum, nisi voluntariè solueretur, ut in primo dicto probatũ est, Sextò, quòd alioqui consequeretur, quod teneretur officiarius aliquando reddere plus quam accepit, & aliquando minus quàm accepit: si enim accipit 100. scuta die, qua scutum mercatorum non ualet plus, quam à Principe est statutum, & postea diebus quibus minutatim illa accipit, ualeret pluris, teneretur restituere plus quam accipit, & contra, si die qua illa accipit, multò pluris ualeret scutum mercatorum, & diebus quibus minutatim acciperet non ualeret pluris, teneretur ad restituendum minus, quàm accepit: quę planè sunt absurda, ergo, &c.

6 Pro concordia horum adductorum considerandum est, quod aliquando ipsemet dominus & herus tradit periculo suo scuta mercatori in custodiam cum facultate utendi eis ea lege, ut reddat ea ei in auro, vel argento, aut ære pro libito suo, & postea ipsemet dominus, vel officiarius nomine domini accipit cum illo pluri à mercatore, quantum oportuerit ad impendendum in rebus sibi necessarijs, aliquando dominus tradit officiario suo scuta in auro, ut suo periculo teneat, & impendat in opportunis, siue in auro, siue in argẽto, & ære, & officiarius tradit illa suo periculo custodienda mercatori, à quo postea in argẽto, vel ære in dies, hebdomadas, vel mẽses recipit impendenda, vel non tradit ei custodienda, sed cambit ea pro argenteis, vel æreis cum prædicto pluri sibi tradendis. Et dicendum, quod primo casu illud plus est domini. Tum quia sibi, vel officiario nomine suo, quod perinde est, datur. Tum quia periculum scutorũ, si mercator decoqueret, vel aliàs peri-

Universidad de Navarra
Biblioteca

perirent, pertineret ad eũ, & non ad officiarium. Secundo uero casu pertinebit ad officiarium. Tum quia periculum scutorum sibi traditorũ pertinet ad eũ, siue tradat mercatori custodienda, siue nõ. Tũ quia illud plus non datur domino, neq; officiario domini nomine dñi, sed ipsũ officiario, qui iam factus est dñs illorum scutorũ, & periculo suo stant, vel pereũt nomine suo. Per hanc distinctionem facile conciliantur omnia in vtranque partem adducta. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Læsio parua excusat a mortali, nisi ladens intendat multum ladere. nu. 4.*
2 *Lex secularis non obligat ad mortale, nisi, &c. nu. 3. & 10.*
2 *Consuetudo entium dandi aliquid vltra taxam sine malis artibus, & dãno Reip. ac proximorum, licita. nu. 10.*
2 *Tolerantia principis approbatiua, sed non permissiua excusat. nu. 11.*
3 *Obsonatores consentientes uendentium peccato, peccant.*
4 *Fraus & dolus vitia prudentia contraria.*
5 *Ementes, & uendentes obsonia dolo vtuntur, & mentiri statuunt ladendo, & sic peccant: nec excusat consuetudo, quia irrationabilis est. nu. 8.*
6 *Vendens plus iusto vltra taxam, legem naturæ de non vendendo nimis care fiagit, & sic peccat, eo quod plus iusto uendit.*
7 *Voluntas peccandi est peccatum, licet non deueniat ad actum, & si sit perfecta, cæteris paribus eius malitia non augetur per actum.*
9 *Furtum omne est peccatum, saltẽ veniale.*

CONSILIVM III.

IS, ad, quẽ pertinet imponere preciũ iustum carnibus, & alijs cibarijs, tulit leges iustas super precio, & modo ea vẽdendi: multi autem obsonatores & uenditores obsoniorum frangunt eas.

Quæritur, an peccent mortaliter, & *a in c. vnũ.* tenentur ad restituẽdum damnum eis, *§. crimints.* quos læserunt.

& §. quo- 1 Pro parte negãte facit primo, quod *ties. 25. dist.* læsio parua non efficit peccatum morta*b 2.2.q.49.* le, ut colligitur ex Aug. relato à Gratia *art. 4.* no, [a] & ex S. Thoma, [b] quem sequimur in nostro Manua. confess. [c] At obsonatores & obsoniorum uenditores, saltem qui parua obsonia emunt vel vendunt, ex vna libra carnium, vel piscium, & ex vno modiolo cicerum uel leguminum, vix addunt vel detrahunt tres uel quatuor quatrinos, siue obolos.

c Trab. 9. de empt. & uend. nu. 12. & c. 11. nu. 4. cap. 17.

2 Secundò, q̃ leges ciuiles siue sęculares non obligant ad peccatum mortale nisi aliqua interueniant de ijs, quæ nos post alios dicimus in Man. confess. [d] Tertiò, q̃ consuetudo multarum ciuitatum præsertim Vrbis, & aliarũ magnarum, hẽt, vt obsonatores soluãt vendentibus obsonia aliquid amplius iusto precio, vt eis ea libenter & citò vendant, & ne renuant eis vendere obsonia, quando eorum copia non inuenitur. Quartò, q̃ præfata consuetudo dicitur esse notoria in Vrbe, quam pręsumitur Papa scire & tolerare, & tolerantia Principis circa ea, quæ sunt iuris humani, videtur induc ere dispẽsationem, iuxta glossam celebr. à Panorm. putatam singularem & à Præposito menti tenendam. [e]

d c. 23. a nu. 48. vsque ad nu. 60.

e in c. quia circa. de iud. & ibi Panor. nu. 3.

3 Pro parte verò affirmante facit primò, quod oĩs lex iusta, tã sæcularis, quã Ecclesiastica, põt obligare ad peccatum mortale, imò obligat, iuxta illud Pauli. [f] [Ois anima potestatibus sublimioribus subdita sit. [& infra.] Necessitate subditi estote, non solum propter iram, sed ét propter conscientiã.] & alia, quę nos post alios citamus in d. Manu. [g] Secundò, q̃ qui consentit peccato, peccat. [h] At obsonatores præfati consentiunt transgressioni iustę legis, qua vendentes fraudant legem, & etiam vendentes consentiunt peccato obsonatorum, quo fraudant heros suos: ergo omnes peccant.

f ad Rom. 13.

g Vbi supra, nu. 2. & c. 18. nu. 3. vsque Rom. c. nu. 2. q. 1. tum. 2. q. 1. & ca. 1. de offic. deleg.

4 Tertiò, q̃ fraus & dolus sunt vitia cõtraria prudentiæ, vt tradit S. Thomas, [i] quem sequimur in d. Man. [k] At præfati obsonatores & vẽditores dolum & fraudem committunt in prædictorum obsoniorũ emptione & uenditione: ergo; peccant mortaliter, si paruitas nõ excusat, quã non excusare in sequẽti arg. probatur. Quartò, quod licet paruitas rei acceptę, vel dãni dati excuset à culpa mortali, quando accipitur, vel fit fine intentione accipiendi quantitatem notabilẽ, etiam si posset statim, vel successiue talem accipere quãtitatem, quę semel facta

i 2.2.q.77.

k c. 23. nu. 77.

ta induceret culpam mortalem, nõ tamen excusat quãdo fit cum tali intẽtione, vt nos tradimus in d. Man. [a] At prędicti obsonatores & vẽditores ea intẽtione parum qualibet vice accipiunt vel legunt, vt statim si possent, vel saltem diu tim id faciendo augerent læsionẽ ad tantam, imò maiorem quantitatem, quam requiratur ad hoc, vt simul & semel data vel facta efficiat culpam mortalẽ: ergo peccant mortaliter. Quintò, q̃ præfati obsonatores & venditores conueniunt inter se, vt ita nõdeant ædilibus, quibus est cura detegẽdi has fraudes & dolos, super quantitate obsoniorũ emptorũ, & precio eis soluto, vt mentiantur, & occultent illa, quibus vtuntur, & nequeat sciri culpa, quã regunt, quæ & esset punienda in vtilitatẽ Reip. q̃ sunt manifesta peccata, & cum lædant notabiliter vtilitatẽ publicam, & etiam priuatam, sunt mortifera per prædicta.

a c. 17. nu. 139.

5 His pro vtraque parte perpensis, dicendum videtur primò, negari nõ posse, præfatos obsonatores, & venditores clarè peccare. Tum quia vtuntur dolo & versutia, quæ sunt vitia contra prudentiam virtutem, ut tangitur argumen. 3. pro parte affirmante formato. Tum quia mentiuntur & conueniunt vt mentiantur, ita vt obsonatores dicant se emisse minorem quantitatem, quã emerint, ne venditor cõdemnetur, eo quod tradidit minorem quantitatem, quam debebat, cum omne mendacium sit peccatum, [b] & mortiferum, si notabile dãnum infert, vt post alios tradimus in prædicto Manu. [c]

b ca. 1. 22. q. 2.

c c. 18. n. 3.

Secundo, quod non possunt excusari præfati legum prædictarum fraudatores a culpa mortifera, eo quod parum qualibet vice lædũt, propter arg. 4. pro parte affirmante formatum: quia licet intendant parum lædere qualibet uice, intendunt tamen notabiliter lædere multis vicibus, vt ibi dicitur.

6 Tertio, q̃ quamuis præfati fraudatores fortè non peccent mortaliter, eo quod frangant legem ciuilem, vel sæcularem tantum, eo q̃ auctor eam ferens non intendit obligare trãsgressorem ad peccatũ mortale, iuxta citata in 2. argu. pro parte negante formato, possunt tñ dici peccare mortaliter, eo q̃ transgrediantur legem illam naturalem de non vendendo nimis carè pręcio iniusto cõtra taxam auctoritate Reip. positã, quæ reducitur ad præceptum de non furando, quod est lex naturalis, qualia sunt oĩa præcepta Decalogi, quorum vnum est illud, vt tradit S. Thom. recept. [d] declarando illa, quæ originaliter fuerunt lata, [e] & referuntur in glos. [f] per resolutionem quę colligitur ex d. Man. [g] scilicet quod licet lex ut lata à tali vel tali, non obliget ad peccatum mortale, põt tñ obligare ad illud, quatenus est lata ab alio, iuxta c. [perpetuo.] [h] quatenus probat, quod licet frangens legẽ humanã, quæ vetat eligere indignum, non sit puniendus pœna illius legis, puniẽdus tñ est pœna legis naturalis, & diuinæ, quæ prohibet eiusmodi electionem.

d 2.2.q.122. art. 1.

e Exod. 20.

f c. quid in 1. 2. q. 20. art. 4.

g ca. 1. de elect. lib. 6.

7 Quarto, quod etiam est certũ eosdẽ fraudatores peccare mortaliter, quatenus paciscuntur, ne reuelent veritatẽ quantitatis obsonij empti & precij soluti, etsi ab ædilibus adiurati fuerint reuelare illam: quoniam concipiunt propositum peierãdi, quod est mortiferum, etsi postea non peieretur: quia voluntas peccandi aliquod peccatum, est peccatum. etiamsi postea non committatur: cum voluntas pro facto reputetur, c. [dixi.] [i] *Et c. ma-* adiunctis glossis, & alijs, q̃ nos ibi adi- *gna, de pœ-* cimus, præsertim quo ad forũ conscien- *nit. dist. 1.* tiæ: & adeo quidem, vt S. Tho. ab alijs re ceptus deduxerit in quæstionem, [k] an *k in 1. 2. q.* exterior actus augeat malitiam vel bo- *20. art. 4.* nitatem actus interioris, & determinat quod non regulariter, cæteris paribus, si voluntas est perfecta.

Quinto, quòd etiam dicti fraudatores peccant concipiendo propositũ mẽtiendi simpliciter non affirmando id iuramento præstito secundum intentionem ædilium interrogantium, sed alia, per cap. [quacunq; arte,] [l] quod habet, taliter iurantem bis peccare, quia nomen Domini in vanum assumit, & proximum decipit. *l 22. q. 5.*

Sexto, quod etiam peccant uolendo rem publicam & priuatam lædere: tum tollendo legem iustam, & sanctam eis multum conuenientem: tum machinando ne delicta puniantur, quod est cõtra intereſſe notabile Reip. [m] Tum collu- *m l. ita vul* dendo vt emptores priuati & heri obso- *neratus. ff. ad l. Aquil. & c. vt fa- ma. de sent. excomm.*

nato-

natorum carius emant, precio nimis in iusto cum intereſſe priuatorum.

8 Tum q̃ non obſtat, quod lex humana, qualis eſt hæc de qua loquimur, pót tolli conſuetudine rationabili, [a] quia præfata conſuetudo nõ eſt rationabilis quod requirit illud ca. imò irrationabilis eſt, & magna corruptela, vt probant rationes præcedentes: quia non ſolũ eſt contra legem humanam, ſed ét contra naturalem & diuinam, vt prædictũ eſt, nam quamuis taxa precij obſoniorũ humana lege ſit poſita, lex tamẽ, qua uetamur precio nimis iniuſto emere, & emptionem dolo & aſtutijs palliare, eſt naturalis & diuina incluſa intra ſeptimũ præceptũ de non furando, & non capiẽdo aliena ſine titulo iuſto, vt prædictum eſt, quas non põt lex humana tollere. [b] dam 25. q. 9 Non obſtant citata pro parte negãte. Ad primum enim reſpõdetur primò concedendo parũitatẽ læſionis excuſare quidem à culpa mortali, non aũt à veniali: q̃m ſm oẽs furtum quamlibet parũum eſt peccatum ſaltem veniale, ſi verè furtum eſt, & contra voluntatem domini ſit, vt ſatis colligitur ex Caietan. [c] Secundo negando quod læſio prædictorum fraudatorum eſt parua, imò verò eſt magna, & malis magnis circunſtantijs contecta, vt ſupra oſtenſum eſt in argum. 4. pro parte affirmante formato.

a c. ſ. de cõ ſuet.

b c. ſunt qui 1. & c. quo iure. 8. diſt

c 2. 2. q. 19. art. 4. ad 2.

10 Ad ſecundum reſpondetur negando legem ciuilem & ſæcularem nõ obligare ad mortale peccatum, per ea quæ citata ſunt in primo argumẽto pro parte affirmante facto.

Ad tertium concedendo quidem licitè poſſe obſonatores dare aliquid uenditoribus obſoniorum, vt eis libentius & gratioſius vẽdant ſine præiudicio animarum ſuarum & proximorum: non tamen vtendo malis conuentionibus falſis iuramentis, iniquis mendacijs, & iniquo præiudicio Reipub. ac priuatorum proximorum, quod faciunt præfati obſonatores, & obſoniorum venditores, vt prædictum eſt.

11 Ad quartũ negando, quod S. D. N. ſciat & toleret, ſaltem approbando ea quæ prædicti fraudatores faciunt: quia uel ignorat ea, vel ſolum tolerat, eo q̃ non deducuntur in iudiciũ, vel non probantur, iuxta cap. [cum iamdudum.]de præbendis, ſed ſolum permittuntur per miſſionem non approbatiua, ſed ſolum tolleratiua, iuxta gloſſam celebrem quæ de hac duplici permiſſione meminit, [d] Salua, &c.

d in c. dam quã. 4. d. 1.

SVMMARIVM.

Mercator uẽdens ultrà pretium rigoroſum peccat, nec excuſatur, illud plus proxenetæ dando. 1

Proxeneta plus quàm ſibi debetur, ſponte datum, reſtituere non tenetur, etiã quod id ei detur à mercatore metuente, ne eum prores ad alios diuertat. 2

Metus minor iuſto non attenditur in foro fori, ſecus in foro poli, ſi iniuſtè inferatur num. 4. 3

Metus mali, quod iuſtè inferri poteſt, non excuſat, nec in foro conſcientiæ, nec inficit actum. 4

Proxeneta ne ultra debitum accipiat, aptũ remedium. 5

CONSILIVM IV.

MErcatores vendunt merces ſuas aliquanto pluris, etiam vltra pretium rigoroſum, vt eo pluri proxenetis ſeu artificibus, qui emptores ad eorum tabernas conducunt, vltra taxatam mercedem dato, eos ſibi magis officioſos reddant, timentes ne ſecus emptores ad alios mercatores diuertant.

Quæritur primò, an mercatores huiuſmodi peccent, & teneantur ad reſtitutionem.

Secundo, an proxeneta teneatur reſtituere.

Tertio, quo remedio in id vtendũ ſit.

1 Ad Primam quæſtionem reſpondeo, quod mercator peccat mortaliter, & tenetur ad reſtituendũ emptori tantum quantum addidetit iuſto precio rigoroſo, non ea ratione quod dederit illud proxenetæ vel artifici prædicto, ſed quia decepit emptorem in eo, lædẽdo eum iniuſtè, per ea quæ diximus in Manual. confeſſ. [e]

e cap. 23. nu. 77.

2 Ad Secvndam reſpondeo primò q̃ in foro exteriori non poteſt condemnari proxeneta nec ad peccatũ, nec ad reſtitutionem: quia lex ſolũ ſtatuit, quã tæ, ſeu artifici ducenti emptorẽ ad mercatorem, non autem prohibet mercatori, ne quid plus ei det, neque artifici, ne plus accipiat, ſi ei gratis abſq; vi, dolo, vel metu detur: & metus, de quo in quæſtione, non eſt iuſtus, & ita non eſt attẽdendus in illo foro. [a]

a l. metũ. 2. ff. quod me. cau.

3 Tertiò, q̃ magis dubitari põt quo ad forum conſciæ, in quo non ſolum iuſtus metus inficit actũ, ſed ét iniuſtus, ſi verè corã Deo fuit cauſa illius, vt diximus in [b] Man. cõf. & quod metus, de quo in pũcto, licet non ſit iuſtus, eſt tñ cauſa dãdi id, quod vltra mercedem ſtatutã datur, & ſine qua illud non daretur. Sed hoc non obſtante, reſpondendũ eſt idẽ quo ad forum conſcientiæ. Tum quia nulli legi iuſtitiæ contrauenit prædictus proxeneta, ſeu artifex per prædicta.

b c. 17. nu. 4. & 29.

4 Tum quia non obſtat argumentum proximũ: quia id, quod in prædictis duobus locis Manualis aſſertũ eſt, intelligi debet de metu mali iniuſtè inferendi, & nõ de metu mali, quod iuſte inferri poteſt, [c] & metus ille, quo mercator timet, ne ſartor diuertat ad alterius mercatoris tabernã emptores, ſi illud plus non dederit illi, non eſt timor mali iniuſtè ſibi inferẽdi: quia nulla lege tenetur eos cõducere ad eius tabernã, cum liberum ſit ei ducere illos ad alium, vt palã eſt.

c Argu. l. ſi mulier. ff. quod met. cau.

5 Ad Tertiam, quod aptũ remedium vſ, ſtatuere, ne vllus mercator det eiuſmodi proxenetis quidquã ultra mercedẽ ſtatutam, neve vllus eiuſmodi proxeneta accipiat aliquid vltra eã, etſi gratis & ſpõtè ei à mercatore offeratur, declarãdo legiſlatoris intentionẽ eſſe, vt illa liget etiam in foro cõſcientiæ, & quod accipiens teneatur reſtituere acceptum in vtroque foro, & quod in exteriori cogatur reddere quadruplũ patteribus, & executoribus legis, & dãs in exteriori foro teneatur reddere tantũ, quantum dedit, eiſdem pauperibus, & executoribus, & præmonẽdo, quod ſingulis annis, ſemeſtribus, vel menſibus fiet inquiſitio contra illos, &c.

SVMMARIVM.

Mercator peccat vendendo vltra rigoroſum precium, cum obligatione reſtituẽdi, nec excuſatur ex eo quod illud det ſenſariã exercenti: ſenſarius autem, ſiue proxeneta tenetur reſtituere ſecundũ modum participationis cõſenſus, et cooperationis. 1

Proxeneta accipiens aliquid ultra taxam à mercatore timente, ne diuertat emptores ad alios mercatores, non tenetur reſtituere. 2

Metus non tantum iuſtus, ſed etiam iniuſtus inficit actum in foro conſcientiæ, ſi vere fuit cauſa illius.

Metus vt obliget, vel excuſet, debet eſſe de malo iniuſtè inferendo nõ de eo quod iuſte inferri poteſt. 3

Extorquere non eſt aliquid gratis accipere non exigendo.

Correlatiuũ vnũ non põt eſſe ſine altero. 4

Pœna poſita contra vnum correlatiuum, videtur appoſita contra alterum, ſi eadẽ ratio omnino idem ſuadet in vtroque. 4

Senſariam ultra taxã ſtatuti, etiam ſponte datam, ne accipiant proxenetæ, ſub pœna dupli ſtatuti poteſt. 5

CONSILIVM V.

EXcellentiſſime Domine. Hæc dubia occurrunt Romæ de proxenetis, & mercatoribus. Extat quædam ſententia lata in curia Capitolina ſuper mercede ſartorum quam ſenſariam vocant, ſub his verbis.

Ad publicam utilitatẽ declarauerũt, ſtatuerunt, & ordinauerunt, mercedem debitã ipſis ſartoribus, & ſimilibus, quorũ pſona mediãte dicti mercatores vendũnt bona ſpectãtia ad artẽ mercantiæ (vt vulgo dĩ, la Taſſa) eſſe, & ſolui debere ad rationẽ vnius cũ dimidio pro quolibet centenario, & hoc ſolum q̃n ipſi ſartores conducunt cũ eorum propria perſona emere volentem ad fundacum, ſeu apothecã mercatorum, & interueniunt cum eo vſque ad precij concluſionẽ, & nõ aliter, nec alio modo.] Modo quidã ſartor recipit ſenſariã ad rõnem triũ, & q̃nq; quatuor, & quinq; pro cẽtenario de oĩbus mercibus, in quarum emptione ipſe perſonaliter cũ emptore interfuit mõ ſupradicto. Hic idẽ ſartor recipit ſenſariã, iuxta prædictas oẽs portiones, de oĩb. mercibus, q̃ venerunt ad eius manus, p veſtib. faciẽdis, in quarũ emptione nullo mõ iteruenit, ſed fuerũt ei pro veſtib. cõficiendis traditæ ab emptore,

ptore, qui primo fuit aliàs cõductus ab ipso sartore tanquam aduentor ad mercatorem.

Primo quæritur, quid iuris in foro cõsciẽtię in omnibus prædictis casibus, dato quod mercator inscio emptore portionẽ illã, quã pro sensaria dedit dicto sartori, siue fuerit ad rationem vnius cũ dimidio, siue trium, siue quatuor, siue quinq; pro centenario, superaddidit iusto precio in damnum emptoris: An .s. mercator mortaliter peccauerit cũ obligatione restituẽdi, & similiter an sartor ipse in solidum ad restitutionem obligetur, dato quod sciat sensariam, quã recipit, fuisse à mercatore iusto pcio auctã.

Secundo quæritur, dato q; mercator nihil alterauerit iustum precium, sed sensariam ipsam soluerit de suo, tamen inuitus, timens rationabiliter ne sartorem cum emptoribus & aduentoribus deuiet à sua apotheca, An sartor licitè recipiat, ita vt non peccauerit mortaliter, nec obligetur ad restitutionem.

Tertiò quæritur, etiam vltra iuris de cisionẽ, modus aliquis opportunus euitandi, & abolendi huiusmodi, quatenus sunt abusus, quibus ligatur pene infinitus animarum numerus. Nam ad dubia quæsita responderi potest eodẽ ordine.

Ad primum, quantum ad mercatorem, q; peccauit mortaliter cum obligatione restituendi in totum, & fundamentum est, quia fecit contra legẽ iustam in damnũ proximi, ac proinde contra iustitiã. Ad idem, quantum ad proxenetam, peccauit mortaliter cum obligatione restitutionis, mercatori in totum quidem, si non conduxit emptorem, & præsens non fuit ad consummatam emptionem, restituendũ erit, quod accipit vltra vnum cum dimidio pro centenario: & fundamentũ est idẽ quod supra.

Ad secũdum. Mercator nec peccauit, nec ad aliquam restitutionem tenetur, sartor tñ & peccauit mortaliter, & tenetur ad restitutionem faciendam mercatori, quantum ad totum id, quod vltra vnũ cum dimidio pro centenario accepit: & fundamentũ est idem quod supra.

Ad tertium: stante lege præfata, quæ iustissima est, ac proinde obligat in foro conscientiæ, non est alius modus ad nõ peccandum, nisi seruare talem legem: si tamen nulla esset lex, res tota penderet ex arbitrio prudentis viri, & quadam cõmuni consuetudine alioquin non reprehensa à bonis viris, & exercitatis in huiusmodi contractibus. itaq; non potest dãri una certa regula de omnibus: quia quod in vno esset multum, in alio erit moderatum, & iustum.

1 Ad Primam Quæstionem rñ primò, quod duas quæstiones in se continet, alteram de mercatore, alterã de sartore, siue proxeneta. Secundò, quod mercator proculdubio peccat mortaliter & tenetur ad restitutionẽ emptori tñ, quantum addiderit iusto precio rigoroso, ea firma ratione, quod decipit emptorem, lædendo eum notabiliter iniustè, per ea quæ diximus in Man. confes.[a] Tertiò, quo ad alteram quæstionem de *nu.* 77. proxeneta, rñ, quod ea sola rõne tenetur, quod sciat, id, quod soluitur ei, addi à mercatore iusto precio: si verò aliter nõ consentiat, neq; aliquo modo cooperetur, non teneretur ad restitutionem, per ea quæ diximus in dicto Man. cõf. secus autem si consentiat, cooperando eo modo, quo ibi dr. An verò peccet, & teneatur restituere ea ratione, quod cõtraueniat legi prædictæ iustæ, colligitur ex decisione sequentis quæstionis.

2 Ad Secvndam respondeo primò, q; proxeneta, seu sartor non tenetur restituere ratione metus, cuius meminit quæstio: tum quia non est iustus, & ita non est attendendus. [c] Tum quia non obstat quod in foro conscientiæ *l.2.ff. quod met. cau.* non solum iustus metus inficit actum, sed etiam ininstus, si verè coram Deo fuit causa illius, vt diximus in d. Manu. confess.[d] & quod metus prædictus, licet non sit iniustus, est tamen causa dandi id, quod vltra meritam statutam datur, & sine qua illud non daretur.

3 Non inquam hoc obstat: quia id, vt tradimus duobus locis Manualis à nobis citatis intelligi debet de metu mali iniustè inferendi, & non de metu mali, qđ iuste inferri põt, [e] & metus ille, quo mercator timet ne sartor diuertat ad alterius mercatoris tabernã emptores, si illud plus non dederit illi, nõ est timor mali iniustè inferẽdi: quia nulla lege tenetur eos conducere ad eius tabernam, cum liberũ sit ei ducere eos ad aliã, vt palam

palã est. Secũdo, quod maioris quæstionis est, an teneatur ratione transgressionis prædictæ legis, quod tamen nõ quæritur: & respõderi posset, quod illa etiã ratione non tenetur: quia licet publicata lex iubeat mercatori sub graui pœna, ne vllo modo, & ita nec sponte det aliquid vltra meritam mercedem præstitutã proxenetæ, non tamen præcipit proxenetę ne accipiat, si gratis ei detur, sed solum quod non exigat, quod nõ est extorquere ab inuito,[a] iuxta glossam & Cardina lem,[b] & ita si exigeret, peccaret quidẽ, & teneretur ad restitutionem, sed non eo quod accipiat sponte datum.

a l. soluẽdo. ff. de negot. gest.

b in cle. de censibus.

4 Ad Tertiam videtur satis aptum remedium id, quod per prædictam legem statutum est, addendo pœnam proxenetæ accipienti plus, etiam si sponte daretur. Dicet tamen aliquis, quod iam hoc satis statutum est in illa lege, eo quod pœna posita contra vnum correlatiuum, videtur apposita in alterum,[c] & ibi Bart. & latè traditur per Pan. & alios, præsertim Felynũ in proœmio Gregor.[d] Sed responderi potest primò, quod mercator, & proxeneta non sunt correlatiua, cum passim mercator inueniatur sine proxeneta, non autẽ est vnũ correlatiuum sine alio, secundum Aristotelem in prędicamentis, quem Fely. vbi supra allegat.[e] Secundo, quod illud est verum, quãdo omnino eadem ratio suadet idem in vtroque, vt latè tradit Fely.[f] quod non contingit hic.

c l. Semica. C. de empt. l. 11.

d a nu. 4.

e in 6. cap.

f vbi supra nu. 10.

5 Tertio, quod illud non procedit, qñ eadem lex diuerso modo statuit de correlatiuis, secundum Dominicum,[g] quẽ idem Felynus vbi supra sequitur,[h] & lex præfata Capitolina statuit quo ad proxenetas, ne plus exigere possint, & quo ad mercatores, ne vllo modo plus dare possint: & ita pœna mercatoribus posita, non videtur proxenetis posita: & ita merito posset addi pœna restituendi duplum eius, quod reciperent, etiam sponte datum. Salua, &c.

[Aduertendum proxenetam, qui ipsi fidẽtem deducit ad mercatorem quem scit vel scire debet excessurũ precium rigorosum satis efficacem esse concausam damni quod datur emptori, & ita in subsidium teneri ad restituendum in solidum.]

g l. c. 1. de temp. ordi. in 6.

h nu. 12.

SVMMARIVM.

Precio per electos æstimando si conueniat & vt aliquid notabile soluendum addatur, venditio erit iniusta. 1

Obligatus tradere alicui aromata ad vsum illius, non tenetur illa tradere, si eis talis non eget. 2

CONSILIVM VI.

Sylvester aromatarius vendidit omnia aromata, quę habebat in sua apotheca, precio per arbitros æstimando; & conuenerunt, vt Sebastianus emptor traderet quot annis vltra precium prædictum aromata, quæ valerent decem scuta: ad vsum certarum personarum; & postea iterum conuenerunt, vt pro illis aromatibus valoris decem scutorum traderentur decem scuta in pecunia numerata, anticipata solutione in principijs annorum. Quæritur, an id liceat.

1 Respondeo primo, quod prior conuentio fuit iniusta, quia omnis emptio & venditio: in qua precium maius notabiliter iusto datur, vel accipitur, est iniusta, iuxta iura,[i] & declarat S. Thomas,[k] quem in hoc citauimus in Manu. conf.[l] & ex facto constat, quod maius iusto notabitur precium q; Sylvester accepit a Sebastiano emptore.

i c. 1. & 2. de empt. & l. 1. ff. de cõ. trah. empt.

k 2. 2. q. 77 art. 1.

l cap. 23. nu. 77.

Secundo, quod conuentio secunda fuit iniustior priore: quia per illam venditor voluit accipere maius precium, quam per priorem: cum palam sit pluris valere decem scuta anticipate soluta in pecunia numerata absolutè venditori; quam soluenda in aromatibus, & certis personis, quibus non egentibus non essent soluenda. Salua, &c.

SVMMARIVM.

Precium rei minuit pactum de retrouendẽdo, & magis, si addatur aliud pactum de locando venditori. 1

Locari potest venditori res empta cum pacto de redimendo, & tanti quanti locatur cuilibet tertio: aquitas tamen suadet vt mitiori ei locetur pensione. 2

Vsurarij suspicionem habet, qui venditori cum pacto de retrouendendo & locando 3

rem

rem locat ad rationem tot pro centenario habita relatione non ad valorem rei, sed precij soluti: licet in conscientia equius videatur, vt in pensionis impositione attenderetur quantitas precij.

CONSILIVM VII.

VTrum emens fundum cum onere retrouendendi, & locandi eum venditori, & propter hæc onera imposita ei emit illum precio multo minore, quam si emisset sine illis oneribus, quia illa onera sunt pars precij; possit iustè locare illi venditori tam grandi pensione & affictu, quam grandi poterat locare, si absolutè sine oneribus iusto precio, & ita maiori emisset. [a]

a arg. l. fundi partem. ff. de cõtra. hẽd. emp. c. cum Io. de fide instr.

1 Pro parte negante facit, quod videtur iniquum, siue inæquale, quod tñ affictũ pendat venditor emptori locanti sibi fundum venditum minori iusto precio, quantum penderet, si emisset iusto, precio: & quod pactum de retrouendendo, & locando sibi factum in fauorem eius, retorqueatur in odiũ eius, ita qđ debeat tantum pendere, quantum penderet, si absque vllo pacto vendidisset; quod videtur contra l. [quod fauore.] [b]

b Cod. de ll.

2 Sed pro parte affirmãte facit, quod præfatus emptor est tam verus & integer dominus illius fundi, ac si emisset iusto precio sine illis oneribut, licet teneatur ad illa subeunda: ergo seruatis illis potest eo vti ad alia, perinde ac sine illis emisset. Secundò, q̃ si venditor nolet conducere, posset emptor illum locare tertio tam carè, ac si absolutè emisset, cũ nulla ratio suadeat minuere precium quo ad illum. Et hanc puto de rigore iuris veriorem, licet secundũ æquitatem videatur in taxatione pensionis respiciendum ad precium solutum.

3 Caueat tamen emptor, ne in instrumẽto taxetur ad rationẽ tot, puta quinque, vel sex pro centenario: ne inde in foro exteriori contra ipsum oriatur suspicio vsurariæ prauitatis.

SVMMARIVM.

1 *Commutare sicut ex iusta causa potest Papa laicorum pias dispositiones in alios similiter pios vsus; ita & laica potestas habens regalia, & non cognoscens superiorem, potest testantium voluntates de vno opere profano in aliud mutare.*

Mediolani Dux habet regalia, nec superiorem ad quem appelletur, eiusque Senatus regalium vsum habet.

Dispensatio iusta tollit vim legis & dispositionis, contra quam dispensatur, nec peccat qui ea munitus contra dispositionem facit.

Prohibitio de non alienando expresse addita ad tacitam resultantem ex fideicommisso impedit dominij translationẽ, ac acquisitionem iuris, ad rem, num. 7. licet non impediat locationem, & concessionẽ vsusfructus si ad modicum fiat tempus. nu. 5. at sola tacita prohibitio non impedit translationem dominij, licet fideicõmissarius possit adueniente die alienationem reuocare. nu. 6.

Facere, vel non facere alijs: ex præcepto tenemur, quod alios nobis facere, vel non facere tanquam obligatos iusta voluntate volumus, quæ autem sunt consilij, quod non obligat, sicut non possum iusta voluntate velle vt alij ea mihi ex obligatione faciant, vel nõ faciant, ita nec ego teneor ea alijs facere, vel nõ facere n. 9.

Concupiscentia inordinata, & non ordinata prohibetur Decalogo. 10

CONSILIVM VIII.

MAgnificus quondã D. Aug. Domi nicus Saccus in suo vltimo testo sibi hæredem instituit quondam D. Antoniũ Puteum, ex sorore sibi nepotem, cũ conditionibus infrascriptis: qđ nolebat, vt posset quomodolibet vendere, alienare, permutare, nec disponere inter viuos, nec cã mortis, nec alio quouis modo, locũ appellatũ la Rosta, nec palatium iacens, & sitũ in ciuitate Alexandriæ, in quarterio Marenghi, cui cohærẽt via cõis, & D. Ioãnes, Christopho rus Panizonus, quia volebat vt dicta Rosta, & ipsum palatiũ cõseruarentur perpetuo in dictum D. Antonium hæredẽ, ac eius filios masculos, vel substitutos ad effectũ, vt conseruarentur dicta bona in ipsius testatoris memoriã: & proterea volebat, vt dictus D. Antonius, postquã factus esset hæres: vteretur insignijs, & armis ipsius D. testatoris pro parte

parte, & si casus euenisset, qđ dictus D. Antonius decederet sine filius masculis ex legitimo matrimonio natis, eo casu substituebat D. Petrũ Camillũ. de Canibus, Laudensem, qui deberet ẽt portare, & vti insignijs & armis ipsius D. testatoris, saltẽ pro parte, nec volebat vt dictus D. substitutus valeret alienare, nec disponere vt supra, de loco Rostæ, & palatio, sed reseruarentur filijs legitimis, & de legitimo matrimonio natis, & casu q̃ dictus D. Petrus Camillus decederet sine filijs masculis, & de legitimo matrimonio procreatis, qđ tunc, & eo casu volebat, vt dicta bona, & hæreditas iure substitutionis, & modis, & formis prout supra, peruenirẽt ad D. Fabricium, & inde in D. Epaminundã de Canibus de Eisnatis, & in eorum substitutorum filios, ita vt dictum palatium, & Rosta transirent in dictos filios vsq; in infinitum. Prędictus D. Antonius obijt sine filijs legitimis, & naturalibus, atq; ita bona præfatæ hæreditatis peruenerunt in D. Petrum Camillum de Canibus substitutũ, qui non obstante prohibitione expressa testatoris vendendi, aliove aliquo modo alienandi præfatũ palatium, illud de facto vendidit D. Iacobo Franciſco, & fratribus de Baratis ciuibus Alexandrinis, nulla obtenta ab Excellentissimo Senatu dispensatione illud alienandi, quo audito, Eps Alexandriæ precibus in Excellentissimo Senatu perrectis, petijt ob bonum publicũ, præfatum palatium, vbi vendendum esset, sibi vendi nomine sui episcopatus, cuius preces Excellentissimus Senatus decreuit venditori, & emptoribus intimãdas, & vt interim nihil innouaretur, post quarum literarum concessionem porrectæ fuerũt preces in Excellentissimo Senatu nõie præfati D. Petri Camilli, in quibus nulla facta mentione, prohibitionis expressę vẽdendi, altove modo alienãdi ipsum palatium à testatore factæ, quæ contractum ab initio impedit, & irritat, sed tñ substitutionis, & fideicommissi, petebat dictum contractum venditionis approbari, & confirmari, vbi aliàs validus esset, quibus visis, & attento substitutorum consensu, placuit Excellentissimo Senatui, non dispensare, vt ad venditionẽ dicti palatij validè deueniri posset, in prędictũ tñ ipsorum consentientium, quæ tñ vẽditio postea nõ fuit facta dictis fratrib. Postea precibus Epi vẽditori & emptoribus intimatis, auditis partibus, Excellentissimus Senatus decreuit præfatũ palatium Epũ vendendum esse, modo illud acquireret epatui. In quarum literarum executionem die octauo mensis Augusti anni proximè præteriti emptum fuit palatium ab Epo, enumeratis pro parte precij mille aureis, & præstita de residuo intra terminum inter partes conuentum soluẽdo idonea fideiussione, prius tñ obtenta ab Excellentissimo Senatu dispensatione contractus ip sius venditionis ineundi, non obstante expressa testatoris prohibitione neque tacita ex fideicommisso proueniente, quorum omnium, nullo prętermisso, in precibus mẽtio facta fuit. Post hæc omnia petierunt prædicti fratres, supplicatione porrecta in Senatu Mediolanensi iterum audiri. quo concesso, & auditis, quæ utrinq; afferebantur ab Aduocatis vtriusq; partis, decreuit Senatus, in iam ordinatis ad fauorem episcopatus Alexandrini perſistendũ esse. Qua facti narratione proposita, quæritur, an Eps, in eo q̃ egit, aliqua ratione peccauerit, uel contra iustitiã, ita ut teneatur præfatis fratribus aliquid restituere, uel cõtra caritatẽ, ita ut saltẽ teneatur factũ ipsum in foro pœnitentiæ detestari.

Et primo quidẽ vr peccatũ cõtra iustitiã, ex quo oriat obligatio domũ ipsam, vel integrũ eius preciũ restituẽdi, quia D. Petrus Camillus vr potuisse trãsferre tantũdem iuris in ipsos fratres, quãtum ipse habebat, hoc aũt ipsum fecisse vr, cum eos in locum suum cõstituit, vt patet in instrumento. Quod verò id facere potuerit, inde probari vr, q̃ nihil aliud obstet quo minus id facere potuerit, nisi fideicõmissum, q̃ tñ ab initio cõtractũ non impedit, aut irritat, sed tñ operat, vt post mortẽ eius, qui dñium trãstulit, successio substitutorũ nõ impediat, pp q̃ solum vr necessaria dispẽsatio. Præterea vr peccatum cõtra iustitiã fuisse, qa ex cõtractu illo inter ptatos fratres, & D. Petrum Camillũ inito, licet nõ fuerit plenũ ius, & pfectum, q̃

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicitur iuis in re, dictis fratribus quæsitum, videtur tñ saltem ius imperfectũ illis quæsitum, quod ius ad rem dr cuius impedimẽtum in impediente parit obligationem restituendi, non quidem rẽ ipsam, cuius cõsecutio impedita fuit vel integrum eius precium, sed tãtum, quantum arbitrio boni viri visus fuerit dãni passus, qui fuit impeditus quo minus rẽ ipsam consequeretur. Si verò cõcedatur peccatum nõ fuisse cõtra iustitiam, saltẽ videtur contra charitatem, quia est contra principiũ illud iuris naturalis, [Quod tibi nõ vis fieri, alteri ne feceris,] cũ Eps id fecerit, q̃ sibi ab alio fieri noluisset. Præterea vr peccatum fuisse contra præceptũ illud Decalogi, [Non concupisces rẽ proximi tui quod probatur auctoritate Catechismi Romani i explicatione huius præcepti, [Non concupisces,&c.] cuius hæc sunt verba,[hoc autem præceptum,] inquit vetat ne vllo modo quis concupiscat, etsi iure,legeq; assequi id possit, ex cuius adeptione damnũ proximo importari videat.] Quibus tñ non obstantib. visum est Epo, & nonnullis egregiæ doctrinæ viris, nõ solum hoc potuisse, sed ẽt fieri debuisse propter necessitatem domus episcopalis, In cuius probationẽ duo supponuntur tanquam certa. Alterum est, inter fideicommissum simplex, & expressam testatoris alienandi prohibitionem, hoc esse discrimen, quod etiã si concedatur simplex fideicõmissum cõtractũ alienationis ab initio non impedire, aut irritare, hoc tñ de prohibitione alienãdi à testatore facta, præsertim cum causa, q̃ non respiciat fauorẽ hæredum, vel substitutorũ, nullo modo concedi põt, quia expressa alienandi prohibitio à testatore facta cũ causa, vt supra contractũ alienationis de facto initum, ab initio impedit, & omnino iuxta communem Doctorum sententiam irritum reddit, & rõ est euidens, quia vnusquisque põt rem propriam alteri relinquere quacumq; apposita conditione legibus & bonis moribus nõ contraria, quæ omnino seruanda erit. Alterũ quod supponitur, est, Principẽ posse propter publicam vtilitatem non solũ præferre in emptione rei vẽdendæ causam publicã priuatorum cõmodis, sed etiam veros E dños cogere ad rem propriam pendendã, præsertim vbi agitur de fauore Ecclesiæ, cuius necessitati sit consulendũ. Quibus suppositis, patet in primis, q̃ tpe contractus de facto initi inter D. Petrum Camillum & præfatos fratres res adhuc erat integra, cum ex prohibitione expressa, sicut priori loco supposuimus, cõtractus oĩno irritus redderetur. & ideo iure potuit Eps petere, q̃ petijt, & Senatus concedere quod semel atq; iterũ, auditis partibus omnibusque maturè consideratis, concessit, cum ex eo quod posterius supposuimus, potuisset etiam præfatos fratres cogere, si verè domini facti fuissent, domum Episcopo vendere, modò illam acquireret episcopatui, & ideo multo magis præferre potuit in venditione dictæ domus Epm fratribus, quibus nullum ius dominij in dicta domo competebat. Hinc etiã manifestum est, argumentum primo loco allatum contra Episco. non valere, quia in hoc casu non solũ obest fideicõmissum simplex, sed ẽt expressa prohibitio dictam domum alienandi, addita causa, quæ non respicit fauorem hæredũ, vel substitutorum, quæ est conseruatio memoriæ testatoris, vt patet ex ijs, quæ superius dicta sunt. Neq; aliquid probat argumentum secundo loco allatum, de impedimento iuris imperfecti, quod ad rem dicitur, quoniam tunc tantum parit obligationẽ restituendi impedimentum illud, qñ est contra iustitiam, non autem quando impedit aliquis cõsecutionẽ alicuius rei iuris ordine seruato, quia tunc actus ille non est contra iustiam, hic autẽ versamur in casu, in quo Princeps, auditis partibus, decreuit domũ Episcopo vendendam esse, modo illam acquireret episcopatui. Quod aũt dicitur de principio illo iuris naturalis [Quod tibi nõ uis,&c.] non est ita intelligendũ, quasi nemo debeat alteri facere, quicquid, quacunque voluntate, etiam depraua ta, & à recta ratione recedente sibi fieri nollet. alioquin neq; iudex posset tuta cõscientia, capitali sñia reum condemnare, neq; minister condemnationem exequi, quia neuter illorũ, si reus esset, vellet condemnari, vel occidi, sed est intelligendũ de voluntate rectæ

rectæ rationi cõsentanea, quæ si esset in præfatis fratribus, bonũ publicum priuato ipsorum commodo præferrent. Ad id autem quod ex Catechismo Romano obijcitur, rñdetur, verba illa non eam sententiam habere, vt nemini liceat concupiscere, quod iure & lege assequi possit absolutè, quia inde prohiberentur lites omnes Christianis, etiã iustæ, quod esset erroneum, sed eam potius videntur habere sñiam, vt nemo erga rem alienam ita prauè sit affectus, vt concupiscat ius sibi competere rẽ alienam consequendi, quod non habet, vel appetat illius dominium in eum casum incidere, propter quem iustè re ipsa priuandus esset, vt illam posset acquirere, hic autem versamur in casu, in quo præ dicti fratres nullum habebant dominiũ rei vendendæ, sed remanebat adhuc penes D. Petrum Camillum, atq; ideo licuit Episcopo petere, & obtinere, quod vendendam domum sui Episcopatus nomine posset emere, sicut fecit.

SEQVITVR RESPONSIO.

CVm in Prætorio Sacræ Pœnitẽtiariæ à Reuerendissimo Regente dictum fuisset, petitum esse ab eo, vt præfatus casus cum prædicta quæstione proponeretur coram Illustrissimo D. meo Cardinali, codemq; summo Pœnitentiario dixit se respondisse, hoc negotium non pertinere ad præfatum Prætorium, sed videri sibi gratum fore oratori, vt prędictus D. Cardinalis iuberet mihi, vt responderem, extra Prætoriũ, petitioni oratoris. Cuius iussa capescẽs, suscepi eam nõdum lectam. Super qua dico primum, intellexisse me tunc, non quæri quæstiones supradictas, sed illam; An Senatus Mediolanensis posset mutare voluntates testatorum laicorum Ducatus Mediolanensis, ita vt ab eis relicta conuerti possint in alios vsus, vel in quos, vel quæ testatores non disponunt. Ad quam & alias quæstiones respondeo paucis, quia non vacat id facere multis.

Primum q̃ præfatus Reuerẽdissimus D. Regens aptissimè respondit. Tum quia hoc negotium est publicum & nõ est de numero illorum publicorum, de quibus præfata Pœnitentiaria exaudit A petens illa post vltimam eius reformationem a fel. me. Pio V. factam. Tum quia tangit principaliter forum exterius, in quo nõ prosunt literę ab ea datæ, vt constat ex tenore suæ facultatis.

1 Ad quæstionem aũt à me subintellectam rñdeo affirmatiuè, nempe, q̃ vti certum est Pontificem Maximum posse iusta de causa mutare relicta testatorũ laicorũ in alios pios vsus, iux. cle. [quia contingit.][a] & ei annotatatita Impera- *a de religio.*
tor, Rex, & alij, qui hñt regalia, & nõ re *domib.*
cognoscũt in temporalibus superiorẽ, põt mutare iusta de causa relicta testa- B
torũ laicorũ ad vsus profanos, in alios vsus profanos, & à fortiori in pios. iux. iura, [b] & sentiunt omnes, [c] & multi in *b L.1.& l.*
c. [quæ in ecclesiarum,] [d] & alibi sæpe. *legatam. ff.*

2 At Dux Mediolanensis nõ recogno *de admin.*
scit, vt præsupponitur, superiorem in *rer. ad eccl.*
tpalibus, & hẽt regalia, supremamque *pertin.*
ptãtem laicam, ita vt ab eo ad neminem *c i d. clem.*
in tpalibus appelletur, ergo potuit ex *d De const.*
iusta causa volũtatem & dispositionem prædicti D. Augustini Dominici mutare in aliam, præsertim piam, & consequenter Senatus eius Excellẽtissimus, cum præsupponatur eum habere à Duce Mediolanensi oĩum regalium vsum. C

Ad quæstionem aũt ab oratore quæsitam, videlicet an præfatus Reuerend. Eps peccauerit contra iustitiam cũ obligatione restituendi, aut sine illa, aut cõtra caritatem, videtur dicendum q̃ non. Tum quia nihil fecit contra leges iustitiæ specialis, ea firma ratione, quod cõtractus emptionis & venditionis est licitus, & honestus, & iustus secundum leges iustitiæ specialis, vt colligitur ex ti. [de contrah. emptione.][e] ac alijs mul- *e et de actio*
tis, nisi aliqua lege speciali prohibere- *nib. empt.*
tur, at nulla tali videtur prohiberi hæc *fl. fi. §. sed*
emptio, de qua loquimur. Si qua enim *quia. &* §. D
prohiberetur, maximè per illã solemnẽ *sequ. cũ ei*
prohiberet, qua prohibẽt hæres aliena *cõcordã. C.*
re rẽ restitutioni subiectam, iux. glo. [f] *comm. de le*

3 At lex illa nõ videtur obstare, quia *gat.*
præfatus Senatus per suam dispensatio *g Sub c. re-*
nẽ videtur abstuliisse illam, quo ad hunc *quirtis, &*
casum, & constat per iustam dispensa- *multa alia.*
tionem tolli vim legis, super qua dispẽ- *capp. cõseq.*
satur, iux. §. [nisi rigor.] § Tum quia *1. q. 7. &* c.
non obstant sex supra contra hoc taci- *de multa,*
tè & expresse opposita. *de præb.*

Universidad de Salamanca Biblioteca

4 Ad primum enim rñdetur negando, q̃ prefatus Petrus Camillus potuerit transferre in præfatos fratres ius dominij, quod habebat in prædicto palatio: partim quia erat prohibitus tacitè alienare per fideicommissum factum à testatore, iux. d.l.fi. [a] partim quia etiam expresse erat prohibitus alienare quæ prohibitio expressa impedit translationem dominij secundum omnes.

5 Ad secundum, q̃ tacite insinuatur scilicet potuisse prafatum Petrum Camillum dare prafatis fratribus ius, qđ ipse habebat, & quo poterat vti dum viueret, respondetur, concedendo q̃ poterat locare ad parvum tẽpus, sicut emphyteuta potest locare emphyteusim, iuxta iura, [b] & tradit Speculator, [c] quem sequitur Iason, [d] & etiam concedere vsumfructum, vt notat Baldus, [e] & Bartolus, [f] negando tamen, vt supra negaui quod possit transferre dominium. Tum quia non sequitur ex prædictis q̃ possit alienare, quoniam à separatis nõ fit illatio, & aliud est alienare, & aliud ad breue tempus locare, & vsumfructũ concedere, cum per hęc non transferatur dominium, & per illud sic, vt notatur in rub. [de reb. eccl. non alien.] [h] Tum quia neque emphyteuta potest alienare neque locare ad longum tempus sine consensu domini proprietatis, quia prohibetur alienare sine consensu illius, Itaq; concedimus, quod prefatus Petrus Camillus potuit transferre aliquod ius in prędictos fratres & aliquod non potuit, nihil ualidè effecit, quia vt actus ualeat, oportet vt concurrant potestas & voluntas ad illum faciendum, iux. c. [cum super.] [i] cum alijs ibi à Doctoribus citatis.

6 Ad tertium rñdetur primo negãdo q̃ nihil aliud obstabat vẽditioni, quam Petrus Camillus intentauit facere, nisi quod prafatum palatium erat subiectũ restitutioni per fideicommissum, quoniam etiam obstabat expressa prohibitio alienationis, quę omnino impediebat translationem dominij, secundum omnes in l. [filiusfam.] [k] & in alijs multis locis, quæ ibi citant Ripa, & alij. Secundo, q̃ etiam multi tenent, etiam tacitam prohibitionem alienandi, quæ resultat ex fideicommisso, impedire translationem dominij, & facere cõtractum ipso iure nullum, & omnes, quod saltem reuocari debet volente fideicõmissario per dictam vltimam. [l]

7 Ad quartum rñdetur, negando q̃ fuerit quæsitum vllum ius neq; in re, neq; ad rem, prafatis fratrib. per illam venditionem iniustam, & nullam pp̃ fideicommissum, & propter expressam prohibitionem alienandi. Tum per regulam illam, [Ex nihilo nihil fit.] [m] Tum quod non præstat impedimentũ quod de iure non sortitur effectum. [n]

8 Ad quintum rñdetur, negando id dũ qđ præsupponit argumentum, nempe quod peccant omnes faciendo aliqua aliquibus, quæ nollent sibi ab illis fieri. Tum quia alioqui peccarent iudices, patres, & dñi iuste punientes & castigãtes delinquentes filios, & seruos, à quibus nollent sibi eadem fieri, quod est cõtra c. [non est crudelis,] [o] & alia multa tam sacra, q̃ profana. Tum quia verus sensus illius iuris naturalis, qđ colligitur ex Mar. [p] relato à Gratiano, [q] iuxta mentem glossæ, Archidiaconi & vtriusque Cardinalis, [r] & sacrorum Doctorum citatorũ in Catena aurea D. Thomę, [s] & ipsiusmet D. Thomę, [t] non est quod absolutè prohibeamur de præcepto sub pęna peccati facere alijs qđ nolumus nobis fieri: sed quod prohibeamur de præcepto facere alijs id, qđ per de præcepto tenemur non facere illis, sicut nolumus quod alij faciant nobis, quod de præcepto tenentur non facere, & quod de cõsilio tantum prohibemur facere alijs, quod de consilio tenemur ad illud. Sicut nolumus, vt alij de consilio tm̃ desinant facere nobis id, quod de consilio tm̃ tenentur non facere. [u]

Verbi gratia, de præcepto teneor nolle nolo q̃ alius capiat rem meam, & sicut nolo teneri ad mutuandum, alteri non egenti extremè, nisi de consilio tm̃, ita non debeo velle vt alius teneatur mutuare mihi non egenti extremè, nisi de consilio tm̃. Ita q̃ prohibemur facere alijs inordinatè de præcepto, vel de cõsilio sicut volemus ne alij inordinatè de præcepto vel cõsilio tm̃ nobis faciant. Cum igitur præfatus Reuerendissimus Episco-

a § fedquia & §. seq. C. cõ. de lega.
b l. non solũ ff. loc. & l. nemo prohibetur. C. de locat.
c in ti. de loca. §. nũc aliqua. verb. 125.
d in l. fi. C. de iure emphy. n. 112.
e In l. 1. & l. ũlt in fundo. ff. quib. mod. vsusfruc. amitt.
f In l. 3. §. econtrario. ff. de acqui. poss.
g l. Papinianus. ff. de minorib.
h Et tit. de reb. alie. C. & De off. deleg.
k §. diui. ff. de leg. 1.
l l. §. sed quia §. seq. C. com. de leg.
m l. dece. de verb. oblig.
n ad dissolue. l. de ff. ff. de reg. iur. lib. 6.
o 23. q. 5. c. nomina.
p cap. 7. q. c. 1. ass. 5.
q 1. q. 4.
r Ibidem.
s Super 1. ad Rom. c. 7. Ad Matth. c. 22.
t In lec. pro primã ipsius. c. 7. Ad Rom. lec. 2.
u Arg. c. si dere sibi quam alijs. Tum quia plus tenebatur episcopatui suo, qđ erat piũ opus, quam alijs quo ad vsus profanos, cum pia præferantur profanis. [c] 10 Ad sextum, quod fundatur in præcepto 10. Decalogi & Catechismo Romano, rñdetur non obstare, quia, vt nos post S. Thomam & alios diximus in p̃ citato Enchiridio, [d] intelligitur de concupiscentia inordinata, præsertim contra leges iustitiæ specialis. At concupiscere rem alienam per iustam emptionem, permutationem, vltimam voluntatem, & aliam viam iustam, non est inordinata, imò valde ordinata Ep̃o egenti eo ad habitationem suam honestam. Salua quæ iustior fuerit sententia.

A *Dubius in fide, qui & infidelis est, is non dicitur qui habet aliquod motiuum contra fidem quam credit, sed is qui ita de ea deliberate dubitat, vt nullam partem credat.* 4

Petens absolutionem ad cautelam, nõ ideo fatetur se excõmunicatum, nec qui post factam petit consilium, arguendus est, quod id quod antea fecit, fecerit contra conscientiam, nu. 2. in fi. 5

Obligatio naturalis illa obligat conscientiam, quæ oritur ex pacto & conuentione quæ sit licita, secus si sit illicita.

Alienans contra iustum & validum præceptum testatoris peccat, & ex contractu tali nullam nec naturalem, in conscientia contrahit obligationem, & num. 10. in fi. etiam si promittat obtinere dispensationem, & nu. 7. & 8. contrarium tamen videtur admittere nu. 7. ad finẽ. 6

Testatoris iustum præceptum obligat sub peccato mortali, quod vel ide patet, quia nisi seruet iussus, potest excommunicari.

Prohibitus valide à testatore alienare, vendens etiam sub conditione si Princeps dispensauerit, & promittat illam impetrare, non obligatur, antequam dispensatio impetretur, & nu. 6. 7

C *Vendens scienter malè, non tenetur de euictione, nec ad interesse, quando emptor sciebat rem vel alienã, vel alienari prohibitam, imò nec tuta conscientia potest emptor petere nec rẽ nec interesse. n. 10. at si fuit in bona fide, non tenetur venditor adimplere tradendo rem quam nõ potest sine peccato alienare, sed ex maleficio tenetur emptori ad interesse, n. 8.* 8

Emens secundo loco, & accipiens rem quã scit alteri prius venditam, tenetur secũdum aliquos in conscientia primo venditori tradere, sed hoc non procedit, quando prima venditio fuit nulla. 9

D *Iuramentum quidem seruandum est, quãdo non est maioris boni impeditiuum, potestque seruari sine interitu salutis æternæ, quale non est id, quod non potest seruari sine peccato etiam venali, vel iniustitia aliqua.* 10

Episcopus non teneretur de præcepto ad nolendũ emere, nihil peccauit emẽdo, quia nec voluit, vt præfati fratres de præcepto abstinerent à bene emendo, esto quod de bono cõsilio Christi fuisset obligatus ad illud, quoniam cõsilia eius non obligant sub peccato ad sui obseruantiam, [a] vt tradimus nos post alios in Enchir. confess. c. 20. Addo tñ, quod neque de consilio tenebatur ad illud. Tum quia plus tenebatur prouidere sibi quam alijs. [b] Tum quia plus tenebatur episcopatui suo, qđ erat piũ opus, quam alijs quo ad vsus profanos, cum pia præferantur profanis. [c]

a § fi. 4. dist. e. quod præceptur. 14. q. 1.
b Arg. c. si nõ licet. 23. q. 5. et l. præses. C. de ser. aqu.
c Arg. c. relatum. et c. cũ i officijs, de testam.
d ca. 17. & 19.

SVMMARIVM.

1 *Conscientia, quæ non potentia, nec habitus est, sed actus, aut est testificans, aut accusans, vel excusans aut dirigens, quarum prima & secunda species cum sit generalis, si sit contraria speciali, non ligat, tertia verò si sit certa, vel verè dubia, obligat, secus si scrupulosa, contra quam feciſſe non est arguendus is qui post factum super eo consulit Pœnitentiarium, nu. 2. in fine.*

2 *Actus, ad cuius valorem dispensatio est necessaria, non potest valere, ante quam impetretur, nec sufficit quod sit facta promissio illius impetranda.*

3 *Scrupulum habere is dicitur, qui habet aliquod argumentum apparens contra id quod credit, cõtra quod qui agit nedum non peccat, imò sæpe multum proficit, quem ac etroneam conscientiam etsi secundum aliquos nemo possit proprio iudicio deponere, verius tamen est quod possit, quando habet probabilem rationẽ id faciendi, præsertim si sit doctus. n. 4.*

Nauar. Conf. Pars I.

CONSILIVM IX.

OBnixe rogatus, & quadamtenus iussus ab ijs qui facere id suo iure possunt, ut recognito respõsoà me dato

Universidad de Sevilla Biblioteca

in causa emptionis cuiusdam domus à valde Illustri Reuerendissimoq; D. Episcopo Alexandrię, & perpenso nñso excellentissimi vtriusq; iuris Doctoris, & prælectoris primæ functionis iuris Cęsarei Academiæ Ticinęsis Thomę Gualæ in eadem causa reddito, & typis excuso Papię, q̃ videri pōt contrarium nostro: consideratis item ijs, quibus subtiliter ac erudite præfatus Reuerendissimus suā causam protegit à præfati eruditissimi Thomę magnis ictibus, respōdeam an prędictus Reuerendissimus idēque omnium consensu iustissimus iustè possit in foro conscientiæ domum prędictam retinere, an teneatur restituere illam magnanimis fratribus de Baratis, qui prius illam emisse feruntur, faciam id breuiter, tum ob infirmam valetudinem, tum ne verborum, allegationum, & phalerarum oblitteratione, adiectorum multiplicatione, veritas, perdatur, aut occultetur, q̃ sæpe fieri, eruditissimus Cardinalis Caietanus frequēter admonet, & experientia demonstrat, etiam in dictis scriptis, quibus perpensis respondere iubemur.

Dico igitur primo, q̃ si ego putarem meum responsum ab eo edendum, & typis excudendum, munitius ex officina nostra, licet paupere, prodijsset. Deinde gratias me agere, quā maximas possum, Reuerendissimo D. Episcopo, q̃ me multo maioris, quam merear, facit, & præfato excellentissimo Doctori, & primæ functionis humilitas mea modestè subire possit, tribuit. Vtinam D. Iesus, quando ego nequeo, vtriq; cumulatè retribuat. Tertio, certissimum esse, id quod præfatus D. Doctor multis probat de conscientia, multa minimè licere in illius foro, q̃ est Dei, quę licent in foro exteriori, & contra plurima licere in illo, quæ non licent in hoc. Quāuis quædam exquisita Baldi & Iasonis elogia quæ de quidditate, seu definitione conscięntiæ colligit, vulgò magis, quam eruditis probari debeant, per ea quæ

a 1.par.q. 79.art. 13. S. Thomas receptus tradit, [a] quæ nos in compendium redegimus in Manual.

b c.27.nu. 279. Confess. [b] & tetigimus in præl. 7. [c] vbi dicimus conscientiam non esse potentiam, neq; habitum, sed actum, & diuipræl.9.n.9. di in tres, scilicet testificantem, accusantem, vel excusantem & dirigentem, & hanc tertiam in certam, dubiam, & scrupulosam secari, quarum duæ, scilicet certa, & dubia, speciales obligant, etiamsi sint erroneæ, [c] ad parendum eis, vel certè deponendum eas; non autem tertia, siue scrupulosa, neque aliæ duæ, cum sunt generales contrariæ specialibus, cuius rei exemplum vbi supra ponimus, & ita fatemur cum præfato D. Doctore, quòd si prędictus Reuerendissimus retinet præfatam domum contra conscientiam suam dirigentem certam, & dictantem in specie contra iustitiam retinere se illam domum, peccare mortaliter, imò etiamsi retineret contra conscientiam dirigentem dubiam, quæ dictaret ei probabiliter dubitare debere, an retineat contra iustitiam, non autem si retineret eam contra conscientiam scrupulosam, per ea quæ vbi supra diximus, & latius tradidimus in cap. [si quis autem.] [f] in commentarijs tractatus de pœnit. decreti Gratiani iam pridem extra Italiam bis editis, & nuper in Vrbe tertio typis excusis. Quarto, q̃ præfatus Reuerendissimus Deiq; Opt. Max. vt ex eius dictis conijcio, timentissimus, non debet habere conscientiam dirigentem certam, nec dubiam, imò nec scrupulosam, quæ sibi dicter peccare ipsum mortaliter ob præfatæ domus retentionem propter ea, quæ præfatus præcellens Doctor in dicto suo responso scribit.

2 Primum quidem, q̃ videtur niti narratione facti parum suæ intentioni cōmoda, imò contraria. Vtitur enim illa narratione, qđ præfatus D. Petrus Camillus promisit prędictis fratribus obtinere dispensationē à Senatu Regio suis expēsis pro venditione præfatę domus quam fecit præfatis fratribus. Quæ narratio nihil cōtinet commodans valori contractus iam facti, vt palā est, cū actus ad cuius valorem est necessaria dispēsatio, non possit valere, antequam illa impetretur: non enim valet matrimonium contractū inter cognatos aliquo gradu intra 4. se attingētes, ante dispensationē impetratā, licet alter coniugū promittat alteri se impetraturū eam, [g] & qui ge. 1. et 11. resignat aliquod beneficium, reseruata sibi aliqua parte fructuū, vel pensione, & assim.

saluo

saluo beneplacito Papæ, si antequam obtineatur beneplacitum eius, capiat illam partem fructuum, vel pensionem, censetur simoniacus, etiam realis, vt pōtorium sacræ Pœnitentiariæ censet, & nos addemus prope diē in præfat. Man.

a c.23.nu. 107. conf. [a] & iussus necessarius ad adeundā hæreditatem præcedere debet, iuxta l.

b §.iussum. ff.de acqu. har. [si quis mihi bona.] [b] vbi Bart. communiter recept. & à Iasone [c] declaratus, idē dicit de permissione & licentia alienandi res Ecclesię, si est perpetua, & rei grauis, quia tractatus, & consensus qui sunt necessarij, debent præcedere, nec sufficit ratificatio postea ex interuallo facta, nisi certo modo vt Imolensis cōcludit, concordando opiniones diuersas, [d] quem sequitur Frācus, [e] qui alios refert. Ergo promissio de impetranda dispensatione alienandi non potuit validare alienationem, antequam illa à Se natu concederetur, & consequēter narratio illius promissionis non commodabat præfati D. præcellentis Doctoris intentioni, imò incommodabat, quia significabat uenditionem præfatam remansuram nullam donec obtenta dispensatione ratificarent illam partes.

c à nu.31.

d In c.3.de his quæ fiūt à præla.

e In c.1.n. 13.de reb. eccles. non alien. lib.6.

Secundo, q̃ nititur narratione falsa uel certè falsa sibi significante. Narratū enim fuit illi, qđ fuit obtenta dispensatio à Senatu regio, significando, qđ fuit obtenta dispēsatio conueniens intētioni p̃fati Petri Camilli, & fratrū de Baratis, & tpe opportuno, antequam prędictus Reuerēdissimus se miscere et negotio, qđ fuit falsum, non enim fuit conueniens intentioni præfatorū Petri Camilli, & fratrum, quia ut esset cōuenies illi, oportebat illā cōtinere dispensationē, ut Petrus Camillus uenderet prędictis fratribus absolutè, & qđ uenditionē factam regia eademq; summa potestas approbaret, quorū nihil continebat, qa solum continebat posse uenire ad uēditionē petitam in præiudicium consentientium, & etiam hæredum tm̃, & quod tot alia bona æquiualentia supponeret oneri fidei commissi, & ita nec approbanit dictam uenditionem antea factā ipsis fratribus, nec illa fuit facta cū modificationibus, quas adiecit Senatus. Nec Senatus fecit potestatem uendendi eo modo, quo ipse uendiderat absolute, ut palam fecit præfatus Reuerendissimus per tenorē decreti ipsius Senatus regij, & auctoritate instrumenti dictę uenditionis. Nec fuit impetrata tpe opportuno, quia fuit impetrata posteaquam Senatus tulerat, ne quidquam innouaretur super ea, posteaquā præfatus Reuerendissimus petiit prędictam domum sibi uendi, donec Senatus ea de re decerneret, & ita remansit dicta uenditio nulla, donec decerneret Senatus, aut ad petitionem Petri Camilli simpliciter decreuit, ut posset uendi seruatis his, q̃ in decreto continebantur. Postea precibus Episcopi uenditori & emptori intimatis, & auditis, decreuit Senatus, ut uenderetur Epo, modo emeret illam pro Ecclesia sua, cum onere soluendi pretium, & faciendi alia in eo contēta, & ita nec præfata dispensatio fuit facta eo modo, qui conueniret intentioni p̃fatorum P. Camilli, & fratrum de Baratis, nec tpe, quo posset ei prodesse imò causa cognita Senatus noue decreuit, ut uenderetur præfato Reuerendissimo, si uellet eā emere pro sua Ecclesia, & ita in piam causam, prout postea emit prędictus Reuerendissimus. Et consequenter patet, multa falsa, uel significātia falsa, narrata fuisse p̃fato D. Doctori, quibus tanquam fundamentis nitit̃ dictum suum resp̃sum; & fundamēto sublato, tollitur & corruit fundatum. [f] Equidē fateor, me quoque, si mihi narrata fuissent p̃fata, sic ut p̃fato D. Doctori, non fuisse responsurum omnino eo modo, quo respondi. Nec mirari debet Reuerendissimus, quòd præfatus D. Doctor magis credidit narratis sibi à parte se consulente, quā narratis mihi à parte contraria, quia frequēter partes aduersæ solēt crēdere aduersa, & informare patronos imò & iudices aduersæ: & Iurisconsultorum est respondere more Scæuolæ ad proposita, ut proponūtur.

f c.cū Paulus. 1.q.1. & c.seniēs de presb.nō bapti.

Tertio, cur præfatus Reuerēdissimus non debeat accusare se peccati, est quod nihil prodest aduersæ parti, dicere, quod sua D. Reuerendissima sciuit præfatam venditionem inter præfatos P. Camillum, & fratres de Biratis fuisse factam, & quod non debuit facere alijs, quod sibi noluisset fieri, & quod sciebat se displiciturum præfatis

P. Camillo, & fratribus, volendo domũ præfatam sibi emere, &c. quoniam ad hoc argumentum respondimus nos in responso nostro resolutius, clarius, & vberius, quam forte vsque ad illud tem poris fuerit responsum, in solutione quinti argumenti contra præfatum Reuerendissimum formati, quod percupio videri & serena mente pensari ab aduersa parte, ne cum offensa diuina contra stimulum veritatis calcitret.

Quartò, cur præfatus Reuerendiss. nõ debeat se accusare peccati, est, quod nihil obstat quod post emptionem præfatæ domus, non obstante decreto Senatus, & non obstãtibus quibusdã aliis, quæ iuuant, ipse voluit consulere sacrã Pœnitentiariam, & quosdam alios super iustitia illius contractus, & quod anxit eum conscientia sua, & quod contrauenies conscientiæ suæ peccat, &c. vt latius præfatus D. Doctor tractat.

a c. ad eius 5. dist. 3 Tum quia bonorũ mentium est cul pã timere, vbi culpa nõ est. [a] Tum quia faciens contra scrupulũ conscientiæ nõ peccat, vt supra dictum est, imò frequen ter multũ proficit, vt & nos adnotamus in Man. conf. [b] post D. Antoninum, [c] & Syluestrũ. [d] Tum quia Baldus & alij citati à præfato D. Doctore, vt supra dixi, nõ definierunt, nec diuiserunt conscientiã, eius naturam radicitus consideran do. Tum quia scrupulum habere, est ha bere argumentum aliquod apparens cõtra id quod credit vel opinatur, ut tradit Ioan. Gersonus Cancellarius Parisiensis, [e] & Adrianus, [f] quos referimus, & sequimur, [g] & Ioannes Maior. [h]

b cap. 27. nu. 282. c 1. par. tit. 3. c. 10. §. x. d In sum. ver. scrupulus. q. 3. e in tit. de regul. moral. qui est primus secunda partis operum eius col. 2. f in quolib. 2. fol. 28. pag. 2. g in cap. si quis autẽ. num. 13. de pœn. dist. 7. h li. 3. sent. dist. 25. q. 4. col. 3.

4 Vbi pulchre declarans illud, [i] Dubius in fide, infidelis est,] ait, nõ dici dubium in fide, qui habet scrupulum, hoc est aliquod motiuũ cõtra fidem, modo credat eã, sed qui deliberata mente ita dubitat, vt nullam partem credat. Quæ etiam satis sentit Caietanus. [k] Et quãuis quidam à præfato D. Doctore citati videantur asserere, non posse quẽ scrupulum & conscientiã erroneam deponere proprio iudicio, sed tantum alieno, & sui superioris, contrarium tamen est verius, per multa, quæ adduci possunt, & Syluester qui melius illis id pensauit, [l] dicit in hæc verba: [Immo dico quod hoc potest facere

i c. 1. de hæreticis. k in sum. ver. scrupulorum. l vbi supra.

E tuta conscientia ex consilio proprio, quando habet probabilem rationem, quod sic possit facere, maxime si sit do ctus,] hæc ille, qualis est præfatus Reuerendissimus.

5 Ad prædicta facit glossa recepta, [m] quatenus probat postulantẽ absolutionem ab excõmunicatione ad cautelã, non se fateri excõmunicatum, quia bonarum mentium est culpã timere, &c. & ita præfatus Reuerendissimus petens ad maiorem cautelam consilia, quæ petijt, nullarenus est censendus peccator, sed (vt ait gl.) bonæ mẽtis quæ culpam timet, vbi culpa non est.

m in c. venerabilem. in ver. postulauit. de elect.

F Quinto, q nihil proficiunt aduersæ parti ea quæ adducit contra Reuerendissimum de naturali obligatione, quæ in foro conscientiæ seruanda est, etiãsi in foro exteriori non seruaretur, super quo tam D. Episcopus, quam præfatus D. Doctor multa congerunt parum necessaria, quæ paucis poterant resolui.

n in extra. ua. adrepti mẽdi. ver.

6 Concedimus. n. aduersæ parti, obligationẽ naturalem quæ ex pacto & conuentione licitis, ẽt nudis nascitur, esse seruãdam in foro conscientiæ ẽtsi in foro exteriori Cæsareo nõ seruaretur, ut

denunciatio. o Et l. de pactis. p l. 1. & 2.

G tradit Bartolus cõmuniter receptus, & traditur in c. 1.º & alibi sæpe. At nega mus ortã esse vllam obligationem naturalem contra præfatũ Reuerendissimũ ex vẽditione facta inter præfatos Petrũ & Camillum, & fratres de Baratis. Tũ quia in illa nõ interuenit Episcopus, nec curator vllus eius, nec alia persona, quæ ipsum obligare potuisset, ut emptorẽ, vel ut uenditorẽ, & res inter alios acta alijs non præiudicat. P Tum quia nulla obligatio naturalis fuit orta ex illa uẽditione etiã contra præfatum P. Camillum pro præfatis fratribus, quia nullum pactũ, nec vlla conuẽtio illicita producit vllam obligationem naturalem. q At præfata uẽditio fuit illicita, quia fuit facta ab hærede cõtra iustum præceptum testatoris, ut palam est, quia certum est præceptũ testatoris factum hæredi, ne aliquã rem iusta de causa uenderet iuxta l. [filius famil.] r cum multis ibi per multos cõmentatores traditis. Certum itẽ, quod iusta dispositio testatoris habet vim legis iustæ, iuxta auth. de nu pt. [s] & ca. [t] [vltima uoluntas testatoris modis

lex. col. 4. tor. & est tes. 13. q. 2.

modis omnibus seruari debet.] Certũ item, quod hæres qui illicite omittit seruare iusta præcepta testatoris, compelli põt ad illa seruanda, [a] etiam per censuras ecclesiasticas, vt adnotat Couarruuias, [b] quod licet in specie non probet illius contextus, nec allegati per eũ, probat tamen ca. [licet.] [c] vbi potest hæres excommunicari, nisi seruet iustum præceptum testatoris, & constat apud oẽs, non posse quem excommunicari maiori excõicatione, nisi ob peccatum mortiferum. [d] Tum quia non prodest aduersæ parti, dicere qđ præfatus P. Camillus licitè poterat vendere præfatam domũ sub conditione, si Senatus dispensaret, & qđ ipse promisit in contractu obtinere dispensationẽ. Tum quia venditio fuit pura, & promissio de obtinenda dispensatione nõ fuit posita per cõditionem sed per modum & onus iniunctum ipsi P. Camillo, vt eã suis impensis impetraret, & modus, & onus iniunctum per viã modi, non faciunt dispositionẽ conditionalẽ, vt probatur in c. [verum.] [e] & tradit Bartolus, [f] & alibi sæpe. Tum quia si venditio fuit conditionalis, nullã obligationem produxit ante adimpletã conditionem. [g] Et cum conditio nunquã fuerit completa, quia, vt prædictũ, nunquam præfatus Senatus dispẽsauit, vt ille contractus valeret, vel fieret, imò totũ contrarium decreuit, ergo illa venditio nullã produxit obligationẽ, si fuit licitè conditionaliter facta, & cũ absolutè facta sit illicite, nullatenus vllã obligationẽ naturalem produxit, etiam inter partes, quãto minus in Episcopum, quia nullatenus in ea interuenit?

a c. si haberedes. & cap. Ioannes. de testa. b in d. ca. si haberedes. c de voto. d ca. nemo. et c. nullus. 15. q. 3. e Et c. fi. cũ eis adno. de cõdi. appo. f & l. 1. C. de donatio. quæ sub modo. g §. omnis. ff. de pact. h in c. impe rialem. de prohib feu. alien. i in consilio 185. nu. 6.

A

B

C

D

Sextò, quia nihil prodest aduersæ parti dicere, quod alienatio præfata, etiã si simpliciter esset inualida, valuit tũ in pudicium P. Camilli alienantis, ita quod remansit obligatus naturaliter præfatis fratribus ad interesse, iuxta Baldum, [h] per Fredericum & Decium, [i] quamuis aptius potuit allegari contextus ipsiusmet cap. [imperialem.] Sed, vt dixi, nihil prodest. Tum quia ex hoc non infertur, Episcopum, qui non alienauit, obligari ex illo contractu naturaliter illis, vel P. Camillo, cũ nullatenus per se, nec per alium, qui potuit illũ obligare, inter fuerit illi, vt prædictũ est in quinto argumento. Tum quia per hoc non excusatur à peccato mortifero præfatus P. Camillus, qui contrauenit scienter præcepto iusto testatoris, iuxtaque canonico, & Cæsareo, quibus prohibetur alienatio rei prohibitæ alienari iusto præcepto testatoris.

8 Tũ quia falsum est P. Camillũ præfatis fratribus teneri ad interesse, quia tunc vendens scienter malè, tenetur de euictione, & ad interesse, quando emptor emit bona fide, non autem quãdo emit mala, sciens rem esse alienam, vel sciens vẽditorem non posse illam iustè vendere, vt est casus in l. [si fundum.] & l. [emptor.] adiuncta glossa, [k] immo id probat etiam præfatum c. [imperialẽ,] ibi [bonæ fidei emptor.] ex quo glo. expresse id colligit. Tum quia qui vendit sciẽter liberum hominem pro seruo, & rem sacram vel locum religiosum pro profano ignoranti emptori, peccat qui dem mortaliter, licet teneat emptio in præiudicium vendentis, ad hoc vt emptor bonæ fidei, sed non malæ fidei, agere possit ex empto aduersus venditorẽ. [l] Et ita præfatus P. Camillus peccauit mortiferè alienando rem iustè prohibi tam alienari, & nõ valuit alienatio, nec fuit obligatus ad tuendam alienationẽ ininstam, & iniquam, sed ex maleficio tenebatur ad interesse præfatis fratribus, si emissent bona fide, ignorantes maleficium eius, & putantes domum illã esse liberam à præfata prohibitione alienationis: sed quia nouerunt cõtrarium, vt patet ex eo, quod cauerunt sibi, vt dispẽsatio impetraretur sumptibus P. Camilli, non obligauit eum, etiam ad hoc, vt ipsi possent agere ad interesse.

k ts. de euict. ibi. & l. si fundo. cum aliis multis ff. eo. l l. & liberi homines. & de contrah. empt. m in l. quonem, quæ nihil ad hoc faciunt, sed eis ties. la 1. C. de fideicõ. tractãt materiã præfatæ l. [quotiẽs.] pu tans

9 Septimo, q nihil ẽt prodest aduersæ parti dicere, quod præfatus Reuerendissimus sciuit alienationem præfatã, à P. Camillo fratribus de Baratis factam, antequã petijsset domum præfatã sibi vendi, eo quod, qui emit aliquam rem iam venditã alteri, sciens illam esse venditã, debet postponi priori emptori, ẽtsi prius fuisset sibi tradita, in quod allegat glossam, Albertum, Salicetum, & Iaso- *m in l. quo* legẽs multa scripta in l. [filius fa.[n] quæ *n §. diui. 2.*

tans plurimum id importare: non enim credebam allegari l. [quoties.] [a] quæ est propria sedes illius conclusionis, & incogitanter ad hoc allegaretur d. l. [quoties.] [b] Non ergo inquam prodest illud aduersæ parti. Tum quia illa glossa id non dicit, vt etiam Alexander & Iason ibi significarunt, & probatur, quia si diceret illud, maximè diceret per illa verba, [Bonam fidem.] At illa verba referuntur ad venditorem, & nõ ad emptorem, vt colligitur ex glossa in textum relata. Tum quia licet id diceret, & esset verum, per ea quibus Iason ibi, non in limitatione 2. vbi allegatur, sed in limitat. 9. [c] confirmat: tamen nihil facit ad propositum: quia loquitur de empto re secundo rei, qui sciebat venditorem prius vendidisse illam alteri venditione valida, & legitima, vt palam colligitur ex illa l. [quoties.] & ex mente omnium in eam comminiscentium. In proposito autem loquimur de secundo emptore, qui sciebat primam quidem emptionem factam, sed inualidè, iniustè, & iniquè; adeo quod etiã in cõtractu fuit expressum necessariam esse ad eius valorem Senatus Regij dispensationem. Tum quia regula, [d] est, [Non præstat impedimentũ, quod iure non sortitur effectum.] quæ plurimis exornari põt, præsertim illi multis quæ congerit Felyn. [e] probando quod de rescripto priuilegio collatione, lite cõpromisso, & alijs, quæ ipso iure sunt nulla, nihil est curandũ, nec vlla est facienda mentio.

a cap. de rei vendi. — c nu. 16. — d lib. 6. — e in c. ex te nore. nu. 2. de rescript.

10 Octauo, non etiam prodest aduersę parti. dicere quod venditio prefati P. Camilli fuit iurata, & quòd iuramentũ quod potest seruari sine interitu salutis æternæ; est seruandum, iuxta c. [verũ.] [f] & alia, quæ parum aptè citantur ad probandum quod ex illo contractu nata est obligatio naturalis contra Episcopum, qui eã tenetur seruare in foro conscientiæ; Non inquam id prodest. Tum quia D. Episcopus nec per se, nec per alium iurauit illam venditionem, & consequẽter non fuit ex eo nata vlla obligatio contra illum. Tum quia non omne iuramentum est seruandum, sed tantum licitum, & iustum: iuxta c. [si aliquid] [g] & tradit S. Tho. receptus, [h] vbi dicit nullum iuramentum contra iustitiam fa-

f Et cap. si vero. cum alijs, de iuretur. — g Et c. iurat. cap. in malis. 12. q. 4. — h l. 2. 2. q. 89. art. 7.

ctum, esse seruandum: pro quo casus in c. [animaduertendum.] [i] vna enim comitum requisitarum ad hoc, vt iuramẽtum sit licitum, est, vt contineat iustitiã & quod promissum est possit licitè siue peccato seruari, iuxta cap. [quamuis pactum.] [k] quatenus probat non esse seruandum iuramentum, si absq; dispẽdio salutis æternæ, ideſt sine peccato etiam veniali, vel sine impedimento maioris boni non potest seruari, vt ait præfatus S. Tho. [l] receptus ab omnibus. Quę omnia tradimus Man. conf. [m] Iuramentum enim non potest est vinculum iniquitatis, ideſt, non potest obligare aliquem ad vllam iniustitiam, & iniquitatem. [n] Cum ergo iniustum, & iniquum sit vendere rem alienam, vel suam quam habet cum obligatione iustè sibi posita nõ alienandi, vt prædictum est, præfatus P. Camillus non solum non tenetur seruare iuramentum, sed tenetur pœnitere, quod illicitè iurauit, & desistere à tuendo peccato, quod fecit: & certè, mea sententia, breuiter peccaret, qui consuleret illi, vt placeret sibi alienatio illa, & pergeret in illius defensione: perinde ac qui cõsuleret alicui, vt placeret illi fornicatio commissa, & in illius complacẽtia perseueraret. Et caueant sibi, quippè canones parum pensatos, & leges benè digestas, & applicatas, contrariũ illi consulunt. Tum quia si iuramentum esset licitum, non solum produxisset naturalẽ obligationem quo ad forum conscientiæ, sed etiam ciuilem quo ad forum exterius secundum omnes; & consequẽter dicendum esset malè iudicasse Senatum Regium, cuius tamen contrarium ipsamet aduersa pars asserit.

i 22. q. 2. — k de pactis lib. 6. — l Vbi supr. — m cap. 12. nu. 25. — n cap. ita ter cæteros. 22. q. 4. & ca. quanto. de iureiur.

Nono, quod illa, quæ ab aduersa parte geminantur & reiterantur de natura li obligationis. qualis nulla nata fuit cõtra Episcopum de iuramento, quod fuit illicitum, & nullatenus seruandum, & ad probandum præfatam venditionem absq; licentia & dispensatione regia valere, adeo sunt leuia, vt non sit opus eis respõdere: & adeo pro eiusmodi habuit ea Senatus Regius, cuius decretum aduersa pars laudat: vt noluerit dare licentiam vendendi etiam Episcopo, etiã pro Ecclesia, & in piam causam, nisi multis, & grauibus adiectis modis, & oneribus, vt ex

vt ex eius decreto maturitate magna edito constat. Et certè iure quis miretur aduersam partem ita sibi contradicere, vt neget ab vna parte posse Regẽ sine magna compensatione disponere de re, & dispositione sui subditi quo ad forum conscientiæ, & ab altera asserat, quòd venditio facta contra dispositionẽ iustam testatoris; quam Rex non potest sine iusta causa mutare, producat naturalem obligationem, etiam facta sine vlla Regis & superioris auctoritate, quo ad idem forum conscientiæ.

Decimò, & postremò, quod nihil prodest aduersæ parti id quod ait, Episcopum peccare cooperando peccato P. Camilli, quod admittit impediendo, ne adimpleat naturalem obligationem eum in foro conscientiæ ligantem ad tradendam præfatam domum præfatis fratribus. Tum quia, vt supra probatum est, P. Camillus nullam obligationem contraxit per illam iniustam, & nullam venditionem ad tradendam rem venditam. Tum quia præfati fratres, eo quòd fuerunt conscij præfatæ prohibitionis alienandi, non possunt petere iustè à P. Camillo rem ipsam, nec interesse, vt supra probatum est. Tum quia, etiam si præfati fratres bona fide emissent, non possent rem emptam petere, sed tantum agere ad interesse: ad quod nulla ratione dici potest obligatus Episcopus, & vt dictum est supra de vendente scienter liberum hominem, vel rem sacram id ignoranti, quia emptor etiam bonæ fidei non potest petere liberum hominem, vel rem sacram, sed tantum repetere precium, quod dedit, vel interesse, quod ob id sibi debetur non tantum ex contractu, quantum ex maleficio in eo facto, vẽdendo scienter rem, quæ non erat vendibilis, illud ignoranti. Salua in omnibus quæ iustior fuerit sententia.

SVMMARIVM.

1 *Vsura non est cassare censum annuum vitalitium, soluto aliquo precio etiam non iusto. nu. 2.*

2 *Contractus omnis non gratuitus est iniustus, si non seruetur precij æqualitas.*

Pensio seu annua præstatio per quintuplicem cassari solet. 3

Census annuus centum pro mille in vita accipientis valet. 4

Cassatio census vitalitij, recepta certa pecunia, reducitur ad uenditionem. 5

CONSILIVM X.

PEtrus, cui debebatur præstatio annua septuaginta duorum ducatorũ quoad viueret, tantum accepit à Ioanne ducenta scuta pro præfatæ præstationis annuæ cessione.

Quæritur primo, an contractus sit vsurarius.

Secundo, an sit iustus.

Tertio, quo nomine sit censendus.

1 Ad primam quæstionem respondetur, quod non est vsurarius; ea firma ratione, quam nos in Comm. de vsuris [a] ponimus, s. q. solus ille contractus, qui formaliter, vel æquipollenter est mutuũ potest esse vsurarius; & prædictus non est formaliter, nec æquipollenter mutuum; non quidem formaliter, vt palam est, neq; æquipollenter siue virtualiter, qm̃ Ioannes non põt condicere siue repetere 200. quæ dedit, neq; Petrus põt repetere, vel condicere prædictam præstationem: & ad hoc, vt quis fiat vsurarius, oportet, vt tradens pecuniam accipiat formaliter vel virtualiter aliquid vltra sortẽ vt mutui, vt dicimus vbi supra, [b] & quod cedens obliget se formaliter vel virtualiter ad dandum aliquid vltra sortem.

a Super ca. si fœneratoris. 14. q. 3. nu. 4. — b nu. 6.

2 Ad Secvndam vẽ dicendũ: quod prædictus contractus est iniustus: quia non est gratuitus, vt palam est, & cõtractus non gratuitus, siue sit nominatus, siue innominatus, in quo non seruatur æqualitas precij dati & accepti, est iniustus. vt definit Scotus, [c] relatus à nobis in Man. conf. [d] quod ipsum & S. Th. sen. fuisse ibidem dicimus: & 200. ducatorũ, quos dedit Ioannes, & precium annuæ præstationis 72. ducatorum ad vitã Petri non sunt æqualia, imò precium præstationis videtur excedere precium ducentorum scutorum vltra dimidium iusti precij. Tũm per l. [hæreditatũ,] [e] quæ probat præstationem annuam quo ad vitam eius, cui præstanda est, valere ad

c in 4. lib. sentẽ. dist. 15. q. 2. — d cap. 23. nu. 78. — e ff. ad l. Falcid.

minus

Universidad de Sevilla Biblioteca

minus quintuplum eius quod est quotã nis præstandum. Tum quia pensiones annuæ concessæ ad vitam pensionarij redimuntur communiter per solutionẽ quintupli auctoritate Papæ, immo multi ditiores, & qui non premuntur egestate, vel ægritudine aliqua, nolunt extinguere ob quintuplum.

3 Tum quia nos satis probamus in d. commen. de vsuris,[a] quod iustè possunt accipi centum quotannis pro mille, cũ ea conditione, vt cessante uita accipientis cesset obligatio reddendi ea. *a nu. 128.*

4 AD TERTIAM respondetur, quod non potest vocari cõtractus donationis gratuitæ: quia ab vna parte accipitur precium in pecunia numerata, & ab altera præstatio annua, quæ merx quædã est: nec potest appellari mutuum, vt dictum est in responsione ad primam, neque permutatio, nec locatio, vel conductio, vt palam est: sed põt appellari emptio & uẽditio: quia ab vna parte datur precium, & ab altera merx: potest etiam appellari cõtractus innominatus, do vt facias, iuxta l. [naturalis]: [b] quia Ioannes dedit, & Petrus facit cedens, quia cessit præfatã præstationem. Salua, &c. *b ff. de præscr. verb.*

SVMMARIVM.

1 *Contractus censiticos sine alia superioris licentia omnes inire possunt.*
2 *Census precium saltem redimibilis non est iure communi taxatum, expediret tamẽ taxari, sed an à cognoscente superiorem possit, non est certum.*

CONSILIVM XI.

IN ciuitate & diœcesi Cremonensi, & in tota prouincia Mediolanensi censuum contractus hactenus nunquam celebrati fuerunt, sed emphyteutici, seu libellarij in vsu fuerũt, ex quibus fructus ad rationẽ quinq; pro centenario percipiebantur. Verum quia à nonnullis annis nulli contractus hmõi super bonis Ecclesiæ conceduntur, pauci admodum super bonis laicalibus pecunias hoc modo implicare volunt, eo quod aliunde maius lucrũ iuste percipiant. Propterea conqueruntur ciues & incolæ pecunijs egentes, quod necessitatibus suis prouidere nõ possunt, & ideo ciuitas instãter petit ab Epo, vt velit permittere introduci vsum censuum iuxta formam datã in bulla Pij V. & taxare fructum, quitã stè & tuta conscientia ab huiusmodi cõtractibus censualibus percipi possit. Dubitat tñ Eps Cremonensis de duobus.

Primo, an prædictæ petitioni annuere debeat ex prædicta Bulla Pij V. quæ potius videtur tollendo abusus nouam formam censibus in locis vbi celebrantur, dare, quam concedere, vt vbiq; locorum etiam seruata forma ibi tradita indistinctè introducantur.

Secundum, an ipse vna cum decurionibus possit prefigere, & taxare fructum census, puta ad rationem 7. pro 100. habito respectu ad alia lucra, quę communiter in dicta ciuitate & diœcesi diuersis modis fiunt, & electa media & moderata summa, non autem rigorosa, nec pia, seu inferiori.

1 AD PRIMVM DVBIVM respondeo primo, quòd ciuitas Cremonæ, & suum territorium non indiget licentia noua Papæ, nec alterius superioris Ecclesiastici, vel sæcularis ad faciendum cõtractus censiticos, quia iure communi naturali, diuino, & humano est id eis permissum, vt copiosè nos post alios tradimus in Manu.[c] aut certe tangimus copiosius tradita in c. si [fœneraueris,][d] vbi late cõ minisc imur in extrauagantem prædicti Pij V. Secundo, quod Reuerendissimus Episcopus sine vllo scrupulo potest facere suis subditis facultatem exercendi prædictos contractus. Tum quia id non est dare facultatem nouam, sed declarare iure communi esse sibi datam. Tum quia, licet frustra impetretur quod iure communi conceditur,[e] potuit tamen prodesse ad tollendos scrupulos aliquorum trepidantium timore vbi non est timor; quod bonarum esse mentium dicit Gregorius.[f] *c cap. 7. ma. 234. d 14. 34. e l. 3. ff. ad mun. & cap. 2. cum de maio. & obed. f l. in toto ff. de regul. iur. cod. tit. lib. 6. d l. nam & posteriores. ff. de legib. e c. de lytis cont. est. ff. qui satisf. cog. g cap. si sta. ca. Eleutherius. 28. q. 2. c. præterea, de iure patrona. h in d. l. de precio. ff. de publ. in rẽ act.*

2 Ad Secundum dubiũ respondeo primo, quod iure cõi non est taxatum precium dandum pro annuo censu, saltem redimibili: & ideo in diuersis prouincijs diuersum statuitur, aut vsitatur, vt latius diximus in cõm. prędicto.[g] Secũdo, qđ arbitror cõuenire reipub. vt taxetur precium soluendum pro annuo cẽsu redimibili, circunspectis illis, quæ circunspicienda in dubio proponuntur; quam uis dubitari posset an ciuitas recognoscens Superiorẽ possit illud statuere, an requiratur auctoritas suprema: quę nõ recognoscat Superiorẽ: & in regnis Hispaniæ non est statutum illud à ciuitatibus, & Episcopis, sed à Regibus sæcularibus, vt in Castella, vel à tribus statibus, & ipso Rege, seu à Rege de cõsensu trium statuũ, vt in Nauarra. Salua, &c. *a Reg. quæ à iure de reg. iu. li. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Census perpetui irredimibiles constitui possunt sine circunstantijs à Pio V. requisitis. num. 3.*
2 *Lex non est generaliter intelligenda, si per specialem, uel aliquam rationem firmã limitatur.*
3 *Intellectus extrauagan. Pij V. annullantis pacta tollentia facultatem redimendi cẽsum.*

CONSILIVM XII.

STante extrauagante Pij V. lata super constitutione censuum, an possit constitui census perpetuus sine circunstantijs dictæ extrauagantis?

1 Respondendum videtur primò posse; quia dicta extrauagans nihil meminit de censu perpetuo; & cum sit lex exorbitans à iure cõi antiquo, vtiq; non debet extendi.[a] Secundo, quia ratio condendi præfatam extrauagantẽ fuit mẽs & voluntas tollendi contractus vsurarios, qui fiebant sub specie pactorum de retrouendendo, & emẽdo precio minore iusto propter gratiam & facultatẽ, quam amentes faciebant vendentibus de redimendo, quando vellent, vel vsque ad certum tempus eodem precio; quæ ratio & mens cessat in censu perpetuo irredimibili, vt palam est. *b l. de precio. ff. de publ. in rebus. c. solitæ. de maio. & obed. c l. in toto ff. de regul. iur. cod. tit. lib. 6. d l. nam & posteriores. ff. de legib. e c. de lytis cont. est. ff. qui satisf. cog.*

2 Non obstat, quod lex generaliter loquens, generaliter est intelligenda,[b] & præfata extrauagans loquitur generaliter de censu, nõ distinguendo de perpetuo & irredimibili, ac de temporali redimibili: quia obiectio nõ procedit, quoties lex generalis per legẽ specialem restringitur,[c] ẽt si specialis præcedat generalem,[d] cuius exemplum est in authen. [offeratur.][e] & in l. [sciendum.][f] At in casu proposito speciali legẽ statutũ est, valere constitutionem census perpetui sine facultate redimendi. 3 Nec etiam procedit dicta regula, quando est aliqua ratio firma illam restringens etiam sine lege speciali, iuxta glossam receptam,[h] At in casu proposito est maxima ratio restringendi, videlicet, quia in cẽsu perpetuo cessat mens & intentio legislatoris, vt supra dictum est. *g ca. Eleutherius. 28. q. 2. c. præterea, de iure patrona. h in d. l. de precio. ff. de publ. in rẽ act.*

3 Non ẽt obstat præfata extrauagans quatenus annullat pacta, quib. directè, vel indirectè tollitur facultas redimẽdi, & aufert præscriptionem centenariam, & immemorabilem: quia loquitur solũ de pactis adiectis censui temporali, & redimibili, & de præscriptione, quæ allegari posset contra hmõi facultatem; nõ aũt de pactis de non retrouẽdendo, nec redimendo, adiectis contractibus perpetuis sine facultate redimendi; ita quod in contractu census cum facultate redimendi non potest apponi pactum, vt illa facultas tollatur per lapsum alicuius temporis, puta per non solutionem pẽsionis intra certum tempus, vel aliquod aliud simile, ad tollendam facultatem redimendi in aliquo casu; & ita præsupponit agere de contractu, in quo apposita est ciusmodi facultas: quia priuatio præsupponit habitum,[i] & quia aburdum est dicere, quod non valeat pactũ de nõ redimendo censum perpetuum cõstitutum à testatore, vel donatore pro Missis perpetuo celebrãdis in aliqua Ecclesia, & quod faciet censum redimibilem, qui sine illo pacto erat irredimibilis: absurdum enim est dicere quod pactũ hmõi non solum sit nullũ, sed quod operetur contrarium eius ad quod ponitur, & qđ de censu alioqui perpetuo & irredimibili faciat temporalem, & redimibilem, cum tamen sit appositum ad maiorem declarationem perpetuitatis, & irredimibilitatis, contra l. [non oĩs,][k] & c. fi.[l] Deniq; dum extrauagans nulla sui parte vetat principaliter emi, & vendi census perpetuos, neq; pacta de non redimendo huiusmodi emptionibus apponi: sed velut i incidenter, & per adiectionem statuit, vt pacta, quæ tollunt facultatem redimendi, nõ valeant, præsupponẽdo clare, se statuere de emptionibus censuum factis cum facultate redimẽdi. *i l. decẽ. ff. de verb. ob. c. ad dissoltum à testatore, uẽdum. de perpetuo celebrãdis in aliqua Ecclesia, desponsi. im pube. k ff. si certũ petatur. l De verbo. sign.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Census annuus post extrauagãtem Pij V. non potest attenta illius mente emi, nisi totum precium numeretur & soluatur tempore contractus, de iure autem communi pro illo potest nolente venditore alia res solui, vel etiam debitum antecedens compensari. nu. 2.*

3 *Emptio annui census & cuiuslibet alterius rei, non potest contrahi, nisi certo precio consistente in pecunia numerata, pro eo tamen potest, volente venditore, alia res solui, modo simus extra casum Extrauag. Pij V. de censibus. nu. 1.*

CONSILIVM XIII.

AN constitutio census ob pecuniã longè antea à venditore debitam quæ non fuit soluta in pecunia numerata tempore constitutionis, sit valida?

1 Respondeo primo, quod nõ videtur valida, si est facta post extrau. se. rec. Pij V. quæ incipit, [Cum onus:] quæ videtur requirere, vt solutio totius precij census constituendi soluatur in pecunia numerata ipso tempore, quo constituitur: quamuis disputando forte teneri posset non probari hoc efficaciter ibi, vt in comm. de vsur.[a] insinuauimus. põderando, quod non dicit, [pecunia numerata soluta,] sed solum, [pecunia numerata,] & quòd dicit non posse totum precium solui antea, significando quod pars precij potest solui, sed quia quidquid verba sonent, videtur mens auctoris fuisse, vt totum precium in pecunia numerata soluatur tempore constitutionis, puto esse verum quod dixi.

a super c. 1. 14. q. 3. nu. 88.

2 Secundo rñdeo, quod constitutio cẽsus ante prædictam extrauagantem facta valet, si precium fuit constitutũ in pecunia numerata, licet solutio facta fuisset in alia pecunia, vel re, quæ nõ esset numerata pecunia. Tum quia extrauagãs illa quoad hoc ius nouũ inducit, & ita non se extendit ad præterita.[b] Tũ quia videtur quoad hoc valde rigorosa, & quadantenus cõtraueniens æquitati, quæ apud oẽs videtur dictare, pinguiorem esse solutionem, vno, duobus, uel tribus annis anticipatã, qua fruitus est venditor census sine vllo censu & interesse, quam eiusdem quantitatis solutionem tempore constitutionis, qua ne sciterat & quo modo sit fruiturus. Tum quia innumeri contractus venditionis censuum fuerunt facti ante prædictam constitutionem tam in his partibus, q̃ alibi, in quibus seruatum est quidem, vt precium constitueretur in pecunia numerata: quia id de substantia & essentia est emptionis, non tamen quod solueretur in ea, & articulo constitutionis, quod est de forma accidẽtali: & ita oporteret illos iudicare vsurarios, quod esset longè alieniſſimum, & absurdiſſimum à ratione prædicta contractus emptionis.

b c. 2. & c. fi. de const.

Tum quia ex neutra extrauaganti Martini V. & Calixti III. colligitur, quod sit necessarium, q̃ solutio fiat in pecunia numerata, licet prima magis id insinuare videatur, vnde nec Illustrissimus Toletanus in summa Conciliorum posuit eam inter sex conditiones, quas ex eis colligit, neq; ego inter octo, quas ante ipsum collegeram, dum Salmanticę extrauagantes illas prælegerem, & postea in c. 1.[c] quamuis ambo collegerimus, quòd precium debet constitui numerata pecunia, & q̃ totum debet solui, id est esse solutum, à tempore constitutionis, sed aliud esse, quod precium totum debeat constitui in pecunia numerata, & quod totum debeat solui: & aliud est, quòd totum debeat constitui, & solui in pecunia numerata. Tum quia extrauagantes prædictæ, quatenus loquuntur de pecunia numerata, videntur id facere ad significandum, quod is contractus debet iustificari ex natura contractus emptionis: qualis non potest esse, nisi precium constituatur in numerata pecunia, vt est textus irrefragabilis in §. [item precium.][d] Potest autem solui in alia re, quam in numerata pecunia, quod quotidie fit iure quidem per le. [precij.][e] cuius summaria tam Salycẽti, quam Baldi, habent in effectu, quod cõtractus emptionis non irritatur, nec desinit esse talis, eo quòd solutio fiat in pecoribus, vel alia re, quam numerata pecunia: & glossa ipsius respondens ad dictum §. [item precium,][f] sic ait, [potest autem solui in alia re, quam in numerata pecunia.] quod quotidie fit, & iure quidem, per dictam l. [precij.] in hoc clarissimam, quæ habet precium debere

c notab. 11. 14. q. 3.

d Inst. de empt.

e cap. de re emend.

f Inst. de

debere constitui in numerata pecunia quo ad conuentionem, sed non quoad solutionem, quæ volenti venditori potest fieri in alia re: quod ipsum paulo latius dicũt ibi Baldus, & Salicetus & Angelus[a] vbi Iason[b] id admonuit, & totus orbis hoc seruat: quod, non satis aduertunt quidam doctiss. Theologi, qui nullam dñam constituerunt inter conuentionem de precio, & solutionẽ eius: cũ tñ de essentia & substantia, & forma emptionis sit, vt precium constituatur in numerata pecunia, de accidentali vero, & voluntaria, vt solutio fiat in illa, vel alia re, quæ creditori placuerit. Tũ denique, quod præfatæ extrauagantes Pontificũ non damnant emptiones censuum aliter, quã ibi dicitur vt fiant, initas, sed solum approbãt illas, de quibus fuerunt prædicti Papæ consulti, vt palã est, ideo videntur reliquisse alias, quæ secundum naturam iustæ emptionis erãt licitæ, in suo bono statu. At emptio census constituto precio in pecunia numerata, soluto etiam ante in alijs rebus æstimatis illa quantitate, est iusta, immo iustior eo respectu, quo venditor maiore tẽpore fruitur precio: ergo, &c. Ob quę arbitror hanc partem esse veriorem. Salua quæ iustior fuerit sententia.

a in d. §. itẽ precium.

b in addit. ad Portiũ.

SVMMARIVM.

1 *Vendens rem certo precio conuertendo in annuos census, si relinquat illud penes emptorem obligantem se pro rata retenti precij dictum censum soluere, committit vsuram, nisi aliunde excusetur.*

2 *Emptor rei emptæ fructus percipiens etiam antequam precium persoluat, non tenetur ad vsuras precij non soluti de iure Canonico; post moram autem tenetur ratione fructuum perceptorum.*

CONSILIVM XIV.

QVidam vendidit domum alteri, pacto interposito vt de precio emeretur annuus census ad rationem decem vel nouem pro centenario, soluta precij parte reliquam partẽ emptor retinuit, promittens venditori se pro retento precio soluturum præfatam censuum rationem. vẽditori id placuit. Quæritur quid iur.

1 Respondeo primò, quod casus propositus duos contractus continet, quorũ prior est emptionis, & posterior promissio emptoris de soluendo censum pro parte precij, quod debeat ad rationem decem, vel nouem pro centum.

De posteriore autẽ, an sit vsurarius, videntur esse magnæ quæstiones. Pro parte namq; negante facit l. [curabit][c] quatenus secundum Bald. & Salicetum habet, quod emptor, qui percepit fructus rei emptæ tenetur ad vsuras precij non soluti. Secundo, q̃ accipere vsurã, seu aliquid vltra sortem pro interesse, etiam lucri cessantis, licitum est, iuxta glossam receptam,[d] & in casu proposito videntur capi illa nouem, vel decem annua pro interesse lucri cessantis.

c c. de actio nib. empti.

d in c. conto quæstus. de vsur.

Pro parte verò affirmãte facit primò q̃ de æquipollentibus idem est iudiciũ[e] & quod æquipollere videntur hęc duo, *mand.* emere prædium centum, & solutis decẽ retinere nonaginta, soluendo nouem annua, donec illa nonaginta soluat: & accipere ab alio mutuo nonaginta; & soluere nouem annua, donec illa nonaginta reddat. At palã est hoc posterius esse vsurarium, ergo & prius est tale. Secundo, quod accipere aliquid pro dilatione solutionis est vsurarium. vt probat prædictum c. [consuluit.] & nos post alios tradimus latius in comment. de vsur.[f] & quatenus secundum Bald. & Salicetum habet, quod emptor, qui percepit fructus rei emptæ tenetur ad vsuras precij non soluti. Secundo, q̃ accipere vsurã, seu aliquid vltra sortem pro interesse, etiam lucri cessantis, licitum est, iuxta glossam receptam,[d] & in casu proposito videntur capi illa nouem, vel decem annua pro interesse lucri cessantis.

e l. fin. ff. & quod æquipollere videntur hęc duo, mand.

f c. si fœneraueris. 14. q. 3. à n. 3. in 26.

Pro parte verò affirmãte facit primò q̃ de æquipollentibus idem est iudiciũ[e] & quod æquipollere videntur hęc duo, *mand.* emere prædium centum, & solutis decẽ retinere nonaginta, soluendo nouem annua, donec illa nonaginta soluat: & accipere ab alio mutuo nonaginta; & soluere nouem annua, donec illa nonaginta reddat. At palã est hoc posterius esse vsurarium, ergo & prius est tale. Secundo, quod accipere aliquid pro dilatione solutionis est vsurarium. vt probat prædictum c. [consuluit.] & nos post alios tradimus latius in comment. de vsur.[f] & quatenus secundum Bald. & Salicetum habet, quod emptor, qui percepit fructus rei emptæ tenetur ad vsuras precij non soluti. Secundo, q̃ accipere vsurã, seu aliquid vltra sortem pro interesse, etiam lucri cessantis, licitum est, iuxta glossam receptam,[d] & in casu proposito videntur capi illa nouem, vel decem annua pro interesse lucri cessantis.

SVMMARIVM.

1 *Mercator qui plura exercuit mercimonia, quæ vix sine fraude exerceri possunt, reputet apud se vt potest omnia, & verisimilem quantitatem damni restituat, & primo certa certis, deinde incerta paupe ribus.*

2 *Mutuans frumentum sibi restituendū post messem, modo non obliget mutuatarium ad reddendum melius, non peccat, licet speret quod ei reddatur nouum melius, & magis aptum ut conseruetur.*

3 *Societas contracta ad lucrum & damnum, cum pacto quod liceret ponenti operam loco fructuum seu lucri soluere certum interesse, licita est, modo ponens pecunias stat illas posuerit, vt starent eius periculo.*

4 *Gabellam fraudantes, & sub nomine suo permittentes fraudari, an obligentur restituere remissiue.*

5 *Census ante Pium Quintum, partim pecunia, partim alijs bonis certo precio æstimatis emebantur.*

6 *Pœna restituenda sortis in casu moræ soluendi censum ante bullam Quinti, appo ni & peti poteras.*

7 *Emens rem tanquam suppositam alicui cēsui, de quo tamen an iure subsistat dubitatur, non potest propria auctoritate spoliare existentem in possessione exigendi, potest tamen uelle, vt de illius iustitia agatur, nisi uendens in uenditione rem dicto oneri supposuisset.*

8 *Precium census redimibilis incertum, irredimibilis verò videntur esse viginti pro vno.*

9 *Societate finita, ob moram soluendi sortem nihil capiendum, nisi damnum quod ei inde prouenit.*

10 *Societas officiorum cùm reuocatur, possunt fructus decursi conuerti in sortem, & augeri societas.*

11 *Societas super officio non potest intri ultra valorem officij: & capere fructus ex re quæ non parit, est contra ius naturæ, nec tolerantia Papæ, quæ est solùm permissiua, & non approbatiua, excusat.*

12 *Vendens uineam tanquam liberam ei qui scit eam non esse talem, coram Deo non teneretur de euictione.*

13 *Vendi non potest res, dilata solutione in certum tempus. plus quam nunc valeat, nisi quando uendēs erat in dictum tempus seruaturus, dubitaturque an illo tēpore res sit pluris uel minoris ualitura. & nu. 14.*

CONSILIVM XV.

PRimum dubium est. Quidam, qui longo tempore exercuit nonnulla mercimonia diuersi generis, cùm tamen omnia mercimoniorum genera vix sine peccato exerceri possent, & propterea ipse potuit acquisiuisse aliqua illicitè, nescit tamen quantitatem. Pro illorum emendatione quid agendum est, vt suæ conscientiæ consulatur?

Secundum. Est solitum in quodam loco, quando mutuantur frumenta, quod mutuo recipientes, quando illa restituunt, reddant meliora, si licet recipere dictam melioration em?

Tertiū. Fuit contracta societas super mercimonijs cum pacto inter socios de stando lucro, & damno, vel q illi qui recipiebant pecunias, soluerent certum interesse conuentum illi, qui pecunias habebat, & dicti socij soluerunt illi interesse licet non tantum, quantum conuenerant, afferentes se velle etiam pro maiori eorum commodo magis de interesse soluere, quam reddere computa, & rationes dictæ societatis. Dubitatur, si licuit recipere dictum interesse.

Quartum. Fraus gabellæ aliquando facta est pro bonis fraudantis, & etiam, ab alijs sub nomine illius, absque eo tamen, quod ipse participaret de aliquo lucro: propter dictam fraudem, si tenetur ad restitutionem aliquam: & cui?

Quintum. Census iniri & constitui solebant ante cōstitutionem Pij V. partim cum precio, partim verò mediantibus bonis stabilibus æstimatis ab ipsis partibus, si liciti sunt?

Sextum. Ante dictam constitutionē Pij V. census fiebant cum multis pactis, & intra alia, quod in casu morositatis non soluentis dictum annuum censum, posset ille compelli ad restitutionē sortis principalis. An vigore dicti pacti cōpelli potuerunt censuarij ad restitutionem dictæ sortis principalis, propter quod natæ sunt lites, & damna? an eorū ratio habenda sit, & quæ?

Septi-

Septimū. Domus empta fuit cū onere certi cēsus, sed dubitauit emptor dictæ domus, q hmōi cēsus esset indebitus, & vsurpatus sup dicta domo, & ppea illū recusauit soluere, nisi oñderet q dicta domus eēt dicto cēsui obligata. Si licet?

Octauum. Itē si ante constitutionē Pij V. fuit licita exactio census ad 10. pro 100. & ēt post dictā constitutionē?

Nonū. Initis societatib. sup officijs il lisq; extinctis, si licuit recipere eosdem fructus, aut aliqđ vtile, facta oī diligētia de recuperāda sorte principali, q debitor morosus nō soluit. & aliqn nō est facta tāta diligētia, quāta potuit, si debeN tur dicti fructus post disdictā, & quāti?

Decimū. Qñq, dictæ societates renouant ī qb. cōnumerant fructº, & interesse decurſi ab illa disdicta. An sit licitū?

Vndecimū. Fiunt societates sup officijs, super quibus dant pecuniæ cū participatione fructuū dictorū officiorū, ad rationē 11. & 12. pro 100. super periculo vitæ ipsius dātis, vel alterius noīati, & dictæ societates fiūt ad certū tps dura turæ, & vt plurimū cōueniūt officiales, qui hñt eorū officia quasi locatitia pro similibus societatibus faciēdis, & pro diuersis ēt innumeris alijs societatib. obliC gata lōgè ultra q valeant dicta officia, & lōgè plus q fructus reddant vt recognoscāt bonā fidē, & currūt dictę societates periculo vitæ eius, qui dat pec. An licet, stāte ēt licentia, & tolerātia Papę?

Duodecimū. Est vēdita vinea ad instā tiā vnius creditoris p viā Curiæ, & cum onef certę rñsionis, emptor dictę vineę ḡrebat vendere alteri, & cedere iuri, & iste alter sciebat de dicto onere rñsiōis. q tñ vēditio, seu cessio effectu caruit, & iō ad instantiā eiusdē creditoris fuit de nouo dicta res subhastata, & vendita cū assertione, q res vēdebaf libera p q̄to D intelligebaf. & q emptor de eo se informaret, vñ ille, q volebat primo emere ab illo primo emptore, emit vigore istiº vēditionis sedæ, & subhastationis factæ ab illo creditore, seu iudice ad illiº istā tiā vēdētis, & sup vinea fuit detectū postea onus, pp q ille, q vēdidit, cogit ea uere de euictione, ex eo, q in sedā vēdi tione expressit dictā vineā eē liberā vbi tñ prius dixit esse grauatā. Quærit an ī foro conscīæ dictus emptor teneaf, ex

quo de dicta rñsione habuit notitiā ante dictam secundā venditionē factam.

Decimūtertiū. An sit licitū vēdere rē maiori pcio ad tps, q q tūc in pecu. numerata vēdi possit, pp dilatā dilationē tpis, & si non licet, an dēat hēri aliqua rō dicti precij pp dilatam dilationem?

Decimūquartū, & si vēdit frumentū, aut vinū pro precio, quo cōiter tali tpe valebit, & pecuniam exiget, an liceat?

1 AD PRIMAM QVÆSTIONEM rñdeo, q is, qui varia mercimonia exercuit, debet secū reputare vsq; ad q̄tā quātitatē verisimilē ,pximi nocuit, & si pōt meminisse q̄tū aliquib. certis personis nocuerit, restituere eisdē. a & si nō pōt ad memoriā reuocare q̄tū aliquibus certis pſonis nocuerit, vel meminerit, q alijs nocuit, sed non recordaf, dēt bona fide reputare quantū plus, vel minus potuit nocuisse eo mō vt restituere teneatur, & restituere illud pauperibus, vel impēdere in alia opera pia, iux. tex. & gl. b

a Arg. c. ea te. de iure iur.

b c. cum tu. de vsu.

2 AD SECVNDAM, q si expresse, vel tacitè cōueniaf, vel consuetudo hēat, q mutuarius reddat melius frumētum, q̄ accepit, peccat mutuās, & tenef restituere illud plus; q accepit, c sed si nō fiat cōuentio, nec cōsuetudo obligat ad reddē melius, sed contingit, q cū teneatur reddere idē in spē, reddit melius frumētū, eo q est sanius, vel nouius ad conseruandū aptius, nō peccat accipiēdo, nec tenetur restituere, ēt si minus principaliter motus fuerit ad mutuādū frumentū, q reciperet melius: ea tñ mēte, q cōtentus foret restitutione frumēti æquè boni, nec peteret amplius, neq; cōqueretur, qm spes illa minus principalis nō facit mutuū vsurariū, iux. gl. receptā. d

c Arg. c. 1. & 2. 14. q. 3.

d in c. cōsu luit. de vsur.

3 AD TERTIAM, respondeo, quod, si supradicta societas erat vera, ita quod capitale non maneret saluum conferēti pecuniam, imò si perderetur, periret illi, & nō alijs socijs, satis licita esset, si autem capitale, seu sors principalis debeat salua reddi conferenti, non esset licita, p ea q nos post alios scribimus ī Man. e

e c. 17. nu. 251.

4 AD QVARTAM respondeo, primo, q eius decisio pendet à decisione illius grauissimæ quæstionis. An gabella possit salua conscientia fraudari ab eo, qui se subijcit pœnæ impositæ fraudanti, si damnatus fuerit in foro exteriori.

Secundo, q̃ ad eius decisionẽ præmissimus, & cõsideranimus altiora, & plura, quã qui ante nos eam tractarunt, in dicto Man. [a] ex quibus diligens lector poterit colligere vtriusq; decisionẽ, quãuis ea nõ sine causa ibi est obnubilata.

a c.17.à n. 202.

5 AD QVINTAM rñdeo, quòd cẽsus impositi ante extrauagantẽ. Pij V. non desinunt esse liciti, propterea quod pars precij fuisset soluta in pecunia numerata, & pars in alijs iustè æstimatis, si alia necessaria fuerunt seruata, qm̃ ante illã precium cẽsus poterat solui in alijs bonis, quã pecunia numerata, imò & remittendo debitum à venditore soluendũ emptori, cum finis extrau. prædictę habeat, nõ esse illi locum in cẽsib. ante illã cõstitutis, vt per eius tenorẽ patet.

6 AD SEXTAM rñdeo, q̃ ante pdictam Pij V. constitutionem iustè poterat apponi pœna restitutionis sortis in casu contractæ moræ soluendi censum, & ita peti potuit & põt restitutio prædictæ sortis post cõtractam moram imò & impensæ & damna ob illam litẽ consequuta deberent̃ à tali moroso, eo modo quo in alijs litibus debent̃ ab in-

b De dolo cõ iuma. & in toto ti. de ea lũn. & C. de pœna temere litig. iusto litigante, p not. in c. [finẽ litib.] [b]

7 AD SEPTIMAM rñdeo, primo, q̃ si ille, cui deberi censum in instrumento emptionis dr̃, est in possessione accipiẽdi censum, non licet negare illius solutionem, quia esset priuare ipsum auctoritate propria, quod non licet. [c]

c Toto ti. de rest. spol. in l. si dederit. ff. de in.

Secundo, q̃, si non esset in possessione percipiẽdi illũ, nec spoliatus ab ea, nec fuit mens vẽditoris obligare ementẽ ad plus q̃ ipse debebat, ponderanda essent verba instrumẽti, an p ea satis probare tur cẽsus ille impositus contra ementẽ, & si satis probaret̃, non liceret negare, & si nõ probaret̃ satis, posset negare solutionẽ, qa possessor in dubio nõ tenet̃ id qđ possidet indiscussum dimittere. [d]

d l. illud. ff. de pet. hær.

8 AD OCTAVAM rñdeo, quod Pius V. non statuit quantitatem precij dandi pro censu, & ita non est definitum quod sit iustũ pretium census redi-

e Arg. gl. cõmuniter re ce. in auth. mibilis, licet p cẽsu irredimibili videatur dari debere ad rõnes 20. pro vno, [e] & ita ẽm varias terras carius est precium census redimibilis, vt nos latius dixi-

perpetuę. C. de sacrosan. eccles. mus in commentario prædictæ extrau.

9 AD NONAM rñdeo, q̃ non vr̃ licere socio conferenti pecuniam, capere aliquid vltra sortem post disdictã, siue post recessum à societate, pro tpe post illum recessum currente, quia iam cessat societas, & periculum perdendi sortem, ratione quorum poterat accipere aliquid vltra sortem, & causa cessante cessat effectus. [f] Nec obstat, quòd socius sit in mora soluendi. Tũ quia mora nõ reddendi mutuũ non inducit ius petẽdi aliqd vltra sortẽ. [g] Tũ q̃a p aliã actionẽ, vel offm̃ iudicis poterit recuperare dãna, vel impẽsas. Tenetur tñ vltra sortem reddere dãnum, quod dedit, eo modo, quẽ singulariter ait S. Thom. receptus, quẽ [h] in alio cõsilio retetimus.

f c. cũ cessã de appel. g c. cõsulunt de vsur. h In 22. q. 62. art. 4.

10 AD DECIMAM rñdeo primo, quòd non satis intelligo quæstionem. Secundo, quòd si mens quærentis est, an liceat post disdictam renouare societatẽ, & quòd quãtitas ad q̃ ascendũt fructus q̃siti ex priori societate, ponatur in societate: Rñdeo, quòd non video cur non liceat, cum liceret ei pecuniam ex priori societate extractã cũ reliqua lucrifacta ponere ī societate penes aliũ. [i]

i Arg. l. de ludi. ff. ad l. Aquil.

11 AD VNDECIMAM rñdeo, quòd cõtra ius naturale vr̃, vt cõtrahatur societas sup lucro officij, quòd sperat officialis. vltra valorẽ, quẽ valet ipsi officiali offm̃ suũ, super cuius fructib. contrahit̃ societas: p ea q̃ in c. [si fœnerauerit.] [k]

k 14. q. 3.

dũ ea ratione probamus iure naturali prohiberi vsuram, eo quòd ex re q̃ non parit quæritur partus, & tolerantia Papæ, qui solum permittit, & non approbat actum, non facit eũ licitum, iux. gl. celebrẽ, [l] & licet periculũ mortis possit iustificare cõtractum donationis, vel aliũ de se licitũ, factũ cum cõditione, vt dans pecuniã perdat illam, si moriatur intra illud, aut illud tps: nõ tamen põt iustificare contractum de se illicitum, qualis est societas sup re infructuosa. [m]

l c. denique 4. dist. m Arg. c. cũ Paul. 1. q. 1.

12 AD DVODECIMAM rñdeo, quòd in eius propositionis linea pen. vr̃ positũ verbũ, [emptor], p verbo, [vẽditor.] Scđo, quòd in casu proposito venditor nõ tenetur in foro conscientiæ ipsi emptori pro responsione, quia emptor scie bat illam deberi à vendente vineam. [n]

n Per l. 2. §. vẽditor sub fi. ff. de act. empt.

13 AD DECIMAMTERTIAM rñdeo, quòd qui vendit rẽ carius iusto ptio pp dilationem datam ad soluendum, admittit

mittit peccatũ usurę, nisi dubiũ esset, an res vendita pluris valitura sit tpe solutionis, & venditor seruaturus esset illã vsq; ad illud tps, iux. c. [in ciuitate.] [a] vt nos declaramus in dicto Manual. [b]

a iuncto ca. de vsur. b c. 17. nu. 206. et 210.

14 AD DECIMAMQVARTAM rñdeo, q̃ licet vendere rẽ pluris, q̃ valeat tpe venditionis, dilata solutione, concurrentibus duobus alterũ, q̃ ipse vẽditor volebat seruare rẽ vendendam vsq; ad tps solutionis faciendæ: alterũ, quòd esset dubiũ, an tpe solutionis valeret illa res plus, vel minus, q̃ precijũ constitutũ. census est in d. c. fi. [c] & resolutio communis in d. cap. [in ciuitate.] Salua, &c.

c De vsur.

SVMMARIVM.

1 *Census empti pretium debet solui in pecunia numerata.*

1 *Census impositio, cum pacto vt etiam re censuaria perempta solui debeat: vel ne illa alienari possit, vel ea alienata censuarius non soluente emptore censum soluere teneatur & non soluendo puniatur, vsuraria iudicanda, & ad formam bullæ Pij V. reducenda nu. 2.*

CONSILIVM XVI.

D. Gaspar debebat Aug. quandã pecuniæ summã, & an. 1568. mense Maij cõuenerũt inter se, vt Gaspar venderet ei censum redimibilẽ sup̃ sua domo, ad rõnem octo pro centũ, cũ pactis, & cõditionibus, vt Gaspar teneat̃ illum soluere, & qũocunq; pereat domus ipsa, & q̃ nõ possit illã vendere in piudiciũ Augustini, & q̃ in casu venditionis, si emptor nõ soluerit cẽsum, remaneat Gaspar obligatus ad illũ soluendũ & q̃ nõ soluẽs tpe statuto, ĩcurrat talẽ pœnã. Quærit an hmõi cõtractus sit validus?

Rñdet primo, agere me gratias DD. consulentibus, q̃ meo dignantur stare iudicio, qđ vt è vultu Dei prodeat, oro ipsum omnipotẽtissimum & maximũ.

Secundo, q̃ fel. recor. Pius V. edidit extrauag. cuius initiũ est, [Cũ onus,] circiter duobus mensib. antequã heret is, de quo quærit cõtractus censuicus: per q̃ determinauit, oẽm contractũ cẽsuicũ aliter vel in alia forma factũ psumendũ esse fœneratitiũ. Et q̃ is cõtractus non fuit factus ẽm illius formam. Primo quidẽ, quia precijũ census p eum impositi, & venditi D. Gaspari p̃dicto à D. Augustino nõ fuit solutũ in pecunia numerata, quia pro eius precio fuerunt accepta in solutũ multa, q̃ debebat Augustinus ipsi Gaspari, vt in codẽ cõtractu expresse dr̃, & p̃fata extraua. statuit ne aliter vllus census constitui possit. Secundo, q̃ p contractũ p̃dictus Augustinus vẽditor census obligat se ad eum soluendũ, qũocunq; ẽt casu fortuito res ipsa immobilis, sup̃ qua imponit̃ cẽsus pereat, q̃ est ex pse cõtra p̃dictã extrau. Tertio, q̃ per hunc contractũ cõuenerunt partes, ne bona, sup̃ quib. imponebat̃ census vllatenus vendi vel alienari possent, q̃ p̃dicta extrauagãs prohibet fieri. Nec p̃dicti cõtrahentes vñr excusari posse allegãdo, q̃ non fuit p̃hibita simpliciter oĩs alienatio, sed tñ illa q̃ fieret in piudiciũ census impositi. Tũ q̃a vix fieri põt, vt illa sine piudicio aliquo fieri queat, si res satis introspiciat, cũ psona, q̃ solutura est cẽsum, mutet̃, & ipse opponere possit aliquas exceptiones peremptorias, vel dilatorias, quas nõ opposuisset, nec potuisset opponere impositor & venditor eius. Tũ q̃a vr̃ emptori census tolli ius p̃ferendi se in emẽdo illã rem pro eodẽ pretio, qđ extrauagans prædicta illi concedit. Quarto, q̃ p̃dictus Augustinus remãsit obligatus ad soluẽdũ cẽsum, si is in quẽ res census fuit suppositus alienaret̃, non soluueret illum, quod est contra prędictam extrau. vel mentẽ conditoris eius, q̃ voluit, ne qui imposuit cẽsum, si vẽderet̃ bona sup̃ quib. poneretur ille, solueret amplius illũ. Quinto, q̃ per hunc contractũ remãsit p̃fatus Augustinus obligatus ad soluendũ cẽsum, ẽt re supposita illi perẽpta, & extrau. p̃dicta statuit, vt re ẽt pro parte pereunte, pars quoq; census periret. Sexto, q̃ extrau. prædicta præcipit, ne vllam pœnã ipso iure incurrat venditor census, eo quod nõ soluat tempore statuto, & per hunc cõtractum imponitur pœna grauissima perdẽdi ipso iure multa, vt ex ipso apparet.

Tertio principaliter rñdeo, quòd ex p̃dictis infert̃ p̃fatos DD. consulentes rectè facturos, si p̃dictũ contractũ in iuridicã formã reformauerint, antequam index vllus contra illos processerit, imponendo eis crimen vsuræ. Tũ quia ẽt

iure cõi antiquiore prædictæ extrauag.
malè cõtraxerunt, ponendo secundam,
tertiam, & quartam conditiones, vt sa-
tis colligitur ex his quæ scribimus in
commentario de vsuris, [a] vbi ponimus
prædictam extrauag. multis glossis &
quæstionibus ornatam. Salua, &c.

a Super c. si fœnerauerit 14. q. 3. à nu. 69. & not. 22. & seq; in fine.

SVMMARIVM

1 *Census redimibilis positus super re immobili, cum pacto, quod si incapax inueniatur, censeatur positus ad electionem emptoris super omnibus bonis constituẽtis, est contrarius extrauag. Pij V. & illius mens, & etiam contra iura prohibentia & suram palliatam, nu. 2.*

CONSILIVM XVII.

AN qui emit censum redimibilem constitutum super re immobili suis finibus designata, cum pacto, quod si inuenta fuerit incapax talis census, cẽ featur impositus generaliter super omnibus bonis constituentis ad electionẽ emptoris, sit censendus vsurarius, extan te maximè extrauagante Pij V.

1 Respõdeo primo, quòd in terris, in quibus est recepta prædicta extrauag. de rigore iuris censendus est prædictus census positus contra illam, aut certè eius mentem & in fraudem eius, quod idem est, [b] & in foro exteriori uidetur iudicandus usurarius, per ea quæ nos adnotauimus in commen. de usur. [c]

b c. penult. de reg. iur. lib. 6.

c Super d. extrau. glo. 2. nu. 86. & sumptio usurariæ pravitatis, quã induim q. 25. 26. 27. 28. 29. 46.

Secundo, quòd punctus & ingulũ hu ius qõnis propositæ uĩ esse, an hæc prę sumptio usurariæ pravitatis, quã indu cit ꝓdictum pactum assecurationis, tol latur ex eo, quòd plus q̃ illud adijceretur, principaliter fuit, constitutus cẽsus in re certa limitibus suis designata. Nã pro parte affirmãte facit qđ nõ refert, qd de æquipollẽtib. fiat, [d] & quod adiectio prædicti pacti, quod si res immobilis sup qua fuit cõstitutus census inueniretur incapax ad constituendum illũ super ea, censeretur impositus sup oĩb. alijs bonis cõstituentis ad electionem emptoris, uidetur æquipollere, & nõ plus operari, quã cautio, vel fideiussio, qua promitteretur habilitas & capacitas rei, super qua imponebatur cẽsus.

d l. fi. ff. mã da.

2 Sed ꝓ eõtraria parte facit, quod nõ sunt illa æquipollentia. Tum qa longe maioris effectus est translatio census de vna re in aliam, præsertim incertã, & eligendã ab emptore, quam sit cautio, uel fideiussio, qua ꝓmittitur assecuratio capacitatis rei, super qua cẽsus imponitur. Tum quia illa cautio nõ operatur plus quã cautio de euictione. Tũ quia multò securior sit emptor cẽsus per illud, quã per hoc, ut palã est. Tum quia præstatio prędictę cautionis non est cõtramentem extrau. q̃ fuit facere participẽ periculi perdendi censum emptorẽ fiẽret emptor ꝑdĳ participat periculo pdendi illud casu aliquo casmatis, belli, uel alterius generis perditionis: imò est secundum mentẽ eiusdem, quæ uoluit, ut tãdiu securus esset census, quandiu secuũ esset prædiũ, & non ultra; Tũ qa ꝓ adiectionẽ prędicti pacti securitatis, alteratur multum & notabiliter modus cẽstituendi censum: per quã alterationẽ fit, ut alio modo, quã ordinato per illam extrauagantẽ contrahatur cẽsus, & extrauagãs prędicta expresse statuit, quod contractus, per quẽ constituitur census alio modo, quã per illam ordinario, censeatur usurarius. Tũ qa per adiectionẽ prædicti pacti uĩ creari actio q̃dã personalis contra constituentẽ censum, ita quod possit ab eo peti census ét perdita re, super qua fuit impositus, cũ tamen extrauagans solum intendat ut contrahatur actio realis contra possidẽtem rẽ censuariam, quicunq; sit ille, & nõ cõtra uendentẽ illum, si res illa pereat, uel ipse desinat eã possidere, & nos probamus contra Sotũ, & Couarruuiã, nõ posse cõstitui cẽsum super persona, ita ut actio psonalis nascatur cõtra cõstituentẽ illũ. Tum deniq; ꝙ per adiectionẽ hmõi pacti aperiretur uia facilis ad exercendas usuras: qm̃ fere tam facile inueniet quis emptorẽ census cum hmõi pactione, ac inueniret mutuantẽ sub usuris, si id facere liceret, & quasi tã securè posset qs emere cẽsum cum hac pactione, ac mutuãdo ꝓ usura sine illo pacto. Per quæ oĩa ꝑculdubio puto hu-

e De usuris cap. ult. not. de pœn. & c. ad nostram emp.

iusmodi contractum esse contra ꝑdictã extrauagantẽ & mentẽ eius, imò ét contra ipsa iura communia, non solum uetantia usuram formalem, quę fit mutuo formali, sed ét uirtualem, siue tacitam q̃ illi æquipollet, iux. c. [in ciuitate.] [e]

SVM-

VMMARIVM.

1 *Census emptio non vitiatur: eo quod nulla habeatur ratio valoris rei super qua imponitur, modo sit immobilis, valens quot annis tantam vel maiorem quãtitatem reduuum, quam est census impositus: eius vero precium non est determinatum iure, sed varium pro diuersitate regionis, num. 2. potestque conuẽiri vt detur fideiussor quod census potuit super dicta re imponi, sicut secundum morem regionis à venditore rerum præstari solet cautio de euictione, cui hæc similis est, num. 3. sed non quod census statuto tempore soluetur, nume. 5. nec potest conueniri vt soluatur ante finem anni, nisi ibi sit mos quod pensiones ante soluantur, nume. 4.*

CONSILIVM XVIII.

QVæritur, an emptioni census annui perpetui sexdecim pro 200. possit adijci fideiussor de soluendo censu termino stato, & ꝙ vendés potuit imponere illum prædio censuario: nulla consideratione particulari habita de valore prædij, super quo imponitur census, & ꝙ dimidium census, soluatur singulo semestri.

1 Respondeo primo, ꝙ nullo iure cõmuni, nec nouo extrauagãtis Pij V. est necessaria inquisitio de valore prædij censuarij, sed satis est, quod illud sit res immobilis, & quod verè reddere possit quotannis tantam vel maiorem quantitatem redituum, quàm sit census impositus ei, per ea quæ nos addimus illi extrauaganti. [a]

a In eius cõmenta. quæ fecimus in trac. de vsu. super ca. 1. 14. q. 3.

2 Secundo, ꝙ nullo iure antiquo, nec nouo illius extrauagantis definitur iustum precium census annui, quod secundum varietatem regionum varium esse [b] ostendimus, testando, quod in Aragonia centum soluuntur pro quinque, & in Nauarra sex, & in Castella pro septem centum, & aliquando amplius, & in aliquot partibus Galliæ pro decem, & etiam in Germania, vt significant extrauag. [c] & in Vrbe vidimus solui pro nouem: & ita si mos illius regionis habet, vt octo emantur per centum, iustum reputabitur precium.

b In d. cõm.

c 1. & 2. de empt.

3 Tertio, ꝙ arbitror iustè posse dari fideiussorem à venditore, qđ potuit vẽdere illum, & quod est benè impositus. Tum quia de natura venditionis est vt venditor teneatur de euictione, & non uidetur voluisse auctor eius tollere illa, quæ sunt emptioni naturalia, qualis est euictio, iuxta tex. adiuncta glos. [d] Tum quia secundum morem regionis, in qua contrahitur, est danda cautio de euictione. [e] Tum quia expressio eius, quod tacitè inest, nihil nocet, [f] & in emptione venditor tenetur tacitè de euictione, vt prædictum est.

d in l. pacta. cõuenta. ff. de contrah. e l. si funde. ff. de euic. f Leg. 3. ff. de leg. 1. c. de electio.

4 Quarto, quòd nullo iure antiquo, nec nouo extrauag. prędictę præscribitur tempus, quo census huiusmodi debeat solui: sed videtur quod est soluendus tempore quo pensio: illa vero soluenda est tempore, quo inter partes cõuenit, secundum glo. recept. [g] & si nihil conuenit, more regionis, secundum eãdem glo. & Bart. [h] & si nec vllus mos regionis est, in fine anni, secundum eandem gl. & Bart. Quibus vĩ consequẽs, quod si dimidium pensionis est soluendum in fine semestris, & consequenter dimidium census est soluendum in eo, potest adijci pactum de soluendo dimidium cẽsus in fine semestris. Sed dubiũ est, an partes conuenire possint, vt huiusmodi cẽsus soluatur prius q̃ mos regionis habeat. & puto quòd non: quia per præfatam extrauag. vetãtur oĩa pacta, quibus venditor cẽsus grauatur vltra ius commune. At iure cõi, si nihil actum est, nec more regionis aliud statuitur, cẽsus vĩ soluendus in fine anni, ut pensio soluenda est, per supradicta. ergo uĩ grauari uenditor per pactum de soluendo dimidio in fine semestris.

g l. adẽ. C. de locat. h Ibidem.

5 Quinto, quòd datio fideiussoris de soluendo censu tempore debito uidetur esse aliquod grauamen uenditori census, qui nullo iure communi tenetur ad dandum illum fideiussorem: cui uidetur consequens, tale pactum non posse adijci, quia uidetur esse contra præfatam extrauagantem. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Census si ematur cum pacto vt soluatur liber ab onere & gabella, quæ de iure ad empto-*

emptorem spectat, vel vt soluatur secũdum, formam obligationis Cameralis, est contra extrauagantem Pij V.

2. *Generale pactum, & mandatum intelligendum de ijs quæ licitè fieri possunt, & ita vt excludat delictum.*

CONSILIVM XIX.

AN census constitutus super aliquo prędio certo, & finibus rectè designato, cum conditione vt soluatur liber ab omni onere, impositione, gabella, & vectigali, sit contra formam extrauagantis Pij V.

1 Respondeo primo, q̃ si contrahentes intellexerunt de libertate ab onere soluendi impositionem, & gabellas, seu vectigalia, quę iure communi deberent per emptorem adimpleri, est contra formam extrauagantis Pij V. Tum quia per prædictam extrauag. uetantur pacta, per quæ uenditor census obligatur ad aliquid, ad quod iure communi non tenetur, præter quam ad solutionem cẽsus, & per prædictam conuentionẽ obligatur uenditor ad soluẽdum impositionem, gabellas, & uectigalia, quæ soluere deberet emptor. Tum quia uenditio census cum obligatione ad soluendum illum in forma Cameræ non ualet, ut tradimus nos in commen. de usuris. [a]

a q 21. super prædictã extrau. num. 116.

Secundo, q̃ si contrahentes intellexerunt de libertate in soluendis oneribus quæ deberet uenditor census propter prædium, super quo uendebat illum, uel ob aliquid aliud, nõ est contra formam, neque mentem extrauagantis prædictæ, quia per illud pactũ non obligatur ipse ad aliud, quam ad id, ad quod iure tenetur.

b c. 1. de regu. iur. & l. merito. ff. pro socio. c. l. si procurator. ff. de cõd. ind. e. c. 1. de tureiu. l. 6. cum si mulib.

2 Tertio, q̃ in dubio uidetur præsumendum eos intellexisse secundo modo, quia in dubio non est præsumendũ delictum. [b] Tum quia mandatum generale ad aliquid faciendum, est intelligendum de eo, quòd potest fieri licitè, & non est attendendum ad id, quod potest illicite fieri. [c]

SVMMARIVM.

1 *Vsura non est, si do tibi irreuocabiliter scuta ducẽta, vt certum quid annuum mihi, quo ad vixero, des; quia non est mutuum, sine quo non est ẽsura.*

Aequalitas dati & recepti requiritur etiã 2
in contractibus innominatis, do vt des vel facias: at in sponsionibus non ita exactè requiritur, nu. 3.

Annua præstatio vitalitia, ad hoc vt sit iu 4
sta, debet ita cõputari, vt tot sint præstationes annuæ, quot præsumitur vitam duraturam, computato etiam periculo quod citius forte moretur æquipollens ei pro dicta præstatione recipitur.

CONSILIVM XX.

DEdit Maria ætatis 50. annorum, & post longas infirmitates ualetudinaria, ducatos 200. sub conditione tamen quod dictæ Mariæ, uel fratri suo, qui tunc 60. erat annorum, tot mensuras uini, & tot aliarum rerum annis singulis, & ad eorum, uitam tantum donare teneretur, & post obitum prædictorum recipiẽs dominus absolutè, & absque ullo onere maneret. Quæritur, an huiusmodi contractus sit licitus.

Respondeo primo, multum lucis afferre potuisse huiusmodi pactionis tenorem scriptum; quia talibus uerbis posset esse conceptus, ut iudicaretur emptio, & talibus, ut iudicaretur donatio sub certo modo & onere facta, & talibus, ut esset contractus societatis; & talibus, quod esset contractus innominatus, do ut des, uel do ut facias, uel spondeo dabo hæc, quot annis uixeris, si dederis mihi ducenta scuta. Secundo, q̃ attenta sola serie uerborum, quibus quæstio proponitur, uidetur esse contractus innominatus do ut des, iuxta l. ultimam, [d] quamuis etiam posset dici quadamtenus do tibi hæc annis quibus uixeris si dederis mihi ducenta scuta, iux. tradita in l. [à Titio.] [e]

d ff. de cõd. caus. dat. & l. naturalis. §. 1. & l. ob eã. ff. de præscrip. verb.

e ff. de ver. obl. & in l. cum ad præsens. ff. de reb. cred.

1 Tertio, quòd huiusmodi contractus nullatenus est usurarius, quia nullum mutuum expressum, neque tacitum continet, sine quo nequit esse usura; secundum omnes, [f] & tradimus nos in Manual. [g]

f In rub. de ẽsuris, et in 4. dist. 15. g c. 17. nu. 206.

2 Quarto, q̃ is contractus si dicatur esse innominatus, do ut des, potest esse iniustus ea ratione, q̃ inter 200. scuta data, & inter triticũ, & uinum, & alia dã-

da

da nõ seruaretur æqualitas, quia in omni commutatione, siue sit emptio, siue permutatio, siue do vt des, siue quæuis alia, seruãda est æqualitas valoris inter datum & receptum, secũdum receptam sententiam, quam pulchrè ponit Scotus, [a] quem post alios sequimur nos in Manu. [b] Quinto, quod is contractus est iustus, & sanctus, si secundum ẽstimatio nem virorum prudentium tantum valebant prædicta 200. scuta cum periculo mortis, quam prædicta Maria & frater eius obire poterant, attenta sua ætate, quantum illa quæ erant danda, attenta facilitate liberationis, quæ poterat ei obuenire quocunq; anno, mense, & die post accepta illa scuta. [c]

a 4. dist. 15. q. 2. art. 2. b c. 17. nu. 287. litera C. et fusius in ca. fi. de ẽsu. an. 11. & trib. seq.

c Arg. l. hæreditatũ. ff. ad l. Falc.

3 Sexto, quòd facilius iustificari posset, si reduceretur ad genus spõsionum. arg. sponsionum, quæ sæpe fiunt de dandis 100. per 10. vel 20. si ille aut ille intra certum tempus non moriatur, vel moriatur, vel si illud aut illud cõtingat, vel non, iuxta notata per Paulum, Alexandrum & alios. [d]

d in l. à Titio. ff. de verbo. obl. & in d. l. cum ad præsens. ff. de reb. cre.

4 Septimò, quod cum in argumento quæstionis non proponatur quantum tritici, vini, & cæterarũ rerũ erat quotannis reddendum, non potest iudicari certo de iniustitia huius contractus, si reducatur ad contractũ, do vt des: quare hoc prudentibus viris remittendum cẽseo: tametsi credam eum esse iustum, eo quod non erat soluendum tantũ pretium, quãti essent valitura omnia, quæ, redderentur, sed quanti valitura erant annis, quibus verisimiliter prędicta Maria, & frater eius victuri præsumerẽtur, & tanti minus, quanti æstimandus esset euentus mortis, qui accidere potuisset statim, vel paulo post præstationem prędictorum scutorum.

Postea p̃ clariori notitia expressum fuit, quod valor annuus uini, tritici, &c. excedebat summam 30. scutorum, & si haberetur ratio præsentis temporis, per ueniret ad summam 40. Et ab aliquibus alijs datæ fuerunt aliæ responsiones.

Prima. Nec ex hac parte apparet iniustitia, cum in hac ciuitate huiusmodi contractus innominati passim ob fertilitatem agrorum, & pecuniæ penuriam exerceantur. Quod verò facit difficultatem, & uidetur nescio quid iniustitiæ insinuare, illud est, quod huiusmodi reddenda sint non tantũ in uita Mariæ, sed etiam fratris, ita vt hæc soluendi obligatio duret vtriusq; uita durante. Quare sicut exactio ista 30. vel 40. scutorũ aureorum pro 200. datis nõ iudicatur iniusta ob consuetudinem & qualitatẽ regionis, ita & excusari posset ab iniustitia hæc ad duas vitas solutio propter ingraescentem vtriusq; ætatem & ex oĩ parte iustus hic contractus censeretur.

Alia respõsio. Contractus hic speciẽ hẽt census vitalitij, qui ex natura sua iustus est, & potest reddi iniustus ob inæqualitatem annuorum reditum, maximè cũ in contractu ad duas vitas diminui debeant. Verũ hoc constare poterit ex pecuniæ penuria, ex fertilitate agrorũ, ex cõsuetudine vniuersali patriæ, ex qualitate & sanitatis, & ætatis eorũ, p̃ quorum vita census instituitur. Quantũ verò iudicare possum, inæqualitas & excessus in annuis reditib. esse videtur.

Alia. Talis contractus nullo iure cẽsendus est illicitus, vt colligitur ex supradictis. Tota difficultas consistit, in hoc, an in ijs, quę pro 200. scutis soluũtur vino, tritico, &c. seruetur iustitia, & æqualitas. Hæc. n. tantum videntur consideranda, cum ex his contractus hmõi innominatus, & pro duabus vitis reputetur iniustus. Excusant hanc, quę forsan iudicaretur iniustitia, vt pro 200. soluerentur annua 30. & postea 40. ex penuria pecuniæ, & fertilitate agrorũ & consuetudine uniuersali in illa ciuitate, & ob ingraueſcentẽ vtriusque, scilicet M. & fratris ætatem, si ita sint, nos etiã excusamus. Prima. n. facie videtur maxima iniustitia, vt pro 200. soluãtur quot annis modo 40. & præcipuè in duabus vitis. At si tanta esset penuria pecuniæ, tanta fertilitas agrorũ, vniuersalis etiã consuetudo, vt nullum propter hoc scãdalum oriatur, quę omnia iudicio boni viri sunt relinquenda, certè dubitari nõ posset de iustitia talis contractus.

Alia. De prædicto contractu, qđ non sit vsurarius, vt dicũt prædicti DD. patet ex definitione vsuræ, quæ est, cum quid accipitur vltra sortem. [e] Sed sic est, quod in hoc casu nunq̃ repetitur sors, nec est spes vt repetatur, ergo nõ est vsurarius. An aũt contineat iniustitiã, hoc

e 14. q. 3. c. 1. cum seq.

non potest certa lege determinari, sed vt post alios copiose in hac materia scribit Conarruuias[a] hoc totum pendet ex arbitrio boni viri, qui secundum qualitatem loci, & personarum, ad quarum, vitam annuatim fit dicta annua solutio, rem iudicabit. & descendendo ad particulare, Oldr.[b] approbauit similem cõtractum, in quo soluebatur ad rationẽ vltra 16. pro 100. adiecto pacto, vt si is, super cuius vita soluebatur annua præstatio, moreretur intra biennium, dimidium capitalis restitueretur suis hæredibus. Vnde licet hæc præstatio sit ad vitam duorum, Oldradi autem cõtractus esset ad vitam vnius solum Episcopi, attamen hæc qualitas duarum personarũ videtur compensanda cum pacto de recuperando capitali modo prædicto, maximè cum vterq; esset senex. Præterea, etsi vita hominis non sit certa, attamen Iurisc̃onsultus in simili causa, s. legis Falcidiæ,[c] arbitratus est, homini q attingit annũ 50. posse assignari annos 9. superuientiæ, ei autem qui excedit annũ 50. posse assignari annos 7. sexagenario aũt assignari annos 5. licet autẽ à dicta materia ad aliam materiam illatio non sit necessaria, vt notat idem Conarruuias vbi supra, attamen non tollitur quin sit probabilis, & talis, quæ iudicantis animum possit mouere, & informare. Cum autẽ prædictus D. frater, cuius vita magis consideratur, quam M. quæ credebatur iam pedẽ in fouea habere, iam excederet annum 50. & forte 55. non video quæ sit iniustitia, si quis pro 200. scutis emat annuã pensionem ducatorum 32. ad septennium, vel nouennium. Vtilius enim emisset ad rationem 10. vel etiam 8. pro centenario in perpetuum, quã emeret ad rationem 16. pro 100. pro annis solum 7. vel 10. Imò credo, quod quilibet emptor potius daret scuta 16. pro 100. in vita sua, quam 10. in perpetuum. Ex quibus, & alijs similibus computationibus, credo quod possit dimitti dicta Maria in sua bona conscientia. Salua, &c.

[a] 3. p. ref. c. 9. nu. 7.
[b] Cõs. 207. quod incipit Vniuersis.
[c] in l. hæreditatum. ff. ad l. Falc.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitus non est censendus contractus, nisi lege prohibeatur.*

Census annuus ante extrauagantem Pij 1
Quinti poterat emi, & constitui super omnibus bonis immobilibus, mobilibus, iuribus, & actionibus præsentibus, & futuris alicuius: maiorque subiacet periculo, & difficilioris est actionis, quam si imponeretur super vna sola re immobili nume. 2. & 3. & quia Nicolaus Quintus pro regno Siciliæ hos contractus approbauit, modo adesset obligatio de retro uendendo, nume. 4. ac etiam consuetudo approbauit, num. 5. nec est verum quod hic census non habeat fundamentum, seu rem super quæ subsistat, nu. 6. & 9. Calixti; extrauagantes Martini, & Calixti approbent census constitutos super rebus immobilibus nu. 7. non tamen reprobant aliter constitutos. num. 10. secus est post extrauagantem Pij V. nu. 6. quis non quidem declarando, sed de nouo cõstituendo decreuit & solum super certis immobilibus rebus constitueretur. nu. 8.
Census annuus olim secundũ aliquos etiam 1
super persona constitui poterat, quod tamen auctori non placet.
Census si super pluribus rebus cõstituitur, 3
hoc habet incommodi, quòd si res ipsa ad plures peruenant hæredes vel successores, à pluribus erit exigendus per partes.
Accidens non potest esse sine subiecto, & 6
fundamento aliquo. & nu. 9.
Census creatus ante bullam Pij V. si refor- 7
metur post illam, illius dispositioni videtur subiacere, & hoc, quando à prime recedunt, secus, si eidem inhærendo emptor aliquod onus remittat, vel aliquam gratiam faciat venditori. nu. 11.

CONSILIVM XXI.

QVidam de anno LXVII. emit censum constitutum super omnibus bonis immobilibus, & mobilibus, iuribus, & actionibus præsentibus & futuris ad rationem octo pro centũ, & postea anno sequenti reduxit illum ad rationem septem pro centum, ratificando illum in reliquijs.

Quæritur, an valuerit constitutio census, & eius emptio prima, & an valeat ratificatio.

1 AD QVAESTIONEM respondeo affirmatiuè. Primò quidem, quòd nullo iure videtur prohiberi cõstitutio census

census, & emptio eius prædicta: & non est dicendum esse prohibitum aliquid si sine l. prohibente.[a]

[a] c. cõsului sit 1. q. 4. §. 2. in auth. de qualitate dot. coll. 2.

Secundò quod Henricus in tractatu de contractibus[b] quem sequitur Dominicus Sotus[c] tenet, quod census non solum potest constitui super quibuscunque bonis, sed etiam super persona ipsa ipsiusmet vendentis, quamuis efficaciter id confutauerimus[c] quoad amplitudinem.[1]

[b] 9. 74. & 75.
[c] in tract. de iust. & iure lib. 6. q. 5. art. 1.

2 Tertio, quòd emptio census eo magis iustificatur; quo maiori periculo precium illius subijcitur.[d] & quòd precium census constituti super iuribus & actionibus maiori periculo videtur subijci, quam precium census cõstituti super aliqua re immobili, quæ firmior, & maioris durationis est: quam sint actiones & iura personalia, quæ in dies & horas pereunt, & extinguuntur, vt palam est, ergo constitutio huius census nõ debet iniusta iudicari, eo quod super rebus tam mobilibus & iuribus, quam immobilibus sit constitutus.

[d] Arg. eorũ quæ notantur in c. fi. de vsur.

3 Quartò, quod si potest constitui super vna re immobili tantũ, à fortiori videtur posse constitui super multis, & à fortiori super immobilibus & mobilibus, & alijs iuribus, quia emptio census eo iustior esse videtur, quo cæteris paribus ille minus tutus est, & minoris æstimationis, quia minorem speciem vsuræ habet. At census constitutus super pluribus rebus, eo minus tutus & minoris æstimationis est, quo super pluribus rebus constituitur, quia succedẽtibus multis in eis cõtractibus inter viuos vel vltimas voluntates, diuidetur cẽsus inter eos, & ita longè difficilius poterit recipi, & exigi à multis, quam exigeretur ab vno, qui succederet in vno prædio, in quo solo ille fuisset constitutus. arg. eo rum quæ de incommoditate damnoque determinantur de solutione partis, & diuisione actionum inter multos hęredes, & multiplicatione debitorum.[e]

[e] in l. cũ ij. §. cau. ff. de transac. & in l. tuto. & l. Luc. ff. de vsur. & leg. plane. ff. fa. mul. ercisc. cũ ij quæ gloss. eius in verb. minima. citat.

4 Quinto, quod Nicolaus V. ad petitionem Regis Aragoniæ & vtriusq; Siciliæ Alphonsi, declarauit licitos esse contractus, per quos aliqui constituũt, & vẽdunt census annuales super domibus, possessionibus & proprietatibus specialiter, vel etiam generaliter super omnibus bonis, reditibus, emolumentis, iuribus & rebus eorum mediante tamen instrumento publico gratiæ redimẽdi onera eorum, & in casu proposito eodem modo fuit constitutus census.

5 Sextò, quod cõsuetudo, quæ nõ est contra legem naturalem, neq; diuinam si est præscripta tẽpore legitimo, seruãda est,[f] & consuetudo cõstituendi cẽsus super omnibus bonis generaliter, nullis expressis, est lõga & præscripta, quia quam plurimi census inueniuntur constituti & empti à maximo tempore, non solum in regnis Aragoniæ & Siciliæ, de quibus loquitur Nicolaus V. in dicta sua bulla, sed ẽt in multis alijs regnis Hispaniæ, & Galliæ, imò & Romæ ante præfatam extrauagantem Pij V. & præfata consuetudo non est contra ius naturale, neque diuinum, quod colligitur necessario ex præfata bulla Nicolai V. qua declarauit eam esse licitam in regnis Aragoniæ, Valentiæ, Cathaloniæ, & vtriusque Siciliæ, citra & vltra Pharum, qui eam nullatenus feciſſet, nec facere potuisset, si fuisset contra ius naturale vel diuinum.[g]

[f] c. quo iure 8. dist. & c. fi. de consu. l. de quibus ff. de legib.
[g] Arg. cap. 25. q. 1.

6 At pro parte negãte facit primò, q in casu proposito census nõ fuit cõstitutus, super aliqua certa re immobili, vel quæ pro immobili habetur, vt ex instrumẽto apparet. At prima conditio requisita ad hoc, vt census redimibilis, qualis est iste, cõstituatur, est vt cõstituatur super certa re immobili, vt traditur ī summa Conciliorũ, quam, & eius auctorem citauimus in nostro com. de vsur.[h] Secũ *h in c. si fe* do, quod fęl. rec. Pius V. declarauit hanc *nerueris.* cõditionẽ esse necessariã sua extrauagã 14. q. 3. *nu.* te cuius tenorẽ nos posuimus in Man.[i] 82. & *seq.* Tertiò q id vẽ probare rõ illa, quã nos *i c. 17. nu.* ibi pro hac parte formauimus, nẽpe qđ 234. accidẽs non põt esse sine subst̃tia, iux. l. k §. *sequi-* [si seruum,][k] quatenus probat non en *tur. ff. de* tis non esse qualitatẽ, & facit, quod vbi *actio. empt.* fundamentum deest, ibi nihil ædificati *l c.cũ Pau-* põt,[l] & ita cum census sit quoddam ac *lus. 1. q. 1.* cidens, nõ põt esse sine aliquo subiecto. *c. ueniẽs. de*

[h] c. si fœ nerueris. de vsur.
[i] Man. 82. & seq.
[k] l. k §. sequitur. ff. de acti. empt.
[l] c. cũ Paupertas. de rebus eccl. non alien.

7 Quarto, q extrauagantes illæ duæ *presby. non* Martini & Calixti[m] non approbant oẽs *bapt.* census redimibiles constitutos & em- *m Positæ* ptos, sed tm̃ illos, qui sunt constituti su- *sub tit. de* per rebus immobilibus in contractibus *emp. & uẽ* expresse vt habet extrauagans Martini *inter cões.*

[m] Positæ sub tit. de emp. & uẽ. inter cões.

Quin-

Quinti in casu autem proposito nulla E bona fuerunt expressa. Quintò, q licet prima constitutio præfati census facta fuerit ante præfatam extrauagantem Pij V. editam anno 67. secunda tamen fuit facta post eam editam, anno scilicet 71. & ita licet valuerit prima, & consequenter debitus fuerit census trium vel quatuor annorum, non tamen debetur aliorum consecutorum.

Non obstantibus tamen his, pars affirmans contraria videtur tenenda.

8 Non obstant in contrarium adducta. Ad primum enim respondetur concedendo censum præfatũ non esse constitutum super re certa, negãdo tamen F quod id requirebatur ante præfatam Pij V. extrauag. per prædicta.

Ad secundũ respondetur, negando q præfata extrauagans sit quo ad hoc declaratoria iuris antiqui, quia imò est inductoria noui, & consequenter non respicit præterita, sed tantum futura, iux. c. 2. & vltimum cũ latè illic annotatis, præsertim per Felynum. [a]

a de const.

9 Ad tertium respondetur, concedendo non posse manere accidens sine subiecto, nec ædificium sine fundamento, & non entis non esse qualitatem: concedendo item quod cẽsus est quasi quoddã accidens, & quod requirit subiectũ, & fundamentum, negando tamẽ, quod census, de quo in casu proposito, nõ habeat subiectum & fundamentum, habet enim omnia bona immobilia, & mobilia constituentium, & vendentium illũ, sicut & sub hypothesi est quoddam accidens. Attamen fundari potest, & in dies & horas fundatur in omnibus bonis se obligantium in forma Cameræ tam habitis, quam habendis.

10 Ad quartũ rñdetur, concedendo quidẽ, quod præfatæ extrauagantes nõ H approbãt emptionem omniũ censuum qũolibet constitutorum, negãdo tamẽ, vt pernegant Henricus, & Sotus supra citati, quod reprobant omnes alios, qui alijs modis constituuntur, vt palam est, & ita non obstantibus illis valebit constitutio, & emptio cẽsus alio modo quã ibi expresso, modo non fit contrarius iuri naturali, diuino, uel alij humano iusto, quali mõ census, de quo loquimur, est constitutus, vt patuit per prædicta.

11 Ad quintum respondetur, concedendo quidem, quod constitutio prima anni 57. non cepit vllum valorem ex secunda, negando tamen, quod ceperit vllam læsionem, præterquam diminutionem census soluendi per primam eius constitutionem. Tum quia actus agentium non operantur vltra intẽtionem eorum, [b] & intentio partium, ut constat ex instrumento, non fuit lædere constitutionem census antea factam, sed solũ diminuere illũ amicè, & gratuito. Tum quia expresse ratam habuerũt primam constitutionem cum omnibus contentis in ea. Tum quia emptio prædij, præsertim solemniter facta per instrumentum publicum per mille scuta nullatenus rescinditur, eo quod per aliud instrumentum partes conueniant, ut remittantur centum, & emptor non cogatur soluere nisi nongenta, nam & quod est fortius, pars stipulationis tollit potest per acceptilationem eius manente stipulatione firma quo ad reliqua. [c]

b l. in agris ff. de acq. rer. dom. c. fi. de verb.

c l. pars leg. plurib. ff. de acceptilatione.

SVMMARIVM.

Officium iurisdictionis temporalis ab illo, qui licèt possit illud gratis conferre, licitè tamen vendere non potest, emens, peccat mortaliter, tenet tamen collatio, ita vt donec eo priuetur, possit iustè exercere, nu. 4. nec tenetur relinquere, num. 6. nec ex eo quæsita restituere. nu. 6.

Officia iurisdictionis sæcularis cum nõ sint spiritualia, circa illa non committitur simonia, imò sunt vendibilia, iusteq; vendi possunt à non recognoscente superiorem, imò & à recognoscente si ad id habeat licentiam à Principe, vel si adsit consuetudo vt alijs personis honestis uẽ dantur precio, nu. 3.

CONSILIVM XXII.

QVidam quæsiuit, mediante pecunia, vel fauore temporali, officia quædam pecuniaria iudicandi, ab eis, qui poterant ea ipsi gratis cõferre, & exercuit illa multo tẽpore, & pro eorum exercitio plurima quæsiuit.

Quæritur primo, an peccauerit ea sic quærendo.

Secundo, an peccauerit ea exercẽdo.

Tertio,

Tertio, an teneatur relinquere illa. A

Quarto, an teneatur restituere illa, quæ per illud exercitium acquisiuit.

AD PRIMAM QVAESTIONEM respondeo affirmatiue. Tum quia videtur transgressus fuisse legem, quę habetur in auth. [vt iudices sine quoquo suffragio fiant. [a] Tum quia consensit, & fuit causa, vt peccaret collator eorum, accipiendo pecuniam contra prædicta iura, nam & nos in Manu. confes. [b] diximus, etiam Reges illa vendendo peccare, nisi certo modo id faciant, illud enim lucrũ esset turpe, vt Panor. definiuit [c] relatus ã nobis vbi supra.

a coll. 2. & in auth. de mandatis princip. §. illud coll. 3. l. 2. C. de murilegulis. li. 11. b c. 27. nu. c in c. 1. & 2. ne prælati vices suas. d Arg. c. si & non eo vti. d Secundo, quod non põt res alie. 14. quis habere iustum titulum possidendi 9. 6 & c. pe rem sacram, nec aliam, quæ extra suum ratum. d sit commercium, [e] & in casu proponi reg. iu. li. 6. tur officium huiusmodi esse sua natura e l. inter sit inuendibile. Tertio, quod Fabianus à pulante. §. Monte [f] per multa definit, iustitiam, & sacra. ff. de iurisdictionem esse res inuendibiles.

f in trac. de empt. q. 6. g vbi supra h in opusc. 21.

2 Pro parte autem negãte facit, quod huiusmodi officia non sunt spiritualia, sed sæcularia, nec habent iurisdictionẽ spiritualem, & ita in emptione vel venditione illorum non admittitur simonia, quicquid aliqui dixerint, vt rectè concludit Panor. [g] Secundo, quod non videtur verum id, quod in casu proponi tur munus iudicandi esse sua natura inuendibile, quoniam S. Thomas [h] determinat contrarium, dicens licere vendere illud tum certa modificatione per eũ ibi addita. Tertio, quod etiam præfatus Fabianus ait, consuetudinem dictare, quod sit vendibile.

3 Quarto, quod per totam Franciam B solebant, cũ in ea degerẽ, vendi à Rege & in Hispania passim dãtur loco cuiusdam dotis iurisperitis doctis, vt ducant in vxores aliquas aulicas, & aulicis propinquas pauperes. Vnde [i] dicimus ea vẽdi posse, & quidẽ iustè à non recognoscẽte superiorem, & etiam à recognoscẽte talem de licentia illius, imò & sine licentia, si consuetudo præscripta haberet vẽdendi ea honesto precio personis idoneis, quod affirmat Caiet. [k] & data effi-

i in d. c. 2. §. nu. 7.

k in summ. verb. offic.

caci ratione concludit Dominicus Sotus [l] post Caie. uitio impressoris male ci *l de iust. & tatum.* [m] Per quæ posteriora pro parte *iur. q. 6. ar.* negante adducta, videtur concludendũ, *4. col. 4. ver* q officia prædicta suapte natura non *sic. 1. concl.* sunt inuendibilia: quia Rex, vel habens *m .n verb.* regalia, vel alius, cui ipse vendendi fa- *officiorum.* cultatem faceret, posset illa iustè vendere, quamuis non posset id facere priuatus homo, cuius esset officium etiam iustè à Rege gratis vel gratia quæsitum, nisi facultate per eum ad id facta, quia non habet potestatem eligendi ministrum illius officij, nec dãdi ei titulum: quia illa penes ipsum Regem Proregẽ, vel alium ministrũ superiorem est. Imò neque vllus minister inferior Rege, vel non habente regalia posset iustè illa vendere, nisi haberet facultatem id faciendi à Rege, vel ab eo, qui haberet regalia.

4 Quæ oia casui proposito applicando, resoluendum videtur quod D. consulens hæc officia habuit mediante pecunia, & non quidem ab homine aliquo priuato, cuius essent illa, tanquam merces emptas ab eo, sed à superiore habente potestatem illa sibi conferendi: & ita quia hæc officia sunt sæcularia, in quo- C rum adeptione non põt committi simonia, collatio eorum facta à superiore potente illa conferre valuit, & non fuit ipso iure nulla quamuis potuisset Rex, vel alius legitimus superior illam annihilare, seu annullare, & tam conferentem, quam acceptantem castigare: sed donec id fieret, consulens poterat exercere illa, quorum tituli ipso iure valuerunt, quoad vsq; cassarentur. Quib. est consequens, quod licet consulens peccasset quærendo illa per pecuniã, nõ tamen peccauit exercendo ea alias iustè.

5 AD TERTIAM rñdeo, q ex solu D tione quæstionis præcedentis sequitur, q nõ tenetur eã relinquere donec eius tituli per superiorem cassentur, sicut & beneficiarius Ecclesiasticus per homici diũ vel aliud delictũ incurrens irregularitatẽ, pp quã suo beneficio priuari põt sed non est ipso iure priuatus, potest il- *n in c. cũ no* lud retinere, & fructibus eius vti, donec *stris. de con* per sententiam superioris priuaretur, *ces. præb.* per illam singularem doctrinam Inn. [n] *o in c. inqui* receptam cõiter ab omnibus, & in his à *sitores. de* Felyn. [o] & sicut admittentes delicta, ob *accus.*

quæ

quæ suis possunt priuari bonis, quorum magnus est numerus in orbe Christiano, possunt retinere, & administrare illa, & eis sanctè vti, donec per sententiã iudicis priuentur, iuxta glossam solemnem ab omnibus fere receptam. [a]

a in ca. fraternitas. 12 q. 2.

6 AD QVARTAM respõdeo quod ex solutione secundæ & tertiæ quæstionis colligitur solutio, videlicet, quod D. consulens nõ tenetur restituere quæsita per exercitium præfatorum officiorũ, plus quã teneretur si ea sibi iustè dedit pecunias pro illis quærendis, teneatur restituere illas determinandum est per ea quæ nos scripsimus in Man. confess. [b] quod prædictis est parergon. &c.

b cap. 17. à nu. 3.

[Aduertendum Pium V. circa venalitatem horum officiorum in statu Rom. Ecclesiæ edidisse quandam constitutionem, de qua in hac materia idẽ Nauarrus meminit in Manu. confess. c. 25. post nu. 7. qui etiam videndus est in tractatu de datis & promissis notab. 31. post nu. 45. ver. 4.

De locato & conducto.

SVMMARIVM.

1 *Famulus conuenta mercede, etiam si sit minor iusta contentus esse debet, nec supplementum potest sibi clam surripere. nu. 4. nisi sit talis, qui vel non potuit donare, vel iniustitiam ignorauit, vel necessitate compulsus iniquam admiserit conuentionem. nu. 5.*

2 *Contractus eis vltro citroq; obligatorius ad sui iustitiã dati & recepti requirit æqualitatem, nec ad illius iustificationẽ sufficit quod partes ita voluerint contrahere, si lasus iniustitiam ignorauit, vel necessitate pressus illam admisit. nu. 3.*

6 *Merces famulis iusta quæ sit, ex diuersis circunstantijs pendet, quam in foro consentiæ arbitrabitur etiam bonus & prudens confessarius. nu. 7.*

CONSILIVM I.

ROmæ est consuetudo, vt domini pueris suis, quibus vtũtur in oibus sibi occurrentibus tam domi, quam extra, etiam cum equitant, pro illorum stipendio soluant Iulios decem singulis mensibus, eosque cogunt, vt se decentibus induant vestibus, alioquin eos ejiciunt: & quia stipendium non sufficit, vt in annos sibi aliquid reponant, nec etiam valeant meliores conditiones reperire, vel tra mercedem conuentam, aliquid à dominis subripiunt. Dubitatur an possint absolui, an verò cogendi, vt sint contenti conuento stipendio, vel sibi alio modo victum quærant: quod tamen est difficile, cùm omnes domini idem à suis famulis exigant, & pro stipendio vltra decem Iulios soluere nolint.

1 Respondeo primo, quæstionem hãc esse quotidianam, & magni põderis circa plurimarum animarum salutem: & quòd de alia hinc affini, & ex cuius decisione posset colligi huius decisio, scilicet quis dñs vel herus peccet non soluẽdo salarium expresse, vel tacitè conuentum famulo, tractaui in Manu. confess. *c c. 17. nu. 208. & seq.*

Secundo, quod huius quæstionis decisio pendet ab ea, an cõuentio prædicta sit ita iusta, vt famulus non possit quicquam vltra conuentum clam accipere. Pro cuius parte affirmante facit primo reg. [contractus ex conuentione partiũ legem accipiunt,] [d] cum concordantibus per glossam ibi citatis, quę dicit, vulgo dici, [Pactum rumpit legem.]

d de regul. iur. lib. 6.

Secundo, quod sicut põt quis donare rem suam alicui, ita potest donare partem eius diuisibilem: & consequenter sicut potest quis gratis inseruire alicui, vel operas suas gratiosas præstare alicui ita potest seruire partim gratis, & partem operæ præstare gratis, & partẽ pro precio, [e] ergo licebit hero, & famulo cõuenire, vt partim gratis, & partim pro precio ei famuletur.

e arg. l. qua de rer. diuis. & l. Aristo. ff. de rei vendic. & l. Aristo. ff. de acquir. hær. & l. Aquil. cum suis concord.

Tertio, quod consuetudo ferè totius orbis Christiani habet, vt quidam inseruiant alijs tum summatibus, tum mediocribus, tum Doctoribus & scholasticis in Academijs, tum aulicis in curijs regijs, & præsertim i curia Romana pro solo victu, imò ẽt parte victus, vel pro tempore, seu horis, quæ conceduntur eis ad discendũ, vel scribẽdum, imò nõ nulli inseruiunt Cardinalibus, imò & Papæ multo plura insumendo in vestibus, mulis, vel equis, quàm sit salarium eis assignatum, imò & sine vllo salario præter

præter esum & potum in suis cœnaculis, dum ad ea veniunt.

2 Pro parte autem negante facit primò, q̃ nullus contractus, nec nominatus, nec innominatus vltro citroq; obligatorius põt esse iustus, nisi æquale pro æquali detur, vt post alios diximus i Manu. confess. [a] At operæ, quas præstat famulus hero, comitãdo eum, vestiendo, ac calceando se eo modo, qui conuenit comitanti eum, valent pluris, quàm scutum menstruum: ergo cõuentio, quod famulus præstet operas modo prædicto pro scuto menstruo, est iniusta.

a c. 17. nu. 287.

Secundo, quod, qua ratione venditio est iniusta, cum minus iusto precio venditur, [b] eadem est locatio, cum res minus iusto precio locatur. [c]

b l. 2. C. de rescind. vend. & ibi Cõmun. ca. cum dilect. de empt. c. 1. ff. loc. c. 1. de loc.

3 Tertiò, q̃ sicut voluntas vendendi, vel locandi precio minore iusto non iustificat conuentionem, si quis illã ignorans, vel necessitate adactus faciat, ita & volũtas famuli præstantis operas suas minoris quã valent, non iustificat conuentionem inseruiendi ob scutum menstruum hero suo, si operæ præstitæ pluris quam illud valeant, si ignorãter, vel necessitate adactus, eas præstet, arg. à simili, quod valet c. dudum. 2. [d]

d De elect. c. inter cætera. de rescr.

4 His pro vtraq; parte vtrinque pensatis, & reuocatis ad memoriam illis multis, quæ super iustitia contractuum qui minore vel maiore precio iusto fiunt, vtiliter & resolute scripsimus in c. [nouit.] [e] Potest dici primo, quod si famulus ætatis legitimæ, & potens donare res suas, & sciẽs valorem operarũ, quas præstaturus est, & nulla necessitate ad id coactus conuenit, vt sine vllo salario, vel cũ minore iusto præstet illas hero, conuentio erit licita, & seruãda, & non poterit quicquam amplius vltra conuẽtum clam accipere: quia videtur donare gratis id, quod dat sine vllo precio, arg. l. [Campanus.] [f] & tradit Saly. g & cõsequẽter valent omnia, iuxta reg. c. [peccatum.] [h] & hoc videntur probare arg. pro parte affirmante supra facta.

e de iud. nota. 6. à nu. 61. f ff. de operis li. & le. cuius per errorem. ff. de regulis iur. g In auth. hæc. C. ad hæc. C. de usur. nu mo. 21. h de regulis iuris li. 6. et c. si res alie. 24. q. 6.

5 Secundo, quod è contrario, si non est persona potẽs gratuito donare suas operas, vel ignorat earum iustum precium, vel nouit illud, sed pressus necessitate aliqua donat illas, vel partem illarum, non est iusta conuentio, sed iniusta, per citata in d. cap. [nouit.] [i] & cõsequenter, attento quòd in foro exteriori difficile posset assequi honestè, & cum pace, seruata iusta amicitia, integrum debitum, posset clam surripere id quod deesset ad faciendam conuentionem iustam, argum. glossæ celebris, [k] & eorum quæ latius tradimus in Manual. confess. [l]

i Notab. 6. à nu. 47. k c. ius gentium. 1. dist. l cap. 17.

6 Tertio, quod in comparando operas præstandas scuto menstruo, an sint paris, an imparis valoris, considerare oportet quantas & quales operas herus requirit à famulo, & an herus obligetur se ad concedendum tempus aliquod ad studendum, legendum, scribendum, vel ad agendum alia negotia sua, vel sibi cõmendata, vel ad docendum ei aliquam artem liberalem, vel mechanicam, vel militarem, vel etiam artem inseruiendi vrbanè, vel aliquam aliam ei utilem, an non: an etiam rogatus accipiat illũ sine fideiussore, aut cum illo, an item requirat, vt sic vestitus inseruiat, vel comitetur, an sit cõtentus suo famulatu, & seruitio cum qualicunque veste, vel calcea tu præstito: quoniã hæc omnia possunt augere vel minuere iustum salarium, & facere vt debitum sit legale, vel solum antidorale: & requiritur, vt debitum sit legale, siue de iustitia debitum, ad hoc vt iustè possit clam accipi, per tradita in Manuali. [m]

m cap. 17. nu. 113.

7 Quare, meo iudicio, pauci eorum, qui seruiunt aulicis, vt meliores, doctiores, vrbaniores, & rerum aulicarũ peritiores, & ad agẽda negotia fiãt paratiores, merentur de iustitia plusquam vnũ scutum: quamuis multi, qui inseruiunt totos dies intra & extra domos, curãdo equos, vel mulos, & comitando heros cũ honesto vestitu & calceatu, nihil vel parum sibi proficiendo, plus mereantur, iuxta quantitatem, & qualitatem operarum suarum, quod determinandum vt arbitrio boni viri, & prudentis confessarij, [n] qui perpendere debet, quod vt plurimum quilibet famulus, quamlibet parum inseruiat, meretur scutum menstruum, & quod antiqua consuetudo habet, ne vlli amplius de iustitia debeatur, quod tamen alij longè melius, & vtilius quàm alij deseruiunt, & minus sibi proficiunt. Salua, &c.

n Arg. l. 1. ff. de iure delib.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Locatio ouium ad quinquennium, cum pacto ut ea finita totidem æquè bonæ restituantur, exceptis quæ fulgure vel certa quadam infirmitate perierint, est iniusta, & vsuraria censenda.*
2 *Conductor regulariter, nisi de culpa lata, & leui, non tenetur.*

CONSILIVM II.

QVidam locauit centum oues alteri ad quinque annos pro pensione 100. iuliorum, & 50. caseorum in singulos annos, ea lege, vt finitis quinque annis, redderet conductor totidem æquè bonas, exceptis quæ perirent fulgure, vel vna quadam infirmitate. Quæritur is contractus an sit vsurarius.

1 Respondeo primò, prefatum contractum non esse verè vsurarium, quia vera vsura in solo contractu mutui requiritur, & is contractus non est contractus mutui, sed locationis, & conductionis, vt palam est.

Secundo, quod non videtur licitus, & potest præsumi vsurarius. Tum propter pactum reddendi æquè bonas oues post quinquennium, per quod in effectu redditur sors principalis post quinque annos, & vltra illam quingenti solidi, & ducenti quinquaginta casei.

2 Tum quia conductor, qui iure communi non tenetur, nisi de culpa lata, & leui; obligatur in hoc casu, vt teneatur de omni culpa leuissima, & de omni casu fortuito, excepto ictu fulminis, quo rarissimè, peribit vlla, & casu vnius ægritudinis etiam satis raro contingentis. &c.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta canonem nõ soluens feudum amittit, nisi vbi aliter sit conuentum.*
2 *Lex perpetua etiam post mortem legislatoris durat: monitio, seu præceptum principis morte finitur.*
3 *Lex tollens pacta à caducitate excusantia intelligitur de pactis illam tollentibus simpliciter, & nõ quando loco caducitatis alia pœna ponitur.*

Compositio, seu noua conuentio remittit de 4 uoluta, & non deuoluenda.

CONSILIVM III.

DEclaratum fuit, quod ad quendam D. Philippum tanquam Ecclesiæ feudatarium pertinerent quædam paludes desiccaræ, & desiccandæ cum certa pensione, & immunitate, & conuenit cũ Camera Apostolica, vt caderet in pœnã dupli, si pensionem non solueret. Superuenit noua Alexandri VI. constitutio auferens pacta caducitatem tollentia. Dictus autem feudatarius cessauit à solutione, sed postea de nouo cum Sede Apostolica conuenit super dictis paludibus, & cum clausulis derogatorijs obstantias auferentibus. Dubitatur modo, an teneatur d. D. Philippus adhuc pœnam caducitatis subire, & sit compellendus prædictas paludes Ecclesiæ restituere, quia adhuc post vltimam conuentionem non soluit.

1 Respondeo inclinare me ad credendum, q. ad præfatum dominum Philippum pertinent prædictæ paludes desiccatæ, & desiccandæ cum immunitate exportandi fructus etiam extra statum Ecclesiæ, & cum onere soluendi temporibus debitis omnia, quæ pro illarum concessione, & immunitate exportationis fructuum promittit, iuxta tenorem literarum postremarum S. D. N. Gregorij XIII. Tum quia inter Cameram Reuerendissimã & præcessores prædicti Philippi conuentum fuit olim, quòd paludes prædictæ non deuoluerentur ad S. Sedem Apostolicam ob non solutum canonem, siue pensionem, sed tãtum pœna publicaretur.

2 Tum quia Alexandri VI. bulla, qua monuit omnes emphyteutas, & censuarios, vt soluerent intra certum tempus, alioqui incurrerent pœnas, & quod non prodesset eius priuilegia, indulta, & pacta de non incurrendo pœnas caducitatis ob non solutionem canonis, potest dici monitio, vel præceptum, quod morte mandantis finitur, & non lex perpetua, quæ etiam post mortem durat.

3 Tum quia etiam dicere quispiam posset, quod prædicta bulla Alexandri tollebat quidem pacta illa quæ simpliciter

citer excusarent cãducitatẽ, non tamen illa, quæ loco pœnæ caducitatis adderẽt pœnam duplicati canonis, vel tributi, qualia sunt pacta, quæ præcessores prædicti D. Philippi cum Reuerendissima Camera iurauerunt.

4 Tum quia præfatus D. Philippus nouissimè conuenit de mandato S. D. N. Gregorij XIII. cum prædicta Reuer. eius Camera super protogatione noua quindecim annorum, qui inceperunt à fine anni 77. & finirentur per totum annum 92. in qua cõuentione prędicta Camera, si, & quatenus opus esset, nouè cõcessit prædicto Philippo prædictas paludes, quocunque modo ad eandem, siue ad S. Sedem Apostolicam deuolutæ essent. Nec obstat, quod prędicta conuentio fuit facta anno 75. & solutionis omissio fuit facta anno 76. & 77. consequenter deuolutio fuit facta post illã conuẽtionem, per quam solum fuit facta noua concessio, quatenus erant hinc deuolutæ, &nõ quatenus postea deuoluerẽt. Tum quia in prædicta conuentione fuit adiecta clausula. [ne prædictæ paludes deuoluerentur ad S. Sedem Apostolicã propter non solutionem pensionis.] & per clausulam, [non obstantibus.] positam in confirmatione prædictæ conuẽtionis prædictæ bullæ Alexandri VI. ẽt si fuisset constitutio perpetua. Tum denique quod prædictus Philippus potest bene sperare, quod S. D. N. pro sua maxima benignitate, & pari animi magnificentia, & liberalitate, sibi viro nobili, & de Repub. benemerito in rebus dubijs fauebit, & dignabitur meminisse c. [fraternitas. [a]] per quod alteri benignissimo Gregorio suo præcessori in cęlis regnanti non fuit valde gratũ ditare Ecclesiam per pœnas delinquentium.

a 12. q. 2.

SVMMARIVM.

Prædium proprium dare in censum annuũ in perpetuum, cũ pacto vt tanta pecunia possit redimi, nõ est per Piũ V. prohibitũ.

CONSILIVM IV.

QVoddã monasterium tradidit prædium valens 12. millibus in censum mille aureorum cum facultate redimendi. Quæritur an ille census fuerit licitè constitutus.

1 Pro parte negante facit extrauagãs Pij V. in quam nos latè fuimus commẽti in comment. de vsur. [b] quæ habet, cẽsum non posse constitui nisi pro precio soluendo in pecunia numerata tempore constitutionis. *b Super c. si fenerauerit*

Pro parte vero contraria, quæ tenenda est, facit, quod huiusmodi cõtractus non est ille censiticus, de quo loquitur prædicta extrauagans. Tum quia est cõtractus emptionis emphyteuticus, vel locationis, vt colligitur ex [§. adeo. [c]] *c Inst. de locatione* adiuncta l. 1. & 2. [d] Tum quia cõtractus *cat.* censiticus, de quo loquitur Pius V. est contractus, per quem dominus rei imponit aliquem censum alteri super re *d c. de iure emphyteu.* sua, vel quæ putatur eius, pro certo precio & pecunia numerata, vt palam est, & nos tradidimus in eius comment. [e] & in casu proposito prædium non erat, nec putabatur esse constituentis census, immo pertinebat clarè ad monasterium, cui constituebatur ille, vt in facto proponitur. Tum quia ratio, quæ mouit Pium Quintum ad condendam illam extrauagantem, non habet locum in contractu proposito: quoniam Pius Quintum mouit ad eam edendam, ut auferret occasionem palliandi fraudem vsurarum quæ fiebat inter simulantem vendere censum pro certa pecunia, quum vere coram Deo assumebat mutuo pro soluenda vsura palliata nomine census: quæ ratio omnino cessat in casu proposito, in quo dominus rei non soluit censum pro re sua, sed accepit pro ea. Tum denique quod nos in dicta glossa [f] probamus prædictam extrauagantem non habere locum extra suos terminos, vt ibi videri potest. Salua, &c. *e Gl. 17. & 9.* *f 17. nu. 98*

De feudis.

SVMMARIVM.

Mendax precator impetratis carere debet. Taciturnitas eius quod expressum principem reddidisset difficiliorem ad concedẽdum, vitiat gratiam, & hoc quando hoc tacitum est de illis quæ iura iubent exprimi.

primi.numero 4. & 5. item fallit in alter notis princip. nu. 2. uel qua sunt notoria, uel qua iure communi actus insunt. nu. 3.

3 *Falsus non est, qui cum debeat duo, dicit se unum debere, modo non adiciat taxatiuam dictionem, tantum.*

6 *Minima non uidentur consideranda, ad rescindēdum magna, uel ut puniatur quis pœna statuti, nec quando ex qualitate personarum præsumitur quod ob minima non mouentur, nec ea curant: item & quando non militat eadem ratio.*

7 *Carnalis affectus licet noceat prælato in cōcessione rerum Ecclesiarum, attamen in concessu facit præsumi maiorem uoluntatem ad firmius concedendum.*

10 *Iuramentum fidelitatis, ac petitio inuestituræ, reputantur inter recognitiones, quæ à feudatario debentur, adeo ut per horū omissionem perdatur feudum num. 8. & hoc nisi illa etiam sub generali remissione cognitionum fuerint a domino remissa. nu. 9. & 10.*

11 *Vniuersalis loquutio nihil excludit, & includit omnia, ita ut includat multa quæ non includit indefinita, illamque ampliat.*

12 *Negatiua æquipollet uniuersali, & quicquid inuenit destruit, & eius contrariū ponit.*

13 *Exceptio in casibus non exceptis firmat regulam.*

13 *Feudum concedi potest absque onere petendi inuestituram, & præstandi iuramentum fidelitatis.*

14 *Iuramentum fidelitatis etsi à principio nō censeatur remissum, attamen aliquo ex pacto, uel lapsu triginta annorū remissum censeri potest.*

15 *Innouatio, seu prorogatio alicuius potestatis, nisi forma eius antiqua mutetur, cū omnibus illius qualitatibus facta censetur.*

15 *Forma est qua dat esse rei.*

CONSILIVM I.

IN causa quę vertitur inter Reuerendissimam Cameram, & Illustrissimum D. Honorium de Sabellis super amissione castrorum Tarani, Montisboni, & Rocchettarum, & deuolutionę illorum ad præfatam Reuerendissimam Cameram, omissis alijs punctis, uentum esse uidetur ad illa duo, quorum vnum est, an inuestitura, qua inuestiuit bo. men. Paulus Papa III. Illustrissimos D. Paulum & Antonium prædecessores Illustrissimi D. Honorij, fuerit subreptitia.

Alterum est, estò quod non fuerit, an præfatus D. Honorius amiserit dicta castra: eo quod non præstitit iuramentum fidelitatis.

Pro quorum resolutione præsupponitur in facto, primo quod Grego. XII. concessit castra, de quibus contenditur, præcessoribus eorum, cum quibus Reuerend. Camera contendit, ea lege, vt præstarent iuramentum fidelitatis, & quoli bet anno soluerent pro recognitione vnum accipitrem, & duos braccos. Secūdo, quod postea bonæ mem. Paulus III. anno 1535. inuestiuit præfatos DD. Petrum & Antonium præcessores Illustr. D. Honorij, narrādo in inuestituræ bulla, quod Præfati Petrus & Antonius Camerę Apostolicæ singulis annis in festiuitate beatorum Petri & Pauli pro recognitione dictorum castrorum erant obligati soluere vnum canem, & vnum accipitrem, & quod à pluribus annis in solutione dictæ recognitionis defecerunt: & propterea dicta castra ad Cameram Apostolicā deuoluta censebantur: & uolens Papa ipsos, qui secundum carnem erant consanguinei sui, specialibus gratijs & fauoribus prosequi, auctoritate Apostolica ipsos liberauit à solutionibus decursis, & ipsa castra deuoluta ipsis de nouo inuestiuit, nec non recognitionem præfatam in unum ducatū auri de Camera singulis annis in festo Sanctorum Petri & Pauli soluen. commutauit, & ipsos ad aliam recognitionem dictorum castrorum dictæ Cameræ de cætero faciendam minime teneri decreuit, & declarauit, contrarijs non obstantibus quibuscunque.

1 HOC IGITVR FACTO præsupposito, ad primum eius punctum respondetur, quod pro Reuerendissima Camera facit primum, quod mendax precator debet carere impetratis. [a] At præfati domini Petrus & Antonius uidētur in impetratione feudi dixisse falsum, dicētes, quod non debebant nisi vnum canē seu braccum

braccum in anno. Secundo, quod taciturnitas eius, quod expressum redderet principem difficiliorē ad concedendū, efficiet gratiā subreptitiam, & nullam,

a de rescr. c. [postulasti,] [a] ibi, [Non tam de leui concessissemus, q̄ præfati DD. Petrus & Antonius tacuerunt, se fuisse obligatos ad præstandum iuramētum fidelitatis, quod si Paulus PP. seruisset, difficilius liberasset eos ab omni recognitione.

2 Pro parte verò præfatorum DD. fa ciūt primò, verba expressa præfatæ bul

b l. quidam cōsulebant. ff. de re iu. l. idem Vlpia. ff. de excus. tut. c in c. quæ i ecclesiarū de const. & c. si quando de rescr. n. 4 d c. 1. de cō sti. lib. 9. e c. de formā. 22. q. 5 & c. 1. de forma fidelitatis. in vsib. feud. f c. significasti. de elect. gl. sol. g i c. ad audientiā. 2. de rescr. h Dec. 32. i de rescr. in nouis. k in c. in nostra. col. 5. de rescr. l i d. decis. 32. de rescr. in nouis. m cōcl. 691 concl. extra Rotam. n in c. postulasti. col. 3. & in ea. in nostra coro. 5. de rescr. 5

læ inuestituræ, scilicet quod ipsos ad illam recognitionem dictorum castrorū de cætero faciēdam minimè teneri decernit, & declarat. Secundo, quod taciturnitas eius, quod princeps nouit, non inducit subreptionem, immo inducit dispensationem, quatenus opus est ad valorem actus secundum iura, [b] & tradit Felynus, & citati ab eo. [c] At Paulus III. Papa, in cuius pectore erant omnia iura clausa, [d] nouit vasallum feudatarium teneri ad præstādum iuramentum fidelitatis. [e]

I Tertio quod vt expressio eius, quod iure inest, non facit actū simoniacum, [f] vbi latè Felynus, [g] ita taciturnitas qualitatis, quę est notoria, vel de iure inest, qualis est reseruatio generalis in corpore iuris clausa, non facit gratiam subreptitiam, vt colligitur ex [h] Rota [i] quod latè confirmat Felynus. [k]

Non obstāt opposita. Ad prius enim illorum respondetur, negādo quod præfati domini dixerint falsum, quia nō dixerunt se non debere duos canes, nec debere vnum tantum, sed debuisse vnū, quod erat verissimum.

Ad replicationem, quæ fieri potest, q̄ idem est dicendum de tacēte verum, quòd de dicente falsum, respondetur in solutione sequenti.

4 Ad posterius autem respōdetur primo, negando quod omnis taciturnitas, quæ redderet principem difficiliorē ad cōcedendum, vitiet gratiam, sed solum illa vitiat, qua tacetur id, quod in ea statuunt vt exprimatur, vt latè concludit Rota [l] & Iatius Aegydius [m] quos inter alios sequitur Fel. [n] & nullo iure cauetur, vt huiusmodi debiti canes exprimā tur in concessione huiusmodi feud.

5 Secundo, quod duo requiruntur ad

A hoc, quod taciturnitas veri vitiet gratiam. Alterum, quod vt diximus, iure caueatur eius expressio. Alterum, vt id quod tacetur, sit tale, quod expressum retraheret principē à concedendo gratiam. At non cauetur iure, vt expressio huiusmodi canis debiti fiat, vt dictū est, nec est tale quod expressum retraxisset principem à concedendo.

6 Tum quia de minimis non est curā dum saltē ad effectum rescindendi magna. [o] Vnde alienationē rei ecclesiasticę paruæ non vitiat omissio solēnitatis iuris, iuxta c. [terrulas.] [p] per quod id dicit Federicus, q̄ & non debet quis puniri pœna statuti punientis vulnerantem ob parum vulnusculum, secundū Bartolum. [r] Tum quia de minimis non est curandum, qñ ratio legis de maioribus dispōnens non militat proportionabiliter in illis, vt ait Panormitanus [s] p tex q̄ tum efficaciter id probantem. [t] Tū quia illud c. probat etiam, quod minima nō nocent, cū ex circunstantijs personarū, præsumitur cōtrarium, probat enim do nationē vnius equi factam à viro illustri Legato Papæ non inducere præsumptionē simoniæ. Cum ergo debitum soluendi vnum canem nō sit negatum, sed solum tacitum, cumq; sit quiddam minimum tam ex circunstantia beneficētis & concedentis feudū, qui erat summus Pontifex, & summus Rex, quā beneficiariorū, qui erant illustrissimi viri, quā ipsius beneficij, quod erat multorū castrorum, cum omnimoda iurisdictione, mero & mixto imperio, non videtur considerandum esse ad effectum rescindendi tam grande beneficium à tā grandi & summo principe tam magnis uiris factum, neque ad præsumendum, quod ob illius expressionem retraxisset se tā tus princeps à tam illustri concessione. Tum quod præfati viri illustrissimi erāt cognati ipsiusmet summi principis, qui erat valde propensus ad augendū & honorandum eos: & ridiculum videtur dicere, quod tantā donationē à tam grandi principe factam vitiaret taciturnitas debiti vnius canis, qui apud eos fere pro nihilo habetur. Tum quod nō tacuerūt dolo, sed ob incogitantiā, quę verisimiliter prouenit ex eo, quod diutissime cessarunt à solutione accipitris, & canum

o l. sciendū. ff. de i interis, iuxta c. [terrulas.] [p] per quod id dicit Federicus, q̄ & non debet quis puniri pœna statuti punientis vulnerantem ob parum vulnusculum, secundū Bartolum. [r] Tum quia de minimis non est curandum, qñ ratio legis de maioribus dispōnens non militat proportionabiliter in illis, vt ait Panormitanus [s] p tex q̄ tum efficaciter id probantem. [t] Tū quia illud c. probat etiam, quod minima nō nocent, cū ex circunstantijs personarū, præsumitur cōtrarium, probat enim do nationē vnius equi factam à viro illustri Legato Papæ non inducere præsumptionē simoniæ. Cum ergo debitum soluendi vnum canem nō sit negatum, sed solum tacitum, cumq; sit quiddam minimum tam ex circunstantia beneficētis & concedentis feudū, qui erat summus Pontifex, & summus Rex, quā beneficiariorū, qui erant illustrissimi viri, quā ipsius beneficij, quod erat multorū castrorum, cum omnimoda iurisdictione, mero & mixto imperio, non videtur considerandum esse ad effectum rescindendi tam grande beneficium à tā grandi & summo principe tam magnis uiris factum, neque ad præsumendum, quod ob illius expressionem retraxisset se tā tus princeps à tam illustri concessione. Tum quod præfati viri illustrissimi erāt cognati ipsiusmet summi principis, qui erat valde propensus ad augendū & honorandum eos: & ridiculum videtur dicere, quod tantā donationē à tam grandi principe factam vitiaret taciturnitas debiti vnius canis, qui apud eos fere pro nihilo habetur. Tum quod nō tacuerūt dolo, sed ob incogitantiā, quę verisimiliter prouenit ex eo, quod diutissime cessarunt à solutione accipitris, & canum

debitorum, & non cogitarunt an duo canones, vel vnus deberentur.

7 Tum quod licet cognatio & cõsanguinitas carnalis ad aliquos effectus non eaat in rerũ ecclẽ fiãticarum tractatu, iuxta cap. [huiusmodi.] non tamen obest, imò plurimum prodest ad præsumendum, q̃ concedens maiore affectu concedit cognato dilecto, quam extraneo, & quod voluerit firmiorem & ampliorem esse suam donationem, vt experientia docet, & probat lex [vt vim.] & alia plurima: & quod cæteris paribus, modo obsit fraus, magis teneamur cognatis, quam extrancis, vt in his terminis tradit Federicus vbi supra.

8 Ad alterũ punctum respondetur, q̃ pro parte affirmante, s. quod præfatus Illustriss. D. Honorius perdidit præfata bona, eo quod non præstiterit iusum fidelitatis, facit primõ q̃ omnis feudatarius videtur teneri ad præstandum iuramentum fidelitatis domino, à quo habuit feudum, adeo quod si noluerit illud præstare, perdat feudum. Secundo, quòd feudatarius, qui non petit inuestituram, & iurãdam fidelitatem, sed solum ille qui habet feudum illis oneribus subiectum, vt est casus in d. c. 1. & præfatum feudum concessum fuit præfatis D.D. Petro & Antonio a Paulo III. liberum ab omni alia recognitione, excepta solutione vnius ducati auri in vigilia Apostolorum Petri & Pauli.

10 Et constat, quod iusm fidelitatis, & petitio inuestituræ sunt recognitiones domini directi, quod apud cõcedentem feudum remanet, vt ex definitione recognitionis, & verbis petitionis inuestituræ, & præstationis iuramenti fidelitatis positis in tit. [de vera forma fidelitatis.] & in tit. [quid sit inuestitura, & qualiter fiat in vsibus feudorum.] irrefragabiliter colligitur, & expressè adnotauit Marianus Socinus [g] in hac verba, [Petere inuestituram est quidã quasi census deuotionis & reuerentiæ, quæ domino præstari debeant.] Cum ergo fuerit concessum liberum ab alia recognitione, quam præfati ducati solutione, & petitio inuestituræ, & præstatio iuramenti fidelitatis sint recognitiones, consequens est, concessum fuisse liberum ab illis.

11 Tum quia non solum concessit liberum indefinite à recognitione, sed vniuersaliter ab omni alia recognitione quæ vniuersalis loquutio omnia includit, & nihil excludit, [h] imò includit multa, quæ non includit indefinita, amplius enim legat, qui legat omne marmor, quam qui legat marmor, & qui legat omnem lanam quam qui lanam, per ra, quæ in id allegat glossa singularis, & alia glossa singularis, [k] quæ habet, per illam vniuersalem notam seu dictionẽ [quamuis,] ampliari clem. illam ad causas criminales spirituales, quas non includisset, si absque illamota dicta fuisset, quod putatur singulare à Panorm. & Andræa Siculo. [m]

12 Nec obstat, quod bulla non habet illa verba, [omni alia recognitione,] sed solum, [aliam recognitionem:] q̃n sunt verba negatiua, quibus Papa decernit eos ad aliam recognitionem minime teneri: quæ verba æquipollent illis verbis, [ad aliam recognitionem non teneri] quæ constat vniuersalia negatiua, quæ quicquid inueniunt destruunt, & contrarium eius ponunt iux. gl. singularem & receptam [n] cui omnium dialecticorum chorus consentit.

13 Tum quia exceptio firmat regulam in casibus non exceptis, iuxta l. [quæsitum.] [o] vbi Bartolus & [c. dominus.] [p] & late Felynus [q] & præfatus Paulus III. liberauit præfatos fratres ab omni recognitione, excepta solutione vnius ducati annui, ergo liberauit eos ab oĩ alia recognitione, & consequenter ab inuestituræ petitione, & iuramenti fidelitatis præstatione. Tum quia indubitatum est, feudum posse concedi absq; onere petendi inuestituram, & præstandi iura mentum fidelitatis iuxta iura, [r] & tradit Panormitanus, [s] in hæc verba, [Iuramentum à vassallo præstandũ est, nisi à principe fuerit remissum. Tum quia, vt ait Panorm. [t] licet non præsumatur iuramentum à principio fuisse remissum, id tñ potest constare ex speciali pacto, vel lapsu triginta vel quadraginta annorum, [u] & in casu proposito non

solum constat de speciali pacto, sed et de lapsu quadraginta & amplius annorum: quia feudum fuit concessum an. 1535. & nunc agitur annus 1581.

15 Tum quia nihil obstat, quod in prima concessione, qua Gregorius XII. concessit bona prædicta præcessoribus præfatorum DD. Petri, & Antonij, fuit adiectum onus iurãdi fidelitatem, & inuestituram petendi: & quod concessio Pauli III. fuit quædam renouatio, & prorogatio concessionis Gregorij XII. & consequenter uidetur esse facta cum omnibus qualitatibus illius iux. l. [sed si manente.] [a] per quam glossa memorabilis [b] dicit prorogationem alicuius potestatis uideri factã cum omnibus qualitatibus illius, & in terminis propositis consuluit Ioannes Bartholomæus Scarampus [c] quod feudum etiam ipso iure per durum, & renouatum adeo censetur uetus, & non nouum, quod agnati possunt, & debent succedere in illud. Non inquam hoc obstat, quia id forte uerum est, cum renouatio sit forma antiqua non mutata, secus si ea mutetur, quia per illam mutationem fit nouũ, ut determinat Baldus [d] per Federicum & antea Oldrãdum [e] cuius ratio germana est, quod forma dat esse rei iux. l. [Iulianus,] [f] cum his quæ glo. ibi citat, & palam est in contrarium facerit, cessione Pauli III. ualde fuisse mutatam formã concessionis Gregorij XII. Per quę omnia superuestita, & aucta maxima S.D.N. benignitate, & liberali æquitate, qua solet erga huiusmodi uiros Illustriss. uti resolutio prædicta sancta & æqua uideri potest. Salua, &c.

De solutionibus.

SVMMARIVM.

1 *Res transit cum onere suo: fallit. quando res ipsa, antequam dicto onere afficeretur, mutata forma, ad alium qui non est successor peruenerit. nu. 2.*

1 *Decima & collecta soluenda aliquo anno de fructibus alicuius beneficij, debet ab eo solui, qui illius anni fructus percepit, etiam si beneficium tempore solutionis mutauerit possessorem, modo qui illos percepit, eos tanquam beneficiarius percepit, num. 4.*

Pensio à postulatæ auctoritate impositæ super distributionibus quotidianis alicuius beneficij obligat solummodo ipsum beneficiarium pensioni consentientem, & in beneficio successorem, qualis cum non sit nec Capitulum, nec singuli de Capitulo, quibus dictæ distributiones ex ante beneficio ratione interessentiæ accrescunt, sequitur eos illi ad illam non teneantur. 2

Distributiones quotidianæ alicuius beneficij, super quibus alicui reseruata est pensio tũc demũ remanent dicto onere affectæ, si à beneficiario ipso lucrifactæ sint. 2

Pensio annua soluenda ex fructibus alicuius beneficij taxatiue expressis operatur quidem vt non debeat solui ex alio, quã ex dicti beneficij fructibus perceptis, vel qui percipi potuerunt, sed non tollit quo minus termini illorum annorum, in quibus nulli potuerunt percipi fructus, solui debeant ex fructibus in sequentibus annis successiue perceptis, siue percipiendis, num. 4. & 5. 2

Taxationis, & non demonstrationis causa censetur facta mentio rerum, ex quibus quid solui mandatur, quando vtraq; vt & eadem oratione continetur. 3

Pensionarius potest pensiones non exactas exigere à successore in beneficio, nedum pro illis annis in quibus beneficium fuit ab antecessore possessum, sed etiam in quibus fuit vacans, non tamen poterit cogi, vt soluat nisi ex fructibus, prout eos successiue ex eodem percipit beneficio, numero 6. 4

CONSILIVM I.

QVæritur primo, an Antonius pensionarius, cui cõstituta est pensio 250. scutorum super fructibus & distributionibus cantoriæ ualoris 1250. ducat. uacante cantoria per annum, & fructibus eius, qui in solis distributionibus consistunt, præter aureos centũ, cedentibus Capitulo, possit petere pensionem à Capitulo.

Secundo, an possit petere ab eo, qui ei fuerit successor.

Duæ quæstiones videntur proponi. Prior est, an prædictus Antonius possit petere prædictam pensionem prædicti anni à Capitulo. Posterior, an poterit petere ab eo, q̃ succesſerit in d. cãtoria.

1 Ad priorem respondeo, q̃ pro eius affirmante facit, quod res cum suo one re transit.[a] At distributiones quotidianæ prædicti anni Ecclesiæ prædictæ videntur oneratæ, & affectæ onere soluẽdi prædictam pensionem, ergo is vel ij, ad quos transierint tenebuntur soluere illam. Cum ergo distributiones trãsierint ad Capitulum, vel dignitates, & canonicos illius Capituli, illi tenebuntur ad soluendũ illam. facit quod collecta vel decima soluẽda ab aliquo nõ de fructibus alicuius beneficij, solui debet ab eo, qui fructus anni accepit, etiamsi antequam soluerit desinat esse beneficiarius illius beneficij, quod sæpè se respondisse ait Dominicus.[b]

2 His tamen non obstantibus pars negatiua videtur verior, tàm quo ad Capitulum, q̃ quo ad illos, qui sunt de Capitulo. quo ad Capitulum quidem duplici ratione. Prior est, quia nihil de distributionibus prędictis peruenit ad illud, illæ enim totæ peruenerunt ad singulares de Capitulo: & cõstat aliud esse Capitulum, aliud singulos de Capitulo iuxta c. [eam te,] vbi latè hoc Felyn. exornat.[c] Posterior est, quod literæ Apostolicæ, obligant ad soluendam p̃dictam pensionem solum Ioannem, qui consenserat eius cõstitutioni, & succesſores in ipsa cantoria, vt ex tenore illarum constat, de quibus non est Capitulum, vt palam est. Quod autẽ non possit petere etiam à singularibus, qui non fuerint succesſores in cantoria, probat posteriore ratione, quia literæ Apostolicę non obligant illos, nec vllam de illis mentionem faciunt. Probatur etiã, eo quod nihil prędictarum distributionum prouenit ad eos ratione prædictæ cantoriæ, sed tantum ratione suarum dignitatum & canonicatuum, ratione quorum diuinis intererant.

Non obstant opposita, quia concedimus quidem rem transire cum onere suo, sed negamus prædictas distributiones, quæ nunquam fuerunt quæsitæ per vllum cantorem, esse oneratas illo onere, quia ad summum illæ tantum, quæ essent lucrifactę per cantores, potuerũt esse affectæ, & obligatæ onere illo, iuxta illud solenne Ludou. Roman.[d] quibus non sunt illæ quæ accreuerunt eis ob absentiam cantoris, & determinatio Dominici loquitur de collecta, quæ debebatur à beneficiario de fructibus, quos ratione sui beneficij percepit, quod non contigit in casu proposito in quo pensio debetur de perceptis à cantore, quales nulli sunt: quia nullus fuit cãtor, qui eos percipere posset.

Ad posteriorem quæstionem videlicet an prædictus Antonius poterit petere prædictam pensionẽ ab eo qui succesſerit in dicta cantoria, esto quod distributiones, nec fructus perceperit? respõdeo pro parte negãte facere primo, q̃ ipse non recepit, neq; quidquam vnquam recipiet de fructibus, & distributionibus prædicti anni, quo cantoria vacauit, quia illi cum consisterent in distributionibus quotidianis, accreuerunt Capitulo, vel singularib. dignitatibus, vel canonicis, qui fuerunt illo anno de Capitulo, & interfuerunt horis, & aliis diuinis officijs, iux. c. 1.[e] & [f] Concil. Trid. & iniustum videtur, quod qui nõ rapuit nec accepit, exoluat.[g]

Secundo, q̃ non debet alteri per alterum iniqua cõditio inferri,[h] nec debet alius pro alio teneri, arg. illorum tit. C. [ne fil. pro pat. & ne vxor pro mar.] & illius Ezechielis,[i] [Filius non portabit iniquitatem patris.

3 Tertio, q̃ non debetur pensio illius anni quo non fuerunt percepti, nec potuerunt percipi fructus beneficij, si fuerunt in bulla expressi causa taxationis, & non demonstrationis, vt grauiter definit Paul. Castrensis,[k] & post illum Felyn.[l] & addit Gigas,[m] quod secundum stylum Curiæ fructus, super quibus imponitur pensio exprimuntur causa taxationis, & non causa demonstrationis, & rectè quidem quia vna & eadem oratione continetur reseruatio pensionis, & nominatio fructuum, ex quibus illa est soluenda, & quando id vna & eadem oratione fit, cẽsentur fructus nominati causa taxationis, vt efficaciter probat Pau. communiter recep. in casu proposito fructus non fuerunt recepti,

[a] *Ca. super literis. sub. fi. de resc.* [b] *ff. de præb. & ff. de cõd. & dem.* [c] *De resc.* [d] *de d 388. in ca* [e] *Decre. nõ resid. lib. 6. c. 12. de re for. sæp. 24.* [f] *Arg. ca. si quis laic. 16. q. 1.* [g] *ac. ex literis de pig. & c. in c. præsẽ ti. §. porro. de offi. ordi. lib. 6.* [h] *n. 4. q. 3. c. peccata. ff. de reg. iur. lib. 6.* [i] *l. non debet. ff. de reg. iur.* [k] *Ezech. 18* [l] *cons. 338. nu. 3. col. 1. in c. ad audientiam 2. n. 7. de resc.* [m] *In q. 62. de pens.* [n] *& nim d. cons. 338. nu. 3.*

recepti, nec potuerunt peipi ab aliquo: quia vacabat cantoria, & non erat cantor qui posset interesse diuinis. ergo nõ potest peti pensio pro illo anno.

His tamen non obstantibus pars affirmatiua videtur verior. Tum quia intentio Papæ est seruanda,[a] arg. l. [conditionibus primum locũ eorum habet intentio disponentis.[b] At intentio Papæ fuit, prouidere D. Antonio de prædicta pensione pro victu eius honesto, vel parte eius soluenda de fructibus, & distributionibus per Ioannem cantorem, & succesſores eius percipiendis: ergo soluenda est illa ab aliquo, & non à Capitulo, neque à singularibus de illo, ergo à succesſoribus eius.

4 Tum quia stylus Curię habet, quod pensionarius potest petere pensiones decursas, & non solutas annorum præteritorum à nouo possessore beneficij, qui nihil vnquam recepit, nec forte recipiet, nec recuperabit à præcessoribus suis, nec ab hæredibus eorum, & id esse iuri consonum, satis colligitur ex Dominico & Franco,[c] & ex traditis à Cacialupo[d] & latius ex Gigante.[e]

Nõ obstat primum oppositum: quia concedimus succesſores prędictos nunquam esse percepturos de fructibus, & distributionibus illius anni, sed negatur ad soluendum de fructibus perceptis ab eis alijs annis, quibus cantoriã possederint: sicut tenerentur soluere pensiones omnes decursas, si prædictus Ioannes cantor non soluisset eas, vt dictum est. Non obstat etiam secundum, quia succesſor in cantoria non cogitur ad soluendam pensionem propter factum alienum, sed propter suum quia recipiet, e possidebit cantoriam onustã prædicta pensione, nulla facta ei remissione; & ita cessant omnia ibi citata ad probandum, quod vnus pro alijs, non debet teneri, succesſores enim prædicti non tenebuntur pro alijs, sed pro se & sua cantoria à se possessa & retenta.

5 Non obstat etiam tertium, licet primum vrgeat: quia concepimus non esse soluendam pensionem annuam illo anno quo non nascuntur fructus illius anni, concedimus item, quod in literis pensionum, fructus vnde debent solui, causa taxationis exprimuntur, vt in argum. sed dicimus illam hoc operari, quod non est soluenda de alijs, quam de fructibus ipsius beneficij, non tamen operatur, quod non debeat solui pensio pro anno, in quo non colliguntur fructus, & ita si percipiantur à succesſoribus cantoriæ fructus, vnde possit solui pensio decursa, tenebuntur soluere illã, siue perceperint siue non perceperint fructus annorum præteritorum, & siue alij possessores perceperint, siue non perceperint, per prædictum stylum Curiæ, & iura quibus ille fundatur. Vnde si in literis diceretur, quod pensio quælibet annua solueretur à beneficiario de fructibus illius anni, pro quo est soluẽda pensio, non teneretur soluere succesſor pro anno, in quo non colligerentur fructus. sed quia in literis solum fit mentio fructuum percipiẽdorum ex beneficio: taxatio quidem fit quo ad hoc, vt si nulli fructus percipiantur, nec percipi possint, nõ soluatur pensio de alijs fructibus: sed quia literæ non taxant neque limitant pẽsionis solutionem ad fructus huius vel alterius anni, soluenda erit de fructibus, qui percipientur ex beneficio illis, vel alijs annis. Facit ad hoc argumentum à parte ad totum,[f] quod communiter omnia beneficia cũ vacant aliquo tempore manent vacantia, & collatarij eorum absq; possessione illorum, & consequenter sine potentia quærendi distributiones quotidianas: sic quæ eorum possessoribus, & interessentibus diuinis debentur: attamen vsus habet, quod qui accipiunt beneficia huiusmodi pensionibus onusta, soluunt pensiones, non detracta aliqua parte illius, pro rata temporis, quo nõ potuerunt interesse diuinis.

6 Ex his tamen infertur, quod succesſor nõ poterit cogi ad soluendã pensionem statim quo succesſerit, donec lucretur, vel per eum steterit quo minus lucretur tm̃ de fructibus, & distributionibus, quam commode illam soluere poterit de fructibus cantorię, qui nominãtur causa taxationis, & per nõ strationis solutionis faciendæ, & ita nõ tenebitur soluere de alijs bonis, q̃ de his, quę quę siuit, vel per eũ steterit, quo minus quęreret de fructibus cantoriæ. Salua, &c.

[a] *Ca. super literis. sub fi. de resc.* [b] *ff. de præb. & ff. de cõd. & dem.* [c] *in c. præs. §. fi. de offic. ord. l. 6.* [d] *q. 11. de pensio.* [e] *In trac. de pensio. q. 30.* [f] *l. ux. l. que de tota. ff. de reiuend.*

SVMMARIVM.

1 *Fructus episcopatus vacantis, à die vacationis successori debentur de iure, nisi Pontifex illos vel Camera alteri specialiter reseruauerit.*

2 *Pensionis reseruationi qui nec per se, nec per procuratorem consentit, ob non solutionem non ligatur censuris, antequam reseruationis littera non per alterius notarij transumptum sed in authentica forma inspiciatur, num. 4.*

3 *Pensionem praeteritorum annorum ab antecessore non solutam ita tenetur soluere successor ex fructibus, quos ipse percepit, vel in futurum percipiet, vt ab haerede antecessoris, qui fructus dictorum annorum percepit, quod soluit recuperare valeat, & num. 5.*

6 *Pensionarius tenetur compensare siu deducere ex terminis sibi debitis id quod beneficiarius pro ipso in expeditione bullarum pensionis soluit iuxta stylum Curiae, nec potest propria auctoritate capere fructus pro solutione suae pensionis, num. 7.*

8 *Declaratio contra non citatum, quod inciderit in censuras, est nulla, cum omnibus inde sequutis: & hoc modo non simus in notorijs.*

CONSILIVM II.

1 CErtum est, iure solo communi attento, q̃ Episcopus debet habere fructus sui episcopatus, obuenientes non solum à tempore datę prouisionis, sed etiam quotquot obuenerunt à tempore vacationis, [a] nisi illos quos Sedes Apostolica sibi, fisco Regio, vel alijs reseruauit, quarum reseruationum copię ostendi deberent, aut summa earũ proponi ad rectè iudicandum: mihi autem non exhibetur priuilegium fisci Sicilię, quod super hoc habet, neque etiam copia literarum Regiarum, quæ fuerunt expeditæ die 7. mensis Ianuarij, super fructibus à fisco Regio perceptis vel percipiendis vel reddendis. Deinde non ostenditur mihi, quo iure, & quibus literis Papę præfatus Rinaldus Corsus acceperit fructus, quos narrat̃ accepisse.

a c. quia sæpe. de elect. lib. 6. cũ sibi concordanti bus.

2 Præterea bulla pensionis concessa officio Inquisitionis anno 78. & intimata anno 80. non nocuit domino Episcopo, ad incurrẽdam censuram vllam ante intimationem, quia non consensit cõstitutioni pẽsionis personaliter, imò neque per procuratorem: quia solum debebat, eo quòd successit debẽti eam, vel quia de consensu Regis constituit eam Papa, cuius copia neque summa monstratur mihi, vt possim iudicare de quibus ducatis sit intelligenda, quamuis credam intelligendam esse de ducatis 13. tarenarum, & non de ducatis 16. tarenarum, si vera sunt omnia quæ in facto narrantur.

3 Ad hæc credo eiusdem dominationem reuerendissimam teneri ad soluẽdam pensionem decursam à die constitutionis pensionis de fructibus perceptis, vel percipiendis saltem posteaquã eos perceperit ex fructibus annorum sequentium, remanente vel cessa sibi actione recuperandi ab eis, qui perceperunt fructus, & nõ soluerunt partem pensionis, quæ debebatur ex eis, quia secũdum receptiorem opinionem, qui succedit in beneficio onerato pensione, debet soluere pensiones decursas, quas non soluit prædecessor, remanente sibi actione recuperandi eas ab eius hærede.

4 Insuper intimatio bullæ pensionis facta per transumptum, & non originaliter, ad nihil obligauit dominum Episcopum, quia habetur pro non facta, quia debuit fieri per instrumentum authenticum, [b] quale non est copia instrumenti per alium notarium exemplati sue transumpti, [c] præsertim si est rasum in loco suspecto, quale dicitur fuisse id, per quod fuit facta intimatio.

b Cle. cauſam, de ele. c Authẽ. ſi quis in alio documẽto, C. de sacrosanct.

5 Accedit, quod dominus Episcopus secũdum receptiorem opinionem cogi potest ad soluendam pensionem anni 1578. cuius fructus nõ recepit, si postea recepit alios, vt prædictũ est, remanente sibi actione cõtra hæredẽ, qui debuit eam soluere. Addo, q̃, vt prædixi, credo D. Episcopum non debere ducatos de Camera, sed tantum 13. tarenorum, si vera sunt narrata in facto, sed non possum certo iudicare non visis literis. Quin etiam certum est, D. Episcopum retinere posse omnia quæ soluit ratione literarum, & impensæ factæ pro expeditione pensionis, quæ soluenda erat, per officium Inquisitionis, iuxta morem quem Curia seruat, & qui pro lege habetur. [a]

a c. quãquã grauiter. de crimine fal.

7 Certum est etiam pensionarium non posse auctoritate sua propria & priuata capere ea, quæ sibi pro pensione debentur, nisi sancta Sedes Apostolica id specialiter ei concesserit, vel nisi officium Inquisitionis habuerit huiusmodi priuilegium, quod ego non noui, & consequenter, dominum Inquisitorem, si processit, vt narratur in facto, male processisse, & acta eius retractatum iri a Sanctissimo domino nostro, iuri seruando deditissimo. Nec interim desino mirari, Inquisitionis executorem, tot quot narrantur errata iuris & facti fecisse, & quod ea si fecit, emendabuntur à Sanctissimo domino nostro, & quod declaratio, quod aliquis incidit in censuram, nisi notorium sit, non potest fieri absque citatione, & denique quòd declaratio, & omnia quæ illam consequuta sunt, sunt nulla ipso iure, & eorum ligamina nulla indigent relaxatione, quia non fuere vere ligamina, per ea plurima quæ nos post alios tradimus, [b] quamuis non est facile credendũ tantum executorem, contra tantum Episcopum, in tanta ciuitate, tanta errata fecisse in offensam Domini nostri Iesu Christi, qui nos omnes sua misericordia saluet. Amen.

b in c. cum eõtingat. de rescript.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum, in quod perueniunt omnes fructus canonicatus consistentes in distributionibus, & grossa, tenetur soluere pensionem alicui super eisdem reseruatam, secundum aliquos, cuius contrarium tenet auctor.*

1 *Distributiones omnes acquiruntur, solis interessentibus. non per verũ ius accrescendi, sed ex particulari iuris dispositione.*

2 *Diuidere etsi non possit iudex canonicatum sine iusta causa, concordia tamen iudicialis est seruanda.*

3 *Optans secundum canonicatum liber est ab obligatione, qua per iudicialem concordiam initam occasione primi dimissi tenebatur.*

CONSILIVM III.

ROgatus, vt perpenderem responsa duorum doctorum super his, & dicerẽ quid de illis sentirem, respondeo primo, hæc dubia maiora esse, quã quæ pro eorum æquitate possim ego in præsentia ob occupatiões varias resoluere.

Secundo, quòd ad resoluendum primum, oportebat scire an hic canonicatus apud Sedem Apostolicam vacasset, an non, & aliqua alia.

1 Tertio, quòd nisi prædicti doctores eruditissimi defendissent pensionẽ prædictam deberi à Capitulo prædictas distributiones lucranti, forte dedissem contrarium. Tum quia pensio prædicta Ioan. videtur posita super grossa & distributionibus quærendis à canonico pensioni cõsentiente, & non super quærendis à tertio. Tum quia capitulum non quærit distributiones interessentium, sed singuli de Capitulo nunc plures, nunc pauciores pro numero interessentium, iuxta cap. 1. [c] Tum quia illi singuli non videntur easdem quærere illo vero iure accrescendi, de quo agitur in l. [re coniuncti,] [d] sed eo quo ca. 1. [e] habet quod distributiones tribuantur interessentibus. Tum quia nec Capitulum vniuersum, nec singuli canonici tenerentur soluere pensionem constitutam alicui super fructibus, & distributionibus alicuius canonici, si ille possideret illos, & non inseruiret ei interessendo diuinis, neque illo mortuo, vel non possidente, argumento à simili, vel eadem ratione cap. dudum. [f] Sed quia prædictorum præcellentium doctorum auctoritas multum apud me valet, malo hærere, quam tumultuariè iudicare.

c de cle. nõ resid. lib. 6. d de leg. 3. e de cler. nõ resid. lib. 6. f 2. de elec.

2 Quarto, quod consonum videtur id quod alter prædictorum dominorũ ait, scilicet vicarium non potuisse canonicatum vacantem diuidere sine iusta causa per citata ab eisdem. Sed arbitror compositionem illam auctoritate vicarij factam inter litigantes debuisse seruari inter eos sine vlla diuisione canonicatus, vel præbendæ. [g]

g iuxta ca.

3 Quinto, quod nisi verba instrumẽti continentis compositionem prædictam aliud exprimãt, videtur præfatũ Gabriẽ *nisi, & ei adnot. de præb.* lem, simul ac reliquit priorẽ canonica-

tum,&accepit optatum,liberatum fuisse ab obligatione contenta in prædicta compositione, quia illa restringebātur ad illud tempus,quo esset canonicus illius canonicatus,& per prædictā optionem definit esse talis, & quo ad illum habetur pro mortuo,iux. §. [ecce.] [a] & glo. memorabilem. [b]

a 7.q.1. b Verb.mor te mi. fusce. pta.de resc. lib.6.

SVMMARIVM.

1 *Socios qui plures accipit officialis super suo officio,quam illud reddit, peccat,& ratione societatis sic initæ, posterioribus, præsertim ignorātib.t enetur satisfacere.*

2 *Debitor peccat volens posterioribus prius soluere,etiam si prioribus tanquam fidetussor,& posterioribus tanquam principalis teneatur , nisi incogitanta eum excuset,vel ob aliquam occasionem crediderit ita de iure faciendum,vel agatur de solutione extra iudicium facienda,quo casu regulariter potest posterioribus prius soluere,imò si ab eis nimium vrgetur, tenetur : & hoc nisi tam cesserit bonis,vel sit is ad quem bona defuncti debitoris perueuerint, quia tunc non potest posteriores præferre,nu.4.*

3 *Vsurarius tenetur prius mutuò accepta restituere,quàm vsuras extortas.*

4 *Debitor qui nimium vrgetur à posteriorib. creditorib. potest eis prius soluere,quam anterioribus etiam hypothecarijs.*

4 *Consulens in re in qua non habet interesse aliquod bona fide consulenti nullo modo tenetur , at tertio , qui ex dicto consilio damnum passus est,tunc demum tenetur, si fuit in culpa lata : quia de damno dato per leuem culpam nemo in conscientia tenetur, num.3. & hoc quando consilium versatur circa cōtractus: nam circa delicta aliud videtur.*

5 *Consilium non circa delictū,sed circa contractum is dicitur dedisse,qui bona fide, sed erronea & cum peccato consulit debitori, vt prius satisfaceret vni creditori,quam alteri,licet exinde per accidens alter creditor damnum passus fuerit.*

CONSILIVM IV.

TVllius super suo officio accepit pecunias ad societatem , plusquam officium reddebat , & fideiussit pro aliquibus amicis. Deinde super eodem officio pecunias pro se ipso accepit,quo vendito, dum volebat creditoribus satisfacere, communicauit cōsilium cum amico, qui consuluit vt prius solueret proprijs creditoribus,deinde ijs quibus fideiusserat , cum pretium venditi officij,non sufficeret pro vtrisque. Quæritur,an cōsulens peccauerit, & teneatur ad restitutionē prioribus creditoribus.

1 Respondeo primo, q̄ peccat is,qui accipit ad societatē super officio suo,vltra quā illud reddit, & q̄ rōne societatis dēt prædictus officiatus soluere socijs, à quib. pecunias ad societatē accepit, p̄sertim si posteriores socij ignorāt accepisse ipsum prius alios socios,q̄ vacuarent oēs reditus sui officij,sicut & q̄ super vnum & eundē fundum reddentē decē annuè cōstitueret clā multos alios cēsus,qui superarent summā dictorum x. annorum, posterioribus ignorantib. census anteriores constitutos , iux. ea quæ scribimus in commen. resolu. [c]

c Ca. 1.14. q.3.

2 Secundo, q̄ is officialis videtur peccasse volēdo prius soluere his,à quibus posterius pro se ipso accepit,quam his, quibus antea se per fideiussionem obligauit vt diximus in Man.conf. [d] scilicet quod debet prius soluere illa,pro quibus soluendis prius se & omnia bona sua, præsertim in forma Cameræ obligauit,quam quę postea contraxit,& ita peruertendo illum ordinem videtur cō misisse iniustitiam quæ est peccatum mortiferum,secundum S. Tho.recep. [e] nisi ignorantia,vel inaduertentia excusasset illum, eo q̄ aliquam occasionem habuit credēdi, quod prius debebat soluere illa,quæ pro se ipso accepit,& quę in sui ipsius vsus impendit,per mox dicenda,& quia vt post Caiet.diximus, [f] prius tenetur soluere vsurarius mutuo à se accepta,quam per vsuras extorta .

d c.17.nu. 25. e 2.2.q.39. art.1. f Vbi supra nu.32.

3 Tertio , q̄ si is principalis peccauit difficile excusari pōt consulens à peccato,quia consentiens peccato peccat. [g]

g 2.c.1.de fic.dele.

Quarto, q̄ graue dubium vī an culpa ipsius,dato q̄ peccauerit consulēdo, fuerit leuis vel lata,quod tñ plurimum importat.quia si leuis fuit,non videtur teneri ad restitutionem, per dictū sing. Innoc.c.sicut dignum.de homic. si autē fuerit lata , sic, secundum Innoc. ibid.

Quinto , q̄ ad dicendum quod fuit leuis,facit primò , q̄ ipse non erat iurisperitus , neq; petebatur ab eo consiliū tanquam à iurisperito , sed tanquam ab amico & officiario Curiæ. Secundo, q̄d ferè omnes suę conditionis homines putāt fideiussores iustè posse soluere prius debita sua;quā aliena,pro quib. fideiusserunt. Tertiò, q̄ iure regulari debitor potest soluere extra iudicium creditoribus suis posterioribus prius quam prioribus,imò & debet,si ipsi prius petant. [a] Quarto, q̄ communiter debitores, qui soluūt prius posterioribus creditoribus nimium vrgentibus, quam prioribus ēt hypothecarijs , quibus se & sua obligarunt cōiter dicuntur non peccare. Quinto,q̄ aliud videtur dicendum de soluēdis debitis mortuo debitore, vel cessione bonorum facta per eum , & aliud de soluendis debitis viuētis,qui potest bona fortuna , vel industria soluere alijs creditoribus prioribus, & iam nō est tāta culpa consulere huic viuenti,quanta esset consulere eidem custodi bonorum mortui,vel eius,qui cessit bonis.Sextoq̄ fertur in Signatura Papæ decretum esse aliqñ,vt fideiussor viuens & impotens ad soluendum oīa debita,prius solueret debita pro se contracta , quā per fideiussionem debita. Septimo facit ca. [Nullus ex consilio,dummodo fraudulentum non fuerit,obligatur.] [b] cum is de quo agimus, bona fide laudauerit cōsilium prædictum decoquere volentis.

a l.pupillus ff. qua in fraudem cred. b De regul. iur. lib.6.

5 Non obstat, q̄ licet consulens bona fide non teneatur consulenti,quando sua non interest , [c] tenetur tamen tertio , cui ex dicto consilio damnū consequutum est,si consilium illud fuit causa, sine qua non fuisset illud damnum sequutum, [d] vt singulariter annotat Dynus , [e] nō inquam hoc obstat: quia illud intelligendum est,de consilio malè dato per culpam latam , sed non per leuem tm̄ , fortè nullam,per proxime allata . Non obstat etiam quod licet nemo teneatur ex malo consilio bona fide dato circa contractus, tenetur tamen de dato circa delicta,vt omnes DD. tenent, [f] & latius Decius, [g] non inquam hoc obstat : quia in nostro casu agitur de cōsilio dato circa contractus,& nō circa delicta , & licet aliquod peccatum interueniret

c l.2.§.fin. ff. Mādati. d.c.nullus. d Arg.c.fi. de min. l. qui occidit. ff. de leg. Aquil. e in d. reg. nullus. f in d.c.nullus, & l. cū filiū. ff. de reg. iur. & d.reg.con filiū.

A in sic contrahendo,vel distrahēdo,illud tamen non contingit per se,sed per accidens , & non principaliter , & ita de eo non est curandum, [h] Salua, &c.

h l. si quis nec causā. ff. de rebus cred.

SVMMARIVM.

Debitor occultus transmittens creditori debitum per confessarium , qui infideliter agens pecuniam sibi retinuit,non liberatur,sed solum excusatur, donec rescierit dolum confessarij . 1

Regularis confessarius accipiens à pœniten 2
te pecuniam numerandā pœnitentis creditoribus, & in alios usus consumens,vel situat eo modo,quo regulares suis creditoribus sine damno monasterij satisfacere debent,puta ex ijs,quæ sibi corradunt ex suis portionibus , vel , & hoc uidetur iuri magis congruum, factum pœnitenti reuelet,nu.3. quod si creditores sunt incerti,cum tunc restitutio sit faciēda pauperibus potest sibimet tanquam vni pauperi restituere,nu.4.

Confessarius ad restituendum quid acci- 3
piens , eandem quam pœnitens curam adhibere debet inueniendi creditores.

Incertis creditoribus qui restituere tenetur, 4
si sit pauper potest sibi tanquam pauperi restituere.

CONSILIVM V.

COnfessarius religiosus accepit à pœnitente certam summam pecunię, vt ea satisfaceret suis creditoribus occultis , qui tamen impendit eam in suos vsus bonos,vel malos,mentitus pœnitēti,quod satis fecit creditoribus. Quæritur quid dicendum.

1 Respondeo primo, quod pœnitens videtur satisfeciſſe, donec innotuerit ei dolus confessarij, argumento c. [significanti,] [i] & aliorum iurium , quæ probant excusari quem ob fidelitatem nuncij, & ob auctoritatem consultorum.

i de pigno.

2 Secundo, q̄ præfatus D. cōfessarius tenetur satisfacere dictis creditorib.eo modo, quo religiosi pñt suis fine detrimēto sui monasterij,vel ordinis,his modis,quos tetigimus in tract.redit.eccl. [k] vbi pt videri iter quos dicimus posse satisfacere de reb.quas ī suos honestos vsus dispēderēt de licētia legitima suorū superio-

k q.2.mon. vlt. & extisplicatus. q 2. mon.20.

superioribus, iuxta ea quæ latius sctipsi E
a Super ca. nõ dicatis. 12.q.1. mus in comment. 2. de reg.[a]

3 Tertio, quòd præfatus confessarius debet ponere tantam diligentiam in inquirendo prædictos creditores, & eorũ hæredes, quantam tenebatur adhibere pœnitens: quia subrogatus sapit naturã
b l. eũ qui. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautionibus. eius, cui subrogatur. [b] Quarto, quòd iuri proprius videtur præfato confessario, vt admoneat secretissime pœnitẽtem, quod non soluit præfata debita, si pœnitens viuit.

4 Quinto, quòd si nullo modo prædictorum potest satisfacere, excusabitur
c de solutio. d ff. de dolo & dolis exc. e 2.2.q.62. art. fin. f cap. 17. nu. 75. impotentia, iuxta c. [Odoardus,] [c] & l. F [nam & is,] [d] & tradita per S. Tho.[e] & per nos post alios in Man. conf.[f] Sexto, q. si creditorum, & debitorum incertitudo nõ poterit certificari, vel qua parte nõ potest, est facienda restitutio pauperibus, si fieri potest, per c. [cum tu,] iuncta gl. de vsuris, & ipsemet confessarius potest esse vnus de pauperibus, cui tãquam pauperi potest fieri restitutio, vt nos vtiliter declaramus in Enchirid. de orat. [g]

SVMMARIVM.

G

1 *Creditor anterior per reuocatoriam reuocat, quicquid facto debitoris fraudantis in alium peruenit, etiamsi esset translatio triennalis locationis, quæ debitor prædia ad triennium condixerat; nec penes eum, qui sic per fraudem acquisiuit, debet quicquam remanere: secus esset, si peruenisset ex non facto, seu omissione, puta quia debitor nolendo acquirere fuerit causa, ut ius non acquisitum in hunc tertium perueniret.*

CONSILIVM VI.

H

TItius fideiussit pro Sempronio pro summa 200. scutorum mutuo acceptorum à Ioanne, quorum centum D. Sempronius consumpsit in colendo vineam, quam à Petro ad triennium conduxerat, & alia 100. in soluendo quædam alia debita. Titius cupiens solutionis prædictæ fideiussionis periculum euadere, dixit ipsi Sempronio. Iam scis te antea contraxisse quam plurima alia debita maiora, quã soluere valeas. Quapropter te mortuo, cum ista mea fideiussio vltimum debitum sit, necessariò mihi erunt soluenda ex proprijs bonis ista 200. scuta: obsecro te, vt pro mea securitate, & cautela, transferas in me locationem d. vineæ, vt ego possim dicere fructus eius meos esse, & ex eis satisfacere fideiussioni prædictæ, aliàs si non satisfacis ex eis, possim te cõpellere ex eisdem soluere. Consensit Sempronius, & sic coram notario, & testibus in præsentia d. Petri domini vineæ consentientis, pariterque transferentis facta fuit translatio prædictæ locationis triennalis eius in ipsum Titium. Post duos autem annos à dicta translatione defunctus est Sempronius relictis in esse aliquibus fructibus ex ipsa vinea separatis, & anteriores creditores sua credita ab hæredibus petunt. Sed cum non sufficiat hæreditas omnibus soluere.

Dubitatur primo, an prædicta cautela trãslationis dictæ locationis ita sit valida, & iusta, vt d. Titius ex prædictæ vineæ fructibus, scuta illa ducenta vltimo & recentiori creditori, cui per dictam fideiussionem ipse est obligatus, licite soluere possit, alijs creditoribus relictis

Secundo, an saltẽ soluere licitè possit prædicta centum scuta in colendo & beneficiando dictam vineam ab ipso Sẽpronio insumpta.

Tertiò, an tuta cõscientia prædictus Titius post mortem dicti Sempronij in conductione dictæ vineæ virtute supra dictæ translationis pro illo tertio anno qui deest, vt finiatur prædicta conductio, succedere valeat: vel potius sit dicẽdũ, ei hæredes ipsius Sẽpronij succedere

1 Respondeo, quod creditores antiquiores habentes antiquiorem obligationem contra Sempronium poterunt per actionem reuocatoriam, [b] reuocare præfatam translationem locationis, quæ & vtilitates inde sequutas, eo quod non dem. poterit negari illam fuisse factam in fraudem creditorum. Tum quia licet illa non habeat locum contra eum, ad quẽ peruenit aliquid, eo quod debitor noluit quærere illud cum posset, habet tamen locum contra illum, adquẽ pervenit aliquid ex aliquo contractu debitoris vel per quodcunque aliud factum. [k] Tum quia præfatus Sempronius debitor

b tato tit. ff. i. l. qui aũt. ff. quæ in fraudẽ creditorum. k l. 1. ff. eo.

tor alienauit à se vsum triennalem vineæ locatæ in Titium, & etiam meliora menta quæ fecit in vinea, & etiam operas, quas facturus erat in administranda & colenda illa, & in fructu eius percipiẽ-
al. ait prætor. 2. §. penul. ff. eod. do, & denique quod nihil debet remanere apud fraudatorem, ex eo quod per fraudem venit ad eum. [a] Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Regularis quicquid acquirit suo monasterio acquirit, si sit illius capax, & nu. 20. & hoc ita irreuocabiliter, vt de acquisitis nõ possit disponere. nu. 11. fallit in beneficiato, qui beneficio suo, modo non sit episcopatus titularis clero carẽs, & populo. cui nõ acquirit, & n 20. ita quæ acquirit, ita acquirit, vt tamen solus retineat illorum inter vivos dispositionem. nu. 11.*

2 *Beneficiarius de fructibus beneficij inter vivos disponit in sui honestam sustentationem, & alios pios vsus, & illos ẽt in vita sua percipiendos, quãtis sit regularis, potest obligare. nu. 6. & 10. et verò moriẽti de iure is qui in beneficio successor est, sed ex priuilegio ratione spoliorum succedit Camera Apostolica, nu. 3. 12. & 17.*

4 *Beneficiarius debitor ex superfluo, quod debet pauperib non põt soluere debita sua, fallit, quando non habet, unde aliunde soluat, num. 7. & 9. nam tunc sibimet in effectu tanquam pauperi non valẽt sua debita soluere erogat: imò & cogitur vti iuris, & ex illis soluat. nu. 15.*

4 *Monasterium nõ soluit debita cõtracta per monachum, nisi creditor probet conuersa in utilitatẽ monasterij, vel quod mandãte monasterio illa contraxerit. nu. 16. contracta autem per beneficiariũ soluuntur de bonis relictis, quorum uiuẽs solus habebat administrationem, nu. 16. at contracta à conuentu seu monasterij Superiore exigit creditor ab ipso monasterio, absq; eo quod cogatur probare cõuersum fuisse in utilitatem monasterij. nu. 6. 8.*

5 *Spolia Ecclesiasticorum beneficiariorũ ita debentur Cameræ, ut illa ex illis non teneatur soluere debita relicta, nisi quãdo defunctus non reliquit alia bona, vnde possit proprijs creditoribus satisfieri. nu. 19. quia bona, in quibus Camera ratione spolij succedit, intelliguntur deducto ære alieno. nu. 5. & 13.*

A *Beneficiarius duobus modis contrahit debita: nam quandoq; seruatis seruandis cõtrahit nomine & in vtilitatem Ecclesiæ seu beneficij, & tunc bona Ecclesiæ etiã* 6
pretiosa & inalienabilia remanent ẽt obligata, quandoq; contrahit nomine proprio & tunc prædicta bona Ecclesiæ non remanent obligata, sed fructus, & alia eius bona, de quibus beneficiarius solus poterat inter vivos disponere, ita vt hæc bona ad successores cum suo transeant onere. Debita primo modo contracta soluit successor in Ecclesia & beneficio: secundo modo contracta soluit is, qui debitori succedit in alijs bonis, nu. 14. 18. 19. & hoc siue dicta debita secũdo modo contracta fuerint cõuersa in vtilitatẽ Ecclesiæ, siue nõ, n. 10. Camera tamẽ, quæ succedit in spolio, ad hoc nõ tenetur, quando debitor alia bona reliquit: quia tunc de illis primo soluenda sunt debita. nu. 13.
Intellectus cap. 2. de fideiussionibus. 14
Intellectus cap. peruenit, de solution. 15
Episcopus titularis, qui caret clero & populo, non acquirit episcopatus non habenti nec clerum, nec populum. 20

CONSILIVM VII.

QVidam Archiepisc. olim frater Minor, anno M.D.LXXV. obligauit se in forma Cameræ ad soluẽda 500. scuta collegio cuidã pro parte precij, quo emerat quoddam palatiũ ad vitam suã quib. non solutis, mortuus est anno sequenti 76. cuius spolia Camera Apost. accepit, à qua prædictũ collegiũ petit sibi solui prædicta 500. scuta. Quæritur an teneatur Camera ei soluere.

2 Pro Camera facit primo, q. Archiepiscopus fuerit frater Minor, qui, vt nullus alius religiosus, nõ põt habere dominiũ, neq; possessionẽ alicuius rei tpalis
b c. nõ dicæ tis. & ibid. c 18. q. 1. d de priuil. ẽt minimæ, [b] qa quicquid acqrit, acquirit monasterio, vel Ecclesiæ, cui præest, etiã si fuit factus Eps, iux. c. 1. [c] & c. [cũ olim.] [d] vbi latè tradit Inn. recep. ab oĩbus, & ideo nõ videtur Archiepiscopus se potuisse obligare ad soluenda prædicta cum non posset sibi quærere, vnde illa solueret, nec consequenter prædicta Camera tenebitur, vt eius successor.

2 Secundò facit, q. nec ẽt clericus beneficiarius sæcularis acquirit ita sibi ex reditibus

reditibus beneficij sui, vt fiat dominus integer, & perfectus, sed solum ẽm quid hoc est ad hoc, vt rex his possit se decenter alere, & reliqua impendere pauperibus, vel alijs pijs operibus, vt tradit Innoc.[a] quod nos retulimus, & ampliauimus in tract. de redit. eccles.[b] & ita neq; potest disponere de illis donando inter uiuos diuitibus, & operibus profanis, neque in morte testari de illis[c] & ita Camera, quæ per sua priuilegia succedit in spolijs clerici morientis loco Ecclesiæ, vel successoris, qui iuri cõmuni succedere debebat, debet habere illa, quæ prædictus Archiepiscopus reliquit.

a in c. inde corum. de ea. & qua lit.
b q. 1. mon. 21.
c cap. 1. & c. quia nos. de testamẽ.

3 Tertio facit, quod Papa reseruauit spolia clericorũ tam secularium, quàm regularium, vt efficaciter probamus in tractatu de spolijs super c. [non liceat,][d] at omnia quæsita bona ex reditibus ecclesiasticis, quæ relinquuntur insumpta, dicunt spolia, vt plene probauimus ibi,[e] ergo omnia bona, quæ reliquit in sumpta prædictus Archiepiscopus, sunt spolia & pertinent ad prædictam Camera, & non est alicui de illis soluendũ.

d 12. q. §. 5
e §. 1.

4 Quarto, qđ sola illa debita præcessoris, quæ pro necessitate ecclesiæ cõtracta fuerunt tenetur soluere successor,[f] at debitum prædictorum 500. scutorum non fuit tale, imò nec pro eius vtilitate, ergo Camera, quæ illi successit, nõ tenetur ea soluere: quo argumento nititur Rota antiqua. § Quinto, quod id, quod debetur vni non põt iustè solui alteri:[h] at bona quæsita ex reditibus Ecclesiastis debẽtur pauperibus, & operibus pijs cap. [quicquid,][i] in cuius tractatu passim,[k] latè probauimus, ergo ex bonis Archiepi, quæ in vita eius debebantur pauperibus, & post mortẽ ipsius, Papæ, qui est summus pater pauperũ non possunt iustè dari creditoribus eius. Sexto quod debitum contractum à religioso non debet solui à monasterio creditori, nisi fuerit conuersum in vtilitatẽ monasterij,[l] & prædictum debitũ est debitum religiosi, & non cõuersum in vtilitatem Ecclesiæ, ergo non est soluendũ creditori. Septimũ, quod præfatus Archiepiscopus habebat beneficium habens administrationem, & consequenter nó poterat testari, iuxta gl. sing.[m] Octauo, quod Rota antiqua videtur in specie decidere

f cap. 1. de solut. ium. sua gloss.
g Decis. 1. de solut.
h cap. ea te. de iureiur.
i 16. q. 1.
k in q. 1.
l cap. quod quibusdã. de fideiuss. in c. præsentes. de offitio or. lib. 6. per. refertur.

E hanc quæstionem,[n] quatenus sentit clericum non posse obligare suo creditori fructus sui beneficij. Nono, quod Rota antiqua,[o] sentit Cameram Papę non teneri soluere debita creditoribus clerici de spolijs eius, saltem si non probantur versa in vtilitatem Ecclesiæ.

Decis. 1. de solut.
n q. 1. de pr.

5 Istis tamen nõ obstantibus, quia vere non obstant, contrarium videtur de iure dicendum. Primo quidem, quod illa bona tantum dicuntur esse à morien te relicta, quæ deducto ere alieno super sunt,[p] sicut & fructus, qui deducta impensa restant,[q] & ita illa sola bona præ fati Archiep. pertinent ad Camerã, quę deducto ære alieno, & cõsequenter præ fatis 500. scutis superfuerint.

p l. subsistente. §. fructus. ff. de iure fisci.
q l. fructus. ff. sol. matr.

6 Secũdo, quod omnis regularis, siue religiosus beneficiarius, seu habẽs beneficium Ecclesiasticum potest disponere de fructibus, & reditibus eius æquè ample, ac clericus sæcularis beneficiarius de fructibus, & reditibus sui beneficij, vt singulariter determinat Card.[r] cui nemo contradicit vsq; ad quendam nouissimũ, qui sine vllo textu & ratione id fa cit, vt dixi in commen. 2. de regular. efficaciter probatur dicta Cle. 2.[t] induc. ndo modo, quo illũ induximus in tra ctatu de reditibus eccl.[u] ergo præfatus Archiepiscopus, qui erat beneficiarius habens Archiepiscopatũ, & alia beneficia Ecclesiastica, potuit disponere de fructibus eorũ, sicut alij beneficiarij sæculares de fructibus suorum beneficiorum, & consequenter emere domũ ad habitandum, præsertim ad suam vitam, obligare reditus, & fructus beneficiorũ suorũ, quos inde durãte sua vita collige ret pro solutione precij eius, cum palã fit hoc posse facere clericũ sæcularem de fructibus, & reditibus sui beneficij.

r c. de hęr. & toto titu lo C. de hęr. aut. & l. 1. Cod Treb.
s Super ea. & hon. cleric.
t indu- nõ dicatis.
u q. 1. nu. 12. §. sed & talis. q. 1. nu. 10.

7 Tertio, quod debita beneficiariorũ debent solui creditoribus de reditibus suorum beneficiorum, si non habẽt alia bona patrimonialia, vel quasi patrimonialia vũ illa soluãt, vt est casus formalis c. [perueni. de fideius. per quæ stylo oĩum curiarum tam Vrbis, quam orbis, oẽs beneficiarij, siue regulares, siue sęculares, coguntur ad soluẽdum sua debita de quæsitis intuitu suarum Ecclesiarũ, & beneficiario, non habentes alia bona, vnde illa soluant, quæ ego plus satis

experior ex eo, quod cogor iã circiter ad biennium manere in Vrbe, & non redire ad patriam, eo quod quidam dñs trapezita, siue campsor contẽdit me debere illi circiter duo millia scutorũ, ob quandam fideiussionem, quę statim cogerer soluere si nõ haberem alias iustas exceptiones, quam quod sim clericus, & canonicus regularis, & nõ habẽs alia bona, quam beneficia, vnde illa soluã.

8 Quarto, quod etiam monasteria, quorum Prælati, & religiosi debent aliqua creditoribus, debent illa soluere illis, si fuerint contracta per Prælatos & conuentus eorum, etiã si creditores nõ probent ea conuersa fuisse in vtilitatẽ Ecclesiæ casus est in c. [quid quibusdã,][a] quod clarius monstrabitur in solutione argumenti sexti.

a de fideic.

Quinto, quod oẽs actiones, & obligationes conuenientes alicui transeunt in hæredem eius, & contra hæredes debitoris,[b] ergo actio, & obligatio, quæ præ dicto collegio iure naturali, diuino, & humano, Canonico, & Cæsareo cõpetebant, contra prædictum Archiepm viuẽtem, competent eo mortuo cõtra hæredem ipsius ex testamento, siue ab intestato decedat. cum ergo Camera dicat se esse hæredem, & successorem vniuersalem prædicti Archiepiscopi, consequitur prædicto collegio competere cõtra illam, actionem, & obligationem.

b l. 1. & 2.

9 Sexto nec prodest ad soluendũ hoc argumentum, dicere quod Hostiẽsis dixit in c. [peruenit,][c] illud c. continere gratiam, & non iustitiam: quia cum ibi rideatur consultationi, necessario continet iustitiã, iuxta glossam recep.[d] Neque quod Cardin. dixit intelligendum esse illud capitulũ de debitis in vtilitatẽ ecclesiæ conuersis. Tũ quia diuinat. Tũ quia responsio esset de re indubia, cõtra l. [ancilla,][e] Nec etiam quod Pan.[f] dixit, clericos illos, de quibus capitulũ illud loquitur, habuisse alios reditus patrimoniales. Tum quia cõtextus clare probat fuisse iussos soluere de reditibus ecclesiæ. Tum quia responsio esset de re indubia, contra dictam l. [ancillæ.] quorum trium tres intellectus late confutauimus ante quinquaginta annos Salmãticæ prælegendo illud capitulũ, quorũ summam postea posuimus in Man. § &

c de fideius.
d in c. consultationi de rẽp. ord.
e c. de fur. f c. cum esset. de test. nu. 27.
g cap. 25. nu. 131.

A nuper in tractatu de reditibus ecclesiasticis,[h] in quibus soluimus argumẽtum præfatorum Patrum, quod fecit eos timere, vbi non erat timor, & violare rẽsum Papæ, & recedere à prædicto oĩum curiarum Vrbis & orbis stylo, & ita cũ Archiepiscopus, dum viueret, cõtraxisset prædictum debitum, & fuisset obligatus ad soluendum illud in vtroque foro, & obligasset omnia sua habita, & habenda ad solutionẽ eius, & non reliquerit alia bona, quam quæsita ex beneficijs, necessario sequitur, ex illis esse soluendum à quocunque ipsius hærede, & B successore, & consequenter à Reuerendissima Camera, quæ illi successit.

h in d. c. 1.

10 Septimo, quod longe aliud est debitum Ecclesiæ nomine ipsius contractum, & aliud debitum Prælati, rectoris, & beneficiarij nomine suæ personæ contractum, secundum mentem omnium,[i] obligatio enim nomine personæ Prælati, rectoris, beneficiarij, &c. solum afficit reditus, & fructus beneficij, vel Ecclesiæ, quorum dispensatio nem ipse habet, & quos potest alienare, & locare ad modicum tempus vitæ suæ pro suo arbitrio sine alia iusta causa, & k C solemnitate iuris,[k] non autem afficit bona immobilia, neque mobilia precio sa pertinentia ad Ecclesiam, quæ non potest beneficiarius alienare, neq; obligare sine iusta causa, & solennitate debita,[l] obligatio vero nomine Ecclesiæ vel beneficij contracta afficit bona præfata immobilia, & mobilia preciosa, & reditus pertinentes ad fabricam Ecclesiæ, qui non subsunt dispẽsationi soliusmodi Prælati, vel beneficiarij, sed sunt conseruanda per operarios Ecclesiæ ad utilitatem illius, & non ad sustentationem beneficiarij, quales sunt multi, & amplissimi in Hispanijs: quæ æquiuocatio nominis bonorum, & debitorum Ecclesiæ confusa, & male distincta, plus satis confusionis inducit circa dicta, & expositiones Doctorum tractantium de obligatione bonorum, & solutione debitorum Ecclesiarum, & beneficiorum, & in præsenti non tractatur de obligatione, & solutione debitorum ipsarum Ecclesiarum, vel beneficiorum prædicti Archiepiscopi, sed de obligatione, & solutione bonorum, & debitorum personam

i in d. c. 1. de solut. & c. perueniat. de fideiuss. k ca. gestr. de locat. & c. fi. ne prę. vices. suas. clem. 1. de rebus eccles. l obligatio vero nomine Ecclesiæ non alienã. c. sine exceptione. 1. 2. q. 2. c. nul. lis de rebus Ecclesiast. non alienan. de fideiuss.

sonam ipsius Archiepiscopi efficientiũ, & ita Archiepisc. pro arbitrio suo sine alia causa & solẽnitate iuris potuit obligare suam personam, & suos fructus, & reditus ad suam personalem dispositionem pertinẽtes, sine vllo dãno inde consequẽdo suis Ecclesijs, & beneficijs, & bonis eorum immobilibus, & mobilibus preciosis, & redditibus ad fabricas pertinentibus, & illa obligata per illũ, ad quẽcunq; transeant, cum onere suo
a ca. ex lite ris. de pigno rib. transeunt, [a] & obligationes, & actiones actiuæ, & passiuę personã Archiepiscopi & bona ad ipsius solius dispensationem pertinentia transeunt in hæredem & contra hæredẽ eius, siue debita cõuersa fuerint in vtilitatem Ecclesiæ, siue non, & ita cum in prædictam Camerã transfuerint prædictæ obligationes, & actiones actiuæ, & passiuæ, sicut potest vti actiuis ad recuperandum debita, quæ Archiepiscopo debebantur, ita pati debet passiuas ad soluendum ea, quæ
b Arg. l. 1. ff. ad Treb. et totus tit. eod. de hared. act. Archiepiscopus debebat, [b] Id quod ex solutione oppositorũ clarius apparebit.

11 Ad primum oppositorum respondeo, concedendo quidẽ, quod nullus religiosus potest acquirere quicquam sibi imò quicquid acquirit, monasterio, vel Ecclesiæ, cui præest, acquirit, sed aliter religiosus simplex, & aliter beneficiarius: simplex .n. quærit monasterio irrevocabiliter, ita quod non potest disponere solus de illo quæsito, postquã quæ
c ea. de sacro sanc. ecclc. cap. in præsentia. de probat. situm est, iuxta authen. [ingressi.] [c] Beneficiarius aũt reuocabiliter, ita quod põt disponere de illis inter viuos, sicut alij beneficiarij sæculares de reditibus sui beneficij, vt probatum est primo argumento pro collegio formato: & in casu proposito non loquimur de religioso simplici, sed beneficiario, & non quali quali, sed Archiepiscopo.

12 Ad secundum concedo, quod etiã clericus sæcularis beneficiarius nõ quę rit ex reditibus sui beneficij ita sibi, vt fiat perfectus & integer dominus, & consequenter, quod non potest de illis testari, neq; inter viuos donare cognatis, vel alijs diuitibus, negãdo tamen quod nõ possit dispendere ita quæsita in suos & suorum decẽtes vsus per contractus inter viuos non gratuitos, emendo videlicet, & vendendo, locando, conducendo, & permutando, imò & gratuitos, donãdo ob causa remunerationis, paupertatis, vel pietatis, vt in dicto tractatu late tradimus, [d] & cõsequenter cõcedimus, quod prædictus Archiepiscopus nõ potuit testari, nec per vltimam voluntatẽ relinquere prædicta 500. scuta predicto collegio, negamus tamen, quod non potuit per contractum non gratuitum emptionis, se & suos reditus obligare illi, sicut in forma Cameræ obligauit pro precio emptionis prędicti palatij ad suã vitam, cũ religiosus beneficiarius possit disponere de reditibus, & fructibus sui beneficij, perinde ac sæcularis de reditibus suis, vt probatum est in argumento secundo pro collegio facto.

d q. 1 mon. 28. 29. & seq.

13 Ad tertium concedimus Papã succedere in bonis prædicti Archiepiscopi & quod omnia bona, quæ ipse reliquit, debentur Reuerendissimæ Camerę, sed negamus, omnia, quæ erant penes Archiepiscopum, esse bona illius, sed solũ ea, quæ supersunt deducto ære alieno, iuxta l. [subsignatum.] [e] & adducta in argumento primo pro collegio formato, & consequenter deductis prædictis 500. scutis, quæ erant æs alienum, seu debitum ipsius Archiepiscopi.

e §. bona. ff. de verb.

14 Ad quartũ, quod alia sunt debita, quæ respiciũt & afficiunt personam beneficiarij, & reditus eius, quorum dispẽsatio pertinet ad eum solũ, & alia, quæ afficiunt, & respiciunt ipsam Ecclesiã, & bona eius, de quibus beneficiarius non põt sine iusta causa, & iuris solemnitate disponere: aliud item succedere in beneficio, & aliud succedere in bonis beneficiarij, vt deductũ est in argumẽto vltimo pro collegio facto, & quod c. 1. [f] loquitur de succedente in beneficio, & Ecclesia, & bonis, quæ non subsunt dispositioni solius beneficiarij, & ita concedimus, quod ille nõ tenetur soluere debita, quæ contraxit præcessor, nisi fuissent contracta pro necessitate, vel vtilitate Ecclesiæ, quod habet illud capit. & ita fatemur, quod successor prędicti Archiepi in Archiepiscopatu & alijs beneficijs eius, non tenetur soluere prędicta 500. scuta, cum nõ fuerint pro necessitate illorum accepta, vel promissa, & in casu proposito non loquimur de succedẽte in archiepiscopatu, & beneficijs prędictis

f lo. de solut.

dictis, vel bonis eorũ, de quibus non poterat Archiepisc. disponere in vita, sed de succedente in bonis Archiepiscopi, de quibus potuit ille disponere in vita per contractus non gratuitos, & etiam gratuitos, causa remunerationis, pietatis, vel paupertatis initos. & sic negamus, quod Camera, quæ fueredit in illis bonis, de quibus ille poterat disponere, non teneatur eius dispensationi stare, quãtus illa non fuerit facta pro necessitate ecclesiæ: alioquin .n. non teneretur soluere ẽt panem, vinum, carnes, & alia empta ab ipso pro sustentatione decẽtiæ suæ vitæ, & personæ, si ante suã mortem ipsemet non soluisset, quod est
a l. nã quod absurdum. ff. de bo. lib. absurdum, & ita non dicendum. [a]

15 Ad quintum respondeo, quod hoc argũmentum, cui nemo (vt arbitror) an te nos satisfecit, adeo torsit Inno. Host. Ioannem Andream, Cardin. Pan. & oẽs
bi. in peru. de fideiuss. & alibi sæpe. alios, [b] vt illius contextum destruxerint & inutilem fecerint diuinando, improbriando, & ad gratiam redigendo, vt dictum est in argumento sexto pro collegio facto, & destruendo illum textum, decere videntur contra praxim omniũ curiarum Vrbis & orbis, quod beneficiarius non põt iuste soluere, nec iuste põt cogi ad soluenda debita sua, quantumlibet legitima, de reditibus sui beneficij suis creditoribus, præsertim diuitibus, nisi fuerint cõtracta pro necessitate, vel vtilitate Ecclesię suæ: cui tñ argumẽto quinto nos in locis prædicto argumẽto sexto citatis satisfecimus, ea cõsideratione, quod omnis beneficiarius, siue sæcularis, siue regularis, qui vere & legitime est obligatus ad soluenda aliqua, & non hẽt vlla alia bona, vnde illa soluat, quã reditus sui beneficij, est pauper, & egenus & soluere de illis debita legitima creditoribus est dare, & impendere illos in vsus pauperis, & consequenter nõ est dare illos alijs, quam pauperibus, & ita rñdendo formaliter ad hoc quintum argumentũ, concedimus assumptum, siue maiorem eius, scilicet, quod debitũ vni non debet solui alteri, neque qui soluit alteri, liberatur à debito, concedimus subsumptum, seu minorem, scilicet, reditus beneficiorum superfluos esse debitos pauperibus, vel pijs operibus, concedimus etiam consequentiam, ergo beneficiarius non debet soluere, nec cogi ad soluendum debitum creditori, solũ diuiti, intelligendo de beneficiario diuite, & habente patrimonialia, vnde illa soluat. negando tamen illam, intelligendo de beneficiario non habente talia patrimonialia: quia talis beneficiarius debitor est pauper, & soluere eius debitũ, est soluere pauperis debitum, & consequenter dare pauperi, & ita talis beneficiarius ipsemet sua spõte potest soluere sanctè, & sancto cogi à iudice ad soluendum creditori etiam diuiti: quia id æquipollenter est erogare pauperi, & egeno, cum soluere creditori debitoris in effectu sit dare debitori, quia liberat eum ab obligatione. [c] Vnde & qui tenetur aliqua distribuere pauperibus, põt, si est pauper, capere sibi tanquam pauperi aliquid ex eis, vt diximus in Man. [d] & latius in tract. de red. [e] post Bald. Calderinum, & Ancharanum. [h]

c Instit. quibus modis tollitur obli. d gatto. 3 prin cip.

16 Ad sextum respõdeo, quod assumptum in eo scilicet, debitum religiosi non est soluendum à monasterio, nisi conuersum fuerit in vtilitatem eius, intelligendum est de debito cõtracto à religioso simplice, sine mandato monastę rij, nos aũtẽ loquimur de religioso non simplici, sed de habente beneficium, & beneficia. Item, quod assumptum loquitur de monasterio, quod nõ tenetur soluere debitum religiosi etiam beneficiarij de bonis monasterij, de quibus ipse nõ poterat disponere, nos autem loquimur de reditibus, de quibus Archiepiscopus, licet esset religiosus, poterat disponere in vita sua: & ita non obstat penitus, quia à disparatis non fit illatio. [i]

d cap. 23. nu. 123. e q. 3. mon. 25. & in q. 1. mon. 52. f l. id quod de sacrosa. ecc. q. 22. g consi. 39. h consi. 82. i ca. ad audientiã. de decimis.

17 Ad septimum concedimus, quod Archiepiscopus non poterat testari, ẽt si non esset religiosus, de reditibus suorum beneficiorum, nec prædictum collegium petit prędicta scuta tanquam sibi debita ex testamento, vel vltima voluntate: sed negamus, quod non poterat emere, vendere, locare, & conducere per contractus alios licitos de reditibus suis legitime unitis, qualis fuit emptio dicti palatij ad suam vitam, & ita prædictum collegium petit prędicta scuta ex contractu, & non ex vltima voluntate.

Ad octauum respondeo primo, quod

Rota

a In illa de cis. de solu. Rota, [a] refert tantum quæstionem Archidiaconi, [b] in quam inclinant etiam
b c. statuũ. Inno. & alij supra citati, videlicet, quod
§. assessorẽ. clericus debitor non potest iuste solue
de rescript. lib. 6. re sua debita de reditibus sui beneficij, sed non ait, ita decisum fuisse à Rota; imo expresse ait, Audit. orẽ Cameræ contrarium seruare, dando sequestrum fructuum beneficiarij pro debitis eius. Secundo respondeo, quod potest intelligi de clerico beneficiario habente alia bona patrimonialia, ex quibus sua debita soluere possit, & non de non habente talia, de quo agitur in casu proposito.

18 Ad nonum, quod fundatur in de-
c de prob. cisione illa 41. [c] respondeo primo, quod nõ ait illam causam fuisse decisam per ibi adducta. Secundo, quod nihil affirmat, sed dubitando, & vacillando refert opiniones varias, quas latius, & distinctius supra tetigimus, & reprobauimus
d de fideiu. c. [peruenit.] [d] & contra praxim omnium curiarum Vrbis, & orbis, per responsa ad quintum argumentum, cui non potuerunt respondere, & pót optime, & sancte supradicto modo responderi. Tertio, quod ipsa fatetur, quod debita contracta in uita à beneficiario habente administrationem, debent solui de reditibus eius quæsitis ab eo viuente & in casu proposito agitur de habente administrationem, & non qualem qualẽ, sed archiepiscopatus. Quarto, quod inepte allegat ad suum propositũ glossam illam solemnem, [e] quia quæstio sua
e c. præsen. Ger. reserua ri, de offic. ord. lib. 6. proposita, ibi est de debitis à clerico in vita per contractus, contractis, & glossa loquitur de debitis per vltimam volũtatem contrahendis, nõ enim glossa quærit, an clericus in vita possit contrahere sed an possit testari, quæ longissime differũt; & vera resolutio habet, quod nullus beneficiarius potest testari iure cõi sine dispensatione Papę de reditibus sui beneficij, siue habeat administrationẽ, siue non quicquid illa glossa dicat, vt late monstrauimus in tractatu de reditibus, [f] & quod quilibet beneficiarius siue regularis, siue sæcularis potest contrahere obligationem, & actionem actiuam, & passiuã, vt supra dictum est & cũ in proposito casu tractetur de contractu, & non de vltima volũtate, illa glossa non facit, vt aiunt, ad rhombum.
f q. 2. mo. 1.

19 Quinto: quod prædicta decisio cõ fundit debitum beneficiarij, & debitum Ecclesiæ, successorem beneficiarij quo ad Ecclesiam vel beneficiũ cum successore beneficiarij, quo ad bona quæsita per eum de reditibus Ecclesiæ, quæ tũ sunt distinguenda, vt supra in argumento vltimo pro collegio facto distinximus, & omissa sua obscuritate resoluendũ, quod succedẽs in bonis quæsitis ex reditibus Ecclesiæ non tenetur ad soluẽda debita Ecclesiæ: nec succedens in Ecclesia & beneficio ad soluenda debita, q̃ nõ fuerũt cõuersa in vtilitatẽ Ecclesię. Per quam distinctionem, & resolutionẽ concedimus, quod qui successerunt prædicto Archiepiscopo in Archiepatu vel alijs beneficijs, & Ecclesijs quæ per mortem eius uacarunt, non tenentur soluere prædicta 500. scuta, quæ non fuerunt conuersa in vtilitatem Ecclesiarũ sed qui successit, vel q̃ succedere debet vel ex testamento vel ab intestato prędicto Archiepo in quæsitis à se ex reditibus sui archiepiscopatus, & aliorum beneficiorum, debet soluere illa, si nõ reliquit alia patrimonialia, vnde illa solui possint, & quia Reuerendissima Camera non successit Archiepiscopo in archiepiscopatu; nec in alijs beneficijs, sed in quæsitis per eum ex reditibus illorum, tenetur soluere debita ipsius legitime contractu in sua vita, & consequenter prædicta 500. scuta. Quia vero vltra ea, quæ hic scripto allegantur, dictum fuit mihi verbo, quod pro parua summa offerebatur à Camera concordia, & absolutio, consulo, vt fiat, & acceptetur. Tum quia rei veritas in hoc casu habet, quod quidquid prædictus Archiepiscopus quomodolibet quæsiuit, siue ex industria, siue negotiatione, siue ex rebus donatis inter viuos, siue relictis in vltima voluntate, siue aliter omne illud quæsiuit suo archiepiscopatui, vel sedi Apostol. iuxta capitulum primum [g] & multa alia, quæ nunc scribo in cõmentatione capituli [non liceat.] [h] eo quod propter solemne votũ paupertatis nullatenus potuit quærere sibi, nec cognatis suis. Tum quia prædictus Archiepiscopus per nullam vltimam volũtatem potuit relinquere quicquam suis cognatis, immo nec ad vlla opera pia, quippe qui
g 18. q. 1. et ca. cũ olim. de priuil.
h 12. q. 1.

a De test. qui eo quòd erat religiosus, nullatenus potuit testari, iuxta c. 2. [a] cum multis, quæ in dicto commentario scribimus.

20 Tum quia est cõsequens his, quòd exceptis illis bonis, quæ per fideicommissum, vel onus iniunctum apposita in testamento & donatione prædictis debentur necessario alijs, reliqua omnia pertinent ad Sedem Apostolicam, non tantum ea ratione, quòd sunt spolia, quantum eo quòd à principioei fuerũt acquisita: ita quod exceptis illis, quæ pro se sustentando Archiepiscopus expendit in vita, omnia remanserunt prędictæ sedi, cui fuerunt quæsita; cum archiepiscopatui suo, vt dicitur, titulari, quia caret clero, & populo Christiano, non potuerint queri: & ita nihil obstat intentioni Cameræ dicta extrauagans Pij V. quæ peculiaribus clericis plurimum commodat, vt nos diximus in cõment. c. [non liceat.] [b] Salua, &c.
b 12. q. 1.

De donationibus.

SVMMARIVM.

1 *Donare potest quis inter viuos mille, vt donatarius eidem dum vixerit centũquot annis soluat, nec hic contractus prohibetur per extrau. Pij V. num. 2.*

1 *Periculi subitio facit, vt quis iuste capiat pluſquam donat & teneant sponsiones.*

CONSILIVM I.

QVidam donauit mille alteri donatione irreuocabili inter uiuos, ea lege, ut donatarius teneretur ei redonare singulis annis uitę ipsius centum, ita quod mortuo donatore, nihil deberetur hæredibus suis. Quæritur an hic contractus sit licitus.

Respondetur, quòd pro parte negante facit primo extrauag. [cum onus.] Pij V. quam iusto commentario donauimus in commen. cap. 1. [c] quatenus uetat constitui aliquem censum in alia forma: quam in ea præscripta: & quòd census hic non est constitutus in ea forma. Secundo facit, quod prædictus donator si uixerit undecim annos, à donatione facta, accipiet aliquid ultra ea quæ dedit, & ita uideri potest usurarius ubique reprobatus. [d]
c 1. 4. q. 3.
d C. quia in omnibus, de usuris.

1 Pars uero affirmatiua tenenda est. Tum quod licita est donatio sub modo iusto facta, [e] & donatio prędicta est eiusmodi; nullum enim continet modum iniustum. Tum quod subitio periculi est iusta causa suscipiendi aliquid ultra id quod dat iuxta l. [f] & tradit Decius, [g] & in casu proposito donator subijt periculum perdendi magnam partem illorum mille, quæ donat: nam si paucis uel nullis annis uixerit, longè minus q̃ donauit accipiet, uel forte nihil capiet. Tum quod is contractus nullatenus est mutuatio, etiam si non sit uera donatio, sed donatio sub modo, ut dictũ est, aut contractus innominatus, do ut des, ut diximus in Man. confes. [h] Tum quod, ut ibidem diximus: licitum est donare alteri aliquid cum pacto, quod si uixerit certos annos, reddatur ei duplum, & alioqui nihil.
e Toto ti. de donationib. quæ sub mo do.
f l. 1. & 2. C. de nauti co fœnore.
g notatur in c. fin. de usuris.
h C. 17. nu. 123.

2 Tum denique quod nõ obstant pro parte negante adducta. Ad prius enim eorum respondetur, quod extrauagans Pij V. loquitur de censu constituto per uiam emptionis, uel alterius cõtractus ei æquipollentis, ut nos diximus super ea; [i] in casu autem proposito agitur de censu constituto per uiam donationis sub modo factæ; & ita non uidetur ad ipsum extendi, cum quisq; possit rei suæ traditioni modum imponere. [k] Ad posterius autem respondetur concedendo esse usurã quicquid accipitur ultra sortem ex contractu mutui, non autem ex alijs contractibus emptionis, locationis & cæterorum ut palam est; & in proposito non agitur de contractu mutui, sed de contractu donationis modalis, cui donator potest adijcere modum à legibus nõ improbatum, vt prædictum est.
i In glo. 17.
k l. traditio nibus. ff. de pact. c. verũ de conditio. appositis.

SVMMARIVM.

1 *Extrauagans Pij V. edita anno 1567. de spolijs, non agit de omnibus vasis argenteis, sed solum de stinatis ad cultum diuinum, quæ beneficiarij tempore mortis relinquunt, vnde non prohibentur ea inter viuos ad pia opera donari.*

CONSILIVM II.

CAnonicus donauit quędam vasa argentea cuidam capellæ, in qua elegit sepulturam, ante duos annos, quam moreretur. Quæritur an prædicta capella possit se defendere an Ecclesia ipsius canonici, illa sibi repetere volente virtute extrauaga. Pij Quinti editæ anno 1576. super spolijs.

1 Respondeo, quòd iure optimo potest prędicta capella retinere sibi vasa prædicta. Primo, quia prædicta extrauagans non disponit de quibuslibet bonis, vel vasis beneficiariorum, sed tantũ de destinatis ad vsum & cultum diuinũ, vt expresse habent eius verba: & ex argumento, & quæstione propositis non colligitur, quod prædicta vasa erant ad vsum diuinum destinata. Secundo, quod prædicta extrauagans non disponit de omnibus ad vsum & cultum diuinũ destinatis, sed tantum de illis, quæ tempore obitus beneficiarij inueniuntur relicta ex testamẽto, vel ab intestato: & prædicta vasa, de quibus est quæstio, etiãsi fuissent ad vsum & cultum diuinum destinata, non fuerunt relicta ex testamẽto, vel ab intestato tẽpore obitus; quia, vt in casu proponitur, fuerunt donata prædictæ capellæ duob. annis ante obitum: & ita non habet locum in eis extrauagans, quæ inducit nouum ius, vt colligitur ex illis verbi, eius, [statuimus, & decernimus,] vt super eadẽ extrauagante,[a] diximus; & ideo nõ est extendenda ad ea, quæ non cõprehendun tur in ea, sed debent remanere sub iure antiquo: à quo non receditur, nisi quatenus videbitur recessum à iure nouo.[b]

Tertiò, q; illa extrauagans non tollit beneficiarijs potestatem, quam à iure cõmuni habent, donandi ad pia opera bona destinata ad cultum diuinum, dum viuunt; sed solum tollit eis facultatem disponendi de illis ex testamento, vel ab intestato, vt super eadem extrauagante expresse hoc[c] notaui. Cum ergo prędictus canonicus donauerit prædicta vasa in pios vsus per donationem inter viuos, & non reliquerit illa ex testamento, uel ab intestato: sequitur posse, & debere illam prędictam capellam habere. & quoniam ante contingentiam huius casus hęc[d] scripsi, non addo plura, quia p illa est mihi hæc cõclusio indubitata.

a Not. 2. in cõ. de spol. super c. non liceat. 12. q. 2. §. 8. nu. 3.

b l. præcipimus. C. de appell.

c Vbi sup.

d Vbi sup.

SVMMARIVM.

Beneficiarius quo ad acquirendum actu eius in fructibus æquiparatur vsufructuario, cui acquiruntur simul ac sunt separati à solo, modo separatio sit facta nomine ipsius qualis præsumitur facta per debentes decimas ac colonos, nu. 2. nedum partiarios: sed conuenta pensione colentes. nu. 3. nondum autem separati ad ipsum non spectant, licet tolleret ex eis expensas eorundem serendorum gratia factas deducere. nu. 3.

Donatio, quam facit titularis de omnibus fructibus sui beneficij, non comprehendit illam partem, quæ de iure, vel consuetudine debetur Ecclesiæ, & nu. 3.

CONSILIVM III.

EPiscopus Imolensis iamiam moriturus 21. mẽsis Augusti donauit cuidam nepoti suo ex fratre præsenti; & acceptanti omnes & singulos fructus collectos, & à solo separatos spectantes quomodolibet ad suum episcopatum. Quæritur, qui fructus illius anni censeantur donati.

1 Respondendum est donatos censeri omnes fructus illius anni pertinẽtes ad episcopatum, in quibus iam erat donatori ius quæsitum actu die 21. Augusti, excepta parte, quæ tunc de illis debeba tur Ecclesiæ de iure, uel consuetudine; & continentur nõ solum decimæ, & alij fructus, qui tunc erant collecti, & inhorrea reconditi, sed etiam qui erant iam messi, & ab arboribus, vel terra separati, & in horrea ex spicis excussa: quia mea opinione, cui me antehac subscripsi, beneficiarius in hoc casu exæquatur vsufructuario, licet quo ad quædam alia differat ab eo, iuxta glossam.[e]

2 Nam ad vsufructuarium pertinent omnes fructus separati à solo suo nomine, iuxta l. [si eius.][f] & secundum veriorem intellectũ l. [arboribus.][g] alias eſt l. [si fur.][h] quamuis prædicta glossa videri possit requirere reconditionem in horrea. Arbitror enim: quod licet beneficiarij ut plurimum nõ separent per se, nec per alios fructus, quos coloni colligunt, & ex quibus postea decimas soluunt; tamen ipsi coloni, qui ea mente messem vel vindemiam faciũt, vt ex eis decimas soluant, satis videntur nomine beneficiariorum quo ad partẽ illis debitã metere, vindemiare, ac fructus colligere.

3 Non tamen cẽsentur donati fructus etiam alij à decimis, qui nondum erant à solo separati; etiam si per ipsum Episcopum eius impensis vel per eius colonos partiarios, aut pensionarios fata fuissent semina, ex quibus illi orti fuerũt: quamuis eo casu deducere possent impensas, quas Episcopus eorum ferendorum gratia fecit, quia fructus dicuntur, qui resídui sunt impensis deductis.

Nec etiam censetur donata pars illa fructuum, quæ iure, vel consuetudine debebat Ecclesiæ: quæ quota, vel quãta sit arbitror iudicandũ esse per cõsuetudinem, vel constitutiones synodales, vel eis deficientibus per c. [quatuor.][b]

e l. fructus. ff. sol. mat.

f Et c. redditus. 12. q. 1.

g §. Iulianus ff. de vsufruct. & l. si vsufructuarius. ff. de vsufruct. & l. si fundus. ff. de rei vendic.

h §. Iulianus. ff. de vsufruct. & l. si vsufructuarius. ff. de rei vendic. & l. si fundus. ff. de vsufruct.

SVMMARIVM.

Beneficiarius et Episcopus de reditibus suo victui superfluis, tam sanitatis, quàm infirmitatis tempore possunt, imò debent nedum modica, sed etiam magna in pia opera donare, legare autem, aut de illo testari non possunt, nisi habeant super hoc indultum, nu. 2. & 4.

Argumentum à contrario sensu alias validum, inualidum tamen est ad hoc, & ex illo colligi possit aliquid, cuius contrariũ alio iure, sit expressum.

Donatio inter viuos etiam ab infirmo, ita irreuocabiliter facta vt liceat donatori intra duos menses illam reuocare, licet videatur facta causa mortis conditionalis, numero 7. attamen ex quo in ea saltem in parte dispositiua nulla fit mentio mortis, censenda est inter viuos, nume. 6. & 9. non conditionalis, sed absoluta, licet intra dictum tempus reuocabilis, num. 8.

Donatio inter viuos conditionalis purificatur, & perficitur per aduentum seu purificationem conditionis, etiamsi conditio purificetur post mortem donatoris.

Donatio ita inter viuos facta creditori irreuocabiliter, vt liceat donanti illam intra certum tempus reuocare, potest iure defendi quod non sit reuocabilis, seu saltem quod non possit tuta conscientia reuocari. 12.

Spolia defunctorum sunt, quæ soluto debitis, deductisq; expensis supersunt; siue agatur de fructibus beneficiorum siue de alijs bonis.

CONSILIVM IV.

LVdouicus Balduinus infirmarius, & canonicus Ecclesiæ Niciẽsis I.V.D. inseruiuit bo. mem. Francisco Lamberto, dum vixit, Ecclesiæ Nicien sis Præsuli pro eius Vicario generali circiter decem & octo annis, à quo toto illo tẽpore nullum salarium accepit, vnde anno 1583. idem Præsul graui infirmitate detentus, memor seruitiorum eiusdẽ Vicarij, in remunerationem seruitutis ab illo sibi per tot annos, vt præfertur, impensæ, pro qua dixit non fuisse ei satisfactũ, & quia sic ei facere placuit, donauit illi præsenti & acceptanti donatione irreuocabili inter viuos (sub ea lege, quod si sibi videret infra duos menses proximos, sibi liceret illam reuocare) suos libros, iocalia, & mobilia domus, ac mille scuta, quæ habebat in quadam crumena existente in eius domo Episcopali, quam D. Vicario consignando eidem ordinauit, vt de dictis pecunijs disponeret in vsus, quos tunc illi commisit. Deinde post paucos dies Præsul, sicut Domino placuit, vita functus est, post cuius obitum mobilia fuerunt in inuentario redacta, & depositi vti spolia spectantia per concessionẽ Apostolicam ad magnum Magistrum SS. Mauritij & Lazari. idem autem Vicarius distribuit pecunias existentes in d. crumena, seu earum maiorem partem iuxta voluntatem Episcopi donatoris, videlicet locis pijs in eleemosynam, familiaribus dicti Episcopi, & similibus, ac in conficiendo depositum marmoreũ in ecclesia Nicien si pro sepultura cadauer is dicti Episcopi.

Modo molestatur à collectore spoliorum tam super pecunijs in d. crumena sibi consignatis, & per eum distributis, ac illarum residuo penes eum remanente,

nente, nec non super libris, & alijs donatis, sub prætextu quod donatio non teneat, & censeatur facta in fraudem. Quæritur, quid iuris?

AD HANC QVAESTIONEM respondetur primo, quòd donatio facta ab Episc. inter viuos de reditibus sui episcopatus ad pia opera, valet, non solum si eam faciat sanus, sed etiam si eã faciat ægrotus, & existens infirmus: vt nos neruosissimis argumẽtis probamus in tracta. de reditibus ecclesiasticis. [a] Tum quia Episcopus, & alij beneficiarij non solum possunt superflua sue sustentationi impendere in pijs operibus, sed etiam tenẽtur, [b] vt latius tradimus vbi supra, [c] & canones, qui hanc facultatem faciunt beneficiarijs, & obligant eos ad id faciendum, non distinguunt inter sanos, & ægrotos: ergo etiã ægroti hoc facere possunt, & tenentur: quia lex generaliter disponens, generaliter est intelligenda. [d] Tum quia per infirmitatem non amittunt suos titulos, iuxta cap. [tua.] & tot. tit. de cle. ægrot. quibus sancta mater Ecclesia p̃fatam facit facultatem. Tum quia Alexan. III. indicat apertè, [e] maiorem beneficiario esse facultatem, dum ægrotat, ad largiendas eleemosynas per donationem inter viuos, quàm per vltimã voluntatem. Tum quia id est aptum medium ad beneficiarios eripiendos ab ea perplexitate reprobata per cap. [ner ui.] [f] quam inducit ex vna parte obligatio conferendi superflua pauperibus, ex altera verò prohibitio, qua verantur dare per vltimam voluntatem: nam talis perplexitas cessat apertè, si dicamus posse donare inter viuos beneficiarios superflua, dum ægrotant. Tũ quia pauperibus, quibus superflua sunt eroganda, est multo magis expediens, vt cum non acceperint à beneficiarijs, dum sani erant, saltem dũ ęgrotant accipiant. Tum quia apertissimum est, beneficiarium ægrotantem aliquam portionem bonorum erogare posse, per cap. [ad hæc.] [g] sed eadem ratione qua conuincitur exigua portio posse dari, conuincitur etiam posse dari copiosa, quãtum ad præsens negotium attinet. nulla. n. alia ratio reddi põt, cur possint dare aliqua, nisi quia habẽt facultatem id faciendi virtute suorum titulorum: at virtute eorum habent quo ad omnia, ergo. &c. argum. & l. [illud.] [h] & quia qui de vno dicit, vt videtur negare de alio dissimili, ita videtur affirmare de alio simili, iuxta Dominicum, [i] & probat glo. [k]

2 Tum quia ratio potissima, quæ interdicit beneficiarijs, ne legare possint, ea est, vt certè vel sic cogantur dum viuunt, erogare superflua pauperibus. At quo ad hunc finem commodius est ea donare qñ aduersa valetudine laborant, quæ dum valerent donare noluerunt, quam non donare, & ob id hæredibus cedere. Tum quia non obstat, quę ex aduerso affertur ratio, scilicet, in idẽ recidere ægrotum morti proximum inter viuos donare posse & donare p vltimam voluntatẽ, vnde cum negetur hoc secundum, inferunt & primum denegãdum, Non inquam id obstat: Nam qui per vltimam voluntatem donat, reuocare põt id, quod dedit, si conualescat, quod nequaquam poterit si sẽmel donet inter viuos. [m] Nec obstant Alexãdri verba, [n] qui dum permittit ęgrotantib. posse aliquid donare inter viuos, sed moderatè, visus est innuere à cõtrario non posse dare largè, vel immoderatè, id enim non est efficax argumentum.

3 Tum quia argumentum à sensu contrario licet alias dicatur fortissimum in iure, [o] nihil probat, si ex eo colligit aliquid contra id, qđ in iure habetur expressum, vt est textus optimus, p & glossa celebris & recep. q vbi late Felynus & in d.c. [ad hæc.] est glossa adiuncta textui: nam textum loquentem solum de mobilibus, intelligit ẽt de immobilibus. Expressum autem est, imò & præceptum à iure diuino; naturali, & humano per hoc c. & alia multa citata in prę fato tract. de reditib. eccles. [r] non tm beneficiarios dare posse superflua pauperibus, sed & dare debere. Tum etiam quia verbum illud, [moderatè,] referri potest ad alia bona Ecclesiastica, quæ & nec dum sunt beneficiarij sani possunt expendere, & in hunc modum exponũt Panorm. & And. Siculus. [s]

4 Secundo respondetur, q̃ prędictus Reuerendissimus. [t] Episcopus, nó potuit prædicta bona dare, etiã ad pias causas, dona-

donatione causa mortis, si non habebat priuilegiũ testandi, quia non poterat testari de illis iure cõmuni, vt noslatè tradimus in d. tractatu de red. ecclesiast. & licet donatio causa mortis, quo ad initiũ sui, prout est in fieri, sit similis contractus; quo ad effectũ tñ, & prout est factũ, similior est vltimis voluntatibus, vt tradit Baldus, [a] cõmuniter receptus, vt colligit ex his, q̃ citat Couaruuias. [b]

5 Tertio, q̃ dubium est in proposito casu, an donatio prædicti Reuerendissimi debeat iudicari donatio inter viuos, an donatio causa mortis. Quod enim debeat iudicari donatio causa mortis, facit primo l. [vbi ita donatur.] [c] quatenus probat, donationem causa mortis ẽt expresse causa mortis factã, si donans adijciat, q̃ nulla de causa reuocari possit: dẽt iudicari donatio inter viuos. ergo ẽt donatio inter viuos, licet appelletur à donante inter viuos, & irreuocabilis, si tñ adijciatur, q̃ sit reuocabilis, iudicanda erit donatio causa mortis, quia q̃ operatur oppositum in opposito, operatur propositum in proposito. [d] At prædictus Reuerendissimus, licet dixisset, q̃ faciebat donationẽ irreuocabilẽ inter viuos, adiecit tñ q̃ posset eam reuocare intra duos menses: ergo non fuit donatio inter viuos irreuocabilis. Secundo facit primo, q̃ donatio facta ab ægroto existente in periculo mortis p̃sumitur fieri ob timorẽ mortis ẽt si nullã de morte mẽtionẽ faciat donãs, vt significat l. [apud Labeonẽ.] [e] quæ videtur habere donationem ab ægroto factam sine mẽtione mortis fuisse iudicandam causa mortis factam.

6 Quod aũt iudicari debeat donatio inter viuos, facit primo, q̃ in ipso instrumento clare exprimitur, q̃ fecit donationem inter viuos irreuocabilem. Secundo, q̃ nullam de morte fecit mentionẽ, & nulla donatio, quæ de morte non facit mentionem, põt dici donatio causa mortis iuxta l. [Seia.] [f] Bart. & Paulus existimant hoc esse singulare, g Imola, Alexander, [h] & Iason. [i] Imò nõ sufficit mentio mortis, nisi fiat in illa parte instrumenti, q̃ continet verba tãgentia dispositionẽ principalem, argumento clementinæ 1. [k] & satis colligit ex his quæ Couaruuias dicit & citat. [l]

7 Tertio, q̃ donatio non desinit esse vera donatio inter viuos, & irreuocabilis, eo q̃ sit conditionalis, & conditio non impleatur ante mortẽ donantis: si quis enim donaret alteri centũ sub conditione, si nauis ex Asia venerit, p̃spera, & integra, non desinit esse valida, & efficax, eo q̃ donans moriatur, antequam nauis venerit ex Asia, si post eius mortẽ venerit prosperа, & integra, iux. [§. omnis.] [m] & c. si pro te. [n] & eis aduotatis: & cum donatio p̃dicti Reuerendissimi fuerit in effectu ad minus cõditionalis, perinde ac si dixisset, [dono ista pijs operibus, si non reuocauero donationẽ intra duos menses;] valida & efficax dẽt iudicari, ẽt si vixisset multo tpe, dummodo non reuocasset illam intra duos menses: & ita non est iudicanda facta causa mortis, cum per mortem nõ subsequutam non fuisset reuocata; sed potius est iudicanda conditionalis talis, quæ adimpleta conditione fuerat exequenda, quandocunque Reuerendissimus mortuus fuisset adimpleta conditione, si eã non reuocasset intra duos menses.

8 Quarto, q̃ prædicta donatio fuit plusquam conditionalis: quia fuit pura cum facultate reuocandi; sicut venditio prędi facta cuipiam cum adiectione [in diẽ.] ita vt si melior conditio intra certum diem afferretur, vẽditor discedere possit à venditione, venditio censeẽ pura quãuis venditor possit recedere ab illa meliori conditione oblata, licet esset cõditionalis, si vẽditio fieret sub cõditio ses, erit pura & perfecta donatio. cũ facultate reuocandi eam intra duos menses si donãti placuerit. Nã etsi quis iusto precio vendat prædium, cum pacto, vt sibi retrouendatur post aliquot dies, menses, aut annos, venditio iudicanda est pura; licet rescindi possit intra tem pus adiectum à venditore, dominiũ tñ eius & ius percipiendi fructus erant in emptore, iuxta iura p & glossam solem nem, q & notatur per omnes, [r] & quotidie praxis seruat in emptione & vendi-tione cẽsuum cum facultate redimẽdi.

9 Quinto, q̃ cõmunis opinio habet, pignorib.

donationem simpliciter factam sine mẽ-
tione mortis esse iudicandam inter vi-
uos, per glossam singularem communi-
ter recep. [a] à qua non esse in consulen-
do & iudicando recedendum, dicunt
Alexander & Iason, [b] & Couaruuias. [c]
Sexto, q̃ non obstat ille §. [Iulianus.]
quia glossa prædicta recepta, intelligit
illum de egroto, qui fecerat donationẽ
expressa causa mortis, per textum opti-
mum in l. [Seia.] [d] Septimo, quia in
proposito agitur de fauore piæ causæ,
cui fauendum est, [e] & de tuendo valore
actus, qui in dubio tuendus est. [f] Non
obstat etiam argumẽtum nouum quod
cõtra hanc pãrtem nonè fecimus: quia
non arguitur de contrario vnius oppo-
siti ad contrarium alterius oppositi: ar-
guit enim ab opposito donationis mor-
tis causa nullo casu reuocandã, ad oppo
situm donationis inter viuos in vno so-
lo casu reuocandã.

10 Quarto principaliter rñdetur, q̃ prædictus admodum Reuerendus Vica-
rius põt se defendere ẽt alia ratione,
quam qua defendũtur dicta opera pia:
quia id quod donauit ei prædictus Re-
uerendissimus donauit, in solutionem
debiti: nam id quod ei donauit & lon-
gè amplius debebat ei: debebat eñ ei
salariũ 18. annorum, vt p̃supponitur in
facto: & iudicio cuiusq; viri boni & pru
dentis plusquam centũ scuta debentur
pro stipendio Vicario generali D. V. I.
& viro prudenti, & vita exemplari suis
impensis decenter & honorabiliter vi-
uenti: & licet nõ fuissent debita pro sin-
gulis annis, nisi singula centena, debe-
bantẽ ei 1800. & vix fuerũt illi data 600.

11 Tum quia, vt nos definimus in prin
cipio tractatus de spolijs super c. [non
liceat Papæ.] [g] spolia Episcoporũ sunt
illa, quæ debitis suis solutis supersunt,
vt colligitur ex definitione spoliorũ, &
alijs quæ ibi dicunt, bona enim & fru-
ctus sunt, quæ deductis impẽsis & debi-
tis supersunt. [h] Non obstat, q̃ collector
videtur posse dicere, q̃ prædictus Vica-
rius non põt auctoritate propria cape-
re, vel retinere aliena. [i] Non inquam
obstat, qm̃ prædictus Vicarius non
accepit illa scuta, & bona, quæ ei tradi-
dit prædictus Reuerendissimus in remu
nerationem tam longi, & tam boni ser-
uitij; auctoritate sua sed auctoritate &
mandato ipsiusmet Reuerendissimi sui
debitoris, qui poterat & obligabatur
soluere illi multo plura quam dedit.

12 Non obstat ẽt, q̃ donatio prædicta
fuit conditionalis, per quam non potuit
transferri dominium ante impletã con
ditionem, [k] non inquam hoc ẽt obstat.
Tum quia prædicta donatio non fuit
conditionalis sed pura, imò & irreuoca
bilis, nisi tm̃ vno casu, & illo breui tpe
finiendo, vt irrefragabiliter probatum
est supra. Tum quia iure defendi põt,
q̃ licet prædictus Reuerendissimus, si
vixisset, potuisset intra duos menses re-
uocare suam donationem quo ad alia,
quæ ad pia donauit, non potuisset tamẽ
reuocare illam quo ad ea, quæ ipsi Vi-
cario tradidit: quia quo ad illa non fuit
donatio, sed solutio debiti & remunera-
tio seruitij, quam poterat & tenebatur
facere, & non poterat iuste, & bona con
scientia reuocare illam inuito ipso Vi-
cario, per multa, quæ vti minime necess
saria gratia breuitatis, & euitandæ pro-
lixitatis, prætermitto; precatus D. N.
Iesum Christum, vt intercessione glo-
riosissimæ Virginis matris Mariæ per-
ducat nos ad regna cælorum. Amen.

SVMMARIVM.

Clericus, modo non sit regularis, potest, de patrimonialibus, vel quasi, etiam donando pro libito vt laicus disponere. & nu. 3. 1
at quæsita ex fructibus beneficij, seu intuitu Ecclesiæ, non potest elargiri aliquid, nisi intuitu veræ paupertatis, vel pietatis, nu. 2. aliter vterq; vltra peccatum tenetur restituere. & nu. 5. & 6.
Donatio à clerico de bonis intuitu Ecclesiæ 4
quæsitis facta in notabili quantitate, nisi probetur contrarium, præsumitur in foro exteriori facta in fraudem. & n. 5.
Spoliorum collectores vt eximat clericus, in 6
vita donet in pia opera vel obtenta facultate testandi, eisdem leget.

CONSILIVM V.

PRælatus quidam fecit donationem cuidam N. liberè & pure inter viuos 25. millium ducatorũ, quos in bonis habebat, & sibi debebantẽ à certis personis

sui episcopatus; & donatario tradidit scripturas, & nomina debitorũ, q̃ idem N. donatarius accepit, & eius nõie fuit exacta maior pars istius pecuniæ, & ad præsens exigitur: cuius pecuniæ partẽ idem N. donatarius expendit pro sustẽ-
tatione domus Prælati: de quibus p̃dictis expensis in sustentatione domus dictus Prælatus donator ipsi donatario obligationes fecit, quibus fatetur se à dicto N. donatario p̃dictas pecunias accepisse, & promittit se soluturum toties, quoties per donatarium fuerint petitę.

Quæritur primo, an mortuo prælato; & collectores Cameræ Apostolicæ occupantes eius bona, donatarius possit virtute obligationum factarum per prælatum mortuum reuocare dictas pecunias expensas & debitas.

Secundo, an prælatus tempore obitus possit donatario assignare bona, ex quibus dicta debita possit recuperare.

Tertio supplicatur dari consilium super his, & qualiter hoc consultius fieri possit.

1 Ad primam quæstionem rñdeo primo, q̃ prædictæ ambæ donationes fuerunt validæ, si tàm Prælatus, q̃ N. erant sæculares & non verè religiosi, & scuta donata & redonata erant de bonis patrimonialibus, vel quasi patrimonialibus eorundem: quia clericus sæcularis potest de eis disponere, ac laicus de suis bonis profanis iuxta iura, [a] de testam. c. 1. & 2. 12. q. 3. c. si cum. eadem causa. q. 5. & tradimus in apologia. [b]

2 Secundo, q̃ si. prædicta scuta erant quęsita intuitu Ecclesię, siue de reditib. eius, prior donatio, qua prædictus p̃latus donauit illa N. non valuit, si absq; iusto paupertatis intuitu, aut etiam pietatis id fecit: imò eam faciendo grauiter peccauit, per ea multa, quæ nos attulimus in d. apolog. [c] & tenetur restituere ea pauperibus & operibus pijs, p̃ ea multa, quæ tradidimus vbi supra. [d] Tertio, q̃ etiam prædictus N. peccauit accipiẽdo, & tenetur illa restituere, aut pijs operibus, aut prædicto Prælato in pios vsus impendenda per dicta. [e]

3 Quarto, q̃ si prædicta prior donatio fuit facta vere & principaliter corã Deo ex vera causa paupertatis, & pietatis valuit in foro cõscientiæ, per adducta

a vbi supra. [f] Quinto, q̃ vtraq; donatio præsumetur in exteriori foro facta in fraudem, nisi probaretur tantam esse qualitatem N. & tantam eius pauperta tem, vt merito credi possit intuitu paupertatis, esse factam: q̃ non esset facile probare in donatione tantæ quãtitatis: nam etsi qui donat, & qui reliquit diuiti, dicat se donare intuitu paupertatis, præsumitur tamen donatum, aut relictum alio respectu, secũdum glossam, [g] ecel. communiter receptam & relatam de sacros. an. à nobis. [h] Sexto, q̃ etiam posterior donatio præsumetur facta in fraudem, nisi probaretur in tantam paupertatem deuenisse prælatum, & tam pauperes cognatos habere, & tam diuitem esse N. vt verisimiliter credi deberet eam fuisse factam in prælati eleemosynã; quod difficile probatu arbitror.

4 Septimò, ex his inferri, q̃ si prædicta scuta fuerint de reditibus Ecclesiæ: vel intuitu Ecclesiæ quęsita, non potest prædictus prælatus de illis disponere plusquam de alijs intuitu Ecclesiæ quęsitis, nec testando, nec donando.

5 Ad secũdam rñdeo primo, q̃ si prędicta 25. millia scuta erant de reditibus Ecclesiæ, vel intuitu Ecclesiæ quæsitis, & donatio non fuit facta vere & principaliter coram Deo causa verę pauperta tis & veræ pietatis, non fuit valida, & vterq; tàm donatarius, q̃ donator peccauit, & tenetur restituere. p̃ supradicta. Secundo, q̃ in foro exteriori p̃sumetur facta in fraudẽ pauperum, & piorũ operum vel Cameræ Apostolicę; & cõsequenter collector non patiet, vt prędictus N. recipiat de bonis Prælati mortui ea, in q̃ p̃sumet fraudulenter obligasse, nec consequenter Prælatus absq; peccato poterit in morte assignare bona: ex quibus illa debita reciperet.

6 Ad tertiam, qua quęritur modus bene super his consulendi, rñdeo primo, q̃ si prædictæ pecuniæ sunt Ecclesiasticæ, non p̃t vllatenus sine peccato, & obligatione restituendi ad vana, aut profana directè, aut indirectè donari, & ideo necessario sunt distribuendę p̃ donatio nẽ inter viuos irreuocabiliter in opera pia, dum vita manet, ad hoc quod absq; peccato euadant manus collectoris p̃dicti; aut in morte cum facultate testa-

Universidad de Sevilla Biblioteca

di ad opera pia à Sede Apostolica obtẽ E
ta. Secundo, quod viæ bonæ, per quas
sic distribui vel retineri possunt, tangũ
9.3.mon. tur in dicta nostra apologia, [a] & in lo-
vlt. cis ad quæ ibi fit remissio. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiarius siue sit sæcularis, siue regula-*
ris de fructibus beneficij testari iure non
potest, fallit in commorãtibus Romæ, qui-
bus Pontifex prout potest, hanc facultа-
tem, si ibidem morerentur, concessit, nu.
7. & 8. F

2 *Spolia, quæ post se relinquunt beneficiarij*
sæculares & regulares, ad Camerã spe-
ctant Apostolicam, inter quæ non compu-
tantur ea, quæ talis viuens in pia opera
impendit, num. 9.

2 *Apostatæ à religione de bonis per eos quæsi-*
tis disponere non possunt ex bulla Pauli
IV. non tamen ex ea probatur, per eos
quæsita spectare ad Cameram, immo de-
beri monasterio in quo professionem fe-
cerant. nu. 10.

3 *Regularium extra claustrum degentium*
bona Camera Apostolica debẽtur: fallit
in degentibus & morientibus Romæ, vel G
intra decem milliaria, quia tales non fa-
ciunt spolia. nu. 14. & 9.

4 *Beneficiarij omnes, siue regulares, siue sæ-*
culares, de fructibus beneficiorum, seu
bonis per eos quæsitis possunt per cõtra-
ctus inter viuos etiam donando in suos
honestos & alienos pios vsus disponere,
& hoc etiam, si amplius beneficium non
haberent, & nu. 6. & 8.

5 *Romæ degentes clerici sæculares & regula-*
res, beneficia, vel dignitates, possunt de
quæsitis per eos inter viuos & per vlti-
mam voluntatem disponere, nec Romæ
sunt spolia, nu. 9. & hoc etiam si tales iã H
desijssent beneficia habere. & nu. 7.

10 *Religiosus transeundo ad Episcopis statum*
nequaquam dicitur apostatare animo, nec
efficitur talis, etiam si dimisso episcopa-
tu ad religionem non redeat: nam licet
per episcopatum non desinat esse mona-
chus quo ad tria vota, ac gestationem ha-
bitus liberatur tamen ab alijs obseruan-
tijs, inter quas est habitatio in claustro,
nu. 11. itemque eximitur à superiorita-
te regularis prælati, in quam per dimis-
sionem episcopatus non reincidit, nu. 12.
maleq; faciunt, qui hos vocant apostatas, nu. 13. vel talem transitum vocant
subtilem apostasiam, iuncto nu. 2.

CONSILIVM VI.

NFrater ordinis Prædicatorum, cum iam pridem esset vir egregia pietate, & eruditione insignis, fuit à Rege Catholico nominatus in Episcopum Cusquensem & à sancta Sede Apostolica in eum promotus; quem cum laudabiliter gubernaret, & iudicaret necessarium esse, vt potestas sæcularis permitteret vsum liberum aliquorum sacrorum canonum multum ad salutem animarum suo iudicio conuenientem, venit personaliter ad Curiam regiam, & proposuit se nõ posse suo muneri episcopali absque illo satisfacere, quod cũ impetrare non posset, & diceret se non audere ad episcopatum redire, nisi id ei concederetur; responsum fuit ei, non defuturum qui vellet illuc ire, & fungi officio Episcopi, si ipse renunciaret episcopatui. Cumque replicasset malle carere episcopatus administratione, quam contra suam conscientiam retinere munus, cui sine præfato vsu libero non poterat satisfacere, neque animæ suæ salutem conseruare, raro exemplo renunciauit episcopatum, quo mo neretur potestas sæcularis ad persuadẽdum sibi permissionem illã esse necessariam: & ita renunciato episcopatu, & eo alteri collato, dimissa patria, & abnegatis cognatis, vti alter Abrahamus egressus de terra & cognatione sua, uenit Romam matrem omnium communem, & ad sanctam Sedem Apostolicam se. rec. Pio Quinto, tunc ei præsidente, vt sui aduentus consilio ei communicato; & ab eo approbato, vitam in ea finiret, vt finiuit magno cum exemplo contemptus mundi, & honorum eius, sanctissime viuendo, nihilque tædij & molestiæ pro se neque pro alijs eidem ingerendo: adeo quidem, vt nec etiam a cognatis acciperet epistolas, neq; ad eos daret. Cumq; parce viuendo, & prudentet administrando peculium, quod sibi quę fierat, dum præfatum episcopatũ administraret, reliquisset aliqua, donauit bonam

nam partem eorum donatione inter viuos irreuocabili monasterio ordinis sui sanctæ Mariæ supra Mineruam in opus pijssimum, & vrbi & orbi, vt palam est; decorum, & vtilissimum. Quo mortuo, Reuerendiss. Camera Apost. longè aliter quàm res habeat, informata, dicitur prætendere, quod omnia illa quæ per præfatum Episcopum præfato monasterio fuerunt donata, pertineant ad eam. Quod præfatum monasterium, seruata reuerentia, & humilitate, negat: & quæritur quid iuris sit respondendum. A

1 Et quidẽ pro parte Reuerendissimæ Cameræ facit primò, quod ipse erat cle- B
a c.1. & c. ricus, & Episcopus, qualis testari prohi-
2.12.q.5.et betur de fructibus beneficiorũ, vel epi-
c.1.& c.re- scopatus, [a] & omnia, quæ dedit præfato
latũ. de te- monasterio, fuerunt quæsita de fructi-
sta. & iura bus episcopatus: ergo non potuit ea il-
thalcentiã. li dare. Secundo, quod ipse erat mona-
C. de episc. chus, siue religiosus expresse professus
& cler. sancta Sede Apostolica ãpprobante or-
b c.2. de te- dinem non qualem qualem, sed mendi-
sta. auth. in cantium Prædicatorum, & palàm est nõ
greßi. C. de posse monachum iure testari, [b] neq; da-
sacros. eccl. re aliquid sine licentia superioris. [c]
c e.nõ dica- 1 Tertio, q̃ omnia spolia clericorum,
tis, 12. q. 1. & monachorum relicta per mortẽ ipso C
d Super ca. rum, videntur Reuerendissimæ Came-
nõ liceat Pa. ræ deberi per extrauagantem fel. rec. cor.
pa. 12. q. 2. Paul. III. & per alia, quæ nos post alios
i trac. de spolijs, [d] alias citauimus. Quar-
tò, q̃ extrauagans Pauli IV. quæ incipit
[posteq̃ diuina.] statuit, q̃ religiosus apo
stata non possit disponere de bonis, &
præfatus Episcopus videbatur esse apo-
stata. Tũ quod de simplici religiosi statu
transiuit ad statũ episcopalem: quẽ tran
situm fuisse appellatum à Ioan. Andræa
quandam subtilẽ apostasiam aliqui te-
stantur. Tum quod post renunciatũ epi- D
scopatum non redijt ad claustrum, imò
remansit extra illud. Quinto, q̃ extraua
gans Grego. XIII. quæ incipit, [Officij
nostri,] expresse videtur habere, omnia
bona regularium viuentium extra clau
stra monasteriorum deberi præfatæ Ca
meræ. At præfatus Episcopus Cusquẽsis
erat regularis. & viuebat extra claustrũ
& mortuus est extra illud. ergo, &c.

4 His tamen non obstantibus, contra
rium est respondendum. Primo quidẽ,
q̃ omnis clericus beneficiarius potest
dispendere fructus sui beneficij in vsus
suos honestos, & superflua in vsus pau-
perum, & alios pios, dum viuit, per di-
spositionem inter viuos etiam iure an-
tiquo, & com. [e] & præfatus Episc. præfa- e c.fi.16.q.
ta bona prædicto monasterio donauit 1. & c.con-
per dispositionem inter viuos ad pia ir- uenit.23.q.
reuocabili donatione: ergo iuste retinet 9.
illa præfatum monasterium. Secundo,
quod regularis, siue religiosus perinde
põt de fructibus sui beneficij disponere
inter viuos, ac clericus sæcularis de fru-
ctibus sui beneficij, vt singulariter dixit
Cardinalis, [f] cui neminem contradixis- f in d.cle.2
se, antequam nos eum citaremus in Vr- §.sed & ta
be, diximus in tract. de reditibus eccl. les de vita
Ergo præfatus dominus Episcopus po- & hon. cle.
tuit præfata bona dare in vita præfato g q.1. mon.
monasterio in vsum pijssimum, in quẽ 8.nu.2.
donauit, sicut & potuisset, si fuisset cle-
ricus sæcularis.

5 Tertio, quòd præfatus Episcopus
obijt mortem in Vrbe, in qua viuebat,
& vixit multos annos sanctissime sine
vlla querela, & venit ad eam ob causam
in argumento & facto contentã, & om-
nes clerici sæculares, & regulares bene-
ficia vel dignitates habentes degentes
in Vrbe possunt disponere in vita, & in
morte de omnibus bonis quæsitis, etiã
ex fructibus beneficiorum suorum per
facultatem amplissimam concessam a
Sixto IV. & Leone X. quod per bullas
eorum constat: ergo ipse potuit in uita,
& in morte disponere de his, quæ
præfato monasterio dedit. Quinto, q̃
præfatus Sixtus IV. & alij Pontifices
Max. iustè potuerunt facere præfata ex
causa, ob quam fecerunt. Tum argu-
mento cap. [cuncta per mundum.] [h] &
cap. [proposuit.] [i] h 9.q.3.

6 Non obstant opposita. Ad primum i de concess.
enim respondetur duobus modis irre- præb.
fragabilibus. Primò quidem, conceden
do, quòd clericus non potest testari de
fructibus beneficiorum iure communi:
negando tamen, quòd non possit in
vita disponere de illis in sustentationem
suam & ad opera pia, quia non solum
potest id facere, sed etiam tenetur per
d. cap. vltimum, [k] & alia multa, quæ nos k 16.q.1.
ibidẽ post alios adducimus & præfatus
Episcopus nõ reliquit præfata bona per
testamentum & vltimam voluntatem,

sed

sed liberalissime & nobilissime per donationem irreuocabilem inter viuos, vt in facto narratur.

7 Secundo respondetur, q̃ argumentum procedit attento solo iure communi, sed nõ attenta facultate amplissima disponẽdi in vita, & in morte facta per præfatũ Sixtum IV. Leonem X. & alios summos Pontifices omnibus prælatis, & beneficiarijs sæcularibus & regularibus, habẽtibus administrationem & dignitatem, qui Romę, & in Curia Apost. morarentur, quorũ de numero fuit præfatus D. Episcopus Cusquensis: quia licet iure naturali, & diuino videatur prohibitum, ne quis Ecclesiasticus impẽdat fructus beneficiorũ in profanos vsus; iure tñ solo humano prohibetur, ne testetur in vsus pios, vt nos alibi ꝓbauimus, præsertim in dicto tracta. de red.[a] & ita pót Pont. Max. contra huiusmodi ius humanum ex causa iusta sancte cõcedere facultatem disponendi, etiam per vltimam voluntatem de his. Quæ est ratio fundamentalis non adeo explicata, per quã omnũ ferè opinio habet posse Papam facere facultatem testandi personis Ecclesiasticis de fructibus beneficiorum, & ita noster Episcopus potuisset relinquere, etiam per vltimam voluntatem, præfata bona prædicto monasterio, quamuis firmius & perfectius dederit ei per dispositionem inter viuos.

a q.3.mo.2

8 Ad secundum respondetur ẽt duobus modis. Primò quidẽ, concedendo, q̃ monachus simplex, qui nullum beneficium nec dignitatem habet, nõ potest iure communi testari, neque dare inter viuos alicui quicquam: negando tamen, quod non possit facere vtrunq; iure speciali priuilegij Papæ, quale habuit præfatus Episcopus cõcessum à præfato Sixto IV. & alijs Pontificibus Maximis, his qui morerẽtur Romę, vt prędictum est, quos posse constat. Tum eo ipso, q̃ præfati Pontifices Maximi concesserunt eã omnibus regularibus, qui habentes administrationem, vel dignitatem in Curia morerentur. Tum q̃ recepta sententia habet, quod ex iusta causa Papa potest concedere præfatã licentiam testãdi, vt Philippus Fracus post alios tandẽ resoluit.[b] Tum illa noua, eademq; vetustissima cõsideratione quam fecimus in

b in rub. de test. nu. 82.

comment. 2. de regular. [c] scilicet, quod tam Philippus Francus, quam alij quæ nõ dicam, stionem hanc disputantes plurimum errant. Secundo; quod valor dispositionis præfati Episcopi Cusquensis non indiget, vt ipse haberet facultatem testãdi: quia sufficit, quod habuisset facultatem disponendi per contractus inter viuos; quam habere omnes prælatos & beneficiarios regulares quo ad fructus suorũ beneficiorum, supra probatũ est, & praxis totius orbis Christ. seruat.

c Super ca. 12.q.2.nu.

9 Ad tertium respondetur etiam dupliciter. Primò quidem q̃ in casu proposito nõ agimus de spolijs nostri Episcopi, sed de donatis ab ipso in vita loco pio ad opera pia: spolia enim ecclesiasti corum sola illa esse dicuntur, quæ reperiuntur post mortem ipsorum nondum piè impensa, vt & nos post alios definiẽdo ea probamus in d. c. [non liceat Papæ.][d] Secundo, q̃ post præfatas cõstitutiones Sixti IV. & aliorum Pontificum Maximorũ nulla sunt spolia Ecclesiasti corũ in Vrbe, quod satis significant cõmissiones, quas Paulus, Iulius, Pius, & Greg. XIII. dederunt ad colligenda illa extra Vrbem, quas alij Dñi mei consulentes in hoc citant; & ratio est clara, & per præfatas facultates Sixti IV. & aliorũ Pontificũ Maximorum constat bona morientiũ in Vrbe existentia in ea, vel intra decẽ milliaria, nõ pertinere ad Camerã, siue moriant testati, siue intestati.

d 12.q.2.

Ad quartum respõdetur primò, quod licet præfata bulla Pauli IV. indirecte probare videatur, non posse apostatam de bonis à se quæsitis disponere, non tamen probat illa bona deberi Cameræ Apostolicæ: imò habet deberi monasterio, & religioni, in quibus primo loco professionem fecit. Secundo negando, q̃ præfatus Eps fuit apostata transeundo ab ordine ad episcopatũ. Tum quia apostata est qui retrocedit, iux. glossam receptam,[e] & S. Tho. receptum,[f] & ipse transeundo ab ordine ad episcopatum, non retrocessit, imò vltra processit, cũ fuerit fact⁹ de filio pater, vt ait glosta,[g] & status episcopalis sit perfectior statu monachali, vt tradit S. Tho. receptus.[h] Tũ quia non dicitur apostata: qui à bono ad melius legitime transit, secũdum omnes, & præfatus Episcopus transijt à

e in c.1.de apost. f 2.2.q.32. art.1. & 2. g cap.1.18. h q.1.

h 2.2.q.188. art.7.

statu monachali ad statum episcopalẽ legitime: quia transijt iure naturali, diuino, & humano id approbante, imò &

a c. statutũ 18.q.11. c. eũ olim. de priuileg.

ipso Papa sciente eum promouente.

11 Tertiò negando, quòd monachus fiat apostata non redeundo ad ordinem post episcopatum renũciatum, quicquid alíqui recẽtiores parum cautè dixerint. Tũ quia licet monachus per assumptionem ad Episcopatum non extinguat monachatum quo ad tria substãtialia vota, neque quo ad habitus delationẽ: exuit tamen illum quo ad alias obseruantias regulares, iuxta glossam receptam,[b] & notata in d. c. 1.[c] & inc. [clerici][d] & alibi sæpe: & consequenter ab obseruantia manẽdi in claustro, sicut & ab obligatione ieiunandi, & surgẽdi ad matutinũ, & similibus. Tũ quod nullo iure id cautũ est, & ita non dicendum.[e] Tum quod ẽt in terminis id asserit Federicus,[f] & Bonifacius 8. Tum quod praxis omniũ monachorum renunciantium loco episcopatus, & non honori, hoc seruauit, & seruat, Papa id sciente, & consentiente.

b in cap. de monachis. 16.q.1.

c 18.q.1. d de extra et honest. cler.

e 2.q.4. ca. consuluisti. & ca. 2. de transl. prel. f in cons. 5. & 19.

12 Tum quod id cõcludit ratio illa irrefragabilis fundata in eo, quod promotus in episcopatum eximitur ab oĩ iurisdictione Abbatis, & aliorũ: & percessum, siue renunciationem episcopatus quoad locum, & non quo ad honorẽ; nõ recidit in illam; quia quoad illum extincta fuit, & extincta non reuiuiscunt, iuxta iura,[g] & facit c. [ad supplicationem.][h]

g in cle. 1. de regula.

13 Tum quod res indecẽs, insolita, & quadantenus scandalosa est, vt Episcopus qui uocatur frater Papæ,[k] subiaceat, vt quilibet alius simplex monachus, simplici Priori, vel Guardiano, vt palam est, & eiusmodi indecora, insolitã & quadantenus scandalosa non sunt statuẽda, quippe quæ lædunt pietatẽ, iuxt. l. [filius.][l] & c. ferit aũt lex.][m] quatenus ait Isidorus sola honesta debere statui. Tum denique, quod illud, quod aliqui tribuunt Ioanni And. quod promotio religiosi ad episcopatum est quædã subtilis apostasia, aut non fuit dictũ ab eo, aut fuit dictum iocosè, aut fuit falsè, & irreligiosè contra honorem sanctæ Sedis Aposto. probatum, per supradicta & certe qui hoc cõtra Episcopum Cusquensem præfatum adducunt, debent sibi cauere, ne detractorum, & infamãto-

h l. qui res §. area. ff. de solut. & l. inter stipulantẽ. §. nam cum quis. ff. de verb obl. i de renun. & ca. 2. de transl. prel. k c. quamuis. de cri. falsi. l ff. de cõd. inst. m 4. dist.

rũ crimẽ incurrerint cõtra octauũ præceptũ Decalogi,[n] iuxta declarationẽ latã à nobis post alios traditã i Mã. cõf.[o]

n Exod. 20. o cap. 18. à nu. 17. & sq.

14 Ad quintũ respondetur, quod multis de causis non obstat. Primo quidem, quod loquitur de bonis illorũ, apostatarum, contra quos Paulus IV. suam constitutionem edidit, vt palam colligitur ex ipsa: & Eps Cusquensis nullatenus fuit apostata, vt supra probatũ est. Secũdo, quod tota intentio Gregor. XIII. in edenda præfata extrauagante fuit declarare, q̃ non obstante præfata extrauagãte, Pauli IV. quæ fuit reducta ad viã iuris per Pium IV. spolia regularium decentium extra claustra debentur Cameræ Apostolicæ, iuxta declarationẽ Pauli IV. quod nos non negamus: imò concedimus, quod si præfatus Eps Cusquẽsis obijsset mortẽ extra Vrbem & curiã & non habuisset facultatem testandi, reliquisset q; aliqua bona, quæ dum uiueret, non impendisset pię, illa debuissent applicari Cameræ Apostolicæ, nõ quia fuisset apostata, sed quia spolia quorũcunque Prælatorum tam regularium, quàm sæcularium debentur Cameræ Apostolicę. Sed negamus, quod prędicta bona, quæ præfatus Episcopus donauit Ecclesiæ prędictæ fuerint spolia eius. Tũ quia ante mortem ipsius benè, optimè pijssimeq; fuerũt pijssimo loco in pijssimum vsum donata, & consequenter nõ sunt spolia per supradicta. Tũ quia bona prælatorum, & beneficiariorum morientium in Curia non dicuntur spolia Cameræ debita pp præfatum priuilegium Sixti IV. & aliorum maximorum Pontificum supra relatũ, siue obierint testati, siue intestati. Tertiò, quia præfata constitutio Greg. XIII. non est noui iuris introductoria, sed solũ antiqui declaratoria, quod colligitur ex proœmio eius ibi, [vt dubia declaratione nostra dilucidetur.] & infra, [præsertim auctoritate declaramus.] Verbũ [enim declaramus.] positum in constitutione, significat illã nõ inducere ius nouum, iuxta glossam receptã,[p] & efficaciter probatur in l. [hæredes palam.][q] At secundũ

p in cl. fi. de rescript. q §. 1. ff. de test.

ius conditum ante extrauagantẽ præfatam Greg. XIII. bona præfata nõ debebantur præfatæ Reuerẽdissimæ Cameræ: ergo neq; post illã debentur. Quarto,

Universidad de Sevilla Biblioteca

to, quod præfata constitutio solum continet spolia regularium deberi Camerę Apostolicæ: & præfata bona, quia vt prę dictum est piè fuerunt ante mortem impensa, nullatenus sunt spolia, nec consequenter per illam constitutionem debentur Cameræ Apostolicæ.

Per quæ omnia proculdubio respondendum est, iure optimo pertinere ad præfatum monasterium præfata bona à pio Episcopo Cusquensi pientissime ipsi donata, Salua, &c.

[Aduertendum item quod dicitur, Episcopos, & prælatos Romæ morantes posse testari de fructibus beneficiorum & quod in eis Camera non habet spolium non esse ita certum; & contrariũ, vt dicitur, modo seruari.

SVMMARIVM.

1 *Regulari etiam translato concessa à Papa licentia disponendi de per eum extra monasterium quærendis, comprehendit etiã quæ alias licitè morando, & seruiendo in hospitali quæsiuit: restringitur tamen ad dispositionem irreuocabilem inter viuos in pios vsus faciendam.*

CONSILIVM VII.

VIso tenore breuis, per quod D. cõsulens fuit auctoritate Pauli III. translatus ab ordine Prędicatorũ in ordinem canonicorum regularium S. Augustini, visa item clausula in eo contenta, per quam sit ei facultas disponendi de bonis quæsitis ab eo extra monasteriũ in suos vsus, pauperum, & alios pios, & quod præfatum breue, & licentia, & facultates per illud concessæ, fuerunt à Vicario Pij IV. iudicatæ legitimæ, & non reuocatæ per bullam Pauli IV. cõtra apostatas edita: viso item quod præfato D. consulenti licuit, & licet manere extra monasterium habitu regulari subtus vestes retento, dum seruierit hospitali S. Iacobi ciuitatis Neapolitanæ virtute præfati breuis, & sententiæ præfatæ super eo latæ, & licentiæ à superiore datæ, & breuis à S.D.N. concessi:

1 Respondemus posse prefatum D. cõsulentem disponere in vita per donationes & alias dispositiones inter uiuos fa- E ctas de bonis, quæ habet, vt proponit, rectè quæsita in vsus pios, in quos optat ea insumere, per ea quæ nos tradimus in comment. 2. de reg.[a] Cauendum tamen serio, quòd vt prædicitur, præfatorum bonorum dispositio est facienda per viam donationis, vel alios contractus irreuocabiliter inter viuos factos: quia non liceret hoc facere per viam vltimæ voluntatis, per quam nullus religionem professus potest quidquam disponere sine facultate testandi, vt palã est, & tangitur in locis prędictis, & eam non habet D. consulens in vlla facultate sibi à Papa facta. Salua, &c.

[a] *Super eo nõ dicatis, nu. 40. & seq. 12. q. 1.*

SVMMARIVM.

Falsitas antedatæ diei posita in contractu coram Deo nec prodest, nec nocet, sed sola attenditur veritas. 1

Donatio facta vxori ficta non tenet, immo nec vera valet: tamen si sit iurata, etiãsi sit facta ab eo, qui commisit delictum, ob quod bona ipso quidem iure non confiscãtur, sed confiscari possunt, nu. 2. licetque hæc donatio possit à fisco, in cuius fraudem facta fuit, per rescissoriam reuocari, attamen donataria non tenetur ea fisco, antequã rescindatur, tradere. nu. 3. 2

Fraudandi fisci, vel alterius creditoris causa facta donatio potest quidem rescindi, sed antequam rescindatur, donatarius iustè retinet. 3

Occultans bona delinquentis confiscata, tenetur ea fisco tradere.

CONSILIVM VIII.

MAritus post delictum cõmissum, pro quo à fisco bona sua fuerunt per sententiam confiscata, vxori suę per instrumentum certa bona donauit, & instrumento subscripsit subdie ante delictum commissum, vt sic appareret donationem ante a fuisse factam, & vxor illa occultauit & retinet.

Quæritur primo, an donatio prædicta teneat. & quia dicta mulier alia etiã occultè accepit, & retinet.

Quæritur secundo, an illa etiam fisco non petenti, & in conscientia tradere teneatur.

1 AD PRIMAM quæstionẽ respõdeo

deo primò, quod in foro conscientiæ siue Dei, non potest prodesse plus præfato donatori instrumentum falso die firmatum, quam si fuisset vero die firmatum. Tum quia Deo omnia sunt nota.[a] Tum quia fraus & dolus nemini patrocinari debent.[b] Secundo, quod præfatum instrumentum donationis, etiam si esset legitimè factũ, non posset ei prodesse, si donatio fuit fictè & simulatè fine vero animo donandi facta, quia illa est ipso iure nulla, & nihil valet,[c] & quod talis præsumitur hæc de qua agimus in foro exteriori, cum fuerit facta vxori, quæ est persona coniuncta, & vir tualiter ipse remansit in eorum possessione, iux. doctr. Bart.[d]

[a] *Ad Heb. 4. c. multa. 2. q. 1.*
[b] *cap. sedes Apostolicæ. de rescript. & l. 5. & tot. tit. C. plus valere quod agatur.*
[c] *l Inst. de action. in d. §. item si quis in ff. de contrah. empt. & l. quisquis. C. ad legem Iul. maiest. & c. cum secundam. de har. lib. 6. & l. ex iudicorũ. ff. de accus. & ff. de don.*
[d] *in l. post cõtractum. ff. de donat. nu. 4. & l. 1. ff. de donat. inter vir. & vxor. & in l. si quis pro eo. sub fi. ff. de fideiu.*

2 Tertio, quod etiam si esset vera coram Deo donatio, non posset prodesse, quia fuit facta vxori, quę non valet,[e] ni si esset iurata, vt ait Bar. recep.[f]

[e] *l. 1. ff. de donat. inter vir. & vxor.*
[f] *in l. si quis pro eo. sub fi. ff. de fideiu.*

Quartò, quod si vera & iurata fuisset donatio, dubitari potest. Nam pro consulente facit, quod reus criminis, propter quòd ipso iure non perduntur bona, vt perduntur in crimine læsæ maiestatis humanæ,[g] & diuinæ,[h] neque tale ob quod administratio ipso iure interdicitur, quale est repetundarum,[i] donare potest post crimen commissum antequam in iudicium deducatur & valet ipso iure donatio.

[g] *l. quisquis. C. ad legem Iul. maiest.*
[h] *c. cum secundam. de har. lib. 6.*
[i] *l. ex iudicorũ. ff. de accus. & ff. de don.*

3 Et contra consulentem facit, quod illa reuocari potest tanquam in fraudẽ fisci facta, d. l. [post contractum.[k] vbi Bar. communiter receptus vtrunque tenet. Sed contra hoc facit consideratio quædam quã nullibi legi, scilicet quod donatio vera in fraudem facta ipso iure tenet, & non potest, nec debet creditor, vel alius, in cuius fraudem facta est, admitti ad illa bona donata, nisi prius per actionem reuocatoriam rescindatur, iuxta §. [item si quis in fraudem.][l] eo quod per donationem, & emptionem etiam in fraudem factam, transit dominium in donatarium, & emptorem iux. gl.[m] & est tex. expressus in l. [si sciens.[n] & quod ideo donatarius non vi obligatus ad reddenda illa bona donec per iudicem reuocetur donatio, vel emptio: sicuti nec incidẽs in pœnã tenetur soluere illã in foro cõscientiæ, donec à iudice condẽnetur, iux. gl. celebrẽ,[o] S. Th.[p]

[k] *ff. de don.*
[l] *Inst. de action. in d. §. item si quis in ff. de contrah. empt.*
[m] *in c. frater. 12. q. 2.*
[n] *ff. de condit. & demonst.*
[o] *in c. frater nitas.*
[p] *2. 2. q. 92. art. 4.*

A 4 Quinto, quod per hanc considerationem, quæ in præsentia mihi videtur tenenda præsertim contra fiscum contra quem in dubio iudicandum est,[q] re q *i. non pusolute ad quæstionem respondeo, quòd to ff. de iure* si coram Deo præfatus consulens verè *fisci.* donauit præfata bona vxori & donationem confirmauit iuramento, ita quod non potuisset illam reuocare, etiam si nunquam fuisset condemnatus, poterit vxor eius retinere illa sibi tanquam sua, quia vere sunt talia, donec donatio illa reuocetur, & rescindatur per iudicem, tanquam in fraudem facta, si autem non habuit uerum animum donandi cum illa semper manserint sua, cadũt sub confiscatione generali omnium bonorum suorum, & sic debetur fisco per sententiam condemnatoriam.

[q] *l. 1. ff. de iure fisci.*

5 Ad secundam respondeo, indubitati iuris esse, quod illa bona occultata debentur fisco, cum occultatio non habuerit vim auferendi dominium, sicut habuisset vera donatio, vel vera venditio, & ita semper remanserunt tam sua, ac si non fuissent occultata.

SVMMARIVM.

Lex prohibens patri ne in damnum filiorũ donet ultra quintam, non ligat donantem pro anima sua, vel in remunerationem. 1

CONSILIVM IX.

QVæritur in vtroq; foro, vtrum pater multa in bonis habens pro filijs, quæ etiam pro eorũ persona ac statu sunt superflua, possit in vitæ ad opera pia, & donationes gratuitas, etiam vltra quintam partem impẽdere.

1 Respondeo, quod potest donare in cultum Dei, & ad opera pia salutem animæ suæ respicientia, vt in Manual. diximus:[r] Potest etiam facere donationes profanas remuneratorias, quæ nõ sunt veræ donationes, non autem veras, vt vbi supra diximus in d. Manual.[s]

[r] *cap. 26. nu. 29.*
[s] *cap. 26. nu. 29.*

SVMMARIVM.

Donatio inter uiuos non insinuata, si sit ultra 500. non valet; nisi in 500. 1

Dona-

2 Donatio causa mortis cum clausula de non reuocando, si sit posita in parte dispositiua, transit in donationem inter viuos.
Donatio causa mortis iudicabitur non esse reuocata, si quis postea donet inter uiuos, putans donatarium interijsse.

CONSILIVM X.

AN donatio inter viuos vsque ad 800. vel mille aureos, non insinuata iudici, valeat: & an donatio causa mortis possit reuocari donando inter viuos?

1 Respondeo, quod donatio inter viuos facta de maiore summa, quam quingentorum aureorum, licet valeat quo ad 500. nō tamen valet quo ad reliqua, nisi fuerit insinuata,[a] vel nisi fuerit iurata, vt ait late Dec.[b] Sola enim condonatio solemnitatis iniurata non sufficit vt ait Bartolus in d.l. sancimus, §. fi. & Decius ubi supra.

a l. pen. iun. l. sanctimus. C. de donat.
b Cōs. 432. nu. 15.

2 Donatio causa mortis transit in donationem inter viuos per clausulam insertam ei de non reuocando eam, si modo inferatur verbis dispositorijs: licet secus sit, si id fiat in exequutorijs ut ait Couartuuias.[c] Animaduertendum tamen, quod si quis donaret inter viuos alicui aliqua bona quæ causa mortis obijsse, forsitan iudicabitur eam nō esse reuocatam. argumento l. fin.[d]

c 2. p. rubr. de test. nu. 13.
d de dol. hæred. instit.

De Peculio clericorum.

SVMMARIVM.

1 *Clerico filiofamilias quod annuatim dat pater, ut sic ex eo clericaliter se sustenter, efficitur peculiū castrense, quod etiā ludendo efficaciter in alium transfert, sicut etiam est omne id quod lucratur.*

CONSILIVM I.

GAius paterfamilias lusit cum Sēpronio ludo aleārum primera nuncupato, qui Caius superlucratus est Sempronio scuta sex auri sine fraude. Ludo finito, Sempronius, qui perdidit, reperitur esse filiusfamilias, doctor ætatis vigintiocto annorum, vel circa, habēs primam tonsuram, & tres ordines minores tantum, nec possidet bona aliqua castrensia, vel aduentitia, nec aliquid ex doctoratus officio lucratur, & demum nullas alias pecunias habet, præterquā centum & quinquaginta aureos, quos habet à patre singulis annis, de quibus libere disponere potest: dictusque Sempronius moratur cum quodam Cardinali, à quo habet victum, & habitationē eo quod manet in eius curia, & ipsum concomitatur.

Quæritur, attento quod dictus Sempronius est filiusfamilias, quomodo dictus Caius possit esse tutus in foro politi: Vtrum huiusmodi pecunia sit restituenda, necne?

1 Respondeo, quod de rigore iuris non tenetur restituere: quia quicquid huiusmodi clericus quærit, fit ei peculium castrense, & potest de ipso testari, & disponere, non obstante quod sit filiusfamilias, iuxta authent. [presbyteros,][c] & tradit Innoc. & post eum Panormitanus.[f]

e de episc. & cler.
f in c. quia nos de testam.

Nec obstat, quòd omnia quæ habet, *nos de testa-* sint donata sibi à patre: quia donantur *men. nu. 5.* ei, vt exerceat militiam clericalem, in- *g in d. cap.* seruiendo, vt inseruit Cardinali in pri- *not.* mis inseruientium honorificentissime, per ea quæ Couarruuias addit Panormit.[g] Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiarius de patrimonio, & quæsitis sua industria, ac laicus disponere potest & nu. 4.*
2 *Donare habenti ad se sustentandum, sed non honeste, pium.*
3 *Pia ut sit largitio, principaliter ob Deū fieri debet, nec desinit esse bona, licet fiat etiā sed minus principaliter ob alium finem etiam ineptum, modo non sit malus.*

CONSILIVM II.

AN pensionarius de reliquatis ex sua modica pensione, & de alijs suo labore & industria comparatis possit cognatis suis plus satis familia onerantis, & egentibus opitulari?

1 Respondeo primò, quòd latius, quā hactenus alij tradiderūt, scripsimus nos[a] in tractatu de reditibus ecclesia. quod *& fere* non solum pensionarius, & quiuis alius *per bonam* stipendiarius, vel accipiens aliquid pro *partē alio-* labore, & industria, & occupatione, qua *rū, præser-* seruit, uel tenetur seruire alteri, pōt ea, *tim* 32. *&* quæ reliqua, vel superflua facit vltra *conseq.* suum victum decentē, donare, & dispendere in opera pia, sed etiam beneficiarius quilibet, ēt regularis, & religiosus pōt impendere fructus sui beneficij sic reliquatos, & seruatos i eadē opera pia.

a q. 1. mon. in tract. de reditibus eccles. 18.

2 Secundò, quòd impensa, & erogatio, quam ait se facere D. consulens in prædictos cognatos, est pia & sancta, vt in[b] d. tractatu,[b] traditur declarando,[c] quæ sunt opera pia, & addendo,[d] quod etiā dare habenti necessaria ad sustentandā vitam, sed egenti ad se decenter sustentandum cum sua domo, & familia, est dare ad opera pia.

b q. 5. mon. prad. 32.
c in mo. 26.
d in mo. 27

3 Tertio quod ad hoc, vt impensa & erogatio dicatur pia, oportet, qđ principaliter fiat ob amorem Dei, vel ob misericordiam, & necessitatem proximi, ita quod non sufficeret facere illam ob cognationem, & amicitiam, vel alium respectum profanum, vt traditur vbi supra.[e] Dixi [principaliter,] quia non oportet vt fiat nullo respectu alio profano habito. Tum quia iudicandum est opus secundum id, quod principaliter intenditur.[f] Tum quia, vt colligit ex ea Iason sequutus communem, attendendum est id quod principaliter intēditur & non quod minus principaliter siue in eidenter. ex quo infert multa vtilia, & in his id quod ait glossa finalis putata singularis,[g] quæ adiuncto textu probat non esse attendendum prēiudiciū, quod consequenter, siue per quandam consequentiam fit, sed tantum principale. Tū quia non definit opus esse bonum, eo quod minus principaliter fiat ob alium finem ineptum, modo non sit malus, si principaliter fiat propter finem aptum, vt tradimus latius in comment. cap. [inter verba.][h] & breuius in commentar. cap. [cum ministeri.][i] & vtilius in Manual. confess.[k]

e mon. 28.
f l. si quis nec causam ff. de rebus creden.
g in c. quāuis pactū. pact. li. 6
h 11. q. 3. cōclus. 5. nu. 19. & seq.
i 23. q. 5. nume. 4.
k c. 14. nu. 33.

Quarto, quod D. cōsulens debet elargiri ea, quæ largitur prædictis cognatis suis de fructibus pensionum, principaliter, siue principalius propter amorem Dei, & misericordiam, & paupertatem, siue indigentiam quo ad sustentādum, quam propter cognationem, vel alium respectum humanum, siue sæcularem: quamuis etiam bene faciat largiendo propter Deum principaliter, habendo minus principalem respectum ad cognationem, amicitiam, & alios respectus, & fines sæculares, dummodo nō sint principales, sed tantum minus principales.

4 Quinto, quod non frustra in præcedenti dicto dixi, [De fructibus pensionum Ecclesiasticarum,] quia de alijs fructibus aliarum pensionum sæcularium, vel de salarijs, vel stipendijs, quę pro laboribus suis accipit, potest pro libito suo etiam principaliter largiri prędictis suis cognatis ob consanguinitatem, & amicitiam, sicut quilibet laicus potest de fructibus laicis pro libito largiri etiam extraneis per dicta in d. tractatu.[l] nec debet scrupulum sibi facere de difficultate sciendi, quantum relinquat de pensionibus Ecclesiasticis, & quantum de alijs stipendijs &c. sine vllo errore, quia satis est bona fide sine dolo computare verisimilem quantitatem vtrorumque argument. capitu. quia verisimile non est, & ei adnotatis.[m] Salua, &c.

l q. 1. mon. 17. & mul tis seqq.
m De præsumptio.

SVMMARIVM.

1 *Fructus beneficiorum, uiuente titulari, seu illorum reseruatario separati à solo, ei debentur, ac etiam locationum pensiones correspondentes fructibus, sicut supra à solo separatis nume. 5. 6. 9. & hoc etiam si nondum fuissent in horrea repositi. nume. 4. vnde si illos uiuens debita honesta contrahendo consumpsisset, non faceret spolium. nu. 2. alias sic nu. 3. de iure autem deberentur successori in beneficio, sicut & collecti sede vacāte, nisi alteri essent applicati, seu concessi. nu. 7. & 8.*

CONSILIVM III.

PRæsuppositio priuilegio Apostolico facto illustrissimo N. de percipiendis spolijs clericorum in sua ditione, quæsita fuerunt sequentia à successore D. Consulente.

Pri-

1. Primum, cuius debeant esse fructus, quos reseruauit sibi præcessor ipsius sine vlla locatione per se ipsum percipiẽdos, an hẽdis eius, an illustrissimi N. an D. consulentis, & de fructibus, qui obuenerunt sede vacante. Et responsum fuit primo, quod fructus, quos reseruauit ad ministrationi suæ præfatus præcessor, & fuerunt in vita eius à solo separati, pertinuerunt omnes ad ipsum, & nulli eorum, qui post mortem fuerunt collecti, & à solo separati, secundũ glossam, [a] communiter receptam per communẽ sentẽtiam, vt diximus in tractatu de reditib. eccl. [b] per argumenta valida, quæ ibidem videri possunt.

2 Secundò, quòd si fructus illi reseruati fuerunt impensis à præcessore, ita quod non remanserũt inter spolia eius, pertinebũt ad præcessorem mortuum, vel hæredes, aut eius causam habentes: quia ipse poterat eos impẽdere suis honestis vsibus, etiam seruato patrimonio, & eius fructibus, quibus voluisset, iuxta illud dictum singulare Innocentij, [c] relatũ à nobis in præfato tractatu, [d] & nullatenus pertinebunt ad illustrissimum N. nec ad D. consulentem.

3 Tertiò, quod si præfatus præcessor non impẽdit ea honeste in vsibus suis, dum vixit, sed remanserunt libera à debitis eius, pertinebunt ad spolia eius.

4 Quartò, quod non refert an fructus præfati fuissent percepti, & reconditi, an solum à solo separati: quia idẽ est iudicandum de vtrisque, arg. l. [si eius,] [e] secundum veriorem intellectum l. [arboribus.] §. Iulianus. aliàs est l. si fur. ff. de vsufr. & l. si vsufructuarius. ff. quẽad. vsusfru. amitt. & est communis opinio, quam sequimur nos in d. tract. [f]

5 SECVNDVM QVAESITVM est, cui debent adiudicari precia locationum & conductionum soluenda in aliquo festo cadente intra tẽpus sedis vacãtis. Ad quod respondetur, quod hmõi precia, quæ erant soluenda in aliquo termino contingente tẽpore sedis vacãtis propter fructus quæsitos, vel saltẽ separatos à solo ante mortẽ præcessoris, adiudicabuntur, ei, vel, ab eo causam habentibus: quia preciũ rei uenditæ debetur vendenti, sicut res vendita debetur emptoris [g] & eadem ratione preciũ fructuum locatorum post perfectam locationẽ debetur locanti pro ea parte quæ fuit locantis, vel debita ei, sicut vsus rei locatæ debetur productori. [h]

6 TERTIVM QVAESITVM, Cui debent adiudicari precia præfatarum locationũ soluenda in aliquo festo cadente post prouisionem D. successoris. Ad quod respondetur idem quod responsum est ad secundum, scilicet quod cedunt ipsi prædecessori pro ea parte, quæ fuit quæsita seu debita ipsi locanti; & sic pro ea parte, quæ fuit collecta, vel à solo separata ante mortem locantis.

7 QVARTVM QVAESITVM, Cui debeant adiudicari fructus, qui obuenerunt sede vacante. Ad quod respondetur, quod adiudicari debent illustrissimo N. vel eius commissario: quia licet iure communi debeantur successori, per cap. [cum vos, [i]] & cap. [quia sæpe, [k]] priuilegio tamen Papæ pertinent ad suam Dominationem illustrissimã, vt præsupponitur.

8 QVINTVM QVAESITVM, Cui debent adiudicari fructus, qui remanserunt in spolijs prædecessoris. Respõdetur, quod ipsimet illustrissimo N. virtute dicti priuilegij. Nec obstat argũm factũ in fauorem opinionis Soti in d. tractatu, [l] scilicet quod alioquin, &c.

9 SEXTVM QVAESITVM, Cui cedere debeãt precia locationum fructuum pro ea parte, qua tãgunt fructus perceptos, vel à terra separatos post prouisionem successoris, quocunque tempore sint soluenda. Et respondetur, quod aut locatio fructuum desinit esse valida quo ad partem, quæ tangebat illos fructus perceptos post præfatam prouisionem, aut non. Priore casu preciũ respondens præfatæ parti, soluẽdum est præfato successori: quia fructus illi, si non fuissent locati, pertinuissent ad ipsum, & consequenter preciũ, quod debetur pro illis, soluendum est ei, cuius fuissent fructus, si non fuissent locati. Altero casu, scilicet si conductio remansit valida etiã quo ad illos fructus, dicendum precium eorum diminuendum esse pro rata fructuum locatorum ita quod successor percipiat fructus, vel locet eos de nouo. An autem locatio & conductio desinant esse validæ quo ad

[a] *in cap. si propter. de reser. lib. 6. & in c. præsenti. de off. ord. eod. lib.*
[b] *q. 2. mo. 2*
[c] *in c. Episcopus. de præben.*
[d] *q. 1. mon. 32.*
[e] *ff. de rei vend.*
[f] *q. 2. mon. 14.*
[g] *Arg. ff. de actio. vend. per totum.*
[h] *Arg. l. il. ff. ad l. Aquil.*
[i] *de off. or.*
[k] *de elect. lib. 6. c. præsenti de off. ord. eod. lib.*
[l] *q. 2. mon. 13.*

ad illos fructus, necne, colligendum est ex tenore instrumenti, & ex causa, & consuetudine locandi, & alijs circunstantijs. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Clerici beneficiati possunt licite de fructibus suorum beneficiorum, viuendo de bonis patrimonialibus, vel quasi, inter quæ omnia, quæ aliunde quam ex fructibus beneficiorum acquisiuerunt, etiam si illa ex vsu sacrorum ordinum acquisiuerint, computantur. nu. 1. tam inter viuos quam in vltima voluntate: etiam propinquis relinquendo, disponere. nu. 2. & 3. An autem in dubio sit præsumendum eum ex dictis fructibus voluisse viuere, vel ex patrimonialibus, seu quasi, ex cõrectaris est diiudicandum.*

4 *Clericus negotia principũ in Curia, etiam recepto stipendio, iure communi, & ex stylo Curiæ gerere licite posse videtur.*

CONSILIVM IV.

QVod de bonis cler. quasi patrimonialibus, & de patrimonialibus idem sit indicandum, tenuimus nos ĩ apologia lib. de redit. eccl. [a] Quod item bona clerici quæsita per industriã suam, etiam per vsum sacrorum ordinũ alia oratione, quam fructuum vel reditnum beneficiorum, dicantur quasi patrimonialia, tenuimus.

1 Interrogatus, quid mihi videatur de hac informatione respõdeo me pridẽ in apologia lib. de red. eccl. [b] tenuisse, q; bona quæsita licitè per artificiũ vel aliã industriam, & laborem clerici absq; intuitu clericatus, & ordinum suorũ, sunt re patrimonialia, sicut quæsita à laicis, & quod quæsita à clerico ratione officij clericalis, & suorũ ordinum extra fructus beneficiorum Ecclesiasticorũ, sunt quasi patrimonialia, & q; de ijs perinde ac de patrimonialibus disponere potest clericus, qui ea quæsiuit.

2 Secundo, quod, [c] teneo firmiter determinationẽ Innocentij, [d] quod beneficiarius potest viuere de fructibus sui beneficij, & seruare sub patrimonium, seu sua bona patrimonialia, & fructus eorũ suis cognatis, & disponere de illis inter viuos & in vltima voluntate.

3 Tertio, quod hæc consequitur præfatum D. Gab. Roboſ. potuisse de bonis quæsitis licitè per industriam suã, tam ratione ordinum suorum quam alia, disponere perinde, ac si esset laicus.

4 Quarto, quod iure communi consuetudine Curiæ in Vrbe declarato, & vsitato videntur licita negotia Regum, & aliorum, per quæ fuerunt ei aliqua salaria, vel honoraria donata, vt supra in informatione probatur.

5 Quinto quod licet forsitan expresse non declarauerit se voluisse, dum viueret de fructibus beneficiorum suorũ viuere, & bona patrimonialia suis cognatis vel amicis ab intestato, vel ex testamento relinquere, tacite tamen ex multis eius actis, & ex cura, quam habuit seruandi tot milla ducatorum, & ex cõsuetudine, quam communiter seruant clerici beneficiarij habentes patrimonia siue bona patrimonialia facile conijci potest eum habuisse hunc animum, ita quod Reuerendissimæ Cameræ procuratores nullam sibi culpam poterunt adscribere, quod falso id credidérint, quamuis Ludouicus Rom. in consilio citato in informatione id mihi nõ aperte dicat. Salua, &c.

[a] *q. 1. mon. 22.*
[b] *q. 1. mon. 22.*
[c] *in d. q. 1. mon. 30.*
[d] *in c. inde eorum. de et. & qual.*

De Testamentis, & vltimis voluntatibus.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum à parocho scriptum, & sola testatoris manu subscriptum, nec in terris Ecclesiæ tenet in foro exteriori, at in foro conscientia, qui ex eo bona possidet, licitè retinet. nu. 2.*

2 *Relictum mihi sponte in dispositione minus solemni, imo solo verbo sine testibus, tuta conscientia retineo.*

CONSILIVM I.

FRanciscus disposuit de bonis suis in terris Ecclesiæ, instituendo neporem hæredẽ per schedulam scriptam à proprio parocho, subscriptam ab ipsomet

testatore. Quæritur, an valeat huiusmodi institutio in foro conscientiæ.

1 Respondeo primo, ꝙ ordinatio prę dicta non est seruanda in foro exteriori, quia nec secundum formam iuris Cęsarei, neq; canonici est facta, vt constat per cap. [cum esses,] & ei annotatis. [a]

2 Secundo, ꝙ grauissima difficultas est apud vtriusq; & etiam diuini iuris peritos, an vltima voluntas, quæ sine solemnitate à iure requisita est ordinata, valeat in foro conscientię, ego aũt in ea opinione sum, ꝙ qui possidet bona sibi vere & sponte coram Deo relicta, siue scripto, siue verbo tm̃, siue coram testibus, siue sine illis potest sancte salua cõscientia retinere, licet possint ei tolli p iudicem in foro exteriori. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiarius hæres à parte institutus, si fecit inuentarium, non cogitur ex fructibus beneficij soluere debita, vel legata ei à patre mandata vltra vires hæreditarias: sed ad id tenentur alij habentes hæreditatem, num. 5. imò nec volens potest, nisi dicta solutio saltem indirecte ijs dicetur opus pium, num. 3. & 4.*

CONSILIVM II.

REspondeo primo: præfatum Prælatum nõ potuisse obligare & onerare filium, cui reliquit beneficia, & minorem partem patrimonij, Tum quia tanquam successor in beneficio nõ fuit grauatus ad illa, cum non fuerit ei imposita pensio auctoritate illius, qui poterat eam imponere ad soluendum suũ æs alienum, & alia legata pia. Tũ quia tanquam hæres non potuit obligari vltra vires hæreditarias.

3 Secundo, ꝙ si præfatus filius adiuit hæreditatem patris absq; beneficio inuentarij, aut non fecit inuentarium intra legitimum tempus, cogetur in foro exteriori soluere præfata onera, iux. l. [scimus,] [a] quamuis in foro conscientię nõ teneretur vltra vires hęreditatis.

4 Tertio, ꝙ si ipse uolerit soluere præfata pia legata, iuste ac sancte soluere poterit illa de fructibus & reditibus sui beneficij, quia iuste potest impendere illa operibus piis, qualia sunt præfata legata pia. Quarto, ꝙ si æs alienum præfatum fuit contractum ob causam profanam & temporariam, non poterit iuste de reditibus sui beneficij soluere illud: quia omnes fructus beneficiarij debent impendi in eius sustentationem honestam, uel alia opera pia, quamuis, quia in facto proponitur illud æs alienum conflatum fuisse ob sustentationẽ dignitatis Ecclesiasticæ, poterit (ut puto) reduci directe, uel indirecte ad pietatis opera.

5 Quinto, ꝙ si præfatus filius noluerit soluere prędicta legata, & debita, nec potuerit cogi ob beneficium inuentarij facti, alter frater cogetur soluere illa de rigore iuris, tanquam hęres patris retinens maiorem partem bonorum eius, si, quę bona habuit à patre, ad soluenda prædicta sufficiant.

SVMMARIVM.

3 *Clerici & Episcopi, quibus in Vrbe decedẽtibus Iulius III. concessit, vt possent de omnibus rebus, exceptis illicite acquisitis, testari, si testamentum fecerint, et si aliqua ex illicita, hoc est eis prohibita, non tamen inuncta negotiatione, nu. 7. acquisierint, tenet, nu. 1. 6. et 14. etiam ad effectum, ut prædictorum sic acquisitorum hares & legatarius dominium acquirant, num. 2. cessante autem dicto priuilegio, de ijs quæ per negotiationem ipsis inhibitam, vel alias contra Canones Ecclesiasticos dominis secularibus seruiendo, prædia laicorum conducendo acquisierunt, in vltima voluntate disponere non possunt, sed spectant ad Cameram Apostolicam etiam si tales essent regulares apostatæ, num. 4.*

9 *Negotiatio est de actibus indifferentibus; quæ non facit aliquem malum, sed mendacia, quæ negotiando proferuntur, sed si recte fiat, & ad bonum finem, est vtilis & necessaria Reipublicæ, nume. 8. at ex circunstantia potest deprauari, nu. 9. ver. agendo contra terminos iustitiæ commutatiuæ, & hæc vltra peccatum obligat ad restituendum, vel agendo contra præcepta aliarum virtutum & charitatẽ, & hæc licet habeat annexum*

peccatũ, non tamen obligat ad restituendum, num. 11 & seq.

14 *Actus omnes humanos, esse peccata dicere, hæreticum, sed quod maxima illorũ pars sit infecta peccato veniali, est Catholicum.*

14 *Veniale peccatum, quo opus aliquod inficitur, operatur, & non sit meritorium gratiæ. nec gloriæ.*

CONSILIVM III.

1 ADquæstionem propositam de clericis, & Episcopis decedentibus in Vrbe, an possint testari de rebus quęsitis per negotiationem, iãdudum rñdi. Primo, ꝙ sic, ad hunc sensum, quod testatio, seu testamentum, & ultima uolũtas eorum possit dici iusta, si fecerint illam per uerba generalia, dicendo, [Lucius hæres meus esto, uel relinquo bona mea Titio,] uel similia, non facta mentione particulari de rebus per negotiationem quæsitis, per ea quæ tunc allegaui, & alia quæ tradunt Decius, [a] & citati ab eo. [b]

[a] *In l. hereditas. ff. de reg. iur.*
[b] *ibidem.*

2 Secundo etiam respondi affirmatiue quod sic, intelligendo eam in hoc sensu, quod hæres legatarius, uel fideicommissarius acquirunt titulum quæsitorum per negotiationem de se licitã, id est, non contrarium legibus iustitiæ specialis, licet esset illicita ratione circunstantiæ personæ, loci, temporis, uel alterius, quæ negotiationem faceret uitiosam, eo quòd esset contraria alijs uirtutibus, quam iustitiæ speciali, & quod exceptio, quam fecit Iulius III. in bulla, per quam concessit facultatem testandi prædictis clericis, & Episcopis in Vrbe decedentibus de omnibus rebus, exceptis illicitè quæsitis intelligenda erat de rebus quæsitis illicite contra leges iustitiæ specialis, & non de quæsitis illicite contra leges uirtutum theologicarum, uel aliarum moralium; contra quod formaui quatuor argumẽta, quibus respondi.

3 Nunc autem pro maiori declaratione oppono contra responsionem. Primo, ꝙ præfatus Iulius III. & sua bulla generaliter est intelligenda. [c] Secundo, ꝙ nulla ratio diuersitatis uidetur dari posse inter quæsita illicite

[c] *c. solita. de maio. & ob. l. de precio. ff. re publi. in c. i actio.*

A contra leges iustitiæ specialis, & inter quæsita contra leges speciales aliarum uirtutum, cum per utranque acquisitionem peccetur mortaliter, & per utranque offendatur Deus.

4 Tertio, ꝙ Pius IV. iuris utriusque (ut fertur) callentissimus, uſ præfatam bullam in quadam eius declaratione sic intellexisse, ut per illicite acquisita ueniant oĩa quęsita per negotiationem illicitam, & alias contra canones. Quã expositionẽ nos post alios secuti sumus in comment. [non liceat Papæ.] [d] dixi- *d 12. q. 2. §. 7. n. 4. et 5.*
B mus ualde notandam esse illam declarationem, per quam declarabatur id, qđ nusquam antea uſ in ulla iuris scripti parte expositũ, s. nulla quæsita per negotiationem illicitam, uel alias contra canones Ecclesiæ, posse per ultimã uoluntatem relinqui à clericis, uel Episcopis: ex quo intulimus nos ibidem, ꝙ cuidam monacho apostatæ, qui apud Indos quæsiuit 2000. scutorũ p negotiationes, & mercaturas, non dẽt succedere monasteriũ, iux. c. [cum olim.] 2. & alia iura, [e] sed Camera Sedis Apostolicæ, & ꝙ stipendia, quæ quærunt multi clerici inseruiẽdo Regibus, & alijs prin- *e De priuil.*
C cipibus, & dominis sæcularibus, & p cõductionem, seu arrendationem prædiorum, uel redituum sæculariũ, & aduocationis, & officia iudicandi in foro sæculari, eis mortuis debent Cam. Apostol.

5 Quarto, ꝙ negotiatio siue mercatura uſ esse per se mala, iuxta illud Leonis Papæ relatum in cap. [qualitas.] [f] Inter ementis & uendentis commerciũ difficile non interuenire peccatum: ob quod ibidẽ consulitur, ne pœnitens negotietur, & ꝙ Chrysostomus relatus in c. [eijciens.] [g] sic ait, [Mercator nun- *f De pœnitent. dist. 5.* *g 88. dist.*
D quam Deo placere põt, & ideo nullus Christianus dẽt esse mercator, & mercator sine mendacio, & periurio esse nõ potest.] Quinto, ꝙ onus augetur, & non minuitur, cum quod uni debetur, *h c. eam te. de iureiur.* improuide alijs soluitur. [h] At quæsita per negotiationem illicitam, uidentur [i] ergo non pñt per ultimam uoluntatẽ solui alijs. Sexto, ꝙ licet Iulius III. non statuerit illud: satis superq; tamen est quod Pius IV. statuerit illud. [k] *i c. si res a- liena 4. q. 6. & regu. pec. dimittitur peccatum, nisi restituat ablata. de reg. iur. li. 6. k c. si Rom. 19. d. & ca. 1. de const.*

6 Quibus tamen nõ obstantibus, vera vr̃ nostra rñsio, salua emunctissima S. D. N. censura, & cuiuslibet saniore sñia. Primo quidem q̃ nulla ratio naturalis, nec diuina positiua, nec humana canonica, vel ciuilis, reddi põt cur sę. rec. Iulius III. excipere voluisset quæsita per negotiationem per se licitam, licet sit licita rõne circunstantiæ personæ, tẽporis, loci, vel aliàs, quam quæsita per alium actum suapte natura indifferentem, & ob aliquam circunstantiam prædictarum illicitum. ergo dicendum est, vel voluisse excipere omnia quocũque modo illicite quæsita, vel nec quæsita per negotiationem ex sola circunstantia licitam. At non põt iuridice respõderi excepisse omnia quocunq; modo licito acquisita, per ea, q̃ infra dicẽtur; ergo dicendũ est, nõ excepisse quę. sita per negotiationem suapte natura licitam, & sola circunstantia illicitam.

7 Secundo, q̃ non obstat huic argumento dicere, q̃ satis est id placuisse
a L.1. ff. de const. princ. Principi, ad hoc, vt legis vigorẽ hẽat, [a] & q̃ non solum Pius IV. excepit generaliter quæsita illicite, sed etiam prius exponendo eius verba, specialiter excepit quæsita per negotiationem illicitã, & alias contra canones. Quia eodem modo respõderi potest ad eius expositionem, sicut ad constitutionẽ Iulij III. vt infra respondebitur, s. quod intelligitur de quæsitis contra canones iustitiam specialem continentes; quia negotiatio est duplex, honesta, & turpis, siue licita, vt habet præfatum c. [qualitas.] & honesta attenta iustitiæ qualitate nõ generat saltem immediate turpia, & inhonesta, iuxta illud Dominicum, [Arbor bona non facit fructus malos,] [b] & illud Baldi. [c] [Non potest esse plus in causato, quam virtus causæ influit.

b Ex Matt. 12.

c In l.2. ff. de Senat.

8 Tertio, q̃ vt ait Augustinus relatus *d* 88. *dist.* in c. [quoniam,] [d] negotiatio non facit quem malum, sed mendacia, & periuria quæ negotiantes proferunt, cui concordat Cassiadorus relatus in cap. [quid aliud.] [e]

d 88. *dist.*

e Eadem d.

f 1. *Politic.* *g Lt.* 2. *offi.* *h* 2.2.*q.*77. *artic.* 4. *ad primum.*

Quarto, q̃ ars recte negotiandi est licita, secũdum Aristotelem [f] & vtilis, ac necessaria, secundum Ciceronem, [g] cũ ad honestum & bonum finẽ dirigitur, vt declarat S. Th. receptus ab omnib. [h]

Quinto, q̃ si negotiatio de se esset licita, maxime foret, quia per eam quod vilius emitur, carius venditur, sed hoc est licitum, quia [dignus est operarius mercede sua,] [i] & mercator multã operam impendit emendo merces tempore congruis, in locis aliquando remotis, & seruando eas in tempus opportunum, & transferẽdo in alia loca, & subeundo pericula, & nulla alia merces ei assignatur præter id quod vilius emendo, & carius vendendo lucraretur, & ita licite capit lucrum modo rationabili. [k]

i Luca 10.

k de pœnit. d.5. c. qua.

9 Per quod & alia cõcludimus nos, negotiationem in genere esse actũ suapte natura indifferentem, nec per se bonum, nec per se malum, sed talẽ, qui ob circunstantias potest esse bonus vel malus: qualia sunt loqui, & silere, edere, & bibere, ambulare, & sedere, & alia id genus innumera, q̃ ob circunstantias personę, tẽporis, loci, & præsertim finis sunt bona, vel mala, vt tradit S. Th. receptus ab alijs. [l] At nemo prohibetur testari de quæsitis per actus de se honestos, & iustos, licet defectu cuiuspiã circũstãtiæ prædictarũ sint liciti, ergo nec debet prohiberi testari de quæsitis per negotiationẽ per se iustam, & licitam, licet ex circunstantia sit licita, q̃n rari sunt qui quærant bona omnino licita.

l 1.2.*q.*7. *et* 14.*q.*6. *&* 14.*q.*18. *per totam.*

10 Nam quicunque quærit, aliquid per actus mortaliter, vel venialiter malos, quærit illicitè, quando quidẽ omne peccatum non solum mortale, sdd etiam veniale est licitum, adeo quod etiam iuramentum non ligat iurantem ad illud faciendum, [m] & fere omnes clerici quærunt per huiusmodi actus; nam multi quærunt per suarum amasia donationes, vel vltimas voluntates, alij per seruitia, & obsequia illicita contra legem naturalem, uel diuinam, uel canonicam, uel ciuilem à canonica probatam, plures male suadendo ad restandum in fauorem suum, alij per mendacia, uel detrahendo male alijs sibi acquirunt male beneficia ecclesiastica, multi non recitando horas canonicas male percipiunt beneficiorum fructus, multi excommunicati, & alijs censuris ligati, quærunt fructus, eo quòd habent canonicos titulos, multi licet dicant Horas canonicas, tamen

m c. si aliquis. 22.q.4.

tamen id faciũt mortaliter, vel venialiter peccantes sine debita reuerentia, vel fine intẽtione, aut sine attẽtione requisita, vel nimiũ festinè, vel corruptè illas pronunciant, vel cantãt, multi omittendo cantum debitum, vel nõ seruando silentium debitum, vel alias ceremonias, nonnũquam etiam ridendo; vel ringendo, & alijs multis modis saltẽ venialiter inficiendo illas, per q̃d earum pronunciatio fit illicita saltẽ venialiter, & consequenter fructus taliter sunt illicite q̃siti, saltẽ per actus ex circunstantia illicitos. Plures Decani Archidiaconi, Abbates, & Episcopi negligẽter fungentes suis officijs, saltẽ venialiter peccant, & per illas illicitas functiones quærũt sibi magnos reditus, de quibus nullatenus possunt iuste cum bona conscientia testari, si contraria opinio esset vera.

11 Sexto, q̃ negotiatio, vt dictum est supra, est duplex, honesta, & turpis, siue illicita, illicita vero etiam est duplex, altera quę est contra leges iustitiæ specialis, altera q̃ est contra leges caritatis, & aliarum virtutum moralium, inter quas est magna differentia, quia negotiatio quæ fit contra leges iustitię specialis, nõ solum inducit peccatum, sed etiã obligationem restituendi damnum datum per illam parti dãnificatæ, vt colligitur ex S. Thom. [a] Altera vero licet inducat peccatum veniale, vel mortale, non tñ inducit obligationẽ restituendi, vt colligitur ex eodem S. Thom. [b] dicente, q̃ necessitas restituendi nascitur ex oblatione præcedenti, quam præsupponit, eo q̃ sit actus iustus virtutis, quę ponit, & præcipit æqualitatem inter res exteriores ablatas restituendas, vel recompensandas. Exemplum contra iustitiam commutatiuam, vendere maiori vel minori precio quã valet vel occultãdo vitia, vel defectus mercis, vel exprimẽdo aliquas vires, & qualitates falsas, vel negando aliquas bonas, ob quas merx vẽdenda pluris vel minoris valet, vel crẽdendo sub vsuris, [c] quæ non solum inducit peccatum, sed etiam obligationẽ restituendi parti damnificatæ damnum quod intulit cõtra iustitiam specialem, cõtraueniendo alicui legi naturali, vel diuinæ positiuæ, vel humanæ canonicę, vel per canones approbatæ: contra etiã

a 2.2.*q.*63.

b Vbi supra art. 1. *&* 2.

c c.e. si res. de reg. iur. lib. 6.

A canones illos, quibus illa approbantur, iuxta principium Decreti, &c. [ius naturale.] [d] At quę fit contra caritatem, *d Et cas. ius gentium.* aut alias virtutes morales, excepta iustitia speciali, negotiando quidem iuste quo ad specialem iustitiam, & eius leges, vendendo scilicet, vel emendo iusto precio, & non occultãdo vitia, vel defectus mercis, nec exprimendo valorẽ, siue vires eius falsas, nec negando veras, sed intendendo aliquem malum finem, vel displicẽdo Deo, vel proximo, vel in honorando eos, vel agendo aliquid aste, vel imprudenter, superbe, ambitiose, præsumptuose; vel ob vanam gloriã, vel ob gulam, & voracitatem, vel aliquã voluptatem illicitam, sine damno tamen personę, honoris, vel famę proximi, occidere volendo in aliquo loco, vel tẽpore sacro, vel mentiendo, vel iurando aliqua, quæ mercem quidem ipsam non augent, nec minuunt, sed per ea offendunt animum, & decipiunt proximũ, citra tamen dãnum personæ, honoris, & famæ, & hæc negotiatio illicita inducit quidem peccatum, sed non obligationẽ restituendi, quia peccata contra charitatem, & alias virtutes mortales præter iustitiam admissa non inducunt obligationem restituendi, vt late diximus in tractatu de redit. ecclesiast. [e]

*e q.*2. *mon.* 12. *&* 7.

12 Vbi monstrauimus esse falsum, q̃ quicquid fit cõtra legẽ obligantẽ, censeat fieri contra legẽ iustitiæ specialis, adducendo illã sñiam S. Th. [f] ab oĩbus receptã ex Arist. [g] scilicet dari encomiũ virtutũ actibus, & alias esse leges, & p̃cepta fidei, de quibus S. Th. [h] & alias virtutis spei de quibus idẽ ibidẽ, [i] & alias leges, & præcepta prudentiæ, de quibus idem, [k] & alias leges, & præcep. iustitię [l] specialis, de quibus idem, [l] & leges, & p̃cepta fortitudinis, de quibus idem, [m] & alias leges tẽperantiæ, de quibus idẽ. [n]

f 1.2.*q.*50. *art.* 1. *et me lius* 96. *art.* 3. *g Eth.* 5. *h* 2.2.*q.*17. *i* 2.*q.*22. *k q.*44. *l q.*63. *m q.*122.

13 Et q̃ leges iust. specialis versant̃ prin cipaliter & imediate circa actus exter. & ponẽtes ęqualitatẽ circa cõmutationes exter. & debita, q̃ sunt ad alterũ, vt reddant̃ æqualia in totũ. Aliæ aũt virt. & leges earũ versant̃ princ. & immediate circa actus interiores & cõpositionẽ animæ, & per quandã consequentiã circa actus exteriores quo ad se, & minus principaliter quo ad alterũ, non quidẽ

*n m q.*122. *o q.*170.

quo ad ponẽdũ ęqualitatẽ debiti ad debitũ, qualis est religio q̃ iubet honorẽ dari Deo, cui non põt dari debitus, de
a 2.2.q.81. & seq. quib. idẽ S.Th.[a] & qualis pietas q̃ iubet honorem deferri patri, & parentibus, quibus etiam non potest reddi ęqualis.
14 Septimo, q̃ licet dixerimus in cõment.c.[inter verba.] [b] quod hæretica sit illa opinio Lutherana, quæ habet, q̃ omnis hominum actus est peccatum: attamen Catholica, & sancta est illa, q̃ habet, quod maxima pars actuum humanorum est infecta, culpa saltem veniali, iuxta illud, [Septies in die cadit
c De pœnit. dist. 3. iustus.] [c] & illud,[a] [Quasi pannus mẽstruatæ vniuersæ iustitiæ nostræ.] vt ob
d Isaæ.64. oculos semper habeamus ad cauendũ, ne bona opera, quæ facimus, ita pereãt, vt per ea nõ quæratur gratia in terris, nec gloria in cęlis; vt certe peribunt, si saltem veniali culpa inficiãtur; quoniã vnum & idem opus non põt esse bonum meritorium gratiæ, vel gloriæ, si est vel venialiter malum, vt post S.Thomam, [c] diximus in Man.conf. [f] & in comment.
e 2.l.sen.d. 40.q.1.art. de silentio, [g] & prius in Enchir. de ratione. [h] Et ita cum magna multitudo
4.& 1.2.q. 10.art.6. actuum clericorum, quibus aliqua quę runt, sit illicita, & contra canones: non
f Prælud.7. num.17.& c. 23.num.1. profectò erunt, qui de quæstiis à te tenu. stari possint in Vrbe, nec in orbe. Qñ quidem non soli actus, quos communes
g Sup.c.in loco benedictio.5.q.4. habemus cũ laicis, sed etiam præcipui, quos habemus cum Angelis, laudandi, & colendi Deum, sunt magna ex parte
h c.3.n.49. & c.20.nu. 36. illiciti saltẽ venialiter, & cõtra canones.
15 Octauo, ex prædictis sumit ratio diuersitatis, quare peccata facta contra
i In 2.p.qõ. 87. leges iustitiæ specialis inducunt obligationem restituendi, & nõ peccata facta
k in 4.de re cõtra legẽ caritatis, & aliarũ virtutum, sti. q.2.col. 9. in §. de currentibus cum fure. ut docuit Alexander Alensis communi ter receptus, [i] quem rectè defendit Adrian. [k] quem nos secuti sumus in cõment.cap. [inter uerba,] [l] & in Man.
l 11.q.3. conf.[m] & Sotus,[n] & nos repetiuimus in
m c.24.n.7 tractatu de redi.eccl.[o] per quod Adriã.
n L.4.q.3. art. 4. & l. 4.q.7.art.3 ubi supra tenuit, eũ qui uidet aliquem furantem, licet uerbo, & facto possit eũ à furando arcere, non tñ obligari ad re-
col.4.et alibi sæpe, deinstitta et iure q.2.nu.7. stituendum id, quod fur furto abstulit, nisi ex officio ad id teneretur lege iustitiæ. Per quę soluuntur argum. in oppositum formata. Salua, &c.

E

SVMMARIVM.

Illegitimis legare, & donare ex causis iure communi concessis, etiam de bonis intuitu Ecclesiæ acquisitis, non prohibetur clericis, per extrauag. Pij V. qui sola privilegia ad id à se & suis prædecessorib. concessa reuocauit. 1

Extrauagans Pij V. reuocans priuilegia cõcessa clericis disponendi in fauorem illegitimorum declaratur. 1

CONSILIVM IV.

F

REspondeo, quòd huius quæstionis, & aliarum multarum ei similium determinatio desumi potest ex annot. 9. quam ego addidi bullæ Pij V. [Quæ ordini,] quã ad uerbum refero in trac. de spolijs quem feci super cap. Inon liceat Papæ, P ubi per multa argumenta p 12.q.2.in
neruosa compendiosè formata probo, §. 19. sine quòd præfatus Pius V. nihil tollit, nec ultimo. reuocat de constitutis iure communi in fauorem illegitimorum, sed tantum gratias & facultates concessas particulariter ad disponendum de quibuscunq; bonis inter uiuos per donationes, uel
G in morte per ultimas uoluntates in fauorem eorum concessas à se, & ab aliquot alijs Pontificibus Max. præcessoribus suis: & ideo procul dubio non obstante reuocatione præfatarum facultatũ, quæ sunt priuilegia quædam, possunt clerici, & quilibet alij donare inter uiuos, & relinquere in ultima uoluntate illegitimis filijs, tàm suis quàm alienis, ea, & eo modo, quo iure communi absque prædictis facultatibus possent, iuxta ca. [cum haberet,] [q] & alia iura, q De eo qui
quæ ipse ibi citat & consequenter D. duxit ima cõsulens proculdubio poterit nepotib. trim. quam
H ex fratribus suis illegitimis donare, & pollu. per a.
relinquere, si sunt pauperes, de bonis dult.
intuitu Ecclesiæ quæsitis tanta, & talibus modis, quanta, & quibus modis iure communi posset, si prædicta extrauagans Pij V. non fuisset edita. Et quia fundamenta huius responsionis ibi possunt uideri, quoniam scio delatos esse Mediolanum multos ex illis tracta. hic ea non rescribo, sed precor D. consulẽtem, ut in suis ad Deum precibus aliquando mei meminerit.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Illegitimo suo, vel alieno nullus, nec in vita, nec in morte aliquid dare potest, & si velit inuiti priuilegijs à Sede Apostolica concessis, quæ Pius V. reuocauit. nu.2. 3. 8. nam si velit inuiti iuri communi, nu.4.& 5. vel speciali concessioni alterius principis habentis iura regalia, nu.6.7.& 8. potest.*

3 *Spurij secundum iura canonica, quæ in hoc prevalent iuri ciuili, aliquid in bonis parentum habere possunt, eisque iure naturali, quod tolli non potest, debetur educatio, & alimenta, etiam in terris Imperij. nu.4.*

6 *Papa non potest tollere clerici filio priuilegia: nec legitimationes, quæ quo ad temporalia principes ei concesserant. nu.7.*

CONSILIVM V.

QVæritur, an hodie clericus possit donare inter viuos, vel relinquere in morte filijs suis illegitimis saltem legitimatis, & capacibus effectis, aliqua bona saltem patrimonialia, vel quasi patrimonialia, hoc est per suum laborem, & industriam quæsita.

1 Pro parte negatiua videtur casus in extrauagante Pij V. cuius initium est, [Quæ ordini, per quam statui videtur, vt nulla singularis persona, neque vniuersitas vel collegium possit donare in vita, vel relinquere in morte suo nec extraneo filio illegitimo etiam legitimato de vllis bonis intuitu Ecclesiæ quæsitis, nec etiam de alijs per vllum laborem, vel industriam, vel quocunque alio modo partis.

2 Pro parte, vero affirmatiua facit primo vrgentissime id quod nos annotauimus ad extrauagantem prædictam in
a 12.q.2.§. 19.n.9.alt. commen.1.c.[non liceat Papæ.] [a] D

Noto nono, &c. nẽpe, quod hæc extrauagans non reuocat iura cõmunia, per quæ illegitimi possunt habere aliqua bona parentũ. Quod probatur primo, eo quod solũ reuocat priuilegia, licentias, dispensationes, & indulta cõtra vel
b l. cũ prætor. ff. de iu. & c.conue. de præscr. præter ius cõmune concessa per ipsummet Pium V. & alios omnes prædecessores eius; vt ex ea patet, nã qui de vno dicit de alio negare videtur, [b] & omnia quæ reuocat ibi Pius sunt alia, q̃ iura cõia,

A ergo non debet censeri reuocasse illa.

3 Secundo, quod filij legitimi, etiamsi sint spurij, possunt aliquid habere de bonis parentum iure cõi, iuxta ca. cum haberet, [c] & per ea quæ Panorm. & alij
c De eo qui ibidem notant, & absurdum videretur duxit i mã dicere, q̃ prædictus Pius reuocat facultatem, quam habent patres in alendo filios illegitimos etiam spurios. Tũ quia
d l.eius milius facilius tollitur ius speciale quã ius cõmune, [d] & ita ex eo q̃ reuocet remedia, ff. de milit. & alia iura specialia, non vr reuocare re
te. & l. si media iuris cõmunis generalia. Tũ quia quando. C. lege humana nõ potest tolli naturalis, [e] de inof. tes. & educatio liberorum iure naturali de
e c.sunt qui betur. [f] Tũ quia prædicta auth. [ex com dã.25.q.1. plexu.] [g] nullibi gentium seruatur, qua l. id quod tenus habet spurios filios non esse à pa nostrum. ff. rentibus alendos, quæ tanquam contra de rog. iur. ria pietati naturali, postponitur æquita f ca. ius naturali canonicæ prædictæ conformi iuri & turale. t.d. pietati naturali, de qua in l.1. & 2. [h] vt & l.j.§ ius supra dictum est. Tum quia nõ est veri- naturale ff. simile, q̃ Pius V. pientissimus, & iuris de iust. & cõis obseruantissimus, & morum ab eo iure. exorbitãtium reductionis in illud tanq̃ g c. de inc. in pristinũ, & probatissimum statũ amã nupt. tissimus, intenderit tollere legẽ tantæ h ff. de li.a- pietatis, cũ similis similem quærat, & fo gnosc. ueat, iuxta [i] Ecclesiasticum, & Philoso- i cap. 13. phum, [k] & facere contrarium esset quæ k in Ethic. dam crudelitas Deo & hominibus inui- l in rep.l.si sa, secundum Ioannem Baptistam. [l] qua illustr.

4 Tum quia à iure antiquo non censetur recessum, nisi quatenus id in nouo col. penult. exprimitur, [m] & per hanc extrauagãtem m l.præcipe nulla recessio ab eo exprimit, ergo, &c. mus. ca. de & cõiter iuste potest, & debet clericus appell. non obstante hac extrauagante alere n in d. c.cũ suos filios illegitimos ẽt spurios, niten haberet. do iuri cõi contento in d. c.cũ haberet, o in authẽ. q̃ seruandũ esse ẽt in foro sæculari ter- ex cõpl. C. rarum Imperij, & aliorum regnorũ, etiã de inc.nup. non subiectorum, [n] & Bart. [o] & videre est p in c. cler. apud Decium alios citante, [p] cui addet n.2.de tud. Philipp.Francum, [q] & Ioan. Lupum. [r] q in rub.de

5 Tertio, quod eadem ratione tenemur dicere per prædictã extrauagantẽ test. lib. 6. col.28. nõ reuocari iura cõmunia filijs clerico- r in rep.ca. rũ fauentia, quia tenemur dicere nõ re per vestras, uocari iura concedentia eis ius alimẽ- de donat.in torũ, cũ ergo hoc non tollitur, vt proba ter vir. & tũ est, nec alia sibi iure communi con- vxo. §. 23. uenientia censebuntur reuocata. nu.12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

6 Quarto; quod Papa nō potest tollere priuilegia, facultates, gratias, & indulta concessa circa temporalia ab Imperatore, Regibus, & alijs iura regalia habentibus, per ea, quę nos late post alios scripsimus in rele. c. nouit.[a] ergo iura & facultates capacitatis suscipiendi & succedendi extra dominium tēporale Papæ, concessa filijs clericorum ab Imperatore, Regibus, & regalia iura habentibus, non potuit tollere Pius V. qui ut vir sanctus, & ex animo diligens Reges & habentes regalia, tanquam filios, noluit præiudicare priuilegijs & indultis cōcessis ab eis vt palam est ex eo, quod solum reuocauit concessa per Pōtifices Maximos, vel eorum auctoritate.

a de iudici. not. 3.

7 Quinto, quod prædicti Imperator, Reges, & Reguli nō permisissent ei: nec permitterēt alij Pontifici Maximo, vt reuocaret legitimationes, dispensationes, & alia iura capacitatis succedendi ex testamento, vel ab intestato concessa à se quoad temporalia filijs legitimis, sicut nec Papa permitteret eis, vt dispensarēt vel legitimarent legitimos quo ad spiritualia, iuxta glossam receptam.[b]

b in c. 1. ver bo. diuisis 10. dist.

Sexto, quod ex contraria, & negatiua parte sequeretur quod nemo quamlibet extraneus posset donare inter viuos vel relinquere in morte quicquam alicui legitimo quamlibet extraneo; quod est absurdissimum; quod autem sequetur, patet ex eo, quod in prædicta extranag. exprimitur, ne quis facultate vlla munitus quicquam det, vel relinquat filijs legitimis suis, vel extraneis. quod autem sit absurdissimum, patet ex eo, quod alioqui nulli possent succedere ex testamēto, vel ab intestato, nec possent dono accipere quicquā, ab aliquo, & ita perirent, etiam si essent iustissimi, & sanctissimi, contra illud, [Non vidi iustum derelictum.] &c. & contra iura & consuetudines gentium, & alia omnium regnorum vbique gentium seruata.

8 Septimò, denique peremptorie facit, quod ratio, quæ mouit prædictum Pium ad edendam prædictam extrauagantem fuit desiderium illud iustū tollendi clericis vias speciales, & priuilegiatas, quas quotidie impetrabant à Sede Apostolica vel eius auctoritate ad directe vel indirecte honerādū, aut rem ciandum filijs suis legitimis, non autem ad tollendum vias generales iuris communis, vel speciales aliorum regnorum & ab alijs Regibus & principibus concessas, vt satis colliguntur ex proœmio, & ex ipsa constitutione, quam restrinxit ad priuilegia, & facultates concessas à Sede Apostolica, vel eius auctoritate & communiter non est extendenda ad alia, cum lex regatur & ducatur ratione sua, & limitetur & extēdatur iuxta suos limites, argumento l. [cum pater,][c] & traditorum per Panor. in c. suggestum, & c. meminimus. de appell.

c §. dulcissi mis. ff. de l. 2. cap. ratio nulla. de prab.

SVMMARIVM.

Statutum Dominicanorum, de successione bonorum à fratribus relictorum, quos cōprehendat. 1

Domicilium per officium quæstū, eo amisso vel dimisso, amittitur. 2

Monachus sit ciuis per monachationem, sicut per adoptionem, & transeundo de illo in potestatem superioris alterius monasterij, amisso primo, acquirit domicilium, & sit ciuis ciuitatis, cuius est secundum monasterium. & nu. 4. 3

Magister sacri Palatij est à sua religione exemptus, & sic donec est exemptus, videtur esse extra religionem. 3

Regularis perpetuo translatus ad beneficium sæculare, desinit esse ordini suo subiectus. 3

Domicilium originis non tollitur per domicilium habitationis. 4

Successio ab intestato cessat per successionē ex testamento, præcipue ad pia. 5

Testamentum ad pia factum coram duobus testibus valet. 6

Regularis ex Papæ priuilegio ad pia testari potest. 7

Testimonio vnius in foro fori regulariter non creditur, nisi in ijs quæ alteri non præiudicant nu. 9. 8

Cardinali creditur quo ad sibi commissa per Papam si nullius concernat præiudicium, quod si concernat præiudicium requiritur primo, quod sit de commissis sibi à Papa faciendis, vel alteri referēdis, secundo, quod sit de solutis concedi, tertio, quod non tendat immediate vel directe in damnum tertij: vnde ei creditur de facultate facta monacho testandi ad pia opera, vel de cum aliquo dispensandi vel absoluendi, nu. 9. 8

Lex vbi deest, efficax ratio multum operatur. 10

Stylus Curiæ facit ius. 10

Regularis Ecclesiam sæcularem illi, & non monasterio quærit, eique ab intestato succedat dicta Ecclesia. 18

CONSILIVM VI.

FRater Thomas Manricus Dominicani ordinis emisit professionem in monasterio suæ prouinciæ in Hispania in qua functus fuit prælectoris, prædicatoris, & Prioris officijs, & postea cōstitutus procūrator generalis ordinis in Curia Romana, assumptus fuit in Magistrū sacri Palatij, & habuit aliquas pēsiones & beneficia simplicia, ac tandem factus canonicus ecclesiæ S. Petri defunctus est, relictis multis bonis tpalibus, & cōdito testamēto ad opera pia suī ordinis corā duobus dignissimis testibus de licētia Papæ, quam quidem Illustrissimus Cardinalis N. ad suam instantiam viuæ vocis oraculo sibi datā fuisse testat suis literis sigillo, & iuro firmatis, quorum bonorum possessio apprehensa est, & tenetur nomine hæredum in testamento institutorum. Extat autem quædam declaratio in constitutionibus Dominicanorum[a] de studentibus in hæc verba.

a in 2. dist. illorum, cap. 14.

1 [Declaramus circa successiones bonorum relictorum per fratres, quod seruentur cōstitutiones in his, in quib. constitutiones sunt claræ. sicut de ijs q. sunt assignati in conuentibus, & prouincijs, de illis aūt qui manent extra conuentus, & non habent aliquam assignationem à Prouinciali, aut sunt extra ordinē, declaramus medietatem bonorum suorum post mortem pertinere ad Generalem & medietatem ad Principalē.

Est item quædam constitutio[b] de itinerant. quæ habet hæc verba, [Fratres verò nostros tam in episcopatu præcisè titulari, vel alias infra epatum constitutos, & beneficiatos, vel exemptos ab ordine, exceptis Magistris sacri Palatij, & Pœnitentiarijs perpetuis D. Papæ, qui sequuntur Romanam Curiam, eorumque socijs, nolumus in nostris conuentibus vltra triduum retineri.

b in eadem dist. c. 13.

His præsuppositis, quæritur an defendi possit, quod dimidium prędictorū bonorū à prædicto Fratre Tho. relictorū non possit vendicari à Generali. Ad q. rñdeo primo, quod difficile fuerat defendere ex eo capite, quod non cōprehēdatur sub declaratione p̄dicta,[c] quia p̄dictus Fr. Th. viuebat extra conuentū, & non erat alicui prouinciæ assignatus.

c in 2. dist. cap. 14.

2 Secundo, q. nō obstat dicere, quod functus fuerat in prouincia Hispaniæ p̄lectoris, p̄dicatoris, & Prioris officijs, qui lōge ante mortē illa reliquit, & domiciliū, & ciuilitas quæsita per officiū, vī perdi eo relicto, vel amisso, vt colligitur ex Bart.[d] cum ait: [Monachus efficitur ciuis illius ciuitatis per monachationem, sicut per adoptionem, trāsit. n. in potestatem Capituli, & in potestatē Abbatis, qui sunt ciues, vt supra dictum est, verūtñ ista ciuilitas durat, donec durat adoptio, & sic si de illo Cap. recederet, & trāsiret ad aliud, ut faciūt fratres Prædicatores, Minores, & Eremitæ, desinerēt esse ciues huius ciuitatis, & essent ciues illius Capituli, in q. transierunt.

d l. 1. ff. ad municip. n. 14

3 Tertio, quod prædictus Frater Tho. obijt mortē exemptus ab omni iurisdictione sui ordinis, obijt. n. Magister sacri Palatij, qui est exēptus, vt probat prædictū c. 13. de itinerantib. At talis exēptus extra ordinē vī esse, dōnec exēptus est: ergo comprehenditur sub prædicta declaratione. Quarto facit, q. regularis trāslatus ad beneficiū sæculare desinit esse subiectus ordini suo, c. [ne pro cuiuslibet,][f] & facit c. [si qs tā trāslatus. § & gl. sing.[h] At prædictus Fr. Tho. habuit beneficia sæcularia, pensiones & canonicatū, vt in facto proponitur: ergo extra ordinē erat, & cōsequenter comprehendebatur sub prædicta declaratione.

e cap. 14. f 15. q. 1. g 21. q. 2. h in cle. 1. §. ad hæc. de sta. mo.

4 Quintò, q. non vī obstare, quod ciuilitas siue domicilium originis nō tollitur per domiciliū, siue ciuilitatē habitationis alibi quæsitā,[i] & ita ciuilitas & filiatio quæsita prædicto monasterio de Petraita in prædicto Fratre Thoma nō videtur sublata per mutationē ipsius ad alia monasteria, & loca. non uidetur inquam obstare. Tum quia ciuilitas, quæ quæritur per professionē, non est originis, sed officij, uel dignitatis, quæ amittitur per dimissionem illius, per prædicta

i c. cum nul lus. de tem. ord. lib. 6.

cta dicta Bartoli communiter recepta. E
Tum quia certum est, ciuilitatem & filiationem prouenientem monacho per professionem in aliquo monasterio tol
a c.1.18.q. 1.& c.cum etiam.2.de priuileg. li per consecutionem episcopatus,[a] & etiam per consecutionē alicuius Eccle-
b in cle. 1. §. ad hæc, ver.ad clau stru. de sta tu monach. c in d. c. ne pro cuiuslibet.15.q.1. d ff.de sena tor. siæ sæcularis, quæ perpetuo ei tenenda conceditur,iuxta prædictam glossam singularem & receptam[b] quæ citat tex tum id optimè probantem.[c] Tum quia l. penult.[d] quæ habet per adiectionem domicilij dignitatis non tolli domiciliū vnde est oriundus, loquitur de domicilio originis,quod est immutabile,secūdum glossam[e] & non de alijs mutabili- F
e ibidem. f l. quãdiu ff.de regul. iu.& l.quãdiu. ff.de acq.her.cũ citata gl. eorum. bus,vt eadem glossa sentit.
5 Secundò principaliter respondeo, q; vī posse defendi iure testamẽti ab eo facti. Primo quidem,quod successio ab intestato cessat per successionē ex testamento.[f] At prædictus Generalis intendit habere prædictum dimidium bonorum per successionem ab intestato, & præfatus frater Thomas decessit testatus, & nō ad quæcunque,sed ad pia opera,& non ad qualia qualia,sed in vtilitatem sui ordinis & duorum monasteriorum,in quorum altero professus fuit, & altero monialium,cuius curam habet il G
lud,in quo professus fuit,instituendo.
6 Secundo, quod non obstat dicere, quod ad testamenti valorem requiruntur septē testes,[g] & in prædicto tostamẽto interfuerunt solum duo, quia in testamẽto pię, causę quale fuit hoc,sufficiunt duo,[h] iure quidem canonico,sm omnes tam Legistas, quam Canonistas vt testatur Iason post alios[i] & D.Didacus à Leyua præses Illustrissimi Concilij Regij[k] qui & alij omnes sequuntur Bart. dicentem[l] ius canonicum in hoc seruari,& seruandum esse vbique,quidquid leges ciuiles secundum varias opi H
niones,statuant.
7 Tertio,quod nō obstat dicere,quod prædictus frater Thomas erat religiosus,& quod religiosus testari non pōt,[m] quia illud est verum iure communi, sed prædictus Thomas habuit priuilegium testandi particulariter,vt in argumento proponitur,à Papa,qui potest illud dare ad testandum ad pias causas vt nos latius probamus in tractat. de redit. eccles.[n]
g l.hæc consultissima. C. qui test. fac.poss. h c.relat.de test. i i l.1.C.de sacrosc. eccl. nu.28. k in d. c.relatum. l in d. l. 1. col.1.lec.1. m c.2.de test.& auth. ingressi. C. de sacrosc eccles. n q.3.mon. 1?4

8 Quartò,quòd non obstat etiam dicere, quod prædictum priuilegium testandi non satis probatur quoad forum exterius,eo quod vno solo teste probatur, Illustrissimo nempe Cardinali N. & vnius testimonio quantæcunq; dignitatis non creditur in illo foro.[o] Quamuis licet verum sit illud regulariter,tamen fallit in multis,in quibus sunt Cardinales quoad commissa per Pontificē Maximum P vt tradit Bald.[q] relatus à Fel.[r] & à Iasone.[s] Nec obstat,quod ipse post alios à se citatos limitat illud dictum Baldi procedere quo ad ea, in quibus non agitur de præiudicio alterius; per glossam singularem.[t]
9 Tum quia ipse, & omnes sentiūt ali quid speciale habere in hoc dictū Cardinalis,quale non haberet,si ei in nullis præiudicialibus crederetur, cum etiam dicto cuiusq; alterius stetur in illis,quæ nulli alteri sunt præiudicialia, iuxta glossias[u] & alias multas receptas. Tum quia ipsimet fatentur credi Cardinali dicenti se habere commissionem absoluendi,& dispensandi,cuius tamen absolutio & dispensatio potest esse præiudicialis alijs, qui litigarent cum absolutis vel dispensatis ab eo dicentibus beneficia, vel alias gratias esse ipsi collatas sine absolutione, & dispensatione necessaria præcedente. Et ita videtur dicendum, quod credendum sit Cardinali ēt in præiudicium tertij,tribus concurrentibus. Primum,quod testetur de commissis à Papa sibi, vel alijs per eum deferendis. Secundum, quod sint solita concedi. Tertium,quod non vergant, directè in præiudicium aliorum, sed tantum indirecte,& per quandā consequētiam. Fatendum enim est, quod dicto Cardinalis testantis Ioannē mutuo dedisse Petro mille,vel percussisse Paulū, vel donasse centum, non est standum: quia in his non concurrunt prędicta,nā neque sunt commissa à Papa, nec facile concedi solita ab eo,& directe præiudicant tertio. Sed contra videtur, cum testatur factam esse facultatem sibi, vel alij per se deferendam ei absoluendi,dispensandi,vel testandi,vel aliam similē, quæ directe non præiudicāt alteri,quia concurrunt tria prædicta, scilicet, quia sunt commissa à Papa,& facile concedi solita,
o ca.cum à nobis de testibus. p c.nobilis. q in l.iusiu. C.de testib. r in c.sicut s in l.admo nēdi.n.189 t in d. c.si- de iureiur. cut. u vī c.nuper de testib.& de confect. i c.placuit dist.4.

solita,& non vergunt directe in præiudicium aliorum,quāuis indirecte per quādam consequentiam vergere possint, & in casu proposito agitur de dicto Cardinalis, quo testatur de facultate testandi prædicto fratri Thomæ facta, in quam prædicta tria concurruut.
20 Nec obstat,quod nō videatur probari hæc limitatio canone vllo speciali. Tum quia sufficit,quod probetur supra dicta efficaci ratione, nempe, quod secundum omnes aliquid speciale habet in hoc testimonium Cardinalis, & non potest dare aliud minus,quam istud.Tū quod stylus Curię,qui vim iuris habet,[a] seruare videtur, quod credatur Cardinali dicenti saltem iurato, quod Papa viuæ uocis oraculo huiusmodi facultates. indulgentias,vel gratias, quæ facile solent concedi & directe,& recte non prāiudicant tertio, fecerit,vel concesserit. Quod videtur inductum ad excusandas impensas,& necessitatem literarum Apostolicarum, quod esse sanctissimum, & negotijs breuiter expediendis commodissimum, testantur multæ commissiones,quas quotidie viuæ vocis oraculo videmus fieri summo Pœnitentiario. Tum denique;quod in casu proposito agitur de Cardinali cuius fidei adminiculantur multa, nempe genus illustrissimū, reditus ampliſſimi, episcopatus Burgensis, qui nullum unquam præter Papam agnouit superiorem, & nunc est factus Archiepiscopus, & plurimis annis magna eiusdem cum laude in Curia conuersatio,& erga summos Pontifices summa pietas, & obseruantia, & quod iudicio vulgi non fuit prædicto fratri Thomæ vltra aras amicus, neque vsque ad eas adeo propensus, vt in gratiam eius à vero se auerteret.
11 Tertio respondeo,quod ad hoc,vt D
vel ex bono & æquo prædictus D.Generalis debeat probare testamentum prædictum,multū facit,quod prædicta monasteria, quibus relicta sunt prædicta bona,sunt sibi subiecta, & si testamentū non valeret, possent petere illa ab intestato Ecclesiæ sæculares,i quibus prædictus frater Thomas habuit beneficia sæcularia,eo quod religiosus beneficiarius beneficij sæcularis non quærit ordini, & monasterio suo, sed suo benefi-
a ca.quam grauis de crim. falsi. & c.ex literis. de const.

cio,vel Ecclesiæ, in qua illud habet, vt nos latè probamus in commentar. cap. [non dicatis.][b] nuper typis excuso,& *b Num.38.* tangimus in commen.cap. [statuimus.[c] *12.q.1.* vna cum illo etiam excuso; vbi specia- *c 9.q.3.* lem de successione prædicti patris Reuerendissimi Thomæ Maurici mentionem facimus.

SVMMARIVM.

Statutum in fauorem personarum factum extra statuentium territorium extenditur. 1
Incapaci aliquid si leget quis, non tenet legatum,ac si leget tertio, eundem rog.ando,vt restituat dicto incapaci, tenet legatum, & acquirit ipsi tertio num.7. qui tamen,si extra testamentum uel codicillum det fidem etiam per publicum instrumentum testatori de restituendo incapaci,potest legato per fiscum priuari.nu.1.& 3.interim tamen sibi iuste retinet nu.4.qui si se ipsum fisco deferat, lucrabitur tertiam partē,quæ alteri cuicunque delatori daretur.nu.7.quod si ipsemet incapax deferat,dimidiam lucrabitur.nu.6. 3
Clericus, qui ob tacitam fidem datam de restituendo incapaci damnatur fisco,Ecclesiæ restituat. 5

CONSILIVM VII.

STatuto Ciuitatis N. cauetur, ne maritus possit vxorem instituere hæredem,nec legare, vel relinquere illi proprietatem alicuius rei,sed solum vsumfructum. Quidam ciuis illius ciuitatis, venit Romam cum vxore sua, sine animo transferendi domicilium, causa cuiusdam negotij, & incidens in morbum reliquit uxorem usufructuariam bonorum immobilium,& reliquit grandem partem mobilium cuidam presbytero cognato uxoris suæ, ea mente, vt post mortem eius restitueret illa d.vxori: quod tamen nec in testamento nec in codicillis expressit, sed corā quibusdam testibus dixit ei, se velle,vt illa restituerentur suæ vxori, quod promisit facere presbyter.
Quæritur quid debet confessarius cō sulere uxori & quid presbytero.

Respon-

Universidade de Coimbra Biblioteca

Respondeo primo, quod hoc fideicommissum debet iudicari relictum illi vxori, tacita fide præstita de restituendo eo illi, per l.3. [a] & in l. [tacitis.] [b] adiuncta Bartoli doctrina, [c] nempe, quod dicitur præstita fides tacite de restituendo incapaci, etiamsi coram notario publico eam extra tamen testamentum & codicillum præstaret, & colligitur ex eleganti Azonis declaratione in summa. [d]

2 Secundo, quod statutum præfatum comprehendebat præfatum testatorẽ, quia statutum ciuitatis factum in fauorem personarum porrigit effectum extra territorium statuentium, vt tradit Bar. ponens exemplum de statuto, quo prohibetur coniux legare [e] quem Iason & alij ab eo citati sequuntur.

3 Tertio, quod præfatus presbyter posset priuari præfatis bonis, si de illis restituendis præstitisset occulte fidem, iuxta præfatam l.3. [f] non autem si palam, quia priuatur propter delictum, quod committit volendo fraudare legem bonam per illam tacitam fidem, quæ ratio cessat in præstante illam palam.

Quartò: quod si præfatus maritus recta via legasset vxori illa mobilia, non valuisset legatum, & ita illa debuissent restitui hæredi, iux. l. [si alienum.] [g]

4 Quintò, quod præfatus presbyter cum bona conscientia potest retinere bona, donec eis priuetur, quia in illis quæsiuit dominium per legatum sibi, relictum, licet priuari possit eis pro pœna delicti, vt pulchrè sentit Bald. [h] & nemo tenetur pœnam soluere, donec à iudice condemnetur iuxta glossam solemnem & receptam, [i] vnde etiam clericus irregularis iustè tenet beneficium antea legitimè obtẽtum donec priuetur, per Inn. c. cum nostra de concess. præb. recep. communiter, ut est apud Fel. [k]

5 Sexto, quod presbyter, si delatus fuerit ad fiscum, & condemnatus, illa restituere tenebitur ei, iux. præfatam l. 3. [l] tenebitur autem restituere fisco Ecclesiæ, & non temporali, iuxt. Bald. [m] & ratio est, quod iam factus est ipse dominus illorum, & ita debent per ipsius priuationem applicari fisco Ecclesiæ cum subijciatur iurisdictioni ecclesiasticæ.

6 Septimo, quod præfata uxor potest quærere sibi dimidium illorum bonorum mobilium, si noluerit deferre, siue denunciare, hoc delictum fisco, & fuerit prima in deferẽdo, & denunciando, iux. l. [Senatus.] [n] & tradita ibi per Bartolum resolutè.

7 Octauo, quod hæc res erat secrete tractanda, & præfatus presbyter non debuisset pandere illam hæredi testamentario. Tum quia præfata mobilia relicta uxori non redeunt ad illum, sed pertinent ad præfatum presbyterum, donec puniatur pœna priuationis eorũ: vt prædictum est. Tum quia si potuisset res manere secreta, potuisset inueniri modus, quo sine offensa Dei potuisset illa uenire ad vxorem. Tum quia interest plurimum vxoris præfatæ ut si res deferenda est ad fiscum, ipsamet prima omnino deferat, ut lucretur dimidium eorum, fisco lucrante alterum dimidium, iuxta 7. dictum, nam & presbyter, si fuerit primus delator, lucrabitur tertiam partem, iuxta l. [cum tacitum.] [o] quam poterit postea tanquam fisci. suam restituere vxori, suæ cognatæ, sed & si hæres, vel alius extraneus fuerit delator primus, lucrabitur tertiam, nihil lucrante uxore, nec presbytero prædictis, iuxta l.1. [p] & l. [edicto:] [q] Salua, &c.

SVMMARIVM.

Legatum annuum alicuius rei alicui datum cum onere, ut dictæ res dentur Minoribus de obseruantia pro tot dicendis missis, non potest eis persolui, nec ipsi accipere, nu. 3. & 4. & sequ. imò nec eis dictarum rerum precium tanquam debitũ debetur num. 8. sed dictum legatum remanebit penes illum, qui fratribus tenebatur dare, ita tamen ut ipse ex eo dicat facta tot Missas, ad quor obligabantur fratres, nume. 9. & in eadem Ecclesia, in qua à prædictis fratribus fuissent dicendæ, nu. 10 & si quid ex re legata superet ultra eleemosynam, quæ dabitur celebrantibus, non potest talis sibi remanere. num. 11. 1

Minores de obseruantia sunt incapaces hæreditatis in totũ, vel in parte eis directè, vel per fideicommissum data: capiũt tamen

men legatum etiam absolutè rei particularis etiam immobilis vendendæ, vt sic in suas conuertant necessitates eis relictum, dummodo nec sit talis, quæ hæredi tatem fraudulenter re ipsa repræsentet, nec sit adiectus modus altus ab illis, secundum quos eis est permissum res accipere, nu. 2. qui sunt ut eis solummodo liceat aliquid pro præteritis & præsentibus necessitatibus etiam aliquem tractũ temporis habentibus, & tot non tanquã debitum ex obligatione procedens accipere, nu. 7. & 8. & etiam nu. 3. & 4. 2

3 Minoribus de obseruantia non potest legari uinea colenda, nec domus locanda, ut sic ex locatione, uel cultura, quid annuũ percipiant, sed nec potest eis quid annuum legari. nu. 6. B

6 Mendicantium ordinum, & sit aliqua religio, necessarium est, ut nequaquam tot habeant bona, ex quibus sine incerta mẽdicitate possint uiuere.

8 Incapaci relictum legatum efficitur caducum, ita tamen, ut si sine culpa sua sit factum tale, detur æstimatio: alias remanet apud illum, qui iussus erat dare, ea tamen lege, ut teneatur adimplere onus legato adiunctum, num. 9. & 10. in fi. immo si sit talis mens legantis, penes hunc nihil debet remanere ex ijs, quæ adimpleto onere superfunt, nu. 11.

CONSILIVM VIII.

QVædam testatrices reliquerũt collegio cuidam Monialium reditus annuos 18. aureorum, & octo cados vini, ad hoc, vt teneantur illa dare fratribus S. Francisci de obseruantia pro stipendio celebrationis Missarum, & diuinorum officiorum eis iniunctorum. Quæritur, an præfatum legatum præfatis fratribus relictum valeat. D

Ad hanc quæstionẽ occurrit considerandum primo, q. pro parte quidem affirmante facit, qđ fratres Minores de obseruantia licet non possint institui hęredes, vt expresse declarat Cõc. Vienn. [a] nec etiam possit eis relinqui hæreditas per fideicommissum vniuersale, vt declarat Bart. [b] quamuis item nõ liceat legare ipsis adiecto modo per quem nõ licet eis accipere, vt si legaretur eis uinea ad colendum, vel domus ad locandum, vt habetur in c. [exijt.] [c] nec licet legare ipsis tantam partem hereditatis, vel tantam quantitatem precij eius, vt videatur legatum fieri in fraudem institutionis, ita q. verba sonarent legatum, & res denotaret relictam institutionẽ.

2 Licet tñ legare eis moderatè pecuniã & quodlibet aliud ẽt immobile, per modũ, quo licet eis accipere, puta, vt pecunia impẽdatur in necessitatib. eorũ, & vinea, vel domus vẽdatur, & precij eius impendatur in necessitatib. eorũ, vt habetur in præfato §. [ad hæc.] adeo quod in ver. [si vero.] habetur, valere legatũ gñaliter relictũ eis, non exprimẽdo modũ, per quem nõ licet eis accipere illud ea ratione, quod qui generaliter legat non exprimendo modum illiciti accipiendi, præsumitur legare ipsis per modum, quo liceat eis iustè accipere, arg. l. [plenum.] [d] & l. [si procurator.] [e] At in casu proposito præfati fratres non fuerunt instituti hæredes, neq; fideicõmissarij vniuersales, nec legatum fuit tantum, vt crederetur factum in fraudẽ institutionis, nec sub modo, per quem nõ liceat fratribus accipere: ergo legatum hoc debet censeri validum: quod sentit C Bartolus [f] & clare exprimit alibi, [g] & Cardinalis in d. §. proinde. Secundò, q. promissio vel oblatio pecuniæ etiam numeratæ facta præfatis fratribus expresse pro necessitatib. suis præteritis vel præsentibus etiam tractum futurum breuẽ vel longum habentibus, valet, vt habetur in d.c. [exijt.] [h] immo & facta generaliter, non exprimendo pro necessitatibus, per præfatum vers. [si vero.]

3 Quibus tamen non obstantibus, vt verius præfata legata non valere. Ad qđ facit in primis d.c. exijt. [i] quatenus determinat præfatos fratres Minores non posse habere vlla bona pecuniaria, nec in cõi, neque in speciali, neque consequenter ius exigendi aliquid tale, nec consequenter ius capiendi præfata 18. scuta, & 8. cados uini sibi legatos: quia hæc omnia sunt bona pecuniaria, argumento l. [bonorum.] [k] Secundò, quod per præfatum cap. [exijt.] [l] declaratur præfatos fratres nõ posse capere pecunias, neque ipsis quæri ullam obligationem, neque actionem contrã offerentem, aut dantem illas. Tertio, quod in

d. cle.

a ff. de iure fisci.
b ff. de le. 1. c in d. l. 3.
d de his qui bus vt indig. nu. 5.
e in l. 1. nu. 52. C. de sum. Trin.
f ff. de iure fisci.
g §. fi. & l. hæres. ff. de har. inst.
h in d. l. si quis presb. C. de episc. & cler.
i in c. frater nitas. 12. q. 2.
k in c. iqui sitionis. de accus.
l ff. de iure fisci.
m in d. l. si quis presb. C. de episc. & cler.
n §. senat. ff. de iure fisci.
o ff. de iure fisci.
p ca. de his & defe-
q §. extat. ff. de iure fisci.
a in cle. exi ui. §. proinde, de verb. sign.
b in tracta tu Minorit. li. 6. dist. 1. cap. 1.
c §. ad hæc. eo. tit. lib. 6.
d ff. de vsu. et habita.
e ff. de cõd. indebit.
f ff. de vsu. fruct. legat.
g §. finali. ff. de leg. 1.
h §. cæterũ. sign.
i §. porro. sign.
k ff. de ver. sign.
l in §. cæterum.

a §. porro. d.cle.[exiui.] [a] additur clarius id,quod in d.§. [cæterum.] satis clarè ponitur, scilicet quòd nullis alijs modis ab expressis in d. §. [cæterum .] præfati fratres recurrãt ad aliquem pro pecunijs , vel alijs rebus habendis .

4 Præfato autem §. [cæterum.] solũ permittitur præfatis fratribus recursus pro necessitatibus præteritis ; vel præsentibus ingruentibus,vt patet in eo: & fratres , quibus legata fuerunt præfata in casu nostro , recurrunt ad præfatum collegium Monialium ad accipiẽdas pecunias præfatas,& cados vini,tanquam ad obligatum ad ea danda, etiam si nulla necessitas præterita , nec præsens ea requirat,ergo p̃fatũ legatũ est factum p̃fatis fratribus alio modo , quàm liceat eis accipere : ergo non valet , nec enim præfatus finis celebrandi Missas,nec modi quibus relinquuntur præfata scuta expressi , nec videntur exprimi alia eis similia in p̃fato §.[cæterum.]quia in illo solum fit facultas recurrẽdi pro pecunijs ad prouidendum necessitatibus præteritis,vel præsentibus de quib.non est celebratioMissarum,vel diuinorum officiorum, ad quæ relinquuntur præfata scuta,& cadi vini,nec præfati fratres recurrũt ad p̃fatarum monacharum collegium tanq̃ ad p̃sonam nihil debentem eis , sed tanq̃ ad p̃sonã fictam obligatam ad soluenda illa onera.

5 Quarto,q̃ legatum factum præfatis fratribus de vinea,vt eam colant,& fructus percipiant,vel de domo,vt eam locent,& pensionem accipiant,non valet, vt supra dictum est per præfatum cap.

b §. ad hoc. [exijt.] [b] ergo à fortiori non valebit legatum , quo grauatur hæres , vt det eis quotannis, vel quolibet mense certã pecuniam, vel certos cados vini,cum certior reditus sit huius legati, quã illius . nam hoc nullam ferè curam, laborem , aut impensam requirit illud autem sic .

6 Quintò, quod eum qui concederet hoc legatũ valere,oporteret concedere valere legata quibus diaria,mẽstrua,vel annua pecunia legaretur præfatis fratri

c d.cle.exiui. §. cumq; annui redi tus. bus. [c]Tum quia legatum annuum relinquitur præfatis fratrib. illo modo , per quem nõ licet illis accipere , cũ vt prædictum est, magis repugnet suæ regulæ, accipere pecuniam annuam , quam vi-

E neam colendam:cum securius, certius, & minore labore capiatur annuum, vel menstruum legatum:quã fructus vineæ legatæ.Sexto, q̃ per contrariam opinio nẽ daretur facilis & clarus modus fraudandi paupertatem illam summam, & arctissimam regulæ S.Francisci,quoniã parentes & cognati fratrũ prædicti ordinis possent grauare suos hæredes ad dandum aliquas quãtitates annuas, vel menstruas conuentibus fratrum Minorum , quæ possint sufficere ad viuẽdum

F sine vlla mendicitate incerta,quæ requiritur etiam ad hoc,vt aliquis ordo dicatur mendicantium , [d] quanto magis ad hoc,vt sit ordo Franciscanus, cuius paupertas est arctissima,& maxima, vt præfatum cap.[exijt.] & præfata cle. [exiui.] affirmant .

d c. 1. §. 1. de relig. do mib. lib. 6

7 Non obstant allegata pro parte affirmante. Non primum,quod est adeo maximum , vt mea sentẽtia multos etiã eruditos in partem affirmantem traxerit,non inquam obstat,quia concedendo ferè omnia, quæ in eo adducuntur, negamus illam particulam , quæ habet

G legata præfata non cõcedi adiuncto modo,per quem non licet p̃fatis fratrib. accipere aliqua,nisi pro necessitate præterita vel præsenti,neque ab aliquo tãquam ad dandũ illis obligato , per prædicta , & in nostro casu præfati fratres accipiunt prædicta legata sibi à præfato collegio debita , & non pro necessitate præterita,neque præsenti,sed pro dicendis certis diuinis officijs,sine alio ad necessitates respectu . item recipiunt illa vti quosdam reditus annuos ad finẽ dicendi certa diuina officia, quod sibi nõ licere declarat præfata clem. [exiuit.] [e] Ad secundum etiam respondetur conce dendo , quod legatum , & promissio, &

e §. cumq; annuus redi tus.

H oblatio,& donatio pecuniæ, & cuiuslibet alterius rei tpariæ fratribus Minorib. facta regulariter valet, si modo fiat per modum, per quẽ liceat eis illa capere, negando tñ , quod in casu nostro sic relinquatur,vt proximè probatum est .

8 Secundo principaliter , præsupposito quod legatum hoc non valeat, consideradum est , an præfatum collegium, à quo id relinquitur, teneatur in foro conscientiæ æstimationem illius præfatis fratribus soluere , super quo magna

A magna &subtilis disputatio haberi posset, sed prolixitatis uitandæ gratia,breuiter respondetur quod non.Tum quia relictum incapaci à testatore pro non

a c. si in me tallum . ff. de his quæ pro nõ scripto habetur.[a] Tum quia non obstat lex idem [Iulianus.] [b] quæ habet, [legatario, qui sine suo delicto est rei legatæ incapax deberi æstimationẽ, & quod

pris habentur. & l. 1. C. de hære. instit. præfati fratres absq; suo delicto sunt in capaces præfati legati,non inquam hoc obstat,quia illud est uerum,quãdo simpliciter sit capax , & non cum adiectione , quod nullo alio nisi certo expresso

b §. fi. cum seq. ff. de legat. 1. modo capere possit : vt fratres Minores fiunt incapaces ad accipiendum res tẽporarias per præfatum §. [cæterum.]ni si modis quibus in eo permittitur,scilicet à solis non obligatis, & pro necessitatibus præteritis, vel præsentibus, per prædicta,quod satis clare affirmat Bar-

B

c lib. 2. dist. 2. c. 1. tolus vbi supra .[c]

9 Tertio,considerandum occurrit,an præfatum collegium obligetur ad faciẽdum celebrare officia diuina,ad quæ testator intendebat p̃fatos fratres obligare . Ad quod videtur breuiter re-

d §. pro secũdo. C. de cad. toll. spondendum quod sic.argumento l. 1. [d] quæ habet,legatum relictum alicui,qui tempore testamenti in rerum natura

C erat , & postea priusquam illud quæreret aliqua ratione deficit, debere remanere penes eum,a quo relinquitur : ita tamen,vt impleat onus,quod ei adijciebatur, ea ratione adiecta, q̃ non est ferendus, qui lucrũ amplectitur , & onus ei adiectum contemnit.

Quarto considerandum occurrit, an præfatæ moniales satisfaciant faciendo celebrare partem diuinorum officiorũ iniunctorum præfatis legatis per fratres vnius monasterij eiusdem ordinis , & partem per fratres alterius monasterij etiam eiusdem ordinis. Ad quod re-

D spondendum est , quod non, si illud faciant obligando se ad faciendum sic celebrare perpetuò, sicut testatores intendebant obligare fratres illos, quibus legabant,ad facienda illa . Tum quia fratres ij,per quos collegium præfatũ vult celebrare illa, sunt eiusdẽ ordinis Franciscani,& ita sunt incapaces huius obligationis,& non possent salua sua regula accipere illa illo modo, per quem nõ licet eis quidquam accipere .

10 Quinto considerandum venit, per quem igitur modum possint licitè præfatæ monachę illa diuina officia facere celebrare . Ad quod respondendum videtur primò,quod tenentur, si fieri potest facere celebrare illa in illis Ecclesijs & altaribus , in quibus præfatæ testatrices iusserunt vt celebrarentur, quia diuina officia debent celebrari in illa Ecclesia, vel loco, in quo iussa sunt celebrari, vt nos post alios tradimus in enchi.de oratio.[c] allegando in id multa in quibus est c. [nos quidem.] [f] vbi per illum tex tum hoc adnotarunt , Petrus, Ioannes Imola & Barbatius ibidem allegati. Secundò quod poterunt pro suo libito eligere sacerdotes sæculares , & regulares eiusdem,vel alterius ordinis,de consensu Guardiani,conuentus, & fratrum Ecclesiæ præfatæ S. Francisci , si fuerit ad id necessarium cum tãta libertate , cum quanta possent sua sponte facere in ea celebrare alia similia diuina officia,quę uellent pro aliqua sancta & pia causa , non quidem animo soluendi legata illa prædictis fratribus,sed animo exonerãdi se onere,quod ipsis cuenit ex eo, qđ illa legata vti facta incapacibus nõ fuerunt valida, & debent remanere apud eos,à quibus legata fuerunt, cum onere tamen subeundi onera illis adiecta ,

c cap. 5. nu. 3. f de testa.

g §. pro secũdo. C. de cad. toll. 11 Sexto,considerandum occurrit pri mo, quod hæc omnia præfata sine ulla dispensatione S.D.N.iure communi fieri possunt : Sua vero sanctitas põt quicquid sibi placuerit,eis addere, & detrahere, argumento cap.[cuncta per mundum.] [h] obseruata tamen lege naturali,& diuina. [i] Secundo,quod consequenter posset confirmare prædicta legata , & dispensare cum præfatis fratribus, vt acciperent ea pro necessitatibus præteritis,vel præsentibus, & etiam pro futuris,quia præfatus S. Franciscus suam regulam auctoritati S. Sedis Apostolicę,à qua confirmata fuit,supposuit . Tertio, quod fortassis,hoc non expediret regulæ illi mirabili S. Francisci & puritati eius,& honori ordinis eius Illustrissimi, eo quod præberetur occasio petendi alias mille dispensationes similes fratribus eiusdem ordinis volentibus sese opi parè sustentare . Quartò, quod posset

h 9. q. 3. & c. proposuit. de conces. & dispensare cum præfatis fratribus, vt præb. i c. sunt qui dã. 25. q. 1.

piè

piè declarari, quod si quid de præfatis scutis & cadis superesset soluto iusto stipendio celebrantibus præfatas Missas, illud imponeretur monasterijs pauperibus, quæ ipsæ eligerent. Tum quia testatrices videntur voluisse, ne quicquã de illis apud præfatas monachas remaneret. Tum quia ipsis aperiretur via, per quam possent iuste id erogare præfato monasterio S. Frãciſci, quando necessitas præterita vel præsens illud permitteret. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Minoribus de obſeruantia, qui tenentur ex incerta mendicitate viuere, nu. 4. non potest aliquid annue præstandum legari, etiam addito modo, vt illud vẽdatur, & sic annuatim in fratrum vsus cõuertatur, sicut nec potest legari prædium, vt pensiones omni anno in eorum necessitates conuertãtur, licet eis possit legari prædium tunc ita vendendum, vt ex precio præsenti eorũ subueniatur necessitati, n. 1. at eorum Ecclesiæ & conuentui potest quid annuum necessariũ pro fabrica, vino, hostijs, cera, oleo, vestimentis ad sacrificium & diuina necessarijs legari, nu. 3. quid si legatum excedat dictas necessitates, vide remissiue, nu. 5.*

CONSILIVM IX.

VTrum annuus reditus promissus, vel legatus monasterio fratrum Minorum de obseruantia, pro fabrica, vino, hostijs, cera, oleo, & vestimentis ad celebrationem Missarum, sit validus, nec ne?

1 Pro parte negatiua facit primò, q̃ legatum annuum factum fratribus Minoribus non valet, etiam ad hoc, vt vendatur, & æstimatio in necessitatibus imminentibus impendatur, vt determinat Bart.[a] pro quo videtur casus in capitu. [exit.[b] qui habet, relictum fatribus Minoribus expresso modo, secundum quẽ non licet eis accipere, non ab eis acceptandum, constat autem non licere eis habere annuos reditus,[c] & consequenter apparet non licere fratribus hmõi habere legatum, de quo est quæstio, per modum annui reditus, cum per talem modum habendi relinquatur eis illud modo expresso, quo tenere possunt.

2 Secũdo, quod quamuis liceat hmõi fratrib. accipere domum, vel prædiũ simpliciter legatum, ad hoc ut vendatur, & precium in necessitatib. cõuertatur: nõ tñ licet eis accipere domum, vel prædium legatum, adiecto modo, expresso, vt locent, vel colant, vt est casus in eodem §. [ad hoc, & in casu nostro videtur relictum sub modo expresso habendi illud per modum annui reditus. Tertio, quod multa scripsit Cardinalis[d] quæ videtur hanc partem negatiuam confirmare.

3 Sed his non obstantib. contrarium videtur verius pro validitate legati: & primo ea firma ratione, quod aliud est ecclesia, & fabrica eius, & aliud collegiũ conuentus, vel Capitulum, q̃ eã tenet, gubernat, & regit, iux. c. [p emptionẽ.[e] & arg. c. [si ciuitas.][f] & notatur in c. [re quisisti.][g] hic autem testator nõ reliquit fratribus Minoribus, nec eorũ collegio, nec nulli singulari eorum, sed Ecclesiæ, quæ non prohibetur taliter accipere: nam nec d. c. [exijt.][h] d. cle. [exiuit.][i] nec vlla particula regulæ S. Francisci prohibet relinqui aliquid annuum eorum Ecclesijs, vt aduertit Bar.[k]

4 Secundo, quia ratio, quare S. Francis. voluit fratres fore Mendicantes, & in arctissima paupertate, est, vt toti penderent à Deo, & solis illis, quæ amore Dei sibi traderentur, per incertam mendicitatem victitarent, vt colligitur ex eius regula, & ex declarationibus eius quæ habentur in d. c. [exijt.] & in d. cle. [exiuit. & constat eorum incertam mendicitatem non tolli ex eo, q̃ aliquê certum reditum habeat eorum Ecclesia, pro fabrica, candelis, hostijs, & vino ad sacrificandum, & alijs hmõi, quæ ad victum & uestitũ fratrum non pertinent, quale est relictum, de quo agitur, & cũ cesset ratio prohibitionis, consequenter cessare videtur ipsa prohibitio.[l]

5 Contra hoc tamẽ facit, quod Bar.[m] determinat, videlicet illud superfluum, quod relinquitur Ecclesiæ, vel fabricæ, pro aliqua necessitate, posse à fratribus conuerti in aliam necessitatem, & ita etiam relictum vltra necessitatem valet ideo cogitentur ea, quæ addit Cardinalis.[n] Salua, &c.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Testamentum ante ingressum religionis factum à cogitãte de dicto ingressu, statim ita professione facta confirmatur, vt heres possit capere possessionem bonorũ, & hoc etiãsi illud sine licentia Episcopi & conuentus fecerit. num. 2. nec postea põt amplius ipse testator etiã ex licẽtia Episcopi, vel conuentus, de dictis bonis disponere. nu. 3. at si quando fecit dictum testamentũ, non cogitauit de dicto ingressu, & professionem fecit apud non mendicantes, ex aquitate videtur reuocasse dictum testamentum, nu. 1.*

CONSILIVM X.

AN Petrus hæres institutus à volente ingredi monasterium, & cogitante de ingressu, adeo quod conuenit cum Abbatissa & conuentu, quantum dotis erat datura ei, & quod de reliquis posset testari, vel aliàs liberè disponere, & ita fecit testamentum instituendo ipsum Petrum hæredem in dictis bonis, possit capere possessionem bonorum quo ad ea, ad quæ fuit institutus, statim post professionem consequutam, non expectata morte naturali testantis: vel requiratur auctoritas Episcopi, & consensus conuentus: attento, quod post professionem de illorum licentia, & consensu reuocauit prædictum testamentum.

Respondeo, quod prædictus Petrus institutus hæres à prædicta volente ingredi religionem, & non solum cogitãte de ingressu, sed etiam paciscente, quantum dotis erat datura, & quantam partem reseruaturam suæ liberæ dispositioni, potest capere possessionem statim post professionem & vti & frui bonis illius hæreditatis.

1 Primò quidem, quod testamentum factum ab ingressuro religionem intendente ingredi eã confirmatur morte ciuili professionis, non expectata morte naturali professi, quæ est determinatio Ioannis Imolæ,[a] quem sequitur Franc.[b] Couarruuias cap. 1. de test. nume. 8. Dixi, [cogitante.] &c. Quia si absque cogitatione ingressus testamentum factum fuisset, iudicari posset ex

A quadam æquitate, quòd postea ingressus illud, & profitens videretur noua voluntate recedere à priore, fauore monasterij, quo casu potest procedere opinio Bartoli frequentius recepta, qua tenet testamentum ingrediẽtis monasterium non mendicantium morte ciuili professionis non confirmari.

2 Secundo respondeo, quod licentia & auctoritas Episcopi, & consensus conuentus non sunt necessaria ad hoc, vt præfatum testamentum valeat, quia iure communi licet volenti ingredi religionem, immo & ingresso ante profeſſionem libere testari, vt nos resolui- B mus in Commen. 2. de reg. [c] & frustra precibus impetratur, quod iure communi conceditur.[d]

3 Tertio, quod neq; Episcopus, neq; monasterium Monialium, neque ambo coniecta potuerunt facere facultatẽ disponendi de bonis suis post professionem, quia ideſt contra auth. [ingressi.][e] & c. 1.[f] & c. [in præsentia.][g] contra q̃ nullo iure potest dispensare Episcopus neq; alius inferior à Papa, quando quidem, an id etiã possit facere Papa, multi dubitarunt, vt post Francum[h] diximus C etiam nos.[i] Salua, &c.

a *l. 1. col. 9. num. 14. ff. de testa.*
b *in rub. de test. n. 72.*
c *super ea. nõ dicatis.*
d *l. 1. ff. ad municip. et gl. recept. c. 1. de reſcr.*
e *C. de ſa- croſ. eccleſ.*
f *de testa.*
g *de test. & de verbo. ſign. lib. 6.*
h *ead. tit. lib. 1. Mẽ- norit. diſſ. 4. c. 2. & m l. ciuitatib. ff. de leg. 5. & in l. ſer- uos. ff. de alim. leg.*
i *vbi ſupr.*

SVMMARIVM.

1 *Legatum, quo mandatur hæredi, vt detur cuiusdam aliquid, censetur perpetuum, præsertim si fiat loco pio. nume. 2. item si mandentur fieri etiam tacitè in memoriam & honorem familiæ aliqua, quæ non possent assequi, nisi legatum esset perpetuum. nu. 1.*

CONSILIVM XI.

QVidam testator reliquit legatum, quo oneravit N. hæredem, vt singulis annis solueret cuidam loco pio aliquot libras & solidos, quibus emerentur tres cerei, & ponerentur in dicto loco pio cum armis, & insignibus suæ familiæ. Dubitatum est, an ex verbis testatoris possit colligi legatũ hoc esse perpetuum, & cum res delata esset in iudicium, iudicatum est esse perpetuum: Quæritur modo à Dominatione vestra, quid hac in re sit tenendum.

1 Sententia præfata eruditissimi Domini mei videtur esse iuridica. Tum per ea, quæ S. D. adducit. Tum quia præfatum legatum etiam si non fuisset pium, erat censendum perpetuum, quod palam sonant illa verba, [omni anno.] & illa quibus oneratur hæres soluere præfatas libras, & solidos positos in tribus torcijs cum armis, & insignibus familiæ testatoris, quæ palam significant testatorem voluisse id ad nomen familiæ cõseruandum, quod per vnum actum fieri non poterat. Tum quia sententiæ à duobus posterioribus iudicibus latæ ex presse habent præfatum legatum fuisse soluendum non solum ab N. hærede, dum viueret, sed etiam à filijs suis, dum viuerent, quòd nulla ratione potest defendi, nisi legatum esset perpetuum, nã filij, vt ibi habetur, non fuerunt instituti, neque grauati, nisi casu, quo pater eorum decederet prius quam testator, qui cum decessisset post mortem testatoris, defecit substitutio illa conditionalis defectu conditionis, & consequenter grauamẽ impositum eis, & ita filij dicti N. nihil penitus debuerunt, nec debent ex suis personis tanquam substituti, sed tãtum ex persona patris, cuius sunt hæredes, & ratione oneris adiecti suo patri N. vti hæredi suo, & consequenter nihil debuissent, nisi legatum fuisset perpetuum transiens ab hærede in omnes hæredes eius, siue essent filij. siue extranei, quia filij non fuerunt instituti, nec substitutio eorum valuit deficiente conditione sub qua fuerunt substituti, ut dictum est, plus quam extranei, si fuissent eius hæredes, ita quod præfati iudices videntur secum pugnasse, dicentes ab vna parte filios teneri, dum viuerẽt, ad soluendum illud legatum, & ab alia legatum patri suo relictum non fuisse perpetuum, si res satis perpendatur.

2 Tum quia iugulum huius quæstionis nõ tam est, an legatum sit pium aut profanum, quam an ex verbis testatoris colligatur esse perpetuum, vel temporale, & an legatum annuum ab hærede soluendum alicui collegio perpetuò maximè pio cẽseatur perpetuum. Cum ergo ex verbis testatoris colligatur hoc legatum, cum sit annuum legatum absolutè ab hærede alicui collegio perpetuò factum, præsertim pio, esse perpetuum iuxta l. antepenult. [a] quæ habet legatum, vt die natalis fui darentur aliqua diuidenda decurionibus cẽseri perpetuum, & per l. [annua.] [b] quatenus habet annuum legatum relictum templo censeri perpetuum, & per alia, quæ nunc non vacat nec videtur necesse scribere, consequens est responsionem præfatam præfati domini mei esse iuridicam. Salua, &c.

[a] *ff. de annuis. legat.*

[b] *eo. tit. sub finem.*

SVMMARIVM.

F *Exequutoribus testamentarijs non potest de iure testator dare facultatem faciendi institutiones, vel substitutiones, nec etiam secundũ ius Castella, nisi exprimat nomen instituendorum, vel substituendorum. Vnde licet intra annum à die iudicialis monitionis aliqua possint, non tamen poterunt prædicta, nu. 1.* 1

Prohibitio de non alienando facta à testatore, nisi addatur causa, aut persona, ob quam fit, non tenet, sufficit tamen causa tacita, puta ad conseruandum honorem in familia, etiam ex actu nullo consecutata, nu. 4. 3

G *Intentio & mens alicuius ex actu & confessione eius, etiam nulliter facta immo & ex facto etiam nullo exequutorũ suæ testamenti potest colligi.* 4

Alienare extra familiam prohibito, potest remotior, sed non extraneus ex testamẽto, sed sic ab intestato succedere. 5

Bona vinculata tunc ad proximiorem vinculantis, & non vltimi possessoris transeunt quando testator dixit & bona trãsirent ad proximiorem, aliàs secus. 6

CONSILIVM XII.

H CIrca testamentum Vincẽtij de Salcedo portionarij. Primo videtur dicendum, quod substitutiones & vocationes factæ à testamentarijs, vel commissarijs ab eo institutis nil valẽt. Tum quia potestas eis concessa non uidetur extendi ad illas. [c] Tum quia non sunt vsi sua potestate intra quatuor uel sex menses, intra quos uti debebant. [d]

2 Non obstat, quod prædicti, quibus & data fuit à testatore potestas, erant exequutores testamentarij, quorũ potestas durat vno anno post monitionem eis factam à iudice, ut exequantur, [a] non inquam hoc obstat. Tum quia illud ius commune restrictum est in regnis Castellæ per leges Tauri ad quatuor vel sex menses. Tum quia nec intra annũ, nec intra quatuor vel sex menses põt facere exequutores id, eo q̃ eis testator non põt committere potestatem instituendi vel substituẽdi hæredem, ẽm ius commune, [b] neq; ẽm ius Castellæ, nisi expresso nomine eius qui est instituendus, vel substituendus, vt habet prædicta l. 31. & ita in casu proposito non potuerunt prædicti exequutores, vel commissarij facere prædictas substitutiones ob defectum potestatis, licet aliqua alia potuissent facere intra annum à tempore monitionis iudicis.

[a] *c. nos qui dẽ de test. et Auth. hoc amplius. de fidicomm.*

[b] *l. captatorias, & l. illa. ff. de hared. instit.*

3 Secundo, q̃ prohibitio alienationis à prædicto Vincẽtio testatore facta põt videri alicui non valuisse quia vẽ nuda à causa & persona, & talis prohibitio à testatore facta non valet. [c] Sed vẽ q̃ testator voluit tacite suum nomen & familiæ honorare, eo q̃ post prohibitionem alienationis adiecit, vt omnia sua bona vinculata manerent, & non possent diuidi; per quod tacitè vẽ voluisse prouidere suo nomini, & familiæ, & sufficit, vt prohibitio alienationis videatur vestita tacita causa, uel persona, ut post alios tradit Ripa, [d] ponens exemplum de prohibente alienare turrim, uel pulchum palatium, nulla expressa causa, uel persona.

[c] *l. filius familias. §. di ui. ff. de l. 1.*

[d] *In d. §. di ui. nu. 4.*

4 Facit ad hoc, q̃ commissarij, uel exequutores prædicti; declarando intentionem Vincentij testatoris, stat uerũt, ut omnis, ad quem illa bona uinculata peruenirent, cognominaretur de Salcedo, alioquin perderet illa: quæ magna est coniectura præsumendi uoluisse illum per illud uinculum consulere honori suæ familiæ: nisi enim id uoluissent, non imposuissent tam graue onus successoribus. Nec obstat, q̃ actus ille fuit nullus: quoniam ex actu nullo colligitur intentio & mens testatoris, instar confessionis, quę in actu nullo facta præiudicat, secundum Innocentium [e] receptum ut monstrat Decius. [f]

[e] *in c. quale ter & quando. 2. de accusat.*

[f] *in c. at si clerici. n. 3. de iudic.*

Tertio, q̃ qui teneret prohibitionem alienationis nõ ualere, deberet dicere,

A quòd hæres institutus à prædicto Vincentio potuit ex testamento, uel ab intestato in alium transmittere illa, & cõsequenter instituendo uxorem suam in suis bonis, ut transtulisse illa in eam. Tum quia institutus in parte bonorũ, non dato sibi cohærede, uidetur institutus in omnia bona per testamentum transmissibilia. 5 Tum quia non põt quis, nisi sit miles, decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus. [h]

[g] *l. 1. §. fiex fundo. ff. de har. inst. c. si pater cum glo. in verb. in re certa.*

5 Quarto, q̃ si tenuerimus, ut uidetur tenendum, prohibitionem prædictã ualuisse ob adiectionẽ tacitam prædictæ causæ honoris sui & suæ familię, D. consulens, si, ut dicitur in facto, est proximus hæres ab intestato primi hæredis, debet habere illa bona uinculata. Tum quia de illis non fuit testatus primus hæres, nec potuit testari instituendo hæredem in eis suã uxorem, quæ nõ erat de familia, nec cognomine Vincentij uinculatoris illorum bonorũ per l. [peto.] [i] & notata ibi per Bartolum ab alijs receptum, dicentem, q̃ prohibitus alienare aliquam rem extra familiam, nõ potest eam alienare in aliquem extraneum per hæredis institutionem licet posset per successionem ab intestato per l. [cum pater.] [k] ubi idem Bart. & alij. Tum quia consulens est, ut in facto proponitur, propinquissimus omnium, qui ei ab intestato succedere põt.

[h] *l. 1. §. fi. ff. de test. mil. l. 1. §. frater. ff. de leg. 2.*

[i] *§. frater. ff. de leg. 2.*

[k] *§. cum in ter. ff. eod.*

6 Quinto, q̃ uidetur huic dicto obstare illa opinio, quæ habet, bona uincula ta transire ad propinquiorem uinculantis, & non ad propinquiorem ultimi possidentis, quæq; multorum auctoritate confirmatur in informatione Hispana, q̃m contraria, pro qua ẽt multi citantur in d. informatione, uidetur tenenda in hoc casu, in quo testator nihil dixit de successione propinquorum, sed simpliciter instituit quendam nepotem hæredẽ, nullo sibi dato substituto, nec ulla facta mentione, nec ordinatione, q̃ succederet propinquior: & quod ipsemet testator non reliquit illa bona uinculata fratri suo, qui erat sibi propinquissimus, sed nepoti ex sorore, esto q̃ alia opinio procedere posset, si testator dixisset, ut succederet in eis propinq̃or, non declarando an deberet esse propinquior testatoris, uel possessoris. Sal. &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMARIVM.

1 *Substitutus hæredi decedēti sine liberis excluditur à monasterio, in quo hæres professionem emisit nisi aliter de mente testatoris expresse vel tacitè constet.*

CONSILIVM XIII.

ANtonius carēs liberis instituit nepotē ex fratre, & substituit ei suos filios masculos legitimos, si hēret, aliàs neptes ex sorore. Is nepos institutus intrauit monasterium, & donauit illi omnia bona sua, & ita non potuit habere filios masculos legitimos. Quæritur an filiæ substitutæ excludant monasteriū, an contra monasterium excludat eas.

1 Respondetur primò, quæstionis huius decisionem pēdere à decisione illius generalioris, an substitutus, si absq; liberis decesserit institutus, excludat monasterium quod institutus intrauit, an cōtra monasterium excludat substitutum? quam constat esse valde controuersam, quamq; nos olim latè tractauimus in c. [in præsentia.] [a] vbi etiam satis tractāt Panormitanus, Felynus, Decius, & alij, qui referunt plurimos diuersa de illa sentientes, quib. addit alios Couarru. [b]

a De proba.

b li. 1. varia resolu. c. 19.

Secundo, q̄ ego in ea fui & sum opinione, q̄ si testator, qui instituit & substituit, expressè excludit monasterium, aut tacitè talib. verbis, q̄ quæ appareat eū cogitasse de monasterio, vel noluisse, vt monasteriū succederet in suis bonis, substitutus excludet monasterium: alioq̄n monasteriū excludet substitutū.

Tertio, q̄ cum in casu proposito instituens non excluserit expresse monasterium nec tacite talib. verbis, ex quibus colligeretur noluisse, vt monasteriū succederet, censendum est, q̄ monasterium excludit præfatas filias substitutas, per ea multa, quæ colligi p̄nt ex locis supra citatis, q̄ valetudo infirma nobis facere non permittit. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Incertæ personæ de certis per tertium eligenda relictum non dicitur captatorium, sed tenet, est tamen conditionale: ita vt non facta electione, omnibus debeatur, ea autem facta, soli electo totum, alijs penitus exclusis, acquiritur.*

Captatoria dispositio, per quam institutio, 2 *legatum, & fideicommissum in voluntate alterius tertij relinquitur, non tenet, talis tamen non est, imò tenet, quando tertio solum est data facultas ex certis incertum eligendi, puta vnum de tali familia, nu. 3. & nu. 1.*

Eligere qui ex certis vnum quem malit po 3 *test, qui legatum, vel hæreditatem dandam vel restituendam capiat, taliter nominato, non potest onus aliquod imponere num. 4. nisi sic nominatum grauet, vt alteri ex dictis certis, puta alteri pauperi, vel alteri de familia vocatis restituat, num. 5.*

Vtile per inutile si sint separabilia, non 4 *vitiatur, vnde qui tenetur aliquem ad legatum simpliciter nominare, licet non possit nominato nu. 2. nec cui tenetur restituere, nu. 4. onus imponere, si tamen imponat, tenet nominatio, & restitutio, reiecto onere nu. 4.*

Grauatus post mortem alteri nominato re- 6 *stituere, si superuiuat nominato, liberatur dicto onere remanet, nec hæredibus nominati ad aliquid tenetur.*

CONSILIVM XIV.

PRæsupponitur in facto, quod testator habēs filiam, & ex ea inter alios tres nepotes, Ferdinandum, Petrum, & Franciscum, & quandam capellam dotatam cum onere vnius Missæ singulis annis, ordinauit, quod eius gener & filia, quicunq; ex eis vltimus decessisset, nominare deberet vnum ex dictis tribus nepotibus, qui sibi magis placuisset, qui haberet dictam capellam, & eius bona, & alij non nominati illam non possent habere: & defuncto genero, superstite filia, illa nominauit ad dictam capellā Franciscum vnum ex dictis tribus, & casu quo ipse decederet sine liberis, q̄ dicta capella perueniret ad Ferdinādū similiter vnū ex dictis trib. filijs, nulla facta mētione de Petro tertio Filio. Defunctus est Ferdinādus relicto Lud. eius filio, & deinde defunctus est Franciscus sine filijs, qui in eius testamēto instituit hæredē Ludouicū filium Ferdinandi, & iux. formā testamēti patris sui, & aui nominabat

minabat ad dictam capellam prædictum Ludouicum, quatenus haberet facultatem nominandi. Nunc Petrus superstes ex dictis tribus nepotibus prætendit dictam capellam ad se pertinere, & nominationem factam de dicto Ludouico filio Ferdinandi non valere. Quare dubitatur, quis eorum, scilicet, Ludouici, & Petri, teneat ius.

1 Et breuiter omissis superfluis more Romano concludendum est, Ludouicū debere obtinere. Et pro fundamento in primis præmittenda est communis cōclusio omnium, istam dispositionem factam per dictum testatorem, in qua fuit data facultas genero & filiæ nominādi vnum ex tribus filijs, esse validam & non captatoriam, quia data fuit electio incertæ personæ de certis, quo casu valet, quia non facta electione omnes essent vocati, iuxta tex. in l. [cum quidam,] & l. [vnum ex familia,] [a] vbi Bartol. & omnes scribentes l. verum §. cum quidam, ff. de reb. dub. vbi omnes tradunt, Parisius, [b] vbi latissime multos congerit. & talis dispositio dr̄ conditionalis antequam sit facta electio, & nominatio: & facta electione expirat conditio, & cęteræ conditiones deficiūt quia est adimpleta voluntas testatoris: ita inquit textus in d.l. [vnum ex familia,] [c] & ibi Paul. de Cal. & Bal. & Paris. [d] Vnde cum in casu nostro filia ẽm facultatem sibi concessam nominauerit Franciscum, statim facta nominatione, & secuta morte filiæ, dr̄ adimpleta & purificata conditio, & ius fuit acquisitum ipsi nominato, & alij duo, scilicet Ferdinandus, & Petrus, remanserunt excluſi.

a cum trib. l. seq. ff. de leg. 1.

b consil. 38. col. 1. & n. 31. & 32. vol. 2.

c §. 1. & si vnque. d d. cōs. 38. nu. 5. d. l. cū quidā. ff. de leg. 2.

Super hoc facto, & responso cuiusdā excellentissimi V.I.D. quæritur à Dominatione tua quid sentiam?

2 Respondeo, q̄ conclusio consulentis eruditissimi pro cui dubio vr̄ esse iuridica, & solidè fundata rationibus ei subiectis, & ad maiorem redundantiam, & explicationem, considerari potest, quod ea quę propono, nihil ei prosunt. Pro illo. n. solum possunt facere duo. Primo quidem, quod tam legatum, vel fideicommissum captatorium, q̄ institutio captatoria, siue relicta in voluntate alterius, sunt inualida, [e] & quod facultas illa data filiæ & genero nominā-

e illa instituta. cum glo. & l. captatorias. ff. de har. instit. & l. captatorias. C. de test. milit.

di vnum de filijs suis vr̄ fuisse captatoria, qa fuit collata in volūtatē alterius.

Secūdo, quòd nec filia, nec gener habuerunt facultatem nominandi vllum ex filijs cum grauamine nominandi aliquem, sed solum simpliciter nominādi, & quod consequenter filia nominans Franciscum cum onere nominandi Ferdinandum, si decederet sine liberis, excessit facultatē sibi datam, & ita non valuit quod egit, [f] & qui non vult facere quod potest, & vult facere quod non potest, nihil videtur facere. [g]

f Arg. l. fin. ff. de turisd. omn. iud. &

3 Sed ad primum horum respōdetur, quòd licet substātia institutionis legati *c. 2. de* vel fideicommissi non possit in arbitriū *g c. cum su* alterius conferri, vt iura prædicta decla *per de offic.* rant, electio tamen incertæ personæ de *deleg.* certis, vel de certo genere personarum, *h l. si quis* vel familiæ, pōt in arbitrium & volun- *Ti. §. 1. &* tatem alterius conferri, [h] adeo quod *l. cum qui-* Bart. communiter receptus in theoria *dam 2. &* & praxi determinat, valere institutionē *l. §num ex* pauperum, quos elegerit Titius: & cer- *familia. ff.* tum est valere legatum relictum alicui *de leg. 2.* de familia, cui vel quibus hæres volet. [k]

h *i in d. l. illa*

4 Ad secundum autem respondetur *instit.* primo, concedendo, quòd qui grauatur [k] *d. l. vnū* restituere simpliciter aliquid alicui, nō *ex familia.* pōt illum grauare regulariter, vt restituat illud alij, nec aliquid eiusmodi im- *§. sed & si* ponere: sed negando, quod restitutio *fundum. ff.* facta cum onere non valeat quo ad satisfaciendum facultati de restituendo, licet oneris additio non valeat: quia hæres vel grauatus restituere aliquid simpliciter, si restituerit fideicōmissario onere aliquo adiecto, satisfacit obligationi restituendi, licet onus adiectū nō valeat, nec fideicōmissarius teneat illud acceptare, nec adimplere, vt est casus in d. §. [sed & si fundū,] vbi hoc clarè sentit Bart. & latius expressit Paul. Castrē. Vnde & praxis totius orbis hēt, qd̄ qui hēt primogenium, vel maioratum restituendum alteri, si restituit illum adiecto onere aliquo, satisfacit obligationi suæ, licet ille non teneatur acceptare onus, nec acceptet. cuius ratio radicalis est illa regula, [l] [vtile per inutile nō vitiari.] quod est verum, q̄n alterum ab *l. de reg. iu.* altero est separabile, vt in casu nostro, *l. b. 6.* in quo onus adiectum est separabile à restitutione, cui adijcitur, vt palam est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

5 Secundo respondi potest, quòd licet regulariter grauatus de restituendo aliquid alicui de familia non possit grauare illum de restituendo alteri, tallit tamen, quando grauatus restituere vni de familia, vult grauare illum de restituendo alteri eiusdem familiæ, vt colligit singulariter Bartol. [a] inferens ex hoc, quod exequutor qui deputatur ad eligendos pauperes, potest eligere vnũ cum onere restituendi alteri pauperi, & in casu nostro filia testatoris, quæ nominauit Frãciscum vnum de filijs suis, grauauit eum de restituendo Ferdinando alteri filio suo qui erat vnus de tribus, quorum vnus erat nominandus.

6 Tertio etiam potest responderi, q̃ onus adiectum Frãciscо extinctum fuit per mortem Ferdinandi, & sic nominatio remansit pura, & capella sine aliquo onere apud Francischum grauatum restituere Ferdinando, iuxta textum in l. [qui liberis,] [b] & in terminis Fabianus de Monte, [c] vbi mater, quæ fuit grauata restituere filio post mortem, si filius p̃decedat, hereditas remanet penes matrem, ac si pure & sine aliquo onere fuisset relicta, quia deficit conditio, & fideicommissum conditionale non trãsmittitur ad hæredes, nec etiam ad liberos, iux. glo. [d] vbi Bart. & alij omnes, & glo. [e] vbi Alex. dicit quod omnes sequuntur illam glo. Socin. [f] Fabian. de Monte. [g] Cald. [h] Salua, &c.

a ĩ d.l.vnũ §. sed & si fundũ.n.2. b § hac ver ba. & l. sed & si plures ff. de val. et pup. l. quib. dieb. § qui dam. ff. de cond & demonst. c ĩ cõs. 149. 6 nu. 18. cum seq. iter cõs. vlt. volun. d ml. 1. C. de fil. qui ante aper. tab. e in c. feudũ mes. §. cum ita. ff. ad Trebell. f cons. 17. n. 30. vol. 1. g d. consil. 149. nu. 16. h cons. 35. de testam.

SVMMARIVM.

1 *Rei suæ quilibet est moderator.*
1 *Rei suæ traditioni potest quis legem, & modum, qui nec turpis, nec impossibilis sit, adijcere.*
2 *Vxor nubendo nobili fit nobilis.*
3 *Filius quo ad honores & nobilitatem non sequitur conditionem matris, sed patris.*
2 *Nobilis est ex patre nobili natus, etiam si ignobili matre.*
4 *Definitio debet conuenire definito ita vt de quocunque dicitur definitum, dicatur definitio.*
5 *Genus propriè dicitur de omni sua specie.*
6 *Natus ex patre tantum nobili secundum l. regibus, est quidem nobilis, non tamen ita, ac si esset etiam ex matre nobili natus.*
Iura turibus conciliari expedit, & ita vnã 6 legem intelligere, vt sibi non cõtradicat.
Natus ex vtroque parente nobili, secun- 7 dum stylum curiæ, et communem & sum maior sit cæteris paribus, & magis dignus gratijs, quam natus ex altero tantum nobili.
Duo vincula fortiora sunt vno. 7

CONSILIVM XV.

MAioratum, seu primogenium vir & vxor instituũt, & filios filiasq; ordine nominant, tali scilicet vinculo, ac conditione. [Nemo, aiunt, ex nostris filijs, ac filiabus, seu quiuis alius successor ad dictum maioratum nominandus possit ducere vxorem, quæ non sit suæ qualitatis nobilis, ac generosa, quales vos estis, nec quę scit descendens ex nouis Christianis: sed qui contra fecerit, excluſus sit à dicto maioratu.

Dubitatur nunc primo, an si vnus ex istis nominatis ducit vxorem talem, erit excluſus ab isto maioratu.

Secundo, si vnus ex nominatis ducit vxorem mulierem, cuius pater fuit nobilis, & fidalgus ex primarijs, sed mater non ita nobilis, vtrum iste satisfecerit supradictæ clausulæ, vt possit succedere?

Tertio, si de isto nominato, qui ita nupsit, probaretur patrem suæ matris fuisse fidalgum, & matrem illius ignobilem, an sufficeret ad succedẽdum iux. præfatam clausulam?

Quarto dubitatur, si id non haberet locum, vtrum si filius nominatus, qui ita nupsit, filios procrearet, poterunt succedere, cum ipse natus sit ex patre fidalgo, & matre fidalga, & si hoc locum habet, vtrum filius poterit petere successionem viuente patre.

Cuperem mihi declarari intellectũ, l. 3. titu. 21. parte secunda, quæ de hoc loquitur.

1 Ad primam igitur quæstionem rñdeo, q̃ pro parte negante, nẽpe q̃ non excluderetur, faciunt illa multa, quæ à quibusdam tradũtur contra statutũ ecclesiæ Toletanæ, & alia similia multarũ Ecclesiarum, multorumq; collegiorum quib. à beneficijs, & locis, & receptionib. eorũ excludunt trahentes originẽ à gente Iudęorum, & Sarracenorum. Illa enim sicut applicantur ad impugnandum præfata statuta, ita etiam possent applicari ad impugnandum hniusmodi primogenij ordinationem.

Pro parte vero affirmãte possent adduci omnia, quibus præfata statuta defenduntur, & quod quilibet est rei suæ moderator iux. l. [sed & si,] [a] & quòd traditioni rei suæ potest quis legem & modum, qui nec turpis, nec impossibilis sit, adijcere, & quod hæc adiectio nõ est turpis nec impossibilis magis quã præfata statuta imò nec tãtum, per ea, quæ pro illis adducuntur, per ea quæ & alia videtur tenenda pars affirmatiua huius primæ quæstionis.

2 Ad secundum respondeo, quod videtur satisfacere: quia vxor nubendo nobili fit nobilis. mulieres maritorum honore erigimus, & genere nobilitamus, & forum ex persona reorum statui mus, [b] quæ ad literam reperitur l. vlt. [c] cum alijs multis vsque ad nauseam citatis per Tiraquell. [d]

3 Ad tertium respondeo, quod videtur impertinens ad clausulam supra in quęstione proposita insertam, quia clausula solum tractat de his, cum quibus debent contrahere matrimonium illi, qui ad præfatum primogenium vocantur, & nihil disponit de his, qui sunt ad præfatum, maioratum vocandi: quæstio verò agit de vocandis ad illum: quod decidendum est per alias clausulas maioratus de his, qui sunt vocandi, quas ego minimè noui, neque in suprascripto facto narrantur. Certum aũt est, quod si cum hoc, de quo quæritur, contraheret matrimonium illa quæ esset vocata ad præfatum maioratum, perderet illum quia is non est nobilis, eo quod pater quoq; talis esset, quia filius quo ad honores & nobilitatem non sequitur cõditionem matris, sed patris, arg. l. [exemplo,] [e] vbi Bart. & Ang. notant, & Fely. [f] & Bened. Raynun. [g] & multi alij, quos vsq, ad nauseam refert Tiraq. [q]

4 Ad quartam respondeo idem, quod ad tertiam, nempe quod est impertinẽs ad clausulã in narratione facti propositam, qm̃ ille disponit solum de personis, cũ quibus tenentur contrahere matrimonium illi, qui vocãtur ad præfatũ maioratũ, & quæstio hæc quarta quærit de quibusdã personis, an debeant succedere in maioratu. Et præterea hæc quæstio vr̃ loqui de illa eadem persona, de qua loquitur quæstio tertia, & vr̃ secum pugnare, qm̃ quæstio tertia loquitur de illo, cuius mater erat nobilis, significãdo quod pater nõ erat talis, hæc autem quæstio loquitur de persona, cuius pater & mater erant nobiles. Verumtamẽ pro cõperto habeo q̃ si pater nõ posset succedere, nec filij eius possent, [i] nisi ex clausulis primogenij aliud colligeret. [k]

5 Ad desiderium aũt uolendi verum intellectum l. 3. [k] rñdeo primò non abs re id desiderari quo ad illã partẽ, quæ habet, natum ex fidalgo, & villana, esse quidem fidalgum, non tñ nobilem, & gl. ex illis verbis ibi colligit non dici nobilẽ, nisi qui ex vtroq; parente est nobilis, cuius tñ contrariũ est verũ, vt supra in secunda quæstione diximus, nẽpe q̃ natus ex nobili parte, & ignobili matre, est nobilis. Tũ quia hęc conclusio à plerisq; oĩbus recepta. Tũ quia ẽt probat̃ per principiũ eiusdem l. 3. quatenus definit fidalguiã esse [nobleza, que viene por linaso.] Cum ergo omnis definitio debeat cõuenire definito, ita q̃ de quocunq; dr̃ definitũ, debeat dici definitio secundũ oẽs, & per ipsam l. 3. natus ex patre nobili, & matre ignobili, sit fidalgus & habeat fidalguiam, necessario cõsequitur q̃ est nobilis, & habet nobilitatem. Tum quia id ipsum probatur per l. 2. [l] quatenus habet q̃ omnis [fidalguia est gentilezza,] & præsupponit q̃ ois [gentilezza est nobleza.] Cum ergo natus ex patre nobili, & matre ignobili, sit gentilis, erit quoq; nobilis. Tum quia præfata l. 3. non solum probat hmõi fidalgum esse nobilem, sed ẽt esse proprie nobilem: quia in vna parte probat q̃ fidalguia rectè definitur esse [nobilitas ex genere prouenies,] & in altera parte probat q̃ genitus ex patre nobili, & matre ignobili est fidalgus, & habet fidalguiã. Cum ergo prædicta definitio constet ex illo verbo, [nobleza,] q̃ ponitur pro genere, & ex alijs, quæ ponũtur pro dfia, ex quibus duobus debet constare [m] & nor. vtrobiq; [n] per Bart. cõiter receptũ, consequitur q̃ [nobleza,] est genus ad fidal-

a § consilium. ff. de pet. hæred. & l. in re mandata, C. mãdat.
b ca. de dig. lib. 12. c c. de inco. lib. 10. d de nobilitate c. 8. in princ. e ca. de decurio. li 50. f c. nouit. n. 3. de iud. g De testa. in princ. h De nobil. c. 18. n. 20.
i Arg. l. fi. C. de na. lib. k Tit. 21. l Eiusdem tit. 22. m ff. de tebona definitio, iux. l. 1. & sta. l. 1. §. dolũ. ff. de dolo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

guiam.cui consequens est, q̃ omnis fidalguia est proprie [nobleza,] & omnis fidalgus propriè nobilis, & consequenter cum per dictam l. 3. fidalgus, de quo loquimur, sit species nobilis, ꝑpriè dicitur talis, quoniam genus propriè dicitur de omni sua specie, secundum Bald. communiter receptum. [a]

a l. 2. C. de iure aureo. 6 anuu.

6 Respondeo secũdo, ex prædictis inferri, quod illa l. 3. non satis rectè intelligitur à sua glo. quatenus ait solum dici nobilem illum, qui ex vtroq; parente est talis, neq; ita intelligendam esse, vt velit dicere natum ex patre tantum nobili, non dici proprie nobilem, quoniam per prædicta concluditur q̃ ipsamet l. 3. probat contrarium. Quare dicendum est verum intellectum illius legis esse, q̃ natus ex patre tantum nobili est quidem nobilis, sed cæteris paribus non adeo, ac si esset etiam ex matre nobili natus. Pro quo modo intelligendi facit, quod expedit iura iurib. conciliari, [b] & ita intelligere vnam legem, vt sibi ipsi non contradicat, nec secum pugnet. Et prædicta l. 3. sibi cõtradiceret, secumq; pugnaret, nisi sic intelligatur.

b ca. cũ expediat. de elect. lib. 6.

7 Tum deniq; q̃ stylus Curiæ, & communis vsus totius orbis habet, qd̃ maioris habeatur, cæteris paribus, natus ex vtroq; parente nobili, quam natus ex altero tantum tali. Et ita ad mouendum Papam ad concedendum gratiam, dẽ in libellis supplicibus, quod orator est nobilis ex vtroq; parente. Et facit, & meritos, q̃ duo vincula fortiora sunt vno. [c]

c c. 1. de treu. & pace Authen. ista que commu nia, de successib. ab inte.

SVMMARIVM.

1 *Hæres cui testator, etiam pro exoneratione suæ conscientiæ, mandauit, vt faceret, quòd confessarius vel alter diceret, non tenetur credere tali petenti sibi aliquid clam restituendum dari, nisi aliunde præsumatur de eo quod petitur testatorem sensisse, nu. 4. Sed nec confessarius potest cogi, vt secreta reuelet nu. 3.*

1 *Captatoria voluntas non tenet, fallit in pia causa.*

2 *Vnius dicto vt credatur, is potest mandare, cuius solius dicto stare cogimur.*

2 *Legatarij persona cum non est omnino expressa, vel certa, illi debet solui, de qua verisimilius est testatorem sensisse.*

CONSILIVM XVI.

CLericus quidam, posteaquã in suo testamento grauauit hæredem ad instituendã vel faciendã certa annuersaria, reuocauit illud onus, & adiecit aliud, s. vt faceret illa, quæ confessarius eius ei diceret pro satisfactione obligationum, quibus tenebatur. Quo mortuo hæres volens adimplere voluntatẽ defuncti, petijt à confessario, vt diceret ei, quæ pia opera iusserat facere testator & ille respondit, vt traderet ei 400. scuta, vt ipse faceret ex illis, quæ sibi secreto commiserat testator.

1 Quæritur, an hęres teneatur ei credere, & tradere prædicta 400. Et pro parte negante facit primo, quòd voluntas captatoria non valet, [d] & prædicta voluntas testatoris videtur esse captatoria, quia pendet à voluntate tertij, iuxta l. [illa institutio.] [e] Secundo, quòd non videtur hæres teneri ad credẽdum confessario: vnde Bartolus, [f] dixit hęredem non teneri ad soluendum legatum inuentum scriptum in manu guardiani, ad quod se remittebat testator, nisi constaret illam schedulam esse testatoris, ergo nec consulens tenebitur soluere, quod dicit confessarius nisi testator id ei dixisset. Tertio quòd testator, qui relinquit aliquid dandum illi, cui voluerit dare Titius, videtur tacitũ fideicommissum in fraudem legis relinquere. [g]

d l. captatoria. ff. de hæredib. instit.
e ff. de hæred. instit.
f l. fi. ita scripsit. ff. de condit. & demonst.
g l. Lucius. §. fin. ff. de lega. 1.

1 Pro parte autẽ affirmante facit primo l. [Theopompus,] [h] quatenus habet stãdum esse dicto illius, cui stari voluit is, cuius solius dicto & dispositioni standum esset. Secundo, quòd l. [quem hæredi,] [i] probat hæredem, cui dixit testator, [dato aliquid ei, cui dixero tibi,] teneri ad dãdum ei, de quo testatorem intellexisse aliqua cõiectura cõstiterit, vbi dicit Bart. quod si testator reliquerit mille alicui, vt dẽtur ab illo illi, quẽ dixerit legatario & hęredi, si eo mortuo dissenserit hæres, & legatarius, dãda esse illa vni ex nominatis, qui verisimilius creditur fuisse nominatus à testatore, & ita creditur vni, ẽt contradicente altero, propter verisimilitudinem, & in casu proposito disponentis dicto stãdum erat, qui iussit, vt staretur dicto alterius, qui

h ff. de dote prælega.
i ff. de reb. dub.

qui dicit 400. scuta esse danda sibi ad quædam opera pia secreta, ergo standum est dicto eius, cum nemo possit dicere contrarium.

3 Tertio, quod dispositio captatoria ad pias causas valet iuxta cap. [cũ tibi] *a de testa.* & ei adnota. [a] vt Bartolus in hac ipsa *b in dict. l.* specie dicit, [b] & in hoc casu agitur de *Theopõpus.* relictis ad pias causas. Quarto, quod confessarius non potest cogi ad dicendum causas, & personas, ob quas, & qui *c Arg. c. om nis. de pœni tent. & remiss. & ca. sacer. de pe nit. dist. 6.* bus danda sunt illa 400. [c]

4 His pro vtraq; parte adductis arbitror hæredem prædictum nõ teneri ad credendum dictis cõfessarij, nisi quo ad ea, quæ per aliquas coniecturas sunt verisimilia intentioni d. testatoris, per de *d in dict. l.* terminationem Barto. [d] quem sequitur *Theopõpus.* Couarruuias. [e] Tum quia non constat, q̃ prædicta dispositio fuit facta ad pias *e in d. c. cũ tibi sub fin.* causas, nec confessarius illas exprimit, & quia videtur dispositio in alterius voluntatem collata, etiam quo ad substantiam eius, & habet qualem præsumptionem fideicommissi taciti in fraudem legis, iuxta d. l. [Lucius.] [f] quod confessarius velit illa, vel aliquot illorum sibi retinere, & denique quod non est standum eius dicto, nec aliis similibus, nisi quãdo per aliquas coniecturas dictum eius fieret verisimile, iuxta prædictam l. [quem hæredi.] [g] Salua, &c.

f §. fin.

g ff. de reb. dub.

SVMMARIVM.

1 *Debitor occultus testatoris, qui animo compensandi fecit, & testator horum ignarus minus quàm decreuerat, legaret, ab obligatione restituendi non liberatur.*

1 *Testari, & testari uelle, diuersa.*

2 *Propositum in mente retentum parit abortum.*

CONSILIVM XVII.

DEliberauit quidã relinquere 200. in suo testõ cuidã famulo suo debenti ei 50. clam minutatim sublata, & antequam relinqueret, dixit eidẽ se id deliberasse, qui respõdit se ob id gratias agere, sufficere tñ, vt sibi solũ relinqueret 150. idq; fecit animo compensandi prædicta 50. sublata, quæ ex 200. sibi legandis remittebat. Testatore mortuo, A & solum 150. legatis, quæsitum fuit an 50. quę debebat famulus, possit retinere vltra 150 legata loco aliorũ 50. quæ legasset defunctus, si ipse non impedisset.

1 Respondetur, teneri famulũ ad soluenda hæredi 50. q̃ clam subtraxit, si receperit 150. sibi legata. Tum quia velle testari, vel legare, non est testari, neque legare, arg. tex. cum glossa, [h] & ita non fuerunt ei legata 200. Tum quia licet mutare vltimam voluntatem vsque ad extremum vitæ exitum, [i] & ita quamuis legasset, potuit mutare illam voluntatẽ vsque ad mortem, quod & fecit. Tum B quod constat testatorem voluisse relinquere plusquã 150. tempore quo legauit, & si pdictus famulus acciperet 150. & retineret ea cũ alijs 50. subtractis, retineret 50. vltra contenta in legato, qd̃ nõ licet. Tum quia si famulus posset retinere illa 50. cũ 150. legatis, cẽseretur testator reliquisse 200. legando 150. & remittẽdo 50. cum remittere sit dare, [k] quod est absurdum dicere.

h in l. in vẽ dẽtis. C. de contrahen. emptio.

i cap. cum Martha. de celeb. Miss. & ca. vltima volun tas. 53 q. 2.

k c. veniẽs. 2. de testib.

2 Nec prodest quidquam illud bonũ propositum, quod habuit famulus, quia fuit occultum vti mentale ipsi testatori, & proposicum in mente retentum parit abortum, iuxta l. [si repetendi,] [l] cũ multis allegatis. Salua, &c.

l ca. de con dict. ob causam.

De Successionibus ab Intestato.

SVMMARIVM.

Statutum, quod uxore mortua sine liberis, vir lucretur partem dotis, non habet locum, si moriatur matrimonio non consummato. 1

Maritus pauper partem dotis lucratur, si uxor dines ante copulam obijt. 1

CONSILIVM I.

QVæritur, an quando coniux dines ante copulam carnalem, & post matrimoniũ per verba de præsenti cõtractũ moritur, maritus lucretur partem dotis. [m]

m per auth. præterea. C. vnde vires uxor.

1 Respondeo, plurima posse adduci pro vtraq; parte quæstionis, quæ cõgerit Felyn. [n] super statuto, vt vxore mortua

n in rub. de sponsal.

tua

tua sine liberis maritus lucretur certam partem dotis, an habeat locum in uxore mortua ante matrimonium consummatum.

Licet autem Felynus ibi teneat communiorem & veriorem esse partem negatiuam, & multis videri poterit idē dicendum esse de negatiua huius quæstionis, quod de negatiua illius, ego uero in præsentia magis inclino in partem affirmatiuam huius, ea ratione, quod præcipua ratio, qua Panormitanus ibidem citatus sequitur negatiuam illius, cessat in negatiua huius, & quod agatur hic de fauore pauperis succesturi pro parte in hereditate vxoris diuitis, & prouisione legali pietatem magis præferente. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Spurijs natis ex damnata copula, puta ex sacerdote ab intestato nō succedunt nec parentes, nec contra, nec etiam fratres. nu. 2. itemque nec ex testamento. nu. 3. & 4. nisi fuissent legitimati, quia tunc iuxta modum legitimationis successio attenditur. nu. 4. in spurijs autem non ex damnata copula, sed vulgo quæsitis conceditur successio. nu. 2.*

CONSILIVM II.

1 AD sequentes quæstiones respōdeo
a §. illud. versiculo, vltima si quidem. col lat. 7. b in c. tanta. num. 1. qui filij sint legitimi. c in tracta. de successio ne ab intest. p. nu. 45. d in authē. si quæ illustris. C. ad Orficianū, & in §. nouissime. in

Ad primam, præsupponēdo, quod quando filius sacerdotis fuit in sacerdotio, vel in sacro ordine genitus, & consequenter ex damnato coitu natus, pater nihil de bonis filij habere potest, quia filijs spurijs ex damnato coitu natis non succedunt parentes, nec contra parentibus ipsi spurij, iuxta anthenticam [qui modis nat. eff. sui,] a tradit Panormitanus, b Nicolaus Vbaldus. c

2 Qui expresse definiuit etiam fratres non succedere fratribus spurijs ex dāno coitu natis, licet secus in spurijs vulgo quæsitis, vt definiuit glossa recepta. d

3 AD SECVNDAM respondeo, quod sicut, vt prædictum est, spurij ex damnato coitu nati non succedunt suis parentibus, nec contra ab intestato, ita nec ex testamento, dicente Bald. c quod sicut non potest pater filium suum spurium instituere, ita nec filius parentem, & consequenter prædictus filius nō potuit tertiam partem relinquere matri, nec filia eius debet habere aliquid ex ea ratione huiusmodi ordinationis.

sit. eod. & i. d. §. illud. e In authē. licet. C. de natur. lib.

4 AD TERTIAM, quod ex prædictis ifertur, nihil de bonis prędicti filij deberi suo patri, nec suis fratribus, nec sororibus, & quod tertia, quam reliquit matri, est impendenda operibus pijs, sci licet monasterio S. Francisci, Quæ tria responsa intelligenda sunt præsupponē do, quod prædictus filius, de quo loquimur, non fuit legitimatus eo modo, quo communiter legitimantur filij, præsertim spurij ex damnato coitu nati, quorum, legitimationes sunt in effectu quędam dispensationes, per quas habilitantur ad succedendum parentibus, vel adcapiendum inter viuos ab eis aliqua interdum ex testamento tantum, interdū etiam ab intestato, nam si esset ita legitimatus vt esset restitutus natalibus, & factus omnino legitimus, paulo aliter esset respondendum, iuxta §. fin. authen. [quibus modis nat. eff. sui,] & iuxta legem 2. 3. & 4. f sed difficile & raro fit hoc vt in simili in d. l. 2. Salua, &c.

f ff. de nat. restitut.

SVMMARIVM.

1 *Clerico Romæ ab intestato morienti nec in fructibus ex beneficio receptis succedit Camera, vnde non illi, sed proximioribus si reperiri possunt, alioquin pauperibus sunt restituendi. nu. 2.*

2 *Aliena etiam alienigena & ignoti defuncti qui habet, prius inquirat de defuncti patria & propinquis, quibus non repertis deducto eo quod sic inquirendo expendit, reliquum pauperibus, & non prius distribuat.*

CONSILIVM III.

QVidam clericus obijt in Curia ab intestato, datis mutuo cuidā suo amico nonnullis pecunijs de creditibus suorum beneficiorum. Quæritur, cui teneatur is mutuatarius illas restituere.

1 Respondeo, quod præfatus D. cōsulens non debet restituere illas Cameræ Apostolicæ per partem bullæ Iulij III. a nobis translatā in tractatu de spolijs. a

2 Secūdo, quod tenetur restituere hæredibus eius, illis enim debentur bona clerici moriētis ab intestato Romæ per dictam bullam Iulij III. quæ in hoc consonat iuri communi. b Tertio, quod si ignorat hæredem eius, debet inquirere mater, frater, vel soror, & his deficientibus alius proximior gradu, & restituere illa huiusmodi proximiori, deductis impensis, si casu oportuerit facere inquisitionē hmōi. Quarto, quod non sufficit restituere illa pauperibus, vel pijs locis nisi casu quo non inueniretur aliquis hæres, quod non est credibile, si autem per debitam diligentiā adhibitam nullus inueniretur hæres, tūc deberet restituere illa pauperibus, vel alijs operib. c

a super ca. non liceat 2. Pape. 12. q. 2. §. 6. in principio. b Authent. de hær. abin test. coll. 9. & inst. de hæred. abintest. veni. c c. cum tu adiecta gl. de usur.

SVMMARIVM.

1 *Extrauagans Iulij III. qua statutum est debita nec legata pia facta à beneficiato tempore infirmitatis soluantur ex fructibus nondū exactis subdura uisa fuit: nec habet locum, vbi semel tantum collector spoliorum fuit deputatus. nu. 3.*

2 *Fauorabilis censetur illa lex & dispositio, per quam res ducitur ad pristinam suā naturam.*

3 *Cōsuetum ad hoc vt quid dici possit, necessario requiritur, quod saltem bis fuerit factum, idem de soltio contra Bartolum probat Decius fallit in illo unico actu, qui sortitus effectum causam habēs successiuam, multo tempore continuauit.*

CONSILIVM IV.

BEneficiarius quidam in terris, vbi tantum semel collector Apostolicus positus fuit, obiens mortem, reliquit multa debita, & multos fructus sui beneficij inexactos. Quæritur an ex eis possit creditoribus satisfieri.

1 Extrauagās fe. re. Iulij III. publicata anno 1550. mēse Iunio perdura visa fuit multis iā inde à principio promulgationis eius, dixi in tractatu de red. eccles. d ita quod arbitror non fuisse receptā in Gallijs, nec etiam in Hispanijs, & minus extensionem eius, quam publicauit anno 1550. mense Augusto, qua statuit ne soluerentur debita beneficiarij contracta, neq; legata: pia tempore infirmitatis facta ex reditibus nondum exactis.

2 Ex hoc sequitur, constitutionē, quæ illas tolleret, vel limitaret, dignam fore fauore, quia per eam fieret reuersio rei saltem ex parte ad suam præstinam naturam, quod est fauorabile, e & consequenter tertiam præfati Iulij extrauag. publicatam anno 1551. mense Iunio, quæ limitat illas ne habeant locū in terris, vbi nō consueuerunt à S. Sede Apostolica poni collectores, videtur esse fauorabiliter interpretandam.

Quo fit vt videatur resoluendum, q in casu præsenti non habeant locū præfatæ duæ constitutiones. Tum quia tanquam exorbitantes à iure communi debent restringi. f Tum quia per hoc res in sua pristina natura cōseruatur, quod est fauore dignum, vt prædictum est.

3 Tum quia non fuit in loco præfato nisi semel positus collector, & ita nō pót dici, quod ibi cōsueuerunt poni collectores, quia ad hoc, vt aliquid dicatur consuetum, est necessarium quod saltē bis sit factum, ſm omnes per l. 3. §. imò g etiam ad hoc, vt dicatur solitum, vt efficacier probat Philippus Decius, h contra Bartolum. i Tum quia verba præfatæ tertiæ extrauagantis concipiuntur in numero plurali ibi, [In quibus collecto res præfati deputari, seu esse non cō sueuerant.] & pluralis locutio saltem duo requirit. k Tum denig; quod licet vnus actus sortitus effectum habēs causam successiuam, multo tempore continuatus faciat dici rem consuetam, iuxta textum singularem in c. [cum de beneficio,] l constitutio tamen collectoris, de qua in casu proposito, nō fuit sortita effectum, neq; continuata, vt in facto proponitur, &c.

d q. 2. mon. §. num. 4. f Reg. quæ à iure lib. 6 g C. de epi. scо. audien. h In rubr. de consuet. i in leg. ſtē mala. ff. de alim. et cib. leg. k c. plura lis. de reg. iu. li. 6. cum cōcordant. l De prab. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Clericatus ad hoc vt dicto unius probetur, requiritur, & deponat se vidisse illum ab Episcopo ordinari, sed nec sufficit, si agatur de tertij præiudicio, sed & coniectura procedens ex eo, quod pileum clericorum gestaret, & cantaret in choro, est debilis, cum multi laici id faciant nu. 4.*

Cleri-

2 *Clericus in minoribus non beneficiatus licite pōt exercere ea omnia, quæ licent laicis, immo & in sacris constitutus, ad se & suos honeste sustentandum, potest aliquam honestam exercere negotiationē. Vnde nec bona, quæ sic quæsita morientes relinquunt, sunt spoliū Camerę Apostolicæ reseruatum. nu. 3.*

CONSILIVM V.

NPrætensus clericus negotiationē ad se suosq; sustentandum exercendo aliqua bona mobilia & immobilia sua industria sibi cōparauit, post cuius mortem spoliorū commissarius prætendit illa esse spolia, & consequenter ad Cameram pertinere, probando per vnum testem, qui erat prædicti N. inimicus, ipsum fuisse clericū, & per alios multos, quod gestare solebat pileum rotundum, & canebat in choro Ecclesiæ. Quæritur, quid iuris.

1 Quod bona prędicti prætensi clerici non sint spolia, neq; ex eis debeant illa colligi, facit primò, & quidem peremptorie, quod non probatur fuisse clericus, vt in facto proponitur: quando quidem nullæ literæ suæ ordinationis ostendun tur, nec ex confessione ipsius, qui iam mortuus est, potest id constare, & quod solus vnus testis dicitur id affirmare, quod nihil prodest. Tum quod oportet vt dicat se vidisse illum ordinari ab Episcopo, quod raro contingit in ordinatione primæ tonsuræ. Tum quod dicitur esse inimicus, & ita non est ei credēdum. [a] Tum quod testimonio vnius, quācunque sit dignitatis, in præiudicium tertij non creditur. [b]

2 Secundo, quod oīs clericus nōdum ordine sacro initiatus, & carens beneficio pōt sine ullo peccato exercere omnia illa, quæ potest laicus, vt tradit Panor. [c] & nos latius declaramus in Man. conf. [d] at præfatus assertus clericus nullo sacro ordine erat initiatus, neq; beneficiatus: ergo potuit negotiari, mercari, ferre arma, & facere alia, quæ alius laicus, & consequenter nō possiunt eius bona capi ratione negotiationis, & certe in Hispania & Gallia Reges defenderent illum, ne uocaretur super hoc ab vllo iudice Ecclesiastico.

a ca. cū P, de accusat. c. per tuas. de simon.
b cap. cum à nobis. de testi.
c in c. 1. & 2. de postuland.
d cap. 25. nu. 210.

3 Tertio quod etiā clericus in sacris constitutus pōt exercere negotiationē alias honestam, ad se & suos honeste sustentandum, iuxta glossam, [e] quam etiā nos ad hoc citamus, & sequimur vbi supra, & in facto præsupponitur eū usum fuisse aliqua viuendi arte honesta ad se suosque sustentandos, ergo, &c.

e in c. peruenit. nu. 87. dist.

4 Quarto, quod debilis cōiectura est gestatio pilei rotundi ad probādum clericatum, cum plurimi laici etiam coniugati illum vbique gentium deferāt, præsertim ij, qui sunt cursores, & in choris Ecclesiarum solent officia diuina cantare, quod fecisse, dum viueret, præfatum clericum in facto proponitur. Salua, &c.

SVMMARIVM.

Fiscus nec etiam in uita delinquentis aliquid consequi potest, si ultra fideicommissum concurrat alienandi prohibitio. 1

CONSILIVM VI.

AN succedat fiscus in bonis prohibitis alienari, si usufructuarius damnatur propter maleficium patratum, & sci. facinus commissum?

f §. Cornel. ff. de iur. fisci.
g in l. filius famil. §. ad facinus. nu. 36.

G 1 Respondeo, quod non, ēt quo ad vitam prohibiti iuxta l. [Statius] [f] quia passim admittūt Doctores, quod vbicūque vltra fideicommissum cōcurrit alienādi prohibitio, fiscus nec in vita delinquentis aliquid consequi possit, vt post Bartolum, Paulum, Alexandrum & Angelum tradit Crotus, [g] Ripelum, [h] Curtius Iunior. [i] Roland. cons. 98. nu. Peronius, [l] Bossius, [m] Iulius Clarus testās de cōmuni. [n] Alexander, [o] Ruinerius. [p]

h num. 47. uersic. nem expressa. de leg. 1.
i in consil. 220. n. 11. k 19. lib. 2. l q. 41. n. 5. m de bonis publ. n. 34. in pract. criminal. n in sua pr. §. 5. q. 1. lib. 5. o in consil. 23. num. 3. lib. 1. p Cōs. 124. num.

SVMMARIVM.

H
1 *Fructus beneficiorum inter successorem, & prædecessorem debent secundum communem diuidi, prout inter proprietarium fin. lib. 5. q. & usufructuarium finito usufructu fit 78. uers. ité seu inter fideicommissarium, & eum quæro nunc cui hæreditas cedente die fideicommissi, quid in consequitur. num. 5. & sic præcesser debet fiscatione. habere fructus, qui reperiuntur collecti, uel cæperunt deberi ante eius obitum, relinquit speciant ad successorem. numero 7. & hoc dummodo in loco non adsit alia particularis consuetudo, uel statutum. nu. 5.*

num. 1. quia hæc sunt primo loco attenda. nu. 4.
2 *Anni initium uarie secūdum diuersas materias, regiones, & prouincias computatur. & nu. 6.*

CONSILIVM VII.

ANno Domini 1571. de consensu bon. me. Card. Vuarmiensis, fuit deputatus in episcopatu Vuarmiēsi auctoritate Apostolica cum futura successione coadiutor N. cui fuerunt reseruata omnia incerta iura, & emolumenta dicti episcopatus. Reliqui reditus certi, qui in censibus annuis à colonis dicti episcopatus certis anni festiuitatib. per solui solitis consistunt, per eundē Cardinalem seu eius œconomum exigebantur, vt prius, & fuerunt exacti, vsque per totum annum 78. Demum, sicut Domino placuit, quinta Augusti anno 79. Cardinalis decessit.

Quæritur, nū census anni 79. qui proxime mensibus Septembris, Octobris, Nouembris, & Decembris exacti sunt, vsq; ad diem obitus pro rata parte Cardinali, vel eius hæredibus debeantur.

1 Pro huius decisione præsupponendum primò, q. circa diuisionem fructuū beneficiariorum faciendam inter prædecessorem, & successorem tres opiniones sunt. Prima communis, quam tenet glossa, [a] prout habet Couarruuias, [b] qui citat multos, qui apud eum videri possunt, quam etiam nos sequimur in tractatu de red. eccles. [c] quæ habet diuisionem eorum esse ita faciēdam inter eos, ac inter vsufructuarium, & proprietariū finito usufructu, de qua in l. [si vsufructuarius, [d] Secunda est. quæ habet esse faciendam, ita vt debet fieri fructuū rerum dotalium inter maritum, & uxorem facto diuortio, vel inter hæredes eorum, de qua traditur in c. [de diuisione. [e] Tertia, quam nos insinuamus vbi supra, quod est facienda secundum statuta, & consuetudines prouinciæ, & episcopatus.

a cap. si pro pter. de resc. lib. 6.
b l. 1. c. 15. uar. resol.
c q. 2. mon. 13.
d ff. quibus mod. usufruct. amitt.
e & l. diuortio. ff. soluto matrim.

2 Secundo, quòd annus fructuum, de quorum diuisione dubitatur, in varis regionibus, vel prouincijs varium principium habet: nā alicubi incipit à die Circuncisionis, alicubi à festo D. Martini, & quod aliter incipit annus fructuū diuidendorum quo ad diuisionem faciendam inter virum, & vxorem, vel hęredes eorum, facto diuortio, & aliter quo ad diuisionem fructuum diuidendorum inter præcessorem, & successorē beneficij.

3 Quoad hanc enim incipit à die præstituto à lege, statuto, vel consuetudine licet varia variarum regionum, quo ad illam autē incipit à die traditionis fundi, vel prædij dotalis, vt patet ex l. prędicta [de diuisione.] ff. sol. matrim.

4 His præsuppositis, resp̄deo primò, quòd constitutiones, siue statuta, & consuetudines prouinciæ, vel episcopatus Vuarmien. si quæ sunt, debent seruari, argumento, [f] & l. 2. [g] & notatorum in cap. [cum omnes,] [h] & in l. [omnes populi. [i]

f cap. fi. de consue.
g C. quæ sit long. cōsue.
h de consti.
i ff. de iust. & iu. & in l. de quibus ff. de legib.
k præd. l. si usufructua rius. ff. quibus mod. usufr.
l Le. Herennius. ff. de usur.

5 Secundò, q. cessante iure particulari, mihi videtur seruanda prima opinio scilicet, qđ debeat fieri diuisio fructuū inter præcessorem, & successorem beneficij, eo modo, quo est faciēda inter vsufructuarium, & proprietarium finito vsufructu, [k] amit. vel etiam inter fideicommissarium, & eū qui restituit fideicommissum, cedente die restitutionis faciēdæ, [l] & consequenter præfatus Illustriss. attento solo iure communi, deberet habere omnes fructus collectos, vel debitos ante suam mortem, & reliquos omnes successor eius, non habita rōne partis anni, qua vixit. Tum quia hæc est, vt dixi communis ferè oīum opinio. Tum quia, vt nos diximus vbi supra, nullus textus, nec vlla ratio cogit, vt discedamus ab ea. Tum quia rationi omnium fortissimæ, quæ pro secūda opinione fieri pōt, nos ibi rndemus, & ob id discessimus ab opinione præfati Couarruuias, & aliorum paucorum, qui dixerunt diuisionem præfatam esse faciendam instar diuisionis faciendæ inter virum, & vxorem, vel hęredes eorum, facto diuortio.

m in titul. de instru. edit. col. 1.
n decisione 3. & 4. de iud. in nou. & 17. eodē in antiq. & 2. de verb.

6 Tertiò, quod annus vario modo capitur, nam annus, quem aliqui appellant legalem, & apponitur instrumentis notariorum, secundum vsum Romanum, & Hispaniæ, incipit à Natiuitate Domini, & in Gallia, & Anglia à die Annunciationis, vt tradit Speculator, [m] *sign. in an.* & Rota. [n] Cum autem statuitur annus *tiq.*

ad

Universidad de Deusto Biblioteca

ad aliquid faciẽdum, computatur à die, quo potest, vel debet incipere illud, vt est in cap. [cum sit Romana,[a] & alijs similibus & quo ad diuisionem fructuum inter virum & vxorem, facto diuortio, incipitur à die traditionis fundi dotalis,[b] & quo ad diuisionem fructuum inter Episcopatum vel alium habentem priuilegium accipiendi fructus primi anni beneficij vacantis incipit à die vacationis, vt dicit glossa.[c]

a de appel. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil.
b le. de diuisione. ff. solut. matr.
c in cap. si propter. ver bo primi anni de resc. lib. 6.

7 Quo ad diuisionem aũt faciendam inter præcessorem & successorẽ beneficij non videtur iure communi cautũ, à quo tpe incipere deberet, immo nec vt necessarium id inquirere, vel scire ẽm opinionem, quam sequimur scilicet, qđ diuisio debeat fieri inter eos, ac inter usufructuarium & proprietarium, quia secundum illam præcessor debet habere fructus, qui fuerunt collecti, vel cœperunt deberi intra tempus, quo ipse habuit beneficium, & reliquos successor. Secundum aũt alteram opinionem quæ tenet illam faciendam, vt debet fieri inter virum, & vxorem facto diuortio, debet incipere à die acquisitionis beneficij, vel vacationis eius, aut à die statuto per constitutionẽ, vel consuetudinem particularem, ẽm quam, vt prędixi mus, alicubi incipitur à Kal. Ianuarij, alicubi à die omnium Sanctorum, vel B. Martini, sed, vt prædixi, hæc inquisitio non est necessaria iure communi, secundum communem opinionem, quã sequimur, quam etiam in monit. 13. fui mus sequuti. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Fructus beneficiorũ separati à solo, ẽt non exacti de iure spectãt ad beneficiariũ Roma defunctũ, & eius legitimos haredes, quales in foro conscia non sunt diuites, nec in utroq; foro legitimi, nec episcopus de eis põt disponere: licet morientium extra Vrbẽ sint iure cõi reseruati Camerę Apostolicę per bullam de spolijs nu. 2.*

CONSILIVM VIII.

AD quęstionem respondetur primo quod iure communi fructus beneficij collecti, vel à solo separati nõdum exacti pertinent ad beneficiariũ, vel ad iustos hæredes eius, & non ad dispositionem ordinarij, qui nihil potest disponere de illis vltra id, quod ei iure reseruatur. Dixi, [iustos hæredes,] quales non essent legitimi, vt statuit Pius V. in extrauagante [quæ ordini,] relata à nobis in comment. de spolijs:[d] neque alij homines profani diuites quo ad forum cõ scientiæ, vt diximus vbi supra, super bulla Iulij III.[e]

d §. 19. nu.
e §. 5. nu.

2 Et ita nihil potest de illis disponere ordinarius, neq; Papa disponit, quia licet spolia pertineant ad eum iure communi, per bullam tamen prædicti Iulij III. spolia morientium in Romana Curia pertinent ad hæredes prædictos.

SVMMARIVM.

Intellectus cap. 16. sess. 25. de regularibus Concilij Tridentini.
Religionem ingresso., & ante professionem exeunti, uel morienti donata restituũtur ex decreto Conc. Trid.
Monasterij non fiunt bona morientis ante professionem.

CONSILIVM IX.

AN decretum Cõcilij Tridentini,[f] dum disponit, quod monialibus abeuntibus ante professionem omnia restituantur, procedat etiam in morientibus ante emissam professionem, an vero, quæ data sunt, remaneant monasterio?

f Sessio. 25. cap. 16. de regul.

1 Respondeo affirmatiue, q̃ illud decretũ perinde habet locũ in monachis morientibus ante professionẽ, ac in abeuntibus ante illam. Tum quia etiã morientes dicuntur abeuntes, iuxta illud Terentij in Phormione, [ea mortem obijt,] & de medio abijt. Tũ quia eadem ratio est de abeunte per mortem, & de abeunte per exitum: ratio enim, quare abiens per exitum debet habere ea, quę dedit ante professionem, est, quod ante illam non erant facta monasterij, secundum omnes: & constat secundum gleros q; oẽs, quod ea quæ morientis erant ante professionem, non fiunt monasterij, vt latius tradimus nos post alios in 12. q 2. nu. comment. 2. de reg.[g] vbi scribuntur alia 49. & seq

g Super eo. nõ dicam.

necessaria quo ad confirmandũ hoc responsum, quæ quia ibi videri possunt, frustra hic insererentur. Salua, &c.

De Sepulturis.

SVMMARIVM.

1 *Sepultura ecclesiastica locus potest ab eo, cui competit libera facultas ad sepulturam in sua Ecclesia admittendi, concedi alicui, ad effectum, ut et liceat mortuos suos ibi sepelire. Quod si uelit ita concedere, ut alij non possint ibi sepelri: requiritur eadem solemnitas, qua in alienatione rei Ecclesiæ, loci autem dominium, cum sit sacer, nullo modo potest in alterum trãsferri: idem etiam dicitur de cõstructione sepulchrorum. nu. 3.*
2 *Exempti regulares, eorum ue loca non cõprehenduntur cõstitutione Episcopi, etiã facta in Concilio prouinciali.*

CONSILIVM I.

QVæritur, an constitutio Concilij prouincialis, ne sepulturæ locus quouis nomine cui quam detur, neve sepulchra fiant in vlla quauis Ecclesia sine Episcopi consensu, valeat, nec sit hoc decretũ contra regulares mendicantes exẽptos & alios qui habent priuilegia sepeliendi in Ecclesijs suis.

1 Ad has quæstiones videtur dicendum in primis, quod locus sepulturæ dari potest tribus modis. Primo, vt is cui datur, fiat dominus eius. Secundo, vt habeat ius sepeliẽdi i eo mortuos suos, & impediendi, ne alij sepeliant in eo. Tertio, vt possit sepelire aliquem in eo, vt satis videtur colligi ex textu in capit. [abolendæ,[a] & notatis per Innocentium, Panormitanum & alios ibi, & ex clem. [dudũ.][b] cum ei annotatis per Cardin. & alios.[c] Secundo, dicendum, quod primo modo nulli potest dari locus sepulturæ etiam cum auctoritate Episcopi, quia rei sacræ dominiũ nullus potest habere, & quod secundo modo non potest dari sine auctoritate Episcopi, neque cum illa sine iusta causa & seruata forma in alienandis rebus Eccle

a de sepult.
b §. huiusmodi.
c de sepult.

fiæ seruanda, quia licet per illum modũ non transferatur rei dominium, non transfertur tamen vsus eius, & quoddã ius sepeliendi: quod fieri nequit, nisi seruatis canonibus de non alienãdis rebus Ecclesiæ, de quibus capit. [sine exceptione,][d] Tertio vero modo potest dari à quolibet habente liberam sepulturam, vel ius admittendi ad sepulturam in sua Ecclesia, per prædictam Clementinam & ei adnotata, sine auctoritate speciali Episcopi per auctoritatem quã habet à iure communi, vel priuilegio aliquo legitimo.

d l. inter sti pulantẽ. §. sacram. ff. de uerborũ oblig. & §. supra Inst. de rer. diu.

2 Tertio dicendum, quod prædicta constitutio nihil præiudicat exemptis, cum Prouincialis non sit superior eis, & extra suum territorium sua lex non ligat.[e]

e 12. q. 2. es ca. nulli. de reb. eccl. nõ alien.

3 Quarto, quod idem videtur dicendum de concessione facultatis faciendi vel construendi sepulchrum, quod dictum est de seruando modo dãdi alicui locum sepulturæ, cum de similibus idẽ debeat esse iudicium.[f] Salua, &c.

f cap. 2. de const. lib. 6. et l. fi. ff. de iurisd. omn. iudic.

SVMMARIVM.

1 *Sepulturam filio impuberi nec uiuo, nec mortuo eligere potest, nisi consuetudo aliter se habeat, & nu 4. licet ipse teneatur ad funeris expensas, possitque pro eo instituiones, & substitutiones facere. num. 2.*
3 *Sepulturæ electio est quid spirituale, ad quæ in filium non se extendit patria potestas, estq; actus ultimæ uoluntatis, unde usq; ad mortem potest mutari. nu. 5.*

CONSILIVM II.

QVæsitum est, an valeat electio sepulturæ facta à patre sibi, & familię suę, omnibus viuẽtibus, in Ecclesia fratrum Prædicatorũ, omissa Ecclesia, in qua alias de iure erat sepeliendus, ita vt eius filius impubes, qui postea mortuus est, sit sepeliendus in ea.

1 Respondetur, quod non, si consuetudo terræ non habet ut pater possit eligere sepulturam filio impuberi, per capitulum [licet.] de sepult. lib. 6. vbi est casus de hoc expressus.

Con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Contra quam tamen responsionem E videntur facere quatuor. Primum opinio Vicentinij Lapi, Goffredi, & Ho-
a in d.c.lic. stiensis, quos ait Dominicus, [a] contrariũ tenuisse, scilicet quod pater potest impuberi filio eligere sepulturam, etiã si consuetudo id non haberet.

2 Secundo argumenta, quibus illi Domini mouebantur, scilicet, quod pater potest facere filio impuberi testamen-
b ca. si pat. de test. li. 6 tum, [b] & substituere illi etiam in bonis maternis, [c] & tenetur facere impensas
c l. 1. ff. de vulg. eius funerales. [d] Tertio, quod eadem vel maiore ratione videtur posse illi eli-
d l. filius ff. de in rẽ ver. gere sepulturam, quam facere prædicta F tria, cum videatur minus præiudicialis. Quarto, quòd prædictum capitulum [licet] solum videtur loqui de patre eligente sepulturam filio impuberi mortuo, & in casu proposito videtur agi de patre eligente sepulturam filio impuberi viuo.

Sed ad horum primum respondetur, quod prædictorum Doctorum citatorum opinio fuit correcta in prædicto cap. [licet.] quod ipsi nõ viderunt, quia fuit compositum à Bonifacio VIII. ante quem ipsi scripserunt, vt videre
1 est in nomenclatura scriptorum ecclesiasticorum.

3 Ad secundum autem respondetur, quod, licet laborauerint Doctores in reddenda ratione, cur pater possit facere filio impuberi tria prædicta, & non eligere sepulturam, nisi consuetudo terræ id habeat, vsque ad Ioannem Imolensem, post eum tamen facile reddiderunt eam Dominicus & Francus, scilicet, quod prædicta tria, quæ potest facere pater filio impuberi, sunt temporalia, eligere autem sepulturã est quiddam spirituale, & constat patriam potestatem non extendi ad spiritualia filij, H sicut ad temporalia eiusdem, per capit.
e de iudic. lib. 6. [si annum.] [e] Per quod soluitur etiam tertium, quod fundatur in rationis identitate, cum per hoc appareat esse longe diuersum.

4 Ad quartum autem respondetur negando, quod prædictum cap. [licet.] debeat restringi ad patrem eligentem sepulturam filio impuberi mortuo, & non extendi ad patrem eligẽtem illam filio impuberi viuo. Tum quia generaliter loquitur de patre eligente sepulturam filio impuberi, non se restringendo ad mortuum neque viuum, & ita est intelligendum generaliter de viuo, & mortuo. [f] Tum quia non potest dari ratio, cur pater põt eligere plus viuo, quã mortuo, immo in vtroque casu vt plurimum eligitur sepultura morituro, antequam moriatur. Tum quia magis pro hibetur electio sepulturæ viuo, quam mortuo, arg. cap. 1. [g] quatenus grauissime prohibet, ne quis viuus inducatur ad eligendum sepulturam sub voto, vel iuramento, vel promissione de non mutando illam electionem.

5 Tũ quod electio sepulturæ est actus pertinens ad vltimam voluntatem, vt aiunt Doctores, præsertim Dominicus, & Francus, [h] & potest vsque ad finem vi
h in d. cap. tæ reuocari, sicut vltima voluntas, iux-
cat. ta cap. [vltima voluntas,] [i] & ita qui
i 23. q. 2. eligit sepulturam viuo, eligit in effectu mortuo, cum non sit ante mortem sepeliendus, cumque possit illa electio
k c. cũ Mat thæ. §. cæterum. de cel. Miss. ante mortem reuocari, quandoquidem testamenta, & vltimæ voluntates morte confirmantur. [k]

G SVMMARIVM.

1 *Sepeliri debet in loco sacro extractus de ventre matris, si sit, licet non solemniter baptizatus, perinde ac quilibet alius solemniter baptizatus, cum aque & tantum sacramẽtum recipiat vnus, ac alter.*

2 *Sacramentalia vt Catechismus, & Exorcismus non conferunt gratiam ex opere operato.*

CONSILIVM III.

H AN infans baptizatus recte intra vel extra ecclesiam sine solemnitate solita, moriens antequam illa suppleatur, possit iustè in Ecclesia vel cœmiterio sepeliri cum cruce, & alijs solitis adhiberi sepulturæ infantis solemniter baptizati?

1 Respondeo, ℣ sic. Tum quia id colligitur ex Hostiẽ. in summa, [l] quatenus
l de cõsecr. eccles. §. & an sit. habet, puerum ex ventre matris mortuæ extractum sepeliẽdum esse in loco sacro, si extractus fuerit baptizatus, & certum

certum est eum intellexisse de baptizato in necessitate sine solita solemnitate, nec est qui contradicat ei. Tum ob illam firmissimam rationem, quod standum est regulæ, nisi probetur contra-
a l. 1. de reg. iur. glo. rium. [a] At regula est, quod omnis Chri-
in l. omnis definitio. eo. tit. & in rub. stianus debet in loco sacro sepeliri, [b] & constat prefatum puerum esse Chri-
eo. tit. lib. 6. stianum, & charactere Christian. insigni tum per c. [quemadmodum.] [c] & nullo iure speciali prohibetur, quod non pos-
b Arg. c. ec sit & debeat sepelıri cum solemnitate
clesiam, de consecr. dis. crucis & luminarijs, instar aliorum in-
1. & toto tit. fantium baptizatorum solemniter. &
de sepult. in probatur ea ratione insolubili, quod is B tam Christianus est, quàm ille, & quod
decr. 6. & clem. tantam gratiam sacramentalem habet, sicut ille.
c 37. q. 7. 2 Nam sacramentalia non conferunt gratiam ex opere operato, quia id sola sacramenta efficiunt, secundum om-
d in 4. d. 1. nes, [d] & puer sine solemnitate baptizatus tantum sacramentum percipit, quantum solemniter baptizatus, quia exorcismus, & alia quæ fiunt in baptismo solemni, non sunt sacramenta, sed solum sacramentalia, quæ Ecclesia fieri
e in 4. d. 2. præcipit, secundum S. Thom. & alios; [e] est etiam tanto Christianismi charac- C tere insignitus hic, ac ille; ergo non est cur nõ debeat sepeliri, vt Christianus, quemadmodum ille. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus ob debitum si moritur contritus, coram Deo est absolutus: secus coram Ecclesia: quia ante absolutionem non est sepeliendus in sacro: absolutus autem etiam à parocho, & sepultus, non est exhumandus, sed hæredes cogendi vt satisfaciant, nu. 1.*

2 *Absolutio ab excommunicatione, quam moriturο dat parochus, prodest etiam quo ad forum exterius.* D

CONSILIVM IV.

AN excommunicatus propter debitum descendens ex delicto, vel cõtractu; mortuus ante solutionem, debeat sepeliri in sacro, vel sepultus deberit exhumari, cum ante mortem ostẽderit signa contritionis.

Nauar. Cons. Pars I.

A 1 Respondeo, quòd etiam si huiusmodi excommunicatus ante mortem ostẽdisset signa contritionis, & non fuisset absolutus à parocho, non erat sepeliendus in loco sacro, donec obtineretur absolutio ab eo, à quo sanus debebat absolui: absoluendus enim erat ab eo, qui eum sanum posset absoluere, vt est casus in c. à nobis 2. de sent. excommu. per quem textum à contrario sensu, &
f De sepult. in cap. fina. [f] in sensu directo probatur, quod, qui non solum monstrauit signa contritionis, sed etiam fuit absolutus à parocho, potuit in sacro sepeliri, & alijs suffragijs Ecclesiæ iuuari. vnde in casu præsenti possunt hæredes mortui cogi ad satisfaciendum eis, quibus ille debitor erat ex maleficio, vel contractu, per præfata duo iura.

2 Scio tamen posse aliquibus moueri scrupulum super probatione huiusmodi absolutionis, quòd illa solum forum conscientiæ spectare videatur: cum dictum cap. fina. loquatur de absolutione in forma Ecclesiæ. Item quod per aliquod bullas Apostolicas & iobelæa datur potestas absoluendi, quæ tamen nõ prodest, nisi quo ad forum conscientiæ si aliud in eis non exprimitur: ex quo clarè significant, absolutionem per contritionem contingentem sufficere quo ad Deum, absolutionem autem, quæ fit per presbyterum, sufficeret etiam quo ad forum exterius: quod & nos diximus
g c. 26. n. 31 in Man. [g] Hi tamen scrupuli satis tolluntur ex eo, ℣ præfata duo cap. ponunt differentiam inter absolutionem quo ad Deum per solam veram contritionem, & eam quæ fit per sacerdotẽ post contritionem. Itaq; concludo, non esse exhumandum istum mortuũ, sed hæredes eius cõpellendos ad satisfaciẽdum.

SVMMARIVM

Immunis à peccato est, qui post Concilium Tridentinum sepelit excommunicatum, & interdictum, absolutum: tamen in articulo mortis à simplici sacerdote: Item & excusandus est qui ante Concilium Tridentinum bona fide idem fecisset, nu. 3. quod si non erat adhuc denunciatus, poterat etiam non absolutus sepelıri ex beneficio extrauagantis ad euitanda, nu. 2. 1

CONSILIVM V.

AN qui sepelierunt mortuum excommunicatum, vel interdictum, absolutum in articulo mortis à simplici sacerdote, peccauerint?

1 Respondeo primò qnòd non, secundum sententiam, quam aliàs tenendam diximus post Concilium Tridentinũ.[a] Præterea quis; vt in c. fi.[b] probatur, qui non solum monstrauit signa contritionis, sed etiã fuit absolutus à parocho, potest in sacro sepeliri, & alijs suffragijs Ecclesiæ iuuari.

2 Secundo, quod idem est dicendum secundum antiquiora iura, si mortuus excommunicatus, vel interdictus, nondum erat denunciatus: quoniam communicans excommunicato, vel interdicto viuo, vel mórtuo, nondum denunciato non peccat, per extrauagantem Martini V. relatam à nobis fideliter in nostro Manu. confess.[c]

3 Tertio, idem esse dicendum, si erat denunciatus absolutus in articulo mortis ab aliquo sacerdote simplici etiam secundum antiquiora iura, si bona fide id fecerunt: quia probabiliter credere potuerunt suffeciße absolutionem simplicis sacerdotis, cum iura ipsa dicant eam sufficere sine limitatione. Fundamentis alterius opinionis satis respon-sum est ibi, ad effectum probabiliter credendi illum fuisse bene absolutum, *tuas. & in* quod sufficit ad excusandum à peccato. to transgressionis legis humanæ male; *cap.* 1. sed bona fide intellectæ, per dictum *de fall.* 7. singulare Innocentij,[d] & allegata per *de re iudic.* Felyn.[e]

a Sess. 14. *cap.* 7.
b de sepul.
c c. 27. *nu.* 34. *& seq.*
d in ca. per
c. 2. *de sim.*
e in cap. 1.

SVMMARIVM.

1 *Contritus mori in dubio non præsumitur, qui moritur in actu peccati: vnde nec debet Ecclesiastica sepultura tradi. nu.* 4.
2 *Sepeliri regulariter debet ois, qui in Quadragesima confessus est, & in Paschate communicauit. nisi constet eum in peccato mortali mortuum fuisse.*
2 *Meretrix olim qua fuit, si in Paschate communicauit, reperta in domo olim amarij nocte ab amasio occisa, in dubio debet præsumi mortua non in actu peccati, sed contrita, vnde & sepelienda.*
3 *Occiduntur cum aliqui, vt mulieres ob incontinentiam à propinquis, vel etiam alter, in dubio præsumuntur inuocato nomine Iesu, & sic contriti mortui: vnde & sepeliendi.*

CONSILIVM VI.

AN priuari debeat sepultura ecclesiastica meretrix, quæ in Paschate confessa est, & communicauit, & modo reperta fuit innumeris vulneribus confossa, & mortua in domo cuiusdam sui amici; nulloque pacto constare potest, quod mortua fuerit contrita, vel contritionis signa dederit, cum id nocte acciderit, & clauso ostio: certum tamen est illam ab illo amico iugulatam fuisse.

1 Respondetur netuose vrgere pro parte affirmante cap. [fures.][f] quatenus probat, furem, qui furando occiditur, & latronem, qui prædando occiditur, non esse sepeliendos in sacro. ex quo Ioannes Andræas, & Ioannes ab Anania, referunt, eum, qui uerisimiliter moritur in peccato mortali, non esse sepeliendum in loco sacro: & præfata meretrix videtur mortua meretricando: quia fuit mortua in domo amici sui carnalis delata ad eam ab illo, vt meretricaretur cum illo, & postea fuit ab eodẽ occisa, & ut aiunt Panormitanus, & Anania,[g] nõ præsumitur in dubio mo ri contritus, qui moritur in crimine: & præfata misera fuit in crimine occisa.

2 Pro parte autem negante facit primo quod omnis, qui confessus est in Quadrageſima, & communicauit in Paschate, sepeliendus est in sacro, nisi certis casibus, & nisi constet eum in peccato mortali mortuum fuisse, per resolutionem communiter receptam post glossam,[h] & præsupponitur præfatam meretricem fuisse confessam, & communicatam in Paschate, & non est mortua in præfatis exceptis casibus, nec constat eam mortuam fuisse in peccato mortali. Tum quia non constat de mẽte, qua illam amicus eius duxit in suam domum, quoniã licet verisimiliter crederetur illam duxisse ad meretricandũ, si non occidisset eam: quia tñ occidit, verisimilius credi põt, deduxisse illam ad sumendam vindictam de aliqua iniu-

f de furtis.
g in d. cap.
h c. ex parte 2. de sepul.

ria, quàm putabat iustè, vel iniustè sibi fuisse factam. Tum quia verisimile est ipsum occisorem, cum Christianus esset, & ei communicaret Ecclesia, præmonuisse illam, vt se commẽdaret Deo, & doleret de peccatis suis: quoniam communiter id faciunt occisores vxorum suarum, & aliarum cognatarum, quas occidunt ferro clam propter earum delicta, & validum est argumẽtum à communiter accidentibus, si non constat de contrario.[a]

3 Tum quod verisimile est eam, quæ dictum est, confessa, & communicata fuit, & non fuit mortua meretricãdo, siue meretricis officio fungẽdo, pro nunciasse Iesum, vel alia signa cõtritionis dedisse, dum ferro appeteretur, quæ sufficiunt ad exhibendam præfatam sepulturam, dum non constat de contrario, vt habetur in c. [à nobis.][b] & tradimus nos latius in c. fin.[c]

4 Secundo facit, quod non obstat prefatum cap. [fures.] cum adiectis ei à Panormitano, & Anania: quia illa loquũtur de illis, qui furando, rapiendo, vel aliàs mortaliter delinquendo, occidun tur, nos autem agimus de illa, quæ non præsumitur occisa meretricando, seu meretricis officio fungendo; sed quia fecit prius aliquam aliam iniuriam amico suo, & forte denegando ei ad se ingressum, ita quod non fuit mortua in crimine, quod patrabat, sed pro aliquo alio, quod iam patrauerat, & cuius forte iam illam pœnituit, & ita non potest dici mortua delinquendo delictum, q patrabat tempore mortis, de quo loquitur glossa,[d] & Ioannes, qui eam sequuntur. Per quas duas rationes tumultuarie libratas videtur nobis hæc pars negatiua verior. Salua, &c.

a Leg. neq; natales. C. 3 *de probat. et c. in presenta. eod. tit. cũ eis adno.*
b 2. *de sent. excommu.*
c de penitẽ. dist. 3. 7.
d super d. c. ex parte 2.

SVMMARIVM.

1 *Occidisse, etiam si reperiatur clauso ostio suspensus, nemo est in dubio præsumendus, vnde ei non debet ecclesiastica sepultura denegari, nisi sciatur, quod seipsum occiderit.*
5 *Præsumptiones præsumptionibus eliduntur.*

CONSILIVM VII.

QVidam monachus mane cõfessus, & absolutus à confessario, qui tota die, & vespera stetit lætus, fuit inuẽtus mane mortuus intra suam cellam, ostio clauso, habens laqueum pendentem ex collo, ipse autem non pendebat, nec omnino iacebat, sed quasi genuflexus extabat. Quæritur an possit, & debeat in loco sacro sepeliri.

1 Perpensis, quæ narrantur in facto, & viso responso cuiusdam viri eruditissimi, iusti, ac religiosissimi super hoc prudenter, & erudite reddito, respõdeo eiusdem opinionis esse me, cuius est ille, nempe, q̃ cadauer prędicti monachi potuit, & debuit in loco sacro sepeliri, & q̃ malè fuit sepultum in loco profano, & consequenter põt, & debet transferri ex loco illo profano, in quo fuit sepultus, & inferri in locum sacrum, pp ea, quæ præfatus vir eruditissimus citat in suo rñso partim accepta à viro erudi tissimo Couarruuia auditore olim nostro in Academia Salmanticensi feruentissimo,[e] & alia, quæ de suo addit, quæ confirmari põt illa firmissima ratione, quod regulariter omnis Christianus debet, si fieri potest, in loco sacro sepeliri, iux. textum, & glossam,[f] nisi in casibus exceptis. Nec obstat c. [placuit.][g] quatenus habet, seipsum occidentem care re debere sepultura, quia intelligẽdum est de illo, qui scitur esse occisus à seipso. at prædictus monachus non scitur esse occisus à seipso, nec præsumitur. Tum quia de nemine præsumendũ est, quod deliquerit,[h] præsertim tam grauiter de delictum, & tam abominabile conditioni, & inclinationi humanę, & maximè de confesso, absoluto, & communicato eodem die. Vnde mulier cadens de cimba in fluuium inbetur sepeliri in loco sacro, etiam si fugiendo cecidisset, quia non præsumitur voluntariè ad se occidendam deiecisse.[i] Tum quia indicia, quæ in contrarium inducuntur, sunt exilia, & multis modis frangibilia. Ita intrepidè pars hæc tenenda est.

e In 2. *to. re* C *nu.* 11.
f c. ex parte 2. *de sepul.*
g 23. *q.* 5.
h l. merito ff. pro socio. & ca. 2. *de reg. iur.*
i d. c. ex p. 2

SVMMARIVM.

Cadauer transferens an teneatur gabellã pro illo soluere, positiue illam fraudare.

Universidad de Deusto
Biblioteca

non est ita clarum, posset tamen Pontifex id solo verbo concedere, & sic transferens esset tutus in conscientia.

2 *Debens aliquid conuenta mercede minori alias debita, animo fraudandi gabellã, sciente domino rerum si adhibita in id ne detegatur modiocri prudentia, inopinato casu incidat in pœnas, non cogitur de suo soluere.*

CONSILIVM VIII.

QVoniam cadauer, habita licentia, vt solet, superiorum, Roma Mediolanum sine pompa transferendum est, quæritur, an si sub specie mercium deferatur, & gabellæ vel in statu Ecclesiæ, vel etiam extra eiusdem statum defraudentur, peccatum sit, & præterea maneat obligatio ad restitutionẽ, non obstantibus aut immemorata consuetudine, aut forte alicubi statutis de solutione in transuectione cadauerum.

1 An is, qui quoquo modo procurat, aut cooperatur in cadauere clam transuehendo; sciés certò fore, vt vector defraudet gabellas, acceptis solum 40. aureis; cum alicubi, si non merces, sed cadauer deportari intelligeretur, vix centum aureis satisfieret, licet in scriptis Romæ concessa licentia transferendi ostẽderetur, peccet, & restituere teneatur: & quid de curatore, vel exequutore testamentario, eo quod dederit 40. aureos ad cadauer clam deferendum, & præterea arcam ad fallendum aptissimã coemerit, qua ossa ad patrium tumulum deportentur. Quid demum fieri possit commodè, & tuta conscientia, sine solutione gabellarum, aut portuum, cum non videatur cadauer subijci his solutionibus.

1 Non miror, quòd vir vndequaque doctissimus dignetur super ijs quæstionibus interrogare hominem vulgarem & à sua eruditione longè alienum: arbitratus fieri, vt quandoque abscondantur sapientibus, quæ reuelantur paruulis. Quod hac in re non contingit; cum, vt in cæteris, ita in ea nihil certi habeam, quod respondeam, præterquã quod didicerim à Iurisconsulto esse inciuile iudicare de lege, nisi tota ea perspecta: & quod non proponuntur vi-

E denda statuta terrarum, per quas præfatum corpus est transferendum, & an sint Papalia, an Ordinariorum, & an approbata à Papa, vel simplicia, & an contineant excommunicationem ipso iure latam; & an Superiores, quorum licentia deferendum est, possint ea tollere, & an sustulerint.

Secundo, quòd in iure Pontificio nihil habemus super huiusmodi quæstionibus præter extrauagantem primam de sepulturis inter communes, quæ tamen de sola exenteratione, & non de

F glossa eruditissimi Ioannis Monachi quidquam huc pertinens habet.

Tertio, quòd cum simus Romæ, & S. D. N. facilè possit consuli, & peti ab eius Sanctitate, vt vel solo verbo, & secreto deroget omnibus statutis, si qua sunt, quæ hanc translationem impedire possint, petendum est ab ea. Quo habito, certum est præfatum cadauer posse transferri licite coram Deo, & consequenter coram ipso quo ad forum interius cessaturum omne peccatum transferentium, consulentium, & iuuantium.

G 2 Quarto, si præfato remedio petito, ij, quibus est onus transferendi illud, aliquo casu probabiliter ignorato, & non præuiso, inciderint in aliquas pœnas, non cogentur de suo soluere illas, tanquam qui prudenter negotia ipsius egerunt, licet casu qui prudentiam mediocrem excesserit, improuiso non cesserit eis res ex sententia, quę apud prudentes erat probabilis, per multa, quæ in hoc adduci possunt. Salua, &c.

SVMMARIVM.

H

1 *Reliquiæ & corpora Sanctorum, quę tradita sunt perpetuæ sepulturæ, vt etiam sunt reliquiæ inclusæ in altaribus consecratis, non possunt de vno altari seu loco transferri ad aliud, etiam eiusdem ecclesiæ: quod si non sunt traditæ perpetuæ sepulturæ, vt sunt quæ asseruantur in capsulis, & portantur in processionibus: possunt etiam extra ecclesiam ad alia loca transferri, nec subiacent dispositioni c. corpora. de consecra. dist. 1.*

CON-

CONSILIVM IX.

a c. corpora. de consecr. dist. 1.

ANilla verba, a [Corpora Sanctorum non transferantur de loco ad locũ sine licentia Principis,] comprehendant translationem de vno loco Ecclesiæ ad alium locum eiusdẽ Ecclesiæ.

1 Respondeo primo, multa posse adduci pro vtraque parte quæstionis, q̃ nostræ occupationes non patiuntur.

Secundo, quod verba prædicta non includunt translationem corporum nondum perpetuę sepulturę traditorum de vno loco Ecclesiæ ad alium eiusdem ecclesiæ: quoniam non includunt etiam B translationem de vna ecclesia ad alterã, per glossam tàm per praxim, quàm per

b In d. c. corporæ. c. de relig. & sumpt. funer.

theoricam receptam, b quę fundat se in l. [nec dum.] Ergo à fortiori non includunt translationem de vno loco vnius ecclesię ad alium eiusdem; & consequẽter non includent reliquias corporum Sanctorum, quæ manent extra sepulturam perpetuam in sacrario, vel alijs locis, vnde accipiuntur, & efferuntur frequenter ad processiones, siue supplicationes publicas, vel priuatas Missas, vel alias deuotiones. Tertio, q̃ verba prędicta includent corpora Sanctorum, & C partes eorum, quæ deputatæ sunt perpetuæ sepulturæ, de vno loco ecclesiæ ad alium eiusdem; quia non videtur negari posse ea non transferri de vno loco ad alium locum, quia non omnia loca eiusdem ecclesiæ sunt eadẽ loca, neque æquè honorabilia; imò sunt maximæ cõtentiones inter summates, & mediocres, imò & infimates, alijs contendentibus sua sepulchra debere esse sita propius altaribus maioribus, vel aliquorum Sanctorum, quam alia aliorum, & alijs contradicentibus eis: cui consequens videtur, reliquias vel partes illas D Sanctorum, quæ sunt inclusæ legitimè altaribus ad illorum consecrationem, non posse mutari de illis ad alia sine auctoritate legitima; quia videntur mutari de loco, cui iam sunt illæ perpetuæ sepulturæ deputatæ. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Consentiens peccato alterius peccat mortaliter, vel venialiter, sicut est peccatum cui consentit, sed non statim sequitur, vt debeat eadem pœna puniri, num. 5. nisi consentiat cooperando, vel non corrigendo, cum ad id ex officio teneretur, vel ab Horizando nu. 2. & nu. 5. ad 2.*

Excommunicatio lata in facientem aliquid non ligat consentientem, nec desiderantem solum, nec mandantem, consulentem approbantemve, nu. 5. nisi aliud exprimat, nu. 3. 3

Religiosi non tenentur scire leges extrarias ab eorum instituto. 3

Cadauera lantare, vel exenterare præsumentem, vt de loco Christianorum ad alium locum sepeliendum portet, excommunicat extrauagans 1. de sepulturis cum mandatoribus, non tamen ligat superiorem monasterij assignantem defuncti propinquis locum: vbi hæc etiam eo præsente exequantur, ignorantem dictã pœnam. ac bona fide id præstantem, nu. 4. & 5. qui potuit tuisè illam ignorare, & credere hoc licere, nu. 6. & seq. 3

Ignorantia legis, vel statuti excusat ab excommunicatione, & ab alia pœna non solita pro similibus imponi, etiam si sit lata cõtra aliquod prohibitum lege diuina & naturali, & n. 5. maxime si sit posita intra corpus iuris inter extrauagantes communes, nu. 6. imò & ignorantia iuris non clari, etiam naturalis & diuini, excusare potest à peccato mortali. nu. 7. 4

CONSILIVM X.

QVidam nobilis Hispanus mortuus est cuius corpus à suis consanguineis positum est in Ecclesia cuiusdam monasterij sub nomine depositi, quo tempore congruo in Hispaniam transferri posset: cumque hoc facere voluissent, compertum est corpus non esse bene consumptum, sed male olere, quoniam adhuc caro ossibus hærebat. Verum consanguinei, volentes ossa cõmodè transferre, decreuerunt carnem ab ossibus separare, & perierunt locum à Priore conuentus, vbi hoc commode facere possent. Tandem Prior, ipsis morem gerere volens, extra claustra conuentus præbuit illis stabulum, in quo inferuenti aqua, igne suppositio, fuit corpus positum: & caro (aliquantulũ tpis

Priore præsente, qui ob fœtorem postmodum recessit) fuit consumpta, & ab ossibus separata. Modo dubitatur, an Prior sit excommunicatus, cũ ex dictis videatur operibus illorum consensisse.

Respondeo. quoniam extra narrata in casu proposito relatum est nobis aliquos viros eruditissimos, & gymnastas in Academijs exercitatos respondisse, præfatum Priorem non incurrisse excommunicationem, petij eorum responsa, quæ profecto magnopere voluissem legere, vt eorundem sententiam latissimè sequerer; sed responsum est non haberi copiam eorum.

1 Quare respondeo primo, q̃ contra Priorem facit primo illud Pauli, [Facientes & cõsentientes digni sunt mor-
a Ad Ro. 1. te.] [a] & q̃ Prior prædictus consensit il-
& c. notũ. li maleficio. Nam ex narratione casus
2. q. 1. c. 1. colligitur ipsum fuisse superiorem sta-
de offic. del. buli, in quo delictum factum fuit, & assignauit illud ad opportune illud faciẽdum: & q̃ præsens fuit actui: etsi non toti, saltem parti eius: & q̃, si voluisset poterat illum impedire, & prohibere, vti Superior monasterij.

2 Secundo, q̃ delinquenti videtur cõsentire quis tribus modis, ad hoc vt puniatur sicut delinquẽs, vt ait glossa prę-
b Verbo con sentientem. dicti cap. [notum.] [b] Primo, cooperan-
c ca. si quis Episcopus 2. q. 1. do. [c] Secundo, non corrigendo; cum ex officio teneatur, & põt, iux. c. [error.] [d] ibi, [Error, cui nõ resistitur, approbat. Negligere quippe cũ possis peruersos,
d 83. dist. nihil est aliud, quam fouere. Nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare.] Tertio,
e c. qui aliorũ. 24. q. 3. cum sit eius auctoritate, [e] & prædictus Prior videtur cooperatus fuisse, assignando locum, & stabulum, & non corrigendo & impediendo delinquentes; cum posset, imò & auctoritatem delinquenti præstando.

3 Tertio facit, q̃ extrauagans Bonifa-
f De sepult. inter cõmu. cij I. [f] non solum excommunicat faciẽtem prædictum delictum, sed etiam attentantem, & pertractantem corpora humana tam inhumaniter, & facientẽ pertractare; & consequenter consentiẽdo per cooperationem vel auctorizationem, & difficile iustè negari potest quod prædictus D. Prior non attentauerit, vel non fecerit aliquid ad pertractandum sic inhumaniter corpus humanum, vel quod non auctorizauerit, seu potestatem præstiterit illi actui.

Pro Priore tamen facit primo, q̃ lex excommunicans facientem aliquod delictum, non videtur includere solũ consentientem in illo & desiderantẽ vt fiat, si aliud non concurrat, vt colligitur ex
g De sentẽ. excõ. lib. 6. c. [cum quis] [g] adiuncto cap. [si quis
h 17. q. 4. suadente.] [h] & clem. 1. [i] cum glossa.
i De cons. Secundo, q̃ lex excommunicans fa-
dist. 1. cientem aliquid, non includit consulen-
& assin. tem, nec mãdantem; nisi eadem lex, vel alia similis, cuius auctor id facere possit, illud exprimat, vt nos tradidimus in
k c. 27. nu. 51. Man. conf. [k] post Caietanum & alios.

Tertio, q̃ non probatur ipsum sciuisse tam exorbitantem pœnam esse à iure impositam scienti huiusmodi delictum: & præsumitur ignorantia, vbi non probatur scientia, [l] & ignorantia legis ex-
l c. præsumi tur. de reg. iur. lib. 6. communicãtis videtur excusare ab ex-
m c. 2. de eõ stit. lib. 6. communicatione, [m] & q̃ religiosi non tenẽtur scire huiusmodi leges de rebus ordini suo adeo extrarijs disponentes. [n]
n c. nõ mag. gno. ne cler. vel mona. chi. & c. 2. de sent. ex com. lib. 6. 4 Quarto, quòd lex puniens præsumentem aliquid facere, non videtur includere facientem illud simplici animo & bona fide absq; dolo malo, iuxta doctrinam singularem Cardinalis, [o] quam
o in clem. 1. de postul. adiuncta gl. post alios nos quoq; applicauimus defensioni eorum, qui ordinantur bona
p De resti. tut. c. 39. fide simplici animo ante legitimam ætatem ordine sacro, in repetitione c. [accepta.] [p] Et prædictus Prior non con-
q De consti. sol. oppo. 8. sensit prædicto delicto dolo malo, sed bona fide, putans id esse licitum.

Quinto, quòd excusat ab excommunicatione ignorantia statuti imponentis pœnam illius, etiam pro facto de se illicito, per c. 2. q̃ & quod idem dicẽdũ est de excommunicatione imposita per
r c. 27. nu. 16. legem Papæ, præsertim quo ad forũ cõscientiæ, vt nos dicimus in d. Manual. [r]

Sexto, quòd licet ignorantia communiter nequeat esse iusta circa legem naturalem, vel diuinam, quo ad eius dispositionem; & quatenus est talis; potest tamen esse iusta quo ad pœnam humanitus statutam, si illa est excommunicationis, secundum Antonium, [s] pro quo
s in c. 2. nõ ne. est casus in c. 2. [t] imò etiam si sit alia
bus. 1. de sen. ten. excom. quælibet communiter non statuta, eadem ratione, vt efficaciter defendimus
t De consti. lib. 6. in c. 2.

a De const. in c. 2. [a] post S. Antoninum, [b] sub finẽ, A
b 3. p. tit. 24. c. 33. cui consensit Angelus, [c] & Syluester, [d] & Caietanus, [e] quod maxime procedit
c verbo igno rantia. §. 4. in foro conscientiæ.
d verbo igno rantia. q. 8. 5 Septimo facit ratio noua, per quam proximum præcedens fundamentũ defendimus neruosissimè in d. c. [f] scilicet,
e 2. 2. q. 76. quod excusatur quis per ignorantiã iu-
art. 3. col. 2. ris ab omni pœna valde extraordinaria,
f c. 27. nu. 274. & exorbitante, & præsertim ab excommunicatione per statutum, & legem generalem Papæ lata, etiam pro facto de se illicito, quod scit esse illicitum, sed ignorat illam pœnam extraordinariã, & exorbitantem esse impositam, vt ibi-B dem videri potest ad multorum seruorum Domini consolationem.

Octauo facit, quod ad opposita rñderi potest. Ad primum quidem concedendo, omnes, qui consentiunt alicui facto, quod est peccatum, & sciunt illud esse tale, peccare venialiter quidem, si est veniale, & mortaliter, si est mortale, & consequenter prædictum Priorem, si sciebat præfatum factum esse peccatum mortale, mortaliter peccasse: negando tamen ex hoc inferri, omnes, qui consentiunt peccato mortali, quod sciunt esse mortale, incurrere excommunicationem pro tali mortali latam, vt est casus adiuncta doctrina Doctorum com-
g de sent. ex com. lib. 6. muni. in cap. [cum quis.] [g] quod habet, eum, cui placet percussio clerici, peccare quidem mortaliter, sicut & percussorem, sed non incurrere excommunicationem, nisi percussio fuerit facta eius mandato, vel eius nomine, secuta ratificatione ipsius: & est exemplum clarius
h de consanguini. in d. Clementina 1. [h] adiuncta glossa, quæ habet, contrahentes matrimonij intra gradum consanguinitatis prohibitum, vel contra votum solemne ordinis, vel religionis, peccare mortaliter, incurrere q̃; excommunicationem, sed non eos, quibus placent illa matrimonia, imò neq; consulentes illa, & approbantes. Exemplum est etiam quotidia-
i de senten. excommun. nius in c. [si vero.] [i] cum suis similibus, quæ habent, percutientem iniuste clericum, quem iustè putabat esse laicum, peccare quidem mortaliter, sed non incurrere excommunicationem propter ignorantiam; quæ excusat ab illa pœna, sed non à peccato.

Ad secundum respondetur eodẽ modo, quo ad primum, nempe concedendo tribus modis posse quem cõsentire peccato, vt puniatur sicut faciens, negando tamen, quod quoties consentiat peccato, toties incurrat pœnam impositam pro illo, vt per exempla prædicta patet, & consequenter negando, quod prædictus Prior, eo solo, quòd consensisset ad effectum incurrendi peccatum, censendus sit excommunicatus, per responsionem ad primum & alias rationes supra dictas, per quas, etiamsi nõ excusaretur à peccato; excusatur tamen à sententia excommunicationis, quæ est omniũ pœnarum spiritualium maxima. [k]
k c. corripiatur. 24. q. 3.

Ad tertium autem respondetur primò, non probari, quod prædictus Prior sciebat illud factum fuisse peccatũ mortale. Nec obstat, quod extrauagans prædicta significat, illud esse peccatum contra ius naturale, quod nemini licet ignorare, arg. §. [notandum,] [l] cum ei adnotatis: & quod ignorantia iuris non excusat. [m] Non inquã hoc obstat: quia multa
l 1. q. 7. concurrebant, pp. quæ prædictus Prior probabiliter potuisset illud ignorare.
m c. ignorãtia. de reg. iur. lib. 6.

6 Tum, quia prædicta extrauagans nõ C est posita intra corpus iuris communis, & multis etiam doctoribus vtriusque iuris est incognita. Tum quia non est directè contra illud præceptum Decalogi, quoniam nõ fuit occisio, neq; mutilatio, neque percussio hominis, quæ directe vetantur per quintum præceptum Decalogi, sed quædam diuisio, & partitio cadaueris, quod palam est non esse hominem. Tum quia quotidie videmus, cadauera mortuorum iudice mãdante diuidi in quatuor, & multo plures partes, non solum ad sepeliendum, quod est actus religionis, sed etiam ad D suspendendum in compitis, & quadrijs, & ad comburendum, & faciendum anatomias, & aliquot medicamẽta, quę medici, & pharmacopolæ frequenter cõponunt, & de licentia saltem Papæ ministrant. Immo & chirurgi frequenter abscindunt membra hominum uiuentium, vt viuant vitam corporalem, & poterat homini adeo spirituali videri, q̃d iustius poterant membra mortui diuidi quo ad suam uitam spiritualem melius in alio loco consequendam. Tum quia

Universitat de Deusto
Biblioteca

prędicta extrauagãs innuit illud factum per se, & intrinsecè non esse malum, & quod fieri potest licitè sine vlla licentia in terris, in quibus non sunt sepulturæ Christianæ sacræ, quoniam, vt & nos post alios adnotauimus in extrauagante prædicta relata in dicto Manua. confessar. [a] non habet illa locum in terris infidelium, vbi non sunt sacræ sepulturæ, neque in eo, qui facit illud alio fine, præsertim bono, neque si faceret de licentia Papæ, immo fortè id fieret de licentia Regis sæcularis quo ad alium finem, quam ad sepeliendum in alio loco: & quod ministri illius facti erant Catholici timentes Deum: & quod vt fertur, Prouincialis religionis id scinit, & ordinauit, cuius ordinationi, vti Superioris, parere tenebatur Prior in dubio, [b] & quod factum fuit publicè, & quod iudices neque sæculares neque Ecclesiastici punierunt eos ob illud factum, & quod prior erat vir religiosissimus, & intentum principale ipsius fuit facere, quod in decreto depositionis iubebatur, & facere voluntatem expressam, vel tacitam Prouincialis, & sui conuentus & quod etiam alij monachi dicti poterant communicasse, vel consensisse illi facto.

a c.27.nu. 105.

b cap.quid culpatur. 23.q.5.

7 Per quæ omnia, immo, & maiorem partem eorum, profecto prædicto Priori iuranti se putasse id fuisse licitum, credendum videtur, & palam est apud omnes iurisconsultos, quos breuitatis gratia non citamus, ignorantiam non solum facti excusare, vt habet prædicta regula [ignorantia.] sed etiam ignorantiam iuris dubij, etiam naturalis, & diuini, quales sunt multæ leges naturales, & diuinæ, quæ non sunt principia illorum, neque conclusiones proximæ ex illis deductæ, quales sunt leges Decalogi, sed longè remotiores per Doctorum discursus deriuatæ, qualis est prædicta extrauagans vetans prædictam excommunicationem, neque ob eius incursionem vnquam punitum iri à D N. Iesu Christo, qui nos omnes saluet, Amen.

De Parochijs, & alienis Parochianis.

SVMMARIVM.

Habitatio, quam quis in noua parochia, vel tento primo domicilio, puta ex causa rusticandi, vel fugiendi periculum pestis vel inimicorum, ad tempus elegit, licet operetur, vt non sit uiator, nec peregrinus non tamen operatur, vt à nouo parocho possit sacramenta voluntaria, vt est matrimonium accipere, nisi forte tantũ distet à primo domicilio, quod ad illud non possit cõmodè pro illis accedere, quia tunc, modo absit fraus, sufficeret, nu. 3. mutatione autem domicilij verus efficitur secundæ parochiæ parochianus. n. 2. 1

CONSILIVM I.

QVid requiratur, vt quis ratione habitationis efficiatur parochianus alicuius parochiæ & præsertim in sacramentis voluntarijs, vt in matrimonio?

1 Respondeo primò, q̃ sufficit, quod habeat domicilium habitationis, etiam per translationem alterius domicilij habitationis, quod alibi habebat. q̃ c. vl. [c] c de parr.

Secũdo, quod nõ sufficit habitatio, q̃ quis habet, vt peregrinus, & uiator. [d] d l. hæres absentem. §. proinde. ff. de

Tertiò, quod nõ requiritur, vt ibi habeat, vel nouè contrahat domiciliũ habitationis, per glossam, [e] quę habet Scholasticorum parochum esse illum, in cuius parochia habitant, quos tamen constat non habere domicilium habitatio nis ibidem, cum habeãt animum reuertẽdi ad suas patrias in quibus habẽt domicilia habitationis, secundum omnes.

e cle.1. de priuileg. verbo parochialis.

2 Quartò, q̃ non sufficit quælibet habitatio efficiẽs, ne quis dicatur peregrinus, vel uiator iux. c. [is qui.] [f] q̃ probat eũ, qui de oppido aliquo uadit ad villã alterius parochiæ, causa recreationis, vel agriculturæ, non effici parochianũ illius parochiæ, sed permanere parochianũ Ecclesiæ oppidi, cuius erat antequã illuc iret, licet aliquo tpe ibi habitet, quod ipsum est dicendum de illo, qui causa pestis, seditionis, vel belli fugit à sua parochia, primo quoque tempore, quo potuerit, reuersurus per allegata à Panormit. [a]

f de sepul. lib.6.

a cap. quod clericus. à nu.4. de foro compet. & c.in matrim. de sept.

3 Quinto, quod videtur sufficere habitatio bona fide & sine fraude suscepta in aliquo loco, vnde non potest cõmodè reuerti ad sumenda sacramenta in loco parochiæ, vbi habebat domicilium. Tum per præfatam glossam singularem. [b] Tum quod alioquin mercatores & stipendiarij degentes in longinquis à suis patrijs regionibus carerent proprio parocho, quod videtur contra mentem, cap. omnis, [c] & Innocentij & aliorum scribentium, & rationem naturalem.

b d. cle. 1. de priuil.

c de pæ. & remiss.

Sexto, quod habitatio fraudulenter in præiudicium parochi proprij, vel alterius parochi, habita in aliquo loco ad effectum acquirendi nouum parochum, non sufficeret. Tum quia fraus & dolus nemini debent patrocinari. [d] Tum quia malitijs hominum obuiandum est. [e] Salua, &c.

d ca. sedes Apostolica, de reser.

e l. in fundi. ff. de rei uendi.

SVMMARIVM.

1 *Natus matre extra proprium domicilium ad tempus morante, in domicilio matris censetur natus, censeturque originarius illius, & non loci, vbi natus aliter natus fuit.*

2 *Legis mens magis attendenda, quam verba.*

3 *Parochianus censetur mori intra ecclesiam suam, licet alibi manendo cum animo reuertendi ibidem moriatur.*

4 *Possessor bonæ fidei triennalis, si non adsit simonia, nec uiolentia facit suum beneficium.*

A obtinendum beneficium debitum filio nato in illa parochia.

Secundo, quid si prædictus filius obtinuerit simile beneficium in parochia, in qua habebat mater domicilium; & illud vltra tres annos possederit.

1 Ad primam respondeo diuersas uideri opiniones in ista materia, vt refert Alexander Imola ad Bartolum, [f] qui per uerbum [forte,] inclinat in opinionem, quæ habet dicendum esse quẽ natum esse in loco, in quo uerè natus est, & ibi habere domicilium. Bartolus autem, [g] quem sequitur Abbas, [h] & idem Bartolus, [i] inclinat in contrarium vbi Bald. idem videtur tenere, licet Iason, [k] videatur tenere priorem, ea ratione quod aliud est dicendum de his, quæ pendent a legis dispositione. Tum *mod.* §. lequod ueriorem puto opinionem Cini, Baldi, & Bart. argumen. præfati §. [le- gatum.] qui habet, ancillam quæ mortis testatoris tempore erat in fuga, & peperit in ea, censendam esse peperisse in fundo, in quo consueuerat esse, ad hoc, vt ipsa & partus includerentur in legato seruorum, qui essent in illo fundo tempore mortis testatoris.

f in l. assum per uerbum. ff. ad municip.

g in l. filios. natum esse in loco, in quo uerè natus est, & ibi habere domicilium. Bartolus autem, [g] quem sequitur Abbas, [h] & idem Bartolus, [i] inclinat in contrarium vbi Bald. idem videtur tenere, licet Iason, [k] videatur tenere priorem, ea ratione quod aliud est dicendum de his, quæ pendent a legis dispositione. Tum *mod.* §. lequod ueriorem puto opinionem Cini, Baldi, & Bart. argumen. præfati §. [legatum.] qui habet, ancillam quæ mortis testatoris tempore erat in fuga, & peperit in ea, censendam esse peperisse in fundo, in quo consueuerat esse, ad hoc, vt ipsa & partus includerentur in legato seruorum, qui essent in illo fundo tempore mortis testatoris.

C. de muni. lib. 10.

h & ibi li. 10.

i in l. huiusmodi. §. legatum.

k in d. §. la

C 2 Tum denique quòd mens legis est magis attendenda, quam verba eius, [l] quod idest habendum pro lege, quod le gislator interrogatus, cum eam ferebat, respondisset, iuxt. gl. singularem, [m] & q. *cum pater.* videtur esse excludere illum, qui fuerit natus extra illum locum, eo quòd mater eius peperisset eum alibi, quo iuisset causa recreationis, pestis, belli, vel alterius impedimenti, cum animo reuertendi cessante impedimento, vt contigit in casu proposito.

l & l c. Marcio. 1.q.1. & c. fin. de reg. iux. gl. singularem, [m] & q. *cum pater.* videtur esse excludere illum, qui fuerit natus extra illum locum, eo quòd mater eius peperisset eum alibi, quo iuisset causa recreationis, pestis, belli, vel alterius impedimenti, cum animo reuertendi cessante impedimento, vt contigit in casu proposito.

m in le. tale pactũ. §. si. ff. de pact.

D 3 Tum quia parochianus alicuius Ecclesiæ videtur mori intra parochiam suam licet moriatur extra illam, ubi aliqua de causa prædictarum manebat cũ animo reuertendi ad illam sine uoluntate mutandi domicilium. [n]

n ca. is qui

4 Ad secundam, quòd mea sententia prefatus filius iustè tenuit prefatum beneficium, si bona fide credidit titulum sibi datum fuisse canonicum. Tum q. in ea sum opinione, vt credã beneficiarũ, qui triennio bona fide possedit beneficium

de sepul. li. 6.

cium sine simonia & violentia acceptũ, facere illud suum, cum glossa antiqua regulæ de triennali possessore rationes ipsius, quas deducit neruosas, & p alias, quas addit Petrus Rebuffus, [a] attestans, illã teneri à prætorijs Gallicanis, quæ parlamenta vocantur, prout in consil. 30. [b] diximus.

a in tit. de pacifico possessore. b de præb.

SVMMARIVM.

1 *Pœna parochi, cuius culpa parochianus sine pœnitẽtia moritur, est arbitraria, cum nulla reperiatur in iure decreta.*

CONSILIVM III.

QVæritur quæ pœna sit sacerdotis, cuius culpa effectum, est, vt parochianus decesserit sine sacramento.

1 Respondeo primo, quod pro tali culpa generaliter est nulla, quod meminerim, ipso iure, nisi amissionis gratię gratum facientis Dei, si culpa peruenit ad gradum, quo esset mortalis, per sententiam autem imponitur arbitraria, iuxta culpæ quantitatem, secundum illud, [Iuxta mensuram delicti sit & plagarũ modus.] [c] & cap. [non afferamus] [d] & iuxta iura, quæ ad negligentiã puniendam citat glossa celebris. [e]

c Deut. 25. d 24. q. 1. e in cap. ea quæ de offi. archid.

De decimis, Primitijs, & oblationibus.

SVMMARIVM.

1 *Decimis in soluendis consuetudo in primis est seruanda, cum autem nihil solui debeat illis parochialibus, per quas oues transeunt, nu. 2 & 3. & decima ouium sit mixta, num. 8. qua pro parte debetur Ecclesiæ domicilij domini, & pro parte parochiæ, in qua oues pascuntur, num. 9. sequitur, vt una pars debeatur illi Ecclesiæ, quæ pro se habet consuetudinẽ, nu. 5.*

altera verò pars pro vna dimidia detur Ecclesiæ domicilij, & pro altera dimidia detur illi, vel illis Ecclesijs proportionabiliter, in quarum territorio pascua accipiunt, nu. 10.

Parochianus tenetur decimas personales soluere parocho sui domicilij, qui ex obligatione offert pro ipso sacrificia & orationes, ac tenetur sacramenta ministrare, & non parocho illius parochiæ, in qua etiam per annum moram trahit, qui de facto sed non ex obligatione sacramenta ministrat.

Decima personalis debetur iure communi Ecclesiæ parochiali, prædiali autem Ecclesiæ, in qua sunt prædia, pro quibus soluitur, mixta autem, pro parte pro qua est personalis, sequitur naturam personalium, & pro parte pro qua est realis, sequitur naturam realium, nume. 9.

Decima ouium licet ab aliquibus dicatur prædialis, attamen verior est, quod sit mixta propter multam industriam hominis quam in hoc requiritur, vnde lac, lana, fœtus earum dicuntur fructus industriales, sicut & oliua.

CONSILIVM I.

AD Quæstionem Illustris Comitis qua quærit, cui debeat soluere dimidiũ decimæ ouium suarum, quas mittit quotannis pascendas in monte Stellę. *f 2. 2. q. 87. art. 3. ad 3.*

1 Respondeo sequentia. Primũ, quod in hoc seruanda est consuetudo diu obtenta, ut ait S. Thomas, [f] & ante illum glossa, [g] quod dictum corroborari, ampliari, & declarari potest per illa multa, quæ adducunt Panormitanus & alij, [h] & Felynus, [i] & alij multi alibi, quos allegat Franciscus Balbus, [k] & eruditissimus Didacus. [l] *g in c. cum eundum. de consuet. verb. h in c. m ab muni. i in c. cum quib. § fin. de decimit. k in 1. quin te, de præscr. l lib. 1. var. resol. c. 17. nu. 8.*

Secundo, q ex hoc sequitur, nõ esse dubium de dimidio prædictæ decimæ, quod sit soluendum propter pascua mõtis Stellæ, quia in casu præsupponitur, quod consuetudo habet, vt dimidiũ decimæ ouium, quæ transferuntur pascendæ ad dictũ montem tempore æstiuo, debeat ibi solui, cum per primum dictum consuetudo illa seruanda sit.

Tertio,

2 Tertiò, quod nihil de præfata decima debet solui Ecclesijs illarum regionum, per quas transeunt oues prædictæ ad præfatum montem Stellę, & redeunt ab illo in alia pascua hiberna. Tũ quod licet in partibus innumeris Hispaniæ, cuius pars est Portugallia, in qua mons Stellæ situs est, oues mutent pascua, & in hyeme morentur in alijs, & æstate in alijs longe sepositis, & necessario eundo pascant in pascuis variorum locorũ, & pagorum, nullibi tamẽ soluitur quid quam de decimis Ecclesijs parochialibus eorum.

3 Quod iustificatur ex eo, quod de minimis non est de præcepto decimandum, secundum S. Tho. communiter receptum, [a] & pastio illa trãsitoria est parua, & non tanti momenti, ut ob eam debeat solui ulla decima. Tum quod esset moraliter impossibile iudicare recte, q̃ particula deberetur eis solui, & computatio tanti, vel paulò minoris constaret, quam particula soluenda valeret, & non est maior impensa facienda, uel maior labor assumendus, quam res ipsa valeat. [b]

a 2. 2. q. 87. art. 2. ad 3. b l. mediterranee. C. de anno. & trib. lib. 10.

4 Quarto, quod illo anno, quo toto residuo tempore, excepto tempore, quo eũt ad illum, & redeunt ab illo, pascuntur in pascuis parochiæ suæ, alterum dimidium decimæ proculdubio debetur ei, quia, cum illud debeatur alicui Ecclesiæ, & non debeatur alicui ecclesiæ montis, nec alicui locorum, per quæ transeũt eundo & redeundo, nec morentur in aliarum Ecclesiarum pascuis, consequitur necessario illud illi deberi, argumento à sufficiente partium enumeratione, quod est ualidum. [c]

c inst. de obliga. quæ ex quasi contract. nas. tr. prin. & c. si enim, de pœnit. dist. 2.

5 Quintò, quòd Ecclesia parochialis præfati Dñi Comitis non desinit esse Ecclesia parochialis ipsius, eo qđ eius excellentia causa comitandi Regem, vel fugiendi pestem, vel recreandi animum, vel agẽdi alia negotia, vel causa belli mãserit aliqua parte anni, vel etiã toto anno extra illam, nisi manserit ibi animo transferendi domicilium suum illuc in perpetuum, [d] & ideo cessat exorbitãtia, quam videtur concipere, eo quod aliquot annis præteritis multis partibus eorum vixit extra ciuitatem, in qua habet domicilium. Nec obstat, quod potest quis habere domicilium in duobus locis, si æquè vtrobique se collocauerit, [e] non inquam hoc obstat, quia qui in vno loco habitat animo constituẽdi vel conseruandi domicilium, & in alio loco habitat sine animo id faciendi, sed propter aliquam causam prædictam accidentalem, non se collocat tantum in hoc, quantum in illo etiam si maiore tẽpore habitet in hoc, quam in illo. Non etiam obstat, quod, vt prædictum est, decima personalis debetur Ecclesiæ, eo quod in ea percipiat sacramenta, & audiat diuina: & quod eius excellentia, cũ abest à domicilio ob aliquam prædictarum causarum, in Ecclesijs percipit & audit, quia non percipit ex obligatione quã Ecclesiæ illæ tenentur ei ministrare, sicut Ecclesia domicilij, quæ ẽt pro ipso absente tenetur offerre, & offert sacrificia, & facere, vt facit, alia diuina pro alijs præsentibus, & ob hanc obligationẽ qua illa Ecclesia tenetur ei ad hæc, ipse quoque tenetur ad soluendas decimas personales, & non alijs, quę non tenentur ea illi facere, vt colligitur ex mẽte c. [ad Apostolicæ.] & aliorum iurium de hac re statuẽtium, & subtiliter explicatur ab vtroq; Thoma, [f] quicquid murmuret Dominicus Sot. [g]

d l. assumpto. §. viris prudentib. ff. ad munic. et d. c. e l. assumpto. §. viris prudentib. ff. ad municip. et d. c. 3. de sepult. f 2. 2. q. 87. art. 3. ad 2. g lib. 6. q. 4. de iust. & iure.

6 Augetur tamen quæstio ex eo, quod in hoc casu videtur decima diuidenda in tres partes, & soluenda tribus Ecclesijs, videlicet Ecclesiæ montis, & Ecclesiæ, in qua habet D. Comes domiciliũ, & percipit sacramenta, & in qua oues in hyeme pascua pascunt.

Ad quam quæstionẽ applicari possunt ea, quæ Card. adducit, [h] & Ioannes Imo [i] post alios à se relatos, qui ambo faciunt mentionem de decima ouium diuidẽda in tres partes, sed nec apud eos, nec apud Ioann. Audream, [k] nec apud Innoc. Cardinalem Pan. nec citatos ab eis, nec apud aliquem alium Theologum aut Canonistam puto inueniri decisionem huius quæstionis, licet. n. inueniatur apud eos decisum, quod decima ouium debeatur multis Ecclesijs, quando multarum Ecclesiarum prædia pascũtur, non tamen attingunt, quid sit agendum, quando oues pascũt prædia diuersatum Ecclesiarum, & dominus earũ habet

h in cle. 1. q. 16. de decim. i ibid. num. 10. k in mereis, nec apud aliquem alium Theologum aut Canonistam puto inueniri de cisione huius quæstionis, licet. n. inueniatur apud eos decisum, quod decima ouium debeatur multis Ecclesijs, quando multarum Ecclesiarum prædia pascũtur, non tamen attingunt, quid sit agendum, quando oues pascũt prædia diuersatum Ecclesiarum, & dominus earũ habet cis. cu. reg. qui prior. de gu. iur. li. 6.

bet domiciliũ in alia diuersa Ecclesia, cuius prædia non pascuntur, & pauciſſimi eorum explicant qualis ſit decima, quæ debetur de agnis lana, & lacte, ſiue caſeo: nam Goffredus,[a] poſt gloſſam,[b] & ferè omnes dicunt eam prædialem. & Dominicus Sotus,[c] in duobus vel tribus locis parui facit differentiam decimæ prædialis, & perſonalis, contra ferè omnes alios; cuius dictum licet quo ad quid defendi poſſet, ſimpliciter tamen non eſt verum, nec ipſe, nec alij communiter faciunt mentionem de tertia ſpecie decimæ, quæ dicitur mixta, de qua tñ neceſſario facienda vſ, vt fecit præ omnibus alijs Hoſtiẽ.[d] cuius dictum eo §. non citato ſequitur Angelus à Clauaſio breuiloquus auctor.[e] quod nos quoque poſuimus in Manual. confeſſ.[f] ſed nec Hoſtienſis, nec alius, nec nos tangimus, an decimę mixtæ debeant ſolui alter, vel alijs eo quod ſint mixtæ, quam prædiales, ex cuius declaratione pẽdet huius quæſtionis deciſio.

a ĩ ſumma. *b in cap. ad Apoſtolicę.* *c lib. 6. de iuſt. & iur. q. 4.* *d ĩ ſumma de deci. quot sũt ſpecies.* *e ĩ ſumma ver. decima in princ.* *f c. 21. nu. 29.*

7 Septimo, dico, quod videtur ſententiam receptam habere, quod decima perſonalis ſoluenda eſt iure communi Eccleſiæ parochiali, in cuius parochia domiciliũ habet is, qui eam debet propter ſacramenta, & diuina, quæ ibi percipit, & audit, & quod prædialis debet ſolui Eccleſiæ in cuius parochia ſitum eſt prædium, ratione cuius illa debetur, ſ vbi eſt expreſſa de hoc Papalis deciſ.

g in d. c. ad Apoſtolicę. de decimis.

8 Octaua, quod præfata gloſſa tenet decimam animalium eſſe tantum prædialem, & deberi Eccleſiæ. cuius parochiæ paſcua paſcuntur, & pluribus Eccleſijs, ſi plurium parochiarum paſcua paſcerẽtur: quæ gloſſa communiter approbatur ab ijs, qui non meminerunt, quod decima animalium dicatur mixta à multis, in quibus ſunt Hoſtiẽſis & Angelus,[h] pro quibus facit, quod induſtria domini & cuſtodis multũ operatur circa fœtum, lac, & lanam earum, propter quod fœtus dicitur fructus induſtrialis, & non naturalis, ſecundum Baldum,[i] & oliua dicitur fructus induſtrialis,[k] & lana, & lac, iux. glo.[l] quam ſequitur Bartolus,[m] & Panor.[n]

h Vbi ſupr. i l. ancilla. C. de furt. k l. ſi eius. ff. de rei vẽ dic. m l. ex diuerſo, n. 3. ff. de rei vẽ n. c. grauis, de reſt. ſpo.

9 Quorum qui opinionem tenuerit, dicere debet, decimas mixtas diuidẽdas eſſe inter Eccleſiam, cuius parochianus eſt qui eam debet, & inter Eccleſiã vel Eccleſias, cuius, vel quarum parochiarũ paſcua paſcũtur animalia, eo, quod quæ parte ſunt perſonales, debent ſequi naturam perſonalium, quæ debentur Eccleſiæ domicilij, & quæ parte ſunt prædiales, debent ſequi naturam prædialium, quæ debentur Eccleſiæ, vel Eccleſijs prædiorum de paſtorum, ita ut in ſimili triplex ſit actio, perſonalis, realis, & mixta, illa quæ eſt mixta, quæ parte eſt realis, ſequitur naturam realis, & quæ parte eſt perſonalis, ſequitur naturam perſonalis, vt colligitur ex §. [omnium. Jadicto §. [quædam.][o] cum eis adnotatis, & ſicut cum triplex ſit actio rei, perſecutoria, pœnalis, & mixta, illa quæ eſt mixta, quatenus eſt rei perſecutoria, ſequitur naturã perſecutoriæ, & quatenus pœnalis naturam pœnalis, vt colligitur ex §. [ex maleficijs.][p] & ſicut ſtipulatio mixta de dando & faciẽdo ſe quitur partim naturam eius, quæ de dãdo tm̃, & partim naturam eius quæ eſt de faciendo tm̃. Facit ẽt quod dicitur de illo, qui eſt Epiſcopus & Canonicus eiuſdẽ Eccleſiæ[q] & de eo qui eſt iudex ſimul, & arbiter, & arbitrator,[r] & deniq; de quolibet qui habet duo officia diuerſa iux. l. 3.[s] & c. [cum olim.][t] adiuncta gl. cum ei per omnes adiectis.

o Inſtit. de act. p Inſtit. de act. q in c. cũ in eccleſia. de prab. lib. 6. r c. à collatione de appell. lib. 6. s c. miſſi, de prab. t ff. de offic. proconſ. ff. de appell. de re iud. c. ex ueteris de prob.

10 Nono, q̃ in caſu quæſtionis propoſitæ in ſexto dicto D. Comes videtur teneri ſoluere dimidium totius decimæ prædictarũ ouium Eccleſiæ mõtis Stellæ, & dimidium alterius dimidii, hoc eſt quartam partẽ totius decimæ Eccleſiæ ſuę parochialis, & alterũ dimidiũ dimidij prædictæ decimæ, hoc eſt quartã partem ei Eccleſiæ, cuius prata in hyeme præfatæ oues depaſcuntur. Horũ trium dictorũ primum ea firma ratione nititur, quod conſuetudo antiqua illius regionis habet, quod nutritores ouium, quas paſcendas traducunt ad prædictũ montem, ſoluant dimidiũ decimæ ibi, & illa conſuetudo nõ habet in noſtra quæſtione cõtrarium, imò indubitatè ſignificatur, quod Eccleſiæ parochiali debeatur aliqua pars. Nec obſtat, quod ẽt in eadẽ quæſtione ſignificatur, quod dimidium totius decimæ debetur, tamẽ hoc dictũ habet, quod nõ debet ſolui ei niſi dimidium

dimidij. Non inquam hoc obſtat, quia id intelligitur, quando oues paſcũtur ſola paſcua parochiæ domicilij tota hyeme. At in quęſtione in ſexto dicto propoſita ponitur, quod oues paſcũtur tota hyeme paſcua alterius Eccleſiæ. Tertium autem probatur ex eo, quod ſecundum omnes debet habere ſuã partẽ Eccleſia, cuius paſcua paſcuntur oues morando, & manendo in eius parochia & cum per conſuetudinem dimidium totius decimæ debeat habere Eccleſia montis Stellæ, & tam iure, quàm cõſuetudine illius regionis Eccleſia parochialis debeat habere ſuam partem, neceſſarium videtur, vt alterum dimidium diuidatur inter Eccleſiam parochialem, & illam cuius paſcua oues paſcuntur, & ſi oues paſcerẽtur in hyeme paſcua duarum, vel plurium Eccleſiarum illa quarta pars eſſet diuidenda inter illas Eccleſias pro rata temporis, quo paſcerentur oues in earum parochijs, ex mente Cardinalis, & Imolenſis,[a] Salua, &c.

a in d. cle. 1. de decr.

SVMMARIVM.

1 *Decimas, præſertim prædiales, ſoluere iure diuino tenentur omnes, quota autẽ, quæ ſecundum veriorem contra communem nunc debetur, eſt de iure poſitiuo, nu. 3. imm̃, & quo ad aliquos prædium, vel prædia, modo parocho remaneat ſufficiẽs ſuſtentatio in totum, ne debeantur per laicos poſſeſſores prædiorum, eſt præſcriptibilis. nu. 5. at ob peccatum non ſoluendi debitas decimas, niſi ſit notorium, nõ poteſt parochus propria auctoritate non ſoluentibus ſacramenta denegare nu. 2.*

CONSILIVM II.

AN parochus, qui eſt in poſſeſſione exigendi decimas intra certos limites, poſſit repellere à ſacramentorũ perceptione quoſdam particulares recuſantes ſoluere decimas, ſub prætextu, quod nunquam eas ſoluerint, ſtante maxime quadam declaratione Senatus Veneti, quæ ſic habet, [Cum hac declaratione, quod illæ terræ, ſeu poſſeſſiones, quæ ſoluerunt quarteſium, debeant continuare in ſolutionibus conſuetis. [Arguendo à cõtrario ſenſu, Ergo qui non ſunt ſoliti, non debent ſoluere. An inquam poſſit eos repellere tanquam pertinaciter in peccato perſiſtentes.

1 Ad hanc quæſtionem reſpõdeo primo, illos parochianos, de quibus in ea quæritur, peccare mortifere, nolendo ſoluere decimas. Tum quia iure communi, ſiue diuino, ſiue humano, omnes tenentur ſoluare decimas, præſertim prædiales, ſecundum omnes, & prędicti parochiani nullum titulum iuſtum allegant, per quem eximantur à ſolutione illarum, cum præſupponatur in facto, eorum auctores, & à quibus præfata prędia ipſi habuerunt, ſoluiſſe decimas, & ipſoſmet fuiſſe miniſtros recipiendi eas & conſequenter non poſſederunt libertatem non ſoluendi eas bona fide, cui conſequens eſt eos non vſucepiſſe, nec præſcripſiſſe illam, cum poſſeſſor malæ fidei nullo tempore præſcribat.[b]

2 An autẽ ſint repellendi à ſacramentorum frequentia per parochum auctoritate propria, dicitur quod non. Tum quia nemo poteſt ſine cauſę cognitione alium iuris ſui vſu priuare, quia illud eſſet auctoritate priuata priuare, quod non eſt licitum,[c] etiamſi eſſet iudex,[d] Tum quia nemo debet eſſe iudex in cauſa propria,[e] etiam ſi aliàs ſic iudex.[f] Tũ quia rector ſeu parochus, qui priuat parochianos vſu ſacramentorum, videtur ſpoliare eos, vt tradit Lapus,[g] quod vt dictum eſt, non licet facere.

3 Nõ obſtant allegationes doctiſſimo rum mihi præſentatæ, quibus cõcludunt prædictos parochianos tenere ſi quis ſupponunt vnã concluſionem, quę licet à noſtris communiter teneatur poſt In no.[h] & alios,[i] falſa tamen eſt, vt nos breuiter retulimus in Man. conf.[k] ſcilicet, quod decimæ debeantur quoad quotã iure diuino poſt paſſum Chriſtũ, & obſeruatam legem veterem quoad præcepta iudicialia, & cæremonialia, nõ enim debẽtur iure naturali, nec diuino poſitiuo niſi quòad ſuſtentationem neceſſariam, ſiue competentẽ miniſtrorum, ſeu parochorũ. Tum quia prædictorum Doctorum reſponſa non ſufficiunt ad priuandum eos iure ſuo, donec feratur à competenti iudice ſententia, ut palam eſt. Non enim faciunt peccatum adeo notorium,

b ca. poſſeſſor. de reg. iur. lib. 6. c ca. in literis. cũ ſibi ſa propria. d c. ca. cõque ſpoliare. ff. de reſtit. ſpoliatis. e d. ca. de reſtit. f c. fi. de parochis. g Allegat. in c. fi. de decim. h in rub. de parochis. i in c. fi. de priuan. k cap. 22. nu. 28. & 29.

Universidad de Deusto
Biblioteca

torium, ut possint repelli à sacramẽtis, iuxta ea, quæ tractamus in dicto Manua. [a] cum nõ sint constituti in peccato confesso per eos in iure, quod sit mortiferum, neque quod rei euidentia sit tale, neque per sententiam iudicis, quæ transierit in rem iudicatam, quibus tribus modis sit peccatum notorium, iuxta tradita per Antoninum, Panormitanum, & alios. [b]

a cap. 27. nu. 55.

b in ca. Sestra. de cohabit. cler. & mulier.

4 Ex quo ad fundamentum eorum, qui se defendunt per constitutionem Serenissimi Venetorum Senatus, nihil potest eis prodesse, vt præfati eruditissimi consulentes respondent. Tum quia, vt erudite illi dicunt, argumentum à contrario sensu nihil valet ad probandum cõtrarium eius, quod alio iure statuitur, vt gloss. putata singularis quasi in istis terminis dicit. [c] Tum quia nulla sæcularis potestas, quamuis suprema, potest super hoc spirituali, saltem quatenus est tale, disponere, saltem contra ius Pontificium. [d]

c in cle. 2. in uer. facere. de usuris.

d c. ecclesia sancta Maria. de cõstitutio.

5 Sed grande fundamentum habent in possessione immemorabili, quam videntur allegare, quoniam quicquid dicant plurimi, qui in hoc possunt allegari, & parum de iure, quo decimæ dabentur, nouerunt, veritas est, quod etiam laici possunt vsucapere, & præscribere libertatem ab obligatione soluendi decimas quo ad quotam, & ab obligatione soluẽdi de illo vel illo prædio, dummodo parochus, seu rector habeat ex alijs Ecclesiæ iuribus congruam sustentationem. Quod quia est contra desiderium consulentium, non confirmo pluribus, quæ irrefragabilia sunt argumenta: solum addo, quod laici propter incapacitatem non possunt quidem ius spirituale percipiendi decimas præscribere, immo nec possidere, vt Felynus & alij multi dicunt: sed bene possunt præscribere libertatem soluendi decimas, quatenus sunt iure solo humano debita: quia non sunt incapaces huius libertatis.

SVMMARIVM.

1 *Vicarium non potest contra solitum patronus onerare, vt de terris vicariæ soluat parochia primitias.*

Laicis nulla est super bonis Ecclesia dispo-2 nendi facultas.

CONSILIVM III.

NFuit per patronos ad vicariam quandam præsentatus hac conditione, vt ex terris annexis d. vicariæ (quæ sunt pro sustentatione Vicarij) licet per præfatum N. administraretur, solueret primitias parochiæ. Fuit N. ante ordinariũ citatus, vt solueret primitias parochię, iuxta conditionem appositam tempore præsentationis, qui respondit d. conditionẽ se non acceptasse, nec potuisse acceptare, cum sit super re spirituali, in qua non potest apponi conditio, nec modus, nec pactum, sed deber purè & liberè tradi, quia aliter est simonia. Vt tñ lites euitaret & ne cõtenderet cũ laicis, eas sua sponte soluit, & non virtute conditionis prętensæ. Dubitatur nũc, an isti patroni potuerint imponere istã conditionẽ, attento quod si d. N. præfatas terras suis impensis colit, ac serit, non tenetur soluere primitias, sed tantum si alij eas colerẽt ac sererẽt.

1 Respondeo, q̃ proculdubio præfati patroni non potuerunt illam conditionem imponere suæ præsentationi, nec illud onus adijcere terris illis contra consuetudinem antiquã. Tum quia illud fuit contra c. 1. [e] adiuncta saltẽ consuetudine non soluendi primitias, cum per Vicarium ipsum colerentur.

e de censib.

2 Tum quia laicis nulla est super rebus Ecclesiæ disponendi facultas: text. est in cap. [bene quidem.] [f] Et præfatus Vicarius non debet pari, vt cũ one. re illo maneant terræ illæ contra consuetudinem antiquam grauatæ. Vide etiam cap. nouum genus, [g] & ibi bonã glo. & Panormitanum, & Felynum cap. quæ in ecclesiarum. de constit.

f 96. dist. et ca. ecclesia S. Mar. de constit.

g Quod est 2. de decr.

De regularibus, & transeuntibus ad religionem.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiam regularem fundare, melius est, quam sæcularem, si cætera sint æqualia, nam*

nam inæqualitas expensa faciendæ posset aliud suadere, nu. 2.

1 *Perfectionis status personarũ orationes sunt Deo gratiores.*

1 *Melius quo est opus, quod quis adiuuat, tã to plus ex eo & ipse iuuatur.*

2 *Voto obstricti opus Deo magis gratum, quam quod fit ab alio, qui se non obstrinxit.*

CONSILIVM I.

ANsit melius, & Deo acceptius, fundare Ecclesiam collegiatam regularem Mendicantium, quàm collegiatam sæcularẽ, cæteris paribus?

1 Pro parte regularium facit primò, quòd status religionis est melior, quam status sæcularis, quia est in via perfectionis, vt dicitur à D. Thoma, [a] cuius orationes, cum sint meliores, sunt Deo magis acceptę, ergo, &c. Secundo quia ordo Mendicantium non tantum orationibus, sed cõfessionibus, prędicationibus, lectionibus, bonis exemplis magis ædificant, & prosunt Ecclesiæ, quia plura bona magis adiuuant illorum fundationem, quia ipsorum est causa bonorum. Tertio, quia notum & status paupertatis magis Deo placent, quem ipse Christus in se susceptt, prędicauit, & Apostoli eum sequuti sunt. [Ecce, inquiunt, [nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te,] &, omnis, qui reliquerit domum, vel agrum, &c.

a 2. 2. q. 184 art. 3.

2 Quarto magis Deo placet, qui voto se obligat, quam alij, qui sine voto idem faciunt, cæteris paribus, iuxta D. Thomam. [b] Hæc argumenta efficaciter quidem probant, melius esse, cæteris paribus, fundare, ædificare, & dotare Ecclesiam collegiatam regularem, præsertim Mendicantium, quam collegiatam sæcularem. Sed in quæstione proposita non sunt cætera paria, quoniam multo maiorem impensam requirit fundatio & ædificatio Ecclesiæ collegiatæ sæcularis, cum assignatione redituum sufficiẽtium canonicis sæcularibus eam culturis, quam fundatio & ędificatio Ecclesię regularis mendicantium sine assignatione redituum sufficientiũ monachis alen

b 2. 2. q. 88. art. 6.

dis, si tamen, vti verbo proponitur, is Dominus vult tantum impendere in fundatione regularis Ecclesiæ, quantum impenderet in fundatione Ecclesię collegiatæ sæcularis, opus proculdubio Deo gratiosius faciet, fundando regularem, quam fundando sæcularem, per argumenta præmissa, & tradita per Diuum Thomam, [c] & alia, quæ adijci possent, si esset necessarium. Salua, &c.

c d. q. 184. art. 8.

SVMMARIVM.

Religionem ingressurus debet considerare an habeat habilitates & inter primas numeratur sanitas, eruditio, & habilitas ad cõcionandum, pronitas autem ad libidinem, etsi proprius suadeat matrimonium, attamen & ingressum suadere potest, ut per fugam tẽtationum ab ea liberetur, at sororis necessitas posset esse talis, quæ impediret, nisi aliunde posset prouideri. 1

CONSILIVM II.

1 AD quæsita respondeo primo, D. consulentem posse iuuari ex ijs, quæ nos scripsimus in com. de reg. [d] vbi de dispositione requisita ad ingressum religionis tradidimus aliqua i eius principio, & alijs numeris seq.

d Super ca. cui portio.

Secundo, quod necessitas matris supra scripta non videtur sufficiens impedimentum ingrediendi religionem, neque (vt mihi uidetur) necessitas aliarũ suorum, præter quintam.

Tertio, quod pronitas in libidinem magis est causa ducendi vxorem, quam ingrediendi religionem, quamuis & ali quo respectu etiam prosit quo ad ingressum, per quem tollitur occasio conuersandi cum mulieribus, & quod corporis sanitas, habilitas, & eruditio ad prædicandum, multum prodest ad prædictum ingressum.

Quarto, quod præfata 380. scuta etiã multum prosunt ad remedia quintæ sororis, & aliarum necessitatum matris, & aliarum sororum, prudẽti iudicio inter eas diuisa.

Quinto, quod omnibus prædictis circunspectis, arbitror præfatum D. consulentem posse tuta conscientia ingredi

Universidad de Deusto
Biblioteca

di religionem, prouidendo de illis scutis iudicio viri prudentis quintæ sororí, & aliarum necessitatibus, optimo modo quo fieri potest.

SVMMARIVM.

1 *Professio filij tenet, licet ipse ob parentum penuriam profitendo peccet.*
1 *Professio excommunicati, vel ad ratiocinia obligati valet, licet uterque peccet.*
2 *Filius religionem professus, tunc demum ob parentum paupertatem exire tenetur si tempore ingressus illis non aliter se sustentare, arbitrio boni viri poterat, & nunc potest subuenire, necessitate autem cessante tenetur reuerti.*

CONSILIVM III.

AN parentibus tanta paupertate laborantibus, vt filius non possit intrare monasterium, nec professionem facere absque peccato: & si ingrediatur illud, & fecerit eam, valeat professio, & an teneatur exire ad eis subueniendum?

1 Respondeo, quòd valet professio, quamuis profitendo peccet, & quamuis possit & teneatur exire ad subueniendum eis, si potest, & consequenter professio illa non potest declarari esse nulla. Tum quia professio religionis, etiam ab excommunicato facta, valet, licet profitendo peccet [a] Tum quia licet debitor magnę quantitatis, & obligatus ad ratiocinium, non debeat intrare Religionem, si tamen intrauerit, & professus fuerit, valent ingressus & professio, & secundum nota. [b] & ratio, quare is peccet profitendo, est, quòd erat debitor prædictæ subuentionis, & ita licet iuste possit exire ad subueniendum tantæ necessitati, tenetur tamen cessante illa reuerti ad suum monasterium, secundum mentem omnium, & animaduertat, quòd, si absque licentia Superioris exibit, inquietabitur, vt suspicor, à sui ordinis fratribus.

a ca. cũ illo vtũ. de sent. excom.

b in rub. & c. 2. de obli. ad ratioci.

2 Ad posteriorem quęstionem, respõdeo, quod ad hoc vt professus teneatur exire ad subueniendum parenti paupери non potenti se alio modo sustentare, oporteret, quod tempore ingressus habuisset porentiam subueniendi, & uiri prudentis arbitrio vtroque tempore potuisset & posset subuenire, per multa, quæ in hoc adduci possent. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum, quod omittunt alumni Collegij Anglicani Romani, impedit ne ante illud impletum sine dispensatione religionem ingredi valeant, nume. 5. & obligat ad seruandam contractum, quod cum Collegio inierunt, maximè cum per illud obligari uideantur ad martyrium, quod ingressu religionis melius est. nume. 11.*
2 *Votum & iuramentum licet sit actus religionis obligantis ad sui obseruationem, uotum tamen maius uinculum inducit. & hoc respectu principalis obiecti, quod est ipse Deus, cui fit, iuramentum tamẽ firmius obligat, Deo inquam, & homini, vnde & difficilius à Papa remittitur nu. 10. & 11. & dissoluitur. nu. 11. & 12.*
2 *Vota omnia in uotum religionis etiam propria auctoritate cõmutabilia sunt, quia professio transfert omnia profitentis in Deo obsequium, secus de obligatione iurata, qua quis alteri tenetur. nu. 11.*
3 *Iuramentum contra Dei consilium, & maioris boni impeditiuum, est illicitum, & hoc quando directè contra illud fieret, at si fiat de re bona, licet indirectè sequatur impedimentum aliquod maioris boni, non inde sequitur ut sit illicitum. nume. 13.*
4 *Lex priuata Spiritus sancti inspirantis ad ingressum religionis legi publicæ est præferenda: & hoc si constet, vel iustè præsumatur inspirationem talem esse à Spiritu sancto, & non aliàs nu. 13.*
5 *Religionis ingressum impedit seruitus, item & iuramentum de ducendo aliquam in uxorem nu. 6. obligatio item, qua tenetur quis alteri de gestis reddere rationem, nu. 7. item & debitum quod potest solui nu. 8. & 9.*
14 *Religionem non ingredi uouere illicitum quidem est, nisi fiat ad tempus pro obseruatione, obligationis iustè ingressum impedientis.*

CONSILIVM IV.

ROmæ in Collegio Anglorum est statutum, & constitutio Papalis, vt quicunque illud ingredi voluerit, teneatur iurare se post tot annos pro defensione fidei Catholicæ in Angliã profecturum: illamque ibi publice & priuatim prædicaturum.

Quæritur, an qui huiusmodi iuramẽtum emiserit, antequã illud adimpleat, possit religionem intrare.

1 Ad priorem quæstionem respõdeo, pro parte illius affirmãte facere primo c. [scripturæ.] [a] in illis verbis; [Reus fracti voti aliquatenus nõ habetur, qui temporale obsequium in perpetuã nõ scitur religionis obseruantiam commutare. [Cuius summa communis est, Omnẽ [votum est mutabile in votum religionis etiã auctoritate propria, [vt ait Panormitan. ibi communiter receptus. At S. Thomas in 2.2.q.89. art.8. ait votum esse maius vinculum, quã iuramentum: ergo à fortiori omne iuramentum est mutabile in uotum religionis etiam auctoritate propria.

2 Secundo; quòd sicut omne votum licitum obligat ad sui obseruantiam, secundum eundem S. Thomam communiter receptum, [b] & est actus latriæ, siue religionis, secundum eundem, [c] ita etiam omne iuramentum licitum obligat ad sui obseruantiã, & est actus eiusdem virtutis latriæ, & religionis, secundum eundem S. Thomam communiter receptum, [d] ergo eadẽ ratione, qua vota omnia licita sunt commutabilia in votum religionis auctoritate propria, eadem etiam omnia iuramenta licita erunt mutabilia propria auctoritate in votum religionis.

Tertio, quod ratio quare in votũ religionis omnia alia voto sunt transmutabilia, est, quia votum religionis executum excedit aliud votum, quia per illud transferuntur omnia, quæ habet in obsequium Dei, iuxta c. fi. [e] At iuramẽtum in hac quęstione propositum est tẽporale & non perpetuum, vt est omnis religio approbata, ergo potest transmutari in votum religionis approbatæ.

a De voto. c. [scripturæ.]

b in 2. 2. q. 88. art. 3.

c ibid. ar. 5.

d in ea. 2. 2. q. 89. ar. 8. & 7.

e De statu monach.

3 Quarto, q̃ iuramẽtũ cõtra cõsilia Domini, & maioris boni impeditiuũ, est illicitũ, & non obligat, vt tradit S. Tho. ab oĩb. recep. [f] At iuramentum præfatũ *f in d. q. 89* si extenderetur ad impediendũ religio- *ar. 7. in cor* nis ingressum, esset contra consiliũ Do *pore q.* mini & impeditiuum maioris boni, ergo non potest esse validum, neq; obligare sicut neque alia vota de non ingredien do religionem possunt valere, vt idem S. Tho. communiter recep. affirmat. 8 *g in prædi.*

4 Quinto facit in c. [duæ sunt, [h] qua *q. 88. ar. 3.* tenus habet legẽ primã Spiritus sancti, & 8. qua quis mouetur ad intrandã religio- *h 19. q. 1.* nẽ, esse præferendã legi publicæ, qua qs tenetur ad seruiẽdũ alicui dignitati, vel beneficio ecclesiastico præhabito, cui obligatur seruire. Ergo ęt, q̃ iurat seruire Anglię, poterit intrare religionẽ, nõ ptãto illo. Adidẽ facit c. [licet,] [i] *i de reg.* q̃ habet, eũ qui est professus aliquã regulã religionis approbatę, posse trãsire ad aliã arctiorem & durioré. At arctior & durior est perpetua religio approbata, quam visitario animarũ Angliæ tpalis: ergo hoc potest transferri in illam.

5 Pro contraria tamen parte, nempe quòd qui fecit prædictum iuramentum non possit intrare religionem sine dispensatione, antequam illud compleat, facit primo, quod seruus non potest licitè intrare religionem sine cõsensu Domini, [k] eo quod non potest disponere de se, quatenus est res aliena, sine domini consensu. At qui iurauit prædictum iuramentum, videtur se exuisse, & à se alienasse potestatem disponendi de se ad intrandum religionem, antequam impleat iuramentum, ergo non potest intrare illam, donec impleat illud. *k ca. si serui. 54. dist.*

6 Secundo facit, quod qui iurauit ducere aliquam in uxorem, non potest iustè intrare religionem, antequam ducat illam [l] Ergo qui iurauit antea ire in Angliã cã fidei Catholicæ inuandæ, nõ potest iustè religionem intrare antequã illam adeat, cum posteaquam illam fuerit ingressus, non possit eam adire. [m] *l ca. cõmiss. sum de spõ. m Arg. ca. quorundã.*

7 Tertio, quod procuratores, actores & executores, seu curatores pupillorum, non possunt fieri clerici, nec consequenter monachi, donec reddant rationem de obligationibus, executionibus, & administrationibus suis, vt habet c. 1. [n] *c. religio. sus. de elec. lib. 6. n de obliga tis ad ratiocinia.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nec eadem ratione alij obligati ad red dendũ rõnem de ſuis adminiſtrationib. vt cõis opinio ibi concludit, & non alia ratione, q̃ quod qui obligatus eſt ad ali quid faciendum, prius debet illud facere, quam ingrediatur religionem. Ergo, qui iurauit adire Angliam cauſa iuuandi animas fideles, nõ poterit intrare religionem, donec adeat illam, & adiuuet.

8 Quarto, q̃ multis, & irrefragabilibus rationibus probauimus nos in com
a Super ca. cus porro nu. 8. ment. 1. de reg. [a] & affirmauimus, q̃ debitor non debet intrare religionem, donec ſoluat debitum, ſi ſoluere poteſt. At qui præfato modo iurauit adire Angliam, debitor eſt animarum fidelium Angliæ ad adiuuandum eas, & põt prius adire illam, ergo prius debet ſoluere illud debitum, q̃ ingrediatur religionẽ.

b 2. 2. q. fi. art. 6. 9 Quinto, q̃ S. Tho. [b] quem ibi commendat Caieta. determinat debita certa ſoluẽda eſſe ante ingreſſũ religionis.

Sexto, q̃ debitor lege naturali, & diuina tenet ſoluere debitũ, iuxta septi-
c Exod. 20. mũ præceptũ Decalogi, [c] relati in gl. [d]
d c. quod m omnib. 32. q 7. quo nõ ſolum vetatur acceptio iniuſta alieni, ſed ét retentio, [e] à qua obligatio ne nõ vſ abſoluere ingreſſus religionis,
e c. ſape. de reſt. ſpol. pluſquam à iuramento ducendi vxorẽ, à quo nõ abſolui talem per ingreſſum religionis probat p̃dictũ c. [cõmiſſum.] At debitũ eius, q̃ iurauit p̃dicto modo, eſt debitum certum, & debitũ iure naturæ diuino, & humano cõtractũ: ergo dẽt prius illud ſoluere, q̃ accipiat ſtatũ, per quem amittat potentiam ſoluendi.

10 Septimo, q̃ licet votũ inducat valentiorem obligationẽ, quam iuramentum, eo reſpectu, q̃ obiectũ principale illius eſt ipſemet Deus, alia tñ rõne iuramentũ, q̃ ſit homini, eſt fortius, & firmius. Tum quia non ſolũ, ſicut votum, obligat per illud diuinum Pſal. relatũ
f De voto. in c. 1. [f] [Redde vota tua,] ſicut iuramẽtum obligat p̃ illud diuinũ, [Redde iuramẽta tua Deo,] & p̃ illud præceptũ.
g Exod. 20. [Nõ aſſumes nomen Dei in vanum.] [g] ſed pp̃ hoc, q̃ iuramentum obligat non ſolum Deo, ſed etiam proximo, adeo q̃ licet Pontifices paſſim abſoluant iuſta de cauſa à voto, à iuramento, tñ quo iurans obligatur proximo, regulariter nõ abſoluunt, niſi de conſenſu partis,

11 Tum, quia licet votũ metu emiſ-
h De iis qui vi. ſum ſit ipſo iure nullum per c. 1. [h] iura-
i De iureiu. c. ad audiẽtiam, & c. abbas. de iis qua vi. mentum tñ metu contractum eſt validum, iux. c. [verum.] [i] vbi gloſſa ſolemnis. Et hanc concluſionem, ſ. q̃ iuramẽtum promiſſorium inducat fortiorem, & firmiorem obligationem, q̃ votum, latiſſimè probauit Frater Michael à Me
k In lr. 5. de ſacrorũ bonorum cõtractu c. 23 dina Franciſcanus eruditiſſimus, [k] per multa in quibus ſunt, q̃ omnem obligationem, quam parit votum, parit, & iuramentum, & aliam ampliorẽ, quia votum ſolum obligat Deo, iuramentum aũt ét homini, & q̃ obligationem ſoli Deo, quæſitam, facilius ſoluit Pontifex quàm quæſitam homini, imò, vt ille ait, non põt ſoluere illam quo ad tempora lia auctoritate Pontificia, vel ſaltẽ non ſolet abſoluere, vt palã eſt, & q̃ ipſemet Chriſtus multo plus cõmendauit ſolutionẽ debiti proximo, quam debiti ſibi, & cæteris, quæ ibi videri p̃nt, & quia p̃fatus, qui modo prædicto iurat, vſ contrahere cum præfato collegio, & contractum iuramento confirmauit, & cõtractus liciti iure naturæ, diuino, & humano obligant ét Reges, & Principes, vt
l De probat. annotatur in d. c. 1. [l] Per quæ omnia hæc pars negatiua videtur eſſe verior.

Ad primum oppoſitorum reſpondet concedendo, omne votum regulariter eſſe tranſmutabile in votum religionis, negando autem conſequentiam, q̃ ex hoc inferatur idem eſſe de iuramento, quo quis obligatur proximo, ea ratione, quod quamuis votum aliquo reſpectu ſit maius, & excelſius, quàm iuramẽtum, hoc tamen eſt firmius, & indiſſolubilius per adducta in tribus vltimis argumentis pro hac parte formatis.

Ad ſecundum oppoſitum rñdetur cõcedendo, votum, & iuramentum ambo eſſe actus latriæ, & obligare, ſed negando, quòd tam firmũ, & indiſſolubile ſit vinculũ voti, ac iuramenti, q̃ prædicta.

Ad tertium reſpondetur; primo negando, quòd votum religionis excedat omne aliud bonum, quia martyrium eſt
m 2. 2. q. 24. art. 3. eo maius, vt tradit S. Thomas, [m] & iuramentum p̃fatum videtur ſatis obligare ad martyrium, ſi res penſetur.

12 Secundo rñdetur, quòd licet religio eſſet omnium actuum maximus, & optimus, tñ non ſequitur ex hoc, quòd obligatio ad illum nata ſit omni alia indiſſo-

diſſolubilior, vt eſt exemplum in d. cap. [commiſſum.] de obligatione iuramenti ad ducendam vxorem, quæ iuſtè non poteſt ſolui per ingreſſum religionis, antequam vxor ducatur, eſt exemplum etiam in quocunq; debitore ex contractu præſertim iurato, per adducta pro hac parte in tertio argumento.

13 Ad quartum conceditur, iuramentum maioris boni impeditiuum nõ vale re quidem, ſi directè ad id fieret, negando tñ de illo, quod directè fieret ad aliquod bonũ, ex quo indirectè impedire cur maius bonum, quale eſt oĩs contractus, per quẽ quis obligatur ad ſoluendum proximo aliquod magnum debitũ ét ſine iuramento, vel renuit reddere rationem de adminiſtratione, quæ impediunt clericatum, & monachatum ante illius ſolutionem, vt prædictum eſt.

Ad quintum conceditur, priuatam legem Spiritusſancti præferendam eſſe legi publicæ, ſi conſtat, vel iuſtè præſumitur eſſe legem Spiritusſancti, ſed negando, quòd omnis inſpiratio intrandi religionem, vel trãſeundi ad aliam ſtrictiorem, ſit à Spirituſancto, quoniam q̃ſq; eſt à ſpiritu maligno, vt ſatis probatur in prædicto capitulo, [licet.] etiam quando ineſt aliquod legitimum impedimentum, qualis eſt ſeruitus perſonalis, & inhabilitas perſonę per defectum ſanitatis mentis, vel corporis, vel alius libertatis requiſitæ ad id, quod Spiritus inſpirat, vt noſtra ætate inſpirauit cuidam Reginæ, & multis nobilibus fœminis conſecrationem ſacramen
a De pœnit. & remiſſ. ti Euchariſtiæ, contra cap. [nona.] [a]

14 AD ALTERAM QVAESTIONEM reſpondetur, quòd ex prędictis reſultat ſua ſolutio: ſcilicet, quod quamuis non liceat vouere non intrare, vel promittere ſimpliciter, quòd non ingredietur religionem approbatam poteſt tamen cõtrahare cum aliquo contractum licitũ, ex quo oriatur impedimentum ad intrandam religionem, donec impleat ex parte ſua illum contractum, & conquẽter iurare, quod non intrabit eam, donec id faciat, quia non licet ei vſque ad illud tempus eam intrare, & ſic põt iurare, quòd non intrabit eam vſq; ad illud tempus, quia id non eſt contra cõſilium Domini iurare. Salua, &c.

SVMMARIVM

Coegiſſe mulierem monaſterium ingredi non dicitur quis, ſi illa non ſit ingreſſa. Vnde nec ipſe, nec ei id conſulens ligantur excommunicatione ſacri Concilij c. 18. ſeſſ. 25. de regularibus. 1

Conſulentes, auxiliantes, & ſimiles cum excommunicantur, in dubio acceſſoriè cenſentur excommunicari, vnde non ſequuto effectu, non ligantur. 2

Conſulentes appellari ad futurum Concilium videntur non ligari excommunicatione bullæ Cœnæ latæ à Gregorio XIII. licet ligentur per excommunicationem Iulij II. A

CONSILIVM V.

CVm ſacrum Concil. Trid. [b] anathematizet cogentes mulierem ad ingrediendum monaſterium, atq; prẽſtãtes conſilium, auxilium, &c. Dubitatur, an cogens, & cõſilians ſit excommunicatus, effectu non ſubſecuto.

b c. 18. ſeſſ. 25. de regul.

1 Reſpondeo primo, quòd quæſtio, quo ad cogentem, nullum vſ habere dubium; quia nemo põt dici cogens ingredi, ſiue quod coegerit ingredi, niſi ſecuto ingreſſu. Aliud enim eſt conari cogere ingredi, & alind cogere ingredi, quòd non põt conſtare ſine ingreſſu, vt palam eſt, & ita certum eſt, conantem cogere ingredi non excommunicari, eo quòd coegerit ingredi. Secundo, quòd neq; etiam conſulens videtur excommunicari, niſi ſubſecuto effectu, & ingreſſu.

2 Tum quia conſulens, fauens, & auxilians videntur acceſſoriè in d. c. canone excommunicari. Tum per regulam, [In pœnis benignior interpretatio eſt faciẽda,] [c] & cum ille canon 18. non exprimat expreſsè, nec tacitè, an acceſſoriè, an æque principaliter excommunicet conſulentem, interpretandum eſt, quod excommunicet acceſſoriè, quia illud eſt mitius, per reſolut. poſitam in noſtro Man. [d] per quam acceſſoriè, excommunicatus non incurrit excommunicationem, niſi conſecuto effectu principalis excommunicationis. Tum quia Caiet. [e] dixit, quòd per conſtit. Pij II. qua excommunicauit appellãtes ad futurum Concilium à Papa, cum conſu-

c De regul. tur. lib. 6. cũ ſuis concor. d c. 27. n. 51 e In ſum. verbo excõ. c. 25.

lentibus, auxiliatibus, &c. non fuit visus excommunicare cõsulentes, & auxiliantes, nisi appellatione subsecuta. Tum ét
ac.27.n.58 dẽ in Man. [a] q̃ per bullam Cœnæ, qua S. D. N. excommunicauit appellantes huiusmodi, & consulentes, ij non vñr excommunicati, nisi secuta appellatione: quamuis nec nos ibi, nec alius aliquis alibi reddiderit rõnem fundamentalem, quam nos supra in prædicto fundamẽto reddimus. Tum quia Iulius II. extendit prædictam excommunicationẽ Pij II. ad eos, qui decreuerint esse appellandum, vel cõsuluerint licite posse appellari à Papa ad Concilium, vel consuluerint appellare, ét non secuta appellatione, & ita clarè significauit non cõprehendi eos, nisi eam extensionem ipse fecisset. Tum quia S. D. N. iuris calentissimus, excommunicans appellãtes, & consulentes, vt excommunicauit Pius II. non addidit se excommunicare decernentes, & consulentes licere appellare, & c. vt Iulius, significans, se pro sua benignitate velle ab excommunicatione bullę Cœnæ eximere consulẽtes, & auxiliantes, nõ secuta appellatione, licet includantur in extrauagante Iulij II. sed non quo ad hoc, vt censeantur excommunicati bulla Cœnæ. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Cogens puellam ingredi monasterium, etiã vt ibi in habitu sæculari vsque ad ætatem nubendi educetur, comprehenditur sub decreto sacri Concilij sess. 25. de reg. c. 18. & nu. 3.*

1 *Ingressus monasterij dictio, etsi de assumptione habitus probationis, ac de professionis emissione soleat intelligi, attamen quando lex disiunctiue loquitur de assumptione habitus vel de ingressu, tunc latius patet.*

2 *Repetitio eiusdem dictionis in eadem dispositione denotat id cum mysterio factum.*

CONSILIVM VI.

AN cogens aliquam puellam minorẽ 12. ingredi monasterium, non causa accipiendi habitum, nec faciendi professionem, sed vt maneret ibi honestè vsq; ad ætatem nubendi, incidat in excõicationem [b] Concilij Tridentini.

b cap. 18. de reg. sess. 25.

1 Respõdeo, q̃ pro parte negatiua facit primo, q̃ in hac materia iuxt. Auth. [ingressi,] & ei annotata, [c] appellatione ingressus venit tm̃ ingressus ad suscipiendum habitum, quem appellant primum ingressum, & ad faciendam professionem, quem aepellant secundum ingressum, ad quorum nullum prędicta puella est coacta in casu proposito. Secundo, q̃ si de quolibet ingressu esset intelligendum illud c. Consilij, sequeretur q̃ etiam haberet locum in cogente ingredi ad audiendam Missam, vel ad visendam quampiam cognatam, quod nõ est dicendum, quia absurdum. [d]

c cap. de sacrof. eccles.

d l. nã quod absurda. ff. de bonis lib.

Pro parte affirmatiua vrget primo, q̃ verba propriè sunt intelligenda, nisi de cõtraria mente loquẽtis appareat, & verba illa disiunctim posita, [ad ingrediendum, vel ad habitum suscipiendum] &c. propriè intellecta comprehendunt cogentem tantum ad ingrediendũ, cum in alternatiuis sufficiat vnam partem earum esse veram. [f]

e l. non aliter, ff. de legat. 3.

f c. in alternatiuis. de reg. iur. lib. 6

2 Secundo, q̃ bis repetit illa tria verba, [ad ingrediẽdum, vel ad habitum suscipiendum, vel ad professionem faciendam.] & repetitio dictionis in eadẽ dispositione facta significat id esse cũ mysterio factũ, iux. glossam memorabilẽ. [g]

g In cle. 1. de iure pat. verbo tron. verbo de cæsarius.

3 Tertio, q̃ Cõcilium non absolute potuit considerare, q̃ qui cogit intrare aliquam in aliquod monasterium, vt ibi educetur, indirectè vt cogere, vt cum tempus fuerit, accipiat habitum, & faciat professionem precibus, aut blanditijs monialium, aut minis eiusdem, qui coegit intrare, aut verecũdia, & timore maledicorũ, & ideo voluerit hanc viam indirectam cogendi præcludere, & legislatorum est, non solum vias directas, sed etiam indirectas prohibere, iux. ca. [cum quid vna via prohibetur, non debet altera concedi.] de reg. iur. lib. 6.

Per quæ vt hæc pars literæ & mẽti illius ca. & vsui intromittendi puellas ad educãdũ eas in monasterio germanior, & tutior, atq; ideo tenenda. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Errans circa intelligentiam legis difficilis, qualis est, c. 18. sess. 25. de regularib. excusatur*

excusatur à peccato mortali, & succesiuè ab excommunicatione ob illud inflicta.

CONSILIVM VII.

REligiosus quidam, habẽs neptem, ac timens, ne in aliquem errorem incideret (patre enim carebat) procurauit, vt monasterium ingrederetur, donec ad nubendi ætatem perueniret, q̃ totum effectum est, etiam ipsa & matre nolentibus. Quæritur, an sit excommunicatus vigore Concilij Tridentini, [a] vbi ait, [Anathemati subijcit prædicta Synodus, &c.] Deinde quæritur, an si incidit in excommunicationẽ, id ignorans, celebrando incideret in irregularitatem.

a Sess. 25. c. 18.

1 Respondeo, q̃ D. consulens in foro exteriori iudicabitur excommunicatus, & si celebrauerit, irregularis, quamuis nos credimus eum non esse iudicãdum irregularem in foro conscientiæ, quia, qui peccat ob legem difficilem intellectu malè intellectam, non peccat mortiferè secundum Innocentium, [b] de simon. probatum, & reprobatum à Fel. [c] Et nemo cadit in excommunicationẽ legis, vel canonis generaliter latam per actum, qui verè non est peccatum mortale, [d] quod in multis locis nos asseruimus, & nuper in Manu. [e] & negari non potest prædictum c. 18. quo ad hoc esse difficile intellectu. Salua, &c.

b In ca. per tuas. nu. 2. col. 2.

c in c. 2. de reiud. col. 7

d c. nemo. et c. nullus. 21 q. 3.

e ca. 27. nu. 157. et 241

SVMMARIVM.

1 *Congregatio Hospitalariorum Ioannis de Deo an ex bulla Pij V. sit censenda approbata vt religio, ex coniecturis, & in dubio pro negatiua est iudicandum, numero 3.*

2 *Regulares non sunt omnes, quibus Papa concessit, vt viuant sub regula siu secundum regulam S. Augustini & numero 1.*

3 *Institutio nouæ religionis præcipuè mendicantium, & maximè illorum quorum professores vt plurimum lautius in sanitate & egritudine gubernantur & tractantur, quam sibi pares sæculares in suis domibus priuatis degentes, non facile est admittenda.*

CONSILIVM VIII.

VIsa bulla fœl. recor. Pij V. concessa fratribus, qui dicuntur confratres hospitalis Ioannis Dei, videtur primo esse quæstionis magnæ, an ipsi confratres hospitalis prædicti, & aliorũ similium debeant esse fratres professi.

1 Quoniam pro parte affirmante facit, q̃ debent viuere sub regula S. Augustini. Pars vero negãs verior. Tum quia præfatus Pius non videtur velle constituere nouam religionẽ, nec efficere nouam regulam. Tum quia regula S. Augustini appellat Prælatos suos præpositos & presbyteros, qualiter non appellat Pius, neq; illi habent eos. Tum quia nullibi iubet, vt faciant professionem solemnem. Tum qui a non videntur ipsi esse inhabiles ad contrahendum matrimonium, cum sola professio facta in religione approbata inducat inhabilitatem ad illud contrahendum. Tum quia expresse hẽt, q̃ de consensu confratrum hospitalis, in quo viuunt, possint dimittere habitum, & assumere aliud. Tum quia nullam mentionem nec dẽ fiam facit inter nouitium & professum, sed solum inter deferentem scapularium, & non deferẽtem illud. Et primo die quo illud accipiũt pñt petere eleemosynas, & seruire hospitali perinde post duos & tres menses, & post annum. Tum quia nouitius regularis si sit clericus, quales non oportet ipsos esse ſm S. Tho. [f] ad secundum, si simpliciter profitetur regulam S. Aug. diceretur canonicus regularis: At nemo, vt puto, dixerit q̃ intentio præfati Pij V. fuerit facere eos canonicos regulares, quorum magna est in Ecclesia Dei auctoritas.

f 2 2. q. 189 art. 8.

2 Tum q̃ põt quis viuere ſm regulã S. Augustini, licet non sit professus illam: canonici. n. nouitij viuunt ſm regulam S. Augustini, & tñ non sunt professi illam. Nec præfati confratres tenentur vt puto, recitare horas canonicas, quas tenerentur dicere, si essent canonici, vel profiterẽtur regulam S. Augustini. Itaque non debent ipsi meo iudicio facere professionem in forma prędicta, antequam habeatur notitia authentica de forma qua fit professio in hospitali Granatensi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

3 Immo neque posteà, nisi consulto S.D.N. & facta per eum declaratione q̃ hic modus viuendi erigatur in veram & approbatam religionem, & impedientẽ matrimonij contractum, & requirétem annum nouitiatus, & officij diuini, vel aliarum precum eis subrogandarum recitationem, q̃ nescio an facile faciet, at tenta multitudine religionum, maxime mendicantium, contra c.fi.[a] & q̃ populus magna paupertate opprimit, & eorũ aliqui opiparius viuunt, & propinant ægrotis, q̃ alij suę conditionis homines in domibus suis tractantur. Et multi adeunt huiusmodi hospitalia, vt melius tractentur in eis, & hinc nõ parum crescit impensa populi, à quo illa mendicatur.

a De relig. domib.

SVMMARIVM.

1 *Bullarum plumbatores, quibus Pontifices in collatione officij dant habitum ordinis Cistercienſium, & vocant Cistercienſes conuerſos, ob hoc, cum aliud non promittant, vel faciant, verè non efficiuntur religioſi, nu. 3. nec alicui ſubduntur, imò remanent laici liberi etiam ad effectum matrimoniũ contrahendi, vt prius. nu. 5.*

2 *Religioſus verus poſt Concilium nemo effici poteſt, niſi poſt probationis annum ſine interruptione in monaſterio exactũ, & poſt emiſſa tria ſubſtantialia vota, nume. 4.*

3 *Papæ ſola nominatio non facit quem religioſum.*

CONSILIVM IX.

IN curia est officium, q̃ vocant plumbatoris bullarum, cuius officialis vocatur vulgo frater plumbi, & defert habitum, siue scapulare certi coloris, q̃ in collatione eiusdẽ à Papa accipit, & nominatur ab eo ordinis Cistercienſis cõuersus, nullam tñ professionem emittit, nec viuit sub vllius regula, vel obediẽtia. Quæritur, an præfatus officialis sit religioſus, ita vt possit in aliquo à Cistercienſibus, vel alijs molestari super persona, & bonis, q̃ in dies sibi acquirit.

1 Ad hanc quæstionem respõsurus præmitto primo illud Iurisconsulti[b], [Inciuile est iudicare de lege, nisi tota ea perspecta,] & non possum credere non esse aliqua statuta, vel leges, secundum quas debeant prædicti plumbatores viuere, præsertim cum à Papa vocẽtur conuersi Cistercienſes, & accipiant habitum ab eo, & cum portent scapulare certi coloris, & non pñt illa fieri, & dici commode, nisi aliqua alia referant, & addantur: & ideo tenor illorum statutorum, & legum proponendus esset Iurisconsultis huic quæstioni rñsuris.

b l. inciu. ff. de legib.

Secundo, q̃ præsuppoſito, q̃ nulla talia statuta habeant prædicti plumbatores, & q̃ Papa, cum confert illa officia, vel tollit, vel mutat ea, nec facit, nec dicit alia, quam quæ referuntur in quæstione proposita, dicenda videntur sequentia.

2 Primum, q̃ ipsi non sunt vere religioſi. Tum quia post Concil. Trid.[c] nemo põt esse vere religioſus, nisi post annum probationis perfectum, & prædicti plumbatores nec faciunt, nec incipiunt, nec mediant annum præfatum. Tum quia non solum requiritur annus præfatus perfectus, sed etiam quod sit continuatus in monasterio, & non quomodocunque, sed continue sine interruptione, vt videtur casus in cap. 1.[d] vbi Felynũ, & Decium, & eos, quos ipsi citant,

c c. 15. sess. 25. de reg.

d de reg. l. 6

e De sent. excom.

a in cap. in tãt. præsent. de prob.

b Super ca. cui portio. à nu. 14.

[a] quæ ipsi non faciunt, vt latè monstrari potest per ea, quæ nos adducimus in commen. 2. de reg. [b] referendo latè ea, quæ sunt necessaria ad hoc, vt quis dicatur emisisse illa.

5 Secundò, quòd prædictis est consequens prædictos plumbatores nullatenus esse religioſos, & consequenter neque à Cistercienſibus, nec ab alijs religioſis posse molestari tanquam à superioribus, & posse vti proprio, & bonis aliàs iustè quęsitis immo, & contrahere matrimoniũ, & renunciare officijs suis, reseruatis sibi fructibus de cõsensu Papæ, vel non reseruatis, & deniq; omnia alia, quæ licita sunt clericis, vel laicis, iuxta statum, quem legitimè habẽt, vel habuerint, si, vt præmittitur, statuta, leges, vel consuetudines præscriptæ, vel aliæ conuentiones inter Papam, & ipsos, vel iuramenta iustè præstita nõ fuerint eis contraria. Salua, &c.

SVMMARIVM.

Milites regulares ſancti Stephani, cum ſint vere religioſi, ſunt incapaces parochialis ſæcularis. nu. 11.

1 *Religio S. Stephani à magno Duce Hetruria ex conceſſione Pij IV. nu. 4. ad inſtar Calatraua, & Alcantara, nu. 3. ad militandum pro defenſione fidei, ita vt non requirat clericatum, nu. 2. inſtituta, & etiam ab eodem Pontefice confirmata, eſt verè, & propriè religio, nume. 1. habitum habens regularem militãs ſub regula ſancti Auguſtini, nume. 4. cuius profeſſores votum paupertatis emittunt nume. 5. & 9. & morientium ſpolia ſpectant ad ærarium religionis. num. 5. poſſunt tamen ex priuilegio Apoſtolico relicta quinta parte dicto ærario teſtari. num. 5. & num. 9. & 10. itemque emittunt votum caſtitatis, mitigatum tamẽ à Sede Apoſtolica ad coniugale. nu. 6. & 11. ſuntque etiam ſi beneficia poſſiderent à iuriſdictione ordinaria exempti. nu. 7. ex eorum autem ſtatutis poſt ſacrum Concilium editis, & confirmatis non tenẽtur facere annum probationis. nume. 8. & 10.*

2 *Votum obedientiæ regularis includit in ſe votum caſtitatis & paupertatis in regula præcepta.*

CONSILIVM X.

CVm Vincentius Guidius presbyter Lucanus V. I. D. & ordinis seu militiæ sancti Stephani Papæ professus, in concursu parochialem ecclesiam sanctæ Mariæ de Brãcalo Lucanæ diœcesis obtinuerit, stante Lateranensi Cõcilio, [c] ac sacro Concilio Tridentino, *c in ca. modo* dubitatur, an per assumptum habitum, *nachi. de* & emissam professionem in d. militia, *stat. mona.* ita sit regularis effectus, vt incapax sit *ac canoni.* sæcularium beneficiorum, & ita à dicta *reg.* parochiali reijciendus.

1 Respondeo, q̃ pro parte affirmatiua propositi dubij facit primo, qđ omnis, qui emittit professionẽ, qua in religione probata voueat tria vota substantialia, est religioſus, siue regularis, accipiẽdo propriè, & strictè illa verba, [religioſus, & regularis,] vt accipiuntur in tit. de reg.[d] secundum omnes,[e] & communem,[f] & alibi sæpe & prædictus con*ſeſs.* 14. & sulẽs emisit professionem ẽt expressam *toto tit. de* huiusmodi, quia emisit illã in prædicta *reg. & mo.* religione S. Stephani, quæ est approba *malb. ſeſs.* ta vt constat per confirmationẽ eiusdẽ 25. à Pio IV. factã, & votiit tria vota, s. cha *e Tã in lib.* ritatis, pudicitiæ, & obedientiæ, vt ex 6. *Cle. quã* forma vouendi in prędicta religione pa. *i antiquis.* lam colligitur. Ergo est verè, proprie & *f in d. rub.* strictè religioſus, & regularis. *de regul.*

d in ca. 10.

f in c. eccle

2 Secundò facit, quod duo sola sunt genera hominum, alterum clericorum, *ſia S. Ma.* & Deo deuotorum, siue religioſorum, *ria. de con.* & alterum laicorum, [g] & sodales S. Ste- *ſist.* phani non sunt laici, quia gestant habitum cruce insignitum, & distinctum ab *ſunt gene.* habitu Christianorum laicorum, vt pa- *ra. 12. q. 1.* lam est, & ita non sunt laici. Non etiam sunt clerici, quia licet clerici possint esse sodales illius ordinis, de substantia tamen & essentia illius non est aliquis ordo, vt colligitur ex regula, quæ non requirit vllum ordinem etiã clericorũ, quo ad eos, qui sunt arma sæcularia exercituri, sicuti neque est de substãtia, & essentia monachorum, & religioſorũ aliorum ordinum, quam canonicorũ, & regularium, vt definit S. Tho.[h] Ergo sunt Deo deuoti, siue religioſi.

g cap. duo

h 22. q. 109 art. 8. ad 2.

Tertio facit, q̃ religio vera, & propria põt instituì ad militandum pro defensione fidei, vel reipub. Christianæ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

a 2i 2. *qõ.* 188. *art.* 3. vt pulchrè probat S. Thomas, [a] & præ- E dicta religio S.Stèphani est instituta ad defensionem fidei Christianæ, & ad impugnationem infidelitatis illi cõtrariç: ergo meritò dici potest vera & proprie religio, & fodales eius verè, & proprie religiosi.

Quarto facit, quod omnes cõiter putant prædictam religionem S.S ephani esse quiddam longe maius, & altius quã fratrias, siue confraternitates, siue societates, quas vocant gloriosissimæ Trinitatis, Sacramenti, S. Crucis, Rosarij, Misericordiæ, & id genus alias, & si non esset vera & proprie religio, non esset res altior illis: ergo est uera religio.

3 Quinto, quod religio S. Stephani videtur instituta instar religionum S. Iacobi, Calatrauæ: & Alcantaræ, quæ inueniuntur in Hispania ad militandum instituto, vt expresè colligitur tam ex primis, quam ex secundis literis Pij IV. quibus dedit facultatem instituendi prædictam militiam. At illæ sunt veræ & proprie religiones, vt aperte probauimus

b q. 1. *mon.* 55. & 56. in trac. de reditib. eccl. [b] Ergo etiam præ dicta religio S. Stephani censenda est vera religio, & fodales eius verè religiosi, & verè regulares.

4 Sexto, quod prædicta militia S. Stephani est instituta iuxta formã & facultatem instituendi, quam dederat Duci institutori Pius IV. qui solum dedit ei facultatem instituendi vnam militiam sub regula S. Augustini, aut S. Benedicti, vel Cistercien sis, aut alterius approbati ordinis, vt habetur expresse in primis literis Pij IV. & etiam in secundis, ibi, [Sub certum approbatum ordinem per eum eligendum:] & ibi, [Sub regula S. Benedicti, vel alterius approbati ordinis: & ibi, [Habitu regulari huiusmodi ordinis.] Per quæ verba clarè significatur, habitum prædictæ militiæ debere esse regularem, & non qualem qualem, sed ordinis huiusmodi, nempe probati: quia hæc dictio, [huiusmodi,] est re-

c l. huiusmo di. de leg. 1. strictiua, [c] & clarius ibi, [Sub regula S. Benedicti erexerit.] Per quæ apparet, quod prædicta militia erecta fuit sub regula S. Benedicti, & consequenter sunt religiosi, & regulares ordinis S. Benedicti, quos constat uerè & propriè esse religiosos.

5 Septimò, quod ex varijs locis regulæ, & statutorum prætatæ militiæ colligitur præfatos milites expresse vel tacite emittere votum paupertatis: nam in c. 3. [dell'habito del Caualiero,] habetur, quod aliqui prædictæ militiæ sunt conuersi, at conuersus in religione est, qui tria substantialia vouit, [d] & in c. 4. habetur, religiosos aliorũ ordinum huic militiæ parium posse transire ad illam de Superiorum cõsensu, & ex c. 17. & ibi [Quello che s'è detto delle spoglie, &c. per quæ verba significatur, eos non habere liberam testandi facultatem: & ex cap. 26. quo iubentur milites ægroti facere inuẽtarium suorum bonorum mobilium, ad hoc, vt eo mortuo perueniãt ad suum ordinem: & in c. 2.] delle allogiationi,] ibi, [che li beni delle spoglie si vendano all'incanto, &c.] & in c. 1. [delle prohibitioni, & pene.] ex quo patet, non habere illos liberam facultatẽ testandi, sed limitatam. & id virtute illius statuti auctoritate Papæ confirmati, & in cap. 26. delle prohibitioni, & pene.] ibi,] I beni delle spoglie de i nostri Caualieri s'appartengono di buona ragione al nostro thesoro commune, &c.]

G Et in additione reformationis & in priuilegijs a Pio IV. concessis expresse dicitur, quod prædicta militia est instituta sub regula B. Benedicti; & paulo infe rius facit eis priuilegium testandi, quinta parte relicta ordini prædicto, præsupponendo, quod non possint testari libere. Tum quod in eisdem literis pro priuilegio conceditur eis, quod quædã beneficia sæcularia eis conferri possint, si alias canonice conferantur.

6 Pro contraria parte multa possunt allegari: quorum primum est, quod non potest consistere religio absq; voto so-

H lemni paupertatis, castitatis, & obedientiæ, [e] & latè probat Sanct. Thomas, [f] & quod prædicti milites non vouent castitatem simpliciter, sed tantum castitatẽ coniugalem, nec vouent paupertatem, sed loco eius caritatem, quod palam est non tollere dominium, neque professio nem honorum; vt tollit uotum solemne paupertatis. [g]

7 Secundò, quod in priuilegijs cõcessis à Pio IV. est vnũ, quo exemit ab omni iurisdictione ordinaria quoscunque mili-

d 2. 2. *qõ.* 186. *art.* 8.

e c. cum ad monasterium de stat. mon.

f 2. 2. *qõ.* 186. *art.* 8. & 7.

g c. nõ dicas. 12. *q.* 1.

milites prædictæ militiæ, etiam quotcũ A que & qualiacunque beneficia habentes per quod præsupponere videtur, posse prædictos milites recipere & obtinere beneficia etiam sæcularia curata, & simplicia: quia, qui totum dicit, nihil excludit. [a]

a ca. solita. S. fi. de ma ior. & obed. c. si Roma norum. 9. dist.

8 Tertio, quod videtur in prætorio Rotæ decisum, prædictam militiam S. Stephani non esse propriè & verè religionem, & in ea possunt facere professionem ante finitum probationis annũ, quæ tamen non potest fieri in religione, quæ verè & propriè sit religio, post

b per c. 15. *sess.* 25. *de regularib.* Concilium Tridentinum. [b] B

Quarto, quod licet eis testari de omnibus suis bonis, relicta quinta parte ordini, ut patet per priuilegium Pij Quinti, sub fin. suæ regulæ, & statutorum im

c 2. 2. *qõ.* 186. *art.* 5. 9 *ad* 3. & *artic.* 6. presum. [c]

9 Quinto, quod votum castitatis coniugalis non sufficit ad veram religionẽ, vt probat S. Thom. [c]

Sed hæc non obstant. Ad primum enim respondetur, negando, q; prædicti milites non emittant votum paupertatis solemnis. Tum quia contrarium colligitur ex multis locis supra citatis, in quibus probatur nõ esse prædictis mili- C tibus testandi liberam facultatem. Tum quia, qui professionem facit sm aliquã regulam monachalem & paupertatem, quas regula illa iubet seruari, etiã si nullam aliam expressionem faciat, quod cõ

d 2. 2. *qõ.* 186. *art.* 8. firmantur per illud singulare dictum S. Tho. [d] scilicet quòd votum obedientiæ continet alia duo vota, scilicet castitatis, & paupertatis, quæ præcipit regula.

Ad secundum concedo illud habere colorem, sed non concludere. Tũ quia non habet bulla Pij IV. quòd prædicti milites possunt habere quodcunque, & qualiacunque beneficia, sed q; quodcun D que & qualiacunq; habeant sunt exempti, q; lõgè aliud est, & verificari potest in beneficijs regularibus, & sæcularibus commendatis, vel per dispensationem retentis, vel dependẽtib. ab ordine suo.

10 Ad tertiam concedimus, in prætorio Rotæ decisum esse posse prædictos milites vouere intra annum probationis, sed non ea ratione, quod prædicta militia non sit uera religio, sed alijs rationibus, quæ in decisione redduntur, & optima videtur esse, quod per statuta à Sede Apostolica confirmata post Cõcilium Tridentinum in prædicta militia non requiritur annus probationis, sed simul in assumptione habitus fit professio, vt patet ex c. 3. continente modum assumendi habitum, & profitendi.

Ad quartam respondetur, negando quòd liceat eis testari libere, sed cum limitatione, & id non iure communi, sed priuilegio expresso Pij IV. & statutis à Sede Apostol. confirmatis: per quod argumẽtum retorqueri potest facile in arguentem.

B 11 Ad quintum concedimus, votum castitatis coniugalis non sufficere iure cõi ad constituendum votum solemne castitatis: sed negando id non posse fieri priuilegio: cum. n. solemnitas voti sit iure humano inducta, potest illa minui, vel augeri rationabili causa subsistente, & ita, licut Papa potest facere religioso facultatem aliquo modo testandi, moderando solemnitatem voti paupertatis, ita etiam facere facultatem utendi coniugio legitimo, minuendo solemnitatem voti castitatis, vt etiã dixi in præ dicto tractatu de redit. eccles. [e]

e q. 3. *n.* 12. Per hæc tumultuario studio scripta, hanc partem credimus veriorem, licet contraria ab initio ante lectum librum regulæ me ei accedere coegisset, eamq; affirmare etiam nunc voluissem in gratiam D. consulentis, quem profecto ex animo amo, & suspicio. Salua, &c.

SVMMARIVM.

Miles ordinis Christi in Italia de licentia Superioris, manens gaudet canonis & fori priuilegio, esique uerè religiosus. nu. 2. *& seq.* 1

Matrimonium etsi iure communi sit incompatibile cum religione: secus tamen est si accedat dispensatio Apostolica, qua potuit ex iusta causa castitatis uotũ essentiale religionis in religionibus militarib. mitigare, & reducere ad uotum coniugalis castitatis, nu. 4. 2

Vott obligatio iuris naturæ & diuini est, solemnitas humani, & ita, ut plus, vel minus in ea requiratur, statui potest. 3

Pontifices Maximi sicut Petrus eandem potestatem à Deo accipiunt immediatè. 4

CON-

Universidad de Deusto
Biblioteca

CONSILIVM XI.

QVidã eruditissimus patronus per multa conclusit, queddam militē ordinis Christi Lusitaniæ manentem in Italia de licentia Magistri illius militiæ, qui est rex à Sede Apostolica deputatus, debere gaudere priuilegio canonis & fori, & accusatum de crimine remitti ad suum iudicem ecclesiasticum. Rogatus vt meam, de conclusione præmissa subscriberem simpliciter sine allegationibus sententiam, dico primo, illam esse veram, eruditè, ner uosè, copiosè, & piè fundatam.

2 Dico secundo, q̃ nullus alius contra eam videtur relictus scrupulus, præter quam quod quibusdam recentioribus visum est, coniugium incompatibile esse religioni, & per consequens non esse possibile, quod aliquis sit legitime coniugatus. & religiosus, cum contraria non se compatiantur, qui tamen scrupulus duplici consideratione cõteritur. Altera est, quod licet in corpore iuris clauso iure communi, cui nititur doctrina D. Thomæ recepta [a] assumptum sit verum, per dispensationem tamen sedis Apostolicæ id fieri potest, secundum cõmunem sententiam Inno. glossæ & aliorum, [b] quam etiam Caietan. sequutus est contra suum D. Tho. [c] quam nos etiã sequuti sumus in Man. [d] & paulo latius in com. 2. de reg. [e]

3 Altera, quod licet voti obligatio sit iure naturali & diuino inducta, solẽnitas tamen voti iuris humani Pontificij inuentum est, Pontifices enim Maximi induxerunt, ut ad faciendum solemne votum requiratur primo, quod constet ex tribus votis, scilicet, castitatis integræ, paupertatis, & obedientiæ; secũdò, quòd hæc tria fiant in religione approbata: tertiò, quod fiant in manibus eius qui potest uouentem incorporare religioni, & quod alioquin non sit solemne secundum omnes, & ideo sicut Papa statuit, & induxit, vt omnia prædicta requirãtur ad hoc, vt aliquod votum dicatur solemne, & sufficiens ad faciendum quem verum religiosum, & ad alios certos effectus, & ita potest statuere, vt aliquid amplius requiratur, vel aliquid minus sufficiat, & consequenter potest efficere, quod non solum uotum castitatis integræ, sed etiam votum castitatis coniugalis sufficiat.

4 Cum omnes Pont. Max. æqualem, imò eandem potestatem ecclesiasticam immediate à Deo, sicut ipse Petrus accepit, habeant, & accipiant, arg. c. [in nouo.] [f] & alia multa, quę nos citauimus in reper. cap. [nouit.] [g] Quo fit, quod licet omnes religiosi emittant votum pauperatis, non tamen omnes pari modo ad eam seruandam obligantur. Franciscani enim de obseruantia, & Capuccini tenentur eam seruare in particulari, & in communi, at religiosi non mendicantes tãtum in particulari, non in communi. Quin & Mendicantes ante Concil. Triden. non poterant habere in communi, nisi cum certa limitatione, nunc autem post Conc. Trid. possunt habere sine illa, per capit. 2. [h] quin & aliqui religiosi, etiam quibus non licet habere proprii, possunt ex priuilegio certo modo testari per limitationem uoti paupertatis: & ita non est, cur quis miretur Pontifices Maximos statuisse, ut aliquot religiosi religionum ad militiam armatam constitutarum propter maximam difficultatem seruandi votum castitatis integrę conuersando fere semper cum sæcularibus maribus & fœminis, satisfacerent voto castitatis religioni necessariæ seruando coniugalem.

5 Cuius rationis, quã ante nos neminem putamus ita expresse tradidisse, inconsideratio, in causa fuit, nostra sentẽtia, vt prædictis recentioribus visum fuerit huiusmodi religiosos milites coniugatos non esse religiosos, contra multa diplomata à Sede Apostol. religionibus militaribus concessa. & ita non solum primo modo dicto sed etiam hoc secundo conteritur prædictus scrupulus.

Dico tertiò, accepisse me à viro fide digno, q̃ in Curia Regis Catholici quidam miles ordinis S. Iacobi coniectus in carcerem ob crimen morte naturali dignum, qua Rex cupiebat eum puniri, fuit liberatus ab ea a iudicibus, à Rege, quatenus est magister militię, datis, per scripta nostra per prædictum dominum consulentem citata, & in Africam ad pugnandum contra Sarracenos ad certum tempus relegatus, eo quòd gaudere deberet

[a] 2. 2. q. 188. art. 3. & quinque sequẽtibus art.
[b] in c. cum ad monasterium. de statu mona.
[c] 2. 2. q. 88. art. 11.
[d] c. 12. nu. 75.
[e] nu. 17.

beret priuilegio canonis, & fori, tanquam religiosus religionis approbatæ, sed & in Lusitania, in qua quindecim annis cathedram primæ functionis insignis Academiæ Conimbricensis rexi, semper tanquam rem notoriam intellexi, prædictos milites Christi prędicto priuilegio tanquam religiosos gaudere. Quare prædicti Domini consulentis conclusio mihi proculdubio vera est. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Cap. 3. sess. 6. Concilij Tridentini an in milite S. Ioannis locum habeat, à Pontifice petendum. nu. 6.*
1 *Milites S. Ioannis, & alij tria vota solemniter in approbata religione emittentes sunt veri religiosi.*
2 *Verbum nemo regularis, omnes etiam milites ex propria significatione cõprehendit, nisi specialis ratione excludantur.*
3 *Dispositio exorbitans ad omnia extẽditur, quæ eius verba propriè signant.*
4 *Delegatus Papæ procedens in exemptos non dicitur eorum priuilegio exemptionis contrauenire.*
5 *Priuilegijs per clausulam generalem in lege positam derogatur.*
6 *Consuetudo etiam nondum legitimè præscripta seu vsus secũdum quem lex fuit recepta sunt optimi legum interpretes.*

CONSILIVM XII.

AN milites sancti Ioannis Hierosolymitani comprehendãtur sub dispositione Concilij Tridentini [a] quatenus habet, ordinarium tanquam Sedis Apostolicæ delegatum posse visitare, punire, & corrigere quemcunque clericum cuiusuis ordinis personalis, & regularis, extramonasterium degẽtem, & delinquentem, non obstantibus priuilegijs, &c.

Huius quæstionis decisio, meo iudicio, ex paucis pender. Primum, quod de siderari potest vera litera præfati [b] Concil. Trid. quia hæc, quam habemus, uix est, intelligibilis quo ad illa verba, [cuiusuis ordinis personalis, vel, &c.

Secundò, q̃ vtcunque intelligatur, in effectu sonat, quod nullus clericus sæcularis, vel regularis, &c. & ita ponderationes verbi [clericus,] quas aliqui faciunt ad inferẽdum, quod loquitur de præfatis militibus, leues videntur.

1 Tertio, quod negari non potest, præfatos milites S. Ioannis esse vere & propriè regulares: quia quicquid aliqui dicant, non satis agnoscentes, & venerantes naturam religionis à S. Sede Apost. approbatæ omnes illi & soli dicũtur vere & propriè religiosi, siue regulares, qui emittunt legitime tria vota substantialia, castitatis, paupertatis, & obedientię, in omnibus superioris, vel locum eius tenẽtis, & sub aliqua regula à Sede Apostolica approbata, iuxta sententiã Canonistarum receptã [c] & Theologorũ, [d] quod etiam nos grauissimis fundamẽtis comprobamus in tractatu de redit. eccles. [e] & constat præfatos milites emittere præfata tria substantialia vota in manibus sui Superioris sub regula à Sede Apostolica approbata, laudata, & ad sidera priuilegijs merito exaltata.

2 Quartò, q̃ ponderatio, qua ponderatur verbũ [nemo,] & verbum [regularis,] [f] ad hoc, quod verba illius cap. ex propria significatione comprehendant regulares, & in his ẽt præfatos milites, iuxta glossam 2. ab omnibus receptam & laudatã [g] irrefragabilis est & ita, nisi aliquo respectu particulari eximantur præfati DD. milites, continentur in eo.

3 Quintò, quòd ad hoc, vt excludantur ab eo, non sufficeret, quod illud esset contrarium iuri communi, vel exorbitans ab eo: quoniam etiam talia omnia extenduntur ad omnia cõtenta sub propria significatione verborum illorũ, iuxta textum solemnem adiuncta glossa & doctrinam Franciscí Aretini, [h] quã Decius, Alciatus, & omnis turba recentiorum expendentium suo iudicio leges sequuntur vbique.

Sextò, quòd potissima huius dubij re soluendi ratio pender à duobus illis dubijs. Alterum est, an præfatum cap. 3. sit contrarium priuilegio præfatorum militum. Alterum, an, esto sit contrarium, censeatur derogare illi, non facta mentione de priuilegijs ordinis eorũ in specie, vel saltem in genere de priuilegijs ordinum militantium.

4 Et quidẽ pro parte negatiua prioris dubij

[a] c. 3. de reform. sess. 6.
[b] c. 3. de reform. sess. 6.
[c] in rub. de regul.
[d] in 4. lib. sent. d. 38. q. 1. n. 55. & q. 3. nn. 27. & 29.
[e] Præfati. cap. 3.
[f] in Cle. 1. de decim.
[g] l. cum l. ff. de rest.
[h] c. in l. cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

dubij quod mandatum Papæ, factũ alicui, vt procedat auctoritate delegata contra aliquem exemptum, nõ videtur contrariũ priuilegio exemptionis, quia nemo est exẽptus à iurisdictione Papæ, & ita delegatus, procedens, vt delegatus Papæ contra exemptum, cum non procedat, vt ordinarius, à cuius iurisdictione ille est exemptus, non videtur facere contra exemptionẽ, vt sensit glos-
a c. graue. de offi. ord. sa, quam in hoc commendat Panorm.[a] concludens, quòd delegatus ad corrigẽdos clericos auctoritate delegata potest procedere contra exemptos:

Sed pro contraria parte videtur face re primo, quod opinio cõmunis tenet
b in d.cap. graue. contra Panormitanum, vt ait Felynus[b] per rationes, quæ apud eum videri possunt. Secundo, quod forte præfatus ordo militũ habet priuilegium simile priuilegio ordinis Cistercienſium, ne per rescripta Papę possint conueniri, nisi facta mentione sui ordinis, quale tamen an habeant, ignoro.

5 Pro vtraq; parte posterioris dubij possent multa citari ex his, quæ Felyn.
c in c. accedẽtes, nu. 4. de præscr. congerit,[c] & ex citatis ab eo[d] copiosissime, qui tũ tenet, sufficere clausulam
d ibidem. generalem tollentem priuilegia, cũ re-
e §. fi. de sepult. uocatio eorum fit per viam legis, iuxta clem. [dudum,][e] & derogatio priuilegiorum, de qua loquimur, fit per viã legis, & nõ qualis qualis, sed Conciliaris. Dicit ẽt sufficere clausulam cõsuetam de stylo curiæ poui, [quorũ tenores habentur pro expresse. &c.] & facile, quis posset defendere, quod clausula derogatoria priuilegiorum posita in lege cõi æquiualeat clausulæ derogatoriæ præsatæ solitæ apponi de stylo curiæ.

6 Quoniam autem interdum in præfato Concilio Tridentino fit mentio in specie de ordinibus, & interdum non, H insurgit magna dubitatio, an intenderit Concilium derogare priuilegijs militaribus, nisi facta expressa mentione de illis, & sic videtur necessaria declaratio Papalis, quia item cõsuetudo est legum optima interpres, [f] quamuis non fuerit
g ca. cũ dilectus de cõsuet. & le. minimè. ff. de legib. legitimè præscripta, secundum communem videtur habẽda consideratio vsus, quo receptum est præfatum cap. 3. quæ quia factum aliqua ex parte respiciunt, non dico plura, submittens hæc pauca

E tumultuario studio scripta Illustrissimi Domini mei censuræ.

[Responsum hoc videtur datum satis diu, cum referatur hanc religionem super hoc à Pio V. priuilegium impetrasse, de quo hic nulla fit mentio.

VMMARIVM.

Probationis annus incipit à die susceptı habitus regularis, qui debet intra claustra, vel alibi de licentia saltem tacita Superioris deferri, nu. 8. & licet ex Concilio Tridentino professio non possit fieri ante annum probationis. de iure tamen ex consensu partium potest antea fieri: videtur tamen quod requiratur consensus Papæ in hoc. nu. 6. 1

Professio tacita iure quidem inducitur per habitus regularis indistinctè annalem gestationem, sed & consuetudine induci potest, vt per perseuerantiam vnius hebdomadæ, vel solam adeptionem possessionis canonicatus regularis censeatur facta professio. nu. 6. 3

Habitus canonicorum regularium nihil fere distat ab habitu honesto clericorum sæcularium, vnde & paruo roqueto albo, quo alicubi vtuntur, satis à sæculari distinguitur. 4

Regulare beneficium 40. annis per sæculares possessum sæculari conferri potest.

Regularis Ecclesia conuentualis non desinit esse regularis, licet in ea tota regularis obseruantia non seruetur, imò debet reformari. 6

Consuetudine præscripta induci, quicquid à lege statui, potest. 7

Habitum regularem, hoc est roquetum, ut extra ciuitatem proprtam non portet, canonicus regularis, consuetudine saltem immemorabili induci potest. & num. 11. consulendum tamen talibus, vt saltem occultè illum deferant. nu. 12. 8

Claustrum inhabitare censetur regularis, qui ex iusta causa de licentia sui Superioris stat extra.

Peculium regulares habere possunt nedum de expressa, sed & de tacita Superioris licentia. 9

Professionem inductam fuisse in foro exteriori iudicandum potius est, quam contrarium, cum in dubio pro religione sit pronunciandum. 10

Professio

11 *Professio tacitè emissa per canonicum regularem, quando accepit canonicatum ex eo quod beneficium renunciet, non cessat, imò adhuc tenetur habitum regularem portare, vt prius.*

CONSILIVM XIII.

TItio à summo Pontifice collatus fuit canonicatus cuiusdam Ecclesiæ cathedralis sub regula S. Augustini, cuius Ecclesiæ canonici licet regulares dicantur, nullam tamen emittunt professionem: qui canonici in ciuitate, in qua canonicatum obtinent, assidnè gerunt quoddam scapularium, quod dicitur roquetus, latitudinis duorum digitorum quem tamen extra ciuitatem nunquam gestant, neque apud dictos canonicos aliqua regularis obseruantia viget, quinimmo complures ex dictis canonicis, qui sacris ordinibus initiati nõ sunt, vxores absque dispensatione Apostolica, dimisso canonicatu, & dicto scapulario, duxerunt.

Ex hac facti specie de tribus hęsitatur. Quorum primum est, an dictus Titius qui dimisit suum canonicatum reseruata sibi quadam pensione super eodem canonicatu, sit capax officiorũ vtrius Romæ, & illa per se exercere possit.

Secundo quæritur, an cum apud dictos canonicos vigeat consuetudo immemorabilis, quæ ab eis etiam in præsentiarum obseruatur, non deferẽdi dictum scapularium extra ciuitatem, sed tantum in ea, an peccent, si illud minimè gestent, prout gestant in ciuitate in qua canonicatum obtinent.

Tertium dubium est, an iste Titius, qui fuit canonicus, teneatur illud scapularium gestare in dicta ciuitate, prout & cæteri canonici gestant, attento D quod ille dimiserit suum canonicatum, & amplius canonicus non sit.

1 Respondetur primò, quod harum quæstionum responsio præsupponit decisionem alterius quæstionis, scilicet an præfatus Titius sit professus regulam canonicorum regularium S. Augustini. Pro cuius parte negante facit primo
a Sess. 25. de reg. c. 15 Concilium Tridentinum, [a] quatenus habet nullam professionem religionis ante annũ probationis valere, & quod A prædictus Titius nullum annum probationis videtur egisse. Tum quia videtur nullum habitum religionis assumptisse, & annus probationis incipit à tempore susceptionis habitus, vt exprimitur in eodem Concilio. [b] *b in d.c. 15*

2 Secundo, quod roquetum, qui posset alicui videri seruire pro habitu, non detulit intra claustrũ monasterij, quod communiter tenetur esse necessarium ad anni probationis perfectionem, iuxta Cap. 1.[c] & Clem. [eos.][d] *c de reg. l. d eod. tit.*

3 Pro parte tamen affirmatiua facit, 6. quod licet prædictus Titius non fecerit B professionem expressam, videtur tamen fecisse tacitam, quæ fit per gestationem habitus indistincti annalem, per prædictum cap. 1.[e] & Clem. [eos.][f] *e de reg. l. f eod. tit.*

4 Secundo, quod non obstat, quod ip 6. se non gestauerit habitum canonicorũ regularium. Tum quia habitus canonicorum nihil fere differt ab habitu honesto clericorum sæcularium, vt satis notat glossa recepta [g] & prædictus Titius *g Clemẽ. 1. verb. habi- tus. de elec.* gestauit habitum honestum clericorũ sæcularium, & præterea etiam roquetũ, quo videtur distingui habitus canonicorum Ecclesiæ prædictæ cathedralis C ab habitu clericorum sæcularium, præsertim eo quòd est albi coloris, cuius est etiam roquetus magnus Episcoporum, quo vt plurimum vti solent canonici regulares per ciuitates incedentes.

5 Tertio, quòd prædicta Ecclesia cathedralis videtur esse regularis, quales fuerunt olim fere omnes Ecclesiæ cathedrales Galliarum, vt colligitur ex Volaterano, & etiam nunc appellatur regularis, & canonici eius canonici regulares, qui etiam nunc deferunt roquetos illos paruos, & sedes ipsa Apostolica in literis prouisionis appellat eos regulares sancti Augustini: & Ecclesia vel religio regularis non desinit esse talis, propterea quod tota obseruantia regularis non seruetur in eis, quamuis beneficium regulare possessum 40. annis per sæculares possit conferri sæculari, iuxta cap. [cum de beneficio.][h] quoniam *h de præbẽ. fractio regulæ non annihilat religio- lib. 6.* nem, sed inducit reformationis necessitatem, iuxta ea quæ habentur in capit. [ad nostram.][i] *i de appell.*

6 Quarto, quod licet in prædicta Ecclesia

clesia non fiat expressa professio, potest tamen dici, quod fiat tacita, imò quod consuetudine induci pōt, vt de consensu partium fiat ante annū probationis, vel quod saltem facta obliget profitentem ad religionem,[a] imò quod censeatur esse facta per perseuerantiam vnius mensis, vel hebdomadę, vt audiui adhuc seruari in aliquibus Ecclesijs Gallicanis, imò etiam dici posset introduci posse consuetudine legitimè præscripta, ut per possessionem pacifice acceptam loci canonicalis censeatur professio facta quoniam quicquid potest induci lege, pōt induci cōsuetudine,[b] & hæc possent induci per legem Papæ, quia non sunt contra ius naturale, neque diuinum, sed solum contra humanum, vt palam est.[c]

7 Quinto, quod non obstat dicere, quod prædicti canonici non portant rocquetum quem prædictum extra ciuitatem. Tū quia etiam hoc induci posset consuetudine saltem immemoriali, quia non est contra legem naturalem, neque diuinā. Tum quia posset dici eos male facere.

8 Sexto, quod non obstat etiam dicere, quod non detulit Titius habitum intra monasterium. Tum quia satis est, vt gestet illum extra illud, de licentia Superioris ex aliqua honesta causa cōcessa, per illud dictum Abbatis antiqui[d] recepti à Pano.[e] scilicet, quod monachus manens extra monasterium de licentia Abbaris, videtur manere intra illud, & quāuis prædicti canonici accepta possessione, & roqueto, non absint à monasterio de licentia expressa Superioris, abesse tamen possunt dici de licentia tacita, quæ in hoc proposito tantum valet, quantum expressa, vt colligitur de decisione vtriusq; Cardinalis,[f] quā nos sequuti fuimus, & latè probauimus in comment. 1. de reg.[g]

9 Septimo, quod non obstat etiam dicere, quod non seruatur in prædicta Ecclesia uotum solemne paupertatis, eo quod vnusquisque canonicorum disponit de rebus suis, vti sibi libet. Tū quia resonderi potest, ut in proximo argumento, quòd id faciunt de licentia tacita, de qua licentia vtēdi proprio loquūtur prædicti Cardinales. Tum quia negari pōt eos vti rebus suis; vt sibi libet, quamuis sic, vt honeste licet, vt latè probauimus in pleriſque locis cōm. de reg.

10 Per quæ omnia videtur periculosum consulere partem contrariam negatiuam absq; Sedis Apostolicæ licentia, quia saltem de rigore iuris hæc pars affirmatiua defendi posse videtur, & in dubijs pro religione est iudicandum, & cōsulendum, iuxta l. [sunt personæ.[h] sum ma est ratio, quæ pro religione facit.]

Ad Primam igitur quæstionem colligitur ex decisione prædicta pars negatiua.

11 Ad Secvndam respōdetur, quod per dicta ad præsuppositam non peccant, quia consuetudo immemorialis in his, quæ sunt contra legem humanam habet uim legis.[i]

12 Ad Tertiam colligitur responsio per dicta ad primam præsuppositā, eum teneri, quia professio quamlibet tacita non tollitur per renunciationem beneficij, ét si trāsiret ad aliud, iuxta c. [cum olim.[k] & alia multa ibi citata, & iuxta c. [cum ad monasterium.[l]] Vnde consulo, vt saltē occulte habitum suæ religionis in ciuitate deferat, prout antea, dum erat canonicus, palā defere bat cum regularis semper remaneat ét dimisso canonicatu, & male fecerint, q uxores duxerūt dimisso canonicatu, cū regulares canonici remansissent. &c.

SVMMARIVM.

Regularis qui non est, habitum regularem non deferat. 1

Professio tacita fieri censetur, vbi regularis habitus semper defertur, licet expressa nunquam emittatur. 2

Papa ex causa licentiam dimittendi habitum dare potest, alius autem eo inferior non. 3

Regularis subiectus Episcopo eius Vicarius & cubicularius fieri potest, si tamen sit exemptus, requiritur licentia Superioris. 3

Habitum occultè ferendi dispensatio fere tam difficilis, ac dimittendi, minus tamen ab instituto regularis recedit primum, quàm secundus. nu. 5. Item & facilius excusatur à pœna, sed non à peccato. nu. 4. 4

Dispensandi iusta causa dimittendi habitum regularem arbitraria. 5

CON-

CONSILIVM XIV.

DE quodam, qui dicit se esse monachum S. Benedicti cuiusdam monasterij, in quo post memoriam siue à tempore, cuius initij non est memoria, non sit, vt fertur, professio expressa, nec viget obseruantia regularis pluſquam in Ecclesia collegiata sæculari, &c. & quærit, an adsit iusta causa dispensandi cum eo, vt sibi liceat deferre habitum subtus vestem, & occulte, & ita famulari aliquibus prælatis, eo quod monasterium denegauit sibi alimenta studiorū, & quod propterea consumpsit substantiam paternam, & æs alienum contraxit, & quod ob reuerentiam, & verecundiam non audet prædicta alimēta à monasterio repetere.

1 Respondeo primò, q̄ D. consulens præsupponit se esse verum monachum, & religiosum, quia, si verus monachus non esset, sine vlla dispensatione Papæ posset patientiam, siue habitum regularem, q̄ supra vestē defert, deferre intus illam: quia etiam posset, imò deberet illam omnino dimittere, vt palam est.

Secūdò, q̄ eius præsupposita opinio videtur esse iure verior, per multa, quæ in simili quæstione adduximus pro hac parte in quadam consultatione cuiusdā canonici ecclesiæ cathedralis regularis, in qua nulla dicitur fieri professio expressa, attamen semper defertur rocquetus albus ad formam cuiusdam patientiæ, & ita videtur fieri tacita professio per illa, quæ ibi adduximus.

2 Tertiò, q̄ certum est posse S. D. N. pro sua summa in leges humanas potestate facere prædictam facultatem, quā inquam iustè, & sanctè facere illam facultatem, si iusta causa id faciendi adesset, argumento eorum, quæ Innocētius cum omnibus assēclis eius tradit.[b]

3 Quarto, q̄ etiam est certum, monachum iustè posse fieri cubicularium, & Vicarium alicuius Episcopi, iuxta glossam adiuncto textu[c] quam citat Roma nus,[d] vbi citat Innocentium[e] receptum ab omnibus, præsertim à Fely.[f] citante vitiosè Romanū, quod est verum, si est sibi subiectus, & etiam de licentia Superioris, si est exemptus, secundū omnes:

A quod tamen est intelligēdum habitu retento: quia solius Papæ est facere facultatem manendi extra monasterium sine habitu, secundum omnes. §

4 Quinto, q̄ ferè tam difficile est dispensare, vt monachus deferat subtus vestē habitum, ac dispensare ne deferat illum, per glossam memorabilē.[h] Dixi [ferè, propter[a], quæ de pœna addit Panormitanus,[i] cuius determinatio licet posset procedere quo ad hoc, vt pœna non ita incurratur per occultationem, sicut per dimissionem, non tñ vī procedere quo ad culpam; qm̄ quo ad illam incurrendam videtur paria esse, deferre occultum, & dimittere, per prædictam glossam communius receptam.

5 Sextò, quòd tantum, & tale potest esse æs alienum contractum à Domino consulente, & tanta, & talis potest esse substātia paterna, quam ipse impendit in literarum studijs, & tam indecora, & molesta petitio, lis, & actio, quam moueret dominus consulens contra monasterium, quod prætendit iniustè per inuidiam, vel alium affectum iniustum, negasse sibi alimenta studiorum debita, & tanta, & talis verecundia relinquendi iam cœpta, iuxta qualitatem personæ ipsius, quæ ea cœpit, quod boni viri arbitrio posset videri iusta causa dispensandi, & faciendi facultatem quam petit, per ea, quæ nos scripsimus in cōm. k quæ tractamus de ingressu debentium, & obligatorum, in monasteria, & [l] de obligatione ingressorum, & professorum illa, quam habent ad laborandum, & lucrandum, quæ sufficiant ad soluenda debita, quæ non est necessarium hic repetere, cum ibi facile videri possint. Adiungendo eis, quod minus recedit ab institutione regulari deferēs habitum occultum quā omnino illum dimittens, per prædicta, quæ Panormitanus adiecit,[m] vt prædictum est.

SVMMARIVM.

Exemplari sublato, tollitur obligatio faciendi aliquid ad illius similitudinem, sicut & sublato fundamento, cætera superædificata corruunt. 1

Religio illa, quæ ab immemoriabili tempore desijt ob eam intrantibus expressam 1

exigere

Universidad de Deusto Biblioteca

exigere professionem; etsi videri possit, quod nec tacitam exigat, attamen probabiliter credi potest priuilegio quod ex sola allegatione hoc casu probatur concessum vel tacita sufficeret. nu. 3. 4. & 6.

Vnde eam ingredientes elapso anno à die habitus suscepti de manu Superioris sunt censendi professi. nu. 5.

2 *Professio coram Deo ibi censulla, vbi non fuit animus profitendi: quamuis qui regularem habitum in religione, etiamsi in casu nõ soleat emitti expressa professio, susceptit, & per annum gestat, præsumitur professus, cùm sciat, vel scire debeat ex hoc illam induci. nu. 5.*

3 *Consuetudine immemorabili induci potest, quidquid lege humana statui, & priuilegio concedi, immo & ea stante illud sola allegatione probatur, & nu. 4.*

6 *Commendatarij monasteriorum aquiparantur habentibus ea in titulum quo ad omnia pertinëtia ad administrationem, etiamq; quo ad effectum recipiendi religiosos ad habitum, nu. 5.*

7 *Religionis essentia non est, vt generalem habeat præsidentem omnibus illius religiosis.*

CONSILIVM XV.

IN religione S. Basilij approbata in sui initio fiebat expressa professio, à tpe autem de cuius initio nõ est memoria, regulari obseruantia in ea collabente, eius monasteria cõmendata fuerũt, desijtq; emitti consueta professio. Dubitatur, an illi qui huiusmodi religionis habitum de manu commendatarij, vel Prioris non expressè professi susceptũ per aliquot annos gestarunt, tacitè professi intelliganr religionẽ S. Basilij.

1 Pro parte negãte huius quæstionis facit primò, q; sublato fundamento edi ficij, tollitur ædificium, [a] & ablato prio ri & principali, tollitur posterius pendens ab illo, [b] & sublato exemplari vt tolli obligatio faciẽdi aliquid iustat illius. [c] Cũ ergo obligatio profitendi expressè; & professio expressa, sint quoddã fundamentũ, & quoddam prius, & exemplar obligationis profitendi tacitè, non existẽte obligatione profitẽdi expressè, vt nõ existere obligatio, pfitẽdi tacitè.

2 Secundò, q; nulla professio potest esse vera sine animo profitendi coràm Deo, secundum omnes. [d] Vnde neque expressa valet corã eo sine animo profitendi facta, [e] & tacita ideo iudicatur valida, quia deferens habitum tanto tẽpore videtur habuisse animum faciendi professionem fieri solitam in illo monasterio. At intrans monasterium, vbi nul la fit professio expressa, neq; est qui recipiat, non videtur habere animum faciendi professionem, quam non nouit, quia nihil vólitum, quod non sit prius cognitum, secundum Augustinum.

3 Pro parte verò affirmante facit, Papa posset constituere nouam religionẽ, in qua nulla professio fieret expressa, sed solùm tacita per solam delationẽ habitus certo tempore continuatam, & consequentur posset etiã per cõsuetudinem temporis immemorialis, vel quæ ad id esset legitima, id ipsum induci: quoniã quod potest fieri lege humana, post etiam fieri consuetudine. & quicquid potest induci priuilegio, põt induci consuetudine immemoriali. Imò etiam consuetudine minore induci posset, vt quis inuitus cogatur rem suam vendere iuxta l. [venditor.] [l] quã ad hoc commendarunt pro singulari Felynus [k] & aliquot alij; [l] & alij alibi.

4 Cum igitur professio, & consuetudo immemorialis habeat vim priuilegij, ita quod qui allegaret aliquid sibi competere priuilegio Papæ, nd quod probãdum literas Apostolicas non haberet, probando consuetudinem immemoriale, probaret titulum, & priuilegium à se allegatum, secundum omnes, per prædictam l. [hoc iure,] [m] & ca. [super] quibusdam. [n] Cumq; certum sit posse Papam concedere priuilegium alicui religioni, imò etiam omnibus, vt illarum professores nõ teneantur ad professionẽ expressam, sed quod sufficeret tacita, & quod illa esset tanti roboris, quanti expressa: cũq; hic allegari possit huiusmodi priuilegium, imò & probabiliter credi pp commendationes in quæstione factas, quæ bonam partem religionum labefactarunt: vtique videtur quod illud probari possit præsumptinè per prædictam consuetudinem immemorialem.

5 Cumq; iuxta communi professio tacita suppleat expressam, procul dubio nouitij, qui susceperunt habitum de manibus cõmendatariorum, & gestarunt tẽpore & modo iuridico sufficienter ad inducendam tacitam professionẽ, censendi sunt professi tacitè: quia sciebãt, vel scire debebãt regulam S. Basilij esse approbatam, & sub ea victuros teneri ad profitendum solemniter tria substantialia vota, iuxta formam regulæ illius: & sciebant, vel scire debebant iura omnia vota, quod per delationem legitimam susceptí habitus tempore vnius anni sine protestatione contrariæ volũtatis nouitij, vel monasterij, cẽsetur ipso iure facta professio.

6 Non obstat, Prælatos fuisse cõmendatarios, & nõ proprietarios, iuxta ca. [nullus,] cap. [quorundam.] [a] & cap. [cum singula.] [b] Quia commendatarij æquiparãtur proprietarijs quo ad omnia iura pertinẽtia ad administrationem, vt tradit Panor. [c] quem sequitur Decius, & à se citati, [d] & multis pro bari posset. Non etiam obstant argumenta in cõtrarium adducta: quoniam in hoc casu non deest fundamentũ, nec prius, nec exemplar professionis tacitę: quia expressa continetur in ipsa regula, & solita fuit aliqñ fieri interdũ expressè, & interdum tacitè, & postea priuilegio, vel consensu Papæ, qui hoc poterat inducere, præsumitur inductũ per consuetudinem immemorialem, quæ sola tacita emitti solita fuit: & ita nõ est curandum de expressa, sed de sola tacita, quæ est instar expressæ antiquitus institutæ, & solitæ fieri, & sic patet responsio ad secundum oppositum.

7 Non obstat ẽt, quod religio prædicta S. Basilij nullum caput, siue generalem Prælatum habet: quia de religionis essentia non est, vt habeat generalem oĩbus religiosis illius religionis præsidentẽ. Tum quia nullo iure naturali, diuino, nec humano id cauetur. Tũ quod canonici regulares, quorũ monasteriorum olim maxima copia fuit, secundũ Volaterranum, qui de numero eorum erat, nullũ generalem habuerunt, postquã cœperunt multiplicari. Tum quia antequã Papæ priuilegio eximerentur Abbates, & monachi, iuberat vnũquod que eorum monasterium Episcopo, in cuius diœcesi erat situm. [e] Salua, &c.

Nauar. Cons. Pars I.

SVMMARIVM.

1 *Monachum esse, & professionem nec tacitam, nec expressam fecisse, pugnat.*

3 *Religionem ita supprimere potest Pontifex, vt remaneat solummodo quo ad apparentiam in delatione habitus, & aliquorum aliorum externorũ: quam suppressionem sola allegatione probabit is, qui immemorabilem probabit consuetudinẽ. nume. 2. Item & à principio talis potest institui, quam qui ingrediuntur non fiunt verè religiosi, nu. 4 nec à Pontifice possunt cogi, vt religionem approbatam ingrediantur, nu. 5. nec vt efficiantur verè religiosi. nu 6.*

6 *Regularis vt aliam, quam nouit, ingrediatur religionem etiam laxiorem, nec arctiorem, nec per supremum Prælatum cogi potest. nu. 7.*

CONSILIVM XVI.

PRæsuppositio, quod in monasterio Montis Auellanæ monachi à tẽpore immemoriali nullam emittere solẽt professionem expressam, nec tacitam, & quod deferre consueuerint religionis habitum, vt ratione illius fierent habiles ad obtinenda beneficia illius religionis, cuius erat illud monasterium, & quod possunt conuiuere simul, non tamen ad id compelli.

Quæritur, an Papa potuerit cogere præfatos monachos ad intrandam aliã religionem veram, & approbatam, & ad eam profitendam.

1 Ad hanc quæstionem respõsurus, dico primò, videri posse alicui pugnare secum præsuppositia. Primò quidem, quatenus habent, in monasterio Montis Auellanæ fuisse monachos, qui non emitterent professionem expressam, nec tacitam, cùm nemo possit esse monachus, nisi faciat professionem validam, [f] Monachum enim non facit habitus, sed professio. [g]

Secundo, quatenus habẽt monachos præfatos consueuisse deferre habitũ religionis, vt ratione illius fierẽt habiles ad obtinẽda beneficia religionis, cuius erat illud monasteriũ, & quod nõ erant verè regulares religiosi: quoniam nulla alia ratione videbãtur esse inhabiles ad

illa beneficia, qui habitum non defere-
a arg. c. pos sessiones. de reb. eccles. nõ alien. & c. cũ de beneficio. de prab. lib. 6.
bant, quam quia erant regularia,[a] & illa non poterant esse regularia, nisi religio Montis Auellanę fuisset vera religio, & eius monachi essent vere religiosi expresse vel tacitè professi.

Tertiò, quatenus ab vna parte habẽt illos monachos solitos fuisse suscipere habitũ. & deferre illum, & tacitè significant, eos qui vellent, potuisse cõuiuire simul, & ab alia parte significant nõ potuisse compelli ad conuiuendũ simul.

2 Sed hæc repugnantia tolli potest, eo q̃ extra hæc proposita in alijs mihi oblatis asseritur esse clarissimũ, & probari posse, quod prædicta religio Mõtis Auellanæ à tempore immemoriali fuit collapsa, tam quo ad regulã, quàm quò ad habitum: quod non potuit fieri, nisi eo, quod ibi desiuerit fieri professio regularis, licèt soleret deferri habitus regulæ approbatæ conueniens, & constat consuetudinem immemorialem haberi pro titulo, vel pro probatione tituli, quem allegare voluerat is, pro quo illa
b cap. super quibusdam §. præterea. de verb. sign. & l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & astiua. c Clem. cũ ex eo. verbo tertio. de sent. excõ.
facit,[b] & ideo posset quis allegare præfatos monachos dictos fuisse quidem monachos, quia modum quendam viuendi separatum à communi vita, & accedentem ad monachalem viuebant: sicuti solebant olim habere fratres Tertiarij ordinis S. Francisci viuentes congregati, iuxta glossam solemnem.[c]

3 Allegando item, quod priuilegio, vel sententia, vel reformatione aliqua S. Sedis Apostolicæ fuit statutũ, vt illa religio extingueretur quo ad verã essentiã religionis, & munere quo ad apparentiã, & quo ad modũ viuendi prædictum, separatum quidem à communi vita, & accedentem ad monachalẽ: ita quod veræ religioni extinctæ succederet noua apparẽs, in qua post mortẽ antea professorũ nõ fieret vltra professio regularis expressa, nec tacita: quod vidimus esse factum in multis monasterijs, & ecclesijs, ét cathedralibus canonicorum regularium in Hispanis & Gallijs.

4 Et etiã allegari posset, quod nulla vnquam ibi fuisset religio vera, sed solum apparens, & quod ex aliqua fundatione antiqua statutum fuit, vt certa beneficia nullis alijs conferrentur, quam gestantibus habitum præfatorũ monachorum, & seruantibus illum modum viuendi: & pro omnium horum probatione allegare possumus præfatã consuetudinem immemorialem, qua probata, probarentur tituli allegati.

Secũdo dico, his consequens esse, præfatos monachos nõ fuisse religiosos, sed solum conuixisse quandam vitã & modũ viuendi differentem à communi, & accedentẽ monachali, qui defendi põt fuisse iustus, & licitus, licèt nullam professionem regularem religionis approbatæ facerent expressam, nec tacitam, per d. glossam[d] ab omnibus receptam.
d Præfata

5 Tertiò dico, his præsuppositis, & *Clem. cum* prædicta defensione munitis, ad punctũ *ex eo.* quæstionis responderi posse, mea sententia, non potuisse Papam compellere præfatos monachos, seu vitam quadantenus monachalem degentes, ad ingrediendam, & profitendam aliam religionem veram & probatam.

6 Tum quia nemo cogitur crescere.[e] *e ca. gesta.* Tum quia nemo cogitur vouere, & virginitas suaderi põt, non præcipi.[f] Tum *f cap. inter-* quia licet sint variæ opiniones circa il- *gratas. 32.* lam quæstionẽ, An religiosi possint cõ- *q. 1.* pelli ad obseruãtiam suæ regulæ durio rem illa, quam inuenerunt tẽpore suæ professionis, quam meo iudicio tersius & attentius tractat Decius, quàm alij,[g] *g in ca. ad* omnes tamen consentiunt in hoc, quod *nostrã. nu.* non possunt cogi ad profitendam nouã *9. de appel.* regulam, quã antea non vouerũt. Cum *notab. 4.* ergo D. consulem nunquam vouisset illam religionem, quam Papa præcepit ei profiteri, nulla ratione potuit eum ad id compellere.

7 Tum quia nos pridem respõdimus id quod postea typis excudi fecimus in com. 4. de reg.[h] nullum Prælatum nec *h Super* inferiorem, nec supremũ posse cogere *statutum.* vllum religiosum ad transeundũ ad aliã regulam strictiorem, nec laxiorem, ratione ibi subiecta: in quod faciunt scripta super eod. cap. [statuimus.][i] Ex qui- *i à nu. 13.* bus colligitur, fratres Minores Conuẽtuales, quorum regulam Pius V. extinxit in Hispania, non potuisse cõpelli ad profitendam regulam fratrum Minorũ Obseruantiæ, quia regula eorũ est longe durior, & alia, quam regula Conuentualium: quia hi profitentur regulã D. Francisci temperatam priuilegijs Apostolicis:

stolicis: illi vero profitẽtur eam nullo tali temperamento laxatam. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Probationis annus, qui necessario professionem præcedit, debet esse adeo cõtinuus, vt menses quibus stetit in primo monasterio, à quo sine licentia ad aliud transiuit, etiam de voluntate secundi monasterij non possint coniungi.*
2 *Tempus à iure statutum in dubio debet esse continuum.*
3 *Professio nulliter facta sine scientia nullitatis non ratificatur.*

CONSILIVM XVII.

N. Ingressus quoddam monasterium, post decem menses sine licentia illud egressus est, & se ad aliud eiusdem ordinis contulit, in quo receptus de consensu fratrum post duos mẽses emisit professionem, & multos annos postea perseuerauit.

Quæritur, an huiusmodi professio N. valeat, vel possit ad aliam religionem se transferre.

1 Respondeo, quòd professio D. consulentis expresse facta non valuit, quia fuit ante vnum annum continuum cõ-
a cap. 15. de reg. sess. 25.
pletum, & post Concil. Trid.[a] professio facta ante finem anni nouitiatus, est ipso iure nulla quo ad omnes effectus. Nec obstat, q̃ nouem, vel decem menses mansit in vno monasterio, & reliquũ tempus adimpleuit in alio, & consenserunt monachi vt haberetur annus pro completo.

2 Tum quia annus debet esse con-
b Per c. 1. ci alleg. 47 d. de regul. lib. 6.
tinuus[b] vt probat Lapus, Abbas,[c] & probat tex. in c. 1.[d] ibi, [per totum annũ:] per quem hoc tenuit ibi Dominicus & Francus ea ratione, quam Lapus allegat, nempe, q̃ omne tempus statutum à iure ad aliquem effectum, debet esse in dubio continuum, iuxta glossam celebrem & receptam.[e]

e in rub. de diuers. et tẽp. præscri. add. l. 1. ff. de diuers.

3 Tum quia sic vidimus in sacro Pœnitentiariæ prætorio iudicari, & quamuis aliquot annis postea manserit in monasterijs, reputando se professum, non tamen ideo est tacitè professus, quia qui post professionẽ inualidè siue nulliter factam, nesciens illius nullitatem in monasterio perseuerat, non censetur satis ratificare illam, vt determinat Caiet.[f] *f 2. 2. q. 189* Quare arbitror hunc D. consulentem *art. 5.* non esse religiosum verè professum alicuius ordinis, & ita posse transire ad quamlibet aliam religionem, vel potius intrare quamlibet aliam de nouo sine vlla alia dispensatione. Salua, &c.

SVMMARIVM.

Professio apud mendicantes ante Concil. Trid. anno probationis non completo emissa, non faciebat aliquem religiosum verum in specie, sed solum in genere, i. obligatum ad intrandam aliquam religionem: quæ non dirimit matrimonium postea contractum, sed impedit, num. 2. imò nec impedit, si per professionem intendebat se solum obligare dicto ordini, quem profitebatur, nu. 3.

CONSILIVM XVIII.

QVidam ante Concil. Trid. ingressus religionem Carmelitarũ ante finem anni nouitiatus fecit professionem, & post multos annos miles factus cum tribus successiuè contraxit matrimonium, cum quarum tertia filijs ex ea susceptis viuit. Quæritur quid iuris.

1 Respondeo sequentia. Primum, præfatum oratorem non fuisse verum religiosum ordinis Carmelitarũ: quia, licet per professionem etiam intra annum nouitiatus emissam in ordine non Mendicantium fieret quis verus religiosus ordinis, quem profiteretur ante Concilium Tridentinum:[g] profitens *g ca. ad A-* tamen ordinem Mendicantium ante fi- *post. de reg.* nem anni nouitiatus non fiebat verus *h de regul.* religiosus illius ordinis, quem profite- *lib. 6.* retur, per cap. [non solum.][h] quod de *i eo. ti. & li.* ordine Prædicatorum & Franciscanorũ *k c. 1. §* petuit, & per cap. [constitutionem,][i] *nult. de re-* quod præfatum cap. [non solum.] ex- *ligio. dom.* tendit ad omnes ordines mendicantes, *lib. 6.* qualis est ordo Carmelitanum,[k] sed *l in verbo* tantum fiebat religiosus in genere, ideſt *vestro ordi-* obligatus religioni in genere. vt dixit *ni.* glossa dicti cap. [non solum.][l] & ante *m Ibidem i* Archidiaconus receptus ab omnibus.[m] *eod. verb.*

2 Secundum, q̃ matrimonia contracta ab oratore post præfatam professionem valuerunt: quia professus religionem in genere non est verè religiosus, sed ad summum obligatus ad se faciendum religiosum, si inueniat receptores, vt tradunt in specie Angelus [a] & Syluester, [b] quod & nos, ipsis non relatis, tẽquam nuimus in Com. 2. de reg. [c] post Caldeb *Verbo religio.* 3. q. 5. rinum. [d] Et tàm ipsi, quàm nos dicimus in specie, quod profitens in ordine Mẽdicantium etiam ante Concilium Trident. 12. q. 1. n. 5. tantum, & matrimonium ab eo contractum valuisset.

& 27. de regul. 3 Tertium, quòd si orator habuit animum obligandi se solum ordini Carmelitarum, & non religioni in genere, potuit licitè contrahere matrimonium: quia tali animo professus ordinem Mẽdicantium, nec in specie, nec in genere obligatur religioni, vt Dominicus post & ante alios tenet. [e] Si autem habuit animum obligandi se religioni in genere, peccauit quidem, quoties postea contraxit matrimonium, sed matrimonia valuerũt, & peccabit, si mortua vxore, quam nunc habet, quarta vice contrahat: quia ea mortua tenebitur intrare religionem. Salua, &c.

a In sum. verbo religioſus. §. 14

b Verbo religio. 3. q. 5. Super ca.

c Super ca. dicantium. de reg. 12. q. 1. n. 5.

d 27. de regul.

e in d. c. non solum.

SVMMARIVM.

1 *Probationis annus debet adeo esse continuus, vt menses in quibus habitum in vno monasterio gestauit non coniungantur cum mensibus quibus gestit in alio: itemque dictus annus, seu habitus, ea intentione fuerit datus, & assumptus, vt se tanquam nouitius probaret, & probaretur, num. 2. & 4. & in ætate legitima continuatus, numero 1. & hæc etiam procedũt quo ad forum exterius, nume. 4.*

2 *Tacita professio non inducitur dato errore Prælati recipientis aliquem ad habitandum, & ad alios actus tanquam prius professum, nec item per licentiam datam ad suscipiendos ordines, illorumve susceptionem numero 3. sed nec post Concilium Tridentinum potest esse tacita professio, vbi non præcessit completus annus probationis assumptus intentione probationem faciendi, numero quarto.*

CONSILIVM XIX.

QVidam in 12. ætatis suæ anno suscepit habitum Minorum de Obseruantia, & in diuersis monasterijs vitam suam transegit, donec legitimam ætatem ad professionem attingens ad monasterium Ara cœli de Vrbe se contulit: vbi, narrato Superiori, q̃ ipse tot annis gestauit habitum religionis, fuit ab eo admissus, & nulla expressa facta professione ad ordines suscipiẽdos missus, prout successiuè etiam sacris insignitus fuit, actibusq; professorum se immiscuit.

Quæritur, an saltem tacitè professus intelligatur.

Respondetur primo, hãc causam D. cõsulentis esse satis implicitam, & eius decisionẽ pendere ab aliquot iuris moderni, & articulorũ explicatione, quæ pro rei dignitate facere non vacat: neq; qđ facio fecissem ob alias grauissimas occupationes, nisi me iubentium auctoritas in id adegisset.

1 Secundo, quòd Dominus consulens non potest censeri fuisse professus, donec in monasterio de Ara cœli recipere-tur. Tum quia non potuit esse professus tacitè, nec expressè ante annũ 16. ætatis suę completum, ante quem longè prius suscepit habitum. Tum quia non poterat expressè, nec tacitè profiteri ante annum nouitiatus completũ, quem ipse non compleuerat: quia licet vno anno & amplius gestasset habitum, coniungendo menses, quibus mansit in vno monasterio, cum alijs, quibus mansit in alijs monasterijs, hoc tamen non sufficit secundum veriorem & receptio rem sententiam, secundum quam annus probationis & nouitiatus debet esse cõtinuus, & in legitima ætate cõtinuatus, prout sæpe respondimus, qualem D. cõsulens non fecit.

2 Tertio, q̃ non põt ẽt censeri professus in præfato monasterio de Ara cœli. Tum quia nullam expressam professionem ibi fecit. Tum quia nullam expressam, neq; tacitam facere potuit in eo, antequã cõpleret annũ nouitiatus, quẽ tamen non compleuit, quod colligitur ex eo, q̃ actus agentium non operantur vltra intentionem eorum, & non fuit intentio Ministri, qui eum suscepti, suscipere tãquam laicum & nouitium ad faciendum annum probationis, nec intentio Dñi consulentis suscepti fuit intrare illud monasterium, tanquam sæcularis, & qui nouè habitũ suscepit ad faciendum præfatum annum probationis. quod colligit ex eo, q̃ Minister non interrogauit eum, an esset nouitius, nec professus, nec consulens quidquam dixit ei de hoc: & q̃ simpliciter fuit tractatus, vt alij professi, & q̃ nũquam fuit iussus vel rogatus facere professionem, plus quam alij professi, eo q̃ Minister habuit magnam credẽdi causam, quod erat professus, eo q̃ Dñs consulens narrauit ei solum, se pridem accepisse habitum, & multis annis gestasse illum in multis monasterijs ante legitimam ætatem, & etiam in ea, & ita magnam causam habuit credendi, quòd erat professus, & quòd iussit ei ordines etiam sacros suscipere, & facere alia, quæ ipsi professi faciebant, exeundo foras extra monasterium, & extra Vrbem. Tum quia non obstat, quòd de iussu prælati ordinis susceperit ordines sacros, & quòd per talem susceptionem videtur facere professionem, nec quod nouitius immiscendo se actibus professorũ videtur aliquibus profiteri. Non inquam hæc obstãt.

Ad prius enim rñdetur, falsum esse, per talem ordinationem fieri professionem, imò nec ratificationem iam factę, vt nos probamus in Cõment. 4. de reg. [a] Ad posterius rñdetur primo, quòd etiam iure antiquiori Concilio Tridentino non censetur quis tacitè profiteri, eo solo, quod se miscet actui ꝓprio professorum: sed requiruntur aliquot aliæ conditiones, vt tradit diligenter Panor. [b] quarum vna est, qđ cognoscat, & sciat per talem actum fieri professionem, quod tñ nesciebat Dominus consulens, & ignorant multi etiam eruditi.

4 Secundo respondetur efficacius, q̃ forte alius hactenus responderit, quòd post Concilium Tridentinum hoc nullatenus habet locum ante annum nouitiatus completum, per c. 15. [c] quod habet, non posse vllo modo professionem

a Super ca. statuimus. 19. q. 3. nu. 71. & seq.

b In ea, vidua. de reg. nu. 7.

c De regul. sess. 25.

A fieri validam ante complementum anni probationis, & in casu proposito nũquam compleuit annum probationis, qui debet esse continuus, & cum intentione probationis faciendæ, qualem nõ compleuit ipse, vt prædictum est.

Per quæ omnia concluditur primò, certum esse, præfatum Dñm consulentem non esse vere professum expressè, nec tacite quo ad forum consc ientiæ. Secundo, quòd etiam videtur verius nõ esse ipsum præsumendum professum ẽt quo ad forum exterius. Tertio, quòd Illustrissimus Reuerendissimusq; Protector, & Generalis præfati ordinis, licet possent eũ fatigare in foro exteriori, si essent quærentes magis sua, q̃ quæ sunt Christi, rem tamen suo superillustri genere, suaq; maxima religione, & humanitate dignam facient, si eum declarauerint non esse censendum professum, & pmiserint ei viuere honestè in habitu quẽ gerit, presbyterali. Sal. &c.

SVMMARIVM.

1 *Professus tacitus est censendus is, qui vltra annum habitum nouitijs & professis communem gestauit, non obstante quod ad professionem expressè faciendam sæpius petitam nunquam fuerit admissus, nec assignati tres dies professuris assignati ad deliberandum consueti per conuentum qui etiam solet nouitios post quodcumque tempus eijcere.*

Probationis annus potest incipi, & compleri, etiam antequam quis compleat suæ ætatis annum 16. & virtute illius possea emitti professio.

2 *Ignorantia iuris non suffragatur in foro exteriori, quo minus quis per annalem delationem habitus communis censeatur tacitus professus, sufficit tamen coram Deo, nu. 4.*

3 *Tacita professio non censetur inducta in illis monasterijs, in quibus ex statuto, vel præscripta consuetudine licet nouitios quandocumque ante expressam professionem eijcere, item & quando aliunde constat intentionem vel nouitij, vel conuentus esse, vt per tales actus tacita professio non inducatur: & coram Deo nũquam inducitur professio, nisi concurrat intentio volentis profiteri.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

CONSILIVM XX.

DE eo, qui mansit in quodam monasterio ordinis S. Augustini decem mensibus, & deinde ingressus ordinem Minorum Cõuentualium per duos annos continuos detulit habitum professis & non professis communem, ignorans, an ante professionem expressam obligaretur religioni, an censeatur religiosus, attento q̃ sæpius petijt profiteri, & non fuit per fratres admissus, & q̃ dicti Conuentuales habent libertatem eijciendi nouitios, quantocumq; tempore in monasterio manserint, & quod quando volunt aliquem ad professionẽ admittere, assignant illi tres dies ad deliberandum.

Respondeo primo, certum esse, oratorem non esse professum ratione mansionis apud fratres S. Augustini, neque expresse professum fuisse ordinem & regulam Conuentualium.

1 Secundo, q̃ ego non ausim dicere ipsum non esse censendum iure communi tacitè professum in ordine Conuentualium. Tum quia detulit habitum indistinctum & professis & non professis communem per biennium: & sufficit ad talem professionem detulisse illum per annum integrum. [a] Tum quia non obstat dicere, quòd habitum susce pit ante decem & sex annos completos, ante quos vetat Concilium Tridentinum professionem fieri: [b] quia non vetat habitum posse suscipi ante illos cõpletos, neq; disponit annum probationis impleri non posse ante illos cõpletos. & ita etiam hodie annus probationis incipere potest, imò & perfici ante decimumsextum completum, & virtute illius probationis fieri professionẽ expleto decimosexto, iux. d. Clem. [eos] quę quo ad hoc nullatenus est correcta.

2 Tum quia etiam non obstat dicere, quòd ipse petebat admitti ad professionem, & quòd fratres nolebant eum admittere ad illam: quia non repugnat, quem esse professum tacitè, & petere se admitti ad professionem expressam: neq; quod conuentus nolit eum ad eã admittere: quia non definit ipse esse professus tacitè, licet conuentus nolit eum ad expressam admittere: quia non est eius potestatis facere de tacitè professo non professum, nisi protestatus fuisset se nolle esse professum, & constaret de tali eius animo, vel de simili eius protestatione, & animo Conuentui. quibus casibus videtur intelligendum [c] Concil. Trid. ibi, [finito tempore nouitiatus, Superiores aut admittant nouitios ad professionem, aut eijciant.] Tum quia non iuuat illum, saltem quo ad forum exterius, ignorantia iuris, qd̃ ante professionem expressam non obligaretur ei. [d] Tum quia nõ obstat, quod dicitur de libertate prædictorum Conuentualium eijciendi nouitios, quantocumque tempore in monasterio mãserint: quia id falsum est iure cõmuni, per supradicta. Tum quia licet sola ordinis susceptio non videatur inducere professionem tacitam, multum tamen adiuuat ad eam præsumendam. Non etiam obstat, quod non fuerit facta ei assignatio illa trina trium dierum ad deliberandum super professione expresse facienda, quia est contra ius commune.

3 Tertio principaliter rñdeo, quòd si statutum, vel consuetudo præscripta ordinis Conuentualium haberet, vt liberum sit cõuentui expellere nouitios ante professionẽ expressam, non esset orator censendus tacitè professus, arg. c. 1. & c. [non solum,] [e] & eorum, quæ nos diximus in Com. de reg. in c. [statuimus.] [f] Ex quibus colligitur, tanta libertate vti posse nouitium ad exeundũ, quanta Conuentus ad eijciendum: & facit, quod statutum in vno correlatiuorum habet locum in alio, si modo eadem ratio idẽ dicat in eo, l. 1. [g] & latè tradita per Felyn. [h] Idem dico, ẽt si constaret Conuentus prædicti ordinis animo & protestatione expressa, vel tacita suscipere nouitios, vt nolint eos habere pro professis ante professionem expressam, pro quo plurimum facit. [i] Concil. Trid. cum proximè adductis.

4 Quarto igitur principaliter resoluo, prædictum oratorem solo iure communi attento censendũ esse tacitè professum quo ad forum exterius: attento autem præfato statuto, vel consuetudine, vel protestatione tacita, vel expressa, non esse talem censendum: & quod p̃ suppositis his, quæ de ignorãtia, & animo oratoris proponuntur in facto, nõ esse illum etiam iure communi solo attento tacitè professum quo ad forũ interius, per ea, quæ de tacita professione diximus vbi supra. Salua, &c.

a c. 1. de regul. in 6. & clem. eos. eo. tit.
b Sess. 25. c. 15.
c c. 16. sess. 25.
d c. ignoran. de reg. lib. 6.
e de reg. lib. 6. c. ad apo stolicam. eo. & ad nos. cũ et ad.
f 19. q. 3. n. 74.
g ea de cau. presc. lib. 2.
h In præ mio Greg.
i i cap. 16.

SVMMARIVM.

1 *Professionẽ tacitam emittere videtur, qui professus in laxiori, postea habitum indistinctum per annum continuum in religione defert strictiori: vnde nec potest ad primam reuerti.*
2 *Iniuriarum etiam iniusta irrogatio, non est causa sufficiens, vt religioso, cui prius est has pati, detur licentia transeundi ad laxiorem.*

CONSILIVM XXI.

RElig ionem sancti Francisci de Obseruantia quidam ingressus fuit, deinde Conuentualium, & legitimè professus ad priorem de Obseruantia redijt, & per annum integrum, & amplius in ea permansit: & cum sine iusta causa verbis & factis à nonnullis fratribus iniurias accepisset, exijt. Dubitauit, an esset verus religiosus, & an haberet satis causæ, propter quod S. D. N. cum eo dispensset, vt ad Conuentuales redeat.

1 Respondeo primò, quod D. consulens fuit verus frater, & religiosus ordinis Minorum Conuentualiũ, quia professionem fecit in eo expressam. Secundò, q̃ videtur nunc esse religiosus etiã verus ordinis Minorum Obseruantiæ: quia, redeũdo ad monasterium ordinis Minorum Obseruantiæ, videtur tacitè fecisse professionẽ in eo, manendo plusquam per annum, si vestis nouitiorum non esset distincta, iuxta cap. 1. [a]

2 Tertiò, quod vix dabit S. D. N. licentiam, quam petit, imò negabit eam: quia causæ non videntur sufficientes, cùm religiosorũ debeat esse magis proprium, quàm aliorum, iniurias ferre: quod Christus satis suo exemplo docuit, & verbo. [b] [Benedicite maledicentibus vos.] Quartò, quòd certò dabit facultatem trãseundi ad alium strictiorem, vel æquiualentem, & fortè ad laxiorem. Salua, &c.

a §. 1. de reg. lib. 6.
b Matt. 5.

SVMMARIVM.

1 *Professionem saltem tacitã apud Minores de Obseruantia censetur fecisse, qui à Conuentualibus ad illos transeundo, per annos septem commoratus est, & ordines sacros suscepit.*
2 *Matris necessitas corporalis, etsi præbeat iustam causam vt professo detur licentia retento habitu stands extra claustrum, non tamen præbet vt detur licẽtia dimittendi habitum, & accipiẽdi beneficia in titulum, nu. 4. quod si licentia nõ obtẽta exeat, peccat, nu. 1. & si dimisso habitu celebret, efficitur irregularis. nu. 3.*

CONSILIVM XXII.

QVidam monachus professus ordinis Conuentualium S. Francisci transiuit à dicto ordine ad ordinem Minorum de Obseruãtia, in quo nullam emittens professionem expressam, mansit septem annos continuos, & ad sacros ordines est promotus: postea vrgente necessitate matris senis, pauperis, ac nobilis, exiuit sine facultate Superioris è monasterio, dimisso habitu, vt illi subueniret. Quæritur nunc quid iuris, & an propter prædictã necessitatẽ matris possit dictus monachus accipere hospitale in titulum beneficialem.

1 Respondeo primo, præfatum D. cõsulentem mihi videri esse saltem tacitè professum religionem Franciscanorum de Obseruantia: quia sponte intrauit eam, posteaquã exiuit è conuentu Conuentualium, & in eo mansit circiter septem annis, & ordines omnes etiã presbyteratus suscepit, & seruiuit vt frater Obseruantiæ.

2 Secundò, quòd licet iustam causam habuerit exeundi à monasterio Obseruantium, vt subueniret matri pauperi, seni, & nobili, non tamen licitè potuit id facere sine licentia Superioris, & consequenter, quòd in malo statu vixit sine habitu, toto tempore quo mansit Neapoli, & in via eundi ad eam, & nunc veniens ad Vrbem, & nunc manens in ea sine habitu.

3 Tertiò, quòd mea sententia contraxit irregularitatẽ sic manendo, & celebrãdo, & quod ĩ maiori necessitate suæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

animę salutis est constitutus ipse, quàm mater eius in necessitate corporis.

4 Quarto, quòd, vt opinor, nec cõgregatio Cardinaliũ, nec ipse Papa faciet ei facultatem obtinendi præfatum hospitale in titulum beneficialem: quãuis arbitrer facturum ei Papam facultatẽ manendi cũ matre, habitu retento, dum mater vixerit, & forte vt ea mortua, trãseat ad alium ordinem Mendicantiũ: licet magis expediret ei, vt post mortem matris rediret ad suũ ordinem Minorũ Obseruãtiæ, q est optimus & altissimus vinẽdi modus, & gratissimus sãctissimæ & gloriosissimæ Trinitati, quæ nos omnes sua infinita bonitate saluet. Amen.

SVMMARIVM.

1 *Professio emissa ante annum 16. expletũ, est nulla, nec coram Deo ratificatur ex eo, quòd per quatuor annos in religione permanserit, nisi sciens nullam, animo illam ratificandi, id fecerit, nu. 2. vnde matrimonium, à tali contractum tenet, nu. 5. In foro autem exteriori iudicabitur validè professus: nec audietur, si petat illam declarari nullam, nisi id coram suo superiori & Episcopo intra quinquennium petat, num. 3. contra tamen huius quinquẽnij lapsum restituitur ex eo, quòd iuris ignorantia ductus id solum coram suo Superiori, qui illius petitionem reiecit, ac testimonium minoris ætatis lacerauit, petijt, num. 4.*

CONSILIVM XXIII.

PEtrutius ante completum 16. annũ professus fuit regulam S. Augustini, & postea mansit in eodem monasterio circiter quatuor annis: & deinde proposita causa nullitatis suæ professionis coram Generali, qui probationes lacerauit, exiuit ad militiam armatam, & contraxit matrimonium, & postea denunciatum fuit eum fuisse religiosum. Quæritur ad quid teneatur, & remediũ.

1 Ad quæstiones ex facto proposito insurgentes respondetur primo, professionem factam à D. consulente ante annum 16. expletum in religione S. Aug. non fuisse validam per textum nouum 15. *de reg.* & clarum Concilij Tridentini. [a]

2 Secundo, professionem illam, quæ ipso iure nulla fuit, & inutilis, non fuisse factam validam ex eo solo, quòd post eam factam remansit in monasterio tribus vel quatuor annis: quia per illam solam remansionem in ea non est iudicanda ratificata, vt singulariter determinauit Cardinalis Caietanus, [b] quẽ nos seriò sequuti fuimus, & cõmendauimus in Man. nostro conf. [c] & aliquot rationibus confirmauimus, s. quòd ad ratificationem voti solemnis in religione in ualidè siue nulliter facti, non sufficit, vt post illud factum maneat in religione aliquo tpe, eo quòd credit votũ valuisse, sed oportet vt sciat illud non valere, & animo validãdi illud i illa remaneat.

Tertio, quòd hoc secundum certum esse videtur quo ad forum conscientiæ, & coram Deo, qui omnia nouit, & nihil ignorat, [d] sed quo ad forum exterius necessaria videtur ad declarationem pe tendam auctoritas superioris, & probatio, quę sine causæ cognitione fieri non potest, & illa non conceditur nisi intra quinquennium à tempore professionis factæ, & nisi inualidè professus petat eã vestitus habitu religionis: & in casu proposito lapsum est iam quinquẽniũ, & D. consulens gerit habitum militarem, & non religiosum.

3 Quarto, q nobis scribentibus Cõ. 4. de reg. [e] visum fuit, qđ huiusmodi professus si probauerit iusto impedimento fuisse impeditum, quo minus potuerit declarationem nullitatis suę professionis petere, posset iustè ac sanctè restitui in integrum ad tempus, in quo fuit impeditus. Sed non videtur omnino iustũ impedimentum, quod tangitur in narratione facti, scilicet, quòd causa nullitatis fuit proposita corã Superiore intra quinquennium cum probatione D. consulentis per notarium publicum facta, & quod eã rupit Superior, & noluit eam audire: quia Concilĩ Tridentiũ, f requirit, vt intra quinquennium causa nullitatis professionis deducatur corã Superiore, & ordinario: & ita de rigore iuris non videtur omnino satisfeciſſe.

4 Quinto, quòd ad concedendã prędictã restitutionem ex bono & æquo, vt loquunt antiquiores Iurisconsulti, adiũcta interpretatione Budęi, & aliorũ nouissimorum, [a] siue de æquitate, aut epiikeia, vt loquuntur S. Tho. [b] & alij Theologi, & cõmuniter Iurisperiti, facit multum, quod religiosi non sunt, nec debẽt esse valde curiosi causarum forensium, immo id est eis opprobrium, vt ait [l. repetita,] [c] & tradit gl. recepta, [d] & ita cõsulens iuuenis, & nobilis facilè potuit ignorare, quòd tenebatur causam nullitatis non solum proponere corã suo Superiore, sed etiam coram ordinario Episcopo: & ita maior culpa, vel dolus fuit in superiore reijciente, & lacerãte instrumentum humiliter præsentatum, quàm in consulente nobili, & iuuene Aragonio suo genio ad arma inclinato procedẽte ad armatam militiam, eo q putaret professionem esse nullã, quod impediuit eum à prosecutione causæ. Imò Superior, vt videtur, dedit causam impedimenti, vt nõ prosequeretur causam nullitatis, lacerando iniuste instrumentum, quo probabatur nullitas, & non consulendo ei, vt tenebatur, quod debebat eam proponere non solùm coram ipso, sed etiam coram ordinario.

5 Sexto, quod præfatus D. consulens est constitutus in summa miseria, nisi concedatur præfata restitutio, & audiatur super causa nullitatis professionis, & voluerit Sanctissimus misericorditer subuenire miseriæ, in qua est constitutus: quia coram Deo & in foro conscientiæ non fuit factus religiosus, si non ratificauit professionem suam eo modo, quo dictum est in secundo dicto: & cõsequentur matrimonium coram Deo, & quo ad forum conscientiæ est validũ, & cùm sit consummatum, non potest Summus Pont. dissoluere illud, secundum oẽs tam Canonistas, quam Theologos: & si non admittatur ad causam nullitatis probandam, cogetur esse religiosus, cùm non sit, & cùm tàm ipse, quàm illa quæ ipsi nupsit, sint nobilissimi, probabiliter timentur magna scandala, & homicidia, vrgente conscientia ab vna parte ad seruãdum matrimoniũ attento, quod nunquam fuit religiosus, & ex altera parte vrgente foro exteriore ad seruandam religionem. Nam iam cœperunt insinuari minæ, ac signa inimicitiæ inter ipsas partes, & cognatos eorũ, quibus qua parte iuste potest, obuiandum esse, iura naturæ, diuina, & humana vbique clamant.

SVMMARIVM.

Professio emissa à maiore 26. annis etiam si sit minor 18. iure cõmuni tenet, modo probationis annus ẽt ante annum 15. inceptus sit completus: an aũt teneat in monasterio, in quo adest statutum ne ante 18. quis admittatur sine lectione totius statuti dijudicari non potest. nu. 2.

Professio nulla non validatur per sacrorũ ordinum clam Superiore, immo nec illo consciõ, si sine Conuentu (prout est de iure) quem ad professionem recipere nõ potest, assumptionem, nu. 3. imò nec per quoscunque alios actus, alta intentione quam professionem scitam nullam ratificandi, nu. 4. item nec per consuetudinem religionis hos tolerandi, nisi ea mẽte toleretur, vt sic professio, quæ scitur nulla, ratificetur. nu. 5.

CONSILIVM XXIV.

QVinque quæstiones à dominatione tua quæruntur. Prima, an professione à maiore 16. annis ante 18. peracto probationis anno emissa in religione, ex cuius regula prohibetur quis recipi, nisi 18. annum ad minus attigerit, obliger, maximè si talis pfessus ad actus professorũ fuit postea admissus, vel sacros ordines i religione susceptit: stãte ẽt ciusdẽ religionis cõsuetudine, qua ante pfinitũ tps recepti, & ante 18. annũ expletũ, pfessi tolerati sunt.

1 HAEC QVAESTIO satis est difficilis, & multiplex: & prima, quã implicat, est, an solo iure cõi attento, professio præfata valeat. Et certum est, quod ficiquia põt ingressus ante, vel post 15. annos cõpletos implere annum probationis, & facere professionem post 16. impletum per [e] Concilium Trid.

2 SECVNDA, quã implicat est, an impediatur professio prædicta per statutũ religionis, in qua prohibetur fieri professio ante annum 18. inceptum. Et quia hæc quæstio est legitima, pendens ex intellectu illius legis, non videtur satis tute posse resolui, nisi lecta illa, & recte intellecta, quia inciuile est, nisi tota

lege

a *Sess. 25. c. 15. de reg.*

b *in 2. 2. q. 189. art. 5.*

c *c. 12. n. 71*

d *in cap. 2.*

e *Super eo statuimus à num. 76. & seq.*

f *c. 19. sess. 25.*

a *in l. 1. ff. de iust. & iur.*

b *in 2. 2. q. 120. art. 1.*

c *c. de epis. & cler.*

d *in cap. 2. de postulã do.*

e *ca. 15. de reg. sess. 25.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

lege perſpecta, vna aliqua eius parte ꝓ- E
poſita, de lege iudicare, vel reſpondere.
(l. inciuile. ff. de legibus.) fieri enim po-
teſt, vt fieri prohibeat profeſſionem, ta
men factam non irritet: & quòd prohi-
beat, & irritet: quod etiam perſpecta to
ta lege non erit omnino facile iudica-
re, ob multa, quæ in vtranque partem
afferri poſſunt.

3 TERTIA, an profeſſio inualida
efficiatur valida, eo ꝙ ordines ſacros in
religione ſuſcipiat: & mihi certum eſt,
quòd non, ſi accipiat eos abſque Super-
rioris licentia: vt multi ſuſcipiunt cum
falſis literis dimiſſorijs: quia ex illo actu F
non arguitur ratificatio monaſterij, in
quo inualidè profeſſus fuit. Quod ip-
tum dici poſſe videtur, ſi ſuſcepit eos
cum literis dimiſſorijs ſuperioris Præla
ti, a quo ſolo ſolent dari: quia ipſe ſolus
ſine ſui Conuentus conſenſu non po-
teſt profeſſionem accipere iure commu
a ca. vlt. de reg. lib. 6. ni, iuxta glo. 1.[a] quam etiam praxis om
nium ferè religionum approbat.

4 QVARTA, an profeſſio inualida
ratificetur, & fiat valida, ex eo ſolo, ꝙ
admittatur à Conuentu ad actus ſolis
profeſſis conuenientes. Et memini me
aliàs reſpondere negatiuè. Tum quia G
nullo iure, nec efficaci ratione mihi vi-
detur probari ſufficientia illius ratifica
tionis, cùm admiſſio ad illos actus poſ-
ſit fieri alia ratione, quam animo ratifi
candi, puta per reuerentiam, & verecun
diam, inaduertentiam, & incogitantiam,
& per ignorantiam iuris, & per falſam
credulitatem, qua profeſſio facta crede
batur valida. Tum per ea, quæ ſingulari
b 2. 2. qõ. 189. art. 5. ter notauit Caieta. ad S. Thom.[b] dum
amplius, quàm hoc, requirit ad ratifica-
tionem, quem etiã nos ſequuti fuimus
c cap. 12. nu. 71. in Mann. confeſſ.[c]

5 QVINTA, an profeſſio inualida H
reficiatur & ratificetur per conſuetudi-
nem religionis, in qua ſic male profeſſi
tolerari ſolent. Ad quam reſpondeo
primò, certum eſſe quòd non, propter
d vbi ſup. e cap. cum tam dudũ. de præben. & ca. denique 4. diſt. &c. ſolam conſuetudinem tolerandi, niſi to
lerantia conſequatur, neque ſi ea conſe
quatur, niſi ratificatio fiat eo modo,
quo Caiet. & nos,[d] diximus: quia mul
ta per patientiam tolerantur, quæ ſi in
iudicium deducerentur, exigente iuſti-
tia, non deberent tolerari,[e] Salua, &c.

SVMMARIVM.

Actus factus contra legem prohibentẽ non 1
valet. vnde profeſſio emiſſa ante 18. an
num in religione quæ habet ſtatutum ne
quis ante dictam ætatem admittatur ad
profeſſionem, videtur non valere. & nu
me. 2. & 4.

Profeſſio apud quatuor ordines mendican 2
tium emiſſa ante completum probationis
annum iure communi habet vim voti
ſimpliciter obligantis ad religionem in
genere. ſed non facit verè religioſum. nu
me. 4. in fin.

Probationis annus requiſitus reſpicit fauo- 3
rem priuatum. cui iure communi ſcien-
ter poterat renũciari: at certa ætas requi
ſita reſpicit fauorem publicum & nu. 1.

CONSILIVM XXV.

IN ordine Minimorum ſtatuto caue-
tur, ne quis ante 18. ætatis ſuæ annũ
ad profeſſionem admittatur. Quæritur,
an N. qui ante dictam ætatem profeſſus
eſt, ſit verè religioſus.

1 Quod N. non ſit verus religioſus or
dinis Minimorum, facit primò, qđ actus
factus cõtra legem prohibentem illum
fieri, non valet,[f] & in regula illius ordi f l. non dubium. C. de
nis cauetur, ne quiſquã profeſſionem fa legib.
ciat in illa, antequam attingat 18. annũ,
Secundo, quod lex prohibens ne fiat
profeſſio ante talem ætatem, videtur
plus reſpicere vtilitatem publicam,
quàm partium: & ita, licet anno proba-
tionis potuiſſet ante Concilium Tridẽ
tinum renunciari à partibus, quia vide-
batur ante illud principalius introdu-
ctus in fauorem priuatum quam publi-
cum, nunc verò non videtur poſſe renũ
ciari legi prohibenti, ne fiat profeſſio
ante ætatem.

Tertio, quod per Concilium Triden
tinum,[g] annihilatur profeſſio facta an- g ca. 15. de reg. ſeſſ. 25
te legitimam ætatem.

2 Quarto, quod Hoſtienſis & cõis opi
nio tenere videntur,[h] quod profeſſio fa h in c. quia
cta ante 18. annum in monaſterijs, in in inſulis.
quibus prohiberetur illa fieri ante illũ, de regul.
non valet, & quod etiam facta in ordine
Mendicantiũ ante finem anni nouitia-
tus, nõ obligat ad religionem, quam pro
feſſus eſt in ſpecie, ſed tãtùm in genere,
ita

ita quod vim ſimplicis voti habeat, vt in A
cap. [non ſolum.] & cap. [conſtitutio
a de regul. lib. 6. nem,[a] ſtatutum eſt.

3 Pro parte autem contraria quod va
leat, videtur caſus in cap. [ad Apoſtoli
b de regul. cam,][b] vbi expreſſe declaratum eſt,
quod licet profeſſio nõ debeat fieri an-
te finem anni probationis, ſi tamen fiat
vtraque parte, ſcilicet nouitio, & mona
ſterio volente, valet.

Secundo facit ratio, qua fundatur illa
declaratio in illo cap. nempe, quod ille
annus nouitiatus ſtatuitur in vtriuſq;
partis fauorem, & ita vtraque pars po-
teſt renunciare illi fauori, vt cuilibet B
c cap. quod ob gratiã. de reg. iur. lib. 6. & l. quod fauore. C. de legi. alij iuri ſuum fauorem concernenti.[c]
Tertio, quod conſuetudo eſt optima
legum interpres,[d] & conſuetudo gene-
ralis habebat ante Concilium Trid. vt
profeſſio facta ante finem anni proba-
tionis, valeret extra religionem qua-
tuor Mendicantium, de quibus in d. c.
d c. cum dilectus. de conſt. [non ſolum.][d]
Per hæc præmiſſa hæc quæſtio vide
tur valdè dubia: in cuius ego partẽ prio
e Et d. c. cõſtitutionẽ. rem multum inclino ob argumenta pro
ea ſupra formata, & quia reſponderi po
teſt ad præfatum cap. [ad Apoſtolicã.]
per tacta in argumento 2. pro priore C
parte adducto, ſcilicet, quod aliud eſt di
cendum de prohibitione profeſſionis,
ne fiat intra annum probationis, quæ vi
detur potius facta in fauorem priuatũ,
quam publicum, & aliud de prohibitio
ne, ne fiat ante certam ætatem, quæ vi-
detur potius reſpicere publicam vtilita
tem, quàm priuatam. Dixi ſupra [in-
clinare multum in priorem partem,] &
f in d. cap. quæ in inſulis. non aſſerere illam, propter dicta Pano.[f]
qui videtur tenere contra communem:
quamuis etiam ipſe ſub finem ſentiat,
quòd non obligat in ſpecie, licet obli-
garet in genere ad religionem, & non D
perpendit differentiam, quam nos ad-
uertimus inter prohibitionem, ne fiat
ante certam ætatem, & inter prohibitio
nem, ne fiat ante annũ probationis. Et
ita deſiderarem vt S. D. N. declararet
pro N. conſulente, qui ſalutem quærit
æternam, quòd nullatenus valuit eius
profeſſio, vel quòd ſolum vim habuit
voti ſimplicis obligantis ad religionem
in genere, & non facientis eum verum
religioſum. Salua, &c.

SVMMARIVM.

Profeſſio cum ſit reciprocus contractus, quo 1
monachus monaſterio, & è contra obliga
tur, ſi alterius deficiat cõſenſus, erit nul
la, & nu. 16. quod ſi adſit conſenſus, te-
nebit, licet profeſſus occultet illam quali
tatem, quam habentes ex ſtatuto prohibẽ
tur admitti. nu. 1. & num. 11. niſi ſtatu
tum ab habente poteſtatem factum ha-
beret clauſulam profeſſionis annullati-
uam. nu. 12.

Inhabilitati plures reperiuntur iure com- 2
muni ad ordines & beneficia, & per Ex
trauagantes ad religionem, immo & per
ſtatuta particularia inferiorum Papa.
ad beneficia regularia & ſæcularia ali-
quarum Eccleſiarum & Capitulorum.
num. 3. & hoc, modo ſtatuta ſint à Se-
de Apoſtolica ſufficienter approbata, &
confirmata. nu. 10. aliàs inferior Papa
non poteſt ſuo ſtatuto aliquem inhabili-
tare ad id, ad quod iure communi eſt ha
bilis. nu. 8. & 4. & ſeq. & nu. 6. nec ſta-
tuere quod profeſſio hoc vel illo modo fa
cta teneat, vel non. num. 7. Fundator au
tem beneficiorum conſentiente Epiſcopo
poteſt ſtatuere, vt tales & tales non ſint
habiles ad dicta beneficia obtinenda. nu
me. 10.

Statuere contra ius commune canonicum 4
nullus poteſt inferior Papa. nu. 9.

Originem trahens ab infidelibus de iure ne 4
quaquam eſt inhabilis ad religionem:
immo nec propria infidelitas præcedens
baptiſma obeſt promotioni numero 5. nec
ad obtinendum canonicatum num. 4. ſe-
cus eſt de hæreſi: quia à iure Pontificio
nedum propria nocet, ſed etiam paterna.
& num. 5.

Profeſſus nulliter in religione, ſiue ob ſta- 12
tutum profeſſionem irritans, ſiue ob de-
fectum conſenſus recipientis, non poteſt
tuta conſcientia in ipſa retineri, poſſunt
que tales coram Deo liberè exire, immo
& tenentur quarere, vt dimittantur à
Superiore, præcedente iuridica ſententia
num. 13.

Tacitè, & expreſsè regulariter par eſt vir- 14
tus, niſi adducatur ratio diuerſitatis. nu
me. 15. vnde ſicut defectus conſenſus vi
tiat expreſſam profeſſionem, & ita &
tacitam. nu. 14.

Profeſſio nulla ob defectum conſenſus re- 16
cipientis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

cipientis, perseuerante eodem defectu, nõ E *potest per quosuis actus subsequutos dici ratificata: immo si adfuit defectus in receptione habitus, ita vt admissio ad habitum sit nulla, post Concilium etiam accedente consensu expresso non posset ratificari, sed annus probationis esset legitimè à capite inchoãdus nu.* 17. 18. *et* 19.

17 *Probationis annus vt incipiat, requirit etiam consensum recipientis, qui si abfuit, post eas superueniens non reualidat tempus elapsum, sed debet de nouo inchoari. & nu.* 19.

18 *Ratificatio professionis nulliter emissæ per nullos actus ratificatur, nisi scitatur nullitas, & accedat nouus consensus approbationis: item etiam requiritur, vt cessent impedimenta. num.* 15. *consensusque liberè præstetur, num.* 16 *in fi. admpleanturque à Concilio Tridentino requisita, nu.* 18. *&* 19. *vel super eis à Pontifice dispensetur.* 20.

CONSILIVM XXVI.

ORta sunt grauia dubia inter Patres ordinis Minimorum, quæ desiderantur per excellentiã vestrã declarari.

Primum, an Capitulum generale ordinis Minimorum auctoritate ordinaria potuerit, vel possit statuere, ne recipiantur ad suum ordinem, qui fuerunt infideles, vel descendunt ex eis.

Secundum, an recepti contra præfatum statutum à prædicto Capitulo factum, debeant exire, vel reijci, si nõ fuerint ipsi infideles, neque descendunt ex hæreticis, qui impẽnitentes decesserũt, vel eorum statuæ combustæ sunt.

Tertium, posito quod Capitulum potuerit statuere, vt tales non reciperẽtur & quod, si recepti fuissent, receptio & professio essent nullæ, possint dicti fratres, qui ex tali genere descendunt, in foro conscientiæ à religione exire absque Romani Pontificis dispensatione.

Quartum, posito quod in foro interiori & cõscientiæ possent exire, & prælati noluerint in foro exteriori exeundi licentiam concedere, quid remedij eis relictum sit.

Quintum, an professiones præfatorum fratrum, licet non valeant vt expressæ, valeant tamen vt tacitæ.

Sextum, an licet præfatæ professiones non valeant neque vt expressę neqs vt tacitæ, à tempore quo fuerunt factæ, sint tamen validæ per gestationes habitus per annum & amplius factas.

Septimum, an posito q̃ nõ sint factæ validæ, possint aliquo modo fieri tales.

1 ANTEQVAM his respondeam, admoneo Dominos consulentes subintelexisse me, quibusdã eruditis visum fuisse, q̃ rñderim contraria in duobus rñsis in hac materia redditis; in quorum altero rñdi de quodam N. qui receptus & professus fuit contra prædictum statutum, nõ esse religiosum, & de quibusdam alijs, qui fuerunt recepti & professi contra idẽ statutũ, esse religiosos. Sed licet occasionem aliquam id dicẽdi habuerint, non tñ iustam causam: q̃n si satis perpendant, non sunt contraria, sed diuersa: quia ratio principalis, ob quam rñdi præfatum N. non esse religiosum non est, quia fuit receptus contra præfatum statutum, licet etiam illam vnico verbo insinuauerim, sed illa firmior, q̃ tradidi in hæc verba, [Quia professio est in effectu quidã contractus reciprocus vltro citroq; obligatorius, quo ,pfi G tens se obligat monasterio, vel ordini ad seruiendum ei ſm regulam eius, & è contra monasterium ad alendum & tractandum eum ſm eandem regulam: & ita est necessarius consensus vtriusque partis tam Prælati, & monasterij professionẽ recipientium, quàm ipsius professentis: & in casu proposito defuit consensus Prælati, & monasterij: quia fuit præstitus sub conditione, si non esset de tali genere, & ita defuit cõditio sub qua fuit admissus, & cõsequẽter ipsa admissio, quia dispositio conditionalis nulla est deficiẽte conditione, & quia deficiẽ H te causa regulariter deficit effectus. De alijs aũt rñdi, quòd erant religiosi: quia nihil aliud obstabat eis, ne essent, nisi quod præfatum statutũ id prohibebat, quod solùm non erat iustũ impedimentum ad annullandum valorem professionis: in casu enim præfati N. non valuisset professio, etiam si contra nullũ tale statutũ fuisset facta, quia deficiebat consensus recipientium: in alijs aũt fuit valida: quia non deficiebat pfatus cõsensus, q̃uis esset contra præfatũ statutũ.

AD

AD PRIMAM igitur quæstionem responsurus dico, quod pro illius parte affirmatiua, scilicet quod Capitulũ præfatum potuerit huiusmodi statutum facere, facit primò, quod plura quam decem Capitula præfati ordinis Illustrissimi varijs modis super contentis in eo constituerunt: & non videtur credendũ tot eruditissimos, sanctissimosque viros toties id facturos fuisse, si non licuisset eis facere.

2 Secundò facit, q̃ multa iura communia multos arcent ab ordine, & religione clericali, & beneficijs ecclesiasticis, vt habetur in c. 2. & c. [statutum,] [a] & etiam fœl. recor. Pius V. in quadam extrau. arcet à religione aliquos ab hæreticis descendẽtes, q̃nin & Apostolus, [b] arcet neophytos ab episcopatu, quod latius tractat Gratia. [c]

3 Tertiò, quòd multæ sunt ecclesiæ, in quibus non recipiuntur vlli neophyti, nec descendentes ab infidelibus. Multa etiam collegia sæcularia & regularia habent statuta, etiam à S. Sede Apostolica confirmata, de non recipiendis ad ea eis, qui ab infidelibus descendunt. Ergo etiam Capitula prædicti ordinis Minimorum potuerunt statuere contenta in præfato statuto: attento quod minores debẽt imitari maiores, iuxta illud [A boue maiore discat arare minor.] [d]

Quarto, quod statutum præfati ordinis confirmauit Sedes Apostolica, quæ non solet confirmare illicita. [e]

4 Pro contraria autem parte negante facit primo, quod nullus inferior Papa potest contra ius commune canonicum statuere, [f] & præfatum statutum videtur esse contra commune ius canonicum. Tum quia iure communi canonico oẽs Christiani regulariter sunt apti ad intrandum & profitendam religionem a S. Sede Apostolica approbatam, si non obest eis aliquod impedimentum canonicum, adeo quod etiã pueri possunt ad eam recipi secundum S. Tho. re [g] ceptum, & etiam presbyteri curati & archidiaconi secundũ eundem. [h] At descensio, & generatio, qua quis descendit ex infidelibus, non est impedimentum canonicum ad intrandam & profitendã religionem, nullo enim iure id cauetur imò iure ipso diuino vnde hauritur ca-

A nonicum, [c. quãliter & quãndo. 2. de accusat.] expressè id conceditur: Apostoli enim, cum essent Iudæi, fuerunt facti Christiani. [i] Tum quia Paulus ex Iudaismo conuersus solos neophytos pro hibet ab ordinibus. [k] Tum quia Alexander III. declarauit, [l] non debuisse quem à canonicatu repelli, eo quod ante fuisset Iudæus, imò vt ibi gl. & Doctores addunt, & cõmendari debuit potius, & laudari. Tum per illud S. Aug. [m] [Vndecunque homines si parentũ vitia non sectã. tur, honesti, & salui erunt,] & per illud Io. Chrys. [Nunquã de vitijs erubescamus parentũ: sed illud vnũ quæramus, & semper amplectamur, virtutẽ videlicet.] Tũ quia nõ videretur inconueniẽs, vt ẽt quorumlibet hæreticorum filij ad mitterentur ad religionem, vt colligitur ex c. [recurrat,] [o] nisi exciperentur, [o] & fierent inhabilẽs per constitutionem Papæ, [p] & præfatã extrauagantẽ Pij V. 5 Tum quia argumẽtum à speciali va let in hac forma: Hoc est speciale iure particulari, ergo cõtrarium est dicendũ iure communi. [q] At speciale est, ne quis descendens ex infideli hæretico assumatur ad ordines per iura supradicta: ergo C contrarium est dicendum in descenden tibus ex alijs infidelibus. Tum quia Felyn. [r] receptus ab alijs ponit regulã pro lege generali, quod infidelitas prȩcedẽs etiam propria non obest alicui quo ad ordines, & beneficia, nisi sit hæresis: ergo à fortiori non nocebit aliena: & ita iure cõi canonico nõ debet nocere cuipiã infidelitas ẽt propria, quãto minus aliena quo ad intrãdam religionem: Cũ ergo iure communi canonico liceat descendenti ex alio infideli, quàm hæreticõ, intrare & profiteri religionem à S. Sede Apostolica approbatam, statutum contra hoc factum debet dici statutum factum contra ius commune. Tum quia præfatus Pius V. in prædicta extrauagãte vĩ hoc approbare, dum respondendo fratribus Minoribus de obseruantia sic ait, [Ijs, qui ex Mahumeranorũ, vel Iudæorum genere descendũt, cùm post susceptũ ab eis baptismaGręci & Iudęi distinctio esse nõ debeat, nullatenus defectus generis hmõi, quo minus in ordinẽ prædictũ recipiantur, & ad consequendas in dicto ordine dignitates gradus, & officia

a de haret. lib. 6.

b 1. ad Timoth. 5.

c dist. 48.

d c. ea quæ. de re iud.

e arg. extra uag. vnam sanctam de maiorit. & obed.

f cap. quod super ijs. de maiorit. & obedi. cum ei adnotatis.

g 2. 2. qõ. 189. art. 5.

h ibid. art. 7.

i c. in nouo. 21. dist.

k Ad Timoth. 5.

l in c. eam sæt. de rescr.

m c. vnde. que 56. dist.

n in ead. dist.

o 32. q. 4.

p c. 2. &

q c. qualis. 25. dist. & §. *loca. de præb. lib. 6.*

r in practica to cap. eam te. col. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

officia religionis, vel cuipiã alteri noce re possit, vel debeat. Per hæc. n. verba pientissimus Pius clarè vult, q̃ iure cõi canonico, imò & quasi diuino, recipi debeant, non obstante præfati generis impedimento, personæ aliàs idoneæ ad religionem Franciscanorum de obseruantia, & consequenter ad religionem Minimorum: cui consequens est esse iuri cõmuni canonico contrarium.

7 Secũdo principaliter pro hac parte negatiua facit, quod circa ea, quæ pertinent ad essentiam trium votorum solẽnium religionis, dispositio videtur pertinere ad solum Papam, argumento c. [cum ad monasterium,] [a] vbi glossa & Innoc. cõiter recepta ab alijs tenent, solum Papam posse dispensare in tribus præfatis votis, imò quod neq; ipse Papa possit dispensare supet voto solemni cõtinentiæ, affirmat S. Tho. [b] licet communis contra teneat, quam nos etiam sequimur post alios in Man. confess. [c] Ergo dispositio, qua disponendum est, vt professio huius vel illius hoc, vel illo modo facta valeat, vel nõ valeat, ad summam Papæ potestatem pertinet.

8 Cum igitur omnia Capitula quãlibet generalia præfati ordinis sint Papa inferiora, non pertinebit ad illa potestas faciendi hunc vel illum ineptum ad faciendã professionem in religione per Sedem Apostolicam approbata, quam omnes Christiani communi iure canonico possunt vouere, intrare, ac solemniter profiteri, præter illos, qui speciatim ab eodem iure prohibentur.

Per quas rõnes nunc firmiter credo, quod ante hac quasi dubitabam, nempe nulla Capitula quãlibet generalia præfati ordinis, nec alicuius alterius posse statuere, vt professio trium votorũ substantialium facta non valeat, si cõi iure canonico (sublato de medio illo statuto) esset valitura: sicut nec valeret statutum alicuius Synodi, vel Concilij prouincialis, vel nationalis, etiam omnium ecclesiasticorum illius episcopatus, prouinciæ, vel nationis, quo absque auctoritate Papę statueretur, vt certi generis personæ essent inhabiles ad matrimonium contrahendum, si iure communi canonico essent habiles: adeo quidem, quod matrimonium inter eos contractum valeret, non obstante tali Synodi, vel Concilij statuto.

9 Ad oppositа respondemus. Ad primum quidem, concedendo interfuisse præfatis Capitulis, quæ prædictũ statutum fecerunt, viros sanctissimos, & eruditissimos: negando tamen non potuisse eos, vel maiorem partem eorum errare circa illud statutum, etiam absque vllo peccato, quia errare circa ius dubiũ humanum, non est peccatum, iuxta glossam [b] receptam ibi, & vbiq; per omnes.

Ad secundum respondetur, cõcedendo multos quidem factos esse inhabiles ad ordines, & ad beneficia, & etiam ad religionem, negando tamen esse factos inhabiles ab inferioribus Papa, de quibus agimus, cum Capitula omnia quam libet generalia sint Papa inferiora, quę negamus posse facere contra ius canonicum ipsiusmet Papæ.

10 Ad tertium cõcedimus multas ecclesias, & collegia sęcularia, & regularia habere hmõi statuta, negando tamen q̃ valeant, si non fuerunt confirmata, vel facta auctoritate Papæ, vel nisi sint collegia fundata à patronis sub hac conditione: quia licet eis cum episcoporum auctoritate ponere suę donationi & fundationi conditionem iuri communi cõtrariam, argumento c. [cum dilectus,] [e] vbi hoc notatur: nos autem loquimur de professione regulæ Minimorum, cuius auctor nullam talem conditionem adiecit cum auctoritate Episcopi, neq; Papæ, neque sine illis.

Ad quartum concedimus statuta prędicta Minimorum fuisse quidem confirmata à Papa quatenus sunt licita, & honesta, & non sint contra ius commune, nec contra sacros canones, negando tamen, quod hoc, de quo loquimur, non sit contra ius commune, & sacros canones, siquidem est tale per prædicta.

11 Ad Secvndvm principale dubium respondetur primo, nullos, qui hactenus recepti sunt contra prædictũ statutum, esse eijciendos ob id solum, quod contra prædictum statutum fuerunt receepti & professi: quoniam [ex nihilo nihil fit,] vt ait Philosophus, & vt Persius adijcit [in nihilum nihil posse reuerti,] & q̃, vt Iurisconsulti aiunt, quod nullum est, rumpi non potest: nec sponsalia nulla posse dissolui: quia priuatio præsupponit habitũ, [a] & consequenter, q̃ est nullum, nullum effectum põt producere. Cui consequens est, statutũ præfatum, cum sit nullum, nullum posse gignere fructum, nec consequenter rescindere, vel annihilare professionẽ alioquí legitimam. Secũdo, quãuis nulli pñt ejici propterea solum, q̃ sint professi contra præfatum statutum, pñt tñ ejici aliquot eorum, propterea q̃ non interuenit consensus legitimus ex parte recipientium, vt tetigi in admonitione, quam dubiorum decisioni præposui. Illi namq; ad professionem hos admiserunt, præmissa protestatione tacita, vel expressa, q̃ eos non haberent pro professis, si descẽdebant ex infidelibus, & q̃ possent ejici, si inuenirentur ab eis descendere, huiusmodi enim fratrũ professio est omnino nulla, non quia est facta contra statutum, q̃ est omnino nullum, sed quia est facta sine consensu legitimo, cum sit facta per consensum cõditionalem, si non descendissent ex infidelibus: quia propter falsitatem conditionis illa, pfessionis acceptatio sit nulla, cum dispositio cõditionalis non existente conditione nihil operetur. [b]

12 Ad Tertivm principale dubium rñdeo primo, q̃ quia mihi certũ est, statutum prędictum esse nullum, non possum rñdere esse quidquam inualidum, eo q̃ sit illi contrarium. Secũdo, q̃ is, qui teneret illud esse validum, non posset dicere esse veros religiosos fratres, qui contra illud essent professi, nec posse tractari, nec teneri, p talibus, nisi prius per dispensationem legitimã, & nouam, eandemque legitimam professionem, fierent tales. Tertio, q̃ siue valeat statutum, siue non, non pñt iustè prædicti teneri nec haberi pro legitimis patribus, ẽt quo ad forum conscientiæ, si, vt prædictum est, consensus non fuerit legitimus in parte recipientium, eo q̃ fuerit præstitus sub conditione falsa, vt prædictum est: & ita liceret eis quo ad forum conscientiæ tm̃ exire ab ordine sine dispensatione: quia quo ad illud forum non sint ligati. [c]

13 Ad Qvartvm dubium respondeo, q̃ remedium est ei, cuius professio non est valida, ob prædicta, supplicare Prelato ordinis sui, qui sit iudex competens eius, humiliter, vt declaret professionem eius non ualere: & ita nõ debere manere in monasterio agendo actus, quos non licet ei agere, nec impẽsis aliquibus comedendo, bibendo, & vestiendo conuentum grauare, & requirere vt id faciat vocato prius syndico, & eo audito, & vt ferat sententiam in scriptis præsente notario monasterij præfati, & toto conuentu, vel aliquibus testibus, in quibus cõtineatur quod ipse ob tales & tales causas non est verè professus, & ideo declaret eum non esse verum religiosum monasterij præfati, & dimittat eum exutum veste in nomine Domini, concedendo illi parentes literas sententiæ, & dimissionis, vt possit facere fidem suæ dimissionis ad viuendũ inter alios ad gloriam Dei, & salutẽ suę animæ Amen.

14 Ad Qvintvm dubium respondeo negatiue. Tum quia in contractibus par virtus est expressi, & taciti, [d] Tum quia qua ratione defectus consensus annullat professionẽ expressam, de quadantenus magis: [e] quia qui tacitè consentit, putius fictè, quàm verè consentire censetur, vt rectè post alios probat Decius. [f]

15 Tum quia licet aliqua tacitè facta valeant, & facta expresse non, & ecõtrario aliqua expresse facta valeant, & taciter non, regulariter tamen si alterum valet, vtrunque valet, nisi aliqua ratio particularis inueniatur, cur alterum valeat alterum non, vt communiter videtur resolui per Doctores. [g] At in proposito ca- su nulla ratio pót reddi, cur tacita professio plus valeat, quàm expressa, si in vtraq; deest consensus ex parte recipiẽtium. Ergo non est dicendum. Tum quia cæteris paribus difficilius colligitur consensus tacitus, quàm expressus: ergo facilius colligitur actum non valere ex defectu consensus taciti, quàm ex defectu consensus expressi: quia quicquid habet propositum in proposito, [h] habet oppositum in oppositо.

Neque obstat primo, quod prædicti & malè professi interuenerũt actibus professorum: quia durante impedimento, seu ignorantia, tales actus non faciunt pro-

a l. decem. ff. de verb. oblig.

b cap. si pro te de reser. lib. 6. & c. præterea. 2. de appell.

c Arg. c. humana aut. 22. q. 5.

d l. cũ quid ff. si certũ petat. gl. in l. expressa. ff. de regu. iur.

e Arg. l. 1. §. fi. iunctæ l. Labeo. ff. de pactis. f in d. l. cũ quid.

g in d. l. expressa.

h ca. sciendum 8. q. 1. & l. & si contra tab. & pupill.

a §. fin. de stat. mona.

b 2. 2. q. 88 art. 11.

c cap. 12.

d cap. 1. de postul. prælato. verbo de cætero.

e de cõsue.

Universidad de Deusto
Biblioteca

professum, per singulare dictum Caietani,[a] & tradimus nos in Manu.conf.[b] & in comment.4. de reg.[c] Non obstat secundo, quod acceperunt literas dimissorias ad ordines suscipiendos: quia nõ sufficit, vt diximus.[d]

16 Ad Sextvm dubium respondeo, q̃ hoc dubium est longè grauius: Sed videtur respondendũ primò, quod si idem defectus consensus intervenit post professiones factas, qui intervenie bat ante, tpe, quo illæ fuerunt factæ, nõ sunt factæ per gestationem habitus postea validæ: quia, quicquid aliqui dicãt, conclusio certa est, q̃ inter profitẽtem & professionem admittentem contrahi tur obligatio reciproca, quæ profitens obligatur religioni ad præstanda quæ promittit secundum regulam, & religio ad præstandum ei quæ debet, & ita requiritur vtriusque partis consensus, vt nos post Innoc. & Panorm.[e] tradimus in dicto cõm.cap. [statuimus.][f] Adeo vt nemo, nisi volens, & consentiens, possit fieri religiosus, cap. [integritas,][g] ibi, [Res magis voti, quam prẽcepti est, quæ suaderi potest, imperari non põt.] Immo nec sufficit qualis qualis voluntas, & consensus, sed requiritur liber à metu,[h] etiam reuerentiali, iuxta c. præsens,][i] adiuncta glossa & tradimus nos post alios vbi supra.[k]

17 Secundo, quod non sufficit hodie post Conc. Trid.[l] consensus religionis, & cõsensus profitentis etiam liber, nisi sit completus totus annus nouitiatus: & quod mea sententia non videtur etiam initiatus, nisi uterque, tam ingrediens religionem, quàm ipsa religio, consentiant in habitus nouitiatus susceptione: & cùm secundum idem Concilium nõ valeat professio eius, qui facit eam ante completum annum nouitiatus, consequens videtur nõ posse prædictas professiones ratificari per præfatam religionem cõtra decretum Concilij, cui suus consensus derogare non potest, vt satis colligitur ex eodem Concilio.[m]

18 Tertio, q̃, vt supra diximus, professio nulliter facta non censetur ratificari per consensum profitẽtis, neq; per admissionẽ ad actus solis professis conuenientes, nisi approbant illam scientes nõ valere, & ad hoc, vt de nõ valida fa-

ciant validam, iuxta Cardinalem suprà citatum,[n] quem sequuti fuimus in Manual. confes.[o] & multis rationibus pro hac parte probari potest, quas tetigimus in dicto c. [statuimus.] Quartò, quòd ante prædictum Concil. Trid. poterat colligi consensus religionis, & profitentis ad ratificandum professionem nulliter factam ex eo solùm, quòd admisit eum, qui nulliter professus fuit, ad actus solis professis conuenientes, per prædicta. Itaq; licet ante Concilium Tridentinum potuisset huiusmodi ratificatio fieri per religionem, & eam profitentem nulliter, post illud tamen non video rationem iustam, qua id fieri possit.

19 Ad Septimvm dubium respondetur, quod possunt fieri tam tacitè, q̃ expresse professi, possunt enim eos noue suscipere, vt faciant annum nouitiatus, & finito anno faciant noue professionem expressam, quo casu erunt ex presse professi, vel permaneant post annum de cõsensu recipientiũ, & receptorum aliquantulũ, quo casu erunt tacitè professi, non quidẽ vt cẽseantur professi à tempore, quo fecerunt professionẽ primã, sed à tempore, quo fecerunt nouã professionem. Cùm enim susceptio prima ad probationem, & professio eã consequta non valuerint, non compleuerunt legitimè annũ nouitiatus, nec professionem legitimam nec validam facere potuerunt propter defectum consensus recipientium, & cum ad præteritum non sit potentia, vt ait Philosophus nõ possunt præfati recipientes, & recepti facere, q̃ annus nouitiatus fuerit legitimè completus, neque quod professio facta antea fuisset valida.

20 Posset tamen S.D.N. si suæ Sanctati placeret, de consensu recipientium & receptorum, annum nouitiatus habere pro legitimè completo contra Cõc. Triden. & etiam professiones eorum de vtriusq; partis consensu habere pro ratis ad hoc vt ipsi posthac gaudeant honoribus, & prærogatiuis, quibus gaudere deberent à tempore, quo fuerũt primo professi. Tum quia scienti & consentienti non fit iniuria, neq; dolus. Tum quia videtur iusta causa, ob quam sua Sanctas id sanctè facere potest ad tollẽdum scandalum, & inquietudinem, quæ oriretur ex magna mutatione, quæ cõtrarium consequeretur, per multa, quæ in hoc citari possunt, sed non expedit, ob canam & reconditam S.D.N. iuris quadruplicis, naturalis, diuinique, Canonici, & Cæsarei peritiam. Hæc occurrunt rndenda in præsentia prædictis dubijs.

[Aduertendum, licet num.13. dicat Prælatum ordinis adeundum pro obtinenda declaratoria nullitatis professionis, non tamen excludit, quin cum ipso etiam debeat interuenire ordinarius, iuxta decretum sacri Concilij cap.19. sess.25. de regul. Supra consil.23.

a 2.2.q. 90. 189.art.5.
b cap.12. nu.31.
c Super ca. statuimus. nu.71. & 72.
d in d.cõm. nu.71.
e in c. porrectum. de reg.
f num.74.
g 32.q.1.
h cap.1.de ijs quæ vi. 20.q.3.
k à nu.71.
l ca.15. de reg.sess.25.
m cap.15. & seq.
n 2.2.q. 90. 189.art.5.
o cap.12. nu.31.

SVMMARIVM.

1 *Professio ante annum 16. completum post Concilium emissa est nulla, per perseuerantiam autem non ratificatur, nisi sciens eam nullam perseuerante monasterio in eadem voluntate, saltem intra se secreto ratificet, nu.2. & ex tunc incipit esse professus, & non prius nu.3. locũ autem prius sibi assignatum, tunc amittere poterit, si bona fide credebat eius primam professionẽ validam, nu.4.*

CONSILIVM XXVII.

VTrum professio N. ante annũ decimumsextum completum stante Concilio Tridentino valeat, licet post illum annum manseris in monasterio: & an iterum profiteri oporteat, & q̃n incipiat esse valida professio; & an locum antea quæsitũ sibi retinere possit?

1 Respondetur primo, q̃ ille talis nõ est censendus professus quo ad forum Dei, ẽt si post illum annum manserit in religione, nisi professionem invalidè facta ratificaverit,[a] & quod non censet ratificare illam manendo in monasterio, eo quòd credebat, professionem, quam fecerat, valere: quia oportet, vt sciens eam non valere ratificet, & pro valida eã habeat, vt tradit bene Caiet.[b]

2 Secundo, quòd non oportet eũ publicè de nouo profiteri, sed satis vẽ, vt ipsemet eam ratificet, & monasterium permanserit in illo consensu, quo eius professioni consensit, & eam recepit, argumento cap. [ad id,][c] vbi matrimoniũ metu cõtractum fit validum, si cessante metu, pars quæ metu consensit, ratum habeat illud saltem tacitè.

3 Tertio, q̃ eius professio incipit esse valida à tempore ratificationis, & non antea, coram Deo, argumento cap. [veniens.] iuncta glossa.[d]

4 Quarto, q̃, si bona fide putauit se benè professum, & superueniente mala fide ratificauit suam professionem, meritò debet gaudere loco, quem ab initio consensu Conuentus accepit, argumento multorum, quæ de effectibus bonæ fidei, & de euitatione scandali, & de modicitate rei adduci possent. Sal. &c.

a Arg.c.nõ firmatur. de reg.iur. in 6.
b 2.2.q.189 art.5.
c de sponsa.
d de eo. qui duxit in matrimonium.

SVMMARIVM.

Probationis annus incipit à die ingressus, daturq; hinc inde ad probandum & monasterium & nouitium. 1

Professio emissa anno probationis nondum exacto, etiam apud Minimos, qui licet non admittant ad illam nisi existentes in 18. anno, nu.5. tamen integrum annum probationis non exigebant, est nulla, sicut & illius qui apud illos in ætatis suæ anno 17. illam emisit nullumq; producit effectum, num.2. adeo vt sicut non prodesset, ita non noceat, quo minus continuando inceptum probationis annum, suo tempore secundam, quæ valida erit, emittat professionem, nu.3. 1

Professio nulliter emissa non vitiat legitimam receptionem ad annum probationis: Vnde potest continuari, & eo sine alia interruptione in monasterio vel alibi de licentia superioris manendo completo denuo profiteri. 3

Professio apud Minimos emissa ab existente in ætatis suæ anno 17. non tenet: vnde potest exire, & si sit in sacris, subijcietur Episcopo, alijs non, imo, si sæculares laici, poterit ducere vxorem. num.4. 3

Professio tacita non est sublata per Concilium Tridentinum, imo valebit vt prius, modo annus integer continuatus probationis sit completus, & adsit ætas requisita, quæ apud Minimos est annorum 18. inceptorum. 5

Professionem expressam qui nulliter emittit, per continuationem & alios actus non censetur ratificasse, secus si nullam emisisset. 6

Universidad de Deusto
Biblioteca

7 Professionis suæ nullitatem ignorans, eam ratificare non censetur.

CONSILIVM XXVIII.

AD multas quęstiones cõcatenatas nobis propositas respondemus sic ad primam, q̃ professio illius, qui ingreditur ordinem religionis Minimorum, facta antequam expleatur annus integer nouitiatus, qui incipit à die ingressus dati ei ad probandam illam, & monasterio ad cognoscendũ illum, est ipso iure nulla, siue ingrediatur in principio anni decimi octaui, siue in medio, siue in fine, & siue cõsueuerit in illa religione fieri professio intra decimũ octauũ & intra annũ nouitiatus, siue nó. Tum quia hoc expresse habet[a] Concil. Trid. Tum quia, licet ante prefatum Concil. professio ante finem anni probationis (quãuis nõ debuisset fieri ante completum annum) in omnibus religionibus, exceptis mẽdicantium, facta valeret, vt probatur in c. [ad Apostolicã,][b] adiunc Et ca. con cto c. [non solum,][c] & q̃is id frequen- stitutionẽ, tissimè fierit, tñ post illud non licet face re, nec recipere talem professionẽ: & si fiat, & recipiatur, iudicatur ipso iure nulla: & nulla est ratio, quare facta in prefato Minimorum ordine debeat plus valere, quàm facta in alijs: imò tãtò minus debet valere facta in illo, quãtò arctior & durior est illa, quàm pleræq; aliæ. ar- gum. cap. [quia in insulis.][d] 2 AD SECVNDAM respondetur, q̃ professio facta in dicto ordine Minimorum in decimo septimo ætatis profitentis anno, vel ante illum expletũ, proculdubio ipso iure est nulla, & nullum producit effectum, per præfatum c. 15. de reg. Concil. Trid. sess. 25.

a ca. 15. de reg. ses. 25.
b de regul.
c Et ca. con stitutionẽ, eo. tit. lib. 6.
d de reg. & d. c. non solum. & ca. const it. eod. tit. lib. 6.

AD TERTIAM, respondetur, q̃ nullus scrupulus est habẽdus de valore professionis factæ intra prefatũ decimũ septimum annum, antequã ille sit expletus: quia proculdubio, & absq; vllo scrupulo est ipso iure nulla, & nullius effectus, & ita non obligat magis, quàm si non esset facta: & consequenter necessariũ est facere nouam professionem post illum expletum, ad hoc vt sit professus. 3 AD QVARTAM, q̃ non est necessaria noua receptio capitularis, sed sufficit, q̃d receptio prima continuetur per totum annum absq; interruptione, ita quod absq; licẽtia Prẽlati nõ exeat, neq; maneat extra monasteriũ, & perfecto anno faciat professionem validã siue ante finem anni 17. fecerit illam, siue non, quia illa prius facta nullius penitus est effectus.[e] Ergo nec prodest, nec nocet, quò minus valeat, vel non valeat illa, quæ fuerit facta post annum expletum, cum non præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum.[f]

e Per d. ca. 15.
f c. non præ stat. de reg. iur. lib. 6.

AD QVINTAM, q̃ proculdubio, qui in vestro ordine Minimorum fecit professionem ante decimum septimum annum cõpletum, perinde potest transire ad aliam religionem laxiorem, vel arctiorem, ac si non fecisset, eadem supradicta ratione.

4 AD SEXTAM, q̃ laici, & clerici minoribus tantùm ordinibus initiati, qui ante decimum septimũ ætatis suæ annum fecerunt professionem, perinde possunt ducere vxores, ac alij nouitij, qui non fecerunt illam, non obstante illa professione, quia, vt ex nihilo nihil fit, ita nihilum nihil facit.[g]

g l. eius qui in proui- cia. ff. de re bus credit. & leg. si fe- rũ. §. 1. ff. act. empti.

AD SEPTIMAM, q̃, qui sacris ordinibus initiati fecerunt professionem ante 18. annum completum, & noluerũt manere in monasterio perinde subijciũ tur ordinario, simul ac exierint, ac alij nouitij, qui nullam professionem emiserunt, eadem penitus ratione.

5 AD OCTAVAM, respondetur primò, quod Conc. Trid. non tollit professiones tacitas, & ideo post illud perinde sunt habẽdi pro tacitè professis illi, qui per annum totũ nullatenus interruptum tulerunt, siue gestarunt habitũ indistinctum ab habitu professorum, ac ante illud: & consequenter qui accepe- runt illum in decimo septimo anno, vel prius, si gestarunt illum toto vno anno, donec ingrederentur decimum octauũ, censendi erunt tacitè professi.[h]

h Arg. c. 1. §. 1. de reg. li. 6. et Cle. eos. eod. tit.

6 Secundo, q̃ vna subtilis differentia põt esse quo ad hanc expressam professionẽ inter illos, qui emiserũt professionem ante decimũ septimum annũ completum, & alios, qui eam non emiserũt: nam hi, qui non emiserũt, proculdubio censendi sunt professi, si per annũ totũ gestarunt habitum, donec ingrederẽtur decimum

decimum octauum annum, nisi reclamarint, vel protestati fuerint, nullatenus esse sibi animum profitendi, donec expresse profiterentur.

7 Alij verò, qui professionem expresse fecerunt ante decimum septimum annum impletum, non censebuntur tacitè professi, si ideo manserunt in monasterio post inceptum decimum octauum, quia putabant professionem suam valere, in quo nõ mãsissent, si putassent eam non valuisse: quia, vt singulariter decidit Caietanus,[a] quẽ sequimur nos in Man. conf. [b] non sufficit ad ratificationẽ professionis inualidè factæ, quod maneat in monasterio post illam factã aliquo spatio temporis, etiam magno, si manserit, eo q̃ putabat professionem valuisse, & per illam obligari ad manẽdum: sed oportet, q̃ nouerit illam non valuisse, neq; per eam obligari ad manendum, & non obstante hac scientia voluerit habere eam pro bona, & se ad seruandum eam obligatum: pro quo facit l. [si per errorem,][c] cum alijs multis, quæ probant, errantem & ignorantẽ non censeri consentire. Salua, &c.

a In 2. 2. q. 189. art. 5.
b c. 12. nu. 71.
c ff. de iurisd. omn. iudic.

SVMMARIVM.

1 *Professio in vno monasterio post sex menses emissa non tenet, non obstante, quod in alio à quo sine licentia recesserat, per alios sex steterisset, quia probationis annus debet esse continuus, & completus absque eo quod quis sine licentia de monasterio exeat.*

Professus non censetur, nec probatur esse quis alicuius religionis, eo solo, quod a se de Apostolica obtinuerit licentiam inde ad aliam transeundi.

CONSILIVM XXIX.

N. Ingressus religionem S. Mariæ redẽptionis captiuorum in Hispania, post sex menses sine vlla licentia se contulit ad Indias in ciuitatem S. Dñici, vbi monasterium eiusdem religionis iterum ingressus, post alios sex menses professionem emisit. Deinde per breue S. D. N. ad quoddam monasterium ordinis Cistercien sis translatus, post decem menses professus est, & actus professorum exercuit. Dubitatur, an impetratio dicti breuis ita noceat ei, vt quocũque defectu nõ obstante censeatur professus ordinem Cistercien sem: adeo q̃ non possit clericaliter in sæculo viuere.

1 Ad quæstiones resultantes ex facto præmisso respondeo primo, quòd professio, quam præfatus orator emisit in monasterio Sanctæ Mariæ redemptionis captiuorum ciuitatis S. Dominici partium Indiæ Occidentalis, nõ valuit, quia post Concil. Trid. nulla professio facta ante completum annum nouitiatus, seu probationis, valet, vt habetur in præfato Concilio,[d] & quod præfatus orator emisit præfatam professionem ante completum annum nouitiatus, seu probationis. Nam sententia communis & receptior, quam etiam videmus in p̃torio sacræ Pœnitentiariæ seruari, habet, quod, ad hoc vt annus probationis & nouitiatus censeatur legitimè completus, debet esse continuus, ita quod nouitius continuè per totum vnum annum manserit in monasterio sub obedientia prælati, nec exierit ab illo, saltẽ sine ipsius licentia, per textum in c. 1.e per quem illud ibi tenent Dominicus & Philippus Francus post Lapum, Abbatem, & ob alias rationes nos quoque idem respondimus frequenter tam in præfato prætorio, quàm extra illud: in qua sententia etiam nunc sumus.

d sess. 25. c. 15. de reg.
e de reg. l. 6

2 Secundo, quòd nec professio facta per eundem oratorem in prædicto monasterio Cistercien si valuit, eadem ratione, quia facta fuit ante annum nouitiatus completum.

Tertio, quòd non præsumitur quis tacitè professus ex eo solo, quod intersit actibus solis professis conuenientibus, per rationes, quas in id adducimus in comment. 4. de reg.[f]

f Super ca. statuimus. 29. q. 3. nu. 72. Papinia nus. ff. de minoribus. ad pro- bat. c. de probat. c. i præsentia.

Quarto, quòd per impetrationẽ bre uis transeundi de religione S. Mariæ redemptionis captiuorum ad aliam religionẽ non est cẽsendus orator profiteri præfatam religionem S. Mariæ, neque probari sufficienter eum illam professum esse. Tum quia talis impetratio, & talis professio sunt diuersa, & à diuersis bat hoc esse, quod ab hoc cõtingit abesse.[h] Tum quia, vt prædictũ est professio

g l. Papinia nus. ff. de minoribus. ad pro- bat. c. de probat. c. i præsentia.
h Tum quia, vt prædictũ est professio cod. tit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

legitima fieri non potest ante completum annum probationis.

Quinto, quòd præfatus orator nulla dispensatione indiget quo ad forum cõscientiæ ad manendum & viuẽdum extra monasteriũ in habitu clericali: quãuis multũ cõueniat ei, vt S.D.N. iubeat hoc declarari, & corrigi, si quid in hoc iuris ignorãtia peccatum est. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Prælati, & conuentus, finito nouitiatu, ex causa differre possunt professionem nouitij iudicati idonei.*

1 *Intellectus cap. 16. de regul. sess. 25. Conc. Trident.*

2 *Præsentationem admittere, & institutionem facere, diuersa.*

2 *Institutio post præsentationem diutius differri potest quam collatio libera, quæ nõ potest fieri post sex menses à die vacationis, institutio autem potest.*

CONSILIVM XXX.

QVæritur, an liceat Superiori alicuius monasterij, & suo Conuẽtui, vel Capitulo, concedere dilationem ad profitendum nouitio post annũ nouitiatus probato à se pro idoneo ad profitendum, aliqua iusta de causa, non obstante. [a] Concilio Tridentino.

a ca. 16. de reg. sess. 25.

1 Respondeo, quòd sic. Tum quia à iure antiquo non videtur recessum, nisi quatenus per nouum expressè recedi-

b l. præcipimus. C. de appellat.

tur, [b] & ante præfatum Concilium Trimus. C. de dentinum hoc licebat, & erat in vsu, & consuetudine: ergo & nunc licet, quia per illud non videtur statutum contrarium. Tum quia illud cap. non disponit, quod Superiores statim finito anno nouitiatus cogãt nouitios habitos pro idoneis ad profitẽdum, sed solum quod admittant eos, aut reijciant, & cogere ad profitendum, est aliud, quàm admittere ad professionem, vel reijcere, & à diuer-

c l. Papinianus. ff. de minorib. ca. ad audientiam. de decimis.

sis non fit illatio. [c]

2 Sicut & aliud est admittere præsentationem, & aliud instituere præsentatum: adeo quidem, vt Superior, cui fit præsentatio, post eã factã & admissam, pòt differre institutionem, etiam maiori tempore, quàm collationem liberã, quoniam hanc non pòt facere post sex menses à vacatione, [d] illam aũt pòt ét post sex menses, nisi præfigatur ei ter-

d c. 2. de cõcess. prab.

minus breuior à Superiore suo, ẽm Panormitanum communiter receptum, [e] Superior item, in cuius manibus renunciatur beneficium, potest renunciationem admittere, & collationẽ differre. Tum denique quod annus nouitiatus, & admissio & reiectio sunt in fauorem recipientium, & recepti statuta, & ideo non sunt contra consensum vtriusque retorquẽda, [f] & ita videmus in aliquot religionibus id seruari. Salua, &c.

e In eodem c. nu. 12.

f Arg. cap. quod ob grã tiam de reg. iur.

SVMMARIVM.

Professio ante annum probationis emissa anno 1564. 1. Aprilis, non obstante declaratoria Pij IV. postea facta, quod decreta Concilij non ligarent nisi post primam Maij 1564. non tenet nu. 2. & 5. & per totum: maximè quia declaratoria prædicta alio tendere videtur, nu. 7. 1

Lex ligat post duos menses à die publicationis, nisi aliud præfigatur tẽpus: quia post dictum tempus ignorantia non est iusta, num. 7. 2

Lex facta & promulgata in Concilio præsente Papa per se, vel suos legatos, ad sui firmitatem non eget alia Papæ confirmationem: vnde ligat post duos menses vel tempus ab eodem statutum, etiã antequam confirmetur: licet Papa possit illam tollere. 3

Lex, quæ etiam virtualiter mandato & ex nunc exequutioni mandetur, ligat ignorantes non quidem quo ad pœnas, sed quo ad nullitatẽ actus, quæ nõ est pœna. 4

Lex illa censetur fauorabilis, quæ principaliter est lata in fauorẽ alicuius, licet in consequentiam alteri noceat. 5

Professio, sicut & matrimonium, ordo, vel baptismus, nõ potest esse in suspenso, sed statim valet, vel non: vnde eandem si non tenuit, Papa non pòt sine partis consensu reualidare: at si tenuit, non potest sine maxima causa inualidare, num. 6. 6

CONSILIVM XXXI.

AN professio regularis emissa anno 1564. die prima Aprilis, ante annum probationis expletum, ab eo, qui tunc

a Sess. 25. c. 15.

tunc ignorabat decretum Conc. Trid. [a] & in monasterio, quod habebat priuilegia à sede Apostolica admittẽdi ad professionem volentes ante annum profiteri, iudicanda sit nulla, non obstante constitutione Pij IV. super declaratione temporis ad obseruanda decreta Concilij Tridentini. [b]

b Sub datũ 15. Kalen. Aug. 1564.

Ad hanc quæstionem respondeo, pro eius parte affirmante scilicet, quòd valeat professio, facit primo, quòd iure antiquo attento valeat professio facta ante annum probationis, [c] exceptis ordinibus mendicantibus, [d] & etiam in illis, si haberent ad id iustum priuilegium, quale in quæstionem proponitur habuisse monasterium.

c c. ad Apostolicam. de reg.

d c. non solũ. et c. cõsti tutionẽ. de reg. lib. 6. e c. 2. de cõstitut. tam in antiquis. quàm in 6.

Secundo, quòd iura noua non ligant, ea saltem iuste ignorantes, [e] qualis fuit prædictus professus, quale item monasterium, in quo professio facta fuit, respectu Concilij Tridentini.

Tertio, quòd Pius IV. in puncto citato declarauit, ne constitutiones ab eo factę obligare censerẽtur ante Kal. Maias anni 1564. ante quas tamen prædicta professio facta fuit.

2 His tamen non obstantibus, videtur prædicta professio fuisse nulla. Primo, quia omnis lex iustè condita & promulgata ligat, [f] post duos menses à tempore promulgationis illius, si longius tempus ad ligandum ei non præfigatur. [g] At lex prædicta Concilij Tridentini, qua annullantur professiones factæ intra annum probationis, condita, & promulgata fuit anno 1563. Tridenti, [h] & professio prædicta emissa fuit Kal. April. anni sequentis.

f 4. dist. ca. in istis. §. lege.

g Authẽ. Qui facta nouæ const. coll. 5. c. quod dicitis 16. dist. et c. 1. de postul. prælat.

h 4. Decẽb.

3 Nec obstat respondere, quòd Concilium non fuit confirmatum vsq; ad 14. Kal. Febr. anno 1564. Nam replicari potest primo, quòd leges Conciliares latæ à Concilio vniuersali legitimè congregato, Præsente Papa per se, vel per legatos suos, statim, vel saltem post duos menses à promulgatione facta in Concilio ligant, quod satis sentit glo. [i] loquens de legibus in Concilio Viennẽsi latis: quippe quæ ad suam firmitatem substantialem non egent noua confirmatione Papæ: alioquin enim non essent Conciliares, sed Papales: licet cõfirmatio Papę eo nomine sit vtilissima,

i prooem. cle. vers. de cætero.

A ne ipsa sua, quæ summa est, potestate, eas annihilet, iux. c. [cuncta per mundum.] 9. q. 3. & ita vidimus à Lusitaniæ regnis aliquot leges à prædicto Concilio latas seruatas fuisse multo tempore ante finem, & confirmationem illius, iussu Episcoporum, & Regum.

4 Tertio, quia prędictum Concilium, [k] declarauit, velle se, vt statim leges factę in illa sessione, [l] exequutioni mandarẽtur: quòd perinde fuit, ac dicere, ex nunc, siue ex hoc tempore ligent, & exequtioni mandent illas Episcopi, & alij ordinum prælati, & cum lex hoc mandat, ligat ét ignorantes, quo ad actus nullitatem, licet non quo ad alias pœnas, iuxta glossam singularem communiter receptam, [m] per quam & alia eruditè re-

k in c. fi. de reg. prędicta sess. 25.

l de reg.

m Clem. 2.

soluit Decius, [n] quòd lex ob hoc solum, quòd annullat actum in fauorem alicuius, nõ censetur pœnalis, nec indicere pœnam. At lex prædicta, [o] lata est principaliter in fauorem fragilitatis profitentium, vt ipsemet ait, & antea fuit assertum in c. [ad Apostolicam,] [p] consequens est, eam comprehendisse profitentes ante annũ probationis statim, vel certè post lapsum legitimi temporis.

n de hære. cer excom. Vbi sup.

o c. 15.

p de regul

C 5 Nec obstat dicere, quòd lex prędicta affert etiam præiudicium monasterio, quia, vt lex censeatur facta in fauorem alicuius, sufficit, quòd principaliter intendat illum, licet minus principaliter, & quandam consequentiam vergat in præiudicium alterius, iuxta cap. [non dubium,] [q] & alia tradita ibi latè per Felynum ex glossa putata singulari. [r] Quarto, quòd si prædictus Pius IV. prædictam declarationem nõ fecisset, & omnia iure communi decidẽda reliquisset, omnes dicerent professionem prædictã non valere, quia post prædictam legem factã, promulgatam, imò & post confirmatã, & duos menses, & amplius lapsos, facta fuit intra probationis annũ: at prędicta declaratio nihil præfuit, nec nocuit prædictæ professioni, quę longo tẽpore præcessit illã: ergo illa non est valida. Quod autem nihil profuerit, vel nocuerit, probatur efficaciter, eo quòd illa eo momento, quo ante prædictam declarationem facta fuit, extitit valida, vel nulla; quia professio facta purè eo momento, quo fit, valet, aut non valet: nõ

q de sentẽt. excom.

r in c. sciãt cuncti. de elect.

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim potest esse in suspenso, sicut nec baptismus, ordo, vel matrimonium, per iura vulgata: & si non valuit; non potuit validari per illam declarationem.

6 Tum quia nihil tale facit. Tũ quia quæstionis est inter S. Thom. 2.2.q. 88. art. 12. & suos sequaces ex vna parte, & Innocẽtium communiter receptum, [a] ex altera, an Papa possit annihilare pro sessionem semel factam: & quãuis communis teneat quod sic ex maxima causa; tñ nemo tenet, q̃ possit sine tali, qualis in casu isto non occurrit, si aũt non valuit, nõ potuit eam validare prædicta declaratio, quia non põt Papa supplere consensum iure naturali requisitum in matrimonio spirituali nec carnali, secundum fere omnes; & ita non potuit prodesse; nec nocere: & consequenter perinde iudicandum est de illa, ac si talis declaratio non fuisset facta: sed tũc iudicanda fuisset nulla; ergo, &c.

a in c.cũ ad monasteriũ §. fi. de sta. mon.

7 Ad primum ergo pro contraria parte concedo, quòd prædicta professio nõ annihilatur iure antiquo, sed nouo Tridentino.

Ad secũdum concedo quidem, q̃ lex non ligat iustè ignorantem illam; at nõ ignoratur iustè lex facta, & promulgata post tempus legitimum in id cõstitutũ.

Ad tertium respondeo primo, quòd illa declaratio nihil iuuat ad iudicandũ de valore p̃dictæ professionis per quartum argumentum pro parte nostra formatum. Deinde, quòd declaratio illa, vt ex illius tenore colligitur facta fuit solum ad excusandos multos à pœnis extrinsecis, quas stricto iure incurrissent, vel post illam declarationem, si tẽpus præfixum ad parendum ante illas currere cœpisset. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Professio eius qui post susceptum habitum non stetit per annum non interruptum in monasterio, non tenet, nu. 2. in quo tamen stare censetur, qui alibi de licentia superioris sub eius obedientia viuendo, nu. 3. iusta de causa moratur, nu. 4.*

3 *Nouitiatus per exitum nouitij per tres dies sine licentia interrumpitur.*

5 *Nouitius austeritates religionis experiendo in genere satisfacit.*

CONSILIVM XXII.

NFuit electus in canonicum nouitium à Priore, canonicis, & Capitulo Ecclesię Pampilonẽsis ordinis S. Augustini, & fere sesquimẽse anni nouitiatus intra septa prædictæ Ecclesiæ tñ resedit; & residuo tpe illius anni, de licentia, & mandato prædictorum, ac sub eorum obedientia mansit in quadã curia, agẽdo negotia dicti Capituli mãgnæ importantiæ; & in fine anni fecit professionem per procuratorem ad id specialiter deputatum. Dubitant nunc Prior & canonici prædictæ Ecclesiæ, an eius professio valeat: & à sacra Concilij Tridentini Cõgregatione huius dubij declarationem humiliter petunt.

[Congregatio remisit ad auctorem, qui respondit hoc, qui sequitur, modo. *b b c.15. sess.*

1 Pro parte negatiua facit primo, Concilium Tridentinum quatenus habet, q̃ professio eius, qui post susceptum habitum nõ steterit in probatione per annum, non valet; & is, de quo est quæstio, non videtur stetisse in probatione, nisi sesquimensem. 25.

Secundo, q̃ cessante causa cessat effectus, [c] & causa faciendi validam professionem est probatio, qua nouitius probat rigorem regulæ, & monasteriũ probat mores nouitij, an conueniant ei. Et in casu proposito nec præfatus nouitius probauit rigorẽ regulæ, nec monasteriũ eius mores: ergo nõ interuenit probatio, quę iustificaret professionẽ. *c c.cũ cessãt. de appel. d d c.ad Apostolicam. de regula.*

Tertio, q̃ illa verba c.1. [e] [Quod si per totum sequentem annum in monasterio permanserit,] significant nouitiũ debere per totum annum in monasterio manere, ad hoc, vt censeatur detuliſſe habitum per vnum annum, adeo quidem, q̃ si aliqua parte anni manserit foris, interrumpitur annus probationis, & non coniunguntur illę partes interruptæ, sed debet incipere ex integro à principio posterioris partis, secũdum Ancharanum, Panormitanum & communem, [f] etiam si per solos tres dies foris maneret, secundum Lapum, [g] communiter receptũ vt videre est apud Frãcũ & citatos ab eo, c.1. de reg. li. 6. nu. 3. *e c.cũ semil. de reg. f in d.c.ad Apostolicam. de reg. g Alleg. 46.*

Quibus tñ non obstantibus, tenenda est pars affirmatiua: tũ quia prædictus nouitius detulit habitum susceptũ per totum vnum annum, partim intra monasteriũ, partim extra illud, manens semper sub obediẽtia sui Superioris, & cum eius licentia iusta de causa, data, & faciens eius præcepta, & mandata: quod videtur sufficere ad implẽdum annum suæ probationis nouitiatus. Tum quia nullo iure cauetur, quod nouitius debeat manere, semper, & cõtinuè totum annũ intra monasteriũ, & quod Patrũ sanctionibus non est statutum, superstitiosa inuentione non est præsumendũ. [a] *a c. consuetud. 2.q.4.*

3 Tum quia Abbas antiquus dixit, [b] quem refert Abbas iunior siue Panormitanus, [c] quod religiosus manens extra monasterium sub obedientia Superioris, & cum eius licentia, videtur residere intra illud: quos omnes retulimus & sequimur in Comm. 4. de regul. [d] allegando etiam Syluestrum idem tenentem. [e] Tum quia, etiam si prædictus Abbas, nec aliquis alius id dixisset, ita tamen dicendum erat, alioquin sequeretur, quòd omnes nouitij, qui intra annum exeunt monasteria de licentia suo Superiorum in quibus ceperunt habitum, vt peregrinarentur in stationes, vel alia loca pia, vel viserent suos parentes aut cognatos ægrotantes, vel vt mendicarentur, vel ut testificarentur vel recrearentur, vel alia iusta de causa, non complerent annos suorum nouitiatuum: quoniam, vt prædictum est, annus nouitiatus interrumpitur per exitum nouitij à clausтro per tres, vel quatuor dies sine licentia sui Superioris. Tũ quod aliàs sequeretur, quod errarẽt Reges & Principes omnes, qui sunt Generales religionum militarium, qui frequenter post datum habitum suarũ religionum suis militibus nouitijs, eos statim, aut certè post duos, vel tres menses emittunt ad defendenda aliquot oppida munita, vel ad ipsamet bella, vt in eis compleant nouitiatuum annos. *b in c.cũ illorũ. de sẽt. excomm. c cap. ex rescripto. col. 2. de iureiu. d Super ca statutum. 19.q.3. nu. 74. e In verbo religio. 3.q. 19. vers. 5.*

4 Tum quia c. [insinuant,] [f] cum ei adnotatis satis superq; probat, quod annus nouitiatus extra monasterium de licẽtia Superioris iusta de causa data agi & compleri põt. Tum quia consuetudo est optima legum interpres, [g] ac illa habet, quod prælati religionum etiam nõ militarium, cùm datur habitus suorum ordinum aliquibus viris insigniter eruditis, vel in exercendis artibus mechanicis, aut alijs valdè expertis, mittunt eos intra annum nouitiatus ad disputationes, & alia negotia peragenda, & ad instruendos ignorantiores, qui operantur in villis monasteriorum, ad aliquot dies, hebdomadas, vel menses, nec propterea cogunt eos ad inchoandum nouos annos nouitiatuũ. Tum quia frequenter longe asperiorem & duriorem vitam ducunt extra monasteriũ, quàm ducerent intra illud, & probant magis 2 duritiem obedientiæ in eundo, & redeũdo, & laborando, & malè edendo, quàm hi, qui intra monasterium sub vmbra obediunt bene edendo. *f Qui cler. vel non. g c.cũ dilectus. de cons. Instit. le. mi. ff. de legat.*

5 Tum quia nullo iure est necessariũ, vt nouitius probet & experiatur omnes austeritates monasterij in indiuiduo, siue in specie, sed sufficit, vt experiatur austeritatem eius in generali per totum vnum annum degendo sub obedientia Prælati. Si enim nouitius statim post susceptum habitũ inciperet ægrotare, & maneret æger quatuor, sex, vel decem menses intra monasterium sub obediẽtia, posset in fine anni profiteri secundũ mentem omnium Doctorum, quorum nemo dicit, aut vt puto, auderet dicere contrarium: ergo non est absq; vlla lege dicendum, q̃ teneatur experiri omnes austeritates in specie. [h] *h arg. §. cõsideremus. in auth. de trien. & sem. col. 3.*

Non obstant opposita. Ad primum enim respondetur, concedendo, q̃ professio facta, antequam steterit in probatione per annum, non valeat: negando tamen, q̃ is, de quo quæritur, non steterit in probatione per annum: quia imò stetit in ea partim in monasterio, partim foris in negotijs eius de licentia superioris iusta de causa data. Et paria sunt, consistere in monasterio, vel foris cum tali licentia, per prædicta.

Ad secundum respondetur, negãdo, quòd in casu proposito non præcesserit probatio sufficiens, per prædicta.

Ad tertium respondetur, quòd satis manet in monasterio, qui de licentia iusta prælati eius manet extra illud sub obedientia sua. Salua quæ iustior fuerit sententia.

Cõgregatio censuit valere professionẽ, vt a nobis superius adducta probãt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMARIVM.

1 *Nouitiatum non interrumpit latitatio momentanea, & non considerabilis in monasterio animo fugiendi facta.*
2 *Intellectus cap. quia in insulis. de regular. an sit in vsu.*

CONSILIVM XXXIII.

PVer quidam 14. annorum, desperatione quadam, & paupertate motus, & à quibusdam consanguineis suis compulsus, confugit à suis parentibus ad monasterium S. Francisci ordinis Minorum; & ibi cum permãsisset quatuor, aut quinque dies, repertus fuit ab eius patre, qui ob eius minorem ætatem, & quia agnouerat potius desperatione; quam amore ad monasterium accessisse, domum reducere conatus est. Puer respondit, vt sineret eum in dictum monasterium introire, aliàs ipse aliquem, vel aliquis ipsum occideret, vnde pater tanti mali metu illum dimisit: post non nullos verò dies, cùm dictus puer esset annorum quatuordecim, & mensium trium, vel circa, monachi induerunt ipsum vestibus monachalibus, & in alium locũ ipsum transmiserunt; sed antequã perueniret ad annum, & tempus faciendi professionem, vt ille, qui potius desperatus, & seductus, quam spontanea volũtate monasteriũ introierat, animo aufugendi se in camera quadam abscondit, vbi repertus à Superiore, & blanditijs illectus permansit in monasterio, & cũ peruenisset ad tempus faciendi professionẽ, professus fuit, vt moris est. Sed nec ante, nec post dictam professionem aliquos sacros ordines assumpsit, sed tãtum primam tonsuram, & quatuor ordines minores. Post dictam autẽ professionem eodem anno, quo professus fuit, aufugit, & à monachis repertus fuit incarceratus, & sic bis aut ter aufugit. Dubitatur, an teneatur reuerti ad religionem, cũ modo extra illam se reperiat.

1 Respõdeo, videri posse alicui prædictum consulentem non esse verè & propriè religiosum, & vlli ordini certo ordinatum, sed esse obligatũ religioni in genere: ita quod tenetur ad profitendũ aliquam religionem approbatã, per c. [non solum.] a iuncto intellectu, quem *a De regul.* Panor. ibi sequitur. Sed contrarium est *lib. 6. &c.* dicendum quia prædictus consulens nõ *constitutionem, &* fecit professionem ante annum proba- *per* tionis, imò fecit longè post illum; quia *c. quia in* remansit circiter septemdecim menses *sulis. de re-* in monastetio, priusquam profiteretur: *gul.* nam illa latitatio, qua latuit in illa camera, nihil interrupit, quia fuit momentanea, & non considerabilis. Tum quia fortassis à latitatione in professionẽ fluxit annus integer, licet ex facto id necessario non colligatur; & cõsequenter nihil obstant prædicta c. [non solum] & c. [constitutionem.] quæ de vouente ante annum probationis in ordine mendicantium disponunt.

2 Non obstat etiam dictum c. [in insulis.] iuncto intellectu Pan. quia Io. Andreas ibi testatur se nunquam vidisse illud c. vsitari extra insulas aliquas solitarias, & in ordinibus, & experientia omnium religionum mendicãtium docuit vsq; ad Conc. Trid. q̃ professio facta in illis post annum probationis, & ante decimum octauum de quo loquitur d. c. [quia in insulis.] valeat: quod etiam testatur Syluester post Antonium. *b & b verbo re-* facit Conc. Trid. quatenus *c* ordinat, in *gio. 3. q. 2.* quocunque ordine fieri professionem *c in sess. 25* post decimum sextum annum complet- *c. 16. de re-* tum, & ita ante decimum octauũ. Qua *gul.* re nisi ex aliqua iusta causa Papa dispẽsauerit, tenetur consulens redire ad monasterium, & in eo Altissimo, vt ei promisit, seruire, Salua, &c.

SVMMARIVM.

Professio ante iustam ætatem, vel nouitiatum completum, est nulla. 1
Professus non est, qui habitum in monasterio, vel extra de superioris licẽtia manẽs non gessit aut per annum continuum. n. 2 1
Protestatio. actus dubios inde sequutos declarat. 3
Professionem ratificare non videtur, qui eius nullitatem ignorat.

CONSILIVM XXXIV.

NAnte decimum sextum ætatis annũ suscepit habitum religionis, & sine probationis anno publicè professionem fecit in illa religione approbata, sicuti prælati eiusdẽ consueuerãt: quia ipsi de vna ex illius prælaturis à Sede Apostolica prouisum fuerat ad eius vitam, licet effectus in annum vigesimũ differretur. Post paucos menses Sũmus Pontifex eadem religione reformata, inter reliqua, Prælatos ex perpetuis triẽnales esse voluit, & sub grauibus pœnis & censuris mandauit reformationẽ obseruari. Tunc N. ex loco discedens, in quo professus fuerat, coram notario, testibus, & egregijs viris, protestatus est se nolle obligari prædictæ religioni, neq; per professionem emissam, neq; per habitus gestationem, neq; per quemquã actũ à se factum vel faciendum; hoc ét semel expresso, q̃ metu censurarum in reformatione latarũ prædicta fecerat. Interim aliquanto tempore latitauit, cùm verò palam versatus est, habitum Prælato conuenientem gestauit: & forte pluries Superiorib. dictæ religionis, ei tanquam Prælato etiam sub censuris præcipientibus, obtemperauit. Quæritur, an de iure sit professus necne, & an aliquo modo sit religioni obligatus.

Hoc dubium resoluturus, dico primum, præfatam professionem à præfato N. factam fuisse ipso iure nullam, tam propter defectũ ætatis, quàm probationis annalis, per Concil. Trid. cap. 15. de regul. sess. 25.

Secundo dico præfatum N. non esse dicendum tacitam professionem fecisse propter susceptionem habitus, & gestationem eius. Tum quia non gessauit eũ per totum annum intra monasterium, neque extra in alio loco, in quo de licentia Superioris maneret: quod requiritur ad hoc, vt dicatur tacitè professus *a de regul.* per habitus gestationem, per cap. 1. *a* ibi: *lib. 6.* [per totum sequentem annum.]

2 Quem debere esse ad hoc cõtinuatũ, & non sufficere interruptum, determinãt Petrus ab Ancharano & Philippus Francus, *b* & Panorm. *c* & Bart. per *b ibidem.* illum textum in l. [interdum.] *d* licet *c in cap. ad* aliqui sine iusta ratione contradicant. *apostolicã.* Tertio dico, nihil videri colligi ex ar- *de reg.* gumento proposito; per quod iudicari *d §. quoties.* debeat p̃dictus N. ita legitimè ratificas- *ff. de publi-* se professionẽ præfatam, quam nulliter *can.* fecit, vt debeat iudicari professus. Tum quia nõ colligit eũ expresse ratificasse.

3 Tum quia protestatio animi declaratiua operatur, vt actus dubij eam sequentes intelligantur secundum illam, iuxta communem omnium, qui de hoc tractant, sententiam. *e* At omnes actus, *e in c. cum* qui narrantur hic, ad hoc vt ex eis præ- *M. de const.* sumatur tacitè professionem approbas- *& in l. non* se, sunt dubij: ergo debent intelligi se- *solũ §. mor-* cundum prædictam protestationem. *te. de opera.*

4 Quartò dico, quòd licet prædictus *nou. nunc.* N. portasset habitum etiam indistinctũ ab habitu professorum, etiam intra monasterium, etiam post annum decimum sextum completum, etiam per alium annum integrum, putans se esse professum; eo quod putaret prædictã professionem à se factam fuisse validã, non est iudicandus eam validasse, nisi sciens & prudẽs illam fuisse nullam, voluisset de nulla facere validam: ita vt ab eo tempore inciperet esse professus, vt eleganter & subtiliter de more determinauit Cardinalis Caietanus, *f* quẽ nos retulimus, & probauimus in Manu. confes. *g* quod non probatur interuenisse in hoc casu. *f in 2. 2. q.* *g c. 12. nu.* *189. art. 5.*

Quinto dico, esse consequens prædictis, iudicandum esse prædictum N. nõ *c* esse professum expresse, nec tacite, nec esse ob præfata vlli religioni obligatum in specie, nec in genere. Salua, &c.

SVMMARIVM.

Tertia regula S. Francisci à sui initio fuit approbata, non vt religio, sed vt bonus modus viuendi, & sic nisi aliud appareat, qui eam profitetur & emittẽdo tria vota, non est verus religiosus; tenetur tamen eam seruare, poterit aũt de licẽtia sui Superioris viuere in eremo. nu. 2. 1
Probationis annus factus in monasterio, ad finem, vt profiteretur primam regulam S. Francisci, non suffragatur vt possit & in eodem monasterio recipi ad professionem in tertia regula eiusdẽ S. Fracisci: vnde professo nõ tenet, põtque sine alia licentia assumere sibi vitã eremiticam. 2

CONSILIVM XXXV.

QVidam desiderans ingredi religionem primi ordinis S. Francisci, in monasterio quodam prædicti primi ordinis

Universidad de Deusto
Biblioteca

ordinis habitum susceпit, animo profitendi prędictam regulam primam, & cũ esset in fine anni nouitiatus emisit professionem tertij ordinis S. Franciſci, & non primi: quia dixerunt illi, q̃ non habebant facultatem illi dandi, seu concedendi aliam, nisi tertiæ professionem; & ita ipse exponés, ne remaneret sine habitu, illam acceptauit. Postremò cùm diceret se non esse eiusdem ordinis, cuius erant reliqui fratres dicti monasterij, qui omnes, dempto custode, Conuentuales fuerunt, ad sæculum redijt, & cupit in aliquo eremitorio cũ dicto habitu, vel sine eo, dum vixerit, permanere. Quæritur, an id sibi liceat.

1 Perlecta tota regula tertij ordinis S. Franciſci approbata per Nicolaũ IV. respondeo primò, quod D. consulens non est religiosus propriè dictus, vt colligitur ex c. ſcum ad monasterium.] [a] & tradimus nos latius com. 1. de reg. [b] quia licet illa tria vota emisisset, non tamen emisit in religione approbata pro religione, licet sit approbata pro bono modo viuẽdi iuxta glossam singularẽ, [c] & de essentia religionis propriè est, vt ea emittantur & fiant in religione approbata pro religione, vt probauimus nos vbi supra, & est gloss. [d] approbata per omnes, & fundata in cap. 1. [e]

Secundo, q̃ tenetur seruare prædictam tertiam regulam ordinis S. Franciſci; quia obligauit se ad illam voto licito, & vota sunt seruanda. [f]

Tertiò, q̃ prædicta duo dicta sunt certa, præsuppoſito quod non fuerit facta per Sedem Apostolicã aliqua reformatio viuentium in communi super prædicta regula; per quam de modo viuẽdi approbato fuerit facta regula approbata, quod mihi modo non constat.

2 Quartò, q̃ satis magnæ quæstionis esset, an consulens esset verè religiosus, si talis reformatio fuisset facta; quãuis dici posset, responderi posse, q̃ non; quia nõ egit per annum nouitiatum in illa regula, quamuis peregerit in alia: & hodie post Concilium Tridentinum, [g] nulla professio religionis propriè dicta valet, si non fuerit facta post peractum nouitiatus annum.

Quintò, quòd his est cõsequens posse consulentem, sine alicuius Superioris licentia facere id, ad quod opat sibi fieri licentiam à Papa.

Sextò, quòd vix faciet illam Sanctiſſimus D.N. ob aliqua, quæ suam Sanctitatem mouent ad difficile concedendum licentias aliquas religiosis, quas aliàs habent iure communi, vel possunt habere à suis Prælatis.

Septimò, quòd in omnem euentum tenebitur seruare prędictam tertiam regulam, si non profiteatur aliam Franciſcanam, vel alterius ordinis approbatam. Salua, &c.

a *de stat. reg.*
b *Super ca. cui portio. 12. q. 1. nu. 18.*
c *in cle. ex eo. de sent. excom.*
d *in clem. 2. de regu. & per. religione.*
e *de regul. lib. 6.*
f *c. magnæ. de voto.*
g *c. 15. sess. 25.*

SVMMARIVM.

1 *Professionis nouitiorum cathedralis regularis admissio diuersimodè potest ad Episcopum & Capitulum spectare: & quidem si spectet ad Episcopum, prout de iure communi videtur spectare; vllius negligentiam Capitulum supplere non potest. nume. 3. Idem dicitur, quando ex æquo communiter spectat ad vtrumque. nume. 2. sicut obseruatur in collatione prębendarum, quam tamen in secundo casu cõfert Capitulum, si sedes vacat.*

CONSILIVM XXXVI.

PRæsuppoſito: quòd regularis professio debeat fieri in manibus Capituli Ecclesiæ cathedralis regularis & ipsiusmet Episcopi, an valeat facta in manibus Capituli, Episcopo nolente illam recipere?

1 Respondeo primò, quòd ad respondendum rectè huic quæstioni, est necesse præscire quomodo hæc professionis susceptio pertineat ad Episcopum, & Capitulum, an scilicet ex æquo & immediatè, an ad Episcopum cum consilio vel consensu Capituli, an contrà Capitulo cum consilio vel consensu Episcopi, an ad Capitulum immediatè, & ad Episcopum mediatè, nolente vel negligente Capitulo eam susciпere: quia diuersè respondendum est in huiusmodi diuersis casibus, iuxta cap. 1. [h]

2 Secundo, quod si hæc pŏtestas reci piendi professionem ex æquo & immediatè spectat ad Episcopum & Capitulum, videtur quod nõ potest solum Capitulum illam susciпere. Tum quia cùm collatio beneficij spectet ad Episcopum & Capitulum ex æquo, non potest solũ Capitulũ sine Episcopo, nec solus Eps sine Capitulo conferre, iuxta doctrinam Hostiẽsis communiter quo ad hoc receptam, [a] quę probatur per principiũ dicti c. 1. [b] per locum ab speciali, quatenus pro casu speciali ponit, quòd Capitulum potest conferre beneficia communiter spectantia ad illud & Episcopum, vt Prælatum, mortuo Episcopo: & ita præsupponitur, q̃d non regulariter.

3 Facit etiam, quod iura tractantia de persona, quæ potest recipere professionem, Communiter loquuntur magis de Abbate, quam de Conuentu, vt videre est in c. [porrectum.] [c] ibi, [ad Apostolicam.] [d] in quo bis fit mentio de Abbate de conuentu aũt nec semel. Ad idem faciunt c. [Ioannes.] &c. [sanè.] [e] facit itẽ, quod Superior, qui tenetur aliquid facere, & non vult facere, compellẽdus est ad id per Superiorem regulariter: ita quod nec ipse, nec alius potest illud facere nisi in casibus à iure expressis, vt satis probat textus c. [nullus.] [f] vbi sic re soluit Pan. & Felyn. referens alios. [g] Et go licet Episcopus potuisset compelli ad susciпiendam professionem nouitij tam ad ipsum, quam ad Capitulum pertinentẽ: non potuit tamen à Capitulo, quod non erat Superior eius, fieri id, quod ipse facere tenebatur. Salua, &c.

a *in c. postu laust. de con ceſs. prębẽ.*
b *Ne sede vac. lib. 6.*
c *de regul.*
d *eod. tit.*
e *eod. tit.*
f *de iu. pa.*
g *cap. pasto ralis. de offi eto ord.*
h *Ne sede vac. lib. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Electus, & priuatus legitime habitu & ordine potest quamcunque aliam religionẽ ingredi & profiteri, nec prædicta electionis taciturnitas vtiatur secundum ingressum.*

3 *Generalis ordinis non potest sine consensu Capituli monasterij, ad quod admissio ad professionem spectat, aliquem illius professum facere: iubere tamen potest, vt tacitum professum tractet pro professo: immo, nisi adducatur causa excusans, & mandare vt expressa fiat professio. nu. 5.*

4 *Professionis admissio de iure nõ ad mediatum Superiorem, puta Generalem ordinis sed ad immediatum prælatum, & monasterij conuentum spectat; & tunc*

etiam nec solus prælatus nec solus Conuentus admittit. nu. 2. immo nec sufficit dimidia, sed maior pars vtorum requiritur. nu. 1.

CONSILIVM XXXVII.

PRofessus in ordine Prædicatorũ, & expulsus propter delicta, & priuatus legitimè à superiore, habitu & ordine: & postea ingressus ordinem Carmelitarum, tacita professione apud Prędicatores, & in fine anni nouitiatus, antequam profiteretur, venit Romam cũ testimonio dimidiæ partis eorum, qui debebant eum admittere, & petit à Generali ordinis, vt faciat eum professum.

1 Occupatissimus simul & importunatissimus, vt respondeam statim, dico primò præfatũ consulentem iustè potuisse ingredi ordinem Carmelitarũ, & post annum nouitiatus iustè profiteri, si aliàs legitimè fuisset approbatus.

Secundò; quod prædictus Dominus consulens non potest dici professus expresse propter testimonium prædictorum quatuor, qui constituebant dimidiam partem eorum, qui debebant eum approbare, vel recipere eius professionẽ: quia requirebatur maior pars eorum, argumento l. [quod maior,] [h] & iuxta gl. iuncto textu. [i] vbi post alios tradit Philippus Francus. [h]

2 Tertio, quod in monasterijs, in quibus receptio spectat ad Abbatem & monachos, non potest solus Abbas, nec solus Conuentus recipere monachos, nec k consequẽter facere professum; eo quod vt diximus in Com. 4. de reg. [l] valor pro professionis requirit duas personas, alterã quæ se obliget religioni, & alteram quę religionem obliget illi.

3 Quartò, q̃ ex hoc videtur inferri, quod Reuerendissimus Generalis non pŏt sine prædicto Conuentu, vbi perfecit annum nouitiatus, facere prædictũ consulentem monachum prædicti monasterij Carmelitarum, saltem sine cõsensu maioris partis illius, cui consequens est non posse illum facere professum propter solam approbationem prædictorum quatuor suffragium ad id habentium: quia non faciunt illi conuentum, nec maiorem partem illius. Tũ quia

h *ff. ad municip.*
i *cap. fi. de reg. lib. 6. nu. 2.*
k *l Super ca. statuimus. nu. 74.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia aliud est approbare annum proba
tionis: & aliud professionem approbati
recipere, & à separatis non fit illatio. [a]
4 Quinto, quod etiam alia ratione vi
detur prædictum Generalem non posse
facere prædictum consulentem profes-
sum solo iure communi attento; quia
secundum illud receptio monachorum
pertinet ad Conuentum, & Prælatum
immediatum eius; & non ad Superiorē
mediatum. [b]
Sextò, quòd his est consequens, non
posse etiam congregationem Illustrissi
morum DD. Cardinalium facere illum
professum, nisi maior & specialior pote
stas fieret ei à S.D.N. de potestate ab-
soluta, quo derogaret iuri communi.
5 Septimò, q̃ prædictus consulens li-
cet non possit dici expresse professus,
vt prædictum est, posset tñ dici tacitè
professum per delationē habitus anna-
lis, si habitus professorum non est distin
ctus ab habitu nouitiorum; per c.1. [c] &
alia, quæ illi adiecimus in d. commen. [d]
Octauò, q̃ prædictus consulens pos-
set petere à prædicto Generali, vt iube
ret prædicto Connētui, in quo nouitia
tus annum impleuit laudabiliter, vt ha
berēt eum pro tacitè professum, si vera
sunt quæ ipse proponit, & non est ibi di
stinctus habitus professorum ad habitu
nouitiorum, vt prędictum est: posset ēt
iubere, vt acciperent professionem il-
lius expressam, si facere vellet: immo &
compellere ipsum ad faciendum eam;
nisi iustam aliquam causam ab eo illum
excusantem allegaret. Salua, &c.

a l. Papinia nus. ff. de minor.

b Arg. c. ad Apostolicā.

de regul. cū et annotatis.

c in fi. prin.

de reg. li. 6.

d vbi sup.

SVMMARIVM.

1 *Religiosus non efficitur quis emittendo tria*
uota in religione approbata, nisi illa
emittat in manibus potentis illum illi in
corporare, qualis non censetur nouitius.
2 *Collegium, omnibus, vno dempto, sublatis,*
in dicto uno conseruatur, isque solus po-
test collegij iura exercere.

CONSILIVM XXXVIII.

REspondeo præfatos viros eruditos
hac de re consultos rectè respon-
disse, quatenus dixerunt præfatum Ioā-
nem non esse verum religiosum: quia id
quod datur ab eo, qui dare non potest,
habetur pro non dato. Tum quia pro-
fessio trium votorum, quæ sunt religio
nis substantialia, non efficit ea profitē-
tem vere religiosum, nisi ea emiserit se-
cundum regulam à S. Sede Apostolica
approbatam in manibus eius qui potest
incorporare profitentem tali religioni
approbatæ, vt etiam nos post alios tradi
mus in com. 4. de re. [e] & præfatus Ioan-
nes non emisit professionem in mani-
bus eius qui poterat eum incorporare
vlli religioni à sede Apostolica appro-
batæ, quia non erat Prælatus canonicè
institutus, imò neque religiosus verus;
quia erat nouitius nullam potestatem
canonicam habens ad suscipiendos vl-
los religiosos etiam ad vestiendos habi
tu religioso, & ad faciendum etiam no-
uitios, quanto minus ad faciendum pro
fessos, & veros religiosos. Tū quia licet
religio, vniuersitas, vel collegium non
pereat, quamuis redigatur ad vnum, oī
bus alijs mortuis; quia potest conserua
ri & consistere in vno, iuxta [f] l. sicut mu
nicipium. [f] & tradunt Panorm. & cita
ti per eum, [g] non tamen defertur pote-
stas eligendi Prælatum vel alios reli-
giosos ad alios, quam ad illum vnum, in
quo resident seu conseruatur collegiū: &
ita cùm in casu proposito religio vel cō
gregatio redacta fuerit ad vnū, qui po-
tuisset exercere iura collegij; non tamē
potuit exercere illa præfatus Ioannes
Baptista, qui nondum erat professus,
nec religioni incorporatus per profes-
sionem, præsertim renuente ac contra
dicente præfato vno, in quem ius colle
gij fuit redactum.

e Super ca. statutum. 19. q. 3. nu. 73. & seq.

f ff. quod cu iusque uni- uers. g in c. 1. de elect. in 5.

SVMMARIVM.

H *Eremita vt esset, qui in manibus superioris* I
eremitarum professionem faciens vouit
obedientiam, paupertatem, & castitatē,
non efficitur religiosus, cum illa congre-
gatio non sit religio, nec professionem re-
ciptens possit professionem religionī incor
porare, nec potest ab aliquo cogi ut fiat re
ligiosus nu. 2. peccatque qui talem ad id
inuitum cogit: tenebitur tamen tria vota
vt simplicia seruare. nu. 3.
Regularis semel iustè à religione eiectus nō 2
pōt inuitus cogi, vt ad eādē reuertatur.

CON-

CONSILIVM XXXIX.

QVidam Ludouicus volens esse he-
remita accessit ad quendam mon
tem, vbi multi sub quodam
Matthæo agebant vitam heremiticam,
& fecit professionem, vouendo castita-
tem paupertatem, & obedientiam præ-
fato Matthæo, qui nullum titulum ca-
nonicum id faciendi habebat; quo mor
tuo rogatus Papa facit facultatem eius
Abbati accipiendi professionē illorum
secundum regulam Beati Basilij. Quæ-
ritur, quid iuris?
1 Respondeo primò, quòd nunquam
fuit verè religiosus: quia professio, quā
fecit in manibus prædicti Matthæi, non
fuit professio religionis veræ & appro-
batæ à sancta Sede Apostolica, nec fuit
accepta ab eo, qui posset illum obliga-
re alicui regulæ approbatæ: & iure opti
mo respondit Papa nullas & inualidas
fuisse professiones factas in manibus di
cti Matthæi.
2 Secundò, quòd vellem vidisse bul-
lam Papæ, in qua declarauit dictas pro
fessiones fuisse nullas: credo tamen,
quod per illam bullam non cogebat ad
faciendum nouas professiones in regu
la postea approbata ab eo, nolentes
profiteri, quia non poterat iustè tam
grandia præcipere. [a]
Tertiò, q̃ licet professio dicti Ludo-
uici valuisset, non potuit tamen com-
pelli ad redeundum ad religionem, si iu
ste fuit eiectus à suo Superiori, vt proba
mus in com. 2. de reg. [b]
3 Quartò, quòd peccabant morta-
liter, qui compellunt illum ad profi-
tendum nouē religionem approbatam,
contra dictum cap. gestas, & illius glos-
sam receptam.
Quinto, quod est obligatus, vbicun-
que fuerit, ad seruanda tria vota, castita
tis, paupertatis, & obedientię, tanquam
vota simplicia, & non solemnia, quæ
quantum, & ad quid obligent, dicimus
in comm. 1. de reg. [c]

a arg. c. in- tegras 32. q. 1. & c. ge- stum. 74. de. adiectā gl. in verbo cre- scere.

b Super ca. non dicatis. 12. q. 1. nu. 36.

c nu. 18.

SVMMARIVM.

1 *Professio emissa in manibus Episcopi te-*
net, dummodo emittatur in monasterio
Episcopo subiecto, prout erant antiquitus
de iure, nu. 4. & qui possit ordini incor-
porare. nu. 5.
Professus ad hoc, vt quis sit, requiritur, 2
quod tria vota substantialia in aliqua
approbata religione seruare promittat in
manibus Superioris habētis administra-
tionem, nu. 5. & potentis illum religioni
incorporare, nu. 2. Vnde professio emissa
in manibus alicuius monachi etiā (sed
falsò) dicentis, nu. 1. se habere hanc po-
testatem, non tenet, nu. 4. sicut nec emis-
sa in manibus Episcopi quo ad religiones
& monasteria exempta ab eius iurisdi-
ctione, nu. 2. 3. 4. & 5. nisi tales recepis-
sent professionē nomine Superioris: quia
tūc si Superior ratificaret, incideret pro-
fessio à die ratificationis valere; & hoc,
dummodo etiam extrema adhuc sint ha
bilia: nam si professus esset mortuus, nō
posset ratificari. nu. 7. & 8.
Abbas electus ante confirmationem non 5
est Abbas, nec habet administrationem,
vnde nec potest admittere aliquem ad
professionem, & nume. 6. & admissio,
etiam si plures admisisset, non tenet. &
nume. 1. & 8.

CONSILIVM XL.

MAtthæus professus fuit religi o-
nem sancti Basilij primum in
manibus Episcopi Cordubensis dein-
de in manibus cuiusdam Didaci, falso
dicentis se ad id habere à Superioribus
potestatem. Tandem dictus Matthæus
in Abbatem electus, antequam confir-
maretur, & benediceretur, multorum
professiones tanquam Abbas admisit,
& mortuus est.
His stantibus, quæritur primò, an di-
ctus Matthæus censendus esset verus
religiosus.
Secundo, an professiones per alios
fratres in manibus eius emissę valeant.
Ad primam quæstionem respondeo,
quod pro parte affirmāte facit primò,
quòd Innocētius expresse tenet, [d] quod
potest quis fieri monachus faciēdo pro
fessionem alicuius regulæ approbatę in
manibus Episcopi, [e] & prædictus Mat-
thæus fecit professionem in manibus
Episcopi Cordubensis, antequam lite-
ræ Pij V. ei notificarentur.

d in c. porrē ctum. de re gul.

e arg. ca. si vir. 27. q. 2.

Secundò

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secũdò, quod prædictus fęl. rec. Pius V. posuit necessitatẽ, & fecit expresse facultatẽ oĩbus, quibus scribebat, habitũ à clericali differentem gestantibus, & volentibus illum gestare, deligendi vnã de regulis approbatis & eligendi Superiorem suæ congregationis; & faciendi professionem intra mensem; & consequenter vt dedisse potestatem accipiẽdi professiones ipsis Prælatis electis, & qđ ipsi prælati possent eligere personas, in quarum manibus profiterẽtur: quia cõcesso vno, omnino cõceduntur ea sine qui bus id expediri nequit, [a] imò & ea sine quibus id commodè expediri nequit, iuxt. leges, [b] per quas id affirmãt Aret. [c] & Decius, [d] licet glossa [e] cõtra senserit.

2 Pro parte vero negãte, quæ vera est facit irrefragabiliter primo id, quod scribit ipsi in comm. 1. de reg. [f] scilicet, quod ad hoc vt quis dicatur verè & propriè religiosus, non sufficit, quòd voueat quomodocunque tria substantialia vota, sed requiritur, quòd voueat solenniter, ille autem dicitur vouere illa solenniter, qui uouet seruare in religione approbata à Sede Apostolica. [g]

Secundò, non sufficit hoc, sed oportet, q. voueat illa in manib. eius, qui eũ põt incorporare illi religioni, siue quod eius professio recipiatur ab eo, qui põt eũ incorporare religioni, per c. ſad apostolicam,] [h] ibi, [abbate per se, vel per alium recipiente.] vbi hoc notãt Card. & Pan, [i] ibi, [Recipitur ab Abbate,] vt ibi notat Inno. quem Panor. [k] & alij sequuntur: & prædictus Matthæus non fecit vllam professionem in manibus alicuius, qui posset eũ incorporare religioni S. Basilij, q̃ quidem prima professio, quã ait se fecisse mẽse Iunij anni 1569. in manibus Episcopi Cordub. non fuit facta in manibus eius, qui posset eum in corporare religioni S. Basilij, cùm illa religio sit, vt præsupponitur, à iurisdictione ordinaria exẽpta, & ita Eps Cordub. nullã in ea, præsertim ad hoc, habebat potestatem: quia receptio professionis à superioritate suam accipit virtutionẽ. §. 1. & clarius tradit Geminianus. [l]

3 Secunda verò professio, quam fecit in manibus fratris Didaci, manifestius fuit nulla. Tum quia prædictus Didacus nulla ratione erat superior eius: nõ enim habebat vllam aliam potestatem, quàm datam sibi à prædicto Matthæo: & cum nemo sit sibi superior, [m] imò nec suo successori, [n] non potuit dare alij superioritatem, cum nemo det, quod non habet. [o]

4 Secũdò facit, quod nec sufficit profiteri in manibus alicuius monachi, vel fratris regulæ quã profitetur, nec quod ab eo recipiatur professio, nisi haberet potestatem eã recipiendi ab eo, qui posset eum incorporare religioni, vt idem Panorm. determinat, [p] declarando sic illud, [q] quamuis non requiratur, vt professio fiat intra monasterium eiusdem regulæ, vt ibidem probatur, & in d. [c. nuem. porrectum.] Tertiò, quòd non sufficit facere professionem religionis approbatæ in manibus Episcopi, qui recipiat illam, vt tradit Antonius, [r] quem sequitur ibi Panorm. nu. 12.

Tertio, non obstat cap. [si vir, [s] quod mouit Inno. ad dicendũ contrariũ. Tũ quia illud c. nil de professione statuit: quia imò, vt ait glossa, loquitur de separatione viri & vxoris à iudice facienda. Tũ quia illud c. si intelligeretur de professione, intelligendum esset de Episcopo ordinis & monasterij sibi subiecti, vt iure communi omnia subijciuntur Episcopis, [t] & in casu proposito Episcopus Cordubensis nullam habebat superioritatem in religione S. Basilij prædicta.

5 Quartò, q. ipsemet Inno. [u] ait, quod professio valida non potest fieri sine auctoritate superioris potentis incorporare profitentem religioni: & Episcopus nullatenus põt incorporare quemquã religioni à sua iurisdictione exemptæ, vt palam est: quia extra territorium suũ ius diceret, contra l. fi. [x] & cap. 2. [y]

Quinto, quod electus in Abbatẽ ante confirmationem non est Abbas, [z] neque quicquam vt Abbas facere potest, [a] immo nec omnia ante benedictionem. [b]

Ad primum oppositorum respondetur, quod dictum Innoc. in eo citatum non potest habere locum, nisi ad summum in professione facta in manibus Episcopi habentis iurisdictionem & superioritatem in religione, quam profitetur professus in manibus suis, quod non contingit in nostro casu.

Ad

6 Ad secundũ respondetur, negando, qđ ex literis Pij V. satis efficaciter colligi possit, quod electi à congregationibus prædictis possent administratione sua vti, antequam confirmarentur, per vltimũ argumentũ pro parte negãte formatum: non. n. præsumẽdum est, Romanum Principẽ, qui iura tuetur, vnico verbo voluisse tot iura de electione, & professione, & religione cõfirmanda tollere, [a] nisi exprimeret id, aut aliud, ex quo id sequeretur, qđ in nostro casu nõ fecit.

7 Addo tamen, quod licet nulla priorum professionum Matthæi valuisset, potuit tamen secunda validari in vita eius per ratificationem superioris prædicti ordinis S. Basilij, quia fecit illã in manibus prædicti Didaci nomine Superiorum prædicti ordinis, vt ex tenore suę professionis constat: & receptio professionis facta in manu alicuius, qui nõ põt incorporare religioni, si tñ recipiat eam nomine eius, qui põt incorporare, ratificante eo illam, fit valida, vt dixit Inno. receptus, [b] sed quia ratificatio nõ fuit facta in vita eius, non potest nunc fieri post mortem. Tum quia extrema non sunt habilia, iuxta l. pen. [c] Tũ quia talis ratificatio facit professionem validam à tempore ratificationis, & non ante, vt ibidem Innoc. dicit.

8 Ad Secvndam quæstionem respõdeo, quod nulla aliarum professionum suprædictarum in manibus Matthæi factarum valuit: quia nulla fuit facta in manibus eius, qui posset profitentem incorporare religioni: nam per rationem ad primam constat, prædictum Matthæum non fuisse verè religiosum, nec verum Abbatẽ, sed solùm electum & non confirmatum, & minus benedictum, & consequenter non habuisse potestatem incorporandi religioni profitentes in manibus eius: imò nec ratificari posſunt prædictæ professiones à Superiore ordinis, quia non fuerunt receptæ à prędicto Matthęo ipsius nomine, sed tm̃ proprio, vt ex earum tenore cõstat: & non põt quis ratũ habere, quod non est gestum suo nomine. [d] Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Professio tacita tunc demum ex gestatione habitus inducitur, si sit legitimè à Superiore eo animo traditus, & à nouitio acceptus, nõ honoris causa, sed vt ad professionem prodesset, num. 3. & sit indistinctus ab habitu professorum, in religione quẽ immo & in monasterio, nume. 1. vel alibi de licentia Superioris gestatus, num. 2. per annum continuum, adeo vt menses interrupti non posſint contungi. nu. 1.*

2 *Regularis vbicunque subiobedientia manet, censetur in monasterio manere.*

3 *Habitus delatio, deuotionis, seu honoris causa permissa, non facit quem religiosum.*

CONSILIVM XLI.

1 PEr delationem habitus religionis non fit tacita professio, nisi tria cõ currant. Primum, quòd sit indistinctus ab habitu professorum. [c]

Secundum, quòd deferat eum in monasterio, & congregatione, per textum in clem. [eos], [d] adiuncta glossa, [e] recepta ibi per Doctores & Panor. cum cõmuni sequente Hostiense, [f] & Francum in d. c. 1. [g] vbi bonus textus in principio, [In monasterio.] ibi, [h] Tertium, quod deferat illum intra monasterium per annum continuum: adeo quod licet deferat quatuor mẽses continuos, si postea exiret, & iterum reuerteretur, & deferret octo vel plures menses, & exiret iterum ante annum continuum completum, non censeretur professus, per c. 1. [k] ibi, [per totum annum.] vbi hoc tenet Archidiaconus & Francus & latius Lapus. [l]

2 Is autem qui deferret habitum extra monasterium de licentia, obediẽtia vel mandato Superioris, censetur deferre illum intra monasterium, secundum Abbatem antiquum, [m] & sequitur Abbas iunor, qui postea fuit Panorm. Archidiaconus. [n]

3 Ex quo infertur, milites Hierosoly mitanos & alios Cruciferos, qui, vt armatam militiam exerceant, suscipiunt habitum suæ religionis legitimè intra monasterium, & postea (quod sæpe fit de mandato magnorum Magistrorum) deferunt eum extra monasterium bellando, vel aliqua negotia suorum ordinum, vel monasteriorum faciendo, pos-

se

al. si quando C. de impoſſic. teſta. — *al. l. 2. ff. de iuriſd. omn. iud. & cap. preterea. de offi. deleg.* — *b l. pen. ff. de vſufruc. & l. quicũque. §. ſi ei quem. ff. de inſtit. act.* — *c in c. de teſtib. col. 3. de teſtib.* — *d in c. vt de bitus. col. 8. de appell.* — *e in c. ſolet. de ſent. excom. lib. 6.* — *f Super ca. cui portio 12. q. 1. nume. 18.* — *g Per c. vlt. de relig. domib. & c. 1. eo. tit. lib. 6. & cap. 1. de voto, eo. lib.* — *h de regul. i in c. porrectum. eo. tit. ibi.* — *k nu. 5. 9. & 11.* — *l in c. conſti tutionẽ. §. 1. 1. de regul. lib. 6.* — *m in c. ſi vir, 27. q. 2.* — *n cap. innotuit. de elec.* — *o cap. quod auctẽ. de iureiur.* — *p in c. inſtrumenta. quẽ. de leg.* — *q num. 1.* — *r in d. c. porrectum.* — *ſ ff. de iuriſd. omn. iud.* — *t ca. Abbates. & c. Abbatibus. 18.* — *u in d. c. porrectum.* — *x ff. de iuriſd. omn. iud.* — *y de conſtit. c. ratum. de reg. iur. in 6.* — *z Arg. cap. c. cum de ſent. excom. lib. 6.* — *a lib. 6. cum ſimulta.* — *b Arg. cap. poſtquã. ca. noſti. ca. nuper. hil. de elect. ca. auaritiæ. de elect. lib. 6.* — *c l. rem ratam hab.* — *d c. 1. §. qui vero. de reg. gul. lib. 6. f de regul. g Verbo in d. c. 1. h & Francum aliqua. h in cap. at clerici. de re* — *l Alleg. 46. n. 2. in Dec. m in c. ex re* — *illorum. de ſent. excõ.* — *n in c. ex re ſcripto. de* — *ſ de regul.* — *l. 6. i prin.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

se finire annum probationis extra mo E
nasterium: quia monachus, vbicunque
maneat sub Superioris obedientia, cen-
setur manere in claustro, vt vbi supra
prædicti Abbates asseruerunt, nisi for-
te Superior concederet licentiam dese
rendi habitum sui ordinis causa deuo-
tionis, vel honoris, ea mente tamen, q̃
gestatio illius non prodesset ei ad pro-
fessionem tacitam, vel expressam: quod
nuper scimus factum fuisse, & sæpe soli
tum fieri accepimus à magno Magistro
a ca.ult.de Hierosolymitanorum siue S. Ioannis.
præbend.& Tunc enim non censetur profiteri, nec
l. nõ omnis. annum nouitiatus implere: quia actus F
ff. de rebus agentium non operantur vltra intentio
cred. nem eorum.[a] Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Votum simplex religionis est promissio facta Deo de permanendo, vel ingrediendo religionem in genere, vel specie.*
1 *Votum simplex cum annexam habeat promissionem, & consequenter factum, non est præsumendum. & nu. 9.*
2 *Oblata à parentibus in pupillari ætate, libere ad sæculum redire potest.*
2 *Habitum nouitiorum patenter distinctum* G
deferens, nec votum, nec voti ratificationem emittere censetur nu. 4. nec eidem aliquod votum est annexũ, nec impedit reditum ad sæculum, nec matrimonium. nu. 3. 11.
5 *Offerens se & sua monasterio censetur habere voluntatem mutandi vitam secularem, sed non sic in oblata à parentibus. nu. 4. & 11.*
5 *Professionem tacitam non censetur facere, quæ in choro canit, & alios actus facit, qui per nouitias fieri solent.*
6 *Laici ad cantandum in choro cum professis admitti possunt.* H
6 *Præsumptio per contrarios actus tolli potest.*
7 *Iuramento standum est in ijs, quæ ad propriam spectant conscientiam.*
7 *Dispensare super voto castitatis ex causa potest ordinarius.*
8 *Votum requirit propositum, & postea promissionem.*
10 *Habitum nouitiorum distinctum etiam per decem annos deferens, profiteri non præsumitur.*

CONSILIVM XLII.

POrtia quædam impubes, a matre, quæ ad secunda vota aspirabat, monasterio vna cum dote tradita fuit: post 12. verò annum iussa suscipere habitum nouitiarum, tondere capillos fecit, lachrymans tamen, & deinceps semper dimisit tonsuram, & in sermone quotidiano dicebat Abbatissæ, & monialibus se velle exire à monasterio, & nubere: & quamuis post annum probationis per multum temporis gestauerit habitum, & interfuerit Horis canonicis, & inseruierit monialibus professis, habitus tamen erat manifestè distinctus ab habitu professarũ, & actus illi erãt communes professis, & nouitijs, & interim permittebat nouitias posteriores se ad professionem admitti: quia nunquam habuit aĩm se obligandi, neq; vllum votum fecit: tandem de licentia Vicarij Epi exiuit, & postea nupsit. Quæritur, an tuta cõscientia id facere potuerit, & an liceat ei permanere in matrimonio cõtracto.

1 Reuerend. Pater votum simplex in terminis nostris nihil aliud est, quã promissio facta omnipotenti Deo de permanendo, vel ingrediendo religionem in genere, vel in specie, iuxta cap. [qui post votum], vbi Gem.[b] & Franc.[c] Archi.[d] Io. And. & alij notant,[e] vnde cum votum simplex habeat annexam promissionem, & sic factum, nullo modo venit præsumendum in casu nostro.[f]

2 Et licet D. Portia in pupillari ætate tradita fuisset monasterio à D. Antonia eius matre, tamẽ ex hoc non fit præiudicium D. Portiæ, quòd maior facta non possit libere redire ad sæculum.[g]

Neq; dicendum est, quòd saltem per assumptionem habitus in pupillari ætate cum gestatione illius per plures annos post annum probationis posset dici inducta ratificatio, seu mutatio voluntatis, ad effectum, vt D. Portia dicatur emisisse aliquod votum simplex. Nã respondendo dicitur, quod ex gestatione habitus præterquam distincti ab habitu professarum prout erat in casu nostro, non potest dici inducta aliqua ratificatio, ex traditis per Abbatem.[h]

3 Absque eo, quod mutatio voluntatis non præsumitur, vt ait Abbas,[i] & quan-

a in cap.ex parte. quantocunque tempore quis gestauerit A
habitum probationis patenter distinctum, non censetur emittere professionem, nec obligatur religioni in gene-
b in fin. re, neque in specie, & potest redire ad sæ-
c nu. 5. culum iuxta Innoc.[a] quem sequuntur
d nu. 3. ver. ibi Io. Andr.[b] & Anch.[c] Abbas,[d] Ab-
2. cas. de re. bas antiquus,[e] & notat. secundum In-
e in c. cõsul ti. col. 1. ad fi. vers. 5. noc.[f] Franc. [g] & Gemin. ibi,[h] Card.[i]
f de regul. Præpositus,[k] & cum Abb.[l] qui refert
g in cap. 1. & sequitur Innocent. ibi tenet summa
in fi. princ. Ang.[m] & summa Tabiennæ.[n]
h in §. 1. n. Et per consequens, licet D. Portia ge
5. vers. præ- stauerit habitum probationis patenter
mum dictũ distinctum per plures annos post annũ B
de reg. n 6. duodecimum ætatis suæ, tamen ex hoc
i in clẽ. eos. non potest dici emisisse aliquod votum
n. 3. vers. 2. simplex: cùm sit, quod potuerit redire
dilatio. d. ad sæculum, nec remanserit obligata
reg. alicui religioni in genere, neque in spe-
k in c. qui- cie, & votum simplex nihil aliud sit,
dam. ad fi. quam esse obligatum religioni in gene-
27. dist. re, vel in specie, vt dixi.
l in d. c. ex Et hoc etiam clarius demonstratur,
parte. quia Innoc.[o] quem omnes alij cõiter
m in verb. sequuntur, dicit, quod si quis gestauerit
nouitius. n. habitum probationis quantocunq; tẽ-
12. vers. si pore non obligatur religioni in specie,
vero distin- neq; in genere, & sic appellat habitum C
n in verbo probationis, etiã quod sit delatus post
nouitius ad annũ probationis, & Cardinalis,[p] dicit,
fin. nu. 6. quod quis dẽ nouitius etiam elapso an-
o in d. c. ex no probationis. Si igitur D. Portia re-
parte. mansit semper cũ habitu probationis,
p in d. cle. non potest dici, quod emiserit aliquod
cos. nu. 1. votum simplex, cum sit, quod huiusmo-
q in c. porre di habitus probationis non haberet anne
ctum. nu. 1. xum aliquod votum simplex, vt ait In-
vbi tol. 1. de reg. noc.[q] & Io. Andr.[r]

Prout etiam in terminis, quod huiusmodi habitus probationis non impediat matrimonium contrahendum, tradit Abbas,[s] ibi, [prima solutio.][t] D
s in c. cõsuluit n. 3. uer fi. cõtra hoc. vbi etiam Hostiensis,[u] & Ioan. Andr.[x]
t Qui cler. vel vouen. u col. fi. uer ibi, [de habitu probationis,] & Antonius de Butrio,[y] quod quando quis gestauit habitum probationis distinctum
fic. habitus. x col. fi. uer etiam elapso anno probationis possit
i gl. per hoc. contrahere matrimonium, tradit An-
y col. fin. ad charanus in cap. meminimus. nu. 2. qui
medium in cle. vel vouent.
prin. distin- 4 Non obstat, quod D. Portia fuerit
ctionis suæ, tradita monasterio cũ eleemosyna du-
& ad termi centorum ducatorũ. Quia primo loco

dicitur, quod D. Portia ignorauit factũ matris suæ, prout etiam ita præsumendum est,[z] neque sufficeret præsumpta scientia, cum agatur de amissione libertatis, & sic iuris D. Portiæ, ex traditis per Sarnensem,[a] Puteum.[b] Stante igitur ignorantia D. Portiæ, non potest dici ratificauerit factũ matris suæ, cum ignorans non dicatur remitte re, neque consentire.[c]

nos d. clem. eos. de regu. l. verius. ff. de probatis. tio. cap. præsumitur. de reg. iu. in 6. a super reg. de ann. li. q. 48. in fi.

Vlterius dicitur, q̃ si quid traditum fuerit monialibus, & monasterio, id nõ tradidit D. Portia, sed D. Antonina eius mater, ideo ex facto matris nõ põt fieri præiudiciũ filiæ, & maxime quando filia permãsit cũ habitu probationis distincto, ex traditis per Abbatem,[d] cũ concordantibus supra adductis.

b Decis. 6. de proba. c l. si per errorem. ff. de iuris d. omn. iud. l. fi me. tier decedẽs. ff. de inoffi.

5 Accedit, quod id, quod dicitur ex traditione rei facta monasterio censetur quis mutare voluntatem, intelligitur, quando quis obtulit se, & omnia bona sua vel maiorem partem monasterio: de quo non constat in casu nostro, vt per Francum,[e] ibi, [Tertio quando tempore.][f]

testa. d i d. c. signi ficatũ. n. 5. e in c. 2. col. 1. in fi. uer.

Non obstat, quod D. Portia interuenerit Horis canonicis, & inseruierit monialibus professis: quia hoc licet fecerit, id fecit tanq̃ nouitia, & prout àliæ nouitiæ solebãt interuenire, & inseruire, neq; potest inferri, q̃ vltra actum fieri solitum per nouitias voluerit ex hoc D. Portia in aliqua religione se obligare, cum actus voluntarij non extendantur vltra quam gerantur.[g]

in e. ad. glo. f de reg. i 6. g l. voluntaria. C. de excusat. tutorum. l. fi. C. ne uxor pro marito. h in c. 1. nu. 2. vers. ĩ gl.

6 Et eo magis, quia omnia ista possunt fieri per meré laicas personas, quæ possunt admitti ad canendũ à personis religiosis, & inseruiendum diuinis, iuxta[h] doctrinam Abbatis,[i] cum traditis per Decium,[k] & per consequens cum non sit probatio concludens, non potest colligi huiusmodi præsumptio.[l]

2. de celebr. Missar. i in c. 2. nu. 33. uers. & Lucum: Missa. cũs. k c. ĩ præsentia. de prob. l. nõ hoc. C. vnde legitimi. l Ad textũ i l. diuus. ff. de rest. in integr. & c. gl. de crim. falsi.

Absque eo quod generaliter dici possit, quod omnia prædicta tolli possunt per contrarias præsumptiones, & probationes,[l] cõstat enim, quod D. Portia in susceptione habitus & eius tonsura capillorum plangebat, & abinde postea semper dimisit tonsuram, & permisit, quod nouitiæ sibi posteriores in ordine assumerentur ad professionem, q̃ si habuisset animum mutandi vitam vtique

Universidad de Deusto
Biblioteca

prædicta non fecisset, cum nemo præsumatur immemor salutis æternæ, neque verisimile sit, quod D. Portia voluerit sibi fieri præiudicium in antelatione, & per consequens dicendum est, quod talis præsumatur voluntas D. Portię, qua-
al. sed Iulianus. §. lis ex actibus colligi potest. [a]
proinde. ff. Et maxime quia sumus in claris: ex quo constat quod D. Portia, dum per-
ad Macedon. Anch. mansit in monasterio, expresè declara-
consil. 302. steriores ad professionem admitti, quia
nu. 4. *Dec.* dicebat id facere, ex quo volebat exire
consil. 476. de monasterio, & nubere: & id etiam sæ-
nu. 3. pe sæpius dicebat in sermone quotidiano Abbatissæ, & monialibus, prout etiã exiuit postea de licentia Vicarij pro tẽpore, & nupsit, vnde in claris non opus
b l. cõtinuo. esset coniecturis. [b]
§. cum ita. 7 Vltimo dicitur, etiã quod essemus
in fi. ff. de in dubio, ex quo D. Portia in examine
verb. oblig. suo mediante iuramento declarauit se nunquam votum aliquod emisisse, sed semper habuisse animũ exeundi à monasterio, & nubendi, standum esset eius assertioni iuratæ, ex traditis per Abba-
c in c. pen. nu. 7. de raptorib. tem, [c] prout etiam potius pro matrimonio carnali, quam spirituali præsumendum esset, vt per Ioan. And. Butrionem Abbatem, Hostiensem & alios. [d]
d in d. c. penult. de raptorib. Et in omnem euẽtum non obstaret, q; ex gestatione habitus aliqd votum simplex esset emissum: quia super hoc habemus ordinarij dispensationẽ, quæ quidem saltem ex causa potuit fieri, & causæ legitimæ sunt tales, qualis metus etiam non iustus, prout erat in casu nostro, si non metus reuerentialis matris, saltẽ Abbatissæ, & monialium, à quibus fuit coacta habitum suscipere: alia verò causa est propter verisimilem impotentiam continendi, cum palã in monasterio D. Portia expresè diceret velle exire de monasterio, & nubere, cum esset
e in cap. veniens. ad fi. num. 6. qui cleri. vel vouen. iuuenis: vñ ordinarius potuit, ſtãtibus prædictis causis, dispẽsare, vt ait Abb. [e] Summa Angeli. [f] Hæc aduocatus D. Portiæ. Sequitur responsum auctoris.
8 Doctor is doctissimus doctissimè locupletissimeq; resoluit dubium propositum in fauorem Portiæ consulentis,
f in verb. votum. §. ad quod etiam hæc pauca infrascripta
penult. n. 9. sufficiessent. Primum, q; ad hoc vt aliquid dicatur votum, requiritur propositum aliquid faciendi, & non sufficit illud, nisi cõsequatur promissio id faciendi cum animo se ad id obligandi, iuxta
g 2. 2. q. 88. doctrinam S. Thomæ, [g] & eiusdem, &
i art. 1. communiter omnium, [h] & nostrorũ. [i]
h in 4. dist. 38. q. 1. 9 Secundum, q; certum est non esse iudicandum aliquem fecisse votum, nisi probetur. Tum quia ei, qui dicit, incumbit onus probandi, [k] & facta non
k l. ei qui dicit. ff. de probat. præsumuntur, nisi probentur. [l]
l l. ei incumbit. ff. de probat. Tertium, q; ex præmissa facti narratione non colligitur vlla probatio voti facti vera, vel præsumpta: nã p ea, quę narrantur, non probatur præfatã Portiam habuisse propositum faciẽdi se religiosam, & minus habuisse animũ obligandi se ad illam, & minus qd id promisisset Deo, & se ad id obligasset.
m l. c. cũ in tua. de rescript. per totum. 10 Quartum, quòd certissimum est, eum, vel eam, qui, vel quæ gestat habitum nouitiorum distinctum ab habitu professorum, vel professarum, non præsumi profiteri, nec vllatenus vouere religionem, etiam si decem annis & eo amplius illum gestaret. [m]
n c. ex parte. de regul. cum annot. ibi per Iuan. & alios, et clem. eos. eod. tit. & c. 1. §. si eo. tit. lib. 6. Quintum, q; ea, quæ sunt animi alicuius probantur per iuramentum eius, iuxta illas duas gl. solemnes, [n] communiter recept. & quod prædicta Portia præstito iuramento deposuit, nullũ vmquã votum de ingrediendo religionem, vel in ea perseuerando fecisse, imò nec propositum id faciendi habuisse.
n in §. sed istæ. alias. Instit. de actio. in c. significasti. 2. de homic. 11 Sextum, q; assumptio habitus nouitiorum distincti ab habitu professorum, & eius delatio nullam inducit præsumptionem voti emissi, etiam si defecerator per duos annos, & vltra, imò potest liberè exire à monasterio.
o c. 1. ĩ prin. & §. 1. de reg. lib. 6. Septimum, q; nulla lege, neq; ratione inferri põt, impuberem emisisse votum intrãdi, vel permanendi in religione, ex eo q; parentes eius inducant eam in consortium monialium, & pro alimẽtis eius, vel quo libentius eam recipiãt, vel quò sit pro dote, vel parte dotis solitæ dari monasterio, casu quo voluerit fieri monacha, nonnullam pecuniæ summam dederint, vel mutuauerint. Tũ quia à diuersis nõ fit illatio, [p] & vouere filiã impuberẽ de permanendo in religione, & parẽtes eius illam summã dare, sunt longè separata, cũ alterum sit factũ parentum, alterum factum filiæ.

Tum

Tum quod illa traditio summę, propter alias multas causas fieri potest, & quotidie fieri videmus à parentibus, qui filias impuberes educandas intra monasteria monialium includunt, quo pientius educentur, & quo, si fortè Deus inspirauerit, fiant sanctimoniales. Tum p illam regulam topicam, [si quod magis
a Arg. c. cũ vr ineſſe nõ ineſt, neq; id qd minus.] [a]
in cõstit. de elect. cum si At suscipere quem habitum religionis
mil. nouitiorum distinctum ab habitu professorum, & gestare illum ẽt per multos annos, non inducit præsumptionem voti eiusmodi facti, vt supra probatũ est: ergo minus inducet traditio pecunię ab alio facta monasterio, quo gratius illa ad educandum ibi assumatur. Tum denique, q; nemo vmquam scriptorũ huiusmodi præsumptionis meminit, nec vlla lege fundari põt, & ita succedit illud c. [confuluisti.] [b] Quod sanctorum
b 2. q. 4. alias 5. Patrum documento sancitum non est, superstitiosa adinuentione non est præsumendum.] [c] Cum igitur non probe-
c Et c. 2. de trãsla. prael. tur prædictam Portiam vllũ votum de intranda, vel retinẽda religione expresè fecisse, neque vmquam suscepisse se, vel portasse habitum professarum monialium, sed tantum nouitiarum, neq; aliud admisisse, per quod præsumatur in ea votum, imò expresse contrarium propositum se habuisse dictis & factis ostenderit, cumq; iuramento à iudice interrogata id firmauerit, pro culdubio iudicandum est eam à nubendo nullo voti vinculo excludi, & quod piè ac eruditè clarissimus Doctor Aduocatus D. Portiæ per multò plura probat.

SVMMARIVM.

1 *Professio, anno probationis non completo, ante Concilium Tridentinum apud non mendicantes emissa valida est.*

2 *Religionem relaxatam professus potest cogi, vt seruet etiam illas austeritates regulæ: quæ tempore professionis non seruabantur nisi tunc præcisè, quando professionem emisit, expresè fuisset protestatus se nolle obligari ad alias, quàm ad tunc vigentes, vel ageretur de illis austeritatibus, quæ ab immemorabili tẽpore probarentur non obseruatæ. & n. 3.*

3 *Protestatio tollitur contrario facto subsequuto: vnde qui ante professionis tempus dixit se ita religionem professurum, vt ad austeriora non obligetur, si tempore professionis hanc non reperijt protestationem, ab ea, mutata voluntate, censetur recessisse.*

CONSILIVM XLIII.

QVidam ingressus est religionem S. Basilij multum relaxatam, præcipuè in voto paupertatis: & intra probationis, siue nouitiatus annũ professionem emisit: & post viginti annos fuit reformata, & inducta durities quædam, quæ vix ferri potest.

Quæritur primò, an illius professio fuerit valida.

Secundo, an teneatur ad præfatam duritiem seruandam.

Tertio, an teneatur, & quomodo sub uenire matri extremè patienti.

1 AD PRIMAM QVAESTIONEM rñdetur, q; prę fata professio fuit valida: quia fuit facta ante confirmationẽ Concilij, ante quod valebat professio facta intra annum nouitiatus in ordinibus non Mendicantibus, iuxta c. [ad Apostolicam.] [d] in sensu directo, & argumẽto à contrario, vel à speciali probatur in c. [nõ solum.] & c. [constitutionẽ.] [e] vbi hoc expresit Philippus Francus. [f]

2 AD SECVNDAM rñdetur primo, q; si durities per præfatã reformationem inducta est de natura regulæ, & relaxatio esset adeo antiqua, vt non esset memoria initij eius, non posset præfatus D. consulens cogi ad seruandam eam, vt probat Philippus Decius, [g] post Panormitanum in c. [h] q; ẽt nos tangimus in Man. conf. [i] Et idem vr dicẽdum
d de regul. to à contrario, vel à speciali probatur
e de regul. vbi hoc expresit Philippus Francus.
f lib. 6.
f num. 2.
g in c. 1. &
h c. Super e.
i c. 12. n. 50
k vbi supra
l in d. c. sufficit
m ibidem.
n vbi supra
nu. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cogi ad seruandam illam, si cum fuit E professus, non limitauit suam professionem & obligationem ad illum statum viuendi, qui tunc seruabatur.

3 Nec sufficeret saltem in foro exteriori, quòd ipse aliquanto ante professionem dixisset se cum hac limitatione præfatam regulam professurum: quia protestatio facto cõtrario tollitur, iux. glossam solemnem quæ hoc in matrim. carnali asseuerat,[a] & tradunt omnes, [b] post Bartolum, [c] quia vt præfata glossa dicit, potuit mutare voluntatem, & præsumitur mutasse profitendo absolutè.

a In c. tua, de sponsal. verb. mulier em.
b in ca. cum M. de cõsti.
c in l. non solum. §. mor te. ff. de ope. no. nunc.
d c. 14. nu. 14.
e Super ca. nullam. 18. q. 2. nu. 48.

AD TERTIAM respondeo primo, me in eadem opinione nunc esse, in qua fueram, in Manuali scilicet,[d] & postea in com. 3. de reg.[e] circa exitum religiosi à monasterio propter necessitatem parentum. Secundo, quòd D. consulens potest ex prædictis colligere qd oporteat ipsum facere, vt animam suam saluet secundum rigorem iuris, & viam iustitiæ, & per viam gratiæ, & dispensationis. Certum autem est mihi, eum nõ obtenturum nullitatem suæ professionis, neq; in foro exteriori libertatem, ne cogatur subire reformationem nouam, nisi probet relaxationem cœpisse à tẽpore immemorabili. Tertio, quòd per viam dispensationis & gratiæ satis piè eam posset petere, attẽto quod professio facta fuit intra nouitiatus annũ: & quod ipse inuenit regulã quo ad votum paupertatis ferè omnino relaxatã, & quod non habuit animum illam seruandi, nisi in statu, quo illam inuenit, & quod reliquit matrem multum indigentem ope sua: & quod viginti quinq; annos inseruiuit regulæ relaxatæ, & quod nunc iam grãdioris ætatis vix poterit paupertatem illam summam nouè indictam seruare. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Professionem intra annum, & post cœnam facientes mortaliter peccat.*
2 *Professio legendo schedulam absque intentione profitendi non est valida.*
Professionem nulliter emissam videtur approbasse, qui ad titulum religionis ordines suscepit, & per multos annos mansit, & fuit in ea Prælatus, 3 *Professus nulliter, postea ordines suscipiendo ad titulum religionis, suspensionis pœnam non incurrit, modo illos nec extra tempora, nec sine dimissorijs sui prælati acceperit.*

CONSILIVM XLIIII.

MReligionis habitu suscepto, post cœnam à prælato schedulam formam professionis continẽtem accepit, & legit, ac eodem anno ad titulum religionis ad omnes sacros ordines fuit promotus, & per multos annos in monastF rio mansit, & Prælatus in religione fuit. Quæritur, an dicta professio sit iusta & valida, seu per prædicta ratificata.

1 Respondeo primo, peccatum fuisse tàm à cõsulente, quàm à Prælato eius. professionẽ accipiente intra annũ probationis, & post cœnam, & sine alia solemnitate, & non considerando, q professio religionis est tam heroicus actus, vt per eum lucretur quis indulgentiam plenariam secundum S. Thomam. *f 2. 2. q. vlt. art. 3. ad 3.*

2 Secundo, quòd si legendo illã schedulam continentẽ verba solita proferri à profitente non habuit intentionẽ faG ciendi professionẽ, & legit ea quasi iocans, & aliud agẽs, nõ valuit professio.

3 Tertio, quòd si, vt ipse consulẽs ait, non solum suscepit omnes ordines ad titulum religionis, sed etiam mansit in eo plurimis annis volũtariè, & fuit Prælatus per aliquot annos, videtur approbasse professionem illam, & consequenter quòd est professus, & quòd non incurrit suspensionem, nec irregularitatem per ordinationes illas: quia non fuerunt factę ante ętatem, neque extra tempora, nec sine literis dimissorijs, cum eas habuerit à Prælato suo.

H

SVMMARIVM.

Propositum etiam firmum de intranda religione non est votum. 1
Votum de intranda religione per introitũ completur, etiam si postea non professus exeat. 1
Professus non est, qui fictè religionem ingressus post 13. menses aufugit, nec cẽsendus, si inuentus à Superiore, habitu spoliatus, ab ea sit dimissus. 3

CON-

CONSILIVM XLV.

DE eo, qui postquam firmè proposuerat intrare S. Francisci religionẽ, eam intrauit, sed post vndecim menses eam egressus est, & fictè animo non faciendi professionem intrauit quoddã monasterium Conuentualium, in quo licet tredecim menses mansisset nulla ex presse facta professione, postea egressus sine licentia fuit à Superiore captus, & habitu spoliatus. Quæritur, an teneatur aliam intrare.

1 Mea opinio circa factum propositum, & ius in eo resultans, est primo, q B D. consulens non fecit votum obligatorium intrandi religionem S. Francisci, quia propositum intrandi religionem, etiem firmum, & enixè conceptum, nõ est votum obligatorium iuxta c. [literaturam,] [a] vbi ponitur casus de hoc formalis, & probatur irrefragabiliter p definitionem voti traditam à S. Thoma communiter recepto, [b] declaratam à nobis in Manua. conf. [c] & præfatus D. consulens solum proposuit firmiter intrare religionem.

a De voto.
b In 2. 2. q. 88. art. 1.
c c. 12. n. 24

Secundo, q etiam si vouisset, iam tamen implenit votum intrando religionem prædictam, & manendo in ea vndecim mẽses, licèt post eos ante finem anni exierit, quia votum de intranda religione impletur per introitum, licet non faciat professionem, vt tradit S. Th. receptus. [d]

d 2. 2. q. 189 art. 4.

2 Tertio, quòd non obstat ei professio tacita, quæ posset obijci ei, eo quòd fuisset ingressus in religionem fratrum Conuentualium, & in ea tredecim menses mansisset. Tum quia intrauit eam fictè, sine animo illam profitendi. Tũ quia captus post exitum fuit à Superiore spoliatus habitu, & dimissus ab D illa religione: ita quod nec in foro interiori, nec exteriori censendus est professus, argumento cap. [humanæ aures,] [e] & eorum quæ de matrimonio fictè contracto leguntur in capit. [tua.] [f]

e 22. q. 5.
f de sponsa.

Quarto, quòd ex præfatis sequitur debere me opinari præfatum consulentem non esse religiosum, nec teneri ad intrãdam vllam religionem, si noluerit. Salua, &c.

SVMMARIVM.

Professio intra nouitiatum in non Mendicantibus, vbi Concilium non viget, valet. 1
Professio metu non adipiscendi aliquod beneficium & cum perturbatione emissa valet, & tenet, quia voluntariè facta dicitur, obligatque, etiamsi non intenderet obseruare ipsam regulam: & hoc, modo haberet intentionẽ profitendi: nã si illam simulatè animo non profitendi emisisset, nõ ligaretur coram Deo, nu. 3. 2
Dolo inductus professionem emittens obligatur: & hoc, dummodo aliqualiter in illam consenserit, nu. 6. secus si dolus omnem sustulisset consensum, nu. 4. 3
Simonia est, quando famulus hero promittit se illi in omnibus obedire, si ille ei beneficium conferendum ei curauerit.

CONSILIVM XLVI.

HErus, & famulus pacti sunt, vt, si herus procuraret ei conferri aliquod beneficium, ipse illi in omnibus obsequeretur: herus curauit illi conferri beneficium regulare sui fratris, quod tamen renunciare nolebat, nisi conferC retur in titulum: & cum dictus famulus illud obtinere non posset, nisi emitteret professionem illius religionis, cuius erat beneficium, licet non haberet animum profitendi, & se obligandi religioni, bis tñ habitum illius suscepit, & tandem eo indutus iuit ad Capitulũ, & ibi exhibita sibi quadam scheda, in qua verba professionis continebãtur, in cuius lectione conturbatus fuit, emisit professionẽ, & postea beneficiũ obtinuit.

Quæritur primò, an professio huiusmodi illum obliget.

Secundo, an excusetur ob dolum, & D fraudem sibi factam.

Tertio, an in prædicta collatione interuenerit confidentia.

Quarto, stante q nolebat profiteri, nec habuit animũ se religioni obligandi, an relinquẽdo habitũ fiat apostata.

1 AD PRIMAM QVAESTIONEM respondeo primò, difficile posse D. consulentem excusari ab obligatione professionis. Tum quia in terris, vbi præfata fuerunt facta, non est receptum Concilium Tridentinum, & ita professio

facta ante finem anni nouitiatus in religione non Mendicantium valet secundum Panormitanum & communem. [a] Tum quia præfatus D. consulens non fecit eam metu, sed volutariè, ad acquirendum vnum beneficium, quod concupiscebat habere: & vota voluntaria valent, licet metu facta sint inualida. [b]

2 Tum quia professio facta per dolũ valet in vtroq; foro quo ad profitétem, & quo ad monasterium, [c] quãuis bona eius non quærantur monasterio, neq; Abbati, neq; monachis eius. Tum quia non videtur obstare id quod ait, nempe quòd non habuit animum profitẽdi, & se obligandi religioni, cũ asseueret accepisse bis habitum, iuisse ad Capitulũ cum veste religiosorũ, & accepisse, & legisse quandam schedã, in qua cõtinebãtur verba professionis, & eorũ lectione fuisse conturbatum, q̃ est signũ intellexisse contenta in eis, quæ sibi parũ placebant: quæ tñ legit, eo q̃ magis placebat beneficium, quod cupiebat, & nõ poterat habere, nisi profiteretur.

3 Tum quia non potest allegari probabilis ignorantia, cum dictum fuisset ei fuisse necessarium monachatum, siue statum religiosum ad habendum illum prioratum in titulum, & quod frater sui heri nullatenus volebat illum renũciare, nisi ad effectum, vt conferretur in titulum, & ignorantia iuris est improbabilis, nec excusat, [d] & qui vouit aliquam religionem sine intentione seruãdi obseruantiam regularem eius, obligatur ad eam seruãdã, vt tradidimus in Manu. [e] Verum tñ est, q̃ si consulens habuit animum non profitendi, neque vllatenus obligandi se religioni, sed solum simulandi, nõ valeret votum: quia sine vllo consensu, & vllo animo obligandi religioni non põt coram Deo, & in foro conscientiæ constare professio, arg. c. [tua,] [f] & l. 1. C. [plus valet quod agitur, q̃ quod simul. concipitur,] [g] & eorum quæ Panormitanus adnotauit. [h]

4 AD SECVNDAM rñsum est in responso ad primam per d. c. [constituit,] vbi est casus expressus q̃ sic, cum limitatione ibi subiecta, scilicet, quod si dolus esset tantus, qui tolleret omnẽ consensum, non obligaret ad perpetuã seruandam religionem, neq; ad aliquã to temporis seruandam illam, vt Panormitan. præcitatus limitauit.

5 AD TERTIAM respondetur, q̃ in prædictis non interuenit confidentia damnata à Pio IV. & Pio V. sed interuenit simonia, eo q̃ conuenit inter consulentem, & herum, q̃ herus curaret ei conferri beneficium spirituale, & q̃ consulens ei pareret in omnibus, quæ præciperet, & cum illud ab vtraq; parte fuerit completũ, est incursa simonia realis, per ea quę nos latius diximus in Man. [i]

6 AD QVARTAM colligẽda est rñsio ex rñsis datis ad primam, & secũdam: s. quod si nullatenus cõsensit, neq; voluit profiteri religionẽ, neq; se obligare ad illam, non est apostata in foro conscientiæ, sed, si voluit, aliquatenus ét dolo ad id inductus, erit apostata, & indiget absolutione, non obstante q̃ non gestauerit habitum, nisi per paruum tempus: quia satis est quod professio eius valuerit etiam solum per vnum temporis momentum, vt prædictum est. Salua, &c.

a in cap. ad Apostolicã. de regul.

b c. 1. de his quę vi. cum et adnotatis

c cap. consti tuit. 20. q. 3

d l. q. 4. §. notandum. & c. ignorã. de reg. iur. lib. 6.

e c. 12. n. 56

f de sponsa.

g Et in c. cũ dilectus. de his quæ vi, metusve.

h nu. 13. & seq.

i ca. 23. nu. 101 et 102

SVMMARIVM.

1 *Hermaphroditus iudicandus vir, vel mulier prout præualet in sexu, & inde sequitur, vt si præualet in sexu virili, possit professionem emittere in monasterio virorum, sed non mulierum, & è contra, nu. 2. quod si neutra magis præualet, in nullo poterit profiteri, nu. 3. mediante autem in dubio ex ijs quæ ab ipso audient iudicabunt in quo præualeat, nu. 4. & constito quod professio sit nulla, potest etiam inuitus eijci, nu. 5.*

CONSILIVM XLVII.

QVidam hermaphroditus ingressus & professus est religionẽ virorum approbatã, nulla facta mẽtione de huiusmodi defectu, quo postea cognito, & publicato quærunt sequentia.

Primo, an professio valuerit.

Secundo, an possit eijci à religione cum dispensatione Papæ.

Tertio, an possit eijci à monasterio absq̃ue dispensatione Papæ, si noluerit exire, licet professio teneat.

1 AD PRIMAM QVAESTIONEM respondetur nõ valuisse professionem, si potentia virilis eius non erat maior, quando professus fuit, quàm potentia muliebris, quia hermaphroditus est iudicandus vir, vel mulier iuxta magnitudinem potentiæ virilis, vel muliebris, [a] ita quod est iudicãdus vir, & dignus officio virili, si potentia virilis fuit maior: & contra iudicandus est mulier, si potẽtia muliebris erat maior, & vt professio viri facta in monasterio mulierum, ut eis conuiuat, non valet, ita & professio hermaphroditi in monasterio virorum est nulla, si potentia virilis nõ fuit maior, quàm muliebris.

2 Secundò, professionem eius valuisse, si potentia eius virilis prædominabatur potentiæ muliebri, quando fuit professus: quia iudicãdus erat vir, & dignus officio virili, per prædicta.

3 Tertiò, q̃ si vtraque potentia erat par, videtur iudicanda professio eius nulla. Tum quod cõmuniter tenetur, hermaphroditum, cuius utraq; potentia est par, non posse ordinari, nec ordinationem factam tenere, vt annotauit Sylu. [b] Tum quia data paritate, æquè iudicandus est mulier, ac vir, & cũ mulier non possit profiteri religionem ad conuiuendum viris, non poterit etiam profiteri hermaphroditus, cuius vtraq; potentia est par: sicut nec professio eius facta in monasterio monialium ad viuendum cum eis esset valida, si non haberet potentiam muliebrem, quæ prædominaretur potentiæ virili. Tum quia valde indecora, & scandalosa, & inductoria sociorum ad libidinem esset professio illa: & huiusmodi scandalosa non sunt admittenda. [c]

4 Si autem dubitetur an vtraque potentiarum sit par, an altera maior, standum est eius dicto, secundum communem opinionẽ, vel iudicio medicorum, quod videtur recidere in eandem, cùm oporteat iudicare medicos secundũ ea, quæ ipse de se asseruerit. [d]

AD SECVNDAM, respondetur, quod sic, quia iusta vr causa dispensandi scandalum, & occasio, quæ præbetur alijs fratribus monasterij ad peccatũ, inducendo ad cogitandũ de illo hermaphrodito, & appetendum illa, quæ cogitationes illæ præsentãt, quæ sunt valde vitanda per d. c. [nihil.] [e] & alia iura.

a l. quæritur. ff. de stat. hom.

b ver. hermaphroditus.

c cap. nihil. de præscrip. desumptũ ex cap. 18. Matthæi.

d Arg. l. 1. ff. de iure delib. & ca. de causis de offi. dele.

e de præscr.

AD TERTIAM respõdetur primò quod sic, si constet potentiam virilẽ eius non prædominari potentiæ muliebri. Tum quia per prædicta constat professionẽ eius non valuisse, nec potuisse valere: & monasteriũ non tenetur retinere illũ, qui non potest suam religionem profiteri, iuxta Conc. Trid. [f] Tum quia voluntas eius exeundi, uel non exeundi nihil ad rem pertinet: quia nõ est in eius potestate situs exitus, vel mãsio, sed in virtute & validitate professionis, [g] quia ipse tenebatur confiteri ante professionem talem defectũ monstruo sum, quod impediebat professionem, q̃ non accepisset à monasterio, si sciuisset eum pati illum defectum. arg. c. fi. & ca. [illiteratos,] [i] & c. 1. & vlt. [k] per quæ prohibẽtur ordinari eiusmodi viri mõstruosi, & eadem vel maiori ratione non debẽt admitti ad professionẽ, per quam conuicturus sit in eadem domo castitatem solemnem professis.

f cap. 16. de reg. lib. 6.

g argu. c. in præsentia. de proba. & in auth. ingressi. C. de sacrosanct. eccles.

h de ætat. & qualit.

i 39. dist.

k 49. dist.

SVMMARIVM.

1 *Criminoso regulariter valet facta collatio.*

2 *Professio emissa ab infecto morbo contagioso illud negante valet, & tenet, etiã quod si recipiens scisset, non admisisset. nu. 1. nisi adsit statutum à Pontifice approbatum talem annullans professionem, potest tamen à Superiore iudicialiter puniri, & in pœnam spoliatum habitu eijci ab ordine. nu. 3.*

4 *Honoris amissiõe, quæ sequitur ex pœna iustè imponenda, non excusat, quo minus teneatur eam reus subire, quia animæ salus honori præponenda.*

CONSILIVM XLVIII.

PRimò quæritur, an professio facta à laborante morbo Gallico, vel alio contagioso, tacito, sit nulla.

Secundo, an Superior possit castigare huiusmodi professum.

Tertio, an ipse possit exire sine licentia.

1 Pro parte negante facit, quod colla tio facta criminoso valet regulariter per scripta à Felyn. [l]

Pro parte aũt affirmante facit, quod professio facta sine consensu conuentiõ. Conuentus non valet, [m] & Conuentus

l in cap. potestatis. de rescr.

m cap. vlt. adiunct. gl. de reg. li. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tus si sciuisset profitentem illo morbo E laborare, non consensisset professioni. His pro vtraque parte præmissis.

2 AD QVAESTIONEM PRIMAM respondeo primò negatiuè, scilicet professionem prædictam non valuisse, si religio habet statutum Papæ, vel suum à Papa cõfirmatum, quod annihilet professionem factam negato morbo. Secundò, & si non habet tale statutum, solo iure communi attento, nõ videtur nulla: quia ægritudo etiam mortifera non videtur annullare professionem.

3 AD SECVNDAM, quod probabiliter dici posset; quod Superior possit F iudicialiter procedere cõtra professum ad castigandum eum ob peccatum mortale, quod commisit negãdo defectum, quem sub pœna talis peccati tenebatur in ingressu confiteri, & in pœnam peccati expellere eum à religione, & priuare habitu, ac posset pro alio peccato mortali talem pœnam merenti.

4 AD TERTIAM respondetur, & si professio non valuit, tenetur ipse exire religionem etiam non petita exeundi licentia à Papa: si verò tenuit professio, non videtur teneri ad petendam huiusmodi licentiam à Papa, nec ab alio: G quia videtur satisfacere suæ conscientiæ pœnitendo iustè sui peccati, & submittendo se pœnæ, quam Superior iudicialiter procedendo per suam sententiam definitiuam imposuerit ei: neque curare debet de sui honoris amissione, quando iustè meretur, quæ iuris ordine seruato imponitur ei, & quando oportet perdere animam, vel honorem, perdendus est honor, qui minoris, quam anima, valet, vt palam est. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Oblatus plenè is est, qui nihilo sibi retento, se & sua monasterio donat, licet habitum regularem vt conuersus nõ assumat. nu. 3.*

2 *Professus religiosus is est, qui in manibus potentis religioni incorporare, tria substantialia emittit vota, dummodo hæc coemittat animo, vt fiat religiosus: alias non. nume. 4. Vnde qui in manibus Abbatis habitu regulari non assumpto ea emittit cum protestatione, quòd non intendit profiteri regulam, nec teneri ad eius obseruantias, non est professus. nume. 3.*

Oblatus cùm non mutat habitum, est quid 3 minus quam Conuersus, qui illum mutat, & adhuc minus quàm religiosus, quia non facit professionem.

Societatis Iesu professores, qui post biẽnium 4 in eadem tria etsi simplicia vota emittunt, sunt verè & propriè religiosi.

CONSILIVM XLIX.

AN sit verè religiosus professus, qui se donauit & obtulit monasterio in manibus Abbatis S. Benedicti per hæc verba: [Ego N. me dono & offero in Oblatum monasterio S. Benedicti, vouendo obedientiam, paupertatem, & castitatem tibi eius Abbati, non aũt profiteor regulam ordinis, nec me obligo ad cæremonias, & obseruantias eius.] Idque fecit non mutato habitu, nec accepto habitu regulari, excepto scapulari paruo in signum oblationis.

1 Respondeo primò, quæstionem esse satis nouam in iure: quia non memini vllum textum, nec glo. nec aliquẽ classicum auctorem, qui de oblato monacho tria essentialia vota emittente verba faciat: quamuis Syluester, [a] significet Pan. talem appellare plenè oblatum: quod tñ profectò non facit: quia, [b] vbi hoc di turus erat, dixit eũ esse plenè oblatum, qui se & sua donat, nihilo sibi reseruato, quod longè diuersum est: quamuis gl. quãdam quæstionem huic propinquam moueat, sed non omnino talem.

2 Secundo, quod pro parte affirmante faciat conclusio illa Pano. & communis, [d] quem sequitur ibi Felynus & Decius, quòd vouens tria substantialia vota religionis in manu potentis eum aggregare religioni approbatæ à Sede Apostolica videtur esse verè religiosus professus. [e]

3 Sed contrarium est verius. Tũ quia actus agentium non operantur vltra intentionem eorum, [f] & ex verbis prædictis videtur colligi, cũ, qui dixit illa verba, non habuisse animũ se faciendi monachum, nec profitendi regulã, nec cæremonias eius. Tum quia monachus & Oblatus monasterio lõgè differũt iuxta

a §. 1. de elect. lib. 6. cap. [ex eo,] [a] & præfatum cap. [vt priuilegia,] & vtrobique Doctores, immo minus esse Oblatum, quam esse Conuersum; quia hic mutat habitum, ille vero

b in d. c. vt priuilegia. nõ, secundum Panormitanum, [b] cõmuniter receptum; & consulens non mutauit habitum, & consequenter non est Conuersus, & minus monachus. Tũ quia in præfato monasterio forma profitendi, qua fit quis monachus, lõgè alia est à prædicta faciendi se Oblatum, immo contraria: quia secundum hanc non se obligat ad seruandam regulam, nec cæremonias eius, secundum illam verò

c c. in ciuita te ẽdicta glo. de vsuris. sic, & forma dat esse rei. [c]

4 Nec obstat oppositum; quia illud procedit in eo, qui uouit tria prædicta uota animo se faciendi monachum, & religiosum, & non in illo, qui facit illa animo, vt se faciat Oblatum, vel vt magis placeat Deo strictius uiuendo. Longè tamen alia ratio est eorum, qui in Societate IESV post biennalem probationem tria simplicia vota, paupertatis, castitatis, & obedientiæ emittunt. hi namque cum ita voueant, vero certòque proposito, vt religiosi fiãt, cumque eadem mente, ac ratione ab eiusdem Societatis Superioribus admittantur, & cum verè se obligent ad obseruantiam regularem constitutionum ipsius Societatis, eiusque instituti ab Apostolica Sede sæpius approbati, uere proprieque religiosi sunt, vt sapientissime declarauit Gregorius Decimustertius, in quadam bulla edita anno 1582. quæ incipit. [Quanto,] & in constitutione edita anno 1584. quę incipit. Ascẽdente Domino,] vt diximus in comm. 1. de regul. [d]

Super ca. cui portio 12. q. 1. nu. 19.

SVMMARIVM.

1 *Professio defectu consensus nulla, eo superueniente, ratificatur: quia consensus ex parte recipientis ab initio præstitus censetur perseuerare.*

2 *Error fortunæ, quo pauper creditur dines, est error qualitatis, qui matrimonium non uitiat, secus quando contrahitur cum absente, qui putatur primo genitus, & sic dines, cum non sit.*

3 *Dolus profitentis, dicentis se diuitem, cum nihil habeat, facit, ne monasterium eum alere teneatur: sicut dolus recipientium diuitem, ne monasterium habeat illius bona: sed non annullat professionẽ, & num. 2.*

Maritus, cui non soluitur dos promissa, po- 3 test expellere uxorem, & non alere.

Infirmitas, & paupertas iustam causam 5 saltem dispẽsandi, ut monialis extra monasterium maneat, præbet.

CONSILIVM. L.

BErnardina, cum malè tractaretur à matre, ingressa monasterium, conuenit cum illo, quòd loco dotis haberet hæreditatem, quæ ei contingebat post mortem matris, quam tamen ante ingressum matre petente occultè renunciauerat. Finito itaque probationis anno professa est verbo tantum, & non corde, immo cum proposito quamprimum posset exeundi à monasterio. Huius tamen postea illam pœnituit, & octodecim vel viginti abhinc annis ratificauit in corde suo professionem. Cum autem plus quam per octo annos in monasterio semper fuerit infirma, cum licentia totius ordinis & monasterij quindecim abhinc annis egressa est causa prædictæ infirmitatis. Quæritur, an adsit iusta causa, ut de licentia Superioris, aut ex dispensatione Papæ, possit extra monasterium manere.

1 Ad hanc quęstionem respondeo primò, quòd prædicta oratrix est uera religiosa, & professa, per capit. [ad id,] [c] quatenus habet, matrimoniũ iusto metu contractum, licet à principio sit nullum, adueniente consensu libero fieri ualidum. Ergo etiam professio prædicta, quæ à principio erat nulla ob defectum consensus, superueniente illo censensu uidetur valida. Nec potest dici, consensum illius, & Conuentus non concurrisse eodem tempore; quia id negari potest, cum Conuentus perseueraſſet in consensu recipiendi, & retinendi eam, donec ipsa sua vota ratificasset: sicut & matrimonium metu contractum sine noua dispensatione fit validum superueniente consensu libero partis coactæ, & perseuerante in suo consensu altera parte;

c e. de sponsa libus.

quia

Universidad de Deusto Biblioteca

quia concurrunt eodem tempore, vt probatur in dicto capit. [ad id,] & ei annotatis.

2 Secundò dico, quòd non videtur obstare huic conclusioni, quòd Conuentus deceptus ab ipsa, & matre eius, promittentibus ipsam successurã matri in bonis, admisit eius professionem, & q̃ errans & deceptus non uidetur consenti re,[a] quia deceptio & dolus non reddũt professionem nullam. Tum quia validа est professio eius, qui circunuentus ab Abbate, vt bona eius quærerentur monasterio, professus fuit in illo, licet bona eius non debeantur monasterio.[b] Tum quia matrimonium contractum per errorem fortunæ, vel qualitatis per sonæ valet, si non erratur in persona, iuxta cap. 1.[c] per quod & alia id affirmat communis,[d] quam nos quoq; post alios referimus in Man.[e] Tum quia nõ obstat decisio illa Calderini,[f] nempe quod error, quo putatur aliquis primo genitus succedens in primogenio, vitiat matrimonium: quem sequitur Angelus,[g] quia illa procedit, quando consentitur in absentem ratione illius qualitatis. In nostro autem casu agitur de consentiente in præsentem pauperem, putatum diuitem, qui est error fortunæ ex mente S. Thom. & aliorum,[h] secundum quod limitabamus Calderinum.[i]

3 Tertiò dico, probabiliter posse dici, quòd, licet professio prædictæ oratricis tenuerit, Conuentus tamen posset denegare illi alimenta, donec traderentur illi bona in dotem, seu alimẽta promissa. Tum argumento à simili[k] videlicet, quod sicut ibi definitur, quòd dolus ex parte Prælati vel Conuentus efficit, ne monasterium debeat habere bona virum, & ingressi, licet ipsius professio valeat, ita econtrariò dolus ingredientis dicitur efficere, ne monasterium teneatur illũ alere, licet professio teneat. Tum quia maritus, cui promissa est dos, non tenetur vxorem accipere, & alere, donec illa ei soluatur, immo & acceptam potest expellere, vt Panormitanus post alios adnotauit per illum textum in c. [per uestras.][l] & est similis textus in l. fin.[m] & glossa iuncto textu in authen.[n] & communiter à piosissime tradit Ioannes Lupus.[o] Non obstat dicere, quod promissio prædicta videtur fuisse simoniaca, & consequenter nulla, per capitul. [quoniam.][p] extrauagantem [sane,][q] quoniam per ea quæ nos latius retulimus in Manual.[r] permissum est monialibus pauperibus pacisci cum ingressura super dote honesta.

4 Quarto, quod sola infirmitas oratrice allegata, licet iusta causa videatur manendi extra monasterium de licentia Prælati, attento solo iure naturali, & diuino, immo & humano, de quo in capit. 1.[s] & etiam in innouatione illius facta per Concilium Tridentinũ:[t] non tamen videtur talis, attentis extrauagantibus fęlicis recordationis Pij Quinti, quarum una incipit [Circa.] & altera, [Decori,] & extrauagante fœlic. record. Gregorij XIII. quæ incipit, [Deo sacris.] etiam secundum restrictiones, quas nos illis adiecimus in com. cap. [statuimus.][u]

Quintò, quod satis æquum uidetur dicere, quod infirmitas prædicta, adiũcta paupertate monasterij, & quòd conuentus fuit deceptus per promissionem matris eius, in petitione relata sufficiat ad manendum extra monasterium de licentia Prælati, aut certe sic iustissima causa, ob quam Sãctissimus Dominus Noster faciet ei facultatẽ sic manendi ob amorem Christi, qui nos omnes seruet. Salua, &c.

SVMMARIVM.

Religio Minimorum arctior alijs mendicantibus, nu. 3, & 4. 1

Carthusiana religio strictior cæteris omnibus, etiam Minimorum. 2

Carthusianorum clausura carcer quidam perpetuus. 3

Generali in sermone non ueniunt, quæ alia notabiliter excedunt. 3

Regula, quæ ad duriora ligat, siue ex uoto speciali, siue generali obseruandi regulam, siue ex constitutionibus est alijs arctior. 5

Statuta Minimorum, quo ad tria uota non tangentia, ad solam pœnam ligant. 6

CON-

a *l. si per errorem. ff. de iurisd. omn. iud.*

b *ca. constituit. 20. q. 3*

c *l. §. sicut ergo. 29. q. 1.*

d *in 4. sent. dist. 30.*

e *cap. 22. nu. 32.*

f *in c. 2. de cõiug. seru.*

g *in verb. matr. impedi. 4. §. 3.*

h *Vbi sup. & in d. n. 32.*

i *d. c. constituit.*

k *l num. 4. de donat. inter uirum, & uxorem. m c. ad Veleia. n de non ele-*

g. secundo nub. §. fin. col. 1.

o *in repetitione d. cap. uestras.*

per uestras. & glossa in fol. 13. uersic. his.

p *& p de simon.*

q *eod. tit. in 7.*

r *c. 27. nu. 106.*

s *de stat. mo nac. lib. 6.*

t *Sess. 25. c. 5. de reg.*

u *19. q. 3. à nu. 39.*

CONSILIVM LI.

CArthusianorum religio an sit strictior, & arctior religione Minimorum.

1 Pro parte negãte huius quæstionis facit primò, quòd Iulius II. in quadam bulla asserere videtur religionem Minimorum esse arctiorem alijs omnibus religionibus. Secũdò, qđ religio Minimorũ vltra sua vota substantialia requirit quartum de non vtendo vnquam alijs cibis, quã quadragesimalibus, excepto statu ęgritudinis, cùm tamen Carthusia per mittat edere, oua, & lacticinia tã in statu sanitatis, quam ægritudinis.

2 Pro parte verò affirmante facit primò, q̃ Carthusiana nullo casu permittit vsum vllarum carnium, etiam in tempore grauissimarum ægritudinum. Secũdò, quod silentium religionis Carthusiæ est maximum onus, & fere intolerabile: quia religiosi eius inter se nunquã loquuntur: ideoq; cum sibi obuiant, sola inclinatione capitis se salutant: & nũquam simul comedunt, prętерquam do minicis & ferijs V. & cũ simul comedũt, intendunt lectioni, & non collocutioni, & ita nec in horto, nec in dormitorio, nec in refectorio, neq; in alio vllo loco colloquuntur, nisi cum ægrotant: neq; extraneus vllus admittitur ad loquendum cũ eis sine licentia Superioris, quę non datur nisi iusta de causa; ob quod Baptista Mantuanus silentia illorum vocauit [æterna silentia;] nam nec alloquuntur ministros, qui eis ministrãt. Et quidam eruditus notauit eos, quòd ob tanta silentia incurrebant nonnullam vertiginem capitis. Tertiò, quòd, cùm homo sit animal sociabile, ipsi contra naturam & conditionem humanã fiunt inter se quodammodo insociabiles.

3 Quarto, quod clausura eorũ est quidam carcer perpetuus, vt etiã nos post alios dicimus in cõm. 4. de regula,[a] narratis paucis eorum, quas habẽt ad exeũdum, licentijs. Quinto, quod non obstat primum argumentum pro parte negante formatum, nempe quod Iulius II. appellauit regulam Minimorum arctiorẽ omnibus. Tum quia videtur se referre ad omnes Mendicantes, non autem ad Carthusiam, eo quod satius id videntur sonare eius verba: & quod non expressit Carthusianos, qui notabiliter Mẽdicantes omnes præcedunt vitæ austeritate & ea, quæ notabiliter excedunt alia, nõ videntur generali sermone notata, nisi specialiter notentur.[b]

4 Ad secundũ respondetur, concedendo, q̃ religio Minimorum excedit arctitudine omnes alias religiones, eo q̃ vltra tria substantialia vota, vouent vitã quadragesimalem, excepto ægritudinis tempore, quod Carthusiani non faciũt: quoniam etiam Carthusiani excedunt Minimos, eo q̃ non licet eis vnquam, ẽt cum ægrotant, vesci carnibus: & nostro iudicio tã graue, imò grauius est, abstinere semper à carnibus, etiam in ægritudinis mortiferæ statu, quam abstinere à non quadragesimalibus, cum facultate vescendi carnibus in ægritudinibus.

5 Nec obstant huic rationi, quod Minimi vouent illam abstinentiam quadragesimalem specialiter & expresse, & Carthusiani solum obligantur ex constitutionibus. Tum quia incertum est mihi hoc. Tum quia parum refert quo ad propositum, an teneantur ex voto speciali expresso, an ex generali tacito, quo vouent regulam id continentem, non admittendo vllam dispensationẽ.

Tum quia regula Dominicanorũ est arctior regula canonicorũ regulariũ,[c] licèt vtriq; voueant eandem regulam S. Augustini eo quòd cõstitutionibus suis à Sanctissimo Pontifice approbatis suã vitam notabiliter arctauerunt.

6 Sexto, quod, vt audio, statuta Minimorum, quæ non tangunt tria vota substantialia, non obligant contrauenientes eis ad peccatum mortale, neq; veniale, sed solum ad subeundum pœnam temporalem à statuto impositã: cùm tamen statuta Cartusiana multa, & præsertim illud, quod iubet abstinere à carnibus, obligẽt ad mortale, nec vllus Superior potest dispensare: adeo, quòd etiam dispensatio Papæ non admittatur.

a *nu. 31.*

b *l. item ad pud. §. aiebo, q̃ religio Minimorum excedit arctitudine omnes alias religiones, eo q̃ vltra tria substantialia vota, vouent vitã quadragesimalem, excepto ægritudinis tempore, quod Carthusiani non faciũt: quoniam etiam Carthusiani excedunt Minimos, eo q̃ non licet eis vnquam, ẽt cum ægrotant, vesci carnibus: & nostro iudicio tã graue, imò grauius est, abstinere semper à carnibus, etiam in ægritudinis mortiferæ statu, quam abstinere à non quadragesimalibus, cum facultate vescendi carnibus in ægritudinibus.*

c *c. cap. quod licèt vtriq; voueant eandem regulam S. Augustini eo quòd cõstitutionibus suis à Sanctissimo Pontifice approbatis suã vitam notabiliter arctauerunt.*

SVMMARIVM.

Priuilegium concessum Casinensibus ab Eugenio IV. prohibens suis ne sine obtẽta licentia etiam ad arctiorem transeãt religionem, excommunicansque receptatores, 1

Universidad de Deusto
Biblioteca

tores, qui requisiti eos non eiciunt, ex li A *mitatione Innocentij III. non comprehē dit casum, in quo quis ad arctiorem tran sit, & hoc, modo licentiam petieris, aliàs comprehendit. nu. 3.*

2 *Transiens ad arctiorem licentia non petita repeti potest, & repetitus tenetur reuerti, & pœnitentiam secundū regularem disciplinam deponendam subtr. nu. 4.*

CONSILIVM LII.

MOnachus Cassinensis transiuit ad Carthusianos non petita licē tia a superioribus suis: at Cassinenses B habent priuilegium ab Eugenio IV. per quod prohibetur, ne monachi præfati abstrahantur à sua religione, neq; spon te uenientes recipiantur, etiam occasio ne arctioris vitæ ordinis, & religionis, absque consensu Capituli generalis, seu Præsidentis, & maioris partis visitatorū dictæ congregationis, etiam auctoritate literarum Apostolicarum, in quibus de hmói persona ac religione mentio facta non fuerit, sub pœna excommunicationis, quam ipso facto incurrant, qui, cta eis notitia de huiusmodi priuilegio, monachum dictæ congregationis intra C triduum non relaxauerint, uel à se abie cerint: non obstantibus etiam, quod pri uilegium Cassinenses ostenderunt Car thusianis coram iudice super illius ob seruantiam protestantes.

Quæritur primò, vtrum huiusmodi priuilegium teneat, sitq; in usu post Cō cilium.

Secundo, an monachus præfatus teneatur redire ad priorem religionē, vel à Superioribus suis licentiam petere permanendi in Carthusiana, ad quam veluti ad arctiorem transuolauit, quæ dicitur uocatio à Spiritusancto. D

Tertiò, an qui retinuerunt præfatum monachum, scilicet Carthusiani, excom municationem incurrerint.

Quarto, quid agendum in huiusmodi controuersia cum monacho valde sit periculosus reditus ad primam religionem multis de causis.

1 AD PRIMAM Quæstionem respondetur, quod præfatum priuilegium non reuocatur per Concilium Triden. sed reuocatum vel certe limitatum fuit per Innocentium III. in cap. [licet. [a] *de regul.* per quod statuit, vt, non obstante tali priuilegio, possit regularis transire ad strictiorem regulam, petita licentia, licet, non obtenta.

2 AD SECVNDAM respondetur, q. Præfatus monachus potest reuocari à Prælato prioris monasterij, iuxta glo. in c. [mandamus.] [b] & in cap. [intel- *b verbo lap* leximus.] [c] per illum textum, & hoc af- *sus. 19. q. 3.* firmat Panorm. [d] & Cardinalis [e] & com- *c de ata. & qualit.* munis opinio est ista.

3 AD TERTIAM respondeo, videri *c in d. c. li* excommunicationē incurrisse eos, qui *cet. nu. 10.* præfatum monachum receperunt, scien *c ibid. q. 2.* tes, vel scire debentes, quod non petita licentia se transtulit ad illos, & intra tri duum post intimationem priuilegij nō restituerunt eū, vel nō abiecerunt: quia priuilegium præfatum licet non prosit Cassinensi monasterio contra transeun tem ad Carthusianos, petita humiliter, licet non obtenta licentia, prodest tamē contra transeuntem leuiter non petita licentia, quia, vt notabiliter Cardinalis & Panormitanus vbi supra dicunt, te mere per contemptum, & contra obe dientiam videtur transire, qui transit non petita humiliter licentia, cui sic trā seunti temerariè non fauet prædictum capit. [licet.]

4 AD QVARTAM responderi po test, quod præfatus monachus debet & tenetur redire, & subire pœnitentiam sibi per regularem disciplinam iniungē dam, quia graviter peccauit exeundo à monasterio sine debita licentia, contra omnia iura antiqua, & nouum Concilij Tridentini statutum, [f] nisi summus Pon *f in sess. 25. c. 4. de reg.* tifex de sua potestatis plenitudine alia ei contra prædicta indulserit ex aliqua magna causa, quæ suæ Sanctitati iuris naturalis, diuini, & humani prudentiæ canæ videbitur iusta.

SVMMARIVM.

1 *Transitus de religione ad religionem vt sit licitus quo ad forum interius, plura quā quo ad forum exterius, requirit.*

2 *Carthusiam omnes Mendicantes, etiamq; & Minores possunt de iure ingredi; at quod Carthusianus transeat ad Mendi cantes nullibi quidem in iure legitur: si tamen*

tamen id fiat zelo melius Deo seruien di, indeque priori ordini infamia non in feratur, cessetque scandalum & timor ne per lites repetatur, videtur licere, n. 3

A *Transeundi ad aliam quamuis luxiorem religionem iusta causa est, quod sua sit finienda.* 3

CONSILIVM LIII.

VTrum frater Minor possit transire ad Carthusiam, & contra Carthu sianus ad fratres Minores?

1 Respondeo primò, quòd ad hoc, ut transitus de vna religione ad aliam sit li citus quoad forum conscientiæ, plura requiruntur, quàm quo ad hoc, vt sit li citus quo ad forum exterius, per ea, B quæ rectè tradit Sylvester. [a]

2 Secundò, q. est constitutio expressa in extrauagante [uiam.] [h] quæ probat, Minoritas, & oēs alios religiosos Men dicantes posse transire ad Carthusia nos. Quod asit Carthusianus possit trā sire ad Minores, vel alios Mendicantes, non memini legere textum, qui hoc in specie declaret, quamuis Sylvester [c] refe rat fuisse determinatum Parisijs posse Carthusianum transire ad Prædicatores seruantes ad unguem regulam suam.

3 Tertio, quod si bonus zelus, & ali qua bona causa melius seruiendi Deo C interueniret, & sine scandalo & infamia prioris religionis posset transire ad po steriorem, & non timeretur lis super eiusmodi transitu inter præfatus religiones, posset recte fieri præfatus tran situs quo ad forum conscientiæ, & ma nere bona fide in secunda. Salua, &c.

a in ver. re quæ rectè tradit Sylvester. [a]
legio. 4. q. 2.
b de regul. inter cōm.
c vbi supra q. 6.

SVMMARIVM.

1 *Tertia regula S. Francisci, illorum qui extra congregationem uiuunt, non est religio, secus, si in congregatione viuūt, quia talium congregatio, in qua tria uota* D *emittuntur, fuit approbata.*

2 *Regula religionum quæ sit strictior, etiam ex utriusque statutis, & modo uiuendi quo nunc vtuntur, dijudicanda: vnde religio S. Benedicti strictior reputari debet religione tertia regulæ S. Francisci in cō gregatione uiuentium.*

2 *Transire uolens ad arctiorem religionē petat licentiam, & de petitione ac respōsio ne fieri faciat instrumentum. nu. 3. non tamen est necesse ut illā obtineat. nu. 2.*

CONSILIVM LIV.

AN religiosus tertiæ regulæ Sancti Francisci possit transire ad ordinē Sancti Benedicti absque ulla Superioris licentia.

1 Respondeo primò, quòd præfatus consulens verus religiosus est, quia licet gloss. singularis [d] dicat, tertiam regu lam sancti Francisci non esse veram re gulam, quæ facit veros religiosos, ta men illa est intelligenda de uiuentibus extra congregationem non autem de ui uentibus intra eam, in qua fit vera pro fessio trium uotorum essentialium, vt habetur in statutis eorum à Papa con firmatis.

2 Secundò, quòd non potest transire ad aliam religionem etiam Mendican tium, nisi petita licentia, vt constituit Iu lius II. in sua bulla relata c. 9. præfatorū statutorum, & inseritur pro quinto pri uilegio prædicti ordinis.

Tertio, quod præfatus Iulius non re C quirit, vt à Superiore obtineat licēt iam petitam, sed tantum quod petat: & ideo credo, quòd sufficiat ei petere illā, licet non obtineatur, iuxta c. [licet.] de regu lar. quia iudicio regulam sancti Benedi cti strictiorem, quam sit prædicta tertia regula S. Francisci, etiam viuentium in congregatione, attentis utriusque statu tis, & maximè modo uiuendi præsenti in utraque, qui attendendus est, iuxta notata in c. [ad nostram.] [e] præsertim *e de appell.* per Philippum Decium.

3 Quartò, quod iusta causa transeun di ad aliam regulam etiam æqualem, vel laxiorem, videtur esse, quod præfata ter tia regula est ita instituta, vt debeat con sumi non recipiendo nouitios; nam eam in simili casu reputauit iustam Grego rius X. [f] *f c. 1. §. ad huc. de rel. dom. lib. 6.*

Quinto, quod D. consulens debet pe tere licentiam transeundi ad ordinē B. Benedicti, eo quod sit arctior, & anti quior, quàm regula prædicta tertia, S. Francisci, & quia præfata regula tertia non est perpetua, sed finienda, & consu menda, cum nequeat restaurari per no uè

Universidad de Deusto
Biblioteca

ue recipiendos, vt prædictum est, & faciat fieri instrumentum de petita licentia, & responso ei reddito, quia siue concedatur, siue negetur, potest transire.

Sextò, q̃ non debet ante petitam licentiam transire, & quod præfatam licentiam etiam potest petere à Papa.

SVMMARIVM.

1 *Votum non transeundi ad arctiorem, seu non intrandi religionem, non tenet.*
2 *Argumentum de toto ad partem valet, cũ eadem ratio idem ius suadet.*
2 *Votum maioris boni impeditiuum non obligat, licet possit seruari.*
4 *Transitus à ture ad aliam religionem concessus præsupponit illam perfectiorem. & nume. 2.*
4 *Trãsit securius ad aliam religionem aliàs sibi à ture cõcessam, qui credit ad illam se aptiorem.*
5 *Transferens se ad strictiorem religionem sibi ture concessam, licentiam petere tenetur, nisi aliud ex concessione Apostolica, vel cõstitutionibus regulæ colligatur.*
5 *Regularis verus nihil sibi, seu nomine suo acquirere potest.*
6 *Regularis quidquid acquirit, Deo, Ecclesia, & suo quærit monasterio.*
7 *Regularis profitendo, omnia sua transfert in suum monasterium.*
8 *Transiatus, nihil eorum, quæ in priori monasterio habebat, transfert ad secundũ, nisi solas uestes, & hoc ex tacita permissione, nu. 9 sicut & scripta sua prima religioni inutilia. nu. 10.*

CONSILIVM LV.

REligiosus vouit non transire ad regulam arctiorem: nunc autem cuperet transire ad religionem N. quæ & ex constitutione suæ religionis, & concessione Apost. est strictior, eo q̃ transitus de sua ad illã N. est licitus & sine superioris licentia, quamq; credit suæ naturæ, conditioni, & animi propensioni esse aptiorem, & commodiorem, & ad seruiendum Deo opportuniorem.

Quæritur primò, an possit, & quomodo ad illam transire.

Secundo, an possit trãsferre omnia, quæ detulit in suã religionem, vel saltẽ aliqua scripta, quæ ipse tanquam prædicator in dies sibi dictauit, & scripsit.

1 AD priorem quæstionem videtur respõdendum, quod votum præfatum nihil obest D. consulenti transituro ad religionem N. Primò quidem argumẽto à toto ad partem, quod est firmum, q̃n eadẽ ratio idem iuris suadet in vtro que.[a] At votũ de non intranda religione nihil obstaret vouẽti ad intrandam religionẽ, ergo nec votũ de non intrãda arctiori obstabit vouenti ad intrandam illã. Eadem.n. ratio idem iuris in vtroq; suadet. Ratio enim, qua votum de non intranda religione non impedit introitũ, est, quia est maioris boni impeditiuum, quæ ipsa inuenitur etiam in voto de non intranda arctiore.

[a] *leg. qua de tota. ff.*
de rer vẽd.

2 Secundò, quod institutio regulæ, & concessio Apostolica prædicta præsupponunt transitum de religione Domini consulentis ad religionem N. esse licitum etiam sine licentia Superiorum. Ergo præsupponunt, illã esse quiddam maius bonum: & consequenter videtur præsupponere votum de non transeundo ad illam esse maioris boni impeditiuum. Ergo non obligat ad sui obseruãtiam: quia votum etiam rei bonæ, si est maioris boni impeditiuum, licet seruari possit, non tñ obligat ad sui obseruantiam iuxta c. fi.[b] & tradit S. Tho. receptus[c] ea ratione, quam tradit idem S. Tho.[d] scilicet quod votum de re illicita, vel inutili, vel maioris boni impeditiua, non est Deo gratum.

[b] *§. fin. 22. q. 4.*
[c] *in 2. 2. d. 189. art. 2.*
[d] *2. 2. q. 88. art. 10. ad 3.*

3 Tertiò, q̃ non oportet, vt Dominus consulens impendat sollicitudinem, & laborem ad iudicandum vtra præfatarum religionum sit melior, vel arctior, quia sufficit ei, q̃ constitutio regulæ, & Apostolica concessio præsupponat generaliter, quod transitus de sua religione ad illam non est prohibitus, & consequenter q̃ propter arctitudinẽ, vel perfectionem, vel vtranque, est potior sua religione: & standum est regulæ confirmatæ à Papa, & ipsius declarationi explicite vel implicitè factæ.[e]

[e] *Arg. c. nisi 20. q. 4. & c. licet de reg.*

4 Quarto, q̃ D. consulens credit, & quidem firmiter, quod præfata religio N. est suæ naturæ, suæque conditioni, & inclinationi, animique propensioni aptior, commodior, & ad obsequẽdum Deo utilior, & illa religio non solum suo genere, & generali determinatione suæ regulæ, Papæq; concessione est melior, sed etiam ex sua persona: & quamuis sola commoditas suæ personæ non sufficeret sine dispensatione ad transitũ auget tamen firmitatem, & securitatem transeundi, quam faciunt prædicta regula, & concessio Apostolica.

Solum dubitari potest, an teneatur, priusquam transeat, petere licentiam: & quod non teneatur obtinere illam, certum puto per præfatum cap. [licet.[a] Quod item non teneatur petere, satis certum putarem, si præfata constitutio regulæ, & Apostolica concessio continerent id quod Dominus consulens præsupponit eas continere.

[a] *de reg. & per d. c. virgines. 20. q. 4.*

5 AD POSTERIOREM quæstionem respõdeo primò quod vera & solida doctrina canonica habet, quod nihil penitus potest sibi, nec suo nomine quærere vllus verus monachus: quia est omnino incapax dominij, & possessionis ciuilis siue iuris etiam sui breuiarij: quamuis habere possit quendam naturalẽ vsum, & quandam detentionem, siue, vt aliqui vocant, tenutam, seu ut alij, asinariam, & quam ẽt ipsa pecora habent, & serui, qui sibi & suo nomine nullum dominium, nec ullam possessionem iuris habere possunt, etiam eorum quæ mandant & uestiunt, vt alibi monstramus reiecta quorundã aberrantium phantasia.

6 Secundò, q̃ quidquid acquirit monachus quomodocunque, siue per contractum, siue per vltimam voluntatem, siue per industriam suam, siue iussu, siue iniussu prælati, acquirit primum Deo, cui se & oia sua dicauit, & sanctæ Sedi Apostolicæ, vti summo, & vnico omniũ bonorum temporalium Ecclesiasticorum Dei in terris administratori, & per eius ordinationem religioni, quam est professus, vel monasterio, vbi est professus, siue quod acquirit sit stabile, siue mobile, siue immobile.

7 Tertio, quod hmõi monachus, quæsita iam vere per eum ante professionẽ, & nondum in alium legitimè translata transfert per sacram professionem in religionem, vel monasterium, quibus se dicat, ordinante id per suos sacros canones S. Sede Apostolica, vt satis clarè colligitur ex Authen. [ingressi.][b] & c. [in præsentia.][c] & cap. [non dicatis.] vbi *cros. eccles.* latè nos diximus,[d] & alijs similibus.

[b] *C. de sa. c.*
[c] *de probat.*

8 Quarto, quod hmõi monachus quã libet iustè trãseat ad aliud monasteriũ, nihil trãsfert ad illud, nisi quod expresse vel tacitè præfata Sedes ordinauerit, *monasteriũ* vel iam ordinatum & statutum habet, quia beneficia principum, & eorum canonum, & legum, imò & priuilegiorum, intelligenda sunt absq; præiudicio tertij non expresso in beneficio, per resolutiones probatas, & receptas in cap. [super eod.][e] & l. 3.[f] & alibi sæpe.

[e] *& c. cũ ad nihil. de officio deleg.*
[f] *§. si quis à principe. ff. de quæsitis, quocunque modo illa quæsie. no quid in rit, siue per industriam suam, siue per do nationem, seu alium quemcunque con tractum, seu vltimam voluntatem, vel per eleemosynas, absq; expresso vel tacito consensu religionis suæ, vel Papæ. Nam & ea ratione etiam ipsas vestes nõ potest deferre, nisi quòd Sedes Apostolica faciendo facultatem transeũdi per se, vel per suos sacros canones, vel legitimam licentiam Superiorum, tacite vi detur concedere, vt illas deferat, cũ concesso vno concedantur omnia, sine quibus id fieri nequit. l. penult. § & l. [quæ cunque.][g] per quas id tenet Aretinus,[h] in multis locis à Decio & Alcia to probatus: & non potest commode, nec transire nudus.*

[g] *ff. de vsu fruct.*
[h] *§. si ei quẽ ff. de instit. act.*

10 Sextò, quod hæc cõsequitur, posse quidem ipsum D. consulentem deferre scripta, quæ inutilia essent suæ religioni priori, & alia, quorum delationẽ probabiliter crederet Prælato suo non fore ingratam, reliqua vero minimè, nisi relictis originalibus, vel eorum copijs per quas fieret, ne delatio eorum esset religioni damnosa. Salua, &c.

[i] *in c. de testib. colu. 3.*

SVMMARIVM.

Transeundi ad laxiorem religionem, causa cognita & probata, licentiam concedit etiam Generalis ordinis, non obstante decreto sacri Concilij & non aliàs. nume. 3. & de his debet publica scriptura constare, ut sic non molestetur in foro exteriori. nu. 1.

Creditur

Universidad de Deusto
Biblioteca

2 *Creditur nequaquam Superiori, etiamsi non recognoscat alium superiorē, subesse causam, in ijs quæ sine causa concedere non potest.*

2 *Transeundi ad laxiorem religionem sine causa licentiam non potest concedere Generalis: sed nec Pontifex id potest sine peccato.*

3 *Intellectus cap. 19. sess. 25. de regular. sacri Concilij Tridentini.*

CONSILIVM LVI.

AN Generalis ordinis S. Augustini possit facere facultatē transeundi ad religionem laxiorem cū iusta causa?

1 Respondeo quod sic, vt post Innoc. Hostiensem, Pano. [a] scripsimus in com- ment. de reg. [b]

Admoneo tamen, necessarium esse sic translato (ut in foro exteriori defenda tur à fratribus ordinis sui, repetentibus eum post mortem Generalis) habere aliam scripturam authēticam, per quā fides fieri possit, Generalem dedisse facultatem illam transeundi cum causæ cognitione, accepta iusta informatione de causa iusta transeundi ad laxiorem.

2 Quoniam Superiori etiam nō recognoscenti alium Superiorem, dicenti se facere aliquid ex iusta causa, non creditur, nisi constet de illa, si id non potest facere sine causa, secundum ueriorem opinionem, quam efficaciter probamus in comm. de spol. [c] & Reuerend. Genealis non potest facere præfatam facultatem sine iusta causa quo ad laxiorē, secundum omnes, imò neq; Papa quo ad forum interius sine peccato, ut nos probauimus in d. cōm. de regularibus [d] post alios relatos.

3 Non obstant illa verba [e] Conc. Tridentini. [Nemo regularis cuiuscunque facultatis vigore trāsferatur ad laxiorē religionem.] Tum quia fuit mens tollē di facultates iuridicas, quæ sufficerent ad hmōi trasmissionem, sed non iuridicas quales sunt, quæ sine iusta causa, & sine consensu conuentus, & sine ipsius causæ præmissa cognitione fiebāt ab aliquot prelatis. Tū quia nullo iure id prohibetur, imò probatur, argumento à cō trario sensu in d.c. [statuimus.] [f] in cu 3. ius cōmentario [g] id diximus. Salua, &c.

a in ca. non est. nu. 6. & c. significatum. nu. 6. de reg.

b Super ca. statuimus. num. 4. 19. q. 3.

c Super ca. non liceat. 12. q. 2. §. 2. nu. 8.

d Vbi sup.

e cap. 19. de reg. sess. 25.

19. q. 3. notab.

[Aduerte ad id, quod dicit infra Cōsil. 63. & 65.

SVMMARIVM.

Licentia & priuilegium ita debent ultra ius commune aliquid concedere, ut tamen ad alia, in quibus non uidetur eadē ratio, non extendantur. 1

Licentia absolute à Prælato concessa religioso transeundi ad aliam religionem, est restringenda ut ad parem, vel strictiorem transeat, non autem ad laxiorem: quamtamen Prælatus ordinis generalis etiam potest ex causa concedere. nu. 2. 1

CONSILIVM LVII.

VTrum licentia Prælati ad transeūdum ad alium ordinem, ex causa iusta, non facta mentione de laxiore, sufficiat ad transeundum ad laxiorem, an debeat tātum intelligi de strictiore, vel æquali?

1 Respondeo, verius videri quod non: quia priuilegium debet quidem operari aliquid vltra ius commune, [h] sed dato aliquo effectu, quem operetur, non debet extendi ad alium in quo non inuenitur eadem ratio, argumento capitu. [cum dilectus,] [i] & tradit Decius [k] post alios. & ita cum licentia præfata opere tur effectum transeundi ad strictiorem, vel parem, non videtur extēdenda quo ad transitum ad laxiorem, per ea quæ scribit sanctus Thomas [l] & alia quæ nos ei addimus in tractatu de reg. comment. 4. [m]

2 Quamuis pro certo habeam, quod præfatus Reuerendissimus Generalis, & Prior potuit dare hanc licentiā ex causis in ea insertis, si essent veræ, ad transeundum in ordinem laxiorem, per doctrinam Innocentij, Hostiensis, & Panormitani. [n] Quare cum is, cui datur licentia, proponat transire ad ordinem canonicorum regularium quem constat esse laxiorem, [o] satis piè fecerit præfatus Reuerendissimus Generalis, si suæ licentiæ addiderit expressam licentiam transeundi ad laxiorem, modo sit satis informatus de causarum veritate.

h ca. in his. de priuil.

i de cōsuet. & l. si quis. C. de inoffic. test.

k c. 1. de re scr. nu. 13. l 2. 2. q. 189. art. 8.

m Super c. statuimus. nu. 10. & seq.

n c. non est. & c. significatum. nu. 6. de reg.

o per capitu. quod Deus more. de stu mon.

SVM-

SVMMARIVM.

Regularis ordinis Mendicantis, dispensatus ut possit ad quemcunque etiam laxiorem atque etiam non Mendicantem, potest ad militarem transire, sed non potest habere uocem, nec beneficium nu. 2. at extra claustrum poterit de licentia Prælati ex iusta causa stare, vt alij non translati. nu. 2. 1

CONSILIVM LVIII.

QVidam regularis professus ex ordine Mendicantium habuit dispē sationem à Papa ingrediendi quamlibet religionem, etiam non Mendicantem, siue arctiorem, siue laxiorē.

Quæritur primo, an possit ingredi ordinem militarem.

Secundo, supposito q; ingressus est ordinem militarem, an possit manere perpetuo extra claustrum.

Tertiò, an possit esse Prælatus, habere vocem in Capitulo, & habere beneficia in dicta religione.

1 AD PRIMAM QVAESTIONEM respondemus affirmatiuè, posse. Tum quia religio militaris à Sede Apost. pro religione approbata, vere & proprie religio est, vt probamus in com. super ca. [quoniam quidquid.] [a] & in com. 1. de reg. [b] Tum quia nil potest in cōtrarium afferri, quod facile non possit dilui.

2 AD SECVNDAM respondeo, q; non videtur satis aptè propositā, sed quicquid propositio prætendat, esse verum, quòd tenebitur perpetuo in claustro manere, nisi quoties & quo tempore de iusta licentia Superioris abesse ab illo ei licebit: hoc enim sonant verba, quibus promissionē per professionem facturus est. argum. cap. [non dicatis] [c] & in comment. 4. de regul. [d] vt ibi late scripsimus. [e]

3 AD TERTIAM respondeo negatiue: quia intentio Papæ est, eū adunare, & æquare transeuntibus auctoritate Apost. à Mendicantibus ad non Mēdicantes, de quibus hoc statuit clem. de regularib. & nos diximus in d. 4. com. [f]

[Aduertendum, per tales licentias, quæ conceduntur claustralibus, non licere eis transire ad non claustrales, ut

a 16. q. 1. de red. eccl. q. 1. mon. 55. & q. 3. mō. 17. & 28.

b nu. 18.

c 12. q. 1.

d in c. statuimus. 19. q. 3.

e à nu. 12. & 38.

f de regul. nu. 24.

Nauar. Cons. Pars I. Nn mode

A sunt militares & hospitalariæ, & ita refertur resolutum à sacra Congregatione super negotijs regularium.

SVMMARIVM.

Bulla Pij V. reuocans facultates concessas recipiendi alienos religiosos, & iubens sic receptos ad suos redire, non ligat sic receptum, si postea delegati Apostolici ex causa iusserunt ut in secunda maneat, quia non dicitur iam receptus seu retētus uigore priuilegiorum, sed ex speciali delegatione Apostolica. 1

CONSILIVM LIX.

QVidam translatus de ordine Præmonstratensi ad ordinem S. Spiritus de Saxia, per iudices electos virtute bullæ Pij IV. per quā bulla Pauli IV. contra Apostatas edita reducta fuit ad tiā iuris, iussus fuit redire ad pristinū ordinē, cuius prælatus noluit eum recipere, quia morbo podagræ comitialiq; laborabat: quo viso, præfati iudices virtute clausulæ p̄fatæ bullæ Pij IV. qua poterant arbitrari remediū opportunum aliquod, casu quo nō possent cōmodè reduci ad pristinos ordines, arbitrati fuerūt cōuenire, vt remaneret in ordine p̄fato S. Spiritus de Saxia, in quo nūc remanet: & q̄rit, an iuste remanere possit, non obstante extraua. Pij V. qua reuocantur priuilegia, & facultates recipiendi monachos aliorum ordinum, & iubet iam receptos redire ad pristinos.

1 Respondeo, præfatū D. consulentē iustè manere posse in præfato S. Spiritus ordine, non obstante præfata extraua. Pij V. quia illa licet reuocet omnia priuilegia, & facultates recipiendi alienos religiosos præter ordinē iuris: non tñ iubet oēs, qui iam erant translati, redire post pristinos ordines, sed tm̄ illos, qui erant translati tm̄ virtute præfatorum priuilegiorū. At Dominus consulens non est translatus tantum virtute præfatorum priuilegiorum: quia etiam est translatus virtute bullæ Pij Quarti, quoniam iudices electi illius, arbitrati fuerunt, vt remaneret in præfato sancti Spiritus ordine, virtute clausulæ, quæ dabat eis potestatē arbitrandi aliquod remediū commodū his, qui com-

modè non possent reduci ad suas priores religiones, & constat præfatum D. consulentem nõ potuisse reduci cõmodè ad priorem religionem: quia eũ iussum ab eis redire, & volẽtem id facere, noluerunt recipere Prælati, allegando ad id causas graues, propter quas præfati iudices prudenter arbitrati fuerunt, vt maneret in eadem, ad quam translatus fuerat virtute priuilegij concessi ordini præfato sancti Spiritus, & ita non manet in ordine illo tantum virtute priuilegij de recipiẽdo monachos alienos, sed etiam, imò magis virtute prædictæ bullę Prj IV. & sententiæ iudicum, qui causa cognita arbitrati fuerunt iuxta facultatem eis datam, vt maneret in ea religione, in qua inueniebatur, vt seruiret altissimo in ea vocatione qua vocatus erat. [a] Salua, &c.

a 1. ad Corinth. 1.

SVMMARIVM.

1 *Regularis perpetuo ad aliud monasterium translatus, siue ut præsit, siue ut subsit, debet iterum profiteri, saltem obseruantiam illam, quæ vltra tria uota in secunda est obseruanda.*

2 *Abbas translatus, dum confirmatur, vel aliàs promouetur in Prælatum secundæ religionis, illius obseruantias tacitè profiteri videtur.*

CONSILIVM LX.

AN monachus, seu regularis unam religionem approbatam legitimè professus, transiens legitimè ad aliam approbatam, teneatur de nouo profiteri in secunda religione?

1 Hæc est quotidiana quæstio, & parũ tractata. Et quidẽ pars negatiua videri posset ei, qui legerit consil. 5. Federici quatenus videtur affirmare, q̃ monachus vnius religionis electus in Prælatum alterius, nõ tenetur ad profitendã secundam. Pro quo facit primò, q̃ in omni religione vouentur tria vota substãtialia, s. castitatis, paupertatis, & obedientiæ, [b] & ita qui profitetur unã religionem approbatam, vt profiteri omnia substãtialia omnium religionum: & [Papa.] [c] non videtur repetenda pro-

b c. fi. de stat. monach.

c l. priu. l. fi. ff.

E fessio à translato in secundum monasterium. Secundo facit, q̃ in translatione cuiusdam monachi ad abbatiã alterius monasterij nulla fit mentio de repetitione professionis in secundo monasterio ſm iura [d] vbi agitur de confirmandis omnibus electis, & non fit ulla mẽtio de hmõi professionis refectione à promoto ad ſm Ecclesiam faciẽda, nec in cap. [quorundam.] & cap. [religiosus.] [e] in quibus agitur de translatione religiosi ad aliud monasterium.

d cap. sicut dis. de stat. mon. & c. illis. de cõsuetu. & in c. nihil. de elect.

Sed contrarium videtur dicendum. Tum quia frequenter monasterium ſm [e] est arctioris obseruantiæ, ad quam professio prioris monasterij non extenditur, & nisi profiteretur nouè in secũda, nullo iure ad illam obseruantiã, obligaretur, & ita oẽs religiosi eius non obligarentur eadẽ disciplina contra ca. [recolentes.] [f] Non obstat consil. 5. Federici, quia loquitur de religioso trãslato ad abbatiam, vel aliam præfecturã, quæ statio autem nostra est de religioso simpli ci translato ad aliã religionem, ut in ea sit simplex monachus. & ratio diuersitatis posset assignari, quod translatus ad hoc vt sit Abbas, vel præfectus, videri põt satis profiteri, eo q̃ tenetur ad curandum ut obseruãtia eius monasterij à suis subditis seruetur, & melius mea ſnia; respondeti põt negando determinationem illam Federici: Tum quia rõ diuersitatis inter eum qui transfertur ad hoc vt sit Abbas, & ad hoc ut sit monachus, de qua proxime, nullo iure nititur. Tũ quia nullũ textũ citat, per quẽ probetur promotum in prælatũ non teneri profiteri obseruantiã illã, quæ ultra tria vota substantialia seruanda est, maximè si sit arctior, quã obseruantia prioris. Tum quia per iteratam professionẽ solunntur facilius alia dubia, quæ mouet ibid. Federicus. Quare concludendum est, religiosum vel monachum transeuntem legitimè ad aliã religionẽ teneri tacitè, vel expresè ad profitendam illam saltem quo ad obseruantiam illorum, quę seruari debent in illa vltra substantialia vota, siue transferatur vt fiat in illa Prælatus, siue ut maneat ibi ut subditus, & filius monasterij.

e Et c. nullus de elect. lic. 6.

f de stat. monach. & ca. in noua.

16. q. 7.

2 Dico aũt, [Vt subditus & filius monasterij:] quia si solum trãsfertur, vt sit tempo-

rarius, nõ tenebitur ad noue profitendum, quod quotidie seruat praxis. Dico etiam, [Tacitè vel expresè:] propter eos, qui transferuntur, vt sint Prælati: quia potest dici eos tacitè profiteri illas obseruantias, cum confirmãtur, vel aliàs promouentur in Prælatos, qui obligantur præcepto & exemplo seruare illas, quo casu teneri potest consilium 5. Federici. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Regularis vnius religionis non est capax beneficiorum alterius religionis, vnde præsentatio ad illa facta non tenet, nisi sit episcopatus.*

3 *Translatio ad strictiorem, petita, vel si ad laxiorem, obtenta licentia, facta ad hoc vt sic canonica, requirit, vt in secunda omittatur professio, nume. 2. & hoc præcedere anno probationis, nisi Papa dispenset, nume. 4. desinitque esse primi monasterij monachus, & efficitur secundi, ita vt etiam breuiario secundi monasterij vti debeat, nume. 5.*

CONSILIVM LXI.

QVidam Abbas ordinis Præmonstratensis in quo celebratur officium diuinum iuxta Breuiariũ Romanũ nouum, est præsentatus à Rege Catholico Papæ ad alteram abbatiam ordinis Cistercienſis.

Quæritur primo, an valeat præsentatio, præsuppoſito q̃ ius præsentandi pertineat ad Regiam maiestatem.

Secundo, an oporteat eum noue profiteri in secundo monasterio.

Tertio, an liceat ei transire ad secundum sine licentia Papæ.

Quarto, an oporteat eum agere nouitium per totum vnum annum, ad hoc vt professio valea, iuxta [a] Concilium Tridentinum.

a cap. 15. de reg. sess. 25.

Quinto, an postquam trãsierit, oporebit eum dicere officium diuinum iuxta Breuiarium prædictum Cistercié ie, an iuxta præfatum Breuiarium Rosmanum.

A 1 AD PRIMAM QVAESTIONEM respondetur primo, quòd non: quia quamuis priuilegio Papæ liceat laico habere ius præsentandi ad abbatiam, & ad aliud quodcumque beneficium, iux. glossam in summa [b] & glossam c. [impe rium.] [c] debet tamen præsentare idoneos, alioquin non valet præsentatio. [d] At nullus etiam religiosus vnius ordinis est idoneus ad obtinendum beneficium alterius ordinis, [e] nisi sit episcopatus. [f] Secundo, q̃ præsentatio huiusmodi facta Papæ à Regibus solet tolerari, vt valeat saltem in vim simplicis nominatio nis, & ita etiam hæc tolerabitur. [g]

b 16. q. 7.

c 10. dist.

d d. c. mona. 16. et c. cũ ordin.

e c. cum sint gul. a. §. fin. de præb. li. 6

f Clem. 1. de elect.

g Arg. pro canonice transferatur ad illum, iuxta posuit. de cõ ceſs. præb. et c. cũcta per mundum. 9 q. 3.

B 2 AD SECVNDAM respondetur, quod sic: quia, vt religiosus vnius ordinis fiat religiosus alterius, requiritur vt [h] & in alijs locis ibi citatis per doctores.

h Cum singul.

3 AD TERTIAM respondetur primo affirmatiue, quòd sic, si ordo Cistercienſis est arctior & strictior ordine Præmonstratensi, quia sufficeret petitio licentiæ, licet non obtineretur. [i] Secundo, quòd, quia præsentatio in casu proposito est facta Papę, ipse pro sua summa potestate potest supplere alius Superioris licentiam, præsertim si prior abbatia est exempta, & nulli alij Superiori subiecta: immo & credo quod expresè vel tacitè supplebit eam (præsertim si petatur) quod ex literis Apostolicis constare poterit: si autem ordo Cistercienſis est latior Præmonstratensi necessaria erit licentia Papę obtenta, vt communis opinio colligit ex gloſſa præfati cap. [k]

C *i c. licet. de regul.*

D *k cũ singul.*

4 AD QVARTAM respondeo primo eam esse satis nouam, & quòd mea sententia pars eius affirmatiua videtur verior, quia, licet præfatus D. Abbas sit iam religiosus professus, & quamuis nõ possit esse nouitius, siue nouus religiosus, quia est antiquus, potest tamen esse nouus huius, vel alterius religionis, & ita potest esse nouitius illius, licet sit antiquus alterius. & consequenter com prehenditur in [l] Concilio Tridentino

in verbo ca. nonice.

l d. c. 15. de regul.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sess.25.vt antea in simili casu rñdimus. Secundo, quòd Papa, si petatur ab eo, vt puto, dispensabit super obligatione continuandi nouitiatum per vnum annum ob regiam præsentationem, & ob antiquam in alia religione professionẽ, si hoc ab ipso nomine Regio petatur.

5 AD QVINTAM respondetur, q̃ posteaquam præfatus consulens fuerit translatus canonicè ad præfatum ordinem Cistercien sem, tenebitur dicere Officium diuinum iuxta eius Breuiarium, etiam si non efficeretur Abbas, quia per illam translationem desinit esse monachus Præmonstratensis, & incipit esse Cisterciensis, & alius nouus homo, vt in simili habetur c. [ferrum.] [a] Salua, &c.

a 50.dist.

SVMMARIVM.

1 *Probationis anno introducto in priuatam vtilitatem professionem emittentis, & monasterij iure communi poterant partes renunciare: & hoc modo non essent de quatuor Mendicantium religionibus, nu.7.nunc autem dicta renunciatio videtur per Concilium prohibita, vti respiciens ius publicum, num.10.adeo vt illi in nulla religione possit amplius renunciari, nume.9.& in hoc aquiparatæ sunt religiones Mendicantes non Mendicantibus, nume.7.etiam quod simus in transeunte de vna religione ad aliam etiam laxiorem, nu.2.& nu.5.*

3 *Lex generalis etiam posterior limitatur per specialem priorem.*

4 *Legi prohibenti ne persona contrahat, renunciari nequit, licet possit, quando prohibitio non est directa in personas.*

6 *Legis verba etiam in materia stricta & odiosa ita interpretanda, ne ipsa frustretur.*

7 *Professio apud Mendicantes ante annum probationis emissa, etsi iure cõmuni ante Concilium Tridentinum non teneret, operabatur tamen, vt taliter professus teneretur aliquam ingredi religionem, nunc verò ex illa, apud quẽscũque emittatur, nulla talis oritur obligatio.*

8 *Bonorum renunciatio à nouitio vt facienda intra vltimos duos menses nouitiatus.*

CONSILIVM LXII.

AN Franciscanus, si transferatur ad ordinem canonicorum regularium S. Augustini, possit renũciare anno probationis concesso per Concil. Trid. eaque renunciatione per Superiorem admissa an ad professionem possit recipi intra annum.

b Sess.25.c. 15. de reg.

Pro parte affirmante facit primo regula illa famosa iuris, quod iuri in fauorem suum introducto quilibet renũciare potest. [c]

c l. si quis renũciando C. de pact. & c.gratũ. de offi.dele.

Secundo, quòd introductum in fauorem alicuius, in odium eius retoqueri non debet. [d]

d c.quod ob gratiam.de reg.iur.lib. 6.& l.quod fauore. C. de legib.

Tertio, quòd est casus expressus in c. [ad Apostolicam.] [e] quod expresse habet, annũ probationis inductũ esse in fauorem monasterij, q̃ illius qui illud intrauit, & quod de consensu vtriusque partis illi fauori renunciari potest.

e De reg.

Quarto, q̃ licet communiter teneatur malè fieri regulariter professionem ante finem anni nouitiatus; fallit tamẽ, cum id fieret cum aliqua causa iusta, vt propter merita personæ, vel vtilitatem & decus religionis, secundum mentẽm omnium in d.cap. [ad Apostolicam.] quod efficaciter videtur id probare ponderando illud, vt ponderat Panormitanus communiter receptus. At in casu proposito videtur interuenire causa huiusmodi, cum nouitius sit Franciscanus, & expertus arctiorem regulam, quàm sit canonicorum regularium. [g]

f In verbo quoslibet.

g Arg. cle. exiui. de ver. bor. sign. & derogatur per illud prædicto cap. [ad c. quod Dei Apostolicam.] Tum quia leges generales etiam posteriores limitantur per le sta.mon. ges speciales etiam priores, [i] cuius exẽplum quotidianum est in l. [sciendũ.] [k] & auth. offeratur. [l] quarum ambarum glossæ communiter receptæ asserunt, authenticam illam generaliter loquentem, licet posterior sit, limitari per prę dictam legem [sciendum.] licet prior sit; & in neutra earũ de altera fit mẽtio. At prædictum Concilium [m] est lex generalis dictãs generaliter professionem factam ante annum probationis expletum non valere, c. aũt [ad Apostolicã.] est

timore. de h cap.15. i l.& poste riores. ff. de legibus. k ff. qui satisdare cog. l C. de lits contesta. m cap. 15

est lex specialis habens valere illam factam de consensu vtriusque partis. Ergo illud debet per hoc limitari.

4 Secundo, q̃ iurium correctio est vitanda, & concordia quærenda, [a] & tenẽdo partem hanc affirmatiuã vitatur correctio prædicti cap. [ad Apostolicam.]

a c.cũ expediat.de elec. in 6.& l.1. C. de inoffi. dotib.

Septimo, q̃ licet legi prohibenti, ne persona contrahat, non possit renunciari, põt tñ lege prohibente contrahi, nõ referendo verba ad personas contrahentium, vt docuit Bart. [b] & per nullum verbum prædicti Concilij [c] prohibetur directè vllus proferi, licet prohibeatur professio, & declaretur nulla, si fiat.

b in l. si quis pro eo.nu.9 ff. de fideiu. c cap.17.

5 Quibus tñ non obstantibus contrarium videtur tenendum cõsulendo, & iudicando, licet forte disputãdo pars affirmans p fundamenta supradicta defendi posset. Primò quidem, q̃ ibi parificantur professio ante decimumsextum annũ facta, & facta ante finem anni probationis. At nemo audebit dicere, professionem ante decimumsextum annum de consensu nouitij factam valere. Ergo nec debemus dicere, professionem factam ante finem anni probationis de consensu nouitij valere: quoniam de parificatis idẽ debet iudicari. [d]

d l. fina. ff. mand. & c. licet ex quadam, de testib. cum similibus.

Secundo, q̃ mens & ratio sunt anima legis iuxta c. fin. [e] adiuncto dicto Dyni recepti per omnes [f] & vbique. [Nec debemus putare,] vt ait Hiero. [g] [Euangelium esse in verbis Scripturarum, &c.] Quibus cõcordat Imperator in l. [non dubium.] [h] At mens & ratio, quæ mouerunt sacrum Concilium ad constituendum illud [i] videtur esse, ne illi anno renunciare possent nouitij.

e De regul. iur. lib. 6. f Ibidem. g in c. Martin. 1.q.1. h c.de leg. cap.15.

6 Tertio, quòd verba legis ita interpretanda sunt, vt ipsa non frustretur, & otiosa reddatur, etiã in materia stricta, odiosa, & correctoria, iux.c. [in his.] [k] c. [si ciuitas.] [l] quod habet interdictum latum contra ciuitatem, q̃ est odiosum & restringendum, ita esse interpretandum, vt includat eius suburbia, ne suo frustretur effectu, quæ constat non esse partem ciuitatis. [m] Et glossa in c. [quãquam.] [n] recepta per omnes, illum textum exorbitantem, & corrigentem ius antiquum, loquentem de testamento, extendit ad codicillos, qui sunt aliud, quam testamẽtum, [o] ne suo effectu frustretur. At interpretari prędictum Cõcilium P sic, vt limitetur per prædictum c. [ad Apostolicam,] est illud frustrare: quia nihil, aut certè parum induceret noui: nam etiã ante illud professio facta sine vtriusque partis consensu, scilicet monasterij, & nouitij, erat nulla.

k De priu. l. de sent. ex com. lib. 6. m c. Rodulphus vbi la tenditur, de rescript. n De vsuris li. 6. in Ver. testamen. o l. si idem. C. de codic.

7 Quarto, q̃ prædictum Concilium [q] exæquat in hoc religiones Mendicãtes, & non Mendicantes, vt palam colligitur ex eius cõtextu. At professio facta apud Mendicantes de consensu vtriusq; partis ante finem anni probationis est nulla, vel certè non facit vere religiosum, quia nulli speciali religioni obligat, sed tantum in genere religioni, per qd non fit vere religiosus, sed obnoxius, vt fiat religiosus iuxta textum, glossam, & cõmunem, & veram opinionem. [r]

p cap.15. q cap.15.

Quinto, q̃ ex contextu illius [s] colligitur mens Concilij fuisse ampliare illud c. non solum, quod solum habebat locum in Prædicatoribus, & Franciscanis, & postea fuit extensum per c. [constitutionem.] quod post illud immediatè sequitur, ad Augustinianos, & Carmelitas. quod colligitur ex illa ampliatione nullitatis, [ad nullum effectum:] quasi diceret, esto q̃ professio antea facta intra probationis annum de consensu vtriusq; partis aliquando esset nulla quo ad faciendum professionem religiosum: habebat tamen aliquem effectũ, s. quod faciebat professionem religiosum in genere, i. obligatũ ad intrandum religionem. Et clarum est, q̃ non poterat hoc verificari, nisi in religionibus Mendicantiũ, de quibus agunt prædicta duo cap. [t] Ergo mens Concilij fuit, æquare professiones omnes de consensu partiũ factas, professionibus factis in Mendicantium religionibus, cum hoc auctorio, quòd essent nullæ quo ad omnes effectus, etiam ad effectum obligandi religioni professionem in genere.

q cap.15. r c. non solum. de reg. iur. lib. 6. s cap.15. t c. non solum. & c. constitutionẽ.

8 Sexto, q̃ Concilium [u] expresse statuit, vt nulla renunciatio, aut obligatio nouitij, etiam cum iuramento facta, ante finem anni valeat, nisi cum Episcopi auctoritate, & intra duos menses postremos fiat, si renunciatio, & obligatio iurata de consensu nouitij faciendi nulla est: ergo à fortiori professio, p quã alienatur persona, q̃ dña bonorum erat de

u ca.16. de reg. sess.25.

Universidad de Deusto
Biblioteca

consensu nouitij, & etiam monasterij fa
cta erit nulla, argumento cap. [cum in
a De elec. et auth. multo cunctis,] adiuncta glossa. [a]
magis. C. de sacros. eccl. Septimo, q̃ licet prædictum Con
b cap. 15. cilium [b] non dictet expresè, non posse
nouitium & monasterium renunciare
prædicto anno sibi concesso, tacitè tñ
id videtur facere geminando vniuersa-
liter toties prohibitionem, dum dicit,
[In quacunque religione,] & iterum,
[Tam virorum, quam mulierum.] &
rursus, [Non fiat.] & iterum, [Non
admittatur.] & rursus, [Sit nulla.] &
tandem, [Nullum effectum operetur.]
Quam geminationẽ habere in se quod-
dam mysterium, & vim specialem, dicit
c In cl. 1. de iure pat. in verbo diæc. d ff. ad Tre bell. glossa putata singularis & recepta: [c]
pro qua est lex [balista.] [d] & congesta
per Felynum [e] & quod præter hæc om
nia idem Concilium [f] expresè statuit
non valere renunciationem bonorum:
e c. si quan do. de reser. quod constat esse minus, quàm renun-
ciationem personæ, vt dictum est.
Vers. gemi natio. f in ca. 16. seq. Octauo, q̃ prædictum sacrosanctum
Concilium videtur voluisse principali-
ter obstare abusui, quo in grande præiu
dicium cum animarum nouitiorum, &
monasteriorum, tum totius Reip. Chri
stianæ iam ferè vbiq; & omnes priuatis
affectibus abutebantur illo c. [ad Apo-
stolicam.] admittentes ad professionem
viros, & fœminas, notos, & ignotos, sa-
pientes, & ignaros, bene, & male mora-
tos, ad importunas preces parentũ, ami
corum, heroum, regulorum, & nonnun-
quam Regum ipsorum. quæ obuiatio
sufficiens non poterat fieri, nisi prohi-
beretur renunciatio legis tam salubris.
10 Nono denique, q̃ nemo iuri pu-
g c. si dili genti. de fo. comp. l. ius publicũ. ff. de pactis. cũ concord. blico renunciare pót [g] & experientia,
quæ rerũ est magistra, [h] docuit, sanctos
Patres præfati Concilij, renunciationẽ
prædicti anni, quæ tempore quo factum
fuit dictum c. [ad Apostolicam.] solum
videbatur præiudicare iuri priuato, tẽ-
h c. quã sit. de elec. li. 6. pore tñ Concilij & nostro clarè cœpisse
præiudicare tantum vel plus iuri publi
co, q̃ priuato: nam iã passim in aliqui-
bus religionibus, intra vnam, vel alterã
hebdomadã cœperant fieri professiones
ad hoc vt professi ad dignitates & bene
ficia promouerentur, & sic fierẽt prius
magistri, q̃ discipuli, contra c. [cum in
magistrum assumi non debeat, qui non

nouit esse discipulus.] [i] cum magno dã- *i De elect.*
no & dedecore publico ipsarum religio
num, quæ sunt magna pars Reip. Chri-
stianæ, in qua ius publicum consistit, &
consequenter dici potest Concilij ve-
tuisse huiusmodi professionem in vtili-
tatem publicam, cui nemo potest renũ-
ciare sine summi Principis auctoritate,
quæ nisi ob magnam publicam vtilitatẽ
non esset impertienda. Per quæ funda-
menta proculdubio hæc pars negatiua
videtur esse gratissima Christo D. N.
qui nos omnes in sua prædicta religio-
ne seruet. Amen. Et quia per tacta
in prędictis fundamentis facile respon-
deri potest obiectis, id gratia prolixita-
tis euitandæ non facimus. Salua, &c.

SVMMARIVM.

Ordo Minorum Conuentualium laxior qui 1
dem est omnibus ordinibus Mendican-
tibus, sed non alijs non Mendicantibus,
num. 2.
Religiosus professus de licentia sui Superio 1
ris transit ac strictiorem, imo & sine il-
la, modo sit petita, nec aliquo priuilegio
prohibeatur: item cum dicta licentia ad
parem, num. 2. ad laxiorem non nisi de
licentia Papæ, nec licentia Generalis,
aut Cardinalis Protectoris ordinis suffi-
cit, num. 3.
Papa regularem petentem sibi concedi li- 1
cẽtiam transeundi ad certum ordinem,
remittendo ad Protectorem, non facit
altam facultatem, nisi restrictam ad pe-
titum ordinem.

CONSILIVM LXIII.

REgularis ordinis Minorum Con-
uentualium petijt à Pontifice licẽ
tiam transeundi ad quendam alium or-
dinem, qui eum recipiat, Pontifex remi
sit negotium ad Cardinalem Protecto-
rem, Protector ad Generalem Minorũ.
Quæritur quid agendum.

Respondeo primò, præfatũ Illustrissi
mum Cardinalem prudẽtissimè de mo-
re rem hanc cũ Generali præfato Reue
rendissimo communicasse, quo res piẽ-
tius & salubrius ageret, & iure me desi-
derare, vt præfatus Reuerendus frater
expressisset, cuius ordinis sit, professus, &
quem

quem alium ordinem, qui vult eum re- A
cipere, inuenerit.

1 Secundo, q̃ quia verisimile est eum
esse fratrem ordinis S. Francisci Con-
uentualium, eo quod Illustris. Cardi-
nalis S. Sixti, ad quẽ remissus est à S. D.
N. agit Protectorem eius, desideratur
expressio ordinis alius, quẽ inuenit vo-
lẽtem eum recipere. Nam si est aliquis
de Mendicantibus, certum est præfatũ
Reuerendissimum Generalem posse fa-
cere illi facultatem transeundi ad illũ,
quia iure cõi laxior est ordo Minorum
Conuentualium, quam ordines aliorũ B
Mendicantium: & præfatus Generalis
põt facere ei facultatem transeundi ad
strictiorem, imò etiam eodẽ iure com-
a c. licet. de reg. muni ipsemet frater põt transire ad il-
lum, petita, licet non obtenta licẽtia, [a]
nisi particulari iure sit ei prohibitum.

2 Tertio, q̃ si ordo, qui vult eum reci
pere, non est aliquis ordo de Mendican
tibus, oportet scire an sit æquè strictus,
ac est ordo præfatorum Conuentualiũ.
Si. n. est æquè strictus, poterit ei facere
facultatem sm̃ glossam communiter re
b in c. cum sing. §. fin. Verbo cano nice. de præ ben. lib. 6. c Super ca. statuimus 19. q. 3. nu. 20. ceptam, [b] quam etiam nos in hoc sequi-
mur in com. 4. de reg. [c] quæ habet præla
tum inferiorem Papa posse facere facul C
tatem transeundi ad ordinem parem.

3 Quartò, quod si ordo, quẽ inuenit
volentẽ eum recipere, est laxior eo, quẽ
professus est, non poterit præfatus dñs
Generalis facere illi facultatem tran-
seundi ad illũ auctoritate sua: quia id so
li Papæ reseruatur per præfatam glos-
sam communiter receptam, sed neque
Illustr. Cardinalis: quia vt Protector or
dinarius nõ potest, quia est inferior Pa
pa, neq; vt delegatus, quia Papa nõ de-
legat ei expresse facultatem præbendi
licentiam transeundi ad laxiorem: solũ
enim, ut in narratione casus proponi- D
tur, remittit eum ad eius Dominationẽ
Illustrissimã vti Protectorem, qui vt ta
lis est ordinarius inferior Papa, qualis
non potest facere trãseundi facultatem
ad laxiorem per prædicta.

4 Quinto, quod S.D.N. non videtur
quidquã delegare præfato dño Cardi-
nali Illustr. nisi quo ad facultatem tran
seundi ad ordinem iam inuentũ: & ideo
nõ potest eius Dominatio Illustrissima
nec Reuerẽdissimus Generalis quidquã
facere auctoritate suæ Sanctitatis, nisi
quo ad illum ordinem: quia delegatio
Papæ est stricti iuris. [d] *d c. 1. & c.*
de offi. del.
[Aduerte, quia quæ dicit auctor hic
nu. 3. videntur limitanda in casu de quo
supra cons. 56. & 57.

SVMMARIVM.

Translatus ad aliam religionem, etiam vt 1
in ea præsit, in secunda emittit profes-
sionem, sicq; desinit esse monachus primæ,
& efficitur monachus secundæ, in qua et
dimissa prælatura remanet monachus.

CONSILIVM LXIV.

AN regularis trãslatus ad aliam re-
ligionem, vt sit in ea prælatus, &
renuncians præfecturam suam, rema-
neat regularis posterioris, vel prioris
religionis?

1 Respondeo, q̃ remaner monachus
posterioris. Tum quia translatus legiti-
me perdit omnia iura prioris. [e] Tũ quia *e c. si quis*
omnis Abbas est monachus illius mo- *iam trãsla*
nasterij, cuius est Abbas. [f] Tum quia, vt *tus. 21. q. 2.*
alias diximus omnis monachus transla *& c. ne pro*
tus ad aliam religionem, vel monaste- *cuiuslibet.*
rium, tacitè vel expresè eã profiteur: *16. q. 1.*
quia beneficia illius monasterij vel or- *f c. fi. de si-*
dinis nõ possunt conferri nisi monachis *monia.*
eius, [g] quò fit, vt nuper consultũ fuerit, *g c. cum sin*
Franciscanos Conuentuales, quos fęl. *gula. § fin.*
re. Pius V. suis mouasterijs priuauit in *de præben.*
Hispania quoq; transierunt ad Frãciscã *lib. 6.*
nos Obseruantes, & apud eos regulam
noue S. Frãcisci absolutè ptofessi fuerũt
sponte, non potuisse retrocedere ad re-
gulam suam pristinã, sicut poterãt alij,
qui nouè nõ fuerũt professi. Salua, &c.

SVMMARIVM.

Mendicantium ordo ille est, cui vel ab eius
fundatione, vel per constitutiones Apo-
stolicas, vel à Sede Apostolica confirma
tas non licet nec in particulari, nec in cõ
muni habere proprium: à quo si quis ad
nõ Mendicantes transeat, efficitur inha
bilis ad beneficia & officia religionis.
Trãslatio ad laxiorem cum sit contra sa-
crum Concil. Trident. & sit legitima ui-
detur egere Pontificis derogatione.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CONSILIVM LXV.

ANN. translatus ab ordine de Mercede in non Mendicantem incidat in Clementinam 1.[a]

a De reg.

1 Respondeo, quæstionẽ hanc esse satis grãdem. Sed sequutus Cardinalem, & mentem eius,[b] respondeo q̃ non, si à principio fundationis ordinis nõ fuit ita creatus, vt esset vnus de Mendicãtibus: ita q̃ non possint fratres illius ordinis in cõmuni, nec in particulari proprium habere: vel nisi p̃ constitutiones Papales, vel à Papa cõfirmatas astrictus fuerit prędictus ordo de Mercede ad p̃ dictam paupertatem: in quibus duobus casibus diceretur esse ordinis Mendicãtis, & religiosus prędicto modo translatus incurreret inhabilitatem Clementi næ prædictæ.[c] Cui cõsequens est posse prædictum trãslatum tenere beneficia ordinis, ad quem transiuit, nisi in prędictis duobus casibus: quia p̃dicta Clemẽtina non infligit pœnam, nisi Mendicãti bus translatis. Sed, vt trãslatio cẽseatur legitima, videtur necessariũ vt Papa deroget Conc. Trid. prohibenti trãslationem ad regulam laxiorem.[d] Salua, &c,

b in d. clem. 1. q. 3.

c De regul.

d cap. 19. de reg. sess. 25.

[Aduerte, quia hoc dictum videtur limitandum, ex mente auctoris, in casu de quo sup. Consi. 56. & 57.

SVMMARIVM.

1 *Licentia transeundi ad laxiorem est contra ius commune, & sacrum Concilium, secus ad strictiorem.*

2 *Translatus iustè ab vna religione, modo nõ sit ex quatuor Mendicantibus, non efficitur inhabilis ad beneficia religionis, ad quam transfertur.*

CONSILIVM LXVI.

AN religiosus B. Marię de Mercede, obtinens facultatem à Papa transeundi ad alteriam religionem, possit obtinere beneficia religionis, ad quam transierit, & an sit contra ius commune, vel Concilium Tridentinum.

1 Respondeo primo, non esse ostensam nobis facultatem ipsam transeũdi, & ita non posse nos de illa non perspecta, satis rectè respondere.[e]

e Inciuile. ff. e legib.

E Secũdo, quòd si facultas fuit facta ad transeundum ad strictiorem, non est cõtra ius, per cap. [licet,][f] si autem facta est ad transeundum ad laxiorem, est cõtra ius commune, & contra Concilium Tridentinum.[g]

f De regul.

g Sess. 25. c. 19. de regu.

2 Tertio, quòd D. consulens non incurret inhabilitatem obtinendi beneficia religionis, ad quam transierit, positam in Clementina,[h] si facultas se extendit ad transeundum ad religionem non Mendicantium: quia ordo prædictus S. Marię de Mercede nõ est de quatuor Mendicantibus, de quibus loquitur prædicta Clementina 1. vt præ alijs rectè definit Ioannes Imolensis,[i] & sen tiunt alij, & ea ratione firma probatur,[k] quod Clementina illa est pœnalis, & loquitur de Mendicante transeunte: & ideo non debet extendi ad alium non Mendicantem.[l] Salua, &c.

h 1. de reg.

i Ibidem.

k c. pena. de pen. d. 1. & te annotatis

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentis relationi circa ea quæ dependẽt ex iuris prudentia, vel intelligentia rescriptorum non est facile credendum, nec respõdendũ eius interrogationi. n. 3.*

2 *Translatus à Mendicantibus ad canonicos regulares non Mendicantes si sit clericus, potest tàm in Ecclesia numerata, quàm non numerata dicti ordinis eligi in canonicum.*

4 *Regularis in Mendicanti professus: cui cõcessa est facultas vt transeat ad nõ Mẽdicantes, non potest apud canonicos regulares admitti ad habitum, vel professionem, nisi peracto anno probationis.*

CONSILIVM LXVII.

NOlim ordinis fratrum minorum de Obseruantia fuit dispensatus vt possit transferri ad ordinem canonicorum regularium S. Augustini: & sup ponitur in breui non esse illam clausulam in similibus breuibus solitam appo ni, [Sine spe tamen beneficiorum,] & derogatum fuisse Clem. [vt professores][1] & fingimus etiam in breui esse illas clausulas solitas, scilicet, [Vt possis gaudere omnibus priuilegijs, indultis, immunitatibus, quibus alij non translati gaudent.]

Quæri-

Quæritur, an iste talis possit recipi in canonicum tam in Ecclesia numerata, quam non numerata canonicorum regularium, & possit prouideri de canonicatu & præbenda & dignitate ordinis canonicorum regularium sine alia dispensatione, & si possit admitti ad susceptionem habitus, & ad emissionem professionis, absq; eo quod eligatur in canoni cũ, seu conferatur ei canonicatus. Quæritur ét, an talis possit renunciare anno probationis inducto per Concil. Trid. pro quo est considerandum quod d. N. eam fecit probationem in dicto primo ordine, & dictum Concilium videtur loqui in sæculari, qui nunquam fecit professionem in aliquo ordine.

1 Ad has quæstiones respõsurus, dico primo, quod non potest satis carege rice responderi non viso prædictæ dispensationis tenore: quia iurisperitus multo plura potest ex eo toto perpẽso elicere, & colligere, quam cõsulens, vel alius iurium ignarus: & ita non potest esse certa relatio facta ab huiusmodi cõsulente, nec consequenter certum responsum dari à consulto.[a]

a l. vt respõsum. C. de trãsact. & l. precib. C. de impub. & alijs substit. b de regu.

Secundo, quod nõ video qua ratione derogetur Clem. 1.[b] nisi appnoatur clausula. [Quod habere possit beneficia, vel officia ordinis, ad quem trãsfertur:] per cuius appositionem & tenorem daretur magna lux ad respondendum quæsitis, & in hoc argumento videtur insinuari, quòd non sit posita: ex quo videtur resultare contradictio aliqua tacita.

2 Tertio, quod ad primam quæstionẽ respõderi posse videtur affirmatiuè, prę supposito quod prædictus N. esset iam clericus: quia canonicatus regularis prę supponit clericatum, vt colligitur ex D. Thoma.[c]

c 2. 2. qõ. 189. art. 8. ad 2.

3 Quarto, quod ad secundam, & tertiam quæstionem non audeo respondere non viso tenore dispensationis.

4 Sexto ad quartam respondeo, quod multa possent afferri pro parte affirmatiua etiã vltra rationem coloratam, quę affertur in propositione ipsius, sed verio rem arbitror partem negatiuam. Tum quia textus Concilij,[d] generaliter nullo excepto decernit, ne professio fiat ante annum probationis completum: & vbi lex non distinguit, nec nos ipsius distin-

d ca. 15. de reg. sess. 25.

guere debemus textus.[e] Tũ quia annus probationis non solum datur in fauorẽ professuri, vt experiatur id, quod professurus est, sed ét in fauorem eorũ qui professionem susciperе debent, vt experiantur mores susceptι, an cõueniãt suæ congregationi.[f] Et ita licet frater Minor qui expertus est regulam Minorum, & eã est professus, satis videri possit expertus regulam canonicorum regularium, & sic ex parte illius cessare videatur necessitas eã probandi, non tñ ob hoc tollitur monasterio & cõgregationi necessitas, pbãdi mores illius, qui lõgè melius cognoscũtur tractu annali, q̃ menstruo, vel semestri, aut alio minori, vt palã est.

e cap. si Rapturi. 19. dist. & ff. de publi.

f c. ad Apostolicam. de reg.

SVMMARIVM.

1 *Translato potest nedum Pontifex, sed & suus superior iustè concedere licentiam, & stet extra monasterium, modo subsit iusta causa, aliàs non.*

1 *Causa quæ sit iusta, vt superior regulari faciat licentiam standi extra claustrum, est arbitraria et multiplex, vt est vtilitas directa uel indirecta proueniens proprio monasterio, vel ordini docẽdi, vel discẽdi literas cõuenientes monacho, vtilitas uniuersalis Ecclesiæ, vel resp. ex quibus põt dijudicari, an idem sit de illo, qui aliena inseruit parochiali, nu. 2. & 3. ac si dubium sit, an sit iusta, proderit Papæ declaratoria, vel licentia. nu. 3.*

3 *Extra monasterium de licentia Superioris manens non potest circa mendacium dicere se degere in monasterio.*

CONSILIVM LXVIII.

NTrãslatus iustè ex ordine strictiore ad laxiorem, de licentia Superioris monasterij, ad quod fuit translatus, seruiuit beneficio curato sito in loco distantia monasterio per 100. millia ria. Quæritur primo, an id ei liceat.

Secundo, an indigeat licentia Papæ, sitque immunis à peccato, ei dicendo se manere in monasterio.

1 AD PRIMAM quæstionem respondeo primò, monachum non posse manere extra monasterium nisi de licẽtia Superioris iusta de cã facta, vt nos clarius alijs tradidimus i cõ. secundo, de

regu.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CONSILIVM LXIX.

AN superior ordinis, ad quem cum iusta licẽtia tranſit regularis alius ordinis, poteſt, & qualem licẽtiam dare illi ad manendum extra monaſterium.

Reſpondeo, quòd nemo, quod ſciam, tractauit hanc quæſtionem ita vtiliter & clarè, ac nos in comm. 4. de reg.[e] *e Super ca. ſtatuimus.*

1 Secundò, ℔ ex reſolutione illarum colligitur eiuſmodi ſuperiorem tantam & eadem de cauſa poſſe dare huiuſmodi tranſlato licentiam manendi extra monaſterium, quantam & qua de cauſa poteſt dare regulari originario ſuo, & vernaculo, & è contrario. *19.q.3.q.2 & 3. num. 12.*

2 Tertiò, ℔ nec tranſlato, nec originario vernaculo, põt dare licentiam manẽdi extra monaſterium ſine iuſta cauſa, & cum ea ſic vtrique, & conſequenter ℔ neutri poteſt facere pot eſtatem manendi extra monaſterium, niſi tantùm, quantum iuſta cauſa requirit & ſuadet, & ad tantum ſic: cui eſt cõſequens, quod neutri poteſt dari ad libitum ſuũ, & eo quòd ſibi abſque iuſta ratione bene videatur: per quòd categoricè ac formaliter propoſitæ quæſtioni reſpondetur.

SVMMARIVM.

Extra clauſtrum ſtando regularis peccat, & nu. 9. niſi adſit licentia à Superiore ſiue mediato ſiue immediato ſaltem tacita & generalis, nume. 4. iuſta de cauſa eius arbitrio conceſſa. nu. 8. 1

Habitum regularem dimittere ſine peccato, non poteſt monachus, nec etiam occultare: fallit, ſi ſubſit cauſa, præſertim de licentia Superioris. nu. 5. & 10. 1

Licentiam dimittendi habitum vel ſtandi extra clauſtrum concedens Superior peccat ſicut exiens & dimittens. & 3. 5

Clericus ex cauſa poteſt tonſuram dimittere, & habitum transformare. 5

Sanitatis recuperandæ cauſa poteſt nedum monachis, etiam Carthuſianis, ſed & monialibus concedere Superior, vt ad tẽpus ſtent extra monaſterium, immo peccaret id non concedendo ei, qui in clauſtro non poſſet ſeruari. nu. 7. & 8. 6

Iurans non exire certum locum, non tenetur illud in præiudicium ſalutis corporalis, vel ſpiritualis ſeruare. 7

CON-

a Super ca. regu. [a] per cap. [monachi,] [b] & quod iu-
nõ dicatis. ſta cauſa eſt vtilitas directa, vel indire-
12.q.1.nu. 40. cta proueniens monaſterio ex illa abſentia, vt probant prædicta c. ſtudium
b 1. & 2. *16.q.1.* item diſcendi vel docendi literas conuenientes monacho, & aliq ſimiles, quę arbitrio boni & prudentis viri iudicentur iuſtæ, vt nos ibidem extendimus, ubi etiam dicimus etiam Papam non poſſe dare hanc licentiam ſine iuſta cauſa, & cum ea ſic etiam inferiorem.

2 Secundo, quòd punctus quæſtionis huius conſiſtit in decernendo, an Dominus conſulens iuſta de cauſa abſit à monaſterio, vt præfato beneficio curato de ſeruiat, quod conijciendum eſt ex vtilitate, quæ directe, vel indirectè prouenit monaſterio, & ordini, cuius eſt ipſe, vel ẽt ex vtilitate, q̃ proueniret Eccleſiq vniuerſali, vel reipublicæ, quod ex ſolis cõiectis in caſu propoſito non põt conijci.

Tertiò, quòd tutus eſt, ſi ex iuſta cauſa abſit de licentia Superioris, alioquin minimè, etiam de licentia Papæ.

3 AD SECVNDAM reſpondetur primò, quòd D. conſulens, vt inſinuatũ eſt, non indiget licentia Papę, ſi iuſta de cauſa abeſt, nec ſufficit illa ei, ſi huiuſmodi cauſa deeſt, nec licet ei narrare Papæ ſe manere in monaſterio, ſi extra illud manet: quia nemini licet dicere falſum, etiam ſi aliquando liceat tacere verum, [c] & mendax precator debet carere impetratis. [d]

c c.ne quis. 22.q.2. *d l.2. C.de precib. Imper. a. off. c. ſuper literis. de reſcript.*

Secundò, ℔ vtilius eſſet D. conſulenti petere à ſua Sanctitate, vt declaret, ℔ prædictum ſeruitium, quod facit beneficio curato, eſt iuſta cauſa, vt inferior faciat ei facultatem manendi extra monaſterium, aut certè petat à ſua Sanctitate, vt ei faciat, ſi & quatenus opus eſt, facultatem ſeruiendi beneficio præfato de licentia ſui ſuperioris, cum qua iã illi ſeruit. Salua, &c.

SVMMARIVM.

Licentia cõceſſa monacho ſtandi extra clauſtrum non iuſtificatur ex eo, quod Superiori ita videatur, niſi ſubſit iuſta cauſa ſe extendens ad totũ tempus, pro quo cõceditur. nu. 2. Nec in hoc differt an is cui cõceditur ſit trãslatus, vel proprius illius monaſterij filius profeſſus. nu. 1. & 2. 1

CONSILIVM LXX.

PRæfectus cuiuſdam monaſterij, expertus ℔ quidam ſuus monachus contagioſo morbo laborans non poterant ſatis cõmodè medicari intra monaſteriũ, conſulente, monente, promittente q; medico eruditiſſimo valdeq; pio, ℔ ope diuina ſanaret eũ intra paucos dies, ſi mitteretur ad domũ ſuã, in qua poſſet manere ſecreto, decreuit cũ ſuis tribus conſiliarijs mittere illum in prædictã domũ noctu ſecreto mutata veſte, velataq; facie, ita quod à nemine poſſet in via cognoſci, ea lege, vt maneret in domo incluſus durante medicatione, & mox rediret eo modo, quo abijt in monaſteriũ, vbi more ſolito inſeruiret: qui gratia Deo, intra pauciſſimos dies ſanatus redijt, & vt antea ſolebat ſeruit.

Quæritur, an præfatus præfectus, & conſiliarij eius, dando præfatam licentiam prædicto modo, peccauerint, necne, & puniri debeant, necne.

1 Pro parte affirmante, nempe quod peccauerint, facit primò, qđ monachus peccat exeundo è clauſtro, [a] & etiam relinquendo habitum, [b] & conſequenter in caſu propoſito bis peccauit præfatus monachus, ſ. exeundo, & relinquendo habitũ. At qui conſentit in peccatũ peccat, [c] ergo præfatus præfectus, & ſui cõſiliarij non ſolum ſemel, ſed, ẽt bis peccaſſe videntur, cum duplici peccato conſenſerint, & cõſequenter puniri debẽt. [d]

a c. placuit. 2. & 2. & c. monachi. 16.q.1. *b cap. proclius. 20. q.3. & c.2. de cler. vel mon. lib.8. c cap.1. ad Roma. c.1. de off. dele. d l. ſancimus. C. de pœn. & ca. quæſiuit. de his quæ fiũt a maior. & ca.19. de reg. ſeſſ.25.*

2 Secundo facit [e] Concil. Trid. quatenus ſignificat religioſum nulla de cauſa debere relinquere habitum, immo nec occultare.

3 Tertiò, quòd ī regula ordinis, cuius eſt præfatum monaſterium, expreſſe habetur nõ licere fratribus dimittere habitum, niſi cauſa mutationis, mundationis, reparationis, vel alicuius euidentis infirmitatis, ſuper hoc tamen primitus onerata medici conſcientia.

4 His tamen nõ obſtantibus, videtur contrarium eſſe tenẽdum, nempe quod prædictus præfectus & conſiliarij eius nec peccauerunt, nec puniri debent, immo benè meriti ſunt coram Deo & hominibus. Tum quia licitum eſt monacho exire de clauſtro de licentia ſui prę lati iuſta de cauſa data, vt probamus in com. 4. de reg. [f] in hęc verba. [Omnis regularis quamlibet ſimplex poteſt iuſte exire de licentia ſuperioris non ſolum Generalis & Prouincialis, ſed etiam inferioris immediati, non tantum expreſſa, ſed etiã tacita & non tantùm ſpeciali ter & in indiuiduo, ſed etiam generaliter data, modo ea detur iuſta de cauſa neceſſitatis, vel utilitatis,] hæc ibi, quę latè probo & declaro ibidem: & non ſolum poteſt exire, ſed etiam manere aliquo tempore, vt probo & declaro in eodem tractatu de reg. [g] per cap. [monachi,] [h] & quædam alia. *f Super ca. ſtatuimus. nu. 34.* *g Com. 2. super c. non* 5 Tum quia monachus iuſtè poteſt re-
dicatis. nu. linquere habitum iuſta de cauſa, præſer tim de licentia ſuperioris, [i] vt clericus *h* 1. & 2. ſuum habitum & tonſuram clericalem, *16.q.2.* vt dixit gloſſa notabilis & recepta, [k] in *i cap. Deus* hæc verba: [Habitum ſemel ſuſceptum *qui. de vita* non debet dimittere niſi ex iuſta cauſa, *& honeſt.* infra eod. c. clerici. unde cum quidam *k c. ſi quis* reprehẽderetur à Papa, reſpondit, Tu *ex clericis.* tius, vt peterẽ laici ſub imagine Romã, *de vita &* Fas fuit, vt ſinerem luxuriare comã.] & *hon.* tex. expreſſus c. pen. [l] habet poſſe, quem *l eod. tit.* cauſa timoris transformare habitum: ex quo gl. [m] colligit eum qui iuſta ex cau- *m verbo, ſi* ſa dimittit habitum non eſſe apoſtatam. *moris.*

6 Tum quia infirmitas, præſertim contagioſa, eſt iuſta cauſa dandi licentiã monacho vt exeat monaſterium, & maneat extra illud in loco conuenienti ad ſanãdum, vt probatur c. 1. [n] quatenus etiam *n de ſtatu* monialibus facit facultatem exeũdi mo- *reg. lib.6.* naſterium ob infirmitatem cõtagioſam, & Concil. Tridentin. [o] facit facultatem *o in præſa.* exeundi monialibus ex quacunque cau- *to tit. de re* ſa, quæ videbitur iuſta Epiſcopo, & rece- *gul. c.5.* ptum eſt non poſſe monialem exire monaſterio de tam leui cauſa, ac monachi etiam Carthuſiani.

7 Tum quia etiã qui iurauit manere in aliquo loco, põt iuſtè ab illo exire, ſi ſalus corporalis eius id exigat, iuxta gloſſam memorabilẽ, & receptã. [p] Tum *p cap. ſi ve-* quia dicti præfectus & cõſiliarij peccaſ- *ro. de iure* ſent, ſi prędicta de cauſa nõ feciſſent præ- *iuran.* fato monacho facultatẽ exeundi & manẽdi ſecreto ad ſanitatem recuperandã, ex mente Gratiani, [q] aſſerentis prohibe- *q §. ſi. ver.* ri quem ſeruare iuramentũ, cuius obſer- *quiſquis.* uãtia ſpiritualis vel corporalis ſalutis re- *22. q.5.* cuperationẽ impediret: quę videtur eſſe

deciſio

Universidad de Deusto
Biblioteca

decisio specifica ꝙ casu nostro, in quo experientia monstrabat salutē prædicti monachi nō posse reparari iudicio medici intra monasteriū, intra qđ non poterat adhiberi p̄sentia medici, & necessaria visitatio, & medicatio tāti morbi.

8 Tū quia iure non est determinatū, quæ causa sit iusta ad exeundum & manendū extra monasteriū, vel relinquendum habitū, & ita relinquitur arbitrio boni viri determinandū, [a] & in specie de causa iusta exeundi tradidimus nos in d.c. [non dicatis,] [b] & satis in d.ca. [statuimus.] [c] At in casu nostro medicatio prædicti morbi contagiosi, & ferè incurabilis visa fuit non solū arbitrio boni viri, sed ēt suorum Superiorum iusta, & adeo quidem rectè & piè mea sentētia, vt debuissent iudicari mali & imprudentes viri, si cōtra iudicassent, ob multa, quæ gratia breuitatis non explico.

9 Non obstant opposita. Ad primum enim respondetur concedendo non licere monacho exire à monasterio, nec relinquere habitum temerè, & sine causa, & sine licentia prælati: negando tñ, ꝙ in nostro casu ita factum fuerit, cùm interceſſerit non solum licentia prælati solius, sed etiam consiliariorum, & interuenerit iustissima causa, vt supra probatum est.

10 Ad secundum respondetur, quod illud ca. agit de dimissione habitus facta sine licentia Prælati, & ad finem nunq̄ resumendi illum cum proposito procurādi, vt professio declaretur nulla. Nos autem agimus de exitu & dimissione habitus ad modicum tempus de licentia Superioris iusta de causa data.

Ad tertium respondetur primo, ꝙ loquitur de dimissione habitus auctoritate propria facta, quæ nō pōt fieri extra casus expressos in illa clausula. Nos aūt loquimur de dimissione Superioris auctoritate cū causa facta. Secundò respō detur, ꝙ in illa clausula videtur esse casus pro nostra parte, quatenus hēt posse dimitti habitum causa infirmitatis de consilio medici: nam in casu nostro medicus valdè eruditus & pius cōsuluit, vt exiret eo mō quo exiuit, monēdo, qđ si non exiret, non sanaretur, & si exiret, sic intra paucos dies: quod & factū fuit.

Aduertendum, pro eo ꝙ de monialibus dicitur nu. 6. vltra sacrum Concilium adesse bullam Pij V. quæ causas exeūdi ad certas inibi expressas restrinxit, ferturq; sacram Congregationem censuisse vltra illas causas non dari extensionem, sed recurrendum pro licentia ad Sedem Apostolicam. Vide item infra de statu monach. consil. 5.

a l. 1. ff. de iure delibe. cap. de cau sis. de offic. deleg.
b nu. 68.
c nu. 34.

SVMMARIVM.

1 *Religioso, vt ob necessitatem parentum stet extra monasterium, dat licentiam Papa, imò & Generalis, & Prouincialis, nu. 2. vt autem etiam dimittat habitum non debet concedi, nisi quando eo retento non potest dictæ necessitati subueniri. nu. 3. An autem ad hanc reducatur, quando Superiores nolunt consentire, vt stet extra clausturum, nisi dimisso habitu, non est ita certum.*

4 *Regulari si etiam sine iusta causa Pontifex beneficium sæculare confert ex certa scientia, tenet collatio, iustius autem illud in commendam concederet ei, cui ob iustam causam fecisset facultatem in habitu sæculari ad tempus extra monasterium manendi.*

CONSILIVM LXXI.

QVidam religiosus prædicator, & doctus, quadraginta annorū, matrem hñs, quæ quondam fuit ditissima, nunc pauperrima cū alijs multis, absq; verbo Dei, & missa, non pōt eā sustentare, nec est qui calleat linguā eius regionis ad prædicandū. Quæritur, an bona cōscientia possit petere dispensationē, vt ibi maneat, & doceat in habitu tñ clericali: nam id si fiat, non deerit quidam Eps, qui motus misericordia ei promittit quædam beneficia.

1 Respondeo primò, quod prædictus D. consulens iustam habet causam, ob quam Papa possit facere ipsi facultatē manendi extra monasterium in d. regione. Primo, ob necessitatem, quam mater sua olim multū diues, & nunc valde pauper patitur, arg. cap. [cōsideranda,] [d] vbi Ambr. plurimum cōmendat opitulationem, quæ fit nobili, & seni, præsertim ei, qui diuitias sine culpa perdidit, qualis est mater eius prædicta. Secundo ob

d 86. dist.

ob vtilitatē magnā, quam faceret vita, & verbo, prædicādo illis lingua sibi nota: ob quā secūdam causam non solùm est ipse licentia donandus, sed ēt rogandus, vt velit id facere, arg. c. [inter cætera,] [a] ibi, [Pabulum verbi Dei, populo Christiano quàm maximè necessariū: quia sicut corpus materiali cibo, ita anima spirituali nutritur.

Secundò, ꝙ sententia est D. Th. communiter recepta, [b] ꝙ religiosus ob necessitatem patris, vel matris iustè potest exire monasterium de licentia Superiorum, ad subueniendum ei, si pōt id facere: quam licentiam non solùm Papam, sed ēt Generalē, vel Prouincialem suū dare posse, etiam nos nuper scripsimus in com. 3. de reg. declarando cap. [nullam,] [c] & antea in Manu. confess. [d]

3 Tertiò ꝙ, vt, [e] diximus, præfata licētia non est danda deposcenti ad manendum relicto habitu, sed tantùm eo retēto, nisi quando præfata subuentio fieri non potest eo retento. An autem iustè dici posset non posse fieri subuentionē sine dimissione habitus, eo ꝙ prælati ordinis nolunt consentire, vt illa fiat retento habitu, quæstio noua videtur, & dign a decisione.

4 Quartò, ꝙ, vt certum est, Papam posse iustè cōferre beneficium simplex religioso iusta de causa, imò ꝙ collatio facta sine illa, licet esset iniusta, teneret, [f] cùm id iure humano, cui Papa nō subest, saltem quo ad vim coactiuā, sit prohibitum, ita non est etiām incertū, S. D. N. difficile id facturū, nisi S. Sāctitas sibi persuaserit, iustū esse facere cōsulenti facultatē manendi, & prædicādi in locis prædictis prædicatorib. suæ linguę destitutis, relicto habitu ordinis cū habitu clericali. Si enim hoc sibi persuaserit, satis poterit flectere animum ad conferendū beneficium clericale clericaliter viuenti, saltem in commendam, donec necessitas subueniendi duraret.

a de officio ordinar.
b in 2. 2. q. 101. art. 4.
c 18. q. 2. nu. 48.
d cap. 14. nu. 14.
e in d. nu. 48.
Arg. c. cū ea per mū ca. 9. q. 3. proposuit. de conces. prab.
f cap. 14. nu. 14.

SVMMARIVM.

1 *Regulari, ut stet extra monasterium retento habitu, ad subuenendum matris, & sororis grandi necessitati, etiam si nō sit extrema, & superueniret post professionē, licentiam dat Generalis, & Prouincialis: at ut dimittat habitum, solus Pōtifex concedere pōt nu. 2. & hoc ex iusta causa, quæ iudicis arbitrio relinquitur, potestque ex multis simul collectis deduci. nu. 3.*

Congregatio Conc. Trid. non habet facultatem dandi licentiam manendi extra monasterium, & quatenus haberet, non tamen censeretur posse concedere, vt maneat dimisso habitu. 4

CONSILIVM LXXII.

NRegularis habens matrem & sororem nubilem pauperrimas, impetrauit à suo Prouinciali licentiā manendi extra monasterium habitu relicto, vt eisdem opitulari posset, & sic in habitu clericali aliquot annos trāsegit: nunc ad obtinendum confirmationem, vel nouam prouisionem prædictæ gratiæ venit ad Vrbem, super qua in sacra Concil. Trid. Congregatione supplicationem porrexit. Quæritur quid iuris.

1 Respondeo primò, præfatum Dominū consulentem iustam habuisse causam, ob quam suus Prouincialis potuisset ei dare licentiam manendi extra clausturum ad subueniendum matri & sororibus pauperibus: quia, vt post utrunque Thomam, [g] diximus in nostro Man. con fess. [h] & in comm. 3. de reg. [i] & sequenti, 101. *art.* 4. necessitas non solum extrema, sed grauis, non solùm præcedens, sed etiam superueniens parentibus filiorum religiosorum, etiam post professionem eorū, *nullam.* 18. est iusta causa, vt superiores possint dare ipsis licentiam manendi extra monasterium causa eis subueniendi.

1 Secundo, quod præfatus Prouincialis peccauit, faciendo præfato consulenti facultatem manendi extra monasterium absque habitu regulari: quia solus Papa potest illam facere, vt diximus in præfato c. [nullam,] [k] & probatur in c. 2. [l] & satis in c. [sanctimonialis,] [m] & *l. Ne clerici* cap. [clerici,] [n] quatenus habet, & religiosum etiam factum Episcopum debere *vel monachi, lib. 6.* resui ordinis habitum gestare. *m 23. dist.*

Tertiò, ꝙ, quia ægre ac difficulter dispensat Papæ, vt religiosus maneat ob *n 2. de vita & hon. cle.* hanc causam foris absq; habitu regulari, & Prælati inferiores ægre sustinēt, & patiuntur, vt hmōi religiosi remaneant foris habitu retento, frequenter aliqui religiosi

g in 2. 2. q.
h cap.
i Super ca.
nu. 14.
k nu. 49.
l Ne clerici
chi, lib. 6.
m 23. dist.
n 2. de vita & hon. cle.

Universidad de Deusto
Biblioteca

religiosi non fruuntur præfata facultate, qua vt frui possint, quid facere debeant, admonuimus vbi supra. [a]

a nu. 49.

3 Quartò, q̃ omnes causæ, quas Dominus consulens allegat pro iusta causa faciendi sibi facultatem manendi extra monasterium, videntur efficere vnã sufficientem ad illam concedendam. Tũ quia prædicta vtriusq; Tho. opinio videtur communiter recepta. Tum quia, quando aliquid in genere determinatur, eius specificatio relinquitur arbitrio iudicis, [b] & prædictæ omnes causæ videntur arbitrio boni & prudentis iudicis efficere vnam iustam causam præfatæ facultatis consequendæ.

b l. 1. ff. de iure delib. c de causis. de offic. de-leg. cũ utro bique not.

4 Quinto, q̃ Illustrissima Illustrissimorũ Card. Congreg. declarationi dubiorum Concilij Tridentini deputata habeat facultatem dispensandi in hoc casu, nullo iure communi probari videtur, nec iure particulari, q̃ ego sciam, cũ aliud sit dubia Concilij declarare, aliud contra Concilia & canones dispensare, & à separatis non fit illatio. [d] Quin etiã arbitror præfatam Excellentissimã Cõgregationem non posse ob prædictam causam concedere facultatem manendi foris absque habitu regulari, etiamsi haberet potestatem faciendi facultatem ob prædictam causam manendi foris, vt habent Generales, & Prouinciales ordinum suorum. Salua, &c.

d c. ad au-dientiã, de decim.

SVMMARIVM.

1 *Regularem etsi Prælatus possit ob delicta per suam diffinitiuam sententiam habitu spoliatum ita ab ordine eijcere, vt possit sub Episcopo habitu clericali viuere, hoc tamen per suam dispensationem, et ob infirmitatis, vel parentum paupertatis causam, concedere non potest.*

2 *Regulari, vt propter infirmitatem, vel parentum paupertatem extra claustrum, retento tantum habitu, & obedientia regulari, stet, concedere potest eius Prælatus.*

CONSILIVM LXXIII.

QVæritur, vtrum qui propter ægritudinem impetrauit licentiam à Priore Generali ordinis San. Augustini manendi extra claustra vna cùm absolutione à voto, possit in habitu clericali decenti sub obedientia ordinarij Missas, & alia diuina celebrare, & de bonis licitè acquirendis disponere.

1 Respondeo q̃ non. Tum quia nullus inferior Papa potest facere facultatem religioso, vt dimittat suum habitũ, & dimisso illo assumat clericalem, vel alium, & viuat sub obedientia ordinarij. Tum quia nullus Prælatus inferior Papa potest absoluere religiosum ab obedientia sui ordinis, nisi declarando per suam sententiam eum nõ esse professum, vel priuando per eam propter sua delicta, & eijciendo eum ab ordine.

2 Tum quia pp ægritudinem quamlibet incurabilem superuenientem monacho post professionem non debet eijci monachus ab ordine, & obedientia eius, sed debet eum curare suis impensis, & q̃ optimo modo dispensare posset cum eo id volente, vt retento habitu maneret in aliquo loco honesto, sub obedientia tñ ordinis, vt succurreret ei impẽsis cognatorum suorum, vel aliorum, qui vellent eius curationi subuenire, & eius infirmitati opem ferre. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Clausura regularibus indicta est solo iure humano, potestq; Prælatus facere licentiam suo subdito, vt retento habitu extra monasterium, sub obedientia tamen regulari moretur, & hoc nedum ex causa subueniendi parentibus. nume. 2. sed ut stet obses pro monasterio, vel inseruiat Episcopo pro Vicario & cubiculario. nu. 3. & pro quacunque alia legitima causa, donec ea subest. nu. 4. & 5.*

2 *Regularis potest dari obses pro monasterio.*

3

CONSILIVM LXXIV.

FRater quidam S. Frãciſci regularis Obseruantiæ professus, cũ esset inquietus, & insolens, faceretq; aliqua crimina, & delicta, propter quę fuit à Superioribus suis incarceratus, & detẽtus q̃ cũ de ipso carcere euasisset, & ita apostata per aliquod tempus extitisset, Romã venit, ac per S. Inquisitionis officiũ incarceratus propter aliqua delicta, & tandem

tandem coniectus, fuit ad triremes condẽnatus: & cum in ipsis existeret, à Turcis captiuus ductus fuit, vbi pessimã captiuitatem per annos nouem sustinuit: de qua exiens, cùm nollet ad religionẽ redire, iterum per dictum officium S. Inquisitionis in ciuitate Valentina fuit in carceratus, & postremo ad triremes per aliquot annos condẽnatus, quibus transactis, pœnitentiaq; completa, in libertatem deuenit: cõsulensq; sibi qũo magis Deo placere posset, timensq; fratrũ consortium, & communicationem, ne aliquando aliquis ob prædictas incarcerationes & condemnationes ipsi improperaret, aut contumelijs afficeret, cum sit nobilis genere, cupit vitam & statũ sibi assignari, vt melius securiusq; sublata occasione Deo inseruire possit. Quapropter desiderat sibi licentiam & facultatem impartiri, vt eodem habitu retento possit vitam heremiticã regulariter agere, vel in aliquo hospitali, vel Ecclesia, præstita per eũ obedientia loci, vbi fuerit, ordinario, siue Reuerend. suo tantummodo Generali. Quæritur, vtrum attentis supradictis possit in conscientia prædictus Reuerend. Generalis prædictam licentiam & facultatem concedere. Additur præterea in facto, prædictũ consulentem esse genere valde illustri & ingenio valde iracundo, & ad retaleã dum propensо, manuq: promptum: & quia verisimile est, multos fratres in multis locis multorum conuentuum, eidem si moretur in eis, frequenter apostasiam prædictam cum damnationis remigio, & infamia seruitutis prædictæ exprobraturos, & quod ipse eiusmodi opprobria nõ æquo aĩo laturus, sed per se, aut per cognatos & amicos retaleaturus, & excitaturus noua scandala, & tumultus, ob quæ denuo oportebit eum damnari, & cum opprobrio suæ gentis & ordinis ad easdem triremes remitti. Additur item, quandam affinem eius illustrissimam ædificasse monasterium discalceatarum, cui gratissimum esset, vt prædictus consulẽs seruiret eis pro sua eruditione, facundia, & arte dicendi, cõcionãdo tam eis, quàm alijs, cum decore generis sui, & decore ac commodo ordinis sui. Additur & tertio, multos proceres cognatos, & affines consulentis esse valde addictos & deuotos ordini suo prædicto Minorum, & probabiliter animos suos ab eo aliqua ex parte alienaturos, si viderint Prælatos eius nolle misereri consulentis tandiu & diuerse afflicti, sed velle ipsum duplici contritione conterere, contra [a] Nahum Prophetam, & cap. [quid ergo.] [b]

a cap. 1. b 23. q. 5. et 1

1 Pro parte negãte huius quæstionis *ea. ea vim-faciunt* primò illa tria argumenta, quæ *dicta. ead. formauimus* nos in nostro comm. 4. de *can. q. 4. reg.* [c] ad probandum clausuram religiosorum esse iure naturali vel diuino iust. *Statuimus.* sam: & cõsequenter à nullo humano su *19 q. 3. à* periore posse illã vlli religioso relaxari *nu. 29.*

Secundò, quòd nullus Prælatus inferior Papa potest contra legem Ecclesiæ etiam humanam, dispensare, nisi in casibus expressis, eo quod inferior non potest legem superioris tollere, vel arctare, [d] & ita communiter resoluitur in c. [at si clerici,] [e] vt constat clausuram *ferior.* 21. prædictam, etsi non lege Dei lege tamẽ *dist. et c. cũ* vniuersalis Ecclesiæ esse inductam, [f] & *inferior. de* nullo iure videtur cauĕri, vt Prælatus *maiorit. &* ordinis Minorum possit dispensare cir *obed.* ca prædictam clausuram tam latè, ac in *e §. de adul* quæstione proponitur: ergo, &c. *te. de iudic.*

Nõ obstantibus tamẽ prædictis pars *f c. placuit.* affirmatiua vt verior: Primò quidem *c. monachi.* per omnia illa, quibus in prædicto cap. 16. *q. 1.* [statuimus,] [g] satis perspicuè probaui- *g Et prædi-mus iure humano*, & non naturali, vel *cto. nu. 29.* diuino clausurã religiosis esse indictã.

2 Secundo, quod S. Tho. [h] communi- *h in 2. 2. q.* ter receptus, & à nobis relatus in cap. *q. 191. art.* [nullam,] [i] definit, quod Prælatus po- *4.* test dispensare cum monacho, vt ma- *s 18. q. 2. nu* neat extra claustrum, habitu suo reten- *me. 48.* to, ad subueniendum parentibus, qui in illius subuentionis necessitatem etiam k *ca. ex re-* post professionem inciderunt. *scrip. de tu-*

3 Tertio, quod ét pro debito monas- *reiur.* terij monachi possunt in obsides dari. [k] *l in cle. 2.*

Quartò, q̃ religiosus potest esse vica *de rescript.* rius Episcopi de consensu Prælati se- *q. 16.* cundum Cardinalem receptum, [l] & Ro *m nu. ult.* tam, quam nos citauimus in c. [nõ dica *12. q. 1.* tis, [m] potest item esse cubicularius Epi *n 19. q. 3.* scopi, vt diximus in cap. [statuimus,] [n] *nu. 15.* iuxta Panormitanum, [o] per c. [cum pa- *o in c. quan* storis.] [p] Procurator item patroni, ami *to. de offi. or* ci, vel principis, vnde vtilitas saltem *dm. nu. 1.* latens redundaret in monasterium, *p 2. q. 7.*

secundum

Universidad de Deusto
Biblioteca

a in c. cum I. & A. de re iudic.

secundum Innocentium receptum. [a]

4 Quintò, quòd Prælati ordinum possunt ex iusta causa eijcere ab ordine suo religiosos suos, etiam priuando eos habitu, vt in regulis B. Augustini, & B Benedicti exprimitur, & probauimus

b 12. q. 1. nn. 65.

nos in comment. cap. [non dicatis,] [b] contra Cardinalem. [c]

c in cle. ne in agro. §. quia vero. de stat. monach.

5 Sextò, quòd eadem ratione, qua potest hæc facere, poterit etiam alia de iusta causa dare religioso suo facultatem manendi extra monasterium, illa causa durante: ratio enim, cur in præcedentibus casibus potest Prælatus concedere facultatem manendi foris, est, quod iusta id causa exposcit in illis.

Septimo faciunt illa verba Augustini relata in cap. [prodest, [d] siue plectẽdo, siue ignoscẽdo, hoc solùm bene agitur, vt vita hominum corrigatur.] & cãdido animo perpensis omnibus, quæ in hoc argumento deducuntur, optimus modus corrigendi vitam prædicti consulentis videtur esse is, qui in sua petitione continetur. Tum quia per illum ouis errans ad suas caulas reducitur. Tũ quia ordinis Minorum decori consulitur. Tum quia splendor generis consulentis non contemnitur, & commoda, quæ à suæ gentis proceribus in ipsum ordinem manare solent, conseruãtur, & augentur. Tum quia generosum, ingenium, quod ægrè terroribus & pœnis flectitur, sæpè caritate atque beneficentia ad virtutem trahitur, & in officio sancto continetur.

d 23. q. 5.

Non obstant pro parte negante cita ta. Non primum: quia in primo argumento pro parte affirmante adducto, citatur locus, vbi perspicuè ꝓbatur clausuram monachalem non esse iure naturæ, neque diuino inductam.

Non etiam obstat secundum: quia in alijs argumentis probatur, posse Prælatum iusta de causa facere religioso facultatem manendi extra claustra: & in casu proposito, si omnes circunstantiæ in eo tactæ satis perpendantur, non tantum vna, sed multæ apparebunt causæ concedendi facultatem manendi honestè in locis honestis, meditando, & faciẽdo honesta extra monasteria aliquo modo in quęstione proposita. Salua, &c.

SVMMARIVM.

Apostatis à religione quomodo consulendũ, & nu. 2. & quid ipsi facere debeant, ad hoc ut obediant mandato eis facto, & prius requirant, an possint beneuolos receptores reperire. nu. 3.

Receptores beneuoli intelliguntur ij, qui possunt recipere et incorporare religioni.

CONSILIVM LXXV.

NEmo negare potest, apostatas, qui sui sacri ordinis habitu relicto vagantur, dignos esse regulariter vitupe-
rio, indignosq; auxilio. Tum quia manum ad aratrum missam contra consilium euangelicũ, [c] retrahunt. Tum quia multa addunt, & omittunt digna, quæ durè castigarẽtur, cùm cæteris paribus omnia in eis peccata sint aliquanto maiora, etiamsi ob solam circunstantiam religionis non fiant semper mortifera, quæ absq; illa solùm sunt venialia, secũdum S. Tho. receptum, [f] ob quæ & alia multi nullo eos alio remedio iuuandos putent, quàm vt redeant in monasteria, vnde exierunt, pœnas omnes quantũlibet graues eis paratas subituri: & quòd si redire noluerint, vel redeuntes non recipiantur ab eis, nulla præterea de illis cura habeatur, imò tanquam perditæ & derelictæ oues relinquantur à dæmonibus vt plurimum deuorandi.

e Lucas 9.

f in 2. 2. q. 188. art. 9.

2 Nos autem illis assentimur, qui putant, primum, eos qua parte fieri pót, tum blandiendo, tum terrendo inducẽdos esse, vt ad idem aratrũ, in quod manum miserant, redeant, & ita pareãt, vt contumacia & inobedientia, quibus vsi sunt, in duplicatam obedientiã & reuerentiam commutentur. Deinde, quod si ad id non potuerint induci, audiantur, ex quibus impediũtur, & iuxta illorũ varietatem eis prouideatur: alijs quidem facta facultate trãseundi ad alia eiusdẽ ordinis monasteria, alijs ad alias eiusdẽ ordinis prouincias, alijs ad alios ordines æquales, alijs etiam ad laxiores, cũ clausula tamen, vt in claustro more aliorũ indigenarum perpetuo uiuant: alijs, vt præstito obediẽtiæ voto aliquibus alicuius ordinis Prælatis ét non mendicãtis, & Superioribus eorum, qui recipiant onus reddẽdi de illis rationẽ Deo, possint

manere extra claustrum sub cura & regimine ipsorũ, & Superiorum eorum, qbus, sublatis primis, exhibebunt & indicabunt se esse obedientiarios ipsorũ, residereq; in tali oppido, vel loco, parati sibi in oĩbus licitis & honestis, de more probatorum religiosorum, parere. Postea vero si non inueniunt prælatũ, q sui ordinis habitũ eis tradere, & onus prædictum reddendi de illis rõnem suscipere velit, deligant episcopatum aliquem, cuius Epo præstita obedientia in suo episcopatu sub eius cura, vota paupertatis, & castitatis solemnia in habitu clericali honesto, de more aliorum eiusdem ordinis probatorũ obseruent, impensis Episcopi, vel de quęsitis per se honestè, facta eis facultate, vt ea in suos honestos vsus conuertere possint. Hæc omnia fundantur in eis, quæ scripsimus

a Super ca. statuimus. nu. 13.

in com. 4. de reg. [a] vbi postquã nixi fuimus probare ob multas causas esse miserendum fratrum Conuentualium nuper à suis sedibus in Hispanis deiectorum, laudando remedium præstitutum ab Illustrissimis Cardinalibus in id deputatis, monstrauimus non esse illud sufficiens, num. 16. in hæc verba.

3 Quęritur, an prędictum remedium prędictis fratribus Minoribus Conuentualibus à S. D. N. & ab Illustrissimis, ac pientissimis Cardinalibus in id deputatis tantæ multitudini plenè satisfaciat.

Ad quod respondeo primo, illud esse quidem prouidum, iuri consonũ, & magnũ magnæ religionis decernẽtium argumentum, non tũ plenè videri eis satisfacere. Tum per proximè dicta. Tum qa nulli, vel certè pauciſſimi satis æquo animo trãsẽũt ad alios ordines, alios habitus religiosos induturi: partim q parũ vmquã fuerunt eis benè affecti: partim quod credunt multa opprobria & cõuitia in illis se passuros: & vt Nicolaus Papa loquẽs de monastica vita ait, [b] q, qs non eligit, nec optat, profectò nõ diligit, qđ aũt non diligit, facilè cõremnit. Tũ quia feruntur plures quã mille: & palã est nõ posse oẽs illos inuenire tot beneuolos receptores ad alẽdos eos ꝓpetuo in claustra neq; apud Mẽdicãtes, neq; apud nõ Mendicantes. Adeo quidẽ, vt acceperim à fide dignis, & prudẽtibus, vix inuẽturos quadraginta hmõi

b in c. præsens. 20. q. 3

A bñuolos receptores in Hispania cũ onere ꝓpetuo tenendi & alendi eos in claustro. Tũ quia pauciſſimi, aut nulli eorũ quærunt apud oẽs nõ Mendicantes, sed solũ apud tres ordines iure cõi ꝑdicto expressos. Tũ qa ét apud illos tres pauci exacta diligentia, quæ eis præcipitur, quærunt, nec adeo cãdido & vero animo, ac opus esse, & req̃ri supra dr: & ita accipiũt ansam, vt ante exactam diligẽtiã quærẽdi eos apud Mẽdicãtes, quærant apud non Mendicãtes, cõtra verba & mẽtẽ S. D. N. & sic de remedio & medicina faciũt venenũ & exitiũ. Tũ quia vix vlli beneuoli receptores nõ Mẽdicãtes retinebũt eos ꝓpetuo in claustro, vt vernaculos, eo q quæ ét, & vtinã nõ fingãt causas, & occasiones emittẽdi eos extra claustra. Tũ quia vix poterũt ipsi ęquo & placido animo in eorũ claustris ꝓpetuo manere, priuati cõtẽtis in Clement. 1. [c] quæ priuat eos voce actiua, & passiua, & capacitate beneficij, & officij cuiuslibet, ét Vicarij, & Vicegerentis: adeo q ibi ait glossa, [d] qđ non pũt esse Sacristæ, Camerarij, & Castaldi, & Oeconomi, & cætera, nec prædicare. Quis autẽ eruditus, & benè moratus, quales sunt plurimi eorũ (ferunt. n. esse circiter centũ in sacra Theologia Doctores, & egregij ꝑdicatores) ferre possit ꝓpetuò cõmanere multis iuuenib. indoctis, & fortasis parũ benè moratis ꝑsuntib. eũ voce, officijs, beneficijs, ꝑdicatione, & alijs præeminẽtijs? iuicet is, qui ex se cognoscit, quæ sunt proximi sui, [e] & illud adagium glo. [f] Etiã alinus intumescit, cum per comparem apprehẽditur. Hæc ibi, & paulo prius num. 14 monuimus vsuros remedio prædicto Illustrissimorum Cardinalium, in hæc verba.

c de regul.

d in verbo officia.

e Eccles. 31

f in l. 1. §. veteris. ff. de acq. poss.

4 Quod ꝓlati ordinum, ad quos transeunt, nõ pũt eos recipere sine suorum Conuentuũ cõsensu pluſquã alios nouitios, quos ẽm cõem rõnem & cõsuetudinẽ receptã de consensu Cõuentuum suorũ recipiũt, vt dixi in c. nullã. & Quia verba illa, Beneuolos receptores, referũtur ad potẽtes recipere, & incorporare ordini. Vñ nõ sufficit ꝓstare obedientiã soli Prælato, vt ante Cõciliũ ꝑdictũ solebat fieri, sed oportet, vt de cõsensu totius cõuentus, vel maioris partis, recipiant, vbi nouitij sic solẽt recipi, cũ ad

g 18. q. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a cap. cum causa. cum gl. & et an nota. de off. deleg.

valoré actus non sufficiat volúntas sine ptáte, sicut nec ptás absq; voluntate.[a]

SVMMARIVM.

1 *Habitum religionis eiectus taliter quod ius repetendi monasterium illi non competat, gestare non tenetur, imò non potest: at qui exuit, & cui ius illud repetendi cõpetit, licet nõ recipiatur, ettamq; quod monasterij esset destructũ, non potest ẽt de licentia sui Superioris nõ portare, & hoc, ẽt dato, quod ex non gestatione nullum, et ex gestatione aliquod nasceretur scandalũ nu. 3. & si quis ob dictas causas bona fide crederet id sibi licere, posset, à peccato mortali excusari: qui tamẽ Roma moratur, deberet ad plenã tranquillitatẽ animi sui à Papa petere verbalem saltem licentiam. nu. 3. & 4.*

2 *Habitum non alienæ, sed propriæ religionis palam deferre tenetur professus, nisi eũ iusta excuset causa.*

CONSILIVM LXXVI.

VOlens Pontifex, vt monasterium S. Mariæ desolatũ per moniales inhabitaretur, ad illud transtulit Abbatissam cum D.C. & nonnullis alijs monialibus cum potestate accipiendi nouitias: sed intra biennium omnibus alijs ob aeris intemperiẽ mortuis, dicta C. ad mortẽ ægrota, recepta à primo monasterio parte suę dotis, ad propinquos se recepit, & recuperata sanitate, iussu ordinarij tanq; gubernatrix accessit ad duo alia monasteria: quibus destructis, cũ ad primũ omnino derelictum & pestilens redire non auderet, petijt se in primo recipi, & reiecta à Vicario Vrbis hoc oretenus accepit responsum, ut staret extra eũ meliori modo, quo posset, vñ ipsa ad euitandum scandalum, à se ipsa dimisso habitu proprij ordinis, accepit habitum religiosum in genere. Dubitatum fuit, an esset tuta in conscientia.

1 Pro parte affirmante facit, q̃ eiectus ab ordine non videtur teneri ad deferendum illum.

Pro parte verò negante facit, q̃ alia ratio vr de eiecto, qui non habet ius petendi, vt recipiatur in monasteriũ, alia de exeunte cum licentia, & habẽte ius petendi, vt recipiatur: & præfata consulens non est eiecta, sed honesta de causa, & de iusta Superioris licentia in alium locum ad pium opus missa.

Secũdo, q̃ præfatus D. consulens erudite allegat omnia substantialia, q̃ pro præfata dña allegari posse videntur, meritò, licet pro sua modestia noluit asserere oĩno partẽ, q̃ fulsit, esse verã. Tum quia regula generalis habet religiosum habitũ suum relinquentẽ esse ipso iure excõicatum.[b] Tũ quia licet eiectus ab ordine non teneatur deferre habitũ illius, imò iustè non possit, non tñ vllibi reperio scriptũ, q̃ destructo monasterio, vel nolente monachũ suũ recipere, ipse possit suũ habitũ relinquere auctoritate propria, neq; (vt puto) auctoritate Superioris sui, inferioris tñ Papa.

b cap. 2. ne cler. vel mo nach. lib. 6.

2 Tertio, quod non vr excusanda saltem in foro exteriori à gestatione habitus ordinis S. Benedicti, eo q̃ deferat aliũ, per quem significatur, q̃ sit religiosa, quia religiosus tenetur deferre specialem habitum suæ religionis, & patentem, nisi iusta quæpiam causa eum excuset, per ea quæ D. Consultor citat.

3 Quarto, q̃ dubitari posset, an iusta causa id faciendi conflari possit, partim eo q̃ noluerit recipere illam præfatum monasteriũ D. Ambrosij, partim quod Illustris. Vicarius super hoc ei nõ prouidit, partim q̃ tanto tempore ita incessit, partim q̃ nullum ex hoc generatur scandalum, & ex contrario aliquod nasceretur: & quidem certum est ex his conflari iustam causam dispensandi, & forte etiam nuo ad hoc vt ipsa non peccet, saltem mortiferè, bona fide gestando illum, per illud Innoc.[c] q̃ transgrediens ius humanum bona fide per errorem eius non bene intellecti non peccat mortifere, quod commendauit Baldus.[d] & Felyn.[e] quibus soleo addere D. Thom. & expressius Caietan.[f] vt est videre in Manu. confess.[g]

c in ea. per tuas, 2. de simon. d in l. ab eo. C. quomodo & quando iud. e in cap. 1. de re iud. f in 2. 2. q. 147. art. 3. g Pralu. 9. nu. 8. et me lius ca. 23. nu. 42.

4 Quinto, quod cum ipsa degat Romæ, ubi est præsentia summi Christi Vicarij, deberet ad plenam sui animi tranquillitatem impetrare à Papa, vel verbalem dispensationem, quam S. Sanctitas facile concedet, &c.

SVMMARIVM.

Habitu & ordine suum subditum regulares ob delicta & incorrigibilitatem priuare

uare potest Prælatus, eiecto autem, vt aliam ingrediatur religionem, iubere nõ potest, num. 2.

2 *Iudex nec extra locum sui territorij iudicare, nec in loco exempto præcipere quid potest, nec aliquid iubere pro tempore quo non erit iudex.*

2 *Inhabili tempore aliquid disponere, vel illud conferre in tempus quo erit inhabilis, parta sunt.*

2 *Clericus à iudice laico citatus, comparere non tenetur, nisi dubium sit, an sit clericus.*

3 *Eiectus ab ordine regularis tenetur se præsentare ordinario, sed Prælatus eijciens, id ei præcipere non potest.*

CONSILIVM LXXVII.

QVæritur primo, an Prouincialis fratrum Augustinianorum possit regularem suum subditum, propter delicta, & etiam incorrigibilitatem, priuare habitu, & ordine.

Secundo, an possit abijcere ab eis perpetuò.

Tertio, an possit iubere illi, vt ingrediatur aliam religionem strictiorem intra sex menses.

Quarto, an possit iubere, q̃, si non inueniet receptores, præsentet se coram ordinario, sub quo victurus est.

1 AD PRIMAM præfatarum quæstionum respondetur breuiter, q̃ sic, p ea quæ scribimus in cõmen. 2. de reg.[a] & in comm. 3. super cap. [nullam.][b]

2 AD SECVNDAM respondetur etiam quod sic.

2 AD TERTIAM, q̃ non: quia regulariter iudici extra territorium iudicanti nõ est parendum.[c] Vnde clericus citatus à iudice laico non tenetur corã eo cõparere, nisi sit dubium, an sit clericus, iuxta glossam receptam,[d] & iudici ordinario nõ paretur in loco exempto, vt tradit Decius cum citatis ab eo,[e] & quod, sicut iudex non potest iudicare extra territorium & locum, vbi hẽt iurisdictionem, ita non põt extra tps, intra quod hẽt illam, quia valet argumentum de loco ad tps.[f] Cum ergo Prouincialis habeat iurisdictionem in suũ religiosum, quanto tpe sibi subditur, & non vltra, iussum eius obligat illum, quanto tpe subditur illi. At, simul ac priuat habitu, desinit esse ei subditus: ergo non põt illo tpe illum obligare. Tum quia paria sunt, facere aliquid tpe prohibito, vel in tps prohibitum: nam, sicut donatio cõiugis facta coniugi tpe, quo est coniux, non valet, ita donatio sponsi, pro tempore, quo est futura cõiux, non valet,[g] & vt institutio, quæ incapax hæres instituitur, non valet, ita nec institutio alicuius capacis, pro tempore quo erit incapax, non valet.[h] 3 AD QVARTAM respondetur, q̃ illud præceptum valebit, quatenus est præceptum canonis, & Papæ, iubentiũ, vt regularis eiectus ab habitu & ordine regulari, subiaceat Episcopo suo in habitu clericali, per notata in c. fi.[i] non tñ valeret, quatenus est præceptum Prouincialis, & Superioris, ferentis sententiam depositionis ab habitu regulari, & ordine, p prædicta, & ea, quæ posuimus in comment. 2. de reg.[k] Salua, &c.

a Super ca. non dicatis. 12. q. 1. nu. 36. b 18. q. 2. n. 52. c l. fi. ff. de iurisd. omn. iud. & c. 2. de constitu. lib. 6. d in c. cõuenior. verb. congrueret. 23. q. 8. e in d. l. fin. nu. 2. f l. vinum. ff. si cer. pet. g in l. sponsus ff. de vir. & uxo. h in l. sponsa. ff. de donat. inter nec. i ad fi. de regul. k Super ca. non dicatis. 12. q. 1. nu. 33.

Pro his quę tradit auctor hoc cõs. 77. & 78. 79. ac 80. Aduerte prodens cõfessionũ auditor, ne hęc indulgentior Nauarri doctrina, quæ ex cõpassione, qua infirmioribus pœnitẽtibus afficiebatur, processisse vr, alicui in occasionẽ sibi ni miũ blandiendi existat. Nã cũ, vt ipse met ex vtroq; Thoma ait,[l] regularis ille sit in statu peccati mortalis, qui animũ tendendi ad perfectionem ẽm regulã non hẽt, vtiq; probabilior circa prædicta vr doctrina Soti, qui,[m] concludit, eum, qui ceu incorrigibilis à monasterio expellitur, tunc demum tutè in sæculo morari, si postquam seipsum (vt tenetur) correxerit, ad monasterium rediẽs, per seipsum nõ steterit, quo minus recipiat. Sed & alia auctoris cõclusio, qua asserit, per sñam, qua incorrigibilis iustè & diffinitinè ejicitur, adeo omnem obligationem, qua professus religioni tenebat, extinguere, vt non possit reuiuiscere, talemq; conclusionẽ nõ esse contrariam c. fin.[n] q̃ solum quo ad iniustè, vel per interlocutoriam eiectos procedit, periculosa pariter existit: qñquidem dicta decretalis expresè loquitur ẽt de illis eiectis, qui ẽm ordinem regularem non pñt amplius recipi: qui nõ pñt esse alij, q̃ iustè & diffinitiuè eiecti. Vr præterea hæc auctoris restrictio

l in comm. 1. de regul. nu. 10. m lib. 7. de iust. q. 2. artic. 1. ad fi. n de regul.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a Cõs. 134. singularis, sed & Federicus de Senis, [a] ita hẽt: Ad hoc vt monachus possit à clausstro plene absolui, necesse est, vt ad aliud monasterium, vel ad curam animarum transferatur. Vnde verior vt
b cap. 99. sñia Vberti super regulã S. Augustini, [b] quem sequuta est Illustrissima, & doctissimorum religiosorum abundantissima religio Prędicatorum, quæ in suis con-
c dist. 1. c. 19. stitutionibus, [c] in Capitulo generaliter habito Parisijs, [d] ita habet: Ille autem,
d 276. qui propter culpam suã eijcitur à Prælato, adhuc est subditus, sicut ouis morbida, quæ licet expulsa à grege, adhuc est pastoris: vnde talis expulsus non est absolutus ab obedięntia Prælati, quousque transierit ad aliquam religionem, & in ea professus fuerit, sicut ponit Magister Vbertus super regulam. Sanctus item Bonauentura super regulam S. Be-
e cap. 29. nedicti, [e] agens de illo, qui si tertio receptus, iterum eijcitur, nõ põt amplius recipi, ait: Aduerte quia hæc clausula refertur ad eiectũ, cui adimitur ius implorãdi officium iudicis, vt recipiatur, non aũt ad Prælatum, cui facultas non
f cons. 38. tollitur, s. repetendi. Federicus item [f] interrogatus qũo prouidendum esset illi, qui ex eo, q̃ eiectus ab ordine cum prohibitione delationis habitus, cum non posset impetrare, vt cum ordinis disciplina reciperetur, nec aliam religionẽ volentem eũ recipere posset inuenire, in habitu sacerdotali, non tñ oĩno religioso, viuebat in sæculo, rñdit, Epm debere curare, vt in aliqua religione recipiatur, & si id non posset, vt ipse eundem ad professionẽ in genere recipiat, & ei deputet habitum non clerici sæcularis, sed potius religiosum seu regularem, & det ei aliquẽ modũ viuendi, ita vt ẽt seruet vota. Ex quibus (licet id q̃d ait Federicus de professione emittenda in manibus Epi non hñtis monasteriũ, cui incorporetur, nõ sit modo admodũ certũ) colligitur fore forte magis tutũ, vt confessarij moneant sic eiectos, ne p̃dictis assertionibus ita superficialiter ad hæreãt, de illisq; sibi blãdiant: sed ipsis magis prospiciant, maximè stãte quodã priuilegio aliàs Minoribus, vt patet in
g concessione 161. eorũ monumẽtis, [g] cõcesso, quo aliæ religiones saltẽ per viam cõicationis gaudent, inhibẽte ipsis eiectis offĩm docendi E & prædicãdi, & quod ipsi ex dicta causa eiecti videntur effecti infames, vt notat Lapus, [h] sciantq; quod sicut translatus
h ad dictum cons. Fedesterij, nisi postquam factus fuerit monachus alterius, vt supra, [i] ita nec ipsi do-
i cons. 61. nec aliam profiteantur religionem, vel & 64. ad parochialem obtineant se transferri, desinunt esse monachi primi monasterij, & forte etiam alicui nouum videbitur, quod iustè eiectus, secundum auctorem, [k] qui tamen alibi videtur variare, k cons. 78. retineat ius contra monasteriũ, & quod monasterio in eiectum nulla reseruetur F potestas. Multa alia possent ad hæc adduci, quæ omitto, cum & hæc admonitionis metas iam excedant.

SVMMARIVM.

Eiectus per diffinitiuam ab ordine desinit esse sub potestate ordinis, nu. 2. vnde licentia Prælati ordinis ei nõ prodest, nec nocet quo minus possit aliam quamcunque religionem intrare, vel sub Episcopo in sæculo viuere, nu. 1. secus si iustè vel non diffinitiuè eiectus fuisset, & hi sunt quos Prælati tenentur requirere, & 1
G *reducere ad monasteria, nu. 3.*

Eiectum iustè & diffinitiuè, volentem reuerti, tenetur Prælatus ad formam c. fide regular. recipere, licet si eiectus nolit, non possit cogi, cum obligatio, qua tenebatur religioni, sit extincta, nu. 2. 2

CONSILIVM LXXVIII.

GEneralis N. seruatis seruãdis tulit sñiam diffinitiuã priuationis habitus, expulsionis ab ordine contra B. fratrem suũ pp demerita. Quęritur, an d.B. omnino remaneat exemptus à iu-
H risdictione prædicti Generalis, ita vt sine illius licentia possit, vel in sæculo viuere, vel ad aliam transire religionem.

1 Respondetur, q̃ prædictus Reuerendissimus Generalis nullã iurisdictionẽ hẽt super consulentem, quia per sñiam prædictam est exemptus à sua iurisdi-
l ff. de re iud. ctione, argum. l. [iudex posteaquam.] [l] m de offic. & c. [in literis,] [m] cum adnotatis eis ab alijs ibid. & à nobis in com. 2. super c. deleg. & c. fin. de reg. [non dicatis,] [n] consequenter eius licentia nec prodest, nec obest ei. n 12. q. 1. nu. 33.

Secundo,

2 Secundo, q̃ prædictus D. consulens A sine vllius licentia potest & debet manere in habitu clericali subiectus Episcopo suo, per ea, quæ nos scribimus in
a d. nu. 33. d. comment. [a]

Tertio, quòd æquè benè potest sine vllius licentia transire ad quamcunq; regulam, siue strictiorem, siue æqualẽ, siue laxiorem, quam posset intrare, si nunquam intrasset illam, à qua est iam solutus per præfatam sententiam, per quam extincta est obligatio, qua tenebatur illi regulæ: cum obligatio extin-
b l. qui res. §. areã. ff. de solut. cta non possit reuiuiscere, neq; impedimentum tollere, vel afferre. [b]

3 Quarto, q̃ non obstat prædictum B
c de regul. cap. vlt. [c] quatenus hẽt, Prælatos superiores ordinum teneri ad requirendum quotãnis fugitiuos, & eiectos, & cogere monasteria ad recipiendum illos, quia loquitur de fugitiuis, & eiectis iniustè, vel inordinatè per sñias interlocutorias, vel sine causæ cognitione latas, vel etiam de iustè & ordinatè eiectis, sed vo-
d num. 36. lentibus ad monasteria redire, vt latè respõdimus in d. comment. [d] Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Regularis eiectus de monasterio licitè potest in habitu clericali viuere sub obedientia Episcopi suæ originis, cui tenetur se præsentare, & cui exceptis necessarijs acquirit, quicquid acquirit, nu. 4. estque absolutus à religione, adeo vt non possit ab ea reuocari, nu. 2. & hæc sunt vera, modo fuerit non per collusionem, sed iustè iuriq; ordine seruato per diffinitiuam expulsus, nu. 1.*

2 *Monachus translatus legitimè ad Ecclesiam parochialem sæcularem liberatur à sua religione, nec etiam si postea illam dimittat, vel ea priuetur, vel deponatur, num. 1. potest reuocari ad clausstrum, sed remanebit sub Episcopo, nume. 2. & nume. 1.* D

CONSILIVM LXXIX.

AN expulsus à monasterio monachus, qui rogans suam receptionem non recipitur, possit manere in habitu sæculari clericali sub Episcopi obedientia.

1 Respondetur, q̃ sic, vt recte consuluit Federicus, [e] addendo idẽ esse dicendũ de monacho translato ad Ecclesiam parochialẽ, quales sunt multi canonici regulares monasterij S. Isidori, cui [o] corpus gloriosum honorificè ibi seruãt, & colitur, qua postea priuãt, vel deponĩt.
e cons. 38.

Cui addo, primum eius dictum intelligendum esse de monacho expulso iuri dicè, causa cognita, per sentẽtiam diffinitiuam, vel habentem vim eius, non autem de expulso per iracundiam, vel per collusionem Prælati, & monachi aliqua de causa exitum eius optantis, quod ali B quando fieri audiuimus: quoniã eiusmodi expulsio non valet. Tum quia facta per iracundiam nõ debent durare. [f] f c. diuortiũ Tum quia fraus & dolus nemini debent de pœnitẽ. prodesse. [g] Tum quia sententia lata dist. 1. ca. si iuris ordine non seruato non valet. [h] quis iratus.

Secundo addo, quòd monachus eiectus iuridicè, non solum quando rogat, g cap. sedes vt recipiatur in monasterium, & nõ re- Apost. de re cipitur, vt ait Federicus: sed etiam an- scrip. c. 1. de tequam roget, potest remanere in habi- collusione tu clericali sæculari sub obedientia Epi detegenda. scopi: quia de rigore iuris non tenetur h ca. ad no- redire ad illud, vt nos latè probamus in stram. il 1. C comment. 2. de regular. [i] de iureur.

Tertio addo, q̃ nõ solum monachus l. prolatam. priuatus, sed depositus Ecclesia paro- C. de sentẽ- chiali, ad quam fuit canonicè trãslatus, tijs & inter ratione cuius suberat Epo, potest, & de- locut. om- bet remanere sub obedientia Epi, sed ẽt nium iud. si sponte legitimè renunciauit Ecclesiã. i super c. nõ Tum quia in vtroque casu eadem ratio dicatis. 12. idem ius suadet: quia in vtroque casu q. 1. nu. 36. est absolutus à sua religione, & in neu- k in cle. 1. tro potest reuocari ad clausstrum, iuxta §. ad hæc. glossam singularem, [k] & probatur in de statu mo cap. [si quis iam translatus.] [l] nacho. i ver

3 Quarto addo, q̃ nullo iure videtur bo clausstrũ. probari id quod Federicus vbi supra, l 21. q. 2. & D scilicet teneri Episcopum ad assignan- c. quodam. dum aliquem locum huiusmodi mona- 16. q. 2. cho, in quo seruet substantialia suæ regulæ, ad quæ seruanda tenetur, licet ab alijs absoluatur, secundum omnes, sufficit enim, vt maneat, & viuat in aliquo loco honesto inter suos cognatos, vel amicos, vel solitarius.

4 Quinto, q̃ huiusmodi monachus tenetur adire Epm, & illi significare se esse monachum, & obedientiæ suæ subie-

Universidad de Deusto
Biblioteca

subiectum, & paratum iussis ipsius iustis obedire, vt possit Epⁱ curam eius, & vitæ suæ suscipere, & bona, quæ quæsiuit, exceptis necessarijs ad viuendum, reci-
a num.35. pere, vt tradimus in d.c. [non dicatis] [a]
b num.46. & rursus in c. [nullam.] [b]
18.q.2. Sexto addo, q̃ huiusmodi monachus remanebit subiectus Episcopo originario, cui ratione natiuitatis subijcitur, vel latè probauimus in d.c. [non dica-
c nu.34. tis,] [c] quicquid Federicus vbi supra aliter dicat. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Electus iustè tanquam incorrigibilis per diffinitiuam ab ordine, non potest cogi, vt ad ordinem redeat, nec vt ad alium transeat: & si id petijt, sed eius petitio non fuit admissa, ei non nocet, nu.2.*

2 *Electus diffinitiuè, etiam de voluntate superiorum rediens, fortè non potest sine noua professione recipi, saltem ad effectum, vt sic recuperet pristinum locum & gradum.*

CONSILIVM LXXX.

N. Professus ordinis S. Dominici fuit expulsus & abiectus à prędicto ordine per Superiores ordinis per sententiam propter incorrigibilitatem, & postea adhibuit diligentias, vt recipe retur à Prædictis Superioribus, & ipsi illum admittere recusarunt.

Quæritur primo, an prædictus N. tutus remanere possit in sæculo sub ordinarij loci obedientia, adeo vt nec possit cogi, vt ad ordinem redeat, nec ad aliũ se transferre teneatur.

Et licet, vt supra dictũ est, prædictus N. debitas adhibuerit diligentias, vt reciperetur: nihilominus tñ vlterius scié di gratia, Quæritur secundo: an tenebatur diligentias prędictas facere: quia vr. q̃ per solam expulsionem absq; prędictis diligentijs possit tutus in sæculo remanere, cum per expulsionem prælatus suus illum absoluerit à religione.

1 Ad Priorem quæstionem respondeo, q̃ potest prædictus N. remanere tutus extra suum ordinem & monasterium: ita q̃ si nolit redire, non possit cogi ad redeundum à confessario in foro interiori, nec ab vllo iudice in foro exteriori, vt nos latius quam alij determinauimus disputando quæstionem pro vtraq; parte in com. de reg. super c. [non dicatis.] [d] Quod autẽ minus possit cogi ad se transferendum ad aliam religionẽ, ea ratione irrefragabili probatur, q̃ nemo potest cogi ad crescendum per ascensum ad religionem, quam non est professus, textus cum glossa, vt est in c. [gesta,] [e] & quod nemo potest cogi ad virginitatem & castitatem, quã non vouit, seruandam, c. [integritas,] [f] & translatio ad alium ordinem, vel religionem, non potest fieri sine noua professione secundum omnes.

d 12.q.1.à nu.33.
e 74.dist.
f 32.q.1.

3 Ad Posteriorem quęstionem respondetur, q̃ eiectus ab ordine per sententiam cum causæ cognitione latam, non tenetur requirere, neq; rogare Superiores, vt eũ velint recipere. Tum quia id nullo iure cauetur, & ita non est asserendum. [g] Tum quia sentẽtia per lapsum decennij transit in rẽ iudicatam, [h] & res iudicata pro veritate habetur, [i] & contra rem iudicatam nulla partium auditur per viam iustitiæ. [k] Tum quia, vt ad priorem quæstionem respondi, nullatenus ipse compelli potest redire ad ordinem, si non vult: quãuis illa rogatio & requisitio nihil noceret ei, si non fuit acceptata à Superioribus, licet profit ad augendam bonã opinionem de animo eius erga religionẽ. Quin etiam forte addi posset nó posse ipsum redire ad suum ordinem ita, vt sine noua professione, etiã de consensu Superiorum, recipiatur saltem ad eum locum, & gradum, in quo ante sententiam erat: quod tamen, quia noue occurrit in Pœnitentia, neq; approbo, neque reprobo. Salua saniori sententia.

g c.legatur. 24.q.2. & §.considere mus.in auth. de trien. & semiss. collat.3.
h Auth. hodie.C.de appell. et c.cũ sit Romana.eo.tit.cũ eis adnota.
i l.res iudicata. ff.de reg.iur.
k c.cũ Bertoldus. de sent.& re iud.

SVMMARIVM.

Donatio facta ab ingressura monasterij, et. si possit defendi quod non comprehendatur sub verbis decretorum c.15. & 16. sess.25. de reg. attamen sub eorum mente comprehendi videtur. 1

Lex exorbitans & pœnalis extenditur, vbi si non extenderetur, frustraretur. 1

Intellectus c.15. & 16. Conc. Trid. sess.25. de reg. 1

CON-

CONSILIVM LXXXI.

NObilis tredecim annorum ingressura monasterium, antequam fieret nouitia, donauit bonam partem bonorum suorum suo patruo, eo q̃ decreuit intrare monasterium. Quæritur an
a ca.15. & 16. de reg. sess.25. valeat donatio, non obstante. [a] Concilio Tridentino.

1 Respondetur multa posse adduci pro vtraque parte quæstionis: nobis autem occurrunt duo breuiter respondenda. Alterum est, posse defendi propositum casum non includi sub verbis prædictorum duorum capitulorum. Alterum, consulendum & iudicandum esse prædictam donationem minimè valere, ratione illa nerua, q̃ lex etiam exorbitans & pœnalis extenditur ad alium casum, ad quem si non extende-
b De sent. excom.li.6. retur, frustraretur, iux. c. [si ciuitas,] [b] c.2. [c] adiuncta glossa, [d] quæ communis & recepta sententia est à Dominico & Franco, [e] & à citatis per eos: & si prædicta capp. non extenderentur ad hunc casum, passim frustrarentur: maximè autem extendenda videntur: quia donatrix hæc nobilis est, & paruula, & donauit parentibus, vel cognatis, quorum auctoritas est apud eam magna, & donauit facta expressa mentione de ingressu monasterij: & q̃ ille ingressus præconceptus mouet eam ad faciendam illam: quia huiusmodi puellæ facilius persuaderi possent ad donãda sua bona suis parẽtibus, cognatis, vel amicis, antequam ingrederẽtur, q̃ post ingressum. Quare arbitror futuram litem, si præfata donatio non muniatur aliquo firmo munimine, quia tñ vereor, ne præfata puella magis moueatur suasu hominũ quærẽtium magis, quæ sua sunt, quàm quæ Christi, non audeo consulere quòd mu-
D nimen fuerit firmum quo ad homines, cum nullum mihi videatur satis firmũ quo ad Deum, & D.N. Iesum Christũ, qui nos docuit nihil prodesse homini totum mundum lucrari, animæ suæ detrimentum patiendo. [f] Salua, &c.

c de vsuris. eo.lib. d verb. alter facta. e in c.1. de tempo. ord. lib.6.

f cap. Matthæus. de simonia.

Aduertendum referri sacram Congregationem censuisse, c.16. sess.25. de regul. sibi locum non vendicare in donationibus factis ante susceptum habitum probationis.

SVMMARIVM.

Donatio ab ingressuro religionem, antequã ingrediatur, & habitum probationis assumat, facta cum pacto, vt eo non professente esset inualida, censetur nulla ob non seruatam formam sacri Concilij Tridentini, nu.2. cui ea quæ in hac donatione seruata fuerunt, nec æquipollẽt, nec æquè vtilia sunt donanti, nec religioni, num.5. 1

Solemnitas requisita ad actum omissa, si sit leuis, non vitiat actum, secus si sit de forma substantiali actus, qualis est omnis à lege cum clausula irritante requisita, num.3. vel sub conditione, vel pro actu certo & determinato tempore agendo requisito, nu.4. 1

Intellectus c.16. sess.25. Conc. Trid. de reg. 5

CONSILIVM LXXXII.

AN donatio, seu renunciatio bonorum suorum facta occasione futuri ingressus in religionem ab eo, qui religionem nondum ingressus est, neque habitum suscepit, cum pacto, quòd in omnem euentum, in quem dictus donator ante professionẽ à monasterio exiret, dicta donatio esset nullius momenti, sit valida, non seruata forma præscripta in [g] Concilio Tridentino.

g c.16. sess. 25. de reg.

Pro parte affirmãte facit primo, quòd non refert quod de æquipollentibus fiat, [h] & videntur æquipollentia donare intra duos mẽses ante professionem cum licentia Episcopi, siue vicarij, & donare ante ingressum monasterij, cum pacto, vt non valeat donatio in vllo casu, quo ingressus, vel ingressa exierit de monasterio, quod intrauit. Secundo, quòd regula iuris, [i] est, [Plus continet in se minus.] & plus videtur prodesse ingressuro monasterium, quòd donatio non valeat in aliquo casu, quo ipse egrediatur de monasterio, q̃ quòd non valeat, nisi qñ fuerit facta intra duos menses ante professionem de licentia vicarij, quia facta posteriore modo nullo casu videtur reuocari posse: in priore verò sic, qñ exiret per dispensationẽ. Tertio, quòd omissio leuis solemnitatis non vitiat actum, [k] vt tradit Baldus, [l] quem & alios in hoc citat Felynus. [m]

h l. fin. ff. mand. & c. licet ex quæ dam. de pactis. cum sit. mil. i lib.6. in. fin. k l.1.§.fin. ff. de vent. in spic. l in l.1. ff. de liber. & post hum. m in c.cum dilecta, nu. 10. de rej.

Universidad de Deusto
Biblioteca

2 Non obstantibus tamen ijs pars negatiua videtur tenēda. Primo quidem, quod à verborum propria significatione non est discedendum. [a] At verba præfati Concilij, [b] accepta propriè, significant donationem huiusmodi, aliter q̄ in eo dicitur factam, non valere: ergo iudicanda est inualida.

a l. non aliter. ff. de legat. 3. cap. tua. de spōs. b cap. 16.

3 Secundò, q̄ actus factus contra formam substantialem à lege præstitutam non valet, [c] imò nec factus præter formam, cap. [prudentiam,] [d] at donatio facta priore modo videtur facta cōtra formam substantialē præstituram in præfato Conc. [e] ergo non est iudicanda valida. Quod aūt præfata forma sit substantialis, & non leuis, probatur ea ratione, quod forma præstituta per legem habētem clausulam irritantē, est forma substantialis, & non leuis, argum. l. [non dubium,] [f] & tradunt Fely. & quos ille citat, [g] & præfatum Concil. [h] continet clausulam irritantem, s. quod donatio aliter facta sit irrita & nullius effectus: & idem est, si forma daretur sub conditione, iuxta l. [prætor,] [i] & tradunt Felyn. & citati ab eo, [k] & forma præfata Concilij satis vī cōditionalis, quatenus ī effectu statuit, vt donatio si facta fuerit secundum illam formam, valeat.

c c. um dilecta. de rescript. d de offi. de leg. e cap. 16. f Et l. fi. C. de legib. g in d. c. cū dilecta. nu. 6. & 10. h cap. 16. i ff. de coll. bon. k in d. c. cū dilecta. nu. 6.

4 Tertio, q̄ solemnitas requisita ad agendum actum certo tpe, censetur inducere solemnitatem substantialē, iux. l. [scire oportet.] [l] per quam hoc dicit Bald. [m] & præfatum Conc. [n] præfigit tēpus præfatæ donationi faciendæ: ergo illa solemnitas est substantialis.

l §. conseques. ff. de excus. tut. m in auth. quæ supplicatio. sub fi. C. de precibus imp. offer. n cap. 16. o in d. cap. 16.

5 Quartò, q̄ præfati duo modi donādi non æquipollent sibi: nec forma, de qua quæritur, est tā fauorabilis ingressuris, q̄ forma statuta per Conc. [o] Tum quia forma præstituta à Concilio est fauorabilior professuro, vel professuræ, q̄ alia forma propter præsentiam Episcopi, siue Vicarij, quam requirit, quæ est magni momenti, vt renuncians renunciet sapienter, & non stultè. [p] Tum quia grauius est ingressuro monasterium facere donationem ante ingressum, & susceptū habitum, q̄ postea: partim quia causa, & c. perdit facultatem donandi alij postquā nisi esset vt suscepit habitum: partim quia parētes, vel cognati volentes quærere bona ingressuri, vel ingressuræ monasteriū, facilius possunt consequi suum propositum, persuadendo pueris, & puellis ante ingressum, vt donent sua bona sibi, vel alijs, quibus volent, quam posq̄ ingressi fuerint monasterium, vel susceperint habitum: eo quod sunt iuniores, & minus sapiunt, & plus subijciuntur parentibus, vel tutoribus, & plus habent timoris reuerētialis, vt palam est, è contra post susceptum habitum sunt liberiores, & sapientiores, & est eis minus timoris reuerentialis, & habent plures consultores religiosos, vel religiosas, q̄ vt personæ spirituales, & à mundanis separatæ, præsumuntur rectius eis consulturæ. Tum quia plurimum refert, an donationem faciant ante susceptionē habitus cum clausula, [vt nihil valeat casu, quo vellent exire,] an verò non valeat, nisi facta ſm formam Concilij, nā difficilius est donationes iam factas reuocare, & in statum pristinū redigere, q̄ eas non facere, & in statu pristino retinere, iuxta illud, [Turpius ejicitur, q̄ non admittitur hospes,] [q] & illud, [Melius est causam intactam seruare, quam post vulneratam remedium quærere,] [r] præsertim quod vt plurimum in huiusmodi donationibus addūt notarij clausulam constituti, per quam donatarij fiunt possessores, [s] & possessores multis modis suas possessiones defendere solent, iuxta illud, [Magnū est commodū quale præindiciū monasterijs, quæ incrementa possessionis.] [t] Tum quod ēt sit quale monasteria omni spe succedendi in bonis eorum per donationes, vel vltimas voluntates. Tum ob alia, q̄ consultissime vī sacrosanctum Concilium circunspexisse. Per quę palā est prefatos duos modos donandi longè differre, & non æquipollere: & sic cessant argumenta pro parte contraria formata.

p Argum. l. nō est verisim. ff. de eo quod metus causa, & c. nisi esset vt rumpat. de rab. q c. quemadmodum. de iureiur. r l. fin. C. in quib. cau. s leg. quod meo. ff. de acq. possess. t §. retinen. quia. Inst. de interd.

Aduerte quia refertur resolutum a sacra Congregatione dictum capit. 16. Concilij non habere locum in donatione facta ante susceptum habitum.

SVMMARIVM.

Liberatio tutoris facta ab ingressuro religionem, si sit inter viuos, etiam si sit scripta in testamento, subiacet irritationi sacri

Concil. Trid. secus si sit pars testamenti non habens effectum nisi sequuta morte testatoris: quia sacrum Concilium irritat quidem & sque ab initio obligationes, et renunciationes inter uiuos, nu. 2. sed non vltimas uoluntates num. 3. An autem etiam irritet renunciationem factam inter uiuos sub condītione quod nō valeat nisi sequuta professione, alia est quæstio. nu. 4.

CONSILIVM LXXXIII.

AN liberatio tutoris ab administratione, facta in testamento ab ingressuro religionem, sit valida?

1 Ad quæstionem hanc respondetur, quòd liberatio tutoris ab obligatione de reddenda ratione administrationis bonorum ingressuri monasterium in testamento facta fieri potest dupliciter, uno modo per viam contractus, siue dispositionis inter viuos, eo modo, quo contractus, & donatio irreuocabilis fieri potest in testamento, ita vt incipiat esse ualida irreuocabilis, & efficax à testamenti facti tempore, iuxta glossam finalem & Bartolū, [a] vbi latè tractat Aretinus & huiusmodi liberatio non valet, quia est quædam renunciatio, vel quædam obligatio ad non petendam rationem, quæ fieri nequit ab ingressuro. Alio modo fieri potest liberatio præfata in testamento non alterando naturā testamenti, & tanquam accessorium ipsius, ita quod maneat reuocabilis, sicut ipsum testamentum est reuocabile, & quod reuocato testamento censeatur reuocata eiusmodi liberatio, quomodo videtur fieri posse: sed tunc non remanet tutor liberatus ab obligatione reddendi rationem, nisi post mortē ingressuri, per quam testamētum firmatur. [b]

a in l. hare des pala. §. ff. de test. b c. cū Martha. de cel. miss.

2 Nec obstat dicere quod huiusmodi liberatio, & donatio, vel obligatio in effectu est renunciatio, vel obligatio facta adiecto modo, vt non valeat in omnem euentum, quo ingressurus exierit monasterium ante professionē, vt aliàs diximus non valere: quia responderi potest præfatam liberationem secundo modo factam non valere à principio plus quam ipsum testamentum, neque esse plus irreuocabilem, quam ipsum testamentum, immo esse quoddam accessorium eius, sine quo nullam uim habet, & in effectu esse vltimam voluntatem, qualis non est donatio, vel obligatio, de qua loquitur Conc. Trident. [c] & quod Concilium non loquitur de vltimis voluntatibus, neque consequenter de accessorijs earum, quæ sine illis consistere nequeunt.

c Sess. 25. de rep. c. 16

3 Non obstat etiam dicere, quod ratio, quæ iam mouit Concilium ad annihilandas renunciationem & obligationem inter uiuos, suadere videtur annullandas etiam esse vltimas uoluntates: quia in effectu sunt donationes, vel renunciationes bonorum sub conditione, [in euentu si non exierit monasterium.] Quia responderi potest negando illud: quoniam renunciatio, & obligatio inter uiuos ualet, & est efficax à principio: vltima vero voluntas nequaquam. Et si roges an renunciatio, uel obligatio conditionalis si professionem fecerit, ualeat, cum sit ineffieax usque ad professionem factam Respondetur hanc esse aliam quæstionem differentē à proposita, cui, cum uacauerit, Deo annuente respondebitur.

SVMMARIVM.

Irregularitatum dispensationes Papæ regulariter reseruatæ. 1

Religionibus fere omnibus priuilegium concessum est dispensandi cum subditis circa irregularitates, excepta bigamia, & mutilatione, ac homicidio uoluntario. 1

Episcopus originis regularem ejectum promouere potest. 2

Ejectus post professionem retinet dispensationem obtentam in religione. 2

CONSILIVM LXXXIV.

QVidam N. frater professus ordinis M. promotus iam ad ordinem diaconatus ejectus fuit ob sua delicta ab ordine, & exutus ordinis habitu. Quæritur, de cuius Episcopi uel prælati licentia ordinari possit.

1 Respondetur primò, q̄ si præfatus Dominus consulens fuit ejectus ab ordine prefato ob aliquod delictum inducens irregularitatem, à qua non posset Episco-

Episcopus absoluere, oporteret pro dispensatione recurrere ad Papam, si antequam eijceretur, non fuisset dispensatum cũ illo super ea per ordinis sui priuilegia, quia regulariter omnis irregularitatis dispensatio est Papæ reseruata,[a] licet fere omnes ordines, & religiones habeant priuilegia, per quę superiores earũ possunt dispensare cũ subditis suis sup omnibus irregularitatibus, excepta illa, quæ prouenit ex homicidio voluntario, & mutilatione, ac bigamia.

a cap. 1. de re iud. li. 6. cum ei adnot.

2 Secundo, q̃ si delicta, ob quæ fuit eiectus ab ordine, nõ inducebant irregularitatem, neq; aliam inhabilitatem, su per quæ non posset Episcopus dispensare, poterit eius diœcesanus originarius recipere illum, & si habet beneficiũ sufficiens ad honestè uiuendum, & est idoneus ætate, literatura, & moribus, ad sacerdotiũ, ordinare ipsum presbyterio, facta ei fide prius de alijs ordinibus rite in religione susceptis, & facta dispensatione, si qua fuerit necessaria, super inhabilitate, quam ipse sua potestate ordinaria poterit tollere. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Regularis quicquid acquirit, siue suo, siue monasterij nomine, siue impersonaliter contrahendo, suo acquirit monasterio: fallit in Minoribus de Obseruantia, qui acquirunt sedi Apostolicæ, nu. 2. quæ illis in actionibus actiuè succedit: passiue; autem non tenetur nisi de æquitate subire. nu. 3. at quæ ad tales per ultimas uoluntates deuenerunt, priorum dominorum remanserunt, nu. 2.*

4 *Regularis ordinis Minorum de Obseruantia, omnia, quæ per contractus acquisiuit tenetur Sedi Apostolicæ, cui hæc acquirũtur, ita iudicare, ut possit ea recuperare & habere.*

CONSILIVM LXXXV.

QVidam frater Minor de obseruantia apostata in sæculari habitu cõtrahendo quæsiuit aliqua iura & obligationes passiuas & actiuas: ita quod fuit factus multorum creditor, & multorũ debitor: & reuersus ad suam religionẽ, & ab omni apostasia liberatus.

Quæritur primò, quid fiet de huiusmodi creditis & debitis.

Secundo, an præfatus frater possit facere de omnibus obligationibus præfatis vnum memoriale, & instruere Prælatum suum super eis.

1 AD PRIMAM QVAESTIONEM rñdetur primò, quod præfatus Dominus consulens nihil sibi quæsiuit singulariter, nec monasterio, nec alicui suo: quia licet regulariter religiosi aliorum ordinum contrahendo utiliter quęrant suo monasterio vel ordini, iuxta doctrinam Innoc.[b] siue contrahant nomine suo, siue nomine sui monasterij, vel ordinis, siue impersonaliter, vt diximus in comm. 2. de reg.[c] post Bald.[d] Franciscanus tamen nõ potest id facere: quia monasteria & ordo S. Francisci sunt incapacia dominij, & possessionis omnium bonorum pecuniariorum.[e]

b in c. cum olim. 2. de priuil.

c Super ea. nõ dicatis. 12. q. 1. nu. 32.

d in l. seruus. C. de pactis.

2 Secundo, quod omnes obligationes actiuæ, aliaq; iura utilia quæsita per præfatum Dominum cõsulentem videntur pertinere ad Sedem Apostolicam, quia quæ quærerentur saltem per cõtractus monasterijs & ordini S. Francisci, si essent illorum capacia, videntur queri Sedi Apostolicæ, per præfatos §§. [ad hæc, & proinde.] Dixi, [contractus,] quia relicta eis per vltimas voluntates, & successiones saltem vniuersales ex testamento, vel ab intestato, videntur remanere caduca, per eosdẽ §§. & ea quæ adnotauit Cardinalis,[f] & præfatus Dominus consulens præfatas actiones quæ fuit per contractus: ergo illæ pertinent ad Sedem Apostolicam.

e c. qui sentit, de reg. iur. li. 6. & cle. 1. de cens. & l. si fundũ na. ff. de reg. iur.

f in d. §. pro exiui. eo. tit. & inde q. 2.

3 Tertio, q̃ maioris quæstionis est, an Sedes Apostolica, quæ succedit in obligationibus actiuis, & iuribus vtilibus, succedat etiam in obligationibus passiuis, quibus præfatus consulens, si fuisset habilis ad se obligandum, fuisset obligatus. Et disputando quidem teneri posset de rigore iuris non succedere, per aliqua quæ nunc non vacat scribere, cõsulendo tamen videtur respondendum, quod de æquitate teneatur, argumento illius senarij, [Commoda qui sentit, iungat onus emolumẽtis.[g]] & per quę dam alia, quæ non vacat nunc afferre.

g c. qui sentit. de reg. iur. li. 6. & clem. exiui §. pro inde. eo. tit.

Quarto, quod Prælatus prædicti consulẽtis prouidè faciet, si adierit S. D. N. & no-

& notũ fecerit hoc factum, & simul orauerit S. Sanctitatem, vt pro sua maxima benignitate dignetur cõmittere alicui fidæ personæ oẽs obligationes prædictas actiuas & passiuas, vt recuperet credita, & soluat debita, & reliqua impẽdat in eis, quæ suæ Sanctitati placuerint.

4 AD SECVNDAM respondetur, posse, debereq; D. consulentem scribere aliquod memoriale creditorũ, & debitorum, & scripturarum, ac testiũ, quibus ea, quæ oportet, probentur, & tradere illud suæ Sãctitati, vel personæ ab ea deputatæ, & postea, quoties oportuerit, informare præfatã personam deputatã de licentia sui Prælati, & seruatis eis, quæ seruanda forent per fratres sui ordinis, si vocarẽtur ad ferendum testimonium in causis alienis, abstinendo tñ ab eis, quæ sibi per præf. §§. [ad hæc, & proinde,] vetantur. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Bona donata tam à laicis, quàm clericis Minoribus de obseruantia, Sedi Apostolicæ. si sint iustè donata, acquiruntur, aliàs non.*

CONSILIVM LXXXVI.

AN minores fratres de obseruantia rerum oblatarum à rectoribus Ecclesiarum dominium, proprietatem, seu possessionem acquirant.

1 Pro resolutione quæstionis supponenda sunt nonnulla, & primò q̃ ex c. [exijt,][a] & Clementina, [exiui.][b] non colligitur aliqua differẽtia inter dominium, proprietatẽ, & possessionem rerũ oblatarũ, vel donatarum iustè à personis priuatis, & inter dominiũ, proprietatem, & possessionẽ oblatarum & datarũ à rectoribus Ecclesiarũ, & alijs clericis, si ab omnibus eodem modo, & æquè iustè ac liberè offerantur, vel dentur.

a de uerbo. sign. lib. 6. b eod. tit.

Secundò q̃ sicut dominium, proprietas, & possessio rerũ oblatarum, vel donatarum à laicis Minoribus de obseruantia quæritur Ecclesiæ Romanæ: ita dominium, proprietas, & possessio rerum oblatarum, vel donatarum à rectoribus Ecclesiarum, & alijs clericis, acquiretur Ecclesiæ Romanæ, vel Papæ,

modò æque iustè ac liberaliter offerantur, vel dentur ab unis, sicut ab alijs.

Tertiò, q̃ sicut multa sunt bona, quę non possunt iustè offerri, vel donari prędictis fratribus Minoribus à laicis sine licentia Papæ, ita multa bona sunt, quæ nõ possunt à clericis donari Minoribus sine licentia eisdem, & cum illa sic, & illa quæ iustè non donãtur Minoribus, non quæruntur Papæ, siue donentur à laicis, siue à clericis, & ea quæ iustè offeruntur, vel donantur ab vtrisque, quę runtur quo ad dominium, proprietatem, & possessionem ipsi Papæ.

SVMMARIVM.

Professio contra legem decretum irritans habentem est nulla. 1

Professio est ex utraque parte obligatoria. 1

Professio nulla in foro poli eget declaratione in foro fori. 2

Prælatus, quem scit nulliter professum, ex officio expellere potest. 3

Prælatus nulliter professum seruatis seruãdis expellat, num. 4. expulsus autem in vtroque foro est liber. nu. 5.

CONSILIVM LXXXVII.

AN qui de genere Iudæorum descẽdit, & contra statutum religionis ei notum factum, cum protestatione, vt nulla esset professio, si de tali genere descenderet, interrogatus negauit se de tali genere descendere, ob quam negationem fuit admissus, ad profitendum, ad quod non fuisset admissus, si fuisset confessus veritatem, sit verus religiosus?

1 Respondetur, primò videri præfatũ D. consulentem non esse vere coram Deo, & in foro conscientiæ religiosum. Tum quia professio fuit nulla, quia cõtra legem habentem decretum irritans facta. Tũ quia professio est in effectu vltro citroq; obligatoria, qua profitẽs se obligat monasterio, vel ordini ad seruiendum ei fm regulam eius, & contra monasterium ad alendũ, & tractandum eum secundum eandem regulam, & ita est necessarius consensus vtriusq; partis, tam præfati professionem acceptantis, q̃ ipsius profitentis, & in casu proposito

sito defuit consensus Prælati, quia fuit præstitus sub cõditione, si non esset de tali genere, & ita defuit cõditio, sub qua fuit admissus, & cõsequẽter ipsa admissio, quia dispositio conditionalis nulla est deficiẽte conditione. Tum quia deficiẽte causa regulariter deficit effectus.

2 Secundo respondetur, quod Dominus consulẽs quo ad præfatum forum conscientiæ cum licentia & sine licẽtia prælati posset exire à monasterio & ordine, sed castigaretur ĩ foro exteriori, si absq; licẽtia exiret: nec sufficeret oĩno qualis qualis licentia, sed requireretur iudicialis data cũ causæ cognitione, probatis, & seruatis, quę probanda, & seruãda sunt in tali iudicio, & causę cognitione cum sententia iudicialis ferenda sit secundum allegata & probata i

3 Tertiò, quod Prælatus in foro exteriori teneretur ad instantiã partis legitimę, scilicet accusatoris, vel denũciatoris, allegatis & probatis necessarijs dare præfatam licentiam, imò & iudicare illum eijciẽdum esse è monasterio, & ordine, & eijcere illum per suã sentẽtiam.

4 Quartò, quòd præfatus Prælatus, qui probabiliter credit eum esse de tali genere, ex officio suo, sine alio accusatore, vel denunciatore potest, & debet, prędmissa legitima causæ cognitione per viam inquisitionis, expellere illum à monasterio & ordine.

5 Quinto, quod si Prælatus ad instantiam legitimæ partis, scilicet accusatoris, vel denunciatoris, vel ex officio per uiam inquisitionis expulerit ipsum per suam sententiam legitimam ab ordine suo & monasterio, poterit ipse viuere vitam quam iustè uiuere posset, si præfatã professionem non fecisset, per iura, & rationes in his dictis insinuatas, & quæ extendi possent ab eo, cui per valetudinẽ & otium magis quam nobis id facere liceret. Salua, &c.

E *Transeundi ad religionem laxiorem solus à Papa potest facere facultatem.*
Facultas transeundi ad laxiorem à Papa 2
concedi debet ex iusta causa.

CONSILIVM LXXXVIII.

AN frater Carmelitanus translatus sine facultate Papæ ad ordinẽ fratrum Minimorum, cum licentia tamen sui superioris, quia eũ nolebat amplius religio retinere, teneatur redire ad suũ pristinum ordinem propter extrauagantem Pij V. § 1. [Quæcunque,] quæ statuit non posse recipi, nec retineri ab vlla religione fratres alterius ordinis, sed debere remitti ad proprios ordines?

1 Respondetur quod non, quia Pius V. non iubet per suam constitutionem, translatos ab vna religione in aliã, redire ad priorem religionem, sed tantum translatos virtute facultatum & priuilegiorum particularium cõcessorum à Sede Apostolica speciatim contra ius cõe aliquibus monasterijs, vel religionibus, vt possent accipere apostatas, vel aliquos alios aliarum religionum. Et frater Carmmelita, de quo quæritur, non transiuit ad fratres Minimos virtute hmõi facultatis & priuilegij specialis, sed virtute iuris canonici, quo licet omnibus de religione laxiori ad arctiorem transire, iuxta c. [licet,] [a] iuxta quod possunt hanc facultatẽ superiores dare. *a de regul.*

2 Quod autem diximus in comm. 4. de reg. [b] esse necessariam licentiam Papæ, ibi id asserimus de facultate transeundi ad laxiorem: & intelligendũ est de potentia id faciendi cum causa: alioquin etiam facultas concessa à Papa trãseundi ad laxiorem sine iusta causa, non valeret, & præfatum cap. [statuimus,] [c] de proprio significatu verborum æquè comprehendit eas, ac alias à suis Generalibus concessas. *b Super eo. statuimus. nu. 10.* *c c. 19. q. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Bulla Pij V. contra translatos intelligitur de translatis uirtute priuilegiorum contra ius commune.*
1 *Religiosi de iure communi possunt transire ad arctiorem cum licentia suorum superiorum.*

1 *Tempus omne à iure statutum in dubio cẽsetur esse continuum.*
2 *Professio metu facta est ipso iure nulla.*
2 *Votum metu factum est ipso iure nullum.*
2 *Professionem religionis annullare sufficit (etiam quo ad forum exterius) metus reuerentialis minor iusto timore, modo sit talis, sine quo professio non fuisset facta.*
2 *Actus metu factus non ligat agentem quoad forum conscientiæ.*
4 *Professio ipso iure nulla non ratificatur ex longa mora in religione, nisi sciat esse nullam, & persistat animo ratificandi.*
Professionem tacitam non inducit gestatio habitus indistincti per annum, & ultra, nisi fiat ante professionem expressam.
4 *Actum unum semel faciens expresse, frustra facit iterum illum expresse, & multo magis tacitè ut stipulans, locans, mãdans, & appellans & nu. 5.*
5 *Professio tacita non inducitur solum faciẽdo actum ad professum tantum pertinẽtem, quando illum fecit post professionẽ expressam nullam, nisi alia concurrãt, & sciat esse inualidam iam factam, & per talem actum induci professionem, et persistat in animo approbandi.*
5 *Sciens professionem prius expresse emissam fore nullam, si à die scientia per annum continuum in religione perseuerat animo illam ratificandi re uera, tacitè profitetur.*
6 *Professionem inualidam emittẽs, licet diu perseueraret per errorem, si post cognoscẽs esse nullam exeat, & vxorem ducat, tutus est in conscientia.*
7 *Professio inualida nullam obligationem inducit professum obligantem ad intrandum aliquam religionem in genere.*
7 *Scandalum etiam pusillorum potest facile desinere esse scandalum, reddendo iustam rationem, & monendo eos falli.*
7 *Ob scandalum proximi rationabile nemo tenetur relinquere bona spiritualia, nec temporalia.*
8 *Ob scandalum etiam pusillorum uitandũ relinquenda illa, quæ sine peccato mortali relinqui possunt.*
8 *Intellectus uerus capitu. 2. de nou. operis nunc.*

A *Creditores à debitoribus & iniustis detentoribus sua repetere Ecclesia sanctè permittit.*

CONSILIVM LXXXIX.

CVm de iure statutum sit, quòd duplex sit professio, tacita, & expressa, & Dominatio tua doctissime in suis commentarijs de reg. præsertim super c. [cui portio,] [a] & super cap. [statuimus, [b]] idem affirmet: & cum ad professionem expressam quatuor requiran- *a nu. 18.* *b nu. 73.* *& seqr.*
tur: Primum, vt fiat in manibus Abbatis, aut habentis facultatem incorporãdi in monasterio iuxta c. [porrectum,] B de regularibus vbi Innoc. & Panormit. dicunt, quòd si quis professionem fecerit coram, & in manibus alterius monachi, non esset professio. Secundum ex Concil. Tridentino, [c] qui facit professionem, opus est vt adimpleuerit decimum sextum annum, siue sit vir, siue fœmina, aliàs nullius efficaciæ erit professio illa; olim ius commune aliter habebat, nam in viro exigebatur decimus quartus annus, in fœmina duodecimus cap. [significatum, & c. cum virum.] de C reg. Tertium ex eodem Concilio ut sit post annum probationis, vnde ante id tempus nulla est professio, & est ét contra ius antiquum: nam in c. [constitutionem, [d] habetur, quod in solis Mendicãtibus debet esse annus elapsus, in alijs potest fieri ante annũ. Quartum debet esse cum habitu, ita vt per annum integrum gestet habitũ aliàs non: & hoc est contra ius antiquum, vt habetur in ca. [porrectũ.] de reg. Et cũ tacita professio quatuor modis fieri possit. Primò, quando quis immiscet se in actibus professorum, dummodo deferat habitum, ut habetur in c. [vidua.] [e] Secundo, quando D elapso anno gestat habitum differentẽ nouitijs & professis: si tamen esset habitus distinctus, etiamsi maneat viginti annos non est professus. Tertio, quãdo est distinctus habitus, & induit habitũ professorum, & gestat per tres dies, est [f] professus. Quarto, [g] qũ gestat habitũ *c sess. 25. c. 15.* *d de reg. in 6.* *e de reg.* *f in c. ad no* *gul.* *g in c. con-* *de re*

Universidad de Deusto
Biblioteca

si centum anno s maneat, non tenetur, cogetur autem in foro exteriori: sed iã ista post Concil. Trid. cessant: nam post Concilium debet præcedere annus probationis etiam in foro exteriori, & post illum est iam tacita professio.

1 Quæritur, quando sit valida, vel inualida professio.

Respondeo, quod professio in quauis religione tam virorum, quam fœminarum est ipso iure nulla, si fiat ante decimum sextũ annum expletum, per Con- *a Sess. 25. cap. 15. de reg.* cil. Trid.[a] Secundo est ipso iure nulla, si fiat ante finem anni nouitiatus à suscepto habitu currentis per d. Concilium. *b vbi sup.* [b] Tertio annus nouitiatus non cẽ *c Alleg. 47* setur esse completus, nisi sit continuus *d de reg. li. 6.* vt probat Lapus Abbas,[c] & probat textus in c. 1.[d] ibi, [Per totum annum,] & Dominicus & Francus, & ratio, quam affert Lapus, est, quia omne tempus à iure statutum in dubio censetur esse cõ- *e l. 1. ff. de var. et tẽp. præcept.* tinuum.[e] Idem probat Syluester,[f] & citat alios in suam sententiam.

2 Quarto professio metu facta est ipso iure nulla,[g] sicut & votum metu factum est ipso iure nullum, iuxta glossam receptam,[h] vt diximus in Manual. conf.[i] & quamuis quo ad forum exterius oporteat metum esse iustum, & talem, qui etiam in constantem virum cadat, iuxta l. [metum,[k] tamen quo ad forum exterius, sufficit metus etiam reuerentialis minor iusto timore, iuxta glossam,[l] vt diximus in Manuconf.[m] intelligendo de metu minore, tali tamen, sine quo non fieret professio, vt diximus in d. Man.[n] Præterea, nullus actus metu factus ligat agentem, quoad forum conscientiæ, ex mente Hostiensis & Ioannis Andreæ.[o] & Adrianum,[p] vt diximus in dicto Manuali.[q]

3 Quinto professio ipso iure nulla, non ratificatur ex eo, quod sic professus persistat longo tpe in religione quã professus est, sed oportet, ut sciat illam esse nullam, & animo approbandi & ratificandi eam persistat, vt ait Caie.[r] quem nos sequimur in d. Manuali.[s]

4 Sexto gestatio habitus indistincti ab habitu nouitiorũ per annum & vltra non inducit professionem tacitã, nisi gestatio illa fiat ante professionẽ expressam: quia ratio, quare per gestationẽ habitus annalẽ præsumitur tacitè fieri professio, est, quia gestãs habitum, præsumitur habere animum profitendi tempore debito, scilicet finito toto anno nouitiatus: at qui gestat habitum post professionem expressam factam, non præsumitur habere animum profitendi in fine anni nouitiatus, quia iam expresse fecit eam & gestat habitum tanquam professus, & non tanquã professurus: & confirmatur, quia qui facit vnũ actum expresse, frustra facit iterũ illum expresse, ergo quãto magis si faceret illũ tacitè, vnde qui aliquid stipulatur semel, frustra iterum idem stipulatur,[t] etiam si ex interuallo secunda vice stipuletur, vt communis ibi concludit: & qui semel legat aliquid frustra iterum idem legat,[u] & qui semel mandat aliquid, frustra iterum idẽ mandat, iuxta l. [licet,][x] adiuncta glossa faciunt etiam alia quę Iason & alij congerunt,[y] & ita qui dicit, [appello, appello,] semel tantum appellat vt ait glossa,[z] à Panor. & ab alijs recepta.

5 Septimo, professio nõ inducitur ex eo, quod nouitius facit actũ aliquem ad professum tantum pertinentem, vt dicere in capitulo suam sentẽtiam, accipere sacros ordines, &c. sed oportet, vt talis nouitius non sit prius expresse professus, vt de gestatione hábitus dictum est: & sic intelligendum est c. [vidua.[a] Oportet præterea ut talis nouitius accepetit habitum professorum distinctum ab habitu nouitiorum, vt declarat Panor[b] & nos in nostro com. super c. [statuimus.[c] diximus. Oportet prẽterea vt talis nouitius sciat per hmõi exercitiũ actus professionem induci, vt Innoc. receptus dicit.[d] Oportet demum vt talis absolueritfinem anni nouitiatus post Concil. Trid. Quare qui professionem emisit inualidam, vel quia ante ætatẽ, vel quia ante finem anni nouitiatus, vel quia metu emisit, non censetur tacitè profiteri, vel quia longo tempore manet in religione, vel quia gestat habitum indistinctum ab habitu nouitiorũ, vel quia facit actum professorum proprium, quãdiu putat professionem, quæ re uera est ipso iure inualida, esse ualidam, & manet, & gestat habitum, & facit actum ad ratificandum, quam putat ualidam errans:

t l. qui bis idem. ff. de verb. oblig. *u l. cum. §. fin. C. de legat.* *x §. ea obligatio. ff. de procur.* *y in d. l. qui bis idem.* *z in c. Lucharius. 31. q. 2. & in c. sua nobis. de appell.* *a de regul.* *b & b in d. c. dua.* *c nu. 73. & seq.* *d in d. c. dua.*

e l. si per errorem. ff. de iurisd. omnium iud. errans: & ignorans non censetur consentire,[a] sed tunc tacite censeretur profiteri, & re vera profiteretur, quando sciens factam iam professionem esse inualidam ob aliquam præteritarum cautarum, & ad ratificandã & approbandã eam persistit in religione integrum annum à tempore, quo sciuit eam esse nullam, annum inquam continuum, & non interpolatum, scilicet, vt semper habeat intentionem illam ratificandi. Idem dicitur de gestatione habitus, & de actu.

6 Sed quęris, an qui inualidam emisit professionem, & mãsit in religione multis annis, putãs eam esse validam, postea vero cognoscens eam esse inualidam, & nullam, non solum nõ approbat, sed redit ad sæculum, & ducit vxorem, sit tutus in conscientia, cum nullum habeat aliud canonicum impedimentum.

7 Iam respondimus ad casum cuiusdã Germani, esse tutum in conscientia. Tũ quia professio inualida nullum inducit effectum, neq; vllam obligationem, vt habet Concil. Trid.[b] adeo quod neque professum facit religiosum in genere, scilicet obligatum ad intrãdum aliquã religionem, sicut ante præfatum Conc. Trid. obligabat, iuxta c. [non solum.[c]

8 Tum quia scandalum quod daretur per hmõi coniugium, vel esset Pharisæorum, & non cauendum, vel si pusillorum, & cauendum, eo quod bona fide crederent aliqui talẽ esse verè professum, potest tñ facilè fieri, vt desinat esse scandalum pusillorũ, monendo illos fatli, reddendo rationem veram, & iustam: quod si post hmõi rationem noluerint acquiescere, scandalum patientur non pusillorum, sed Phariseorum, vt D. Th. ab oĩbus receptus definit,[d] concludens neminem teneri ad relinquenda bona spiritualia, neq; temporalia propter scã dalum proximi, quod patitur, eo quod nõ aquiescit rationi, & monitioni probabili sibi redditæ pro quo est illud uenerabilis Bedæ, [Vtilius est scandalum nasci, quã quod veritas relinquatur,][e] cuius gl. & comm. Pano. & aliorum sunt in præfata resolutione. Ex quibus etiã colligitur verus intellectus c. 1.[f] quatenus habet pro vitãdo scandalo relinquenda esse illa, quæ sine peccato mortali relinqui possunt: intelligendum

a 2. 2. q. 43 art. 2. pen. & vlt. *b De reg. lib. 6.* *c c. qui scãdalizauerit de regul.* *d 2. 2. q. 43 art. 2. pen. & vlt.* *e c. qui scãdalizauerit de regul.* *f de no. ope. nunciat.*

enim est de scandalo pusillorum, nõ aũt Phariseorum, & malignorum: non enim tenetur quis pati rapinam, furtum, retẽtionem iniustam suorum bonorum, eo quod raptor, fur, & vsurpator scandalizetur per repetitionem à se coram iudice competente petitam, & vsq; ad sententiam exercitam, quia id esset præbere occasionem rapinis, furtis, & vsurpationibus, vt ex D. Gregor. allegato à S. Tho. s colligitur, & ex praxi totius Ecclesiæ Christianæ, quæ sancte permittit dominos & creditores sua bona & debita à suis debitoribus & detentoribus repetere. Et licet sic professus posset absque peccato vitam cælibem ducere, nõ tamen tenetur id agere propter scandalum eorum, qui, probabili ratione sibi reddita, in sua pertinacia persistunt, ut diximus in nostro Manu. conf.[h] in nostro com. 4. de reg. super c. [nullum.][i]

g in d. art. vlt. *h c. 14. nu. 31. l. & nu. 44. et c. 24. nu. 32.* *i nu. 35.*

SVMMARIVM.

Monachi ex antiquis originarijs regulis nullum suffragium uel uocem habebant in Capitulo. 1

Prælati secundum recentiores regulas tenẽtur regere cum consensu uel consilio sui conuentus, uel consiliariorum. 2

CONSILIVM XC.

DVbitatur circa c. nullam,[k] quatenus probat, quòd totum regimen monasterij pertinet ad Abbatem, siue prælatum, & non ad monachos.

1 Respondeo id procedere secundum illas regulas originarias & antiquas, secundum quas monachi nullum suffragium, vel vocem habebant in Capitulo.

2 Verum hoc non habet locum secundum regulas recentiores secundũ quas prælati tenentur regere cum consensu vel consilio sui Conuentus, vel consiliariorum. Et de hac materia vide quæ scripsimus super c. [non dicatis,][l] & c. [nullam,][m] & c. [statuimus,][n] vbi profunditissime tractatur de ea.

k 18. q. 2. *l 12. q. 2.* *m 18. q. 2.* *n 19. q. 3.*

SVMMARIVM.

Consecrari non potest consecratione uirginum monialis, si constat esse corruptam. 1

Vidua

Universidad de Deusto
Biblioteca

2 *Vidua potest vouere solemniter expresse & tacitè castitatem, & velum professionis suscipere.*
2 *Viduę possunt benedici benedictione viduali etiam inter virgines.*
2 *Nouitia siue virgo, siue vidua, vt pōt exire de monasterio, si ei non placet, ita monasterium potest eam excludere.*

CONSILIVM XCI.

AN Monialis, de qua iudicialiter cōstat esse corruptam, nec ipsa id negat, imò fatetur, possit consecrari?

1 Respondeo primò, quòd non consecratione virginum, per textum c. [acutius,] [a] etiam ad euitandum scandalum vt ait S. Thomas. [b]

2 Secundò, ꝙ vidua licet non debeat consecrari consecratione virginum, pōt tñ vouere solemniter etiam tacitè ipso facto castitatem, & velum professionis suscipere & portare per textum ca. [vidua,] [c] & benedici benedictione viduali sicut bonæ, ēt inter virgines, vt in Rat. diu. offic. [d]

3 Tertiò, ꝙ monialis, de qua est quæstio, pōt benedici benedictione viduali, de qua in Pontificali, mutando verba viduitatem sonantia in alia honesta, scilicet innupta, deuota, serua Christi, Deicola, iuxta S. Tho. [e] Et sicut nouitia intra annum probationis potest exire de monasterio, si ei non placet, ita monasterium potest eam excludere. [f]

a 26. d. c. de votis. c. iuuenculas. 20. q. 2.
b lib. 4. sent. dist. 38. q. 1. art. 5.
et li. 3. dist. 33. q. 3.
c de regul.
d lib. 2. c. 1. vinu. 48. et c.
sicut bonæ.
ca. videtur. 27. q. 1.
e 2. 2. qō. III.
f c. ad Apostolicam. de reg. & c. 1. c. non solū. eo. tit. lib. 6.

De conuersione coniugatorum.

SVMMARIVM.

1 *Sponsa sponsum ingressum religionem ipsa renuente iure per tempus duorum mensium tantum, vel arbitrio iudicis statuēdum, expectare tenetur, at post sacrum Concilium tenetur expectare per integrum annum nu. 4.*
2 *Leges generales, siue sint priores, siue posteriores, limitantur per speciales & per rationem alterius legis.*
3 *Lex generalis præsertim vniuersalis, & negatiua, vniuersaliter intelligenda, licet maior ratio in vno casu militet, quam in alio.*
Legum nouatio, limitatio, & extensio citra & vel vltra verba ipsarum nō videtur vtilis, cum sit quædam legum mutatio, quæ non ob quamlibet maiorem utilitatem, nisi sit maxima, est facienda.

CONSILIVM PRIMVM.

AN Sponsa de præsenti, cuius sponsus, ipsa renuente, ingressus est religionem, habitumque suscepit tandiu expectare teneatur, donec elapso ꝓbationis anno professionē emittet, iuxta decretum [g] Conc. Trid. [h] vel prælapsi possit spōso aliquis terminis, iuxta quē vel profiteatur expresse, vel ad spōsam redeat, iuxta cap. [ex publico,] de conuers. coniuga.

1 Respondetur, ꝙ pro parte negante facit primò, quòd à iure antiquo non est recedendum, nisi quatenus per ius nouum recedit. [i] At expresse lege antiqua, [k] cauetur, ne huiusmodi spōsus, vel spōsa teneatur expectare vltra duos menses, vel extra tempus arbitrarium, iuxta cap. [commissum.] [l]

2 Secundo, quod sicut leges priores generales limitantur per leges posteriores speciales, ita & leges posteriores generales limitātur per leges priores speciales iuxta l. [sed & posteriores,] [m] & l. [in toto,] [n] vbi late Decius, [o] & probatur, & amplificatur per duas glossas solemnes. [p] Cum ergo prædictum cap. [ex publico,] sit lex determinans speciem casum de sponso, vel sponsa de præsenti nolente intrare religionem, censendum est limitare legem generalem Concilii Tridentini ne habeat locum in illo casu speciali.

Tertio, quòd longe maior ratio limitandi tempus inuenitur in hoc casu speciali, quam in alijs: quia in eo tractatur de grandi præiudicio tertij, de quo non agitur communiter in alijs nouitijs: & lex generaliter loquens non solum limitatur per legem specialem, sed etiam per rationem alterius legis, ſm Bald. [r]

3 Pro parte aũt affirmante facit primo prædictum Concilium, [s] quod generaliter, imò & uniuersaliter, & negatiuè prohibet fieri professionē ante finē anni

g cap. 15.
h Sess. 15.
de reg.
i l. præcipitamus. C. de appell.
k c. ex publico. de cōiug.
l de sponsa.
m ff. de legib.
n ff. de reg.
o tur. lib. 6. reg. 7.
p in l. sciendum ff. quod dum. satisd. cogat. & auth. ofa. de lite. con test.
q ca. 15. de reg. Sess. 25.
r l. de pretio. ff. de publ. in rem actio.
s cap. 15. de reg.

anni nouitiatus: & lex generalis, præsertim vniuersalis, & negatiua, vniuersaliter est intelligenda. [a]

Secundò, ꝙ negatio quidquid post se inuenit destruit, & contrarium eius ponit, iuxta glossam celebrem & receptam, [b] & prædictum Concilium, [c] per negationem prohibet, ne intra prædictum annum fiat professio.

Tertiò, ꝙ regula prædicta de lege generali generaliter intelligenda procedit etiā qñ maior ratio inuenitur, quare non debeat includere vnam speciē, ac aliam, vt ait Dec. post alios, [d] per textum in hoc memorabilem, [e] qui tñ communiter est vitiatus, quatenus habet affirmatiuè, [puto verum] pro [non puto verum,] vt ratio sequens necessario cōcludit esse emendandum, vt adnotauit Anto. Augustī. [f] Cum ergo lex Concilij prohibeat generaliter, imò vniuersaliter, & negatiuè, ne quis professionem faciat ante finem anni nouitiatus, habebit etiam locum in casu proposito, esto maior ratio limitandi eam inueniatur in eo vt plurimum, quàm in alijs.

Quartò, ꝙ ad solum principem videtur pertinere temperare legis rigorem per iuris æquitatem non scriptam. [g]

4 Quintò, ꝙ licet vno respectu æquius videatur, vt seruetur ius antiquum, de quo in d.c. [ex publico,] alio tamen vt̃ æquius, vt nouū seruetur potius in hoc casu, quàm in alijs. Tum quia frequenter contrahentes matrimonium pœnitet statim contraxisse, & turbati illa pœnitentia refugiunt ad remedium religionis, quā facilè profitentur, quod postea dolent fecisse. Tum quod maior est necessitas probandi religionis austeritatem ei, qui tam alienus fuit à religione, vt peruenerit ad contrahendum matrimonium, q̃ alijs, qui nō tantùm se elongarunt. Tum quod vtilius vt̃ relicto, vel relictæ in sæculo, vt relinquens probet integrè austeritatem religionis, q̃ partem eius: quoniam magis potest sperare, ꝙ probata integre austeritate illius pœnitebit ingressus, & rediòit ad ipsam, quàm si solum ex parte probasset.

Sextò, ꝙ nouatio & limitatio, vel extensio legum citra vel vltra verba ipsarum, nisi efficacissima ratione vrgente, non vt vtilis: qm̃ est quædam mutatio

a c. solite. §. fi. de maio. & obedien.
b in c. cum dilecta. de consuet.
c cap. 15.
d in consil. 669. nu. 3.
e in l. 1. §. quod autē. ff. de ale. lu. & alea. to.
f Emenda. lib. 4. c. 17.
g l. 1. C. de legib.

A legis, quam non expedit fieri, etiam ob maiorem vtilitatē, nisi fuerit maxima, h ff. de constit. princ. i 1. 2. q. 97. art. 2.

SVMMARIVM.

Religio S. Ioannis est vere religio, in qua tam professentes ad chorū, quàm ad militandum, similem emittunt professionem. nu. 3. per cuius ingressum dissoluitur matrimonium non consummatum, nedum secundum eorum statuta, nu. 3. sed etiam iure communi, & dispositione Concilij Tridentini. nu. 1.

CONSILIVM II.

QVidam nobilis contraxit matrimonium per verba de præsenti, & vellet illud dissoluere per ingressum & professionē religionis hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani. Quæritur an possit illud facere.

1 Respondetur, ꝙ sic, Tum quia glossa celebris, & recepta ab omnibus puris Canonistis & Theologis mixtis, qui canonicæ prudentiæ theologicā, vel theologicæ canonici iuris prudentiā adiunxerunt, hoc tenuit in c. [ex publico.] [k] Tū quia illa glossa redacta fuit per Concilium Tridentinum in canone necessario seruandum. [l] definiendo generaliter absque vlla exceptione, matrimonium ratum non consummatum dirimi posse per solemnem religionis professionem: & constat religionem prædictam S. Ioānis esse veram religionem, vt colligitur ex fundatione, & statutis eius approbatis à Summis Pōtificibus.

2 Tum quia oēs ingredientes prædictam religionē, & eam profitētes emittunt tria vota substātialia religionis approbatæ à Sede Apost. s. castitatis, paupertatis, & obedientiæ, q̃ qui in manib. potentis illum aggregare religioni facit, fit verè ac proprie religiosus, ſm Panor. cōiter receptum, [m] & S. Thom. & alios, [n] & nos post alios tradidimus in com. 1. de reg. [o] Tum quia licet Domin. Sotus videatur negare religiones militares esse veras religiones, [p] religionem tamen prædictam S. Ioannis excipit.

k k de cōuer. coniuga.
l Sess. 24. can. 6.
m in rubr. de reg.
n in 4. sent. dist. 33. & 2. 2. q. 136. art. 7.
o Super ca. cōm. 1. de reg.
p lib. 7. q. 5. art. 2. de ea. sit. & tur.

3 Tum quia licet Papa dispẽsare possit circa votũ castitatis religiosorum ex iusta & magna causa, ẽm glossam cõiter receptam à Theologis & Canonistis, [a] contra S. Tho. [b] tamen non solet dispẽsare plus circa castitatem religiosorum militum prædictæ religionis, quàm super castitate aliorum monachorum nõ militarium. Tum quod expresè in statutis & cæremonijs profitendi prędicto rum religiosorum militũ habetur vna forma & vnus modus profitendi, & cõstat per professionem religiosorum, qui profitentur quo ad chorum, dissolui matrimonium ratum nõ consummatũ, ergo etiã per professionem eorum qui eã profitentur quo ad militiam armatam. Tum quia specialiter in statutis, & cæremonijs prędictæ religionis cauetur expresè, eos qui contraxerunt matrimonium, & non consummauerunt illud, posse intrare & profiteri prædictam religionem. Tum deniq; quod ét nos post alios efficaciter probauimus in tractatu de redit. eccles. [c] eos qui profitentur religiones militares, etiam quo ad exercitium armorum, esse veros religiosos.

a in c. cum ad monaste rium. §. fi. de stat. mo nach.
b in 2. 2. q. 88. art. 11.
c q. 3. num. 27. & seq.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonia clandestina ante Concilium Tridentinum valebant.*
2 *Matrimonium ratum non consummatum professio religionis soluit.*
2 *Professio ante nouitiatum, seu metu facta, est nulla.*
3 *Annus nouitiatus ab vltima receptione habitus continuus requiritur.*
4 *Metu reuerentiali facta professio est nulla.*
4 *Metus minor iusto, si est causa actus saltẽ sine qua non, in foro poli excusat.*
5 *Pœnitenti pro se & contra se creditur.*
6 *Scandalum vt vitetur, dissimulandum ijs, qui in matrimonio putatiuo bona fide versantur.*

CONSILIVM III.

COntraxerũt duo ante Concilium Tridentinum matrimoniũ de præsenti clandestinè, ante quod cõsummatum fœmina post Conciliũ aui sui timore intrauit monasterium, vbi intra triduum habitum sumpsit, & professionem fecit: & post sex menses, mortuo auo, reliquit habitum, & persuasione suæ matris resumpsit illum, & in fine anni accepit velum, nulla professione nouè facta: & post sex menses exiuit cũ Abbatissa è monasterio, & confugit ad suum sponsum, & consummauit matrimonium: & corã iudice litis iurauerunt falsò se cõsummasse matrimoniũ ante religionis ingressum: & manserũt sine scrupulo in eo decem & septem annos, & habuerũt filios. Quæritur quid iuris quo ad forum conscientiæ.

1 Respondeo primò, certũ esse, quod matrimonium valuit, iuxta cap. 1. [d] & Concilium Tridentinum.

d de sponsa duorum.
e c. 1. de reg. for. matri. sess. 24.

Secundò, certum esse item, q̃ matrimonium illud fuit dissolutum per professionem præfatam, si fuit valida, [f] quia matrimonium ratum non consummatum soluitur per professionem legitimam regularem. [g]

f ca. cõmissum. de spõs. salib.
g c. ex publi co. de conuers. coniu. h ca. 15. de reg. sess. 25. i c. 1. de his

2 Tertiò, q̃ professio illa prima nõ valuit, quia professio ante finẽ anni nouitiatus facta non valet, per Conc. Trid. [h] & quia metu & terrore aui facta fuit. [i]

Quarto, q̃ illa veli assumptio nõ habuit vim professionis validæ. Tum quia nulla professio tunc facta fuit, & quæ *qua vi.* prius facta fuerat palã fuit nulla: & fundamento nullo existente, vel omnino corruente, corruit etiam fundatum. [k]

k c. cũ Pau lus. 1. q. 1. l de regul. lib. 6.

3 Tum quia annus nouitiatus debet esse continuus, ẽm communem sententiam per cap. 1. [l] quod latè tenet Lapus 47: Abbas, [m] quem refert Francus, [n] referẽs alios ei concordantes, [o] & ita nõ potuit in fine præfati anni fieri professio, quia computãdus erat annus incipiendo illũ à secunda receptione habitus. Tũ quia receptio illa secunda vĩ fuisse facta ob metum reuerentialem matris, eo quod fuit facta persuasione ipsius, vt narratur in casu: & q̃ verisimile est matrem allegasse illi voluntatẽ illam terribilẽ aui, qua nullatenus voluit restituere illam marito suo, etiam post excõmunitationem, & anathematizationem, imò detrusit eam in monasterium: & est etiam verisimile, q̃ propositi ei futuras sibi multas molestias: & ex eo q̃ ante annũ finitũ post secundã receptionẽ confugit ad maritũ, opportunitate oblata: & ex eo q̃ verisimile est confugiturã fuisse, si antea

m in alleg. n in c. 1. de reg. lib. 6. o in d. c. 1.

antea se obtulisset opportunitas: & ex eo quòd statim vt confugit, consummauit matrimonium.

4 Et constat professionem factam ob metum reuerentiale parentum non ualere, ut tenet glo. [a] quam etiam nos secuti fuimus in Manu. conf. [b] post Adrianum, & alios. Itẽ addidimus in d. Man. [c] quod omnis metus, etiam minor iusto, excusat in foro conscientiæ tantum, quantum iustus, si metus ille fuit causa saltem sine qua non, si absque illo non fuisset factus actus. & quæstio proposita tangit forum conscientiæ tantum: ergo quo ad illud forum iudicãdus est actus irritus per metum reuerentialem.

a c. presens. 2. q. 3. b c. 22. nu. 51. c c. 17. nu. 5. & 30.

5 Quinto, quod partibus tàm pro se, q̃ contra se creditur quo ad forum conscientiæ secundum omnes, & quod quæstionis huius decisio petitur quo ad forũ conscientiæ tm̃, & partes adeo putauerũt matrimonium præfatum esse ualidum, & professionẽ, quę consecuta est illud, adeo nullam, quòd decem & septẽ annos perseuerauerunt in illo, suscipiẽdo liberos sine scrupulo conscientiæ.

Sexto, quòd tractata lite in foro exteriori, iudicati fuerunt ueri coniuges, & non fuerunt iudicandi tales ob id solum quod iurauerunt se consummasse matrimonium ante professionem solẽnem, argumento eorum quæ habentur in c. [super eo,] [d] & eorum quæ Panor. notat, [e] ab alijs receptus. Ergo præsumendum est, iudicem, qui iudicauit eos esse ueros coniuges, inuenisse per processum, quem fecit, professionem præfatam per ueli susceptionem non fuisse firmatam, & ambas fuisse ipso iure nullas aliqua ratione supradictarum.

d De eo qui cogno. consang. e in c. iuranit. de prob.

6 Septimo, quòd dissimulari posset cũ his, qui bona fide putant legitimum esse inter se matrimoniũ, si ex separatione graue timeretur scãdalum, per textum in c. [qui circa,] [f] & intellectum pulchrum eius Goffredi, quẽ rationibus irrefragabilibus defendimus, [g] cõtra Hostiẽsem & alios, qui illum per errorem secuti fuerunt, quos nos [h] referimus.

f de cõsang. & affin. g in cap. si quis autem. de pœniten. dist. 7. à n. 67. & seq. ad 75. h in d. ca. si quis autem.

Octauo, quòd per prędicta potest respõderi prędictis orantibus, ut remaneant in sua bona fide, in qua per tot annos remanserunt. Imò ét põt declarari matrimonium ualere quo ad forũ conscientiæ tm̃, sicut iam pridem declaratum fuit in foro exteriori. Salua, &c.

SVMMARIVM.

Papa dispensare nequit quo ad vinculum super matrimonio rato, & consummato. 1
Vxor, si nupsit alij bona fide, maritum mortuum probabiliter credens, monenda non est, de vita mariti, aliàs secus, quia non esset in bono statu. 2
Religionem intrare, & profiteri potest publicæ adulteræ, maritus etiam sine alio iudicio Ecclesiæ. 2
Maritus diu absens ab vxore etiam sine iusta causa, licet eam de eius vita non moneat, non dat causam proximam adulterandi, & ideo eam adulterantem dimittere, & religionem ingredi, & in ea manere potest. 3

CONSILIVM IV.

ANte Concilium Tridẽtinum quidam nepos cuiusdam canonici potentis, & diuitis, contra illius uoluntatem contraxit clam matrimoniũ & consummauit cum quadam nobili paupere, cõsentientibus tm̃ tacitè parentibus puellæ. quòd cum resciisset auunculus iuuenis, curauit eum absentare à ciuitate ad loca remota, quæ puella ignorabat, & ibi ingressus fuit, & professus religionem quãdam illustrissimam, cuius est confessarius, & prædicator in precio habitus. Idque fecit consulto confessario, qui dixit ei licere prædictũ ingressum. Puella item nesciens ubi ille habitaret, & putans esse mortuum, nupsit alteri nobili & potenti uiro, q̃ ex ea multos filios suscepit, & habuit.

Quæritur quo remedio succurri possit eis, ne damnentur à Deo, neque ab hominibus.

1 Respondeo primum, non posse illis prodesse dispẽsationem Papę: quia matrimonium prædictum fuit consummatum: omnium tàm Canonistarum, q̃ Theologorum una est conformis sententia, non posse Papam ulla de mundi causa dissoluere tale matrimonium quo ad uinculum, iuxta illud Euãg. [i] [Quos Deus coniunxit, homo non separet.] [k]

i Matt. 19. k cap. quod Deus. 33. q. 2. & c. inter corporal. de transl. Ep.

2 Secundo, quòd fœmina non põt esse in bono statu, neq; absolui per ullum *pisc.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

remediũ, nisi non exigendo, & non reddendo debitum marito, uel nisi contraxisset bona fide probabiliter credens, ꝙ maritus eius obierat, nec postea sciuit, nec credidit, nec credit cõtrarium: quo casu nullatenus esset ipsa monenda de vita mariti viuentis.

Tertio, quòd prædictus maritus religiosus potest perseuerare instè in sua religione, per c. [Agathosa,] [a] quod clarè habet, maritum vxoris, quæ fornicata est publicè, vt ibi addit glossa, posse intrare religionem, & perseuerare in ea etiam non facta separatione iudicio Ecclesiæ: & in casu proposito notorium est adulterium prædictæ vxoris.

a 27.q.2.

3 Non obstat, ꝙ maritus, qui causam dedit adulterio vxoris, non pót illam dimittere, [b] & ꝙ prædictus religiosus dedit causam adulterij prædictę puellę qui cogn. cõ vxori suæ absentãdo se ad remota loca, & non scribendo illi, nec aliàs admonẽdo vitam suam: nõ inquam hoc obstat: quoniam non fuit causa propinqua, vel immediata adulterij: quia non tradidit illam adulterandam, nec rogauit, nec consuluit ei, vt id faceret: quo casu loquitur prædictum c. [discretione,] sed tãtum fuit causa remota, de qua loquitur d.c. [si tu abstines,] quia renuit cõmisceri illi, vel reddere debitum, quo casu non est causa, sed tantum occasio, cui jus traditio non sufficit ad hoc, vt non possit eam relinquere, secundum glossam, [c] quam pulchrè tractando sic declarunt Panormitanus & Præpositus. [d]

b e. discretionẽ de eo qui cogn. cõ vxori suæ sang. vxor. & c. si tu abstines. 27.q.2.

c in d.ca. si tu abstines. d in d.c. discretionem.

SVMMARIVM.

1 *Vxoratus inuita vxore professus, si ab ea, vt potest, nu.4. in fine repetatur, remanet obligatus voto simplici castitatis, nu. 2.3. & 4. Vnde si superstes aliã ducat, peccat, nu.2. tenet tamẽ matrimonium, nu.4. non tamen tenetur ad religionem redire, nu.1. quod si non repetatur, remanet obligatus voto solemni: adeo vt si aliam duceret, non teneret matrimoniũ, nu.1. & 4. in fine.*

1 *Vxoratus si consentiente vxore professionẽ emittat, tenet & valet, & nu.4.*

3 *Votum emissum à filio familias in præiudicium patriæ potestatis vsque à principio est nullum: vnde nec mortuo patre secundum Panormitanum contra Innocentium obligatur.*

Professio emissa ab vxorato inuita vxore, quæ eum repetijt, resoluitur in simplex votum. Vnde Pontifex cum hoc, si superuiuat vxori, potest dispensare, seu illud, vt potest in simplici voto castitatis, commutare, etsi causa aliquanto maior in vno, quàm in altero requiratur.

Castitatis votum à nouitio post habitum nouitiatus emissum ad sui commutationẽ requirit causam aliquanto maiorem, quam emissum in saculo.

CONSILIVM V.

QVidã inuita vxore intrauit & professus est religionem aliquam approbatam, & postea fuit repetitus ab vxore, & cum ea vixit aliquo tempore matrimonialiter. Quæritur an mortua illa possit aliam ducere.

1 Respondeo, ꝙ pro parte negante sacit primo c. [quidam intrauit,] [e] quatenus habet, quod huiusmodi coniugatus mortua vxore nõ potest aliam ducere.

e de cõuers. coniug.

Secundo, & fortius facit c. [consuluit,] [f] quatenus probat, ꝙ coniugatus manẽs in religione per annum & vltra, non repetente illum vxore sua, mortua illa antequam repeteret, non põt aliam ducere, & si ducat, nõ tenet mrimoniũ.

f eod.tit.

Tertio facit c. [ex parte,] [g] quatenus habet, coniugatum, qui consentiente vxore professus est religionem, ea mortua non posse ducere aliam, nec si duxerit, valere matrimonium.

g eod.tit.

Quarto facit c. [placet,] [h] quatenus hẽt, ingressum & professionẽ vxoris credentis maritũ esse mortuũ valere, quatenus sibi & non marito præiudicauit.

h eod.tit.

Pro parte autem affirmãte facit primo dictum c. [quidam intrauit.] quatenus habet, huiusmodi coniugati votũ non valere, & constat non præstare impedimentum id quod de iure non sortitur effectum. [i]

i c. non præstat. de reg. iur. lib. 6.

Secundo facit idem c. quatenus habet, ꝙ mortua coniuge non potest cogi redire ad monasterium: cui consequens est nõ valuisse votum antea præstitum.

Tertio facit dictum c. [ex parte] quatenus hẽt, à contrario sensu votum huiusmodi coniugati vxore consentiente factum,

factum valere, quasi diceret factum ipsa inuita non valere.

2 Pro resolutione dicendum primo, ꝙ præfatus coniugatus non pót absq; peccato citra dispensationem aliam ducere, per fundamenta pro parte negante adducta, & ratione illa firma, ꝙ votum illud professionis licet nõ valuisset vt solemne quo ad præiudicium vxoris suæ, quæ habebat ptãtem in maritum, neq; quo ad obligãdum cum religioni, vt pulchre tenuit Panorm. cõtra Ant. [a] valuit tñ tanquam votum simplex, id est, habuit vim voti simplicis continentiæ, vt affirmat Panorm. [b] & clarè sentit Gosfred. [c] & Syluester post Paludanũ, [d] cui in sentẽtia concordat Sotus, [e] & qui tale votum simplex vouit, non potest contrahere matrimonium sine peccato absque iusta dispensatione. [f]

a In d.cap. quidam. b ibidem. c in summa eiusdem ti. vers. si vero d ver. dtuor tum. q.16. e in 4. dist. 27.q.1. art. 4. col. pen. f c. rursus. qui cler. vel vouen. g in c. script. num. 31. de voto. h nu. 7.

3 Non obstat, ꝙ Innoc. & tenenti, ꝙ licet votum filijfamilias factum in præiudicium patriæ potestatis non obliget eum durante illa, obligat tñ ea cessante, licèt contradicat Pan. [h] per præfatũ c. [quidam.] quatenus ait ex illo colligi vnum dictum mirabile, scilicet, ꝙ votũ inualidum ex impedimento intrinseco non obligat etiam pro tempore, quo illud impedimentum cessauit: quia casus sunt diuersi. Ratio diuersitatis, quare in casu Pan. non obligat minor ad implendum cessante patria potestate, & huiusmodi noster cõiugatus sic, cessante vita vxoris (licet neq; à Panormitano neq; ab alio, quod sciam, reddatur) põt esse, ꝙ votum de quo loquimur, à principio valuit quo ad præiudicium vouentis, & ita à principio fuit obligatus seruare illud in præiudicium suum, ita quod non poterat exigere ab vxore debitum, licet ei petenti negare nõ posset: minor aũt à principio non fuit obligatus seruare votum in præiudicium patriæ potestatis, imò nec potuit seruare illud iuste.

i c.a. rursus qui cler. vel vouen.

4 Secundo dicendum, ꝙ licet huiusmodi coniugatus peccet ducendo aliã, ductio tamen siue contractus matrimonij valet, per adducta pro parte affirmãte, per illam rationem firmam, ꝙ qui vouit castitatem, vel religionem, voto simplici, licet contrahendo matrimonium peccet, contractum tamen tenet. [i]

At professio huiusmodi cõiugati facta inuita vxore est votum simplex, vel tñ hẽt vim eius, vt Panor. post alios dixit, [k] & colligitur irrefragabiliter ex eo, k quatenus hẽt ab vna parte votum illud quidam. non valere, & ab altera, ꝙ videtur promisisse, & se obligare non exigere debitum, & quo ad hoc votum valere: quæ duo sibi repugnant, nisi alterũ intelligatur de defectu voti solemnis, & alterum de virtute voti simplicis, quod in effectu est dicere, nõ valet vt solemne, sed valet vt simplex. Non obstat huic cõclusioni c. [ex parte:] [l] quia loquitur de eo, quil fecit professionem consentiente vxore: in nostro autem casu fecit inuita ea. Non etiam obstat d.c. [consuluit:] quia disponit de coniugato, qui emisit professionem sciente vxore, & dissimulante, & ita non cõtradicente, nec expressè consentiente, dum viueret. per illam. n. dissimulationem & taciturnitatem vsq; ad mortem, illa consecuta, videtur consensisse, vt post Ioan. And. & Cald. diligenter, & rectè intelligit illud Pan. [m]

k in d.cap. quidam. l eod.tit. m ibid.

Non obstat, ꝙ Pan. [n] ait post Cald. n in c. 1. n. qd in omnibus casibus, in quibus coniugatus post professionẽ pót repeti ab vxore, si non repetatur in vita vxoris, debet remanere in monasterio, & si illa mortua contrahat cum alia, non valet matrimonium: nõ inquam hoc obstat: quia in casu proposito agitur de illo professo, qui intrauit inuita vxore, & fuit reuocatus à monasterio in vita eius.

n 7. de conuer iugato post prof. coniug. ff. de iure del. lib. c.

5 Tertio dicendum, ꝙ ex his duobus infertur, S.D.N. iusta de causa sanctèq; posse dispensare, vt consulens cõtrahat, sicut posset, si votũ castitatis & religionis simpliciter sine forma solemnis voti emisisset: sed ꝙ aliquanto maior causa requiritur ad dispensandum secum, eo ꝙ diu detulit habitum non solum nouitiorum, sed etiam professorum, & quod in forma solemnis voti vouit, quam ad dispẽsandum cum eodem, si simpliciter nullo habitu suscepto, vel etiam suscepto sine forma solemnis voti vouisset.

o l. 1. ff. de susceptum. de causis. de off. dele.

6 Sicut & aliquanto maior causa requirenda esset si votũ simplex castitatis vouisset post habitũ nouitiorũ aliquanto tpe delatum, q̃ si vouisset ante illum susceptum, quæ tamen magnitudo cum non sit iure definita, arbitrio tuæ Sanctitatis definienda est. [o] Salua, &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMARIVM.

1 *Falsa causa, seu falsa persuasio & dolus vitiant quidem hæredis institutionem, non autem votum nec simplex, nec solemne, cum non vtitur in spiritualibus, num. 2. & 4.*

1 *Coniugata sine consensu coniugis professionem emittens, ab eo (vt potest) de monasterio educta, mortuo viro non cogitur ad monasterium redire: quod si non repetatur, nō potest exire, imò cogitur in sua professione perseuerare, nu. 2. 4. nisi Episcopus ob incontinentiam viri in sæculo incontinenter viuentis educat, vt viro cohabitet, num. 3.*

1 *Dolus & fraus prodesse non debent immediatè, sed mediatè prodesse possunt, num. 4.*

1 *Coniugatam professum de consensu viri viuentis in sæculo incontinenter, vel iuuenis, & de incontinentia suspecti, potest Episcopus ex officio educere de monasterio, vt cohabitet cum viro.*

3 *Votum continentiæ coniugis sine alterius consensu valet quo ad solum vouentis præiudicium, vt non exigat.*

CONSILIVM VI.

PAmphilus cōiugatus abijt in regionem lōginquam, in qua facto testamento, finxit se mortuum: sua coniux intrauit monasterium, & professa est solemniter, credens illum esse mortuum, qđ nullatenus fecisset, nisi id credidisset: vir aūt certus de vxoris professione vult intrare monasteriū, & profiteri.

Quæritˉ, an vxor possit exire de monasterio, & compellere maritum ad cohabitandum secum.

1 Pro parte affirmante facit primo, ꝙ falsa causa vitiat institutionē hæredis. [a] Secundo, quia vxor ingressa monasterium, ob id quod probabiliter credidit maritum mortuum, potest educi à marito, quo mortuo non potest cogi redire ad monasterium, [b] ergo.

Tertio, ꝙa nemini suus dolus & fraus debet prodesse, [c] & præfatus maritus dolo finxit se mortuum, vt sua vxor fieret monacha. ergo.

Quarto, quia coniux professa, etiā de consensu alterius, pōt exire iubente Episcopo ex officio, si manens in sæculo viuat incontinenter, vel est iuuenis. [d]

2 Pro parte autem negante facit primo, ꝙ vota iustè emissa seruāda sunt, [e] sed illa vxor iustè vouit, & sanctè professa est, quia iustè credidit maritum mortuum ergo.

Secundo facit cap. [consuluit, [f] quatenus probat, quod coniux ingressus monasterium absque consensu alterius, debet in sua professione permanere, nisi à cōiuge dum viuit reuocetur. & Panormitanus relatis multis modis intelligendi illud cap. concludit, ꝙ coniux professus, siue ignorante, siue sciente & dissimulante, siue inuita sua coniuge, nō potest redire ad sæculum, nisi in vita coniugis, sine cuius consensu intrauit, repetatur ab ea.

3 Tertio, quia coniunx potest vouere continentiam sine cōsensu viri, & valet quo ad vouentis præiudicium, licet nō ad prēiudicium coniugis, secundū glossam memorabilem, [g] & ita non pōt exigere debitum, licet teneatur reddere, [h] ergo etiam professio facta sine licentia alterius coniugis valebit quo ad suum præiudicium: & ideo si non quæratur ab altera parte, non potest exire. Per quæ omnia videtur, ꝙ prædicta vxor non potest sua sponte redire ad sæculum, nec repetere maritum approbantē suam professionem, nisi viueret incontinenter, & Episcopus ex officio suo iuberet, vt cohabitarent simul.

4 Ad primum respondeo, distinguendo videlicet, quod in spiritualibus nec dolus nec falsa persuasio vitiat, iuxta c. [constituit,] [i] vbi glossa memorabilis, licet sic in temporalibus: quando dat causam contractui.

Ad secundum concedo, ꝙ illa vxor potest reduci à marito repetente, sed non potest sponte sua exire, nec maritum repetere, vt dicit glossa, quam mēte tenet d.c. [vxoratus.]

Ad tertium concedo, ꝙ fraus & dolus immediatè non prodest doloso, sed mediatè sic. [k]

Ad quartum concedo, ꝙ posset vxor educi reperēte marito, & Episcopo iubente ob causam in argumento contentam, sed non sponte sua, vt dictum est. Salua, &c.

a l. fi. ff. de hared. inst.
b c. placet. de conuers. coniug.
c l. itaque fallo. ff. de furt. c. bona de postulat. prał.
d c. cum sit.
e c. vxoratus. & adiūcta gl. sing. verbo nullatenus. de conuers. coniugato.
f c. magna. de voto. eod. tit.
g d. c. vxoratus.
h d. c. placet.
i 20. q. 3.
k c. quia diuersitatem. de conc. præben.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Professio à coniugato, cuius uxor publicè adulterata est, etiam tacito matrimonio emissa, tenet.*

CONSILIVM VII.

AN valeat professio viri coniugati, cuius vxor publicè adulterata est, facta in religione, tacito matrimonio, cui alligatus erat?

1 Respondeo quòd sic, per cap. [Agathosa,] [a] quatenus habet virum posse profiteri religionem nolente vxore, quæ fornicata est, præsertim publicè, vt glossa ibi annotauit: quia talis vxor nec possessorio, nec petitorio potest agere ad restitutionem sic professi, [b] & ita præfatus vir perinde quo ad hoc est censendus, ac si morte suæ vxoris esset ab ea solutus. Salua, &c.

a 27. q. 2.
b cap. signi. de diuortijs

SVMMARIVM.

1 *Adulterium committit vxor, quæ viuente primo viro, qui eandem etiam recedendo reliquit. nu. 3. cum altero secundum contrahit & consummat matrimonium: adeo vt si eius primus vir ingrediatur, vt potest, religionem, verus efficiatur religiosus, nec possit repeti. nu. 2.*

2 *Bigamus relicta vxore adultera potest ut laicus religionem ingredi, sed non ut clericus, nisi secum Papa dispenset, cum ad hanc irregularitatem non se extendant, ut creditur, regularium priuilegia, nu. 2.*

CONSILIVM VIII.

QVæsitum est de quodam, qui contraxit matrimonium clam ante Concilium Tridētinum cum corrupta, & cōsummauit illud, & abijt in aliam regionem longinquam, vbi post duos annos confessarius iussit ei, vt rediret ad suam vxorem, quam inuenit publicè nuptam: & considerans non posse probare matrimonium suū clandestinum, hocque post Concilium Tridentinum in facie Ecclesiæ contractum fuisse, ingressus & professus fuit religionem quandam approbatam, & presbyter factus quatuordecim annis vsus est sacris ordinibus, an debeat censeri esse in bono statu.

1 Responsum est primò, matrimoniū eius fuisse validum: quoniā Concilium Tridentinum non annihilauit, imò confirmauit matrimonia clandestina ante illud contracta. [c]

Secundò, ꝙ vxor eius peccauit contrahendo publicè cū secundo, si habuit verum animum matrimonium contrahendi cum Domino consulente, & audūcatū, [d] & quia cōtraxit, anteq̄ notitiam certam haberet de morte mariti. [e]

2 Tertiò, ꝙ D. consulens peccauit ordines sacros assumendo: quia erat bigamus, eo quod cōtraxit cum corrupta, [f] & bigamia impedit omnem ordinem. [g]

Quartò, ꝙ licitè potuit ingredi religionem, ad hoc vt esset in ea Conuersus laicus: quia bigamus potest esse talis monachus, secundum omnes.

Quintò, ꝙ ipse per suam professionē factus fuit verus religiosus, ita ꝙ repeti non posset à sua vxore: quia per adulterium, quod admisit, consumādo secundum matrimonium, perdidit ipso iure ius petendi debitum, & retinēdi & repetendi illum, [h] vt post Caiet. [i] tradimus nos in nostro Manu. conf. [k]

3 Nec obstat, ꝙ videtur ipse dedisse occasionem adulterandi per suā absentiam: quia non dedit occasionē propinquā, sed tm̄ remotā, quæ non sufficit ad hoc, vt excusetur vxorē à perditione iuris petendi debitum, vt in his ferè terminis determinant Panor. & Præpositus, [l] & est glossa satis apta, [m] etiamsi per suam confessionem vel aliàs probare possit prædictum matrimonium.

4 Sextò, D. consulentem debere petere dispensationem à Sede Apostolica super irregularitate bigamiæ, sup qua, vt puto, dispensare nequeunt Superiores eius per priuilegia sua: quoniam per Apostolica priuilegia, quæ mihi licuit videre, licet eis detur facultas dispensandi super irregularitatibus cum fratribus suis, ante vel post ingressum monasterij contractis, excipitur irregularitas, quæ nascitur ex homicidio voluntario, & bigamia. Salua, &c.

c c. 1. de reform. matrim. cap. 24.
d cap. at si missit adulterium, quod est grande peccatū, & quia cōtraxit, anteq̄ notitiam haberet de morte mariti. §. de adulterijs. de iure dic.
e c. antea. & c. in præmus, eo quod cōtraxit cum corrupta, sentia. de bigamia impedit omnem ordinem. sponsal.
f c. si cuius. c. si quis uisus laicus: quia bigamus potest esse talis monachus, secundum omnes. dist. 34.
g per totū tit. de biga.
h ca. Agathosa. 27. q. 2.
i 10. 7. tract. 5. q. 2.
k cap. 22. nu. 21.
l in c. discretionē. de eo qui cognouit cōsang. uxoris suæ.
m in cap. si ut puto, abstinens. 27. q. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMARIVM.

1 *Creditur nequaquam in foro exteriori viro & mulieri asserentibus in præiudicium ordinum sacrorum publicè assumptorũ, se prius contraxisse matrimonium, & consummasse.*

2 *Adulteram non potest relinquere vir, qui & ipse (licet clam) adulterauit, & multo minus sacris initiari, etiamsi illa alteri nupsisset, imò dissoluto secundo matrimonio illam volentem redire cogitur recipere.*

2 *Dispensare potest Papa, vt qui adulteram clandestinè ductam, & postea alteri nuptam reliquit, & ordines suscepit; durante dicto publico matrimonio, in susceptis ministret ordinibus.*

CONSILIVM IX.

CVm certum sit coniugẽ adulterantem ipso iure perdere ius petendi debitum à coniuge innocẽte, cui etiam ipso iure quęritur ius negandi illud delinquente, vt tradit Dominatio vestra
a c.22. nu. 23. in suo Manuali conf. [a] Cumq; item certum sit, coniugem innocentem, qui, uel quæ quæsiuit ius negandi debitum coniugi adulteranti, perdere illud adulte-
b De adult. rando, iux.c. [intelleximus.][b] Cumque uerum sit, eum qui clandestinè contraxit, & consummauit matrimonium cũ aliqua, quę postea publicè contraxit cũ alio, ex quo suscepit filios, & negante illa non potest probari matrimonium, posset ordines etiam sacros suscipere, iux.c. [Agathosa.] 17.q.2.

Quæritur de marito adulteræ prius innocente, qui post matrimonium clãdestinè contractum cum ea ante Conc. Trid. postquam ipsa alteri publicè nupsit, & adulterium commisit, & ipse clã adulteratus est, & postea ordines sacros suscepit, an rectè fecerit, uel teneatur redire ad eam repetentem.

1 Respondeo primo, multa posse pro utraque parte adduci per eum, cui uacaret id facere.

Secundo, quòd in foro exteriore censendus erit rectè feciſſe, nec posse redire ad illam, quia non potest probari matrimonium, nec credi debet eis confitentibus illud, quia id credi non pót E in præiudicium sacri ordinis publicè accepti, iux.c. [super eo,][c] & ei per glossam & alios adnotatis. *c De condit. appos.*

2 Tertio, quòd uidetur male feciſſe. Tum quia per illud adulterium perdidit ius discedẽdi ab ea in foro conscientiæ, per c. [intelleximus.][d] *d De adul.*

Quarto, quòd teneretur in foro conscientiæ accipere illam, si mortuo marito uellet redire ad eum.

Quinto, quòd non uidetur posse iustè uti sacerdotio sine Papę dispensatione, quam opinor posse suam Sanctitatẽ facere pro tẽpore, quo illa uiuêret nupta: attento quod illa non petit eum, F nec eum uendicaret, etiam si peteret, propter probationis defectum: & quod non uidetur contra ius naturale, neq; diuinũ, quod in huiusmodi casu occultissimo ordine utatur sacerdos. Sal. &c.

SVMMARIVM.

Coniugatus, cuius uxor notoriè adulterium commisit, sicut sine alia diuortij sententia potest religionem, ingredi, ita & sacris ordinibus initiari. 1

Ordines sacros coniugatus post consummatum matrimonium assumere potest in omnibus casibus, in quibus inuita uxore potest religionem ingredi. 2

CONSILIVM X.

VTrum uxoratus propter notoriũ uxoris adulterium potuerit sacris ordinibus initiari, relicta uxore in sæculo, & ingredi religionem?

1 Respondeo posse. Tũ quia per adulterium notorium ipso iure absq; sñia separationis soluitur matrimoniũ quo ad thorum & cohabitationem, adeo q; H ipsa adultera non pót petere restitutionem iuxta c. [significasti.][e] ubi hoc tenent omnes, & in l. [naturaliter,][f] ubi Iason. § Tum quod hac ratione glossa recepta,[h] per illum textum dixit posse coniugatum ingredi religionem inuita uxore, quæ publicè fornicata est. Tũ quia quo ad hunc effectum parificãtur ordo sacer, & monachatus, iuxta c. [coniugatus.][i] & Sylueſter post Petrum Paludanum,[k] ponit pro regula, qđ in omni casu, quo post matrimoniũ cõsummatum *e De diuor. f §. nihil cõmune. g Col. 10. ff. de acq. pos. h in c. Agathosa. 27. q. 2. in verbo cõuersionis. i de cõuers. coniug. adiũct. c. cum sis. eo. tit. k in verbo diuortium. §. 17.*

licitum est religionem intrare, licitum est etiam ad sacros ordines promoueri.

SVMMARIVM.

1 *Professio bigami coniugati, cuius uxor adultera est, etiam hoc tacito, emissa, valet, nisi intentio recipientium sit, uel esse debeat non recipiendi tales & num. 5 in fi.*

2 *Maritus adulteræ factus religiosus ad eam redire non tenetur.*

2 *Adulterium opponi potest agenti rei uendicatione, spoliato autem non, nisi sit notorium.*

3 *Bigamus est corruptam ducens, & sine Papæ dispensatione nequit ordinari, nec ordinatus sine ea licite ministrare. nu. 5*

4 *Irregularis celebrando peccat, sed irregularitatem nouam non contrahit.*

5 *Scandalum actiuum, & non passiuum attendendum.*

CONSILIVM XI.

FRanciscus duxit in uxorem quandam concubinam alterius publicã, quæ biduo post consummatum matrimonium rediit ad suum concubinariũ, & ipse tanto dedecore commotus abijt in longinquam regionem, & ibi tacito matrimonio intrauit, & professus fuit ordinem Franciscanum, & ad titulum religionis initiatus fuit omnibus ordinibus, etiam sacris, etiã presbyteratus, & pluribus annis misſanit, & pœnitentes sibi confessos absoluit.

Quæritur primò, an professio eius ualuerit.

Secundò, an teneatur redire ad suam præfatam uxorem in foro conscientiæ, & an cogi possit in foro exteriori, præsuppositio, quòd illa pãlã & notoriè per D seuerauit, & perseuerat diutissimè in illo adulterino concubinatu?

Tertiò, an potuerit rectè ordinari.

Quartò, an per executionem ordinũ incurrerit irregularitatem.

Quintò, an possit celebrare licitè, non obstante quod aliqui ob id scandalizarentur.

1 AD PRIMAM QVAESTIONEM respondetur, quod decisio eius pendet ex facto animorum recipientium: nam

A si ea mente fuerunt, quod recepissent eum, si confessus fuisset se coniugatum cum ea, quam iustè dimiserat, & qua volente nolẽre poterat fieri religiosus, valuit professio: si autem erant contraria mente, non valuisset: in dubio autẽ præsumi posset eos fuisse priori mẽte, nisi particulari aliquo statuto contrariũ haberent: quia quo ad intrandam religionem paria sunt iure communi quẽ non esse coniugatum, vel talem coniugatum qui perinde potest intrare illam, ac si non esset coniugatus: & de æquipollentibus idem est iudicandum.[a] Et suppo- *a l. fin. ff. manda. & ca. licet ex*
B sito quod professio ualuit. *quadam de testibus.*

2 AD SECVNDAM respondetur negatiuè. Tũ quia est casus pro hac parte negatiua in c. [Agathosa.][b] Tum quia licet coniugi coniugem relinquere quo ad thorum propter fornicationem, auctoritate euangelica,[c] translata in cap. [Dominus.][d] Tũ quia adultera ipso iure ante omnem iudicij sententiam priC uatur iure petendi debitum in foro cõscientiæ, vt rectè resoluit Card. Caiet.[e] & probatur ipsa auctoritate euãgelica. Tum quia in foro exteriori cõpetit innocenti coniugi exceptio adulterij aduersus coniugem adulterantem, si agat via rei vendicationis, etiamsi adulterium sit occultum: & competit eadem exceptio, etiãsi agat uia spolij, & restitutionis ante omnia faciendę, si adulterium est [g] Nihil publicũ, quale est in hoc casu, per text. [h] singulare, [f] quãuis exceptio cognationis notoriæ, nõ posset opponi petẽti re- *b 27. q. 2. c Matt. 19. d 32. q. 7. c. si. de conuat. iure petendi tug. leprof. e to. 1. opus. tract. 31. resp. 4. f in c. signi ficasti. de rei vendicat. eod. tit. g ca. porro. eod. tit. h §. Nihil cõmun. ff. de singular. acq. poss.*

stitutionẽ,[g] cuius diuersitatis rõ à multis reddita ibi, & in l. [naturaliter][h] fuit [i] à nobis quidẽ, [i] paulo altius declarata. *i in d. c. sistitutionẽ. k cap. acusatis. & ca. decinde. 26.*

3 AD TERTIAM respondeo, q; nõ fuit ritè ordinatus: quia bigamus nõ potest ordinari absq; dispensatione Papæ, [k] & caret omni priuilegio clericali, [l] & prædictus consulens erat & est bigamus: quia omnis qui cõtrahit matrimonium cũ corrupta, vel vidua, fit talis, [m] & consulens contraxit cum corrupta. *l ca. 1. eod. tit. lib. 6. m c. si quis viduam. 1. & 2. & ca.*

4 AD QVARTAM, quod per execu- *34.*
tionem ordinis non contraxit nouam irregularitatem: irregularis enim licet peccet celebrando, non tamen nouam irregularitatem contrahit, secundum Inno.[n] recep. ibi per alios, & neruosius [o] per nos confirmatum in Manu. confes.[o] *nu. 194. n in c. si celebra. de cler. excom. o cap. 27.*

AD

Universidad de Deusto
Biblioteca

AD QVINTAM, quod licitè pôt celebrare post iustam habilitationem, non obstante quod aliquis ob id scãdalizaretur. Tum quia illud scandalũ non est actiuum, sed passiuum, de quo, si prouenit ex malitia, non est curandum, vt *a Matt.15.* docuit Dominus, [a] & probatur in cap. *b de reg.iu.* [qui scandalizauerit,] [b] & si scandalũ processerit ex ignorantia, vel infirmitate, pôt doceri ratio, cur celebret viuente vxore dimissa, qua non obstante, qui scãdalizaretur, ex malitia videret scãdalizari: & ideo de tali non esset curandũ, *c 2.2.q.43. art.7.& 8.* iuxta doctrinam S.Tho. receptam, [c]

Ex quibus infertur, quod prædictus Franciscus eget dispẽsatione super irregularitate bigamiæ, super executione ordinũ, & presbyteratus malè assumptorum: & videtur iusta causa dispensandi, attento quod est religiosus tam stricti ordinis, & quod fuit illi tanta causa vxorẽ adeo impudicam dimittendi: indeget ẽt professionis nouæ emissione, vel prioris ratificatione facienda à S.D.N. vel a prioribus receptoribus, si mens recipiẽtiũ non fuit, nec debuit esse recipiendi eum, si veritatẽ patefeciſſet. Salua, &c.

SVMMARIVM.

Vxor, viuente primo marito, alteri nubendo, & consummando committit adulterium, ob quod ius petendi debitum, retinendique, ac repetendi uirum factum religiosum perdit.

2 *Adulteræ si detur occasio adulterandi, non excusatur à perditione iuris petendi debitum.*

3 *Bigamiam contrahit matrimonium contrahens, & consummans cum corrupta, & si ordinetur, est male ordinatus.*

4 *Coniugatus fieri potest religiosus de iusta licentia vxoris, vel ea adulterante, & hoc casu potest ordinari.*

CONSILIVM XII.

SOcrates cõtraxit clam matrimoniũ cum corrupta, quam putabat virginem, & consummauit illud, cohabitauit que cum ea quasi duobus mensibus, postea ex Hispania traiecit in Flandriam, vbi mansit duobus annis, & iussus à confessario redire ad vxorem, inuenit eam nuptam alteri publicè in facie Ecclesiæ. Quare ingressus, & professus fuit quandam religionem approbatam, in qua ẽt ad omnes ordines etiam presbyteratus promotus fuit, quibus vsus est quatuor annis circiter. Quæritˇ an iste sit in bono statu, & an teneatur requirere vxorẽ *d cap. Agno- thosa.27.q.*

1 Respondendum est illum esse verũ religiosum, nec posse repeti ab vxore: *2.* quia per adulterium quod admisit, consummando secundum matrimonium, *e in opusc. f cap.22.* perdidit mulier ipso iure ius petenti debitum, & reperendi, & retinendi virũ, [d] *nu.21. g c.a.discre- tionem. de* vt post Caiet. [e] tradidimus nos in Manua. confess. [f] *eo qui cong.*

2 Nec obstat, quòd videtur, quòd ipse maritus addiderit occasionẽ adulteran di per suam absentiã, & quod talẽ occasionem præbens non potest de adulterio vxoris se iuuare, & quia non dedit occasionem propinquam, sed remotam, quæ non sufficit ad hoc, vt excuset vxorẽ à perditione iuris petendi debitũ, vt [k] in his fere terminis determinat Abbas & Præpositus, [h] & est glossa satis apta. [i] *consanguin. uxor. suao h in d.c.di- serettionem. i in ca.situa 27.q.2. ca.si quis uiduã. 30. dist.& c.56*

3 Nihilominus maritus fuit malè ordinatus, quia contraxit bigamiam contrahendo, & consummando matrimonium cum corrupta, [k] quæ bigamia impedit omnem legitimam ordinationẽ. [l] Quò fit, vt si illa tempore contracti matrimonij fuisset virgo, ẽt ille fuisset ritè ordinatus, quia id quod dicitur, non esse ordinandum coniugatum, [m] intelligen dum vt de illo, cuius vxor non perdidit ius petendi debitum ab eo, [n] & sicut cõ iugatus de licentia iusta vxoris potest fieri religiosus, [o] sic etiam vxore adulterante, [p] ita uidetur quod coniugatus de licẽtia vxoris, vel ea adulterãte, possit ad sacros ordines promoueri. Salu. &c. *cuius. 34. dist. l per totum titulum de bigamis. n Arg.cap. Agath. 27. o ca.si quis cõiugatus. p d.c.Agã- thosa.*

SVMMARIVM.

Coniugatum si ordinet Episcopus, punitur, nisi accedat consensus vxoris. num.3. at ea consentiente potest, nu.2. etiamsi matrimonium sit consummatum. num.4. licet uxor non ingrediatur monasterium, modo uoueat continentiam: & si in hoc Panormitanus dissentiat. num.5. immo si sit non suspecta de incontinentia, dictum uotum non est necessarium. nume. 104. & 6.

Ordi-

1 Ordinis sacri etiam de voluntate, vxoris susceptio matrimonium etiam non cõsummatum non soluit quo ad vinculum, soluit tamen quo ad thorum, nu.3. religionis autem professio tollit vinculum matrimonij non consummati, nu.5.

2 Coniugatus, qui de licentia uxoris cognitæ religionem ingreditur, ab ea educitur, & vxori restituitur: et hoc, quando vxor erat suspecta de incontinentia. nume.4. qua suspicione existente non sufficeret licentia etiam cum voto continentiæ, nisi & ipsa ingrederetur. nu.2.

4 Voti solemnitas causata ab assumptione ordinum differt à causata per professionẽ in religione emissam, quoad effectum, ut quis possit ordinari: nec ab vno ad aliud bene infertur. nu.5.

CONSILIVM XIII.

AN coniugatus de vxoris consensu nondum carnaliter cognitę iustè possit ordinari? Et videtur quod non. Primò, quia punitur Episcopus ordinãs coniugatum. [a]

1 Secũdò, quia per susceptionem ordinis etiam sacri non soluitur matrimonium etiam consummatum. [b]

Tertio, quod c. [coniugatus. [c] sic habet. [Nullus cõiugatorum ad sacros ordines promouendus, nisi ab vxore continentiam profitente fuerit absolutus.] & ita non sufficit consensus vxoris, nisi illa continentiam voueat. Et pondera quod non distinguit inter coniugatum qui consummauit matrimonium, & eũ qui non consummauit.

Quarto, quod glossa [d] valde dubitauit an sufficeret consensus vxoris etiã cum uoto cootinentiæ sine ingressu religionis, & Pano. post Antoninum super ea tenet quòd non.

2 Quinto, quod c.1. [e] habet quod maritus ingrediens monasteriũ de licentia vxoris debet redire ad eã post professionem, si illa non ingrediatur religionem, nec voueat continentiam.

Sextò, q in c. [cum sis.] [f] definitur non sufficere consensum vxoris ẽt uotum coutinentiæ emittẽtis sine ingressu religionis, vt maritus fiat monachus.

Sed contrarium affirmat S.Tho. [g] dicens quod coniugatus accipiens ordines de voluntate vxoris nõ solũ accipit verũ ordinem, sed etiam executionem.

3 Ad primum oppositorũ respondeo quod c. vlt. [h] in eo citatum loquitur de ordinante coniugẽ sine vxoris licentia. *h de temp. ord. lib.6.*

Ad secundum concedendo, quòd per ordinem etiam presbyterij susceptum post contractum matrimonium ẽt non consummatum, etiam de licẽtia vxoris, non soluitur illud quo ad vinculũ, sed negando qđ nõ soluatur quo ad thorũ.

4 Ad tertium, & quartũ, quod procedunt quando vxor est suspecta: quia tũc requiritur, q illa voueat continẽtiam.

Ad quintum, quod procedit in suspecta de incontinentia.

Ad sextum, quod loquitur de intrante monasterium, & prædicta conclusio de suscipiente ordinem sacrũ, quæ quo ad hoc videntur differrre.

Sit ergo conclusio, q maritus de licẽtia vxoris iustè potest ordinari. Quod ampliatur primo, etiam si matrimoniũ sit consummatum, [i] quod est de sententia & mente prædicti S. Tho. communiter recepti. *i arg. c. qui vxorem. 33 q.5.& c. se*

5 Secundo ampliatur, vt procedat, ẽt si vxor nó ingrediatur monasteriũ, mo dò voueat continentiam, per d.c. [coniugatus. Iuncta glossa quę communiter recepta, videtur hanc opinionem approbare, ponendo illam pro vltima, argumento glossæ singularis [k] licet Pano. [l] videtur oportere vxorem ingredi religionem, quod maritus de licentia eius illam profiteatur, sed non coucludit. Tũ quia arguit à separatis, à quibus nõ fit illatio. [l] Tum quia illa non æquiparatur, quia monachismus plus separat, q nus. ff. de sacerdotium: vnde etiam quo ad vinculum tollit matrimonium ratum non cõsummatum, quod non facit sacerdotiũ, iuxta c. [ex publico.] [m] & extrauagantem 1. [n] Nec est eadem ratio: quia sacerdos melius potest prouidere vxori remanenti in sæculo, ne fornicetur, quã monachus inclusus. *k in l.qui si in contrarium inclinet, argumento cap. ltium. §. Sa- binus. ff. ad Trebell. l l.Papinia- nus. ff. de minor- uer. coniu. n de voto Io. XXII.*

6 Ampliatur tertiò: vt procedat, etiã si vxor non voueat continentiam, modo sit senex, vel aliàs extra suspicionem in continentię. Tum quia id quod excusat ab intranda religione vxorem intrantis eam,

a cap. fi. de tempo. ordi. lib.6.

b Extraua. 1. de voto Io. XXII. c de cõuer. coniug.

d in d.cap. coniugatus.

e de cõuers. coniug.

f eod. tit.

g in 4. lib. sent. 37. distin. q.1. ar tic.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eam, videtur excusare posse à voto cõti nentiæ vxorẽ ordinãdi. Sicut.n. se habet introitus uxoris ad introitũ mariti religionẽ intrãtis, ita se habet votum continẽtiæ vxoris ad sacerdotiũ mariti ordinandi, per præcedẽtem ampliationem.

[Aduerte, quia quintum dictum, & illius responsio videntur intelligenda vt supra consil. 6.]

SVMMARIVM.

1 *Coniugatus post consummatum matrimonium de solo consensu uxoris iustè religionem ingredi non põt, nisi etiam uxor ingrediatur, nu. 3. vel cum sit ab omni suspicione incontinentiæ altena, continentiam promittat, aliàs si sit suspecta, solus consensus cum uoto de ingrediendo non sufficeret, nu. 2. professio tamen facta teneret, nec posset reuocari. nu. 3.*

2 *Coniugatus, consentiente vxore, & continẽtiam promittente, ordines sacros potest assumere, & hoc, si ab ea cesset omnis incontinentiæ suspicio, nu. 2. nam si esset suspecta, non sufficeret, etiam si promitteret religionem ingredi, nu. 2. ordinatio tamen facta teneret, & posset eis uti iustè & uti, & uxorque esset cogenda & uotum adimplere, nume. 3. ad fin. & 4. Item & illi possunt conferri beneficia, ut patet ex casu proposito.*

3 *Vxor, quæ consentiendo viro promisit continentiam, si eam non seruet, est cogenda, vt maneat reclusa in aliquo monasterio, vel alio loco simili. ut Tertiariarum, quæ non sunt propriè moniales, quòd si etiam & uoluit ingredi religionem, debet ad id cogi.*

5 *Adulterâ & ir innocens potest etiam contradicente uxore religionem præcedẽte iudicis sententia, & si sit notorium, etiam propria auctoritate ingredi, immo & ordinari: imo & si antea ordinatus fuisset, posset superueniente adulterio ordinibus uti.*

CONSILIVM XIV.

QVidam coniugatus de licẽtia suæ coniugis promittentis & iurantis se seruaturã castitatẽ perpetuã & intraturam religionem per instrumẽtum publicum, ordinatus fuit presbyter à suo Episcopo, & beneficio curato donatus, quod multis annis rexit. Coniux vero eius commorata diu inter Tertiarias ordinis Dominicani, deserto suo monasterio, vitam inhonestam agit.

Quæritur, an præfatus suus coniux possit cogi ab Episcopo denuo redire ad eam, vel suspendi ab officio suo.

1 Respondeo, quæstionem hanc difficilẽ videri, eo quod solæ duæ viæ occurrunt, quibus Dominus consulens defendi posse videtur, & neutra est nimis clara. Altera est, quod suscepit ordinem sacrum de licentia suæ uxoris promittẽtis seruare perpetuã castitatẽ, & intrare religionem. Altera, quod sua uxor admisit adulterium, & uitam ducit inhonestam. Quod autem prior via non sit nimis clara, facit primò, quod coniugatus post consummatum matrimonium non potest ingredi religionem de solo consensu vxoris remanenti in sæculo. [a] *a c. cum sis*

Secundò, quòd non videtur sufficere & *c. coniugatus. de cõuersi. coniugatorum.* quòd vxor promittat seruare continentiam, nisi esset tanta ætate, & ita bene morata, ut tolleret oẽm suspicionem fornicationis, vt expresse probat præfatum c. [cum sis.] [b] & in casu proposito vxor non erat talis, vt euentus probauit. *b Et c. vxoratus. eo. tit. de conuers. coniug.*

2 Tertiò, q̃ ad hoc, vt vir transeat ad religionem, non uidetur sufficere cõsensus vxoris etiã vouentis ingredi religionem, si est iuuenis, & suspecta de fornicatione, vt expresse tenet Panormit. communiter receptus [c] & probatur clarè per c. [ad Apostolicam.] & c. [significauit.] à contrario sensu [d] & in casu proposito mulier erat iuuenis, & ideo suspecta de fornicatione: ergo nó debuit maritus ordinari, antequam illa mutaret vitam, & profiteretur religionem. *c in c. 1. nu. 8. de cõuer. coniug. d eod. tit.*

Quartò, quòd nihil prodesse videtur Domino consulenti, quòd vxor intrauit ordinẽ Tertiariatum S. Dominici, quia illa non erat vera religio, argumento glossæ singularis. [e] *e in cle. cũ ex eo. de sponsa.*

3 Pro cõtraria verò parte facit primò q̃ coniugatus licet non possit regulariter promoueri ad sacros ordines, fallit, si vxor consentiat, & continentiam promittat, vt est casus in c. [coniugatus.] [f] & hoc in nostro casu cõtingit, quia maritus fuit ordinatus de consensu vxoris promittẽtis, & iurantis seruare continentiam, immo & intrare religionem. A

Secundò, quòd coniux potest ingredi religionem, si sua quoque coniux ingrediatur, [a] & in casu proposito vir assumpsit ordines sacros, & fœmina promisit & iurauit seruare continentiam, & intrare religionem, immo & intrauit Tertiariam Dominicanorum. *a ca. cũ sis. & c. uxora eod. tit.*

Tertiò, q̃ licet consensus vxoris etiã vouentis continentiam, si est iuuenis, & suspecta de fornicatione, non sufficiat vt maritus iustè ingrediatur religionẽ, antequam uxor ingrediatur eam, si tamẽ recipiatur, & profiteatur, valet professio, & non debet extrahi à religione B sed vxor, quæ consensit, & vouit continẽtiam, & religionem, debet cogi ad complendum votum, vt Panorm. [b] concludit, & probatur in d. c. [significauit.] & in d. c. [ad Apostolicam.] & confirmatur ea ratione, q̃ de substantia professionis mariti non est professio vxoris, sed consensus ipsius cum voto continẽtiæ, si non est suspecta de fornicatione, & cum voto religionis, si est suspecta, vt Panor. [c] dixit, & clarius Federicus [d] & efficaciter probant quatuor præfatæ capp. scilicet c. [cum sis.] & c. [vxoratus.] & c. [ad Apostolicam] & c. [significauit.] in sensu directo, vel à contrario sensu. Per quæ verior & canonibus consonantior est pars hæc posterior. *b vbi sup. c vbi sup. d cons. 37.*

Non obstant opposita. Ad primum enim & ſm rñdetur, concedendo assumpta in eis, negando tamen, quòd in casu proposito non inueniantur omnia illa, quoniam interuenit consensus vxoris, & votũ & iuramentum de seruanda perpetua castitate, & intranda religione.

Ad tertium respondet argumentum tertium pro nostra parte formatum. scilicet, quòd in casu proposito nõ debeat ordinari ordine sacro Dominus consulẽs, antequam illa intraret religionem, ordinatio tamen facta tenuit, & iustè potest ordine accepto vti, & vxor præfata debet compelli à Reuerendissimo Episcopo, vt adimpleat ea quæ vouit, iuxta præfatum c. [significauit.] D

4 Ad quartum respondetur primò, negando, q̃ non profit ingressus vxoris in præfatum ordinem Tertiarium, tenẽdo opinionem Innocentij & d. c. [significauit.] scilicet, q̃ huiusmodi vxor tenetur quidem intrare religionem, non tñ profiteri, sed manere ibi reclusa; quod videtur verum, si non promisit pluſquã continentiam perpetuam, secundũ Calderinum approbatum per Panormit. [e] *e vbi sup.*

Secundò, concedendo quod non profit, tenendo opinionem Hostiensis [f] quòd tenetur profiteri: quæ videtur verior, si vouit intrare religionem, sicut in præsenti casu vouit: sed negamus, q̃ ex hoc sequatur non profuisse votum de intrãda religione: quia potest compelli ad intrandam aliam; & satis est Domino cõsulenti, quòd illa consensit cum voto & iuramento de seruanda continentia, & in tranda religione, ad hoc vt sua ordinatio valeat, & nõ possit ab vsu eius arceri & ita compellatur adimplere sua uota. *f in d. c. significauit.*

5 Altera uero defensio Domini consulentis est, quod præfata vxor fornicata & adulterata est. Tum quia coniuge adulterante, cõiux innocens potest absque illius licentia intrare monasterium & profiteri, vt est casus in c. [Agathosa.] [g] & ratio firma est, quia per adulterium coniugis liberatur coniux ab omni seruitute, quam illi debet ratione cõiugij, auctoritate Euangelij [h] relata in cap. [dixit Dominus.] [i] & alibi sæpe, & etiam ipso iure, sine vlla iudicis sententia, saltem quo ad forum conscientiæ, & etiam quo ad forum exterius, si adulterium est manifestum, [k] vt nos latius tradidimus in Man. confess. [l] Tum quia præfatus Dominus consulens non expoliauit eam, immo de consensu eius ordinatus fuit, & diu ordines suos exercuit: & ita licet occultum esset adulterium, vel fornicatio, ob quam potuit dimitti, debet audiri exceptio eius de adulterio, antequam cogeretur ad eam redire & probato eo esset absoluẽdus, per præ dicta. Tum quia, etiamsi non fuisset ordinatus de illius consensu, & licẽtia, posset nunc ordinari sine illa, & à fortiori vti ordine iam suscepto, argumento ca. [quemadmodum:] [m] & per ea iura, quæ colligi possunt ex prædicto nume. 21. & duobus seqq. Salua, &c. *g 27. q. 2. h Matth. 5. & Luc. 16. i 31. q. 2. k c. significauit. de diuor. l ca. 22. nu. 21. & duobus seq. m de iure. iur. cum similibus.*

SVMMARIVM.

Dubio in casu tutius est pro matrimonij validitate præsumere. 1

Sponsus

1 *Sponsus credere debet sponsam se passum cognosci maritali affectu, & hoc magis si ipsa id fatetur, nu. 3. contrarium autem, etiam ipsa id asserente, nisi aliæ adsint coniectura, credere non potest. nu. 2.*
1 *Præsumere in dubio debemus id quod lex communis præsumit.*
4 *Monitio non est adhibenda, quando nõ est profutura, sed quando creditur profutura. & nu. 7.*
5 *Adultera uir potest se ab ea separare, idemque & religionem ingredi, immò & ordines sacros suscipere, nu. 6. & eis uti sine Papæ dispensatione. nu. 7.*

CONSILIVM XV.

QVidam contraxit cum quadam sponsalia de futuro, & cognouit eam carnaliter ante Concilium Tridentinum, & postea illa nupsit alteri publice, & ipse assumpsit ordines etiã publice: & nunc post multos annos dubitat primum, an præsuppositio, quòd ipse cognouit eam vxoris affectu, sed dubitat an illa eodem affectu passa est se cognosci, possit deponere scrupulum incitantem eum ad credendum valorẽ matrimonij.

1 Ad primum dubium respondetur q̃ non, si alia coniectura non concurrit. Tum quia tutius est in dubio credere valorem matrimonij. [a] Tum quia scit se cognouisse uxorio affectu, & idem debet credere illa, cũ tota Ecclesia id credat, nec habeat coniecturam sufficientẽ ad non credendum. [b] Tum quia habens potestatem arbitrandi, debet ad arbitrãdum lege communi duci, vt dicit Pan. [c] & tradit Sotus. [d]

2 Secundo dubitat, an teneatur interrogare illam, vtrum in copulam carnalem consensisset vxorio affectu. Respondetur quòd non, ad effectum credendi ei, si responderet non consensisse, nõ adductis alijs coniecturis, quæ ad credendum sufficerent, sed sic ad effectum sciẽdi, an essent aliæ coniecturæ ad id credendum, per dicta Soti [e] & nostro in Manua. confess. cap. 22. nu. 76.

3 Tertio dubitat, an ipse teneatur credere sponsę, quæ interrogata diceret se passam fuisse cognosci vxorio affectu. Ad quod respõdetur, quod sic indubie. Tum quia tota Ecclesia tenetur id credere, & non est vlla ratio, quæ contrarium suadeat.

4 Quartò dubitat, an teneatur monere illam, vt suæ, conscientiæ medeatur. Et uidetur respondendum, quòd si probabiliter credit nihil profuturam monitionem, & multum officere posse, omittat illam, iuxta ea quæ habentur in Manu. confess. [f]

5 Quintò dubitat, quo remedio põt sibi mederi quo ad forum conscientiæ. Ad quod respondeo primò, quòd consulens nõ potest sibi mederi solutione matrimonij quo ad vinculum, quia cum credere debeat verum fuisse matrimonium, & consummatum, illud non põt solui quo ad vinculum secundum oẽs, etiam Papæ auctoritate. Secundo, quòd non potest etiam mederi depositione conscientiæ, iuxta responsum ad primũ dubium. Tertio, q̃ potuit separare se, & manere separatus etiam sine auctoritate Papæ, eo q̃ adulterata fuit ipsa, & manet in adulterio, iux. c. [Agathosa.] & ei adnotata. [g] nec tenetur redire ad eam, quæ fuit adulterata.

6 Quarto, quod potuit iustè religionem intrare, & eam profiteri eadem ratione, qua potuit se separare, & manere separatus. Quinto, quod licitè potuit ordinari. Tum quia, licet nec per ordinem sacrum, neq; per sacram professionem diuidatur quo ad vinculum matrimonium consummatũ, diuiditur tamen quo ad thorum, & cohabitationem, præsertim quo ad forum conscientię. Tum quia nullam irregularitatem, neque suspensionem incurrit per illam ordinationem, quæ, vt dictum est, iustè potuit suscipi à iustè separato, etiam quo ad thorum, & cohabitationem.

7 Sexto, quod consulens videtur posse tutè ordinibus suis vti absque alia Papæ dispensatione, & satisfacere suæ conscientiæ, dummodo occurrente aliqua occasione, in qua monitio prodesse possit (vt si maritus eius moreretur, vel adulteraretur, ita ut se posset ab illo separare, uel alia similis, ob quam posset illa manere separata, & abstinere à nouo matrimonio contrahendo) moneat illam, vt se separet, vel maneat innupta castitatem seruando.

De

a Arg. c. iuuenis. de sponsal.
b ca. is qui. de sponsa.
c in c. cum Ioãnes, nu. 13. *& in fine de fid. instr. arg. ca.* 1. *de dilat.*
d in 4. dist. 27. *q.* 1. *art.* 5. *concl.* 4.
e in 4. dist. 27. *q.* 1. *art. q. col.* 8.
f cap. 24. *nu.* 12.
g 27. *q.* 2.

De conuersione infidelium.

SVMMARIVM.

1 *Statuitur cum quid, & omnia illa statuta censentur, sine quibus illud vel nullo modo, vel non commodè fieri potest.*
4 *Conuersus ad fidem coniugatus, antequã cum altera contrahat, tenetur per monitionem, vel aliter cognoscere obstinationem infidelis coniugis nolentis nec cõuerti, nec sine contumelia Creatoris cohabitare licetque iudicialis interpellatio, & separatio sit utilis, necessaria tamen non est & nu. 2. & sicut non potest prius nubere, ita nec castitatis votum emittere. nu. 2. nec religionem ingredi. nu. 3.*
5 *Matrimonium contractum inter infideles non dissolutur ex eo solo, quod vno conuerso alter interpellatus duret in sua obstinatione, sed per matrimonium cum infideli legitimè contractum: Vnde si quæ prius erat obstinata conuertatur, tenetur primo conuersus, si nondum cũ alia contraxit, nec professionem emisit, illam recipere.*
3 *Conuersus, qui in infidelitate plures habuit uxores, si uelit cum prima permanere, non eget ut denuo contrahat: secus si uelit cum secundo loco, & sic minus legitimè ducta, & ad fidem reuersa, remanere.*

CONSILIVM I.

AN infidelis coniugatus, & ad fidẽ conuersus baptizatus possit ducere aliam fidelem vxorem, antequã interroget priorem infidelẽ, an velit cõuerti, vel manere cum suo marito sine contumelia Creatoris?

Pro parte negante facit, quòd nullo iure videtur monitio requiri. Apostolus enim Paulus [a] cuius auctoritate nititur facultas contrahendi cum fideli, si vxor prima non conuertatur, non inducit obligationem monendi primam: solum enim ait, [Si infidelis discedit, discedat: non enim seruituti subiectus frater, aut soror in huiusmodi est.] nec Innocentius III. [b] nec c. [gaudemus.] [c] in quibus præcitatum dictum Pauli cõmentatur, nec Ambrosius, [d] nec alia ci tata per Gratianum [e] videntur require re aliquam monitionem, vel interroga tionem, & quod Sanctorum decretis non est sancitum, non est superstitiosa adinuentione præsumendum. [f] Addo, quod nec Magister [g] nec Sanctus Thomas, nec Scotus, nec communiter alij in eum comminiscentes claram aliquã de huiusmodi monitione, vel interrogatione ad hoc propositum mentionem fecerunt, nec D. Antoninus, [h] nec Angelus à Clauasio. [i]

a 1. *Cor.* 7.
b in c. quãuis. de diuor.
c de diuor.
d in c. si infidelis. caus. fid.
e 28. *q.* 1.
f c. consulti.
g in 4. *dist.* 39. *q.* 1. *art.* 5. *ad* 4.
h 3. *p. tit.* 1. *cap.* 6.
i

B 1 Pro parte vero affirmante facit primò, quòd, qui statuit aliquid, videtur statuere illa, sine quibus id fieri nequit, [k] imò & illa, sine quibus id commodè fieri nequit, [l] iuxta l. penult. [m] & l. [quicunque.] [n] per quas id affirmat Aretinus communiter receptus. [o] At non videtur posse satis commode sciri uoluntas nõ conuersæ, nisi interrogetur, vel monea-tur, an velit se conuertere, vel sine contumelia Creatoris conuiuere cõuerso. [p]

k ped. 10. §. 6. *l.* 2. *ff. de ri nequit.*
l ff. de vsufruct.
m §. *si ei quem. ff. de instit. act.*
n in c. de testibus.
o c. quanto. de diuortio. verbo. quicit tutum esse, vt iudex præfigat termi-num, intra quem conuertatur, licet id non esse necesse dicat Panorm. in cap. seq. quo se remittit.

Secundo, quòd glossa [q] habet, fidelem conuersum volentem ducere nouam vxorem fidelem, debere habere testes, quibus probet nolle priorem vxorem infidelem conuertere se ad fidem: quamuis non requiratur separatio per iudicis sententiam: & Hostiensis [r] & Host. *relinquitur verbo.* Tertio, quod Innoc. III. [s] requirit quod prius infidelis renuat cohabitare coniungi conuerso sine contumelia Creatoris, ad hoc vt possit aliam ducere. At renutus ille non videtur satis innotescere, donec monita, vel interrogata respondeat nolle.

p in c. gaudemus. de diuort.
q in 4. *dist.* 5. *ad* 4.
r in ead. dist. in. col. 8. *& in nicus Sotus* [r] *& dicit, quod vt cõuersus licitè cum alia fideli contrahat, non cõ tenetur eam certificare, & requirẽda est prius admonẽda, & requirẽda Ecclesiastico more: quod ẽt ante ipsum matrimon. quẽ ipse non referet, tenuit Syluester.*
s verb. matrimon. 8. *q.* 10. *nu.* 8.

Angelus

a vbi sup. 3 Angelus item [a] licet non dicat requirendam esse antequam contrahat cum fideli, ait tamen requirendam esse antequam fiat religiosus: ex quo ex rationis identitate argui potest idem fieri debere, antequam contrahat.

Quinto denique allegatur textus à *b in ca. Iudæi. 28. q. 1.* nemine, quod sciam, ponderatus, [b] qui sic habet, [Iudæi admoneantur vt fiant Christiani, si cum vxoribus suis conuersis habitare voluerint.]

4 Per quæ oïa pro hac parte adducta tenendum vr firmiter primò, q necessaria est monitio, rogatio, vel interrogatio aliqua honesta, vel alia probatio sufficiés, per q sciatur, vel cognoscatur obstinatio eius in sua secta, ad hoc, vt conuersus possit cõtrahere nouè cũ alia fideli.

5 Secũdo, quod tuta & vtilis esset monitio, & separatio iudicialis, sed non necessaria. Tum quia non requirit hoc Apostolus, nec aliquis canon, nec ulla ratio hoc efficaciter conuincit. Tum quia prædicta monitio & separatio iudicialis non inducit dissolutionem primi matrimonij, sed obstinatio infidelis nolentis se conuertere, neq; cohabitare sine contumelia Creatoris suo coniugi conuerso, & contractus matrimonij consequutus cum secunda: quoniam sententia verior S. Tho. est, vt præ alijs Syluester vbi supra, sexto dicto, in fine, quod primum matrimonium non dissoluitur per prædictam illius obstinationẽ ante contractum secundum matrimonium, ea ratione firma, q non obstante quacunq; responsione ipsius, si vere cõuerteretur ante contractum matrimonij secundi, & ante religionis professionem, teneretur eam accipere.

Ad opposita respondetur, quod licet Apostolus expresse non requirat prædictam monitionem, tacitè tamẽ requirit vt sciatur, quod non vult se conuertere nec cõmanere cum conuerso sine contumelia Creatoris, quæ scientia non põt commodè haberi sine illius monitione, rogatione, interrogatione, vel alia probatione, q arbitrio boni viri videretur sufficiẽs, & ideo visus fuit tacitè voluisse illam, non tñ iudicialem separationẽ sine qua commodè illa potest haberi.

6 Idem iudicandum de conuerso, qui habuit plures vxores nulla repudiata, vel repudiata aliqua. Nam talis siue Hebræus, siue quilibet alius infidelis conuersus debet requirere, & monere illã, cum qua primò licitè contraxit, & non aliàs, cũ quibus non poterat cõtrahere, & quæ nõ fuerunt veræ vxores eius, vt clarè colligitur ex d.c. [gaudemus.] Qd si prima, quæ erat vxor, siue repudiata, siue nó repudiata, monita, & supradicto modo requisita, permanserit obstinata, nolens se cõuertere nec cõuiuere illi sine contumelia Creatoris, poterit accipere vnã ex alijs, quæ se conuertere voluerit, perinde ac aliam fidelẽ, si nullum impedimentũ legitimũ obstet: aliter tñ põt acepere primam, & aliter aliam: nã primam accipiet tanquam vxorem veram, cum qua verum matrimonium cõtraxit in infidelitate, & nunquam fuit dissolutum, iuxta illud, [Quos Deus cõiunxit, homo non separet.] Neque indiget nouè contrahere cum illa: aliam autem accipere debet contrahendo cum illa nouè matrimoniũ, perinde ac si nunquam in infidelitate contraxisset: quia ille primus cõtractus nihil ualuit, & ita nec iuuat, nec nocet ad essentiam matrimonij, iuxta illud Persij, [Ex nihilo nihil in nihilũ nil posse reuerti.] Salu. &c.

SVMMARIVM.

Matrimonium apud Iudæos & alios infideles verum inuenirì. 1

Baptismus coniugia legitima non dissoluit: Vnde conuersi coniuges iterum contrahere nequaquam tenentur. & nu. 6. 2

Infidelium coniugũ alter conuersus alium ducere põt, seruatis tamen requisitis. 1

Leges ueteris testamenti pertinentes ad nuptias, ut iudiciales vel cæremoniales, expirauerunt per passionem Christi, adeo ut nec ipsos Iudæos ligent. & nu. 4. 2

Matrimonia Iudæorum nullam prater libe rum consensum uidentur requirere substantialem solemnitatem. nu. 6. 3

Matrimonia ante Concilium solo mutuo consensu per se, uel per literas, seu procuratorem & nuncium, modo personæ essent legitimæ, ad contrahendum dato, perficiebantur. 4

Impedimenta dirimentia matrimonia secundum auctorem potest infidelis Princeps inducere. 5

Messiæ

§ Messiæ ab aduentu sceptrum à Iuda ablatum fuit, vnde nec quid validè statuere potuerunt Iudæi.

CONSILIVM II.

IVdæus & Iudæa contractis sponsalib. per verba de præsenti, non seruatis alijs cæremonijs secũdum vsum Iudæorum seruandis, consummauerunt matrimonium, postea conuersi sunt ad fidẽ Catholicam. Quæritur an debeant cõtrahere matrimonium seruatis solemnitatibus Concilij Tridentini.

Respondeo sequẽtia. Primum, quòd hęc quæstio põt habere duplicẽ sensum. Alter est, an coniuges infideles, qui in infidelitate validè matrimonium contraxerunt, conuersi ad fidẽ debeant iterum contrahere cũ solẽnitate Ecclesiæ. Alter est, an infideles, qui contraxerunt matrimonium omissa aliqua solemnitate secundum suam legem, vel sectam, conuersi ad fidem debeant contrahere cum solemnitate requisita Ecclesiæ.

a c. gaudemus. de diuort. *b l. 1. ff. de rit. nupt. & melius Inst. de patria potestate. §.* *nuptua. cap sufficiat. 27 q. 2. & l. nuptias. ff. de reg. iur.* *c 1. ad Cor. 7.* *d 28. q. 1. c. iam nunc. et in multis alijs capp. e lib. 4. sent. dist. 39.* *f c. consulti. 2. q. 4. et §. considere mus. i auth. de triente et semis. col. 3. § 6. dist. §. fi. & c. 1. de purific. post partum. h 1. 2. q. 103 art. 3. & q. 104. art. 1. i d. dist. 39.*

1 Secundum, q prædicta quæstio est resoluenda negatiuè, s. q non tenentur contrahere cum solemnitate Ecclesiæ. Tum quia matrimonium verum inuenitur apud Iudæos, & alios infideles, [a] & indissolubile. [b] Tum quia baptismus nullatenus soluit coniugia, si ambo coniuges conuertantur, licet altero in infidelitate manente, ei qui cõuertitur fiat certo modo facultas contrahendi cum alia, iuxta sententiam Pauli [c] relatã & declaratam à Gratiano [d] & à Magistro, & à suis commentatoribus. [e] Tum quia nullo iure naturali, diuino, neq; humano cauetur, vt coniuges infideles conuersi ad fidem iterũ teneantur cõtrahere matrimoniũ: ergo non est dicendũ. [f]

2 Tum quod leges pertinentes ad nuptias abrogatæ sunt, quippe quæ erant iudiciales vel cęremoniales. [g] & tradit S. Thom. receptus [h] & in specie de legibus Iudiciorum pertinentibus ad nuptias, quod omnes prȩter naturales expirauerint per passionem D. N. Iesu Christi, ita quod non ligantur eis hodie Iudæi, tradit Dominicus Sotus. [i]

3 Tertium, quòd hæc quæstio secundum alterum sensum est difficilior, & pendet ab illa, an prædictum matrimonium fuisset verum & validum iudicandum apud Iudæos, antequam obseruaretur solemnitas, quæ esset super addenda consensui de præsenti: nam si illud fuisset iudicandum validum non obstante talis solemnitatis defectu, non tenerentur prædicti coniuges ad contrahendum iterum post conuersionem, per superius citata. si autem prædictum matrimonium fuisset iudicandum inualidum ob defectum talis solemnitatis, tenerẽtur iterum contrahere cum Ecclesiæ solemnitate: quia regulariter quod nihil est, nihil operatur, [k] iux. c. [ex tenore.] cum glossa de rescrip. vbi latè Felynus. Nam si matrimonium præfatum ante conuersionem erat nullum, vtique per conuersionem non fuit factum validũ, cum aliud sit conuertere se ad fidẽ Catholicam, & aliud contrahere matrimonium, & à separatis non fit illatio. [l]

k c. non præstitur. lib. 6. *l l. Papinia nus. ff. de ritu nupt.*

4 Quartum, q nec ex sacris literis, nec ex vllis Ecclesiæ canonibus videtur colligi, quod apud Iudęos esset ante aduentum Christi seruanda aliqua solemnitas vltra mutuum & liberum consensum personarum ad contrahendum legitimarum, ob cuius defectũ matrimonium diceretur ipso iure nullum: neq; aliquis comminiscentium in 4. lib. sent. vel aliquo sacrorum canonum viderut id perpendisse, cum omnes vno ore dixerint sufficere vsq; ad prædictum Cõcilium Tridentinum ad substantiam & essentiam matrimonij consensum personarum ad contrahendum legitimarũ mutuum & liberum præstitum siue per se, siue per literàs, siue per nũcium, siue per procuratorem, iuxta prædictum c. [sufficiat.] [m] & multas leges. [n] Quin & Dominicus Sotus [o] significat omnes leges veteris testamẽti pertinentes ad nuptias præter naturales, vti leges iudiciales, expirasse ab orbe redempto, nec eas hodie ligare Iudæos: & quidem rectè: quia omnes leges cęremoniales & iudiciales expirauerunt à passo D. N. Iesu Christo, [p] & tradit S. Thom. receptus. [q]

m 27. q. 2. et m d. dist. 1. col. 8. *n ff. de ritu nupt. l. 2. p §. fi. 6. d. o in d. dist. 39. art. 1. q. 1. c. 1. de purific. post part. p §. fi. 6. d. q c. 1. de purific. post part. q 1. 2. q. 103 art. 3. & q. 104 art. 3.*

5 Quintum, quòd dubitari potest, fic. an respublica Iudæorum post orbem redemptum statuerit aliquam solemnitatem extrinsecam, cuius defectu matrimonium redderetur nullum: & mihi *notatis.* videtur quòd non. Tum quia non habuerunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

buerunt rempublicam liberã, nec Prin E
cipem, nec Regẽ, qui id ſtatuerit. Tum
quia res controuerſa eſt, an vllus infide
lium Princeps poſſet id ſtatuere, & ad-
dere legi naturali, ſicut prædictũ Con-
cilium addit præſentiam parochi & te-
a in c.1.de reſor.matri mo.ſſſ.24. ſtium [a] quamuis ipſe magis propendeã
in partem affirmatiuam, quam tenet So
tus, ſed vt prædixi, ablatum fuit ſceptrũ
à Iuda, & regia poteſtas ab aduentu
b Geneſ.ca. penult. Meſſiæ, vt Iacob [b] ſignificauit. Tum de-
niq; quod nullus claſſicus auctor, quod
ſciam, id meminit.

6 Sextum, quod attentis ſupradictis, F
credendum eſt, q, licet Iudæi ſeruent
aliquas cæremonias de conſilio, vel præ
cepto in conſummandis ſuis matrimo-
nijs præter conſenſum liberum & legi-
timum requiſitum ad ſubſtãtiam & eſ-
ſentiam eius, ſicut & Sacroſancta mater
Eccleſia ſeruat in conſummatione ma-
trimoniorum ſuorum Chriſtianorum:
non tñ eſt credendum, quod ſeruant ali
quam ſolemnitatem tantæ virtutis &
efficaciæ, ut matrimonium iure natura-
li validũ, & indiſſolubile, reddatur nul-
lum propter defectũ eius: & conſequen
ter præfati cõiuges ad fidem conuerſi
non debent contrahere denuo matri- G
monium cum ſolemnitate Eccleſiæ, ne
que abſque illa. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium inter infideles contractum eſt verum, & inſeparabile, non tamen ratum eſt, nec ſacramentum, liceq; nõ diſſoluatur per baptiſmum ab altero aſſumptum, nu.7. 10. etiam ſi relictus in infidelitate nolit ſine cõtumelia Creatoris cohabitare, & montius proteſtetur ſe nolle conuertere, nu.6. & 9. etiam quod alteram infidelem ducat, nu.1. & nu.8. adeo quod ſi infidelis, etiam ſi ſecundã duxiſſet, conuertatur antequam conuerſa cum altero fideli cõtraxerit, teneatur adhærere primæ & dimittere ſecũdam, etiamſi & ipſa ſecunda baptiſmum ſuſcepiſſet, quia non potuit eſſe eius uxor, nu.5. & 8. & prima & adhærere tenetur, nu.5. diſſoluitur autem eo ipſo, quod conuerſa, ipſo infideli in ſua obſtinatione permanente, alteri, prout poteſt, nu.11. nubit, nu.4. quia cum hoc ſecundũ matrimonium inter fideles contractum ſit ſacramentum, deſtruit primum matrimonium, quod non erat nec ratum, nec ſacramentum, nu.9.11. & tunc ſit facultas infideli aliam validè ducendi, adeo quod ſi conuertatur cum hac ſecunda poſſunt, nu.3. imò tenẽtur ſimul cohabitare, quia fuerunt veri coniuges, eorumque matrimonium per ſuperueniẽs baptiſmum fuit factum ratum.*

Sacramenta per eaſdẽ cauſas, quibus fiũt, non ſoluuntur. & 11. 3

Corporalia facilius deſtruuntur, quàm cõſtruantur, at ſpiritualia contra. 4

Matrimonium infidelium inſeparabile eſt de lege natura, nec tollitur per baptiſmum, imò ſi ambo cõuertuntur, effitur per conuerſionem ratum. nu.10. 7

Matrimonium fidelium ratum nedũ pro feſſio in religione emiſſa, ſed & Papæ diſpenſatio, licet ſit verum ſacramentum, nu.13. diſſoluit, ſecus ſi fuerit conſummatũ ſacramento, quod ſignificat Chriſti cum Eccleſia inſeparabilem coniunctionẽ, nu.14. & 17. at infidelium ettã, & cathecumenorum poteſt, nu.13. non obſtante quod per baptiſmum fiat ratũ, nu.10. & quod ante baptiſmum fuerit conſummatum: quia per illam præcedentem conſummationem non dicitur conſummatum ſacramento prædicto, quod ſignificat prædictam Chriſti cum Eccleſia coniunctionem, nu.14. & 17. 12

Papa, aliusve Princeps contractus ſubditorum ſine cauſa ſoluere poteſt. 16

Papa de conſenſu conuerſæ facere poteſt, vt vir eius, qui adhuc infidelis cũ alia contraxit, conuerſus cum eadem ualide contrahat. 16

Repudium vel nunquam licuit, vel non poſt Euangelium. 18

CONSILIVM XIII.

H

1 LAzarus Hebræus habens uxorem, eaque ad fidem conuerſa, & antequam alij nupſiſſet, ſecundam duxit, ex qua liberis ſuſceptis cum ea ipſe quoque conuerſus eſt, viuente adhuc priore innupta.

Dubitatũ eſt primo, an d. Lazarus iure cõmuni abſq; vlla Papæ diſpenſatione poſſit iuſtè cum ſecunda remanere.

Secundo, an ſaltè cum diſpẽſatione Papæ

Papæ iuſta de cã facta id facere poſſit.

Tertio, an ſubſit in caſu propoſito iuſta cauſa id faciendi.

Ad hæc dubia reſponſurus, p̃mitto, quod illa videntur eſſe noua: quoniam non vñr determinari per Gratianum, nec per vlla capp. illorũ plurimorũ, quę
a 28.q.1. et 2. citãtur ab eo [a] neq; per ca. [quãto.] & c. [gaudemus.] [b] nec per Magiſtrum,
b De diuor. nec S. Thomam & alios, qui comminiſcunt ſuper dictis eius. [c] Licet. n. in prę-
c in 4. libro ſent. d. 33. & 39. dictis locis proponantur dubia de libello repudij olim in teſtamento veteri pmiſſo dari, & de matrimonio infideliũ, an reperiatur inter infideles, & an infidelis coniugatus ad fidem conuerſus; vel conuerſa poſſit contrahere cũ fideli, & an debeat expectari conuerſio infidelis, & alia multa his acceſſoria: non tamen videntur tractari hęc tria dubia.

2 AD PRIMVM ergo eorum, videlicet an ſolo iure communi attento liceat præfato Lazaro remanere cum ſecunda ſine diſpenſatione Papę, reſpondeo facere pro parte eius affirmante, primo, quòd matrimonium per verba de præſenti contractum diſſoluitur per profeſſionem in religione approbata factam, eo quod licet ſit ratum, non eſt tñ C
d De conuconiug. cõſummatum, per c. [ex publico.] [d] at matrimonium contractum inter infideles licet ſit verũ, & inſeparabile, vt probat S. Thomas receptus, [e] non tñ eſt ratum, neq; verum ſacramentum, vt ipſemet tradit: [f] ergo per profeſſionẽ fidei Catholicę, quæ eſt maior, quam profeſſio religionis, cenſendum eſt ſolutum: & ita potuit Lazarus contrahere cum ſecunda, antequam conuerteretur.
ein d. diſt. 33.q.2.art. 1.
f in d.diſt. 39.q.1.art. 5.

3 Secundo facit, quòd Dominicus So
g in eo.art. 5.col.8. tus eundem S. Thomam [g] ſequutus dicit, quod ſi infidelis, qui remanſit in infidelitate poſt conuerſionem prioris cõ D
iugis, ducat aliam infidelem, & poſtea conuertantur ambo ad fidem, poterit iuſtè continuare matrimonium cum ſecunda contractum, & nõ redire ad priorem cõuerſam, quę deciſio videtur ſpecialis pro caſu propoſito.

Tertio, quòd omnis res, per quaſcũque cauſas naſcitur, per eaſdẽ diſſoluitur, iux. c.1. [h] At prius matrimonium
h de reg.iu. Lazari ex conſenſu prioris vxoris conſtabat, & firmitatem recipiebat: ergo etiam ex conſenſu ipſius ſolui poteſt, & ita ipſe Lazarus ex ipſius conſenſu manere cum ſecunda.

4 Quarto, quòd non videtur obſtare gloſſa [i] quę habet illam regulam fallere *i in d. c.1.* in matrimonio, quod ſolo conſenſu cõ *de reg. iur.* trahitur, [k] ſed ſolo contrario conſenſu k *c. ſufficit.* non diſſoluitur, [l] & idẽ eſſe de alijs ſa- *27.q.2.* cramentis baptiſmi & ordinis: pro qua *l c.licite.32* eſt textus quem illa non citat, in c. [in- *q.7.* ter corporalia:] [m] quatenus hẽt inter *m de trãſl.* corporalia & ſpiritualia hoc diſtare, qđ *prał.* corporalia facilius deſtruuntur, quã cõ ſtruuntur: ſpiritualia vero facilius conB
ſtruuntur, quam deſtruuntur. Non inquam hoc videt obſtare: quia replicari poſſe videt in caſu propoſito, prius matrimonium Lazari per cõſenſum vxoris potuiſſe deſtrui, & fuiſſet deſtructum, ſi iam ipſa nupſiſſet alteri, imò & ſi nunc ante conuerſionem eius nuberet: quia Lazarus cõtrahendo cum altera uerbo & facto ſignificauit ſe obſtinatum eſſe in perfidia. quod ſufficere uidetur ad hoc, ut ipſa contrahat cum alio fideli, per c. [ſi infidelis.] [n] & ſentit gloſſ. [o]

5 Pro parte uerò negãte facit primo, *n 28.q.2. o in c. ſi infidelis. eadẽ cauſa, q.1.* quòd ratio maxima, ob quã uidetur id poſſe facere, eſt illa, qđ hæc ſecũda fuit C
uxor eius antequam conuerteret: ſed hoc non vr uerum: quoniam licet infidelis coniux conuerſa ad fidem Catholicam poſſit contrahere cũ alio fideli, ſi uir eius infidelis nolit ſe conuertere ad eandem, neque cohabitare illi abſque Creatoris contumelia, per c. [ſi infidelis.] [p] infidelis tñ, qui ſe non vult con- *p cum aliuertere, non põt licitè contrahere cum quot alijs.* alia etiam infideli ſuæ ſectæ, antequam *28.q.1. et c.* coniux cõuerſa contrahat matrimoniũ *ſi infidelis.* cum aliquo fideli, per qđ ſoluatur ma- *28.q.2. &* trimonium prius quod cum infideli cõ *prædict. ca.* traxerat, ut ſentit glo. [q] & tradit S. Tho *quãto, &c.* mas communiter receptus [r] cui concor *gaudemus.* dant idem Sotus, & Ioannes Maior. [s] *de diuort.*

6 Secundo facit, quod per ſolã cõuer- *q in d. cap.* ſionem alterius coniugis ad fidẽ Catho *gaudemus.* licam non ſoluitur matrimoniũ contra *de diuort.* ctum inter illam, & alterum coniugem *r in d. diſt.* in infidelitate, imò neque per pertina- *39.q.1.art.* ciam infidelis coniugis manendi in in- *5.ad 3.* fidelitate, & nolendi ſe conuertere, ne- *s Per prædi* que per monitionem factam ei, ut ſe *ctum c. gau* conuertat, cum proteſtatione, quod *demus.*

alioquin nubet alteri infideli, imò neque per responsionem eius declarantis se nolle conuertere: quia etiam si post talem responsionem se conuerterit antequam prius conuersa nupserit, tenebitur ipsa recipere illum,& non poterit
a d.c. si infidelis. alteri nubere,vt sentit glossa [a] & exprimit S.Thom.communiter receptus [b] &
b in præf.d. 39.q.1.art. 5.ad 2. est textus satis ad hoc efficax. [c]
7 Tertio,q̃ inseparabilitas matrimonij est de lege naturæ,vt probat S.Tho.
c in d.cap. gaudemus. communiter receptus [d] & facit definitio matrimonij posita in princ. Instit. [e]
d in 4.d.33 q.2.art.1. ibi, [Individuam vitæ consuetudinem continens.] & quos Deus coniunxit,
e de patria potest. homo nõ separet,iuxta illud. [[f] Quos Deus coniunxit, homo, non separet.]
f Matth.19 transl ıtum in c. [quos Deus.] [g] Ergo
g 33.q.2. prædictus Lazarus non fuit separatus à sua priore vxore, propterea quòd ipsa se conuerterit ad fidem Catholicam, quia conuersio & baptismus non tollũt legem naturæ, sed perficiunt, vt idem S.Thomas ab omnibus receptus in hac
h in d.dist. 39.q.1.art. 3.in c.9. ipsa specie dicit. [h]
8 Quarto, q̃ contra legem eandem naturæ est, vt quis habeat eodem tempore duas vxores, vt probat d.c. [gaudemus.] [i] & docet idem S. Thom. cum
i de diuort. k in d.dist. 33.q.1.art. 1. communi [k] & ita viuente prima vxore Lazari,antequam illa nupserit alteri fideli, non potuit Lazarus ducere secundam,& contractus cum illa non valuit, nec per eum facta fuit vxor eius: & cõsequenter non videtur posse redire ad eam, neq; commanere ei, eo quod fuit eius vxor.

Quinto, q̃ non potest etiam prædictus Lazarus accipere illam tanquam aliam fidelem,si conuertatur & baptizetur,quia iure naturali & diuino tenetur
l 1. ad Cor. 7. accipere priorem,iuxta dictum Apost. [l] & tradit S. Thomas communiter rece-
m in distin. 39.q.1.art. 4. ptus [m] & antea declarauit satis Innocentius. [n]
9 Sexto denique, quòd licet coniux
n in d. cap. gaudemus. conuersa nolente coniuge marito se conuertere, potest pertinaciam eius possit licitè nubere alij fideli: non tamen soluitur matrimonium prius,donec nubat alteri: quoniam matrimonium nõ soluitur, vt dictum est, per conuersionem & baptismum,neque per pertinaciam coniugis infidelis, neque per responsionem, quòd non vult conuerti, sed per matrimonium sequutum realiter, iuxta S. Thomæ opinionem magis receptam: [o] quod quia verum sacramẽtum est, dissoluit prius matrimonium; quod non erat sacramentum propriè, licet esset contractus indissolubilis, sed nondum ratus,vt idem S.Tho. tradit. Per quę omnia videtur hęc pars verior, & religioni Christianæ conuenientior.

o in d. dist. 39.q.1.art. 5.ad 2. *p in eo.art. 5. ver. sed contra.*

10 Ad primum oppositũ respondetur, concedendo assumptum,negando tamẽ consequentiam: quia nullo iure naturali,diuino, nec humano cauetur,quod per conuersionem ad fidem Catholicã dissoluatur matrimonium legitimum, præcedens,imò ex ratione probatur cõtrarium, quod fides perficit matrimonium præcedens, & facit de nõ rato ratum,vt tangitur in 3.& vlt. argumento pro hac parte factis.

Ad secundum respondetur, concedẽdo,quòd Dominicus Sotus scripsit verba posita in argumento, sed non sola: nam adiecit id esse verum, si iam conuersa contraxit tempore quo infidelis cõtraxit cum secunda,significans,quod si conuersa non contraxisset antequam vir non conuersus contraheret cum secunda,nõ valuisset matrimonium cum secunda.

11 Ad tertium & quartum respondetur,q̃ illa regula prima [q] non habet locum in sacramento matrimonij, neque in alijs. Nec obstat replicatio,s.q̃ vxor Lazari conuersa nubere poterat, attenta illius perfidia, qua duxit secundam, antequam se vellet conuertere: quia ad rescindendum matrimonium ante infidelitate contractum non sufficit cõuersum posse licite cum alia fideli contrahere,sed oportet,vt actu & facto cõtrahat, quoniam prius durat vsq; ad secũdum contractum,cuius virtute, quæ maior est virtute prioris matrimonij, dissoluitur,vt probatur per argumenta pro hac parte facta.

q de reg.iur.

12 AD DVBIVM secundum respõdetur,quod pro parte negante facit primo, quòd licet Papa, idemque Maximus & optimus Pontifex possit dispensare in matrimonio per verba de præsenti contracto,& nondum cõsummato ex causa iusta, vt hi qui contraxerunt possint

possint cum alijs contrahere,iux. glossam illam solemnẽ [a] quam nos prę alijs confirmauimus in Man. conf. [b] non tñ
a c.ex publico. de conu. coniug. põt dispensare in consummato, vt omnes tàm Canonistæ,q̃ Theologi tenẽt: sicut nec professio religionis approbatæ id facere põt, licet dissoluere possit matrimonium non consummatum iux.
b c.22. nu 21. præf.c. [ex publico.] At matrimonium Lazari contractum cum prius conuersa fuit consummatum: ergo non potest Papa in eo dispensare,vt viuẽte priore possit contrahere cum secunda.

13 Secundo,q̃ Papa non debet uelle
c l.2. §. si quis à prin. ff.ne quid in loco publico fiat,c.super eo.deof.del. & reg. Can cella. de nõ tollendo iure quæsito. præiudicare tertio. [c] At vxor prior Lazari hẽt ius quæsitum per contractum matrimonium in ipsum Lazarum, per quod tenetur, si conuertatur, ad illam redire, per c. [gaudemus.] [d] ergo non dẽt velle dispensare vt ipse contrahat cũ secunda, quamuis ambo cõuertantẽ.

d De diuor.

Pro parte verò affirmante facit primo,q̃ quamuis matrimonium eõtractũ inter infideles sit legitimum,non est tñ ratum, secundum omnes, quia non est sacramẽtum,cum nullum verum sacramentum sit apud infideles, neq; fideles catechumenos nõdum baptizatos: baptismus enim est ianua sacramentorũ. [e]
e c.veniens. de presb.nõ baptiz. At matrimoniũ contractum inter fideles licet non sit consummatum, est tñ ratum,& verum sacramentum ẽm oẽs. Cum ergo omnes puri Canonistæ & Theologi qui canones calluerunt, imò & Caietanus & Michael à Medina, qui fuerunt satis puri Theologi, affirment posse Papam ex iusta causa dispensare super matrimonio à fidelibus contracto nondum cõsummato,à fortiori poterit dispensare super matrimonio contracto inter infideles,cum non sit ratũ.

14 Secundo, q̃ nuptias facit consen-
f l.nuptias. ff.de reg.iu. sus,& non cõcubitus. [f] At copulatos solo cõsensu põt dissoluere Papa iusta de causa, ergo à fortiori coniunctos solo concubitu,nisi impediat sacramentũ q̃ significat coniunctionẽ D.N.Iesu Christi,& Ecclesię,quę est inseparabilis,iux. c.[debitum.] de bigamis. At licet inter Lazarum & eius vxorem priorem fuerit matrimonium concubitu consummatum, non tñ fuit consummatum sacramento, q̃ significat prædictam mirabilem coniunctionem: ergo poterit iusta de causa soluere illud Papa.

15 Tertio, quòd licet nec Papa nec alius princeps possit regulariter dissoluere cõtractus suorum subditorum inter se, neque cum ipsomet factos,iuxta regulam [id quod nostrum.] [g] & iuxta
g ff.de reg. iur. c. [conuenior.] [h] & alia multa,quæ citat Felynus [i] potest tamen iusta de cau-
h 23.q.8.& c.1.de pro-batio. sa id facere, iuxta ea quæ adducit ibidẽ Felynus,& omnes. [k] At inter Lazarum & suam priorem vxorem solum inter-
i in c.nouit. nu.8.de iuvenit contractus lege naturæ quidem invalidus, sed tamen legis supernaturalis
dic. k in c.quæ vinculo & spirituali significatione sacramentali nudas: ergo poterit Papa il
in ecclesiarum.de con lum dissoluere iusta de causa.
stit.& alibi sæpe. 16 Quarto, quòd licet Papa, & alius princeps nõ recognoscens superiorem non debeat velle præiudicare tertio sine ipsius consensu,iuxta prædictam regulam. [id quod nostrum est,] potest tamen id facere consentiente parte,iuxta eandem regulam,quæ habet, [Id quod nostrum est sine facto nostro ad alium transferri non potest.] vbi per factum intelligitur consensus expressus,vel tacitus, vel aliquid aliud ei æquipollens. At in casu proposito prior vxor Lazari conuersa,vult consentire,vt Papa dispẽset,& det facultatem prædicto Lazaro, vt contrahat cum secunda. ergo sanctè poterit id facere Papa.

17 Ad primum oppositorum respondetur, concedendo q̃ Papa non possit dispensare super matrimonio rato & cõsummato propter significationem illã mirabilem sacramentalem, quam lege supernaturali & spirituali, de qua in d. cap. [debitum,] habet,negando tamen quòd primum matrimonium prædicti Lazari fuit consummatum, quia non fuit etiam ratum, sed solum contractus purus habens inseparabilitatem naturalem sola lege naturę inductam.& nudam à sacramentali significatione, vt probatum est supra in decisione primi dubij, & per fundamenta pro parte secunda secundi dubij adducta.

Ad secundũ respondetur primo,concedendo Papam non debere præiudicare tertio sine iusta causa, sed cũ illa potest, & frequenter debet præiudicare p latissimè notata in d.c. [quę in ecclesiarũ.] Secundo, quòd non petitur in hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

casu dispensatio cum prejudicio tertij, E quia, vt prædictum est, prior vxor, quæ poterat prætendere præiudicium, consentit, vt Papa id faciat.

18 AD DVBIVM tertium rñdetur, q̃ iusta, pia, & sancta causa vī esse in proposito casu faciendi dispensationē, quæ petitur, quia ex narratione mihi facta vna cum consensu prioris vxoris vī cõstari iusta causa arbitrio boni & prudentis viri, cui remittitur hoc iudicium, sicut & omnium aliorum, quæ non sunt determinata à iure. [a] quod quia satis pedit superuacuam prolixitatem texere: quamuis id quod tangitur de repudio Mosaico non sit attendendum, quia vel nunquam licuit, vel non saltem post Euangelium, vt recepta sentẽtia tenet [b] quamuis item quod tangitur de rato non sit etiam verum, quia ẽm receptam sententiam matrimonium inter infideles cõtractum, licet sit legitimum lege naturali, non tñ est ratum lege supernaturali Euangelica, per quam, & post quam est verum sacramẽtum, ẽm oẽs. [c] Et quidé incaute fuit positum verbum [ratum] inter causas faciendi dispositionem, quia magis prodest quod prius G matrimonium non sit ratum, quam quod sit ratum, vt per fundamenta supra posita constat. Salua, &c.

a l. 1. ff. de iure delib. et c. de causis. de of. deleg.

b in 4. lib. sent. d. 33.

c in 4. d. 39.

SVMMARIVM.

1 *Patriam potestatem non perdit Iudæus, qui ad fidem conuertitur, eaq; iure ciuili Romanorum introducta nu. 19. & cõmunicata Iudeis, nu. 25. 26. quæ non est apud Francigenas nu. 19. nec apud Græcos, Persas, Indos, Nauarrosque, nu. 30. nec se extendit ad spiritualia essentialiter, consequenter & dependenter, seu* H *beneficialia, nu. 27. tollitur autem iure communi præscriptione viginti annorũ, nu. 13. & statutario Vrbis annis quindecim, nu. 14. ac etiam præsumitur facta emancipatio eodem numero viginti annorum, nu. 12. eaq; nihil operatur quo ad effectum dignoscendi cuius voluntas & contradictio sit attendenda in baptizandis paruulis, nu. 24. 27. vnde filij Iudæorum, ipsis inuitis, vel mortuo patre, inuita matre non possunt baptizari, etiam si auus paternus eos habens in potestate id velit, nu. 29.*

Educari debent pueri apud illum ex coniu 1 *gibus, qui vel quæ ad fidem fuerit conuersus non obstante quod alteri competat ius patriæ potestatis in illos: quia quo ad parentes ipsos inter se præferendos nihil operatur, nu. 5. & 24. licet operetur multum respectu aui paterni, qui cum ex patria potestate impediat ne nepoti detur tutor, illum apud se retinebit, nu. 9. excluſa matre, num. 10. à qua aliàs excluderetur, nu. 11.*

Iustitia originalis, si non peccasset Adam, 2 *non fuisset extincta ob peccatum Euæ.*

Gratia gratum faciens, & iustitia originalis, diuersa, & diuerso modo se habent in 2 *sui acquisitione, vel amissione. & 3.*

Prolis in generatione magis attenditur &c, 4 *quam fœmina.*

Iudæorum infantes apud parentes educari 5 *debent, ad quos iure naturali & diuino regimen eorum circa spiritualia spectat, nu. 19. 20. 21. 22. 31. 32. 36. 37. patre autem mortuo, apud matrem, auo paterno etiam Christiano excluso, eiq; tutela dari, nu. 9. 10. 11. nõ obstante quod subsit timor quod puerum ad infidelitatem trahet, nu. 14. quia plus fauendũ est determinationi Ecclesiæ, num. 37. & magis timendum ne postea inducatur à matre ad apostatãdum, nu. 3. 8. 14. 15. fallit, si auus haberet nepotem in potestate, quia tunc posset nepotem vendicare, nu. 11. nec tali esset dandus tutor, nu. 6. & 9. sed apud ipsum auum esset educandus, nu. 10.*

Fidem Christi vt recipiat, nemo cogendus 7 *est, & hoc non solum ob scandalum, vt putauit Biel, in quo reprehẽditur à Soto, sed etiam quia est de se illicitum, n. 23.*

Baptizandi non sunt Iudæorum infantes 8 *pueri, ideſt, qui nondum ad duodecimũ ætatis annum peruenerunt, nu. 7. parentibus virisq; inuitis, & nu. 14. nec mortuo patre, inuita matre. & hoc, etiam si auus paternus, etiam Christianus, etiam habens nepotem in potestate, & apud ipsum nutriendum, ac etiam princeps loci id vellet, imò requiritur alterius saltem parentis expressus consensus, nu. 16. 17. 20. 21. 22. 25. 28. 29. 31. 34. nec parentibus mortuis, inuitis tutoribus secũdum Paludanum & Sotum, nu. 17. 18. ancillarum*

larum item filij spurij, ipsis inuitis, non sunt baptizandi, nu. 18 sed tales pueri relinquendi sunt prouidentiæ diuinæ, nu. 15. cum puerorum regimen eodem iure, & iure naturali quo ad prædicta eisdem parentibus spectet, nu. 19. & 20. 21. adeo vt lex de non baptizandis pueris, inuitis parentibus, sit lex naturalis à Deo ab exordio creaturæ data, nu. 33. & nu. 31. 32. & licet Sotus putauerit, cessante scandalo, infantem infidelium tamiam moriturum posse inuitis parentibus baptizari, sedes tamen Apostolica aliter sentit, nu. 23. & 35.

13 *Libertatis ius contra dominum, & contra* B *patriam potestatem præscribitur spatio viginti annorum de iure.*

21 *Baptizandi præceptum Domini non tollit legem naturalem, quæ idem Dominus statuit, infantes vsum rationis non habentes esse sub potestate parentum quo ad ea quæ ad salutem animarum spectant, & num. 20.*

CONSILIVM IX.

QVidam Hebræus, nomine Emanuel sunt anni viginti duo quod ad fidem Christianam conuer C fus, & per baptismum renouatus, Bernardinus nuncupatus est, relicta vxore, & filijs ipsius adultis, qui religionem Christianã sequi noluerunt. Sed omnia bona secũ tulit Bernardinus præfatus, relictis filijs seorsum à se tanquam à religione alienis, sine bonis aliquibus. At illi seorsum à patre viuentes, sua industria alia bona quæsiuerũt. Et vnus eorũ, noíe Benedictus, per annos 18. post patris conuersionẽ vxorẽ duxit Hebreã noíe Bonam, ex qua filium suscepit, quẽ vocauit Heliã, & decessit in Iudaismo, præfato filio penes matrem Hebræam D relicto ætatis vnius anni, cui mater prę fata Curiæ decreto tutrix decreta fuit. Nunc aũt, quando dictus infans triennium excessit, quarto anno incepto, eũ tanquam eius nepotem Bernardinus p̃fatus à dicta matre auferre, & penes se retinere, & baptizare contendit etiam inuita matre, quæ præfatis repugnat.

Quæritur, an auus, an mater obtinere debeat.

Ex animo desideraui, vt hæc lis sine opinionis meæ notitia finiretur. At qñ A iubeor illam dicere, faciã id breuiter & humiliter, implorata prius ope D.N. Iesu Christi, p eius Apostolã gloriosam Mariã Magdalenã, quã tota hodie celebrat Ecclesia, nouo respõdendi ordine. Primo.n. expendam singulatim valorẽ quorundam argumentorũ, quę ab vtraque parte stant. Deinde ostendam in quo consistit iugulum huius dubitationis, & subijciam argumenta, quæ videbuntur firma pro parte, quam elegero.

Pro primi articuli expeditione visis vtriusq; partis informationibus, vnum eorũ, quę pro auo allegant, est, q̃ pater, vel auus ad fidem conuersus nõ perdit patriam potestatem, c. [Iudei,] [a] quate- *a 2. de Iu-* nus hẽt, conuersum ad fidem non debe- *dæis.* re esse peioris conditionis, q̃ non cõuersum: & constat Iudæos antequã cõuertãtur habere filios in potestate, vt probat c. fi. [b] & notant ibi Panormitanus & *b de cõuers.* alij. Mater aũt non hẽt filios in ptãte. [c] *infidelium.* Sed hoc argumentum nihil vī conclu- *c §. cæteri.* dere, qm̃ matri conuersæ tradendi sunt *inſt. de her.* filij, si pater non conuertatur, & ita pa- *qual. et di-* tria potestas nihil operatur in hoc. Vn *ffer. et §. me* de Hostiensis, quem sequuntur omnes, *ter. iuncta gl.* dixit ibidem, breuius potuisse Grego- *Inſt. de ex-* rium IX. decisionem illius casus expedi *hæred. lire*, dicendo, q̃ coniugi, qui vel quæ con *berorum.* uertitur, est facienda pueri traditio, nul la consideratione ad patriam potestatem habita, cum mater, vt prædictum est, non habeat filium in potestate.

2 Secundum, quod pro auo allegatur, est, quod id quod operatur oppositũ in opposito, operatur propositũ in propo- *d c. sciendũ.* sito. [d] At in perdenda iustitia originali *8. q. 1. l. et si* magis fuit perpensa cõditio viri, quam *contra tabu* fœminæ: quia si Adam non peccasset: *las. ff. de* pp peccatum Euæ posteri iustitiam nõ *vulgar.* amisissent, secundum D. Th. communi- *e in 1. 2. q.* ter receptum. [e] Sed hoc argumentũ ni- *81. art. 5. et* hil concludit. Tum quia est è lõginquo *in 2. senten* petitũ, & non agitur in hoc casu de quę *tarũ, dist.* rẽda gratia, sed de educatione infantis, *31 q. 1. art.* an debeat educari à matre, an ab auo, q̃ *2. ad 4. &* est diuersum, & à diuersis nõ fit illatio. [f] *alijs locis.*

Tum quia licet amissio iustitiæ origi- *f l. Papinia* nalis, & acquisitio eius dicerent contra- *nus, ff. de* ria apta ad formandum argumentum à *minorib. c.* contrario, non tñ dicerentur talia ac- *ad audiẽtiã* quisitio gratię, & amissio iustitię origi- *de decimis.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

nalis, cum longissime sit diuersa gratia gratum faciens, & iustitia originalis, vt per earum definitiones patet, ex traditis in 2. lib. sent.,[a] vbi post & ante alios irrefragabiliter hoc probat Io. Maior.[b]

a dist. 30.
b in q. 1. cõclus. 1.

3 Tum quia modus, & ratio, quã habent iustitia originalis, & gratia gratum faciens in modo quærendi, vel amittendi multum differunt, præsertim sub lege Euãgelica: quia licet utraq; ex Deo immediatè sit, vel fuerit ex creatione, & infusione, illa tamen fuit indita sine vllo sacramento, & sine vlla contritione, & sine vllo actu ad eam præparatiuo, & ad aliũ effectum, quàm gratia gratũ faciens, & semel perdita non fuit amplius quæsita. Hæc aũt si est prima, siue operans, quæritur nunc medio sacramẽto, nunc vera contritione, nunc aliquo actu liberi arbitrij præuio, & si est alia, siue cooperans, per meritum de condigno per tradita à S. Thom.[c] & iuxta sacros canones Conc. Trid. sess. 6.

c 1. 2. q. 11. artic. 2. & 114. art. 3.

4 Tertium argumentum est, quod in generatione prolis magis consideratur vir tanquam principium actiuum, quã fœmina,[d] quæ est ratio; qua S. Tho.[e] firmat ex Adæ peccato descensurum fuisse in nos originale, etiam Eua non peccante. Sed hæc ratio non concludit propositum: quia si id concluderet, etiam concluderet, quod cũ conuertitur uxor & non maritus, filij essent tradendi marito, quod tamen est falsum, iuxta cap. [Iudæorum,][f] per quod hoc tenet Pa norm. & communis.[g]

d 3. & 5. Physicorũ.
e vbi sup.
f 28. q. 1.
g in d. c. fi. de conuers. infidelium.

5 Quartum argumẽtum est, quod oẽs rationes, quibus,[h] filij traduntur patri, militant in auo, de quo hic agitur, puta, patria potestas, suspicio, quod saluti & vitæ pueri fiant insidiæ, & quod mater pueri, si cõtingeret eum remanere apud eam, possit illum adducere ad infidelitatis errorẽ, & fauor fidei Christianæ. Sed neq; hoc argumentum efficaciter cõcludit. Tũ quia patria potestas nihil operatur in d. c. fi.[i] vt supra dictum est. Tum quia si solæ illæ rationes sufficerent ad tradendum hunc puerũ, mortuo patre, auo, vt persuaderet ei Christianissimum, & probarent, q; sufficeret, vt mortua matre, & viuo patre, immo & uiuo vtroq; ei traderetur, quia esset in potestate aui, & non patris, quod nemo concedet. Tũ quia præter rationes præfatas erat alia, quæ longe magis vrgebat, videlicet qđ is, cui tradẽdus erat puer, erat verus pr eius, sicut pars aduersa vera mater, qđ nõ cõtingit hoc casu.

h de cõuers. infidel.
i de cõuers. infidel.

6 Quintum est, quod Salicetus determinat,[k] quod matri non cõpetit tutela filij viuẽte auo, in cuius potestate est il le. Sed neq; hoc concludit intentionem aui. Tũ quia pars aduersa negat, puerũ, de quo agitur, esse sub potestate aui: & ipsemet Salicetus determinat,[l] q; mater in tutela filij præfertur auo, qui non hẽt illũ in potestate. Tum quia, vt supra dictum est, patria potestas parũ prodest quoad propositũ baptizandi hunc puerum, quãuis quo ad aliud prodesse possit, vt mox dicam. Tum quia viuente patre nepos est ī potestate aui: & ita si sufficeret cõsensus eius, q haberet filiũ in fidelẽ in potestate, sequeretur, qđ ẽt patre viuẽte & renitẽte posset nepos baptizari, q; nec ipsa pars aui dicere audebit.

k in authẽ. math. & ale. Sed neq; hoc concludit intentionem uia. C. quãde quo agitur, esse sub potestate aui: & ipsemet Salicetus determinat, l q; mater in tutela filij præfertur auo, qui non nu. 5. hẽt illũ in potestate. Tum quia, vt supra dictum est, patria potestas parũ prodest quoad propositũ baptizandi hunc puerum, quãuis quo ad aliud prodesse possit, vt mox dicam. Tum quia viuente patre nepos est ī potestate aui: & ita si sufficeret cõsensus eius, q haberet filiũ in fidelẽ in potestate, sequeretur, qđ ẽt patre viuẽte & renitẽte posset nepos baptizari, q; nec ipsa pars aui dicere audebit. l ibidem.

7 Primum aũt eorum, quę pro matre allegãtur, est, quod nemini est vis ad credendum inferenda.[m] Nam à Christiana religione aliqui ad fidẽ nõ asperitate, sed mãsuetudine, & blãdimentis alliciendi sunt.[n] Sed hoc nõ concludit, nec satis aptum argumentum est, q̃m dubium propositũ non habet, an puer hic baptizandus sit inuita matre, nec ne, sed an tradendus sit matri, vel auo ad educandum, quod aliud est, vt palã est.

m c. de Iudæis. 45. d. nã religione aliqui ad fidẽ nõ asperitate, sed mãsuetudine, & blãdimentis alliciendi sunt.[n] Sed hoc nõ concludit, nec dẽ. 23. q. 5. satis aptum argumentum est, q̃m dubium propositũ non habet, an puer hic nc. qui sincera. 45. d.

8 Secundũ pro parte matris est, q; filij Iudæorum non sunt inuitis parentibus baptizandi, iuxta glossam cõiter receptam,[o] & iuxta S. Thom. cõiter receptum. P Sed & hoc non concludit, imò videtur esse ineptum: quia alia quæstio est, an is puer sit baptizandus inuita matre, antequam discretionẽ quęrat, & dum prudentiæq; capax sit, in quam tendit hoc argumentum: alia, an debeat tradi matri, vel auo ad educandum.

o in ca. Iudæorũ. 28. d. 10. p in 2. 2. q. 10. art. 12.

9 Tertiũ est, quod patria potestas nihil in hoc proposito operatur, vt supra dictum est. Ergo præfatus auus esto habeat patriam potestatem in puerũ, non posset illum sibi vendicare. Sed nec hoc argumentum concludere videtur: quia negari non potest patriam potestatem operari multum quo ad propositã quæstionem, cũ puero existẽti sub potestate aui

aui non sit dandus tutor: quia ille datur solùm in defectum habentis in eum patriam potestatem, argumento definitionis tutelæ, quæ ponitur in l. 1.[a] & est satis expressum in §. [permissum,][b] qua tenus probat, non posse patrem dare filio tutorem, si erat in aui potestate: & ita plurimum facit patria potestas, si eam habeat auus, ad hoc, vt ei traderetur puer: quoniam non deberet habere alium tutorem, nec tutricem. Hactenus de primo.

a ff. de tut. & Instit. de tutel. in princ.
b eod. tit.

Pro secundi expeditione videtur dicendum primò, q; hoc dubium continet duas quęstiones. Altera est, an is infans sit tradendus educandus matri, an auo? Altera, an possit iuste baptizari inuita matre, de consensu aui, siue tradatur huic educandus, siue illi.

10 AD PRIOREM quæstionẽ respondetur, quod est tradendus auo, si habeat in eũ patriam potestatem, quod illa firma ratione probatur, quod si est in potestate aui, nullus est ei alius tutor dandus, per d. l. 1.[c] & melius per principium, & per d. §. [permissum,][d] quia, vt supra dictum est, non est dandus aliquis tutor pupillo, qui mortuo suo patre recidit, vel remanet in potestate alterius cùm ille debeat eum defendere, regere, & gubernare: & illo casu non habet locum præfata auth. [matri & auiæ.] vt[e] dixit Saly.[f] declarãs, quod glossa illius, & Barto. dicentes quod mater præfertur in tutela auo paterno, sunt intelligendi de auo, in cuius potestate non remanet nepos mortuo patre: quia frustra, inquit, quæritur de tutela eius, qui est in alterius patria potestate.

c de tutel. d Instit. de tutel.
e ibidem.
f nu. 5.

11 Cuius ratio, licet ipse illã non reddat, est, quod ex octo, quæ operatur patria potestas ſm glossam celebrẽ, g est, eum in quem illam habet, petere, & vẽdicare in suam potestatem, siue à nemine teneatur, siue teneatur ab alio volens, vel inuitus. Si aũt vnus, de quo loquimur, non habeat infantem prædictũ in sua potestate, sed est sui iuris, debet manere in potestate matris, cui decreta est tutela, vt in facto proponitur: quia mater in tutela filij sui præfertur omnibus legitimis, & datiuis tutoribus, licet non testamentarijs, per d. auth. [matri & auiæ,] etiam auo paterno, qui nõ haber patriam potestatem in illum, vt tenent ibi glossa Odofredus, Bartolus, & Salycetus, & Andræas Siculus.[h]

g in §. ius autem. Instit. de patria potest. h in consil. 11. 3. par. in 3. dubio. i in l. 1. ff. de patr. potestate. k in d. l. 1. l in l. post mortem. in fine. ff. de adopt.
m in c. per uenit. nu. 9.
de empt. & vend. & cõ

Quare tota decisio huius prioris quę stionis pendet ex illo, an præfatus auus habeat in præfatum nepotem patriam potestatem? Ad quam respondetur q; non: & probatur.

sil. 135. nu. 12. l. 4. iter cõstilia Alexandri.

12 Primo, illa firma ratione, quod filius præsumitur emancipatus, si per viginti annos in quasi possessione sui iuris *n in l. si emancipati. nu. 2. C. de* seorsum à patre vixerit, per textum sin *collat. & l.* gulare,[i] q; in facto proponitur, q; ante viginti duos annos præfatus auus (quæ fuit eius fœlicitas) fuit cõuersus ad fidẽ Catholicã, & separauit se cũ bonis suis à conuersatione suæ uxoris, & filiorũ sumatur emancipatus, & liberatus à patria potestate, affirmamt,[k] gl. Bart. Bal. Salyc. Fulgo. Bald.[l] Barbat.[m] Iason,[n] Alciatus,[o] & alij multi.

i de tutel. & Instit. de tutel. in princ.
b eod. tit.
c de tutel. d Instit. de tutel.
e ibidem. f nu. 5.
g in §. ius autem. Instit. de patria potest. h in consil. 11. 3. par. in 3. dubio. i in l. 1. ff. de patr. potestate. k in d. l. 1. l in l. post mortem. in fine. ff. de adopt.
m in c. per uenit. nu. 9. de empt. & vend. & cõ sil. 135. nu. 12. l. 4. iter cõsilia Alexandri.
n in l. si emancipati. nu. 2. C. de collat. & l. 1. ff. de tut. & Instit. de tutel. in princ.
o in regul. præsumitur emancipatus, si per viginti annos in quasi possessione sui iuris nu. 2. C. de collat. & l. gulare,[i] q; in facto proponitur, q; ante viginti duos annos præfatus auus (quæ fuit eius fœlicitas) fuit cõuersus ad fidẽ Catholicã, & separauit se cũ bonis suis à conuersatione suæ uxoris, & filiorũ sumatur emancipatus, & liberatus à patria potestate, affirmamt,[k] gl. Bart. Bal. Salyc. Fulgo. Bald.[l] Barbat.[m] Iason,[n] Alciatus,[o] & alij multi.
p ca. de patria potestate, affirmamt,[k] gl. Bart. Bal. Salyc. Fulgo. Bald.[l] Barbat.[m] Iason,[n] Alciatus,[o] & alij multi.
q in q. 3. p. 4. par. te principa. r ca. de patria potestate, affirmamt,[k] gl. Bart. Bal. Salyc. Fulgo. Bald.[l] Barbat.[m] Iason,[n] Alciatus,[o] & alij multi.
s in l. 2. in fi. C. de præscr. tempo. quæ pro libertate.
t in l. in cõti minuens tempus præstitutum à iure cõsortitur naturam præscriptionis à iure communi statutæ, ſm Bald.[t] per il lum textum,[u] quem sequitur Iason,[x] & x in l. nemo habet vim præscriptionis iuris communis,[y] & notatur in cap. [cum omnes,][z] & tradit Iason.[a]
u c. de non nu. pecu. x in l. nemo y Arg. l. om nes, z de consti. a vbi sup.

13 Secundo probatur etiam ea ratione firma, quod ius libertatis contra dominum præscribitur spatio viginti annorum per l. 2. P & ibi notant glo. & Doctores, maximè Bald. & Salyc. Tũ quod etiam libertas contra patriam potestatem præscribitur viginti annis, vt rectè probat Franciscus Bald.[q] dicens quod filiusfamilias potest præscribere viginti annis existentiã sui iuris contra patriã potestatem, sicut seruus libertatem cõtra seruitutem dñicam per d. l. 1.[r] vbi id tenet glossa recepta per oẽs, & gl. fi.[s] Tertio, q; dicitur Romæ extare statutũ, quo oẽs præscriptiones perficiuntur sexdecim annis: & præscriptio statu minuens tempus præstitutum à iure cõsortitur naturam præscriptionis à iure communi statutæ, ſm Bald.[t] per il lum textum,[u] quem sequitur Iason,[x] & habet vim præscriptionis iuris communis,[y] & notatur in cap. [cum omnes,][z] & tradit Iason.[a]

q in q. 3. p. 4. par. te principa. r ca. de præscr. s in l. 2. in fi. C. de præscr. tempo. quæ pro libertate. t in l. in cõti minuens tempus præstitutum à iure cõsortitur naturam præscriptionis à iure communi statutæ, ſm Bald.[t] per il lum textum,[u] quem sequitur Iason,[x] & habet vim præscriptionis iuris communis,[y] & notatur in cap. [cum omnes,][z] & tradit Iason.[a] u c. de non nu. pecu. x in l. nemo y Arg. l. omnes, z de consti. a vbi sup.

Non obstat, q; est verisimile eã procuraturã, vt Iudaismum imbibat. Tum quia iam ipse circumcisus est, quod solum plus satis incitabit ad illum, penès quemcunque maneat. Tum quia etiam periculum est, quod si matre inuita baptizetur, eius amore, vel suasione clãdestina,

nes populi. ff. de instit. & iur.

stina,vel manifesta,cum ad discretionis annos peruenerit,& sciuerit, ꝙ ea reniente fuerit baptizatus, à Catholica fide deficiat,& apostatet, secundum mentem D. Tho. & omnium, qui tenent filios Iudæorũ non posse iustè baptizari inuitis parentibus eorum : quod peius esset illi , quàm si nunquam esset baptizatus,secundum omnes. Tum quia non sunt facienda mala & iniusta propter bonum ex ijs consequens. [a]

a c. non est putandus. 1.q.1.& c. forte.14. q. 5.

15 Tum quia non est facienda iniusti tia,quo pietati,vel viduis faueatur. [b]Tũ quia ratio quare Iudæorum filij non sunt inuitis parentibus baptizãdi,posita in cap. [quia sincera,] [c]est,quod hoc est relinquendum prouidentiæ Dei,qui quorum vult miseretur,& quos vult indurat, & non vult cuiquam vim inferri, vt quisquam fidẽ Catholicã suscipiat. Ex quibus palã colligitur,quod nõ vult Deus vt matri prædicti pueri denegetur ipsius educatio iure sibi debita,ex eo,ꝙ sit verisimile eã procuraturam, vt imbibat Iudaismum:nec propter bonũ conuersionis,quod ex illa denegatione cõsequi posset,debet ei fieri iniustitia.

b c. ex teno re.de for.cõpet. c Et in d. c. de Iudæis. 45. dist.

16 Ad Alteram quæstionem,s. an prædictus infans possit baprizari in uita matre de consensu aui sui, siue tradatur educandus matri,siue auo. Respõdeo;ꝙ affirmatiuè respondere deberet is,qui teneret opinionem Scoti. [d] videlicet quod Princeps bene potest pueros infidelium suæ ditionis inuitis Parentibus facere baptizari,imò ét, qui teneret opinionem Durandi , [e] adiuncta opinione Palud. [f] Nam Durand.tenet, filios infidelium,qui sunt serui Christianorum, posse inuitis pareutibus baptizari,& Palu.opinatur,quoá Iudæi sunt serui Christianorũ,quod tñ falsum esse rectè putat Domin.Sotus. [g] Sed prædictæ opiniones non sunt tenendæ,& cõiter reijciuntur non solum per S. Tho. [h] & alios, [i] & alios etiã, [k] & alios adhuc, [l] quorum nomenclaturam superfluũ est referre : quia pro illis ẽst textus in dict. cap. [de Iudæis,]& cap.[qui sincera,] [m] & expressa bulla Martini V. per quam firmiter est tenendum,filios Iudæorũ , antequam ad discretionem peruenerint, non esse baptizandos sine expresso consensu parentum , vel alterius eorum:qua conclusione præsupposita, videtur iuri consentaneum respõdere ad quæstionem negatiuè .

d in 4. lib. sent.distin. 4.q.9. e in d.dist. 4.q. 6. f in eadem dist.q.4. g in d. li.4. dist. 5. q.1. art.10. h 2.2.q.10. artic. 8. & 12. i in d. dist. 4. k in dist.5. l in dist.6. m 45. dist.

17 Primo quidẽ, quia si tradatur educandus matri,tanquam tutrici,nullatenus potest ea inuita baptizari:quia tam iuri naturali,quã ciuili,tota cura ipsius ad eam spectat, præsertim tenendo opinionem Paludani, [n]nempe,quod inuitis tutoribus eiusmodi pueri non debent baptizari , quẽ satis sequitur prædictus Dominicus, [o]quod ipsum videtur dicẽdum,si tradatur educandus auo.Secundo , ꝙ mater non desinit esse parens & mater huius pueri,eo ꝙ in eũ habeat patriam potestatem auus,arg.l. [iura sanguinis iure ciuili dirimi non possunt.] [p] At tam Toletana Synodus, [q]quam opinio prædicta S.Tho.& aliorum communiter recepta tenent , quod huiusmodi infans non debet baptizari inuitis parentibus, & mater hæc est parens huius infantis,ergo nec inuita illa .

n vbi sup. o in d. dist. 5. q.1. art. 10. col.21. ver. addi-tur ibidem. p ff. de re-gul. iur. & l.ius autem agnationis. ff. de pati. q in d.c.de Iudæis.

Tum quia bulla prædicta Martini V. habet expresè , quod pueri Iudæorum ante duodecim annos , aut anteꝙ vsum rationis consequantur, non sunt baptizandi sine expresso consensu parentũ , vel alterius eorum.

Cùm ergo alter parens , s. pater iam sit mortuus , requiritur expressus consensus matris viuentis , ꝙ est altera parens. Tum quia expresè sentiunt Paludanus & Dominicus vbi supra, dicẽtes , quod huiusmodi infans , qui vtroq; parente orbatus est, sub tutoribus nõ debet baptizari sine illorum consensu .

18 Per quæ verba clarè sentiũt,quod si non est orbatus vtroq; parente , magis requiritur consensus parentis viuentis,quam tutorum, & cùm tutores non dentur,nisi mortuo patre, [r]consequẽter sentiunt,ꝙ consensus matris umẽtis est magis requirendus,quàm consensus tutorum, & aliorũ, qui haberent aliquam potestatem ciuilem in illum.

r vbi sup.

Tum quia oẽs ad unum hanc opinionem tenentes sentiunt requiri consensum amborum parentũ,vel alterius tãtùm,& ita consequenter volunt,ut si alter tantũ est superstes, illius consensus requiratur . Tũ quia Capreolus,& Dominicus qui eum [r] citat,dicunt consensum ancillæ requiri ad baptizandum filium

lium eius,& communiter ancillarum filij sunt spurij, qui patrem ignotum habent;ergo matris superuiuentis consensus patre mortuo requiritur .

a cap. qua contra.8.dist.

19 Tum quia lex ciuilis debet cedere legi & iuri naturali,& diuino. [a] At iure & lege naturali ac diuino, filij vsque ad annos discretionis sunt dirigendi per parentes suos, quo ad ea quæ pertinẽt ad salutem spiritualem eorũ,vt S.Tho. & omnes alij supra fatentur,allegantes ꝙ sub lege naturali filij olim saluabantur in fide parentum , non distinguendo inter patrem & matrem.Potestas autem patria non est potestas inducta iure naturali,neq; diuino, imò neq; iure gentium,sed humano ciuili,& particulari Romano, quod affirmat S. Tho. & communis Theologorum opinio,& nostrorum, [b]& est textus expressus Instit. [de patria potestate,] [c] adeo quod gl. sing.& recepta ibidem, verbo [Romanorum,] habet Francigenas non habere filios in potestate.Ergo non obstante quòd auus haberet patriam potestatem,& dispositionẽ quo ad ea,quæ sunt iuris ciuilis, non tamen haberet quo ad ea,quæ iure naturali & diuino pertinẽt ad matrem,vel patrem .

b in l. si emancipati. C.de collat. & alibi sæpe. c §. 1.

Tum quia si patria potestas,quam habet auus,sufficeret ad hoc, vt in sua potestate constitutus posset iustè baptizari,sequeretur,quod oẽs nepotes,& pronepotes eius,viuentibus oĩbus eorũ parentibus , possent baptizari eis inuitis de ipsius aui consensu:quia oẽs illi sunt sub illius potestate per supradicta ; qđ tñ est absurdum,& ita non dicendum l. nã quod absurdum.ff.de bonis lib.neq; vllo vnquam vsu receptũ,& contra præfatam bullam Martini V. quæ requirit expressum consensum alterius parẽtis.

d in d. art. 12. e in d. art. 10.

20 Tum quia hoc concludit solutio illa solida & subtilis,qua Caie. [d] quem sequitur Sotus, [e] defendit S. Tho.& cõem ab argumento Scoti nerueso, quo concludebat pueros infidelium posse à Principe inuitis eorum parẽtibus iustè baptizari. Argumentum enim eius est, quod duobus contraria præcipientibus maiori est obediendum,secundum Augustinum , [f] cuius dictum nos habemus translatum in c. [qui resistit,] [g] quatenus habet , quod si Curator iubet aliquid & Consul contrarium, huic est parendum,& si Consul iubeat aliquid , & Imperator contrariũ, Imperatori, & si Deus contrarium,Deo. At Deus per legem Euangelicam iubet omnes baptizari,ergo illi est parendũ,licet parẽtes cõtradicant : quia sunt Deo minores . At prædictus Caie.pro S.Tho. communiter approbato & usu recepto respõdet, quòd assumptum huius argumenti procedit,quando duo diuersi, duo contraria præcipiunt:sed in proposito loquimur, qñ idem præcipit illa duo . Deus enim qui per legem Euangelicam iussit omnes baptizari, idem ipse per legẽ naturalem toti generi humano indidit,ne inuitis parentibus quidquam,quod pertinet ad salutem animarum filiorũ non dum habentium vsum rationis,disponatur:& quia sicut gratia non perimit,sed perficit naturam,ita diuina lex Euangelica non tollit, sed perficit diuinã naturalẽ : & ideo Dominus, qui Euangelicã tulit de baptizãdis omnibus, noluit tollere suam legem naturalem, qua parentibus tradidit potestatem in huiusmodi filios quoad ea, quæ ad suarum animarum salutem pertinent. Per quam solutionem satis expensam colligitur , ius parentum in filios vsum rationis nondum assequutos , quo ad ea quæ pertinent ad suam salutem spiritualem, non esse quale, neque ab humana potestate , vel consuetudine inductum , sed ab ipso omnipotente Deo naturaliter ante legem Euangelicam de baptizando toti generi humano inditũ, & ita nõ posse illi per patriam potestatem, nec alia iure ciuili introducta derogari , & consequenter ius , quod habet mater prædicta in præfatũ filium lege naturali sibi inditum, ét si non esset tutrix, non põt tolli per prẽfatam patriam potestatem, quam haberet auus, quam tamen supra eum non habere validè concluſimus .

f Sermo.6. de verbis Domin. & 11. q.3.

21 Tum quia super hac ratione, & iure naturali fundari videtur bulla Martini V. per Eugenium IV. confirmata, quatenus prohibet hmõi Iudæorum filios baptizari sine expresso consensu parentum , vel alterius eorum:significãdo per illa verba,quod S.Thom. & alij Doctores asserẽtes huiusmodi filios nõ esse baptizandos inuitis parentibus , per verbum,

verbum, [parentes,] intelligũrur patré & matré tantùm, & non alios: licet aliàs per illud significari auos, proauos, abauos, & tritauos, dixit Iurisc̃ōsultus Paulus. [a] Declarando enim directe non de bere illos baptizari sine consensu alterius parentis, & indirecte q̃ debent baptizari de cōsensu expresso alterius, per illud verbũ, [alterius,] quod dicitur de duobus tantùm, clare significat solos duos hac in re appellari parentes, nempe patrẽ, & matrẽ, cum aui, proaui, abaui, vel tritaui possint esse plures, quàm quinquaginta. Tum deniq; quod ex dictis colligitur, quod priuilegium hoc iure naturali patri, uel matri cōcessum dirigẽdi filios suos rationis vsu expertes in spiritualia, est personale, & consequẽter non extenditur ad tritauos, neque abauos, neq; proauos, nec consequenter auos: quia priuilegium personale sequitur personã, & extinguitur cum ea. [b] 22 Per quæ omnia uidetur concludẽdum, prædictum puerum sub tutela matris educãdum esse, & nullatenus ea incum lege seuita baptizandum esse; etiam si in paquenti triam aui potestatem venire deberet. Salua non solum sacrosanctæ matris Ecclesiæ, sed etiam cuiuslibet, & quãlibet humilis diuini iuris & humani consulti saniore sententia.

a in l. iurisc. ff. de gradib. affinitatis.

b c. priuilegiũ. de reg. iur. in 6. & l. maritum. cum lege seq. ff. solut. matr.

Cvm In Hac causa ab vtraque parte rogatus renuissem respõdere, iussus ab habente ad id potestatem, respondi ferè inuitus, & meam de illa opinionem clausam eidem misi, nec vlli parti roganti & flagitãti exemplum eius tradere volui. Nunc autem quia allatũ est mihi quoddam scriptum auctoris incerti, quo meam refellit sententiam, non possum non tangere quædam, quæ magis obstare videri possunt. Gratia tamẽ in primis dominationi eius (quisquis ille sit) habita, quòd me titulis, meis meritis superioribus, honorat: simul laudato Deo, quod ipsum (vt eius respõsum indicat) præcellente intellectus acrimonia cum pari eruditione & facundia coniuncta donauerit.

23 Primum, q̃ non satis aptè significat, quod Gabriel reprehenditur à Dominico Soto, eo q̃ dicat, filios paruulos Iudæorũ propter solum scandalum non debere baptizari sine consensu parentum. Sotus enim ibi, vbi hoc dicit, [c] non agit de baptizandis, vel nõ baptizandis paruulis inuitis parentibus, sed quo postea tractat, sed de baptizandis, vel nõ baptizandis adultis ipsismet inuitis. Arguit.n. ibi contra conclusionem receptam, quam posuit super eod. arg. in hæc verba: [Neutiquam licet quemquam vel ad fidem, vel ad baptismum cogere.] Reprehendit autem Gabrielẽ, eo quòd putauit Concil. Tolet. ab vtroque citatum, cuius pars habetur in cap. [de Iudæis,] [c] non vetare coactionem infidelium ad fidem, tanquam rem de se illicitã, sed ob scandalum, quod inde sequitur, & merito eum reprehendit, quia suapte natura est illicita, eo q̃ sit contra naturam fidei, quæ est, vt per spontaneam voluntatem suscipiatur.

c Scilicet in 4. lib. dist. 5. ar. 10. col. 9. arg. 12.

d col. 4. ver sic. 3. concl.

e 45. dist.

Secundo, quòd non satis aptè significat, Sotum paruifacere scãdalum, quod datur parentibus per baptismum filiorum suorum paruulorum eis inuitis ministratum.

Tum quia nihil ibi de hoc agit, Tum quia, [f] dicit licere paruulum iam iã moriturum baptizare inuitis parentibus, si cessaret scãdalum, quod certe ego nullatenus dixissem, nec auderem dicere, pro reuerentia, & fide, qua debeo esse in S. Sedem Apostolicam, & in eius declarationes, quibus declarauit absolutè non licere paruulos Iudæorum sine alterius parentis consensu expresso baptizare vt inferius susius dicam.

f in eo. ar. col. vltima, & ver. resp.

24 Tertiò, quòd etiam non satis cautè ait me dixisse patriam potestatẽ nullius esse in hac re momenti. Nã si mea dicta, fideliter transcripta, fuissent ab eo integrè perpẽsa, inuenisset me in duobus vel tribus locis dicere, quod patria potestas in hac re plurimum importat quo ad traditionem paruulorum ad effectũ educandi, licet nihil quo ad traditionẽ ad baptismum.

Quartò, quod nimis cõfidenter ait, q̃ ratio, & causa præcipua, qua determinauit Gregorius IX. [g] quod patre ad fidẽ conuerso cõsentiente, filius (nolẽte matre) põt iustè baptizari, fuit patria potestas, quam pater in illum habebat, & quod egò dicens contrarium, fui falsus cùm profecto non fuerim. Tũ quia non põt esse ratio, & causa præcipua determinationis alicuius quæstionis illa, qua cessante non cessasset determinatio, & quæ posita non sufficeret ad illã faciendam, argumento eorũ omnium, quæ nobis latius & resolutius alijs tradidimus in c. [cum ministeri,] [b] definiendo causam principalem, & minus principalem, & ponendo inter eas differẽtiam.

g in c. fi. de conuers. infid.

25 At patria potestate cessante, imò & repugnante, nõ cessasset illa determinatio Gregorij. Nam matre conuersa volente, & patre non cõuerso nolente, filius paruulus est baptizandus, [c] quod oẽs fatentur. [d] Attamen patria potestas cessat in matre, imò posita in patre repugnat. Ergo causa & ratio præcipua & principalis, qua censetur decidere, & determinare Gregorius, [e] tradendum esse ad baptismũ paruulum patris conuersi, nolente matre non conuersa, non fuit patria potestas.

a de appel. b 22. q. 5. à nu. 36.

c c. Iudæorum. 28. q. 1.

d in d. c. fi.

e in d. c. fi.

Tum quia patria potestas etiam cum fauore religionis coniuncta nõ sufficit ad baptizãdos huiusmodi paruulos. Nemo enim pro reuerentia & fide, qua debemus esse oẽs in sanctam Sedẽ Apostolicam, & eius definitiones, auderet dicere, quod patria potestas posita ĩ atauo, vel tritauo Christiano sufficeret, vt paruulus, qui esset filius, nepos, & pronepos parentum, auorum, & proauorum Iudæorum & Iudæarum viuentiũ, & repugnantium, iustè possit baptizari: quia illud esset negare determinationẽ S. Sedis Apost. per Martinum V. factã, & per Eugenium IV. confirmatam, qua definitur non licere baptizare paruulos Iudæorum sine alterius parentum cõsensu expresso: per quam (vt mox adijciã) non liceret baptizare etiam paruulũ patris & matris Iudæorũ viuentium & repugnantium, ex consensu etiam aui paterni Christiani patriam potestatẽ habentis. Cũ ergo nec cessatio patriæ potestatis cessare fecisset prædictã Gregorij decisionem, nec contra positio illius suffecisset ad illam faciendam, consequitur profecto non fuisse me falsum, dicendo patriam potestatem nõ fuisse rationem & causam præcipuam & principalem illius decisionis. Tũ quia patria potestas (vt in meo respõso probaui) non fuit inducta iure naturali, nec iure gentium, neque diuino positiuo, sed humano Romano, [f] quam (vt cõtradictor ait) Marcus Antonius Imperat. videtur dedisse omnibus orbi Romano subditis, & cõsequenter Iudæis eis subiectis, vt testatur Vlpianus. [g] At si quæstio, quam determinauit Gregorius IX. inciderit in terris, vbi non est locus patriæ potestati, de qua loquimur, vel in tẽpore, in quo nõdum illam Iudæi habebãt, eodem modo decisa fuisset. Ergo patria potestas nõ fuit causa & ratio præcipua & principalis eam decidendi.

f In Instit. de patria potestate, in principio.

g in l. in orbe Romano. ff. de statu hominum.

26 Tum quia decisio illa præcipuè facta fuit ad declarandum ius naturale, quod cępit ab exordio rationalis creaturæ, iuxta princ. 5, dist. [h] & adnotata p glossas & Doctores in eis, & per S. Tho. 6. dist. receptum, [i] per totam, & ad declarationem iuris diuini Euangelici de baptizãdo, quod incepit ab Orbe redempto, vt probat S. Tho. receptus vbi supra. [k] Patria vero potestas, quæ est propriù ius & inuentum Romanum, ut habet tex. Instit. [l] longè postea fuit communicata Iudæis, iuxta prædictam legem [in orbe Romano.] Non debuit ergo Gregorius summus legislator, idemq; eruditissimus, fundare principaliter suam declarationẽ iuris naturalis, & diuini Euãgelici, q̃ sunt antiquiora, & digniora, & vniuersos obligantia, in iure humano ciuili posteriori, & minus digno, & solam gentẽ Romanã & eis subditã obligãte.

h Et § fin. gloss. & Doctores in eis, & per S. Tho. 6. dist. i 1. 2. q. 94. k Pa- k q. 106. ar. 3. & inuentum Romanum, ut habet tex. l de patria potestate, in principio.

27 Quia, vt ait Philosophus, [m] demõstratio & declaratio priorum conclusio num fit per causas & principia earum. Pro quo facit c. illud Gregorij [intelligentia verborum ex causis est assumẽda dicendi.] [n] cum citatis ibi à gloss. [o]

m in libris Posteriorũ.

n de verb. signific.

Tum quod patria potestas ẽt in patre exiſtens non extẽditur ad vlla spiritualia, [p] adeo quod pater virtute illius neq; agere, neq; cõueniri põt pro filio, neq; dare illi vllam auctoritatẽ agẽdi, vel conueniendi circa illa: imò nulla ratione patria pptestate habita debet dari filio tutor vel curator ab Epo, vel alio Ecclesiastico iudice ad agendũ, vel conueniendum circa illa, sed ipsemet, si est infante maior, constituet procuratorem cum auctoritate non patris, quatenus pater est, sed tutoris, vel curatoris dati ab Ecclesiastico iudice, etiam circa be-

o in verbo causis. p ca. si anneq; dare illi vllam auctoritatẽ agẽdi, nũ. de iudi cijs lib. 6.

ca beneficia, quæ nõ essentialiter sunt spiritualia, sed annexa illis consequenter, siue à parte posteriori, secundum S.Thomam receptum. [a]

a 2.2. qõ. 100. art.4.

Quanto minus prædicta patria potestas extendetur ad spiritualia essentialiter, qualia sunt sacramenta, è quibus est baptismus, iuxta glossam solemnem. [b]

b in ca. veniẽs. de trãsactionib.

Tum denique quod auctoritas tutoris, vel curatoris aliàs legitimè dati, longè præstantior est, quo ad spiritualia, q̃ patria potestas, vt ex præfato cap. fin. & proximè dictis irrefragabiliter colligitur, & adeo quidem præstantior, q̃ patria potestas nihil est, tutoris autẽ & curatoris hmõi potestas manet firma.

Per quę omnia palã est, me non fuisse falsum, dicendo patriã potestatẽ non fuisse causam præcipuam & principalẽ præfatæ decisionis Gregorianæ, quatenus probat filium paruulũ Iudæi posse iustè baptizari inuita matre, cõuerso patre volente, licet sic, quatenus probat hmõi paruulum esse tradendum patri quoad educandum. Ego enim in meo responso dixi duas in hac re qõnes esse.

Altera, an puer esset tradendus matri, an auo ad educandum.

Altera, an inuita matre possit iustè baptizari, etiam si traderetur auo, & in duobus, vel tribus locis dixi patriã potestatem multum facere quoad priorẽ quæstionem pro auo, quo autem ad posteriorem nihil.

c Instit. de dona. supra citatis.

28 Non obstat quidquam §. fi. [c] imò facit pro nobis. Tum quia probat, libertatem datam seruo communi ab altero dominorum, inuito altero, valere solo fauore libertatis nõ habito alio respectu: ergo eadẽ ratione, tradito puero ad baptismũ, altero parẽtum volente, inuito altero, valebit sola ratione liberationis à seruitute diaboli, nullo habito ad patriã potestatẽ respectu, quod nos affirmamus. Tũ quia ratio decidẽdi illius §. probat idẽ esse dicendum in terris, in quibus est nulla talis patria potestas, & ẽt idem fuisse dicendum ante tempus, in quo fuit hęc potestas cõicata Iudæis & consequenter, quòd patria potestas nihili habenda est ad hoc propositum.

29 Quintò, quod prædictus D. contradictor videtur velle tenere, quod filius paruulus Iudæorũ possit iustè baptizari de cõsensu aui Christiani tenentis eũ in sua potestate, inuitis eorum parentibus, etiam viuentibus. Nec miror: quia eum, qui dicit patriam potestatem cũ fauore religionis coniunctam esse præcipuam causam & rationem, cur paruulus Iudæorũ possit baptizari patre volẽte, & matre inuita, oportet cõsequenter asserere hoc de nepote, qui est in potestate aui, ẽt viuentibus parentibus nepotis, cùm ille habebat patriam potestatẽ cum fauore religionis coniunctam, sed hoc nullatenus est dicẽdum. Tum quia est nouum, à nullo eorum, qui tenent opinionem D. Tho. & communem à S. Sede Apostolica receptam, affirmatum cuiusmodi nouitates vitandæ sunt. [d]

d c. cũ consuetudinis.

Tum quia vnum præcipuum fundamentum, per quod S. Tho. tenuit parnulos infidelium nõ esse baptizandus inuitis parentibus, est, q̃ Ecclesia non cõsueuit id facere. At nullum exemplum videtur, auditur, nec legitur baptismi collati de consensu aui, inuitis parentibus, qui sine illo non debuisset illi conferri: ergo nullatenus est affirmandum.

de consuet. cap. quis ne sciat. 11. dist.

Tum quia cum, qui tenuerit id quod contradictor non veretur tenere, cõsequenter oportebit tenere, quod tritauus Christianus, qui haberet in potestate sua centum paruulos filios, nepotes, pronepotes, vel abnepotes parentum in fidelium uiuentium, & repugnantium, posset illos omnes inuitis eis omnibus ad baptismum tradere, quod absurdissimum est, & alienum à mente prędicti S. Tho. & aliorum, qui determinationem prædictam S. Sedis Apostolicæ sequuntur, & suscipiunt.

30 Tum quia ex hoc posset fortè accipi occasio, vt Academiæ saltẽ extra Italiam institutæ, & earũ gymnastæ, minoris quã par est, haberent determinationes Romanas iuris naturalis & diuini, cõsiderando Romæ determinari, quod per patriam potestatem (quæ est inuentum ciuile, & sæculare) à paruo tempore quibusdam datam, vel cõicatam, extendatur priuilegium iuris naturalis & diuini parentibus tantùm cõcessum ad omnes personas, in quibus inuenitur patria potestas, ad quas non extenderetur si illa patria potestas non fuisset eis nouè cõicata, & consequenter quod alio iure naturali vtimur apud Græcos, Persas, Indos, Nauarros, Francigenas, & alios, quibus nõ esset huiusmodi patria potestas, & alio iure naturali apud Romanos, & alios, quibus est illa, contra c. [ius naturale,] [a] & tradita per S. Tho. receptum. [b]

a Instit. de iure naturali gen. & ciuil.

b in 2. 2. q. 94.

31 Declaratio enim Martini V. non est quoad hoc noui iuris humani introductoria, sed antiqui naturalis declaratoria: quod colligitur ex eadem, & ex eo, quòd nisi id teneamus, est insolubile illud argumentum, quod contra illã & communem format Scotus, [c] ad probandum, quòd Reges, & Principes terræ non solum iustè possunt cogere paruulos Iudæorum sibi subditorum ad baptismum inuitis parentibus, sed etiam tenentur, vt in meo responso latius explicaui. Arguit enim in summa sic: Quoties duo, quorum vnus est superior, & alter inferior, contrariaria præcipiunt, superiori parendum est. [d]

c in 4. lib. sent. dist. 5. q. 9.

d ca. qui resistit. 11. q. 3. cum ei simulibus.

At Christus Deus, & superiorum supremus sua lege diuina præcipit, vt omnes baptizentur: & parentes Iudæi, qui sunt puri homines, & infirmi, voluntate sua humana, & peruersa præcipiunt contrarium. Ergo Rex debet facere, quod præcipit Christus, non obstante voluntate contraria parentũ.

Cui argumẽto, nemo, credo, ante Caiet. satis clarè & exactè satisfecit: nam ẽt Sotus, [e] ab eo mutuatus fuit suam solutionem: respondet autem sic, quod non duo diuersi præceperunt illa duo prædicta, quæ apparent esse contraria, sed vnus tm̃, nempe Deus, qui per legẽ diuinam naturalem, indendo parentibus potestatem, ius, & munus dirigendi paruulos suos circa spiritualia, donec sapere incipiant, consequenter præcipit, ne prædicti paruuli inuitis eis baptizentur, & per legem diuinã supernaturalem præcipit vt oẽs baptizentur. Et quia gratia nõ destruit naturã, sed perficit, ita lex præfata supernaturalis de baptizandis omnibus non destruit legem naturalẽ de nõ baptizãdis paruulis infidelium sine cõsensu parentum vel alterius eorũ, sed potius modificat ab illa.

e ibi sup.

32 Nec obstat quod S. Tho. & eius sequaces suam assertionẽ fundant in consuetudine Ecclesiæ, quæ non consueuit baptizare paruulos infideliũ inuitis parẽtibus: & quod Ecclesiæ cõsuetudo nõ inducit ius naturale, neq; diuinum, sed tm̃ humanum nõ scriptum. [f] Non inquã hoc obstat: quia S. Tho. non allegat illam consuetudinem vt inductricem, sed vt *iure naturalis* auctricem iuris noui, sed vt coniectu-ram, & traditionem Ecclesiæ grandem, q̃ illa potestas, & ius parentum ad dirigendos paruulos ad spiritualia, est naturale, & diuinum, vt ex dictis ipsiusmet, & colligitur, cum sic ait: [Baptizatio hmõi paruulorum iuitiis parentibus repugnat iustitiæ naturali. Filius enim naturaliter est aliquid patris. Et primò quidem à parentibus non distinguitur ẽm corpus, quamdiu in matris vtero continetur. Postmodũ verò, postquam ab utero egreditur, antequam vsum liberi arbitrij habeat, cõtinetur sub parentum cura sicut sub spirituali vtero, quamdiu enim vsum rationis non habet puer, non differt ab animali irrationabili. Vnde sicut bos, vel equus est alicuius, vt vtatur eo cum voluerit, ẽm ius ciuile, sicut proprio instrumento, ita de iure naturali est, quod filius, antequam habeat vsum rationis, sit sub cura parentum. Vnde contra iustitiam naturalem esset, si puer antequã haberet vsum rationis, a cura parentũ subtrahatur, vel de eo aliquid ordinetur inuitis parentibus.] Hæc ille.

f § . cõstat. Instit. de iure naturali gen. & ciuil. g in art. 12. q. 10. 2. 2.

33 Per quod argumentum, & eius solutionem, & mentis S. Th. & sequacium eius expressionem palam colligitur prędictã legem de non baptizandis paruulis esse ius naturale, & ita omni loco & tempore vno modo seruandum: & consequenter non dicendum, quod consensus aui sufficit vno tempore, & apud vnam gentem, & non alio tempore, & apud aliam gentem. Cui cõsequens est, consensum aui nunquam suffecisse, nec sufficere ratione patriæ potestatis vllo loco, neque apud vllam gentem.

Ad argumẽta verò, & solutiones contra hæc supra adducta, rñdetur, quod fundãtur in illa falsa imaginatione, qua putatur patria potestas extendi ad spiritualia, sicut ad temporalia, & qua putatur eodẽ iure inducta, quo inducta est parẽtum potestas, & ius ad dirigendum filios in spiritualibus, & a tãto tẽpore, à quan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

à quanto illa: Cùm tamen per prædicta palam sit patriam potestatem extẽdi ad temporalia tantùm, & non ad omnia, & esse inductam iure ciuili Romano, nec à principio suæ inuentionis fuisse apud Iudæos, sed longè postea cõicatam eis, non quidem omnibus, sed orbem Romanum incolentibus, illam autem potestatem, & ius quod habent parentes ad dirigendos filios paruulos in spiritualibus, esse inditum iure naturali totius generis humani parentibus tantũ a Deo ipso in exordio rationalis creaturæ, ideoq; esse longè diuersum à patria potestate, etiam si concurrant in eadẽ persona, vt concurrunt in patre habẽte potestatem in suum filium paruulum.

a in d.c.fi. de conuers. infidel.

34 Fundatur etiam in falsa imaginatione, qua creditur Gregorius IX.[a] intendisse principaliter decidere hanc, de qua loquimur, quæstionem de baptizãdo filium de consensu patris conuersi, inuita matre non conuersa: cùm palam colligatur ex eo, præsertim ex allegationibus matris, eum principaliter intẽdisse decidere quæstionem, qua quærebatur, an paruulus, de quo erat quæstio esset tradendus ad educandum patri cõuerso, an matri non conuersæ.

Ad quam quæstionem decidendam plurimum erat attendenda patria potestas Romana Iudæis cõicata: cùm tamẽ ad decidendã aliam, non esset attenda illa, sed alia potestas iure naturali diuino indita parentibus tantum, ad dirigẽdos paruulos filios in spiritualibus: & consequenter non indigent alia solutione, neq; explicatione. Ex quibus infertur, non me, vt aduersarij parum cautè dicunt, sed illos in hac re paralogizari.

b ī fine prædicti ar. 10.

Sexto, quod nimis videtur extollere illud dictum Sot.[b] scilicet, iniuriã, quæ fit parentibus in baptizandis filijs suis sine suo consensu, non esse superstitiosum, sed secundum prudentum iudicium intelligendam.

c 2.2.q.92. per totam. d Causa 26. præsertim q.2. & 5.

Tum quia secundum sensum directũ est conclusio triuialis, & omnibus etiã lippis & tonsoribus nota, cùm quasi, per se notum sit, omnem superstitionẽ esse vitiosam, vt tradit S. Tho. recept.[c] & latè probat Gratianus.[d]

35 In sensu aũt indirecto, secundum quem laudari videtur ab eo, est talis, ex

E qua infert vnum, quod ego pro obseruãtia & fide, qua esse debeo in S. Sedem Apostolicam & eius declarationes, non auderem dicere, neq; credo ipse dixisset, si legisset prædictam Martini V. extrauagantem. Infert enim, q̃ iustè potest baptizari filius (inuitis parentibus infidelibus) iamiam moriturus si non timeretur scandalum: quod nullatenus videtur dicendum. Tum quia prædicta extrauagans exacte & uniuersaliter declarat, non licere baptizare paruulos Iudæorum sine expresso alterius parentis consensu. Tum quia illa extrauagans
F non est iuris noui inductoria, sed declaratoria naturalis diuini, quod non recipit facilè limitationes priuatas, iuxta notata per omnes.[e]

e in ca. qua in eccles. vũ. de cõst. & in l. 1. C. de legi.

Tum quia frequentissime decipiuntur homines credentes aliquos ægrotos statim morituros, vt docet experientia rerum magistra.[f]

f c. quã sit. de elec. li. 6.

Septimo, quod parum cautè ait, me cùm non potuissem tergiuersari patriã potestatem magni esse in hac re momenti, confugisse ad intendendum probare, auum, de quo loquimur, patria potestate carere.

G Tum quia si meum responsum seriò legisset, in duobus vel tribus locis inuenisset me expresse dicere (vt prædixi) patriam potestatem multum importare quo ad quæstionem, de qua principaliter fuit consultus Gregorius,[g] scilicet, an patri, an matri esset tradendus paruulus ad educandum: nõ aũt ad hãc, de qua nunc loquimur, an consensus prædicti aui, renitente matre, sufficiat ad iustè baptizandum hunc puerum.

g in d. c. fi.

Tum quia ego prius tractaui, an patriam potestatem haberet auus in hũc puerum, quàm an haberet potestatem
H ad consentiendum in baptismo. Et ideo palam est, me non confugisse ab huius quæstionis decisione ad tractandam illam: cùm post tractatam illam descendissem ad tractandam istam.

Octauò, ne nimium morosus videar, remitto responsiones, & replicationes, quæ fieri possunt aduersus ea, quæ ipse adducit ad probandum auum prædictũ non perdidisse patriam potestatẽ, alijs eruditissimis dominis meis, qui pro matre responderunt, præmonens eorũ dominationes, nõ parui ad hæc videri momẽti, quod legitimè decreta fuit tutela matri in Vrbe, & filius ei traditus educandus, eodem auo præsente, sciente, & si verum coram Deo vt bonus Christianus voluerit fateri, consentiente, & qđ auus cũ fuit cõuersus, ea mente discessit ab uxore, & filijs suis, vt nullũ magis commercium haberet cum ijs, q̃ cum alijs Iudæis, & quod non habuit mentẽ vtendi potestate patria in filios suos, neque in filios filiorũ eorum, & quod forsitan nunq̃ huiusmodi filius viuentibus parentibus, eis inuitis, fuisset traditus auo potestatem patriam in eo habenti.

36 Nono præmoneo eosdẽ dominos meos, probabile videri, quod patria potestas iure humano Romano inducta, non extẽdatur ad hoc, vt paruulus filius parentũ vnius religionis tradatur educandus auo alterius religionis sine consensu illorum, vel alterius eorum.

Tum quia patria potestas non extenditur ad spiritualia, vt prædictum est: & quod directio in spiritualia plurimum pendet ab educatione paruuli: & quod cura omnium pertinentium ad huiusmodi paruulũ maxima est directio eius ad spiritualia.

C Tum quia cõcurrentibus duobus potestatibus, quæ in aliquo maior & dignior est, præferenda est in eo minori, & indigniori: & q̃ potestas dirigendi paruulum ad spiritualia, quã habent parentes, multò maior & dignior est per prædicta, quàm patria potestas, & ideo illa videtur huic præferenda in tempore, quo vtraque concurrit, & consequẽter quo ad educationem vsque ad tempus discretionis, quo ad quod illa durat, cum (vt dictum est) illa directio præcipuè ab educatione pendeat.

D Tum quia, si, cũ Imperatores Ethnici regnabãt, cõtigisset casus, ì quo auus fuisset infidelis, & pater & mater Christiani, & mortuo patre mansisset filius paruulus, Iurisconsulti Christiani consuluissent patriã potestatẽ illius aui nõ esse extendendã ad hoc, vt traderetur ei educandus nepos renitente matre, & quod pari ratione Iurisconsulti Ethnici respõdissent paruulum filium infideliũ parentum non fuisse tradendum ad educandũ auo Christiano habenti eum in

A potestate: & dixissent nostris Iurisconsultis, [Quod quisq; iuris in alterũ statuerit, ipse eodẽ iure vti debebit.] Vnde licet priore responso, habens pro cõperto auo nõ esse patriam potestatem, dixerim perfunctoriè satis teneri posse tradendum esse illi hunc nepotẽ ad educandum licet non ad baptizandũ: nunc autem altius perpensis ijs, quæ prænoui de tutela legitimè decreta, & ratione, & æquitate non tradendi paruulos filios parẽtum vnius religionis, ad educandum hominibus alterius religionis, adeo subsisto, vt nolim secundum illud
B dictum meum ante maturiorem deliberationem iudicari.

37 Decimò prænoneo, q̃ licet magni fiat ex aduerso fauor salutis huius pueri, qui fit per cõtrariam opinionem, de baptizando illum inuita matre, ego verò maioris facio fauorem, qui fit sacrosanctæ Sedis Apost. auctoritati, & declarationi eius, & iuri naturali diuino, quo solis parentibus datur ius & potestas dirigendi huiusmodi paruulos in spiritualia, & q̃ contrarium consulentes debẽt cauere ne incurrant in Scyllam cupientes vitare Charybdim, dũ uolentes con
C sulere saluti huius pueri, faueãt ijs, qui parui faciunt declarationes iuris naturalis diuini Maximorũ Pontificũ extra Concilia generalia editas, qualis est ꝓdicta Martini V. vt supra probatum est.

38 Vndecimò, sequutus aduersantis ordinem, addo, q̃ non est tam parui faciendum periculum apostasiæ, in quam is puer iam circumcisus, baptizatus matre renitente recidere posset, quã contradictor facit, dicẽs hoc esse cõtra cap. fin.[a] & quod non est certum perdendũ propter dubiũ an perdetur, non inquã est tam parui faciendum. Tum quia
D S. Tho. receptus ab alijs ait,[b] q̃ vna postissimarum rationum, ob quas paruuli infidelium non debent inuitis parentibus baptizari, est illa, quã reddit in hęc verba: [Vna ratio est propter periculũ fidei, si enim pueri nondũ rationis vsum habentes baptismum susciperent, postmodum cùm ad perfectam ætatem peruenirent, de facili possent à parentibus induci, ut relinquerent, quod ignorantes susceperunt, quod uergeret in fidei detrimentũ.] Hæc ille. Per q̃ apparet,

a de cõuer. infidel.

b in 4. dist. 5. art. 12.

quam parum ſolida eſt ratio, quę ex aduerſo inſinuatur, videlicet nõ eſſe certũ perdẽdum propter dubium an perdeã.

Tum quia ẽt Sotus, qui adeo ex add *In d.diſt. 5.artic. 10. col.18.* uerſo meritò magnificatur, ſic ait.[a] Tertium autem, & efficacius eſt argumentum, q̃ ex fidei natura ſumitur: dictum enim eſt, ſic eſſe adminiſtrãdum baptiſma, vt nulla fidei irrogetur iniuria: ex baptizatione autem huiuſmodi magna ei irrogatur: nam creat manifeſtum periculum, vt ad ætatem adultam pertingentes à parentibus inducantur, vt ad ſuam redeãt priſtinam legem. [Quare quod ignorantes acceperunt, facilè relinquent.] Hæc ille. Nõ parui ergo, ſed maximi æſtimandum eſt in hac re periculum apoſtaſiæ. Tum quia paulò poſt grauiſſimè idem Sotus reprehẽdit eos, qui plurimos huiuſmodi paruulos apud Indos baptizarunt, ea intentione, vt ſaluarentur, ſi antequam ad uſum rationis peruenirent, morerentur. Quæ omnia & ſingula non ſolum ſacroſanctæ ſedi Apoſt. ſed etiam cuiuſlibet alius rectius ſentientis cenſuræ lubenter ſubijcio.

Aduertendum aũt, contra hanc opinionem latam ſnĩam, infantem q̃; traditum fuiſſet auo Chriſtiano, & demum baptizatũ, perſeuerareq̃; ad huc in fide. Vide etiam infra de baptiſmo Conſi. 1.

De voto & voti redempt.

SVMMARIVM.

1 *Vota cum animi perturbatione ob inſtantis mortis periculum, vel ob iram præcedẽtem emiſſa obligant, nu. 3. modo perturbatio non abſtulerit iudicium penitus, nec induxerit inſaniam, nu. 2. præbet tamen hæc perturbatio, ſicut & modica deliberatio, & puerilia, cauſam commutandi, & diſpenſandi, nu. 3.*

2 *Iudicium quod obligat diabolo, ſufficit ad obligandum Deo.*

CONSILIVM I.

b naturalis hiſtoriæ lib. 8.c.16. QVia, vt Plin.[b] ait, [Votorum tunc maximè locus, cum ſpei uitæ nullus eſt:] Multi ob magna pericula mortis, quæ occurrunt ægrotis, & ualẽtibus in præ- E lijs, & nauigantibus, & ob iram, & alias paſſiones ſiue perturbationes animi uo uent, & frequẽter religionis ingreſſum, & poſtea pẽnitentes ea feciſſe, quærunt an ſit eis neceſſaria diſpenſatio aliqua.

1 Et quidẽ pro parte negante faciunt illa iura: quæ allegat gloſſa in c. [ſunt qui opes,][c] & glo. in c. [dudum,][d] & glo. in c. [ex literis,][e] quæ concludunt, acta calore iracundię, uel alia perturbatione animi non ualere, uel eſſe reuocãda: quę gloſſæ aliæ ab alijs appellantur ſingulares, & commendantur, & per eas aliqua notabilia firmant, & in ſpecie F quo ad uotum dixit Romanus,[f] uotum per calorem iracundiæ & turbationem animi factum eſſe nullum, & non obligare, & idem dixit Iaſon,[g] & alibi alij: quod tñ falſem eſt. Pro parte uerò affirmante facit prędictũ c. [ſunt qui opes.] quatenus habet, eum, qui donauit aliquid Eccleſię tumultuario animo, & poſtea reuocauit donationem, ſacrilegiũ commiſiſſe reuocando, quod non poterat dici, niſi donatio facta Eccleſiæ animo tumultuario & turbato ualuiſſet.

c 17.q.4. d de cõuer. coniug. e De diuor. f Sing.508. g in l. ſi filiam. C. de inoffi.teſt.

2 Tũ quia gloſſa ſolẽnis & recepta, habet, iudicium, quod ſufficit ad obligandũ quẽ diabolo, ſufficere ad obligãdum quẽ Deo: & conſtat, eũ, qui occidit, & mutilat, uel ferit proximum p̃ calorem iracundię, mortaliter peccare, & obligare ſe diabolo, quia uiolat p̃ceptũ quintum Decalogi, imò & qui per iram inordinatã dicit fratri racha, uel fatue per Chriſti dictum,[i] relatum in c. [q̃d in omnibus.][k] Tum quia iura & gloſſæ illorum citata in contrariũ ſunt negan- H da, aut intelligẽda de iracũdia, uel alia turbatione animi, quæ reponit turbatũ extra ſenſum, & iudicium requiſitũ ad bene uel male merendum, vt declarant Ioannes Andreas, Panor. & alij.[l] & Archidiaconus & Turrecremata,[m] q̃m furioſi, & amentes nec bene nec male merẽri p̃nt.[n] Tum quia illa cap. regulariter probãt perturbationem animi, quæ nõ auſert penitus iudicium, nec inducit inſaniam, nõ excuſare quem à peccato totо, licet ſic à tãto, vt cõmuniter Theologi loquũtur: quo fit, vt uota peregrinandi, & alia ſimilia facta per iracundiam, uel aliam perturbationem, ualeãt & obligent, vt aiunt Archidiaconus, & Tur-

h Matth. 5. i Exod.20. k 32.q.7. l in d.c.dudum. m in d.cap. ſunt qui opes. n c. merito. & c. illud. 15.q.1.

a vbi ſup. b in 4. diſt. 38. cc.12.n.24 & Turrecremata,[a] & eſt de communi mente Theologorum,[b] & nos aſſeruimus in noſtro Manuali confeſſ.[c] A

Ex quibus colligitur, præfatos, qui ex metu, calore iracũdiæ, vel turbatione animi, quæ non reddit inſanum, vel furioſum, vouent, obligari quidem ex voto, ſed habere iuſtam cauſam diſpenſandi, vel commutandi, & poſſe iuſtè p̃latos eorum diſpenſare, vel commutare vota eorum, ſecundum omnes, pro quibus faciunt c.1. & 2.[d] quæ probant ẽt ob pueritiam, & parum deliberatam mentem, vel propoſitum vouendi, poſſe diſpenſari, vel commutari votum, vbi B hoc notat Panormitanus communiter receptus, quem ſequti fuimus cum cõmuni in d.Man.[e] adiunctis his, quę diximus alibi.[f] Salua, &c.

d De voto. e in d.c.12. nu.77. f in dicto n. 24.

SVMMARIVM.

1 *Voti obligationem non vitiat iracundia, quæ vſum rationis non ſuſtulit, nec defectus naturæ & iuſtæ deliberationis, nec magna perturbatio, etiam ex iniuſto amore vel timore progrediens, nu.2. licet præbeant iuſtam cauſam diſpenſationi, vel commutationi.* C

CONSILIVM II.

VOtum factum per iracundiam an teneat, & an ſit iuſta cauſa diſpenſandi.

1 Ad has quæſtiones reſpondeo primo tenuiſſe me in Man. confeſſ. g valere, & ad ſui complementum obligare vouentem, vota facta per iracundiam, modo illa non eſſet tanta, quę alienaret à iudicio rationis, iuxta Ioannem Andream & communẽ in c. [dudum,] per illum textum,[h] quę eſt communis opi- D nio, & probatur per ea, quæ ibi adijcio contra Ludouicum Romanum & Iaſonem, qui parum re perpenſa cõtrarium tenuerunt in locis ibi citatis. Quibus conſequens eſt, Dominum conſulẽtem proculdubio eſſe obligatum ad complẽdum prædicta vota.

g c.12.n.24 h de cõuerſ. coniug.

2 Secundo, poſſe tamen petere diſpẽſationem, vel commutationem in prætorio ſacræ Pœnitentiaræ, propterea q̃ fuerint emiſſa vota ſine iuſta & matura deliberatione, & cum magna turbatione timoris, & amoris parum honeſti, per textum vbi hoc notat Panormitanus communiter receptus,[i] quem ſe- *i in c.1. de* quuti fuimus cum communi in dicto *voto.* Manual.[k] adiunctis his quæ diximus *k in d.c.12.* alibi in dict. num. 24. *nu.77.*

SVMMARIVM.

Propoſitum etiam diu continuatum voto non æquipollet. 1

Magis & minus non faciunt differre ſpecie, ſed numero. 1

Pœnitentia à confeſſario impoſita, & acceptata implenda, niſi ex iuſta cauſa mutetur. 2

Facultas commutandi vota per Iobelæum non extenditur ad commutandam pœnitentiam iniunctam. 2

Sponſalia per ingreſſum religionis diſſoluuntur: ſed cauẽdum valde eſt, ne qua infamia inde contra ſponſam oriatur. 3

CONSILIVM III.

PRimo quæritur, vtrum propoſitum mutandi vitam, & ingrediendi religionem multo tempore conceptum & continuatũ æquipolleat voto, & habeat vim obligandi proponentem. C

Secundo, an teneatur adimplere pœnitentiam iniunctam à confeſſario, & à ſe acceptatam.

Tertio, & quid ſi poſt præfatum propoſitum contraxit ſponſalia cum quadã virgine licet ſine præſentia parochi, & an teneatur contrahere matrimonium.

1 AD PRIMAM QVAESTIONEM reſpondeo, q̃ propoſita præfata quamlibet frequenter iterata, & quantolibet tempore continuata non æquipollent voto, nec inducũt obligationem neceſſariam ad intrandam religionem, per c. [literaturam,][l] vbi Panormitanus cum communi tenuit, non ſufficere, p̃poſitum ad conſtituendum votum, quẽ & S. Thomam & Archidiaconum ante eum illam tenentes & alios ſequimur in Man. confeſſ.[m] quibus addo rationem, q̃ plus & minus non faciunt differre genere ſecundum Iuriſtas, neque ſpecie ſecundum Dialecticos, ſed numero.[n]

l de voto. m c.12. nu. 24. n l. ſi. ff. de fund. inſtr.

2 AD SECVNDAM respondetur, quòd præfata pœnitentia iniuncta & acceptata seruanda est, [a] quâuis ex iusta causa mutari possit vt nos tradimus latius in præfato Manual. [b] non aũt mihi compertum est per Iobelęa posse cõmutari : quia per ea cõceditur quidem, vt plurimum potestas commutandi vota, non aũt ptãs commutandi pœnitentias iniunctas, quæ sunt aliæ à votis, & à diuersis non fit illatio, [c] sed quilibet confessarius legitimus videtur habere ptãtem commutandi pœnitentiã iniunctã, etiam à superiore, iuxta glossam. [d]

3 AD TERTIAM rñdeo, ꝙ D. cõsulens tenetur ad contrahendum matrimonium cum præfata virgine, si promisit cõtrahere cum illa, quia Conc. Trid. non annihilauit sponsalia de futuro cõtracta sine præsentia parochi, sed tantũ sponsalia per verba de præsenti, vt annotauimus in d. Manual. [e] verum tamẽ est, quod per ingressum religionis dissoluuntur, [f] sed cauendum valde est, ne qua infamia contra sponsam inde nascatur, iuxta notata. [g] Salua, &c.

a c. omnis. de pœnit. & remiss.
b c. 26. nu. 22.
c l. Papinia nus. ff. de minor.
d c. tempora. 26. q. 7.
e c. 25. nu. 144.
f c. 1. de cõuer. coniug. & in c. commissum. de sponsa.

SVMMARIVM.

1 *Votum non inducunt hæc verba, Deo sanitatem concedente, religionem ingrediar, si non sit facta promissio.*
1 *Propositum, & deliberatio quantumuis firma non obligat.*
2 *Velle facere, & obligare se ad faciendum, diuersa.*
3 *Votum perturbatione animi iudicium non tollente non irritatur, sed fit dispẽsabile.*
3 *Dispensandi causam dant leuitas vouendi, perturbatio animi, grauis ætas, periculum cum dedecore retrocedendi, & auersio à religione, credulitas extra illam melius proficiendi num. 4.*

CONSILIVM IV.

DOctor quidam & presbyter quinquaginta annorũ ecclesiastica dignitate præditus, morbo grauissimo ad mortẽ vexatus proposuit multa pia facere, & inter alia deliberauit, dixitque, atq; disposuit religionem ingredi, Deo sibi sanitatem concedente. Quæritur an sit religioni obligatus.

1 Interrogatus de casu proposito, respondeo primo principaliter præfatum D. consulentem nullatenus esse obligatũ de præcepto, & necessitate adimplendi quidquam eorum, quæ proposuit, dixit, disposuit, & deliberauit facere. Primo quidem, quia nullũ propositum quamlibet firmum, nec vlla deliberatio quamlibet resoluta & firma, efficit votum, neq; promissionem obligãtem de præcepto adimplendi proposita deliberata, & dicta, nisi promiserit vel vouerit facere illa, vt tradunt omnes, [h] post S. Thomã, [i] & Archidiaconum, [k] & alios, quos sequimur in Manuali confess. [l]

Secũdo, quòd casus præfati c. [literaturam,] fuit fere idem qui supra positus. In hoc enim D. consulens est doctor egregius, & in illo magister, quem Alexander III. laudat de literatura. Et vt hic D. cõsulens valde ægrotabat, ita ille minutione quadã nimio erat mortis pauore perterritus: & sicut hic proposuit habitum religionis suscipere, ita & ille: & sicut hic dicit de hoc aliqua verba, ita & ille: dixit enim, [Diu hic non morabor,] proponens in animo ꝙ religionis habitum esset aliqñ susceptu rus. Cum ergo casus hic sit illi simillimus, responderi debet similiter, vt Alexander ibi respondit, nempe. [Tibi igitur respondemus, ꝙ si plus non est in voto processum, non es transgressor iudicandus, si non imples quod dixisti.

Tertio facit, ꝙ alioquin oporteret dicere, ꝙ quicumq; vellet, proponeret, vel deliberaret adire templum, audire Missam, aut concionem, ieiunare, eleemosynam dare, visitare infirmos, vel sanos, vel quodpiam aliud honestum facere, teneretur ad id exequendum sub pœna peccati mortiferi, quod nemo vnquam dixit, & est absurdum, & ideo nõ dicendum. [m]

2 Quarto, ꝙ ratio rñsionis Alexãdri fuit, à diuersis non fieri illationẽ, [n] & aliud esse velle aliquid facere, & aliud obligare se ad id faciendũ, cum quotidie multa velimus, ad q̃ tñ nõ nos obligamus, nec nos volumus obligare. Cũ ergo D. consulens solum voluerit, proposuerit, dixerit, vel deliberauerit ĩgredi religionẽ, non sequitur, ꝙ se obligauerit ad illud, vel voluerit se obligare.

a In c. 1. de voto.
b c. duodum. de conuers. coniug.
c i sing. 580
d in d. cap.
e De voto.
f 2. 2. q. 88. art. 1.
g ff. de pac.
h ff. de præscr. verb. et ca. tumenti. 22. q. 5.
i in d. art. 1
k vbi sup.
l In 2. 2. q. 88. artic. 1. & 2.
m In c. quia bona. 17. q. 1. & l. nãquod absurdum. ff. de bonis liber.
n l. Papinianus. ff. de minor.

3 Secundo principaliter respõdeo, ꝙ S.D.N. sanctè posset relaxare obligationem intrandi religionem, ẽt si se obligasset ad intrandum illam. Tum quod, sicut leuitas vouendi dat causam dispẽsandi, vt notat Panormitanus per illum textum, [a] ita magna perturbatio animi, quæ mouet ad vouendum idem facit, [b] adeo ꝙ fuerunt aliqui, ex quibus est Ludouicus Romanus, [c] qui dixerunt, quod votum perturbatione iræ factum non valet: quod tamen non est verum, nisi quando perturbatio est adeo magna, vt vouentem ponat extra iudicium, vt Ioannes Andreas, Panormitanus & alij adnotant, [d] alia autem perturbatio non reddit quidem votum nullum, sed dat causam dispensandi secundum omnes.

4 Tum quia cum prędicta perturbatione concurrit ætas quinquaginta annorum, dignitas in Ecclesia cathedrali, auctoritas expediendi negotia Ecclesiastica, & austeritas religionis inexperta, & quod periculum est, vt ingressus religionem exeat illam, cum id liberè possit facere, ꝙ non decet virum doctrina, gradu, dignitate, & longa ætate ornatũ. Tum denique quod non vult eam ingredi, & putat fructuosiorẽ se fore seruiendo suæ dignitati, quàm religioni quasi coactè susceptæ. Itaque mea sententia, nulla Dominus consulens indiget dispensatione. Salua, &c.

a In c. 1. de voto.
b c. duodum. de conuers. coniug.
c i sing. 580
d in d. cap.

SVMMARIVM.

1 *Votum non inducitur per solum propositum, & deliberationem, nec etiam per illius enunciationem, vel denunciationẽ futuri euentus, nu. 3. sed requiritur animo se obligandi facta promissio, nu. 1. mentaliter saltem, nu. 4. per verba denotantia promissionem vel in actu signato, vt promitto, vel per actum exercitum, puta faciam hoc, nu. 2.*
3 *Votum & promissio in dubio, nisi vouens magis inclinet in contrarium, censendũ est factum per illa verba conditionalia: Domine faciam hoc, si feceris illud: Da mihi salutem, & faciam hoc, nu. 2. & 4.*
3 *Correspectiuitatem ad gratiam obtinẽdam cum habent verba enunciatiuè prolata, puta, Faciam hoc, si feceris illud, in dubio resoluuntur in promissionem, numero 4.*

CONSILIVM V.

QVæritur, an, qui dicit Deo, [Da mihi Dñe salutem, & ego seruiam tibi,] intelligendo mente de seruitio in statu castitatis & cõtinẽtię, obligetur ille ad seruandam castitatem.

1 Respondeo, ꝙ pro parte negante facit, ꝙ ad votum nõ sufficit propositum etiam deliberatum faciẽdi aliquid, sed requiritur promissio, & animus se obligandi, iuxta c. [literaturam,] [e] quod habet, eum, qui dixit, [Si conualuero, nõ diu morabor hic,] intendens adire religionem, non censeri vouere: vbi Ioannes Andreas, Panormitanus, & communis id tenent, & idem tenet vterque Thomas, [f] quod non videtur in hoc casu interuenire.

2 Pro affirmante verò facit, ꝙ consulens, non solum videtur habuisse propositum deliberatum, sed etiam promisisse, dicendo cum ægrotaret: [Da mihi Dñe salutem, & ego seruiam tibi,] intelligens mente de seruitio in statu continentiæ. Tum quia, vt quis obligetur, nõ requiritur quod dicat, [obligo me,] nec ad hoc ꝙ promittat, oportet dicere promitto, sed satis est dicere, [dabo vel faciam.] Tum quia ità obligatur, qui dicit alteri, [tibi dabo centum, si hoc feceris,] ac qui dicit, [promitto dare centũ, si feceris hoc,] vt colligitur ex l. 1. § & l. [naturalis.] [g] [h] Tũ quia vt ait Caietanus, [i] non solum fit promissio per actũ signatum & exercitũ, dicendo, [promitto quod faciam hoc,] sed etiam per solum actũ exercitũ, dicẽdo, [faciã hoc.]

3 Per quæ concludi videtur, ꝙ tota difficultas consistit in significatione illius verbi verbalis, vel mentalis, [faciã, vel seruiam:] vt enim ait Caietanus, [k] & in eodẽ proposito de verbo, [faciam,] quod potest tripliciter accipi illud verbum, [seruiam:] Primo pro denunciatione propositi, hoc est, intẽdo seruire. Secundo pro euentu quodã, scilicet, fiet seruitium. Tertio pro promissione seruitij: & quia ꝑ adducta pro parte affirmante, ꝑprior significatio verbi, [faciã, seruiã, vel dabo,] posita in cõditionali,

[faciam, seruiam, vel dabo tibi hoc, si feceris illud,] est promissio, quam denunciatio propositi vel euentus, arbitror indicandum esse, quod est votum, nisi consulens inclinaret magis non habuisse tunc animum promittendi.

4 Non obstant in contrarium adducta pro parte negante: quia licet concludant necessariam esse promissionem verbalem vel mentalem ad votum, non tamen probant q̃ sit necessarium mente vel verbo dicere, ꝓmitto, vel voueo: sed sufficit dicere mente, vel verbo id quod significant promissionem, quam facit, qui dicit, [faciam, seruiam, vel dabo tibi hoc, si feceris illud,] secundũ propriorem verborum significationem. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Votum in rigore sermonis non est, Promitto Deo nolle in sæculo mori, intẽdens aliquo tempore velle ingredi religionem.*

2 *Promittere religionem intrare, & promittere me velle intrare, diuersa.*

3 *Volo vendere, vel contrahere tecum matrimonium differt à vendo, & à contraho.*

CONSILIVM VI.

SCrupulis quidam diuersis è rebus sæcularib. natis agitatus proposuit intrare certam religionem, aut dixit hæc verba, *Prometto à Dio di nõ voler mai morir nel secolo, intendendo in qualche tempo di voler entrare vna determinata religione.* Et postea obtenta quadam cura animarum, elapsis duobus annis, promisit cuidam fratri religionis prædictæ se ante duos annos elapsos velle intrare suam religionem non tamen intrauit adhuc, licet sint elapsi circiter decem anni. Nunc autem pœnitet illa dixisse, nec vellet intrare illam religionem: quia putat se plus Deo seruiturum extra, quam intra illam.

Quæritur primo, an votum vouerit, & teneatur illo.

Secundo, an iustè possit ei à Papa illud relaxari.

1 AD PRIOREM quæstionem respondeo, q̃ de rigore sermonis, & verborum, quæ dixit, non vouit, nec tenetur voto. Tum quia per illa verba, [Nõ morabor hic diu, intendens intrare religionem,] non inducitur votum, [a] Tum quia proponere etiam firmissimè intrare certam religionem, non est vouere, secundum S. Thomam communiter receptum, [b] quem retulimus in Manual. confess. [c] Tum quia verba prima vice pronunciata de rigore sermonis non significant quod promisit intrare, sed quod promisit non velle mori in sęculo, aut ad summum velle intrare illam religionem.

2 At aliud est promitto intrare religionem, & aliud promitto velle intrare, sicut aliud est ascendere arborẽ, & aliud velle ascendere, vt ait glossa, [d] & vend. imò & volo vendere, & vendo, secundum communem ibidem, quicquid gl. subdubitet: & aliud contraho matrimonium, & aliud volo contrahere, iuxta notata. [e] Tum quia etiam verba secũda vice post duos annos prolata non concludunt votum de intranda religione: quia aliud est dicere [promitto intrare religionem intra duos annos,] & aliud, [promitto me velle intrare intra duos annos,] per rationes supradictas.

AD ALTERAM quæstionem respondeo, q̃ videtur subesse iusta causa relaxandi votum, esto quod esset tale: & q̃ credo summum Illustrissimum Pœnitentiarium maiorem relaxaturum, vel certe actum, vt Papa relaxet, si offeratur ei petitio. Salua, &c.

Aduertendum, hoc responsum cautè legendum: nam etsi qui verbis solum profert voluntatem, quam gerit ingrediendi religionem, affirmatq; se talem habere voluntatem & animum, non obligetur voto, rarò tamen verba, de quibus in casu, sub prædicto sensu proferuntur, imò qui ea profert, communiter profert per modum saltem tacitę promissionis inducentis votum.

SVMMARIVM.

1 *Vouens in genere mori in religione, implicitè vouet ingredi, & perseuerare, immo & profiteri, num. 3. potest tamen quam malit eligere, nu. 2. sed exire sine causa & dispensatione non potest nu. 3.*

CONSILIVM VII.

DE eo, qui postquam tractauit de ingressu in quadam certa religione, & de exitu ab ea, & de pœnitentia exitus à prima, & de intranda alia, tandẽ protulit hæc verba, [Promitto Deo mori in religione.]

Quæritur primò, an videatur vouisse religionem.

Secundò, esto illam vouerit, an possit eligere, quam maluerit.

Tertiò, an ingrediendo possit exire.

AD PRIMAM respondeo, procul dubio D. consulentem censendum esse vouisse religionem. Tum quia negari non potest ipsum vouisse: quia illis verbis conuenit definitio voti, q̃ post alios dedimus nos in Man. conf. [a] scilicet, q̃ [est promissio deliberatè facta de aliquo bono maiori:] & constat, mori in religione esse suo genere maius bonũ q̃ mori extra illam. Tum quia posito & concesso q̃ sit votum, & non potest dici esse votum de alia re, quam de religione intranda, & in ea perseueranda vsq; ad mortẽ, ergo dicẽdum est esse votum de religione intranda. Tum quia nõ obstat, q̃ non vouit specialiter intrare religionem: quia vouit aliquid, quod continet ingressum, & aliquid eo maius: & plus continet minus per reg. [plus,] [b] & totum continet suã partem, [c] & ex narratis in casu proposito, quibus exprimitur quod consulens tractabat de vno ingressu religionis, & de exitu ab ea, & de ingrediendo aliam, & de quadam pę nitentia exitus à prima, & voluntate permanendi in aliqua religione, dicendo, [Promitto mori in religione,] tacitè videtur dixisse, [Promitto intrare religionem, & in ea mori.] Non etiam obstat dicere, quod non expressit religionem: quia votum generale de intrãda religione valet. [d]

a cap. 12. nu. 24.

b de regul. iur. lib. 6.

c cap. cui li cet. eod. tit. & c. pastoralis. §. ittẽ cum totum. de offic. deleg.

d ca. consti tutionẽ. de reg. lib. 6.

2 AD SECVNDAM respondetur, posse ipsum ingredi religionem, quam voluerit, quia indefinitæ & generali promissioni per vnum suppositum satisfit, iuxta glossam celebrem, [e] qui enim promittit indefinitè hominem, vel seruum, per præstationem vnius liberatur.

e in cap. vt circa. de elect. lib. 6.

3 AD TERTIAM respondetur, quod consulens, si intrauerit aliquam religionem, nõ poterit exire liber pro libito suo sine iusta causa, & superaddita dispensatione; eo q̃ videtur fecisse duo vota, alterum de intrãda religione, & alterum de perseuerando in ea, quorum prius completur intrando tantũ, posterius autem nõ nisi profitendo, per ea quæ nos tradimus, contra Sotum. [f]

f in d. c. 12 nu. 47.

SVMMARIVM.

Voti de essentia est quod promissio fiat Deo vel sanctis non quidem tanquam quibusdam hominibus, sed vti quibusdam Dijs per participationem. nu. 2. & 3. Vn de facta homini etiam de bono ad ipsum non respiciente, puta de ingrediendo religionem, nu. 4. de non ludendo, num. 2. non est votum, sed potius quædam actio facta ad certiorem faciendum illum, cui promittitur, dubitantem, quod sua erit, nu. 3. & hoc etiam si promissio hæc fiat prælato. nu. 2. 1

Votum ẽt est, cùm quis Deo promittit obseruare id quod homini prius promiserat. 2

CONSILIVM VIII.

CPVella, quæ deliberate promisit in manibus visitatoris Episcopi, se futuram monacham, an censeatur fecisse votum simplex de intranda religione, & ita quod sponsalia de futuro postea contracta non valeant.

1 Pro parte affirmante faciunt verba ipsa, quibus promisit se facere religiosam: & quod promissio facta B. Mariæ, B. Petro, aut alijs sanctis, censetur voti, vt expresè dicit vterque Thomas. [g]

g 2.2.q 88. art. 5.

Pro parte verò negante facit primò, quòd de voti essentia est, vt promissio fiat Deo, iuxta ea quæ habentur in Manu. [h] Dvbi per hoc determinatur, q̃ promissio, qua quis promittit alteri se amplius nõ lusurum, non est votum, & colligitur ex vtroque Thoma. [i]

h cap. 12. à nu. 25.

i in 2.2. q. 88. artic. 5. & S. Tho. art. 4.

2 Secundò facit, q̃ vterque Thomas præcitatus dicit promissionem factam Sanctis dicẽdam votum, eo quod videatur facta Deo, cùm sit facta quadantenus deificatis, & participatione indissolubili factis dijs, & ideo promissio facta alijs hominibus viuis nondum beatificatis non potest dici votum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tertiò, ꝙ S.Tho dicit promissionem alicuius boni factam homini posse cadere materialiter sub voto, vt cũ quis vouet Deo facere id bonum, quod promisit Prælato se facturum: per quod significatur, quòd promissio alicuius boni facta Prælato non est votum, sed tantùm materia voti: sic qui vouerit Deo facere id bonum, quod promisit homini, cẽsetur votum, & non aliàs.

3 Quartò, ꝙ Caietanus per hoc definit, quòd qui promitteret Sancto aliquid boni tanquam homini rationali, non habito respectu quod est deificatus, non censeretur vouere, quo saluat S.Tho. dicentem, quod promissio facta Sancto de aliquo bono non est votum, sed tantum materia voti: quod intelligendum ait de promittente Sãcto, quatenus est quidam homo, & non de promittente Sancto, quatenus est quidam Deus per participationem deificatus.

Quintò facit, quòd promissio facta ad faciendum certiorem futuræ rei illum, cui fit, non est votum: quod colligi
a in d.art. 4. tur ex S.Thom. [a] & promissio facta per præfatam mulierem prædicto visitatori fuit facta ad faciendum certiorem ipsum dubitantem de voluntate eius, an vellet mutare statum, & assumere religionem: ergo non fuit votum Deo factum, sed certificatio visitatoris, qui dubitatione sublata crederet illam velle mutare statum.

4 Sextò, ꝙ longe diuersa sunt promittere Deo in manibus alicuius hominis, quod faciet aliquid boni, & promittere alicui homini, quòd faciet idem bonum imò & promittere Sanctis, vt quibusdã factis per participationem Dijs, & promittere eisdem vt hominibus, vt colligi
b vbi supr. tur ex vtroque Thoma, [b] dicente, quòd posterior promissio non est votum, & prior sic.

Septimò, ꝙ è contraria parte sequeretur, ꝙ omnis promissio facta alteri de faciendo aliquod opus virtuosum, saltem quod non esset vtile illi cui promittitur, esset votum: quod nemo dicet
c l.nã quod ff. de bonis libert. & est absurdum, & ideo non dicendũ. [c] Per quæ omnia dicendum videtur, præfatam professionem nõ fuisse promissionem Deo factam de se faciendo religiosam, sed promissionẽ factam homini ad certificandum illum de voluntate faciendi se religiosam, & consequenter non fuisse votum, cum prædicta puella non promiserit Deo, sed homini visitatori dubitanti de sua voluntate, se futuram religiosam. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Vota tria in manibus religiosi non valentis religioni incorporare emittens, vt suffragijs gaudeat religionis, non est religiosus, nec eam intrare tenetur, num. 2. sed tamen castitatem & paupertatem vt simplicia vota seruare tenetur, nu. 2. ita vt licet non admittat sua nec potestatem acquirendi, nu. 4. peccat tamen acquirendo, & volendo acquirere, nisi saltem ab Episcopo impetret dispensationẽ, nu. 5. voto autem obedientiæ non videtur astrictus, cùm non fuerit legitimè à religione acceptatum. nu. 3.*

3 *Sacerdos si voueat castitatem, duplici tenetur vinculo.*

CONSILIVM IX.

G VIrgilius in articulo mortis vouit castitatem, paupertatem, & obedientiam in manibus cuiusdam Prioris & in præsentia sui Confessarij, animo participandi suffragia ordinis prædictorum Prioris, & confessarij, cum iam esset Prælatus, canonicus, & sacerdos. Quæritur, an sit religiosus, vel obligatus ad intrandam religionem.

1 Respondeo primò, prædictum Dominum consulentem non fuisse per prędicta uota factum religiosum prædicti ordinis. Tum quia prædictus Prior, & Confessarius non habebant potestatem incorporandi illum suæ religioni, quod
H requiritur, vt colligitur ex c. [ad Apostolicam,] [d] & tradimus nos post alios in commen. 1. de reg. [e]

2 Secundò, ꝙ prædictus Dominus cõsulens non est obligatus ad intrandam religionem, quia non promisit intrare, sed solum vouit tria substantialia vota simplicia, quæ non fuerunt facta solemnia per vllam professionem, quæ nec tacitè nec expresse fieri potest, donec impleatur annus nouitialis, iuxta [f] Concilium Tridentinum.

Tertio,

d de regul. e Super cui portio. 12. q. 1. nu. 18.

f ca. 15. & seq. de reg. sess. 25.

3 Tertio, teneri Dominũ cõsulentem ad seruanda vota prædicta tanquã simplicia, ita quod tenetur seruare castitatẽ duplici vinculo, s. sacerdotali, & voti castitatis: votum aũt paupertatis vnotm̃, quia vouit illam, quamuis arbitrer eum non teneri ad aliquid ratione voti obedientiæ, quia illud non fuit acceptatum saltem legitimè à prædicto ordine, nec ab eius conuentu, & ipse non habuit animũ obligandi se Episcopo, vel alij Prælato pluſquã erat ante votum.

4 Quartò, ꝙ non perdidit canonicatum, nec præbẽdam, neq; aliquid aliud ipso iure propter illa vota ex ijs, quæ antea sibi competebant, quia vota simplicia non habent vim tollendi vouenti præter libertatem vtendi matrimonio, & libertatem quærẽdi per emptionem, & alios contractus, & alios modos, per
a Super ca. cui portio. nu. 19. ea quæ tradimus in prædicto comm. [a]

5 Quinto, videri consulendum prædicto D. consulenti vt impetraret dispẽsationem saltem ab Epo suo, vt posset licitè quærere per contractus, & quasi cõtractus, vltimas voluntates, iudicia, & alia iuris ministeria, sicut poterat antequam vouerit, ne peccaret, quærendo & volendo quærere prædictis modis cõtra prædictum votum simplex paupertatis, per ea quæ diximus in d.cap. [cui portio.] nempe, quod licet, qui vouit votum paupertatis, nõ possit sibi licitè quærere, nec velle quærere, potest tamen saltem illicitè quærere: sicut qui iurauit non emere, nec alio modo quærere, peccat quidem emendo, vel quærendo, sed quod emerit, vel quęsierit, suum proprium fit: sicut & meretrix, quæ qui
b l. 4. §. sed & quod meretrici dat. ff. de cond. ob turpẽ causam. dem peccat meretricando, sed quod sic quæsierit proprium eius fit. [b] Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Vouens, vel iurans, etiam per iram, sine actuali intentione non intrandi, & sine actuali intrandi religionem, debet intrare: quia non debet præsumere se voluisse tunc tam graue peccatum committere, vt esset si iuraret, & uoueret animo id non faciendi.*

2 *Tacens tunc videtur consentire quando nõ datur medium inter consensum, & dissensum.*

CONSILIVM X.

I VRans vel uouens intrare religionẽ cum intentione actuali non intrandi eam, dici potest non obligatus ad intrãdum, sed si non habuit intentionem cõtrariam, neque intentionem actualem intrandi, videtur obligatus ad intrandum: quia non debet præsumere de se, quod voluit tam grauiter peierare, vt nolendo intrare, iuraret se intraturum sed quod saltem per iram voluit intra-
2 re, argumento c. [qui tacet, consentire videtur,] [c] quando, vt dicitur in regula
c de reg. in. lib. 6. sequenti, non est medium inter consensum, & dissensum. &c.

SVMMARIVM.

1 *Vouens castitatem salua facultate ducendi uxorem, quæ continere velit, tenetur seruare castitatem, & non ducere uxorem.*

2 *Matrimonium cum pacto, quod seruetur castitas, contrahi nequit, sed & nec cum pacto ut non petatur debitum. & nu. 3.*

4 *Causa iusta ad dispensandum super continentia voto non est commoditas regendi domum.*

CONSILIVM XI.

CAto, qui aliquot annis vixit cum vxore sua in castitate, ad quã vterque voto se astrinxerat, vouit se perpetuo castitatem seruaturum, etiã si uxor præmoreretur: cum hoc tamen modera mine, vt posset ducere vxorem aliquam quæ vellet continere sicut ipse, qualem non inuenit, & vellet ducere vxorem ad administrandam domum.

Quæritur primo, an sit obligatus ad seruandam castitatem.

Secundò, an sit iusta causa dispensandi super huiusmodi uoto.

1 Ad primam quæstionem respõdeo, quod est obligatus ad seruãdam castitatem, & non ad ducendam vxorem. Tũ quia non inuenit aliquam, quæ velit cõtrahere, cũ illo, & continere, sicut prior se continebat: & conditionalis, non impleta conditione, non habet effectũ. [d]
d §. ex cõdicionali. Inst. de uer. oblig.

2 Tũ qa cõditio illa fuit impossibilis: quia nõ poterat occurrere casus, in quo ille

Universidad de Deusto
Biblioteca

ille posset iuste cõtrahere cũ aliqua, ea lege vt contineret, & non peteret debitum: qm̃ est pactum contrarium fini, & fidei matrimonij: fini quidem, quia uirtualiter est pactũ de uitanda prole: fidei autem, quia est pactũ de non reddendo debitum, & de non tradenda potestate sui corporis: & proles & fides sunt duo de principalibus bonis matrimonij, [a] & conditio contra illa est contra substantiam matrimonij, quæ illud inualidat. [b]

a cap. omne nuptiarum bonum. 27. q. 2.

b c. fi. de cõdit. appos. in 4. dist. 29. art. 2. d dist. 28. art. 4. ad e de sponsa. q. 9. f in eod. 4. dist. 29. q. 2. art. 3. g de cond. appos.

3 Nec obstat, quod Paludanus, [c] tenet valere matrimonium contractum cum conditione, ne petatur debitum, vel ut seruetur continentia: eo quod non est turpis, sed honesta. Tum quia contrarium tenet S. Tho. [d] & Adr. [e] quæ cõis est opinio ẽm Sotum. [f] Tum quia prædictum c. vlt. [g] non solum habet conditionem turpem contrariam substantiæ matrimonij reddere illud nullũ, sed absolutè oẽm conditionem, quæ est cõtra substantiam matrimonij, & consequenter etiam illam, quę de se honesta esset.

c de reg. iur. lib. 6. d ff. de cõd. & demon. e in c. Marcion. 1. q. 1. f in c. intelligentia. de verbo. sign.

4 Ad Secvndam rñdeo, q̃ ex petitione oratoris nõ colligitur vlla iusta causa dispensandi super tam grandi voto. Tum quia cum difficilius sit seruare continentiam cõuersando die ac nocte secreto, & coram alijs cum vxore, quam amat, quam viuendo sine tali cõuersatione, [h] & quia oratori vł se posse castitatem seruare conuersando die ac nocte cum vxore amata, pro causa non põt allegari timor incontinentiæ. Tum quia si commoditatem regẽdi domum, quæ prouenit ex vxoris cõsortio (quod orator fortè prtendit) dicat esse causam iustam dispensandi, omnes fere haberẽt iustam causam relaxationis voti: quod est absurdũ dicere, & ideo non est dicendum. [i] Quamuis dici posset, aliquã partẽ causæ colligi ex eo, quod non omnino absolutè vouit castitatem, sed cum quadam exceptione, quæ licet à cõmuni opinione, & mea sententia vera reputetur impossibilis, Paludano tñ viro sacrarum & canonicarum literarum callentissimo visa est possibilis. Salua, &c.

h Arg. c. cũ omnibus. & c. clericus. & c. volumus. & c. legitur. 81. d.

i l. nã quod absurdum. de bonis libert.

tur si tunc ea erat mente, quod si ueritate sciuisset, non uouisset.

Ignorantia qualitatis, quæ est causa peccati, excusat à peccato qualificato. 2

CONSILIVM XII.

An putans aliquam esse suam sororem, vel cognatam spiritualẽ, vel carnalem, & vouit non habere rem cũ illa, obligetur seruare votum, etiam si verè non sit soror, nec cognata?

1 Et videtur quod non quo ad forum conscientiæ, si prædictus uouens cũ uouit, erat ea mente, quod non uouisset, si sciuisset eam non esse sibi cognatã, sed sic, si ea mente tunc erat, quod vouisset ẽt si sciuisset eam non esse sibi cognatam: quia ignorantia qualitatis excusat à peccato qualificato, si est causa peccati, aliàs non, iuxta doctrinam S. Tho. receptam: sicut qui percutit laicum putãs eum esse clericum, non est excommunicatus, si verè non est clericus.

SVMMARIVM.

Vouens simul seruare castitatem & ingredi religionem, tunc demum liberatus à religione liberatur à castitate, quando castitatem uouit non ut principale, sed ut accessorium ad religionem: & in hoc sequatur illam partem, quam magis probabiliter credit, an in dubio sequatur tutiorem reputando se obligatum ad castitatem. nu. 2. 1

CONSILIVM XIII.

Franciscus literarum ignarus castitatem uouit, simulque religionem quandam intrare, non tamen recordatur, an tunc intenderet obligare se ad castitatem seruandam, licet ad dictam religionem non admitteretur: & cum non fuerit admissus, dubitat, an teneatur ad castitatem seruandam.

Pro parte negatiua, videlicet, q̃ non teneatur extra religionem castitatẽ seruare, facit primò, quia qñ non constat de actuali intentione vouentis, quæ dat regulam & vim ipsi voto, intentio potius virtualis attendẽda est: sed intentio virtualis videtur fuisse castitatẽ in religione

SVMMARIVM.

Vouens non commiscere mulieri, quam falsò suam cognatam esse putabat, nõ liga- 1

gione seruare, ergo extra eam non tenetur. Probatur minor: quia prædictus Ioannes modo interrogatus, quid respondisset, si in instãti, quo votum emisit interrogatus ab altero fuisset, [Si in religione admissus non fueris, seruare extra illã castitatem intendis?] respõdit se credere sine dubio quod respondisset, nequaquam: ergo.

Nec obstat, q̃ si ipse fornicationis peccatum committeret, crederet se prædictum castitatis votum violare, non. n. in de iudicandũ est, eum extra religionem ad dictã castitatem teneri: quia cum esset illiteratus, cogitabat se, ex quo prædictũ votum fecit, ad castitatem teneri statim, cogitare aũt esse obligationem, vbi non est, non inducit obligationem sicut non facit religiosum, cogitare se esse professum, saltem si eius professio à principio ipso ignorãte inualida fuit.

1 Rogatus quid sentiam, respondeo, quod, vt subtiliter & eruditè supra insinuatur, decisio huius quæstionis vł pendere ab intentione vouentis expressa, vel tacita: si. n. principaliter voluit vouere castitatem, & accessoriè religionem vt facilius eã in illa seruaret, tenebitur eam seruare, etiãsi excusetur ab intranda religione, si aũt contra principaliter voluit uouere religionẽ, & veluti accessoriè castitatem, quam facilius in ea seruare posset, liberatus à voto religionis, erit etiam liber à uoto castitatis. Tum per regulam cap. [accessorium sequitur naturam sui principalis.] [a] Tum per l. [in conditionibus primum habet locum mens testatoris.] [b] Tum quia, vt D. Hieronymus ait, [c] [Euangelium non tantum est in verbis, quantum in sensu, nec tantum in folijs, quantum in radice rationis,] & vt ait Hilarius. [d] [Intelligentia dictorum ex causis est assumẽda dicẽdi: q̃a nõ res sermoni, sed rei sermo debet esse subiectus.]

In supradicto casu desideratur sciri, quid dicendum, quando de prædicti uouentis non constat intentione?

3 Respondeo, q̃, si consulens nescit qualem intentionẽ habuit, vel non credit probabiliter qualẽ habuit, sed dubitat, tenetur in dubio eligere tutiorem partem, iuxta c. [inuenis, [e]] & consequenter reputare se obligatũ ad seruã-

e de sponsa. & c. ad audientiam. de baptizat.

dam castitatem extra religionem, quãuis ob eiusmodi dubitationẽ, & aliquã aliam causam, dispensationem, vel commutationem concedet, vt puto, Papa per sacram Pœnitentiariam. Salua, &c.

SVMMARIVM.

Voto pœnali commutato, qui postea contra facit non cadit in pœnam: secus si solum sit commutata obligatio adimplendi pœnam (puta, intrando religionem) tam incursam. 1

CONSILIVM XIV.

An qui vouit, vel iurauit se nõ peccaturum certum peccatũ sub pœna intrandi religionem, & postea peccat illud, & consequenter obligatur ad intrandum religionem, & impetrata dispensatione super voto religionis, peccat iterum, teneatur intrare illam?

1 Rñdetur, distinguendum videri, an dispensatum fuerit cum illo super obligatione, qua se obligauit ad non peccãdũ sub pœnã intrandæ religionis, & non tenetur intrare, quia sublato principali, tollitur accessorium. [f] An vero solũ fuit dispensatum super pœna intrandæ religionis, quam incurrit ob primã fractionem voti, & videtur teneri: quia nõ fuit dispensatũ super voto non peccandi sub pœna intrandæ religionis, sed solum super obligatione intrãdę religionis iam incursa, & à diuersis non fit illatio, [g] & obligatio intrandi religionem iam incursam propter primã transgressionem voti de non peccando sub pœna intrandæ religionis, est res diuersa ab illo voto de non peccando sub pœna, vt in simili dixi in Manu. confess. [h] scilicet, *cum.* quod absolutio fractionis voti differt ab absolutione voti, ita quod votum perpetuum semper obligat, licet vouẽs à peccato fractionis non absoluatur, vt ait S. Antoninus. [i] Salua, &c.

f l. cũ prin de reg. iur. & c. accesso eis adnotatis.

g l. Papinianus. ff. de minorib. c. ad audiendo de reg. iur. lib. 6. c. 11. §. 2. c. 2.

h cap. 12. nu. 79.

i 2. par. tit.

SVMMARIVM.

Votum de intrandæ religione sub conditione factum si frater Romam venerit, non desinit obligare, licet sint lapsi 10. anni, donec maior probatio mortis accedat. 1

Dispen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

2 *Dispensatio voti religionis conditionalis etiam ante adimpletam conditionem est Papæ reseruata.*

CONSILIVM XV.

QVidam N. vouit ingressum religionis si frater eius Romam veniret, elapsi sunt decem anni, & frater Romã non venit. Quæritur, an possit vxorem ducere, vel saltẽ possit dispẽsari ab eo, qui ad reseruata vota facultatem non habet, vel saltem cõmutari.

1 Ad hanc quæstionẽ respõdetur primò, q̃ non licet ei vxorem ducere, donec maior probatio mortis fratris accedat, arg. cap. [in præsentia,][a] & eorũ quę notantur in cap. [cum in tua.][b] Secundo, q̃ non potest ordinarius dispensare in eo, nec commutare illud, quia votũ religionis est ẽt vnum de quinq; reseruatis Papę, vt diximus in nostro Manu. conf.[c] nec desinit esse de numero eorum, eo quod sit conditionale, vt tangimus in eod. Manu.[d] Salua, &c.

a de spons. *b eod. tit.* *c cap. 12. nu. 75.* *d in eo. cap. nu. 43.*

SVMMARIVM.

1 *Filij viuentibus parentibus habent solam spem, eis morientibus, in legitima succedendi, sed ante eorum mortem nihil iuris habent, & præmorientes nihil iuris alijs relinquunt, nec per eorum renunciationem aliquid parẽtibus acquiritur, nisi sola libertas de bonis suis inter reliquos testandi. nu. 2.*

2 *Votum, quod fecit mater ædificandi monasterium de legitima renunciata à filia, non tenet respectu legitimæ paternæ, quę ad ipsam non potuit peruenire, nec respectu legitimæ maternæ: quia cũ secundũ leges patria per dictam renunciationem filiæ matri in nulla quãtitate augeatur potestas de suis bonis dispẽsandi: in effectu vouit ædificare de illis bonis, quorũ dispositio eidem non acquirebatur. nu. 3.*

4 *Vouens matersamilias aliquid facere de bonis suis, qua deductis debitis superessent et facta vidua, tenetur, nec de illis potest deducere legitima debita filijs, deducit tamen sibi ad victũ necessaria. nu. 7. peccatque si ex illis dotet filias, num. 5. vel in alia opera pia conuertat, nu. 6. nisi accedat Papa dispensatio. nu. 7.*

Votum ædificandi ex suis bonis monasteriũ non ideo desinit esse validum, quòd non sufficiant, sed debent conuerti in aliud pium opus. & consulendum vouenti, vt à Papa petat commutari in alia opera pia, inter quæ etiam connumerarentur remunerationes ex gratitudine debitæ.

CONSILIVM XVI.

QVædam Illustris Comitissa, cum quædam filia sua monasteriũ ingressa renunciasset legitimas eius, & patris, quas in bonis eorum habere sperabat, vouit de legitimis illis ædificare vnum monasterium alterius ordinis, addendo de suis bonis quod esset necessariũ ad illud ædificium, quia & post iterum vouit, quod si superuiueret Comiti marito suo, ædificaret illud de suis bonis, quæ haberet aliunde, quã ex prędictis legitimis, solutis prius alijs debitis omnibus suis. Postea tradidit nuptui alias filias, quas dotauit ex prædictis legitimis, & quia illæ non sufficiebant, obligauit tertiam partem suorum bonorum, de qua disponere poterat, ad soluendum reſiduum. Mortuo deinde Comite, pars bonorum quæ ipsi obuenit, fuit longè minor, quàm ipsa putauerat, ita quod nullatenus sufficiat ad ædificandum prædictum monasterium: debet præterea multa salaria multis personis, quæ inseruierunt ei, quibus vellet etiam vltra eis debita gratia gratitudinis aliquid dare, habet etiam nepotes, & neptes pro suã qualitate pauperes, quos vellet iuuare.

Quæritur nunc, quid eam oporteat facere, quo animę suæ, & suis bonis desiderijs satisfaciat.

1 Respondeo primo, q̃ consulens videtur errare, putans, quod renũciatio legitimæ ingredientis monasterium, vel nubẽtis, sit quædã donatio alicuius rei præsentis, cum tñ res aliter se habeat. Tum quia filij viuentibus patentib. habent quidem spem succedendi in legitimis, si quæ post mortẽ eorum inuentiantur, sed antea nihil iuris habent, iuxta[e] glossam notat.[f] receptam ibi communiter, & ab Anto. Corseto,[g] Tum quia, si prædicta filia obiisset ante mortẽ parentum, inutilis fuisset illa renũciatio, nihil

e l. 1. §. ipubert. ff. de coll. bon. f in c. Raynutius, ver bo legitimã. g in singulari verba legitima.

nihil enim iuris cuiquã reliquisset per prædicta.

2 Secundò, quod ex hoc videtur sequi, quòd votum prædictæ Comitissæ de ædificando monasterio ex legitimis prædictis erat inane quo ad legitimam patris, de qua pater, & non ipsa debebat disponere, fuit etiam inane quo ad legitimam matris, quam ex suis bonis filia expectabat. Tum quia illa non poterat euenire vsque ad mortem prædictæ suæ matris comitissæ. Tum quia per renunciationem illam nihil quæsitum fuit patri, nec matri, nisi sola libertas testãdi de bonis suis inter reliquos filios, perinde ac si ipsa non esset filia eius, ut post alios testatur Couarruuias.[a] Tum quia prædicta Comitissa non poterat disponere de legitima, quam in bonis patris erat habitura sua filia.

3 Tum quia secundum leges Lusitaniæ de sola tertia parte suorum bonorum possunt disponere habentes filios, & per prædictam renunciationem filiæ nihil fuit aucta illa tertia: & ita vouere ædificare monasteriũ de legitimis, quas renunciauit filia, est vouere ædificare de nihilo, & quod est vix intelligibile, id, quod ponitur in casu, videlicet, quod prædicta Comitissa dotauit alias filias de legitimis monialis.

4 Tertio, quod secundum votum, quo vouit facere prædictum monasterium de suis bonis, solutis tamen debitis, nõ habito respectu ad prędictas legitimas, fuit validum, & potuit implere illud, ẽt si per illius implementum minuerentur legitimæ, in quas reliqui filij succedere sperant: quoniam in pauperes, & opera pia, & salutem animarum suarũ possunt parentes impendere de bonis suis non computando sumptus illos pios in tertiam, de qua libere possunt testari, vt tradimus in Manuali.[b]

5 Quartò, quòd prædicta Comitissa potuit peccasse non implendo secundum uotum, tardando implementum eius, & dotando filias suas de suis bonis, quo se faciebat impotentem ad soluendum votum. Peccat enim, qui post votum legitimè factum, voluntarie se facit impotentem ad implendum illud, vt diximus in Man.[c] nec credo eam excusatam à peccato, eo quod teneretur do

a in c. quãuis pactũ. de pactis. 3. par. in initio relect. in 6. *b cad. 26. nu. 39.* *c c. 12. nu. 41. & 42.*

tate filias, saltẽ pro medietate, si contraxit matrimonium cũ Comite iuxta cõsuetudinem Lusitaniæ, secundum quã non solum lucra, sed ẽt alia omnia bona communicantur inter maritum, & vxorem, cum etiam qñ sola lucra fiunt cõia, videatur teneri ad illud, iuxta tradita per Ioannem Lupum,[d] etiam si filiæ pro sua qualitate essent pauperes. *d in rub. de don. iter ui*

6 Tum quia debita in vsum vnum piũ, non possunt conuerti in alium sine Papæ auctoritate,[e] nec relicta in vnum vsum profanum possunt conuerti in alium sine principis auctoritate.[f] Tum quia votum præcessit dotationem, & forte obligationem: quia forsan tunc non erant nubiles: & qui prior est tempore, prior est iure. *rum et uxo rem. §. 66.* *e Cle. quia cõtingit. de reltg. domi.* *f l. 1. & l. le gata. ff. de admin. rerũ ad ciuit.*

7 Quinto, quod hoc quod dictum est de peccato, intelligo, si mortuo marito, & facta diuisione, & solutis omnibus de bitis legalibus, poterat ædificare prædictum monasterium, quia uotum ita fuit limitatum, & actus agentium non operantur extra intentionem eorum.[h] Sed quia non narratur in casu quanta pecuniarum summa, plus, minusve erat necessaria ad prædictam ædificationem, neq; quanta ad soluenda debita, neque quantum valeat pars bonorum, quæ sibi pet diuisionem obtigerant, neque an debita præcessissent, an sequuta fuissent prædictam diuisionem, ideo difficile est certam in re incerta ferre sententiam.[i]

Sexto, quod ex ijs ita expensis infertur, consulendum esse prædictæ Camitissæ, primò, vt pœniteat peccati admissi non adimplendo tempore opportuno votum, & obligando se ad alia, per quæ facta fuit impotens ad uotum implendum, secundo, vt porrigat vnam petitionem aptam S.D.N. in hanc quæ sequitur formam.] Sanctitatis vestræ oratrix vouit, &c. Debet multa salaria, quibus solutis, & reseruato sibi victu necessario & honesto, reliqua, siue residua bona, nullatenus sufficiunt ad ædificandũ p̃dictũ monasteriũ. Quare supplicat humiliter Sãctitati vestræ, vt attẽto q̃ prius dictorũ votorũ fuit inane, quia est, &c. attento item, quod secundũ votum fuit de ædificando monasterio solutis omnibus debitis, &c. attento denique, quod reliquũ bonorũ suorũ solutis debitis legalibus

nis. ff. de rebus cred. c. fi. de præb. *h l. non omnis. ff. de re* *i c. iudicantem. 3. q. 5.*

galibus est adeo paruum, vt nullatenus E sufficiat ad ędificandum prędictum monasterium, supplicat igitur Sanctitati vestræ humiliter prædicta oratrix, vt attentis prædictis, liceat sibi id, quod inuentum fuerit residuum bonorum, solutis debitis legalibus, impendere in opera alia pia, & iustæ remunerationis intuitu paupertatis, & gratitudinis, ita vt non teneatur ædificare prædictum monasterium, sitque à voto, & necessitate illud ædificandi absoluta. [Hæc est mea sententia].

SVMMARIVM.

1 *Facere posse uidetur is, qui impedimenta potest saltem facile tollere, immo & tenetur tollere, nu. 2. nisi inde amittat ali quod ius quæsitum.*

3 *Votum ingrediendi religionē ante consummatum matrimonium si mulier emisit. mortuo uiro adimplere tenetur, at eo uiuo, etiamsi consentiat, & offerat ad id necessaria præstare, probabile est eam inuitam ad id non cogendam. nu. 12. quia durante matrimonio uotum est extinctū nu. 8. & iura matrimonialia acquisita, quibus non tenetur renunciare. num. 7. G nec reperitur canon eam ad id cogens, nu. 6. imò lex diuina de indiuisibilitate matrimonij ei fauet. num. 4. vel certe ei dem iam sens potius consulendum, & petat dispensationem. nu. 10. cum ad religionis statum vix possit se nunc bene disponere. nu. 9. & 11.*

4 *Coniux à marito, cui matrimonio iure diuino indissolubili coniungitur, inuita separari non potest, nisi in casibus iure diuino uel naturali statutis, uidelicet ob fornicationem commissam, uel quia uitæ uiri corporali seu spirituali insidiatur. nu. 5.*

6 *Voto seu iuramento castitatis, seu religionis ingrediendæ astricta, si postea nupsit, & consummauit, non tenetur petere à uiro, ut ei liceat dicta uota adimplere.*

9 *Voto religionis intrandæ astrictus nō debet illud adimplere, nisi prius se bene disposuerit, sed si propter ætatem, consuetudinem, vel aliam causam hoc ei difficile est, debet petere relaxationem, seu commutationem. nu. 10. & 11.*

CONSILIVM XVII.

MAria vouit religionem, postea nupsit, & consummauit matrimonium, habuitque in eo plures filios, qui omnes, vno dempto, mortui sunt. Quapropter, & quia ei multæ tribulationes & calamitates aliæ euenerunt: cępit cogitare, & dubitare intra se, an esset in statu salutis, & an omnes illę calamitates sibi ob id euenerint, quod primam fidem violasset, rem viro aperuit, ille respondit, si ipsa vellet religionem intrare, libentissime id permissurum: denique non solum offert, sed rogat ut religionē intret, nec est aliud, quod ipsam rationabiliter possit impedire. Dubitatur, an in isto casu ista mulier teneatur religionem intrare, vt adimpleat uotum, siquidem obligatio manet, & mortuo viro teneretur intrare, & modo est in eius potestate vt faciat absque alicuius præiudicio.

Ad quæstionem respōdeo, quod pro parte affirmante facit primò, quòd cessante causa cessat effectus, [a] ergo & cessante impedimento cessabit impeditio. *a c. cū cessante. de ap pellat.*

1 Secūdò, quod omnis qui tenetur ad aliquid faciendum, & excusatur ob aliquod impedimentum, cessante illo tenetur facere illud, [b] imò etiam tenetur ad tollēdum impedimentum, si potest. [c] *b c. quā sit. & c. cū ex eo. & c. com missa. de elect. in 6.*

2 Tertio, quod qui pōt facere vt possit, videtur facere posse, [d] adeo quod non excusatur impotentia, qui potest illam saltem facile tollere, vt post alios asserit Decius, [e] & prædicta consulens non solum pōt tollere impedimentum, quod ex matrimonio sibi euenit, immo est sublatum, quia maritus cōsentit, immo & rogat, vt ingrediatur religionem paratus facere quicquid fuerit necessa- H rium ad hoc, vt consensus eius valeat: ergo non potest illa excusari à necessitate implendi uotum religionis. *c c. fi. de ele ctio. & cap. quia diuersitatem, de conces. prębend. d Reg. qui potest. ff. de reg. iur. cū concord. ad ductus ibi per gloss. e in d. l. qui potest.*

3 Quarto, quod de æquipollentibus idem est iudicandum. [f] At paria & æqui pollentia sunt quo ad hoc, quod maritus sit mortuus, vel consentiat implemento uoti uxoris de ingrediendo religionem, faciendo quicquid est necessarium, vt valeat tantum eius consensus, quantū mors ipsius: sed mortuo marito teneretur illa implere votum, [g] imò & manere *f l. fi. ff. mādati. c. licet ex quadam de testib. g c. ex parte de conuers. coniug.*

mānere omnino religiosa, si emisit uotū solēne, etiam marito uiuente, & non cō tradicente, sed sciēte, & dissimulante. [a] Ergo à fortiori tenebitur hæc de qua loquimur implere suum uotum. *a cap. consuluit. de cō uers. cōiug. b c. sunt qui dam. 25. q. 1. c c. inferior. 21. d. & cle men. ne Ro mani. de el. d Mat. c. 19 e 33. q. 2. et in cap. 2. de transl. prał. f Luc. 16. et c. dixit Do minus. 32. q. 1. c. quo niam. de cō iug. le. prof. g §. fi. de re stit. spoliat. h l. vt vi. ff. de iust. & iure. i c. ipsa pie tas. 23. q. 4. & c. si non licet. 23. q. 5. k in 4. sen. d. 36. et 39 l c. præcipimus. 12. q. 1.*

4 Pro parte aūt negante facit primò, q̄ lex diuina non potest tolli, nec limitari nisi alia diuina, [b] quia inferior non potest tollere nec limitare legem supe rioris. [c] At lex diuina, [d] est, ut [quos Deus cōiunxit, homo non separet,] tela, ca. [quos Deus,] [e] ita quod per illam legē non potest coniux à coniuge saltē post consummationem matrimonij cōtra suam uoluntatem separari, nisi propter fornicationem, [f] ergo non potest illa lex limitari, nisi per aliam diuinam naturalem, uel positiuam, qualis nulla inuenitur, quæ in casu proposito cōcedat separationem à coniuge inuita ea.

5 Secundò, quòd non prodest dicere quod in cap. [literas,] [g] singulariter pro batur posse fieri separationē inuito uel inuita coniuge, quando probabiliter ex cohabitatione timetur mors corporalis & non potest sufficienter caueri de securitate uitæ: quia illa limitatio fit per aliam legem diuinam naturalem, qua nobis licet defendere uitam, [h] imò & te nemur eam conseruare, [i] qua eadem ratione potest etiam fieri separatio inuito coniuge procurante inducere ad infidelitatem, uel aliam animę perditionē, & nolente desistere à tali procuratione, iuxta doctrinā communiter receptā, [k] quia cū anima sit preciosior corpore, [l] lex naturalis quę permittit separationē ob defensionem necessariā uitæ corporalis: à fortiori permittet separationem ob defensionem necessariam uitæ animæ: quæ est ratio singularis decidendi illius §. finalis prædicti cap. [literas.] parum ab alijs perpēsi. Cum ergo in casu proposito non immineat periculum uitæ corporis, uel animæ, non habet locum in eo prædicta limitatio.

6 Tertiò, q̄ ex parte & cōclusione cōtraria sequeretur, q̄ omnis coniux, quæ fecit iuramentum, uel uotum de castitate seruanda, uel de religione intrāda, & postea contraxit matrimonium, teneretur sub pęna peccati mortalis ad se separandū, & ad implendum uotum, & ad castitatē seruandam, uel intrandam A religionem, si coniux consentiret, & faceret ea, quæ requiruntur ad hoc, vt ingressus religionis cōiugis valeret, quod nemo hactenus, quod ego sciam, dixit. imò & sequeretur, quod teneretur sub pęna peccati mortalis ad procurandum consensum, & sublationem huiusmodi impedimenti, saltem si probabiliter speraret posse illud obtineri, argumento prædictæ, regulæ [qui potest,] & eorum quæ supra citata sunt ad probandū teneri quem ad procurandum sublationem impedimenti, quo impeditur à faciendo eo, ad quod obligatur.

B Quarto, quod licet multa responsa summorum Pontificum probent eum, qui post uotum castitatis contrahit matrimonium, non posse exigere debitū, quamuis reddere posset, nullum tamen habet, eum teneri ad quærēdam huiusmodi separationem, neq; consensum & licentiam intrandi religionem: quod tamen probabile est, aliquem eorum hoc insinuaturum fuisse, si necessariū esset.

7 Quintò, q̄ per matrimonium non solum quæritur vxori ius petēdi vel reddendi copulam carnalem, sed etiam ius alimentorum, & multarum aliarum cōsolationum, quas accipit ex cohabitatione mariti sui: & nullo iure diuino nec humano videtur esse priuanda eis sine suo consensu, argumento l. [id quod nostrum est,] [m] & late notatorum in *c. m ff. de regul. iur.* quæ in ecclesiarum. de constit.

8 Sextò, q̄ votum de intranda religione vī extingui omnino per matrimonium consecutum, quoad illud duraverit: qm̄ non solum potest reddere debitum, sed etiam exire. Votum enim de intranda religione non obligat plus ad seruandam castitatem, q̄ ad seruandā paupertatem, & obedientiam, & ieiunia, & recitandas preces horarias, & ad faciendum alia, quæ præcipiūtur in regula religionis, quā voluit intrare, donec fiat professio, vt post alios tradimus in Manu. conf. [n] At non tenetur ad hæc, do- *n cap. 12. nec professa fuerit, ergo nec ad castitatē, nec consequenter ad non exigendū debitum: & ita nec ad intrādam religionē, quantumcunq; consentiat maritus.* *nu. 47.*

9 Septimo, quod non debet quis intrare religionem, si nō est satis ad id dispositus ea dispositione, quam nos post

Caie-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Caietanum & alios tradimus in com.c. E [cui portio,] [a] at prædicta vxor non est
12. q.1. nu.7. ita disposita, ergo non solum non obligatur ad intrandum, sed tenetur nõ intrare, donec dispositionem illam impetret à Deo: & quod non erit facile id ẽt quinquagenariæ, & tam frequenter consuetæ parere, iam seni, & ferè inhabili ad agenda sine opprobrio cum virginibus officia diuina, & alia in choro, & alijs locis monasterij.

19 Octauo, quod non videtur consulendum ei, vt mutet statum approbatũ in senectute: quia secundum Senecam, [nõ debet officium mutare senex.] Tũ F quia secundum Hiero. [difficile est mutare linguã senis.] Tum quia difficilis est mutatio vitæ præsertim in senectu-
b in authẽ. de monach. §.1. coll.1. te, ẽm Imperatorem, [b] & potius esset cõsulendum ei vt impetraret relaxationẽ & commutationem voti à S. Sede Apostolica, ne teneretur etiam mortuo marito intrare, quam facile concedet.

11 Nono denique, quod videtur esse res noua, & in Ecclesia Christiana inusitata, quod coniux legitimè cõiuncta viro, ita q̃ legitimè põt ei conuiuere, cogatur separare se, & includere se intra septa monasterij, cum perpetua clausura, G cõtra suã voluntatem sine suo delicto, & sine voluntate delinquendi, eo q̃ voluisset ingredi religionem ante contractum matrimoniũ: & meritò est res inusitata. Tum quia licet peccasset contrahẽdo, est tñ absoluta ab illo peccato. Tũ quia votum est extinctum quoad matrimoniũ durauerit. Tum quod per vsum matrimonij & ingraescentem ętatem, & ignorantiam rei monasticæ, est facta fere inhabilis ad officia monialiũ, ad q̃, maximè nostra ætate, monachæ tenentur. Tum quia res nouæ frequenter noua incõuenientia adducũt, & ideo sunt H cauendæ, iuxta illud Hippocratis [Mutatio vitæ periculosa.] quod cũ alijs ad hoc propositum adducit Io. Andr. in c.
c de conf. [cum cõsuetudinis,] [c] quod ad hoc multum facit, ibi, [Nouitates discordiã pariũt, &c.] cui addit glossa ideo illat esse cauendas. Tum denique, q̃ lege diuina vetatur separatio coniugis à cõiuge nolente separari, præsertim post consummatum matrimonium, & nulla lege alia diuina quo ad hunc casum inuenitur limitata: & quod continentia res consilij & voluntatis sit, & non præcepti. [d] d c.integri-
12 Quare, saluo saniori iudicio, hæc tas.32.q.1. pars videtur nobis in hoc casu tenenda, & consulenda: quamuis forte disputando defendi posset contrariũ, per ea quæ supra sunt adducta, quorum tamen solutio ex citatis pro nostra parte colligi potest, q̃ breuitatis gratia & copia occupationis facere omitto.

[Aduerte, quod cum Caietanus 2.2. q.189. art. 8. ad fin. teneat contrarium eius quod Auctor nu.8. habet, & doctrina eiusdem Caietani d. q.189. art.3. in F resp. ad 2.dub. videatur subuertere conclusionem Auctoris, tutior videtur via commutationis.

SVMMARIVM.

Presbyter effici qui vouit non censetur emi 1
sisse castitatis votum ei annexum, sicut etiam dicitur de vouente ingredi religionem: vnde primum uti non reseruatum dispensat Episcopus, & commutat in melius, vel æquè bonum, num.1. Pauca tamen, excepta religione, statu sacerdotali meliora sunt. nu.2.

G *Vota in aliud opus æquale sine causa com-* 2
mutari non possunt, in melius autem accedente auctoritate superioris sine alia causa possunt, imò & in totũ solli, vel in parte tolli & in parte commutari, prout causa, quæ subest, ad id satis est.

Causam iustè dispensandi seu commutan- 3
di sacerdotij votum non præbet sola propinquorum displicentia, præbet aũt quã titas, vel qualitas familiæ conseruandæ.

Voti commutandi & dispensandi facultas 3
ad vouentis instantiam, vel etiam alterius potest concedi, modo vouens gratiã libenter acceptet: at vouenti, ne votum adimpleat, non potest iustè præcipi, nisi ex voti adimplemento violaretur aliud præceptum, vel impediretur aliqua magna Regni vel Reipublicæ vtilitas.

Differre voti adimplementum potest vo- 4
uens, vt interim reddat se ad illud magis idoneum, ex alia autem causa erit petenda dilatio à potente dispensare & commutare qui poterit super eo ad tempus dispensare, vel in aliud pro dicto tẽpore commutare.

CO N-

CONSILIVM XVIII.

BRunellus vouit statim assumere habitum presbyteralem, & postea suo tempore fieri presbyterum.

Quæritur primò, an teneatur adimplere votum.

Secundo, an possit commutari, & per quem: attenta scilicet displicentia patrui vouentis, qui ad conseruandam familiam cuperet vt ipse vouens duceret vxorem, quod non faciet, nisi à superiore id ei imputetur.

Tertiò, cum sit ætatis legitimæ, licet non adeo sufficientis literaturæ, an pro B pter studium literarum possit differre assumptionem ordinis presbyterij.

1 AD PRIMAM QVAESTIONEM respondeo, q̃ votũ presbyterij procul dubio fuit licitum, honestũ, & sanctum, & obligauit eum ad sui implementum, etiã sub pœna peccati mortiferi, iuxta
a Eccles. 5. illud. [a] [Si quid vouisti, ne moreris redb Et c. magna. de uoto. dere,] confirmatum per ca. [licet,] [b] & D.Tho. receptum, [c] & eundem & omnes alios. [d] Hoc quo ad primam quæc 2.2.q.88. art.3. stionem breuiter sufficiat.

d in 3. lib. sent. d. 38. AD SECVNDAM respondetur quod prædictum votum commutari po C test in aliud æquè vel magis bonum, ẽt auctoritate ordinarij, quia nõ est de numero quinque votorum reseruatorum dispensationi Papæ, scilicet, perpetuæ continentiæ, religionis, peregrinationis in Hierusalem, vel Romam, vel S. Iacobum Compostellæ, de quibus in extra n. Sixti IV. [e] & in nostro Man. conf. [f]
e Etsi Dominici. de pœniten. & remiss. f cap. 12. nu.75. 2 Nec obstat, q̃ uotum presbyterij, vt̃ sub se includere votum perpetuæ cõtinentiæ, quod est illi annexum, [g] quia ẽt votum religionis ad sui complementum proprius includit perpetuã continentiam, non tñ propter hoc vouens religionẽ censetur vouere illam, per ea q̃ nos in d. Man. [h] post alios scripsimus.
g 37. & 39 dist. per totã. h cap. 12. nu.47. Sunt tñ aduertenda quædam. Primũ est, quod pauca sunt meliora presbyterio, vel æquè bona, excepta religione. Secundum, q̃ ad faciendam commutationem in æque bonum, requiritur ali-
i in 2.2.q. 88. art.12. k cap.12. nu.69. qua causa, licet commutatio in melius fieri possit sine illa cum auctoritate legitimi superioris, ut post Caiet. [i] tradidimus in d. Man. [k] Tertium, quod prædi-

ctum votum non solũm posset commutari, sed etiam per dispensationem ex iusta causa sine commutatione omnino tolli, imò & ex causa non omnino sufficiente, sed tantùm notabili posset tolli partim dispensando, & partim in aliud bonum inæquale commutando, ut traditur in prædicto Manuali. [l] l nu.63.
3 Quartum, q̃ licet ex casu proposito non colligatur aliqua iusta causa dispensandi, neque commutandi, præterquam quædam displicentia patruorum uouentis, quę ad hoc parum proficit, ex displicentia tñ patrui uouentis uidetur colligi quædam, quæ in sacro Pœnitentiariæ prætorio solet ponderari, nempe conseruatio familiæ. Et ita quantitas, vel qualitas familiæ, & necessitas illius conseruandæ possent esse tales, quod facerent iustam causam tollendi uotum prædictũ, partim dispẽsando, & partim cõmutando, ut prædictum est, ad effectum, q̃ liceret illi cõtrahere matrimonium si ipse id peteret, aut tali licentiam & facultatem sibi factam libenter acceptaret, non tamẽ esset, ut arbitror, iusta causa, vt superior præciperet ei sub pœna obedientiæ, ne uotum suum exe-
C queretur, cùm nõ impediatur per illud implementũ alicuius præcepti voto contrarij, neque aliqua maxima alicuius Regni uel Reip. utilitas, argumento eorũ quæ notantur in l. [m] & in ca. [si diligenti. [n] Quare non video vllam iustam rationem qua Episcopus prædicti uouẽtis, nec etiam ipsemet Papa possit iustẽ præcipere illi, ut à uoti executione desistat. Et quia ipse asserit se non cessaturum ab ea, nisi id ei præcipitur, non uidetur iustè posse impleri desiderium patrui sui, viri mea sententia egregiæ pietatis, & prudentiæ.
m l.4.§.hoc autẽ. ff. de dam.infec. n de foro cõpet. in cap. magnæ. de voto.
D 4 AD TERTIAM respondetur, quod consulens uouit plura distincta, scilicet assumere statim habitum presbyteralem, & postea ordinem presbyteralem: & certum est posse differre assumptionem ordinis presbyteralis causa studendi, & se ad illum idoneum faciendi, arg. cap. [cùm eo.] [o] Sed tenetur
o de elect. lib.6. statim assumere habitum, nisi iusta de causa Episcopus dilationẽ concesserit, siue dispensauerit: quæ tamen eo difficilius occurret, q̃ non uidetur facile cõ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cursuram instam causam id faciendi, cũ delatio habitus presbyteralis magis adiuuet, quàm impediat studia discendi ea, quæ presbyterio sunt necessaria, ea tamen occurrente, poterit dari dilatio, & etiam fieri dispensatio in tempus ad id opportunum, imò & commutari in aliud æquale, vel magis bonum ab habente auctoritatem dispensandi, & commutandi. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Commutatio uoti, ad hoc, ut sublato uoto obliget ad illius obseruantiam, debet fieri in melius, uel aquè bonum, alioquin non tollet uoti obligationem: & si dubitetur, an sit æquipollens, ex hac causa, & tranquillitate uouentis: potest ab habente potestatem commutandi reduci in pristinum statum, nu. 2. ita ut solùm sit obligatus suo tempore primum uotum adimplere. nu. 3.*

2 *Sacerdotij uotum simplex uidetur præponderare menstruæ confessioni, & communioni: unde in illa sola operæ non uidetur commutandum.*

3 *Presbyterum esse qui uouit, potest differre accipere ordines, quando peruenerit ad ætatis suæ annum xxv. nec ei imputabitur, si Episcopus, ut potest, cum eo nolit super interstitijs dispensare.*

CONSILIVM XIX.

QVidã vouit presbyter fieri, & post aliquot dies non alia de causa, q̃ pœnitentia ductus, obtinuit cõmutationem, vt quolibet mense in vita sua frequentaret confessionem, & communionem. Item secundo loco habuit aliam commutationem dicẽdi septem psalmos pœnitentiales septies tantùm. Nunc autem, cum nondum attigerit vigesimum suæ ætatis annum.

Quærit primò, vtrum, dato quod primus confessor habuerit facultatem commutandi, & quod secunda commutatio non teneat, an prima commutatio sit sufficiens, ita vt æquipolleat, prout debet, voto presbyteratus.

Secundo, dato quod prima commutatio teneat, & æquipolleat, quæritur an possit ad instantiã vouentis iterum cõmutari ab habente simplicem & generalem facultatem cõmutandi vota omnia, exceptis reseruatis solitis.

Tertio, an non obstantibus prædictis commutationibus possit vouẽs, saltem auctoritate habentis facultatem commutandi vt supra, reducta re in pristinũ statum, expectare tempus presbyterandi per sacros canones præfinitum, puta vigesimum quintum annum, vel ad implendum votum, vel ad utendum remedio commutationis.

1 RESPONDEO Ad Primum, primò præsupposito in ea uideri iustum, cum commutatio uoti debeat fieri in aliud opus melius, aut saltem æquè bonum, iuxta dicta in Manu.[a] & constat re citationem septem psalmorum septies faciendam non esse opus adeo bonũ, ac confessionem & communionem mẽstruam. Secundò, q̃ si prima commutatio fuit iusta, illa est seruanda, non obstante secundo, argumento regulæ, [nõ præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum.][b] Tertiò, quòd si etiam prima nõ fuit iusta, obligatio primi voti adhue perstaret & duraret, quia per commutationes inualidas & nullas non potuit illa tolli.[c]

[a] *cap. 12. nu. 63.*

[b] *de regul. iur. lib. 6.*

[c] *arg. eius dẽ regula.*

2 AD SECVNDAM respõdeo affirmatiuè, assumẽdo pro causa commutandi partim dubietatẽ an illa cõfessio & cõmunio menstrua sit bonum æquipollens presbyteratui, partim bonum tranquillitatis conscientiæ, quod ex reductione rei ad primũ statũ resultaret, partim quod ipse magis inclino ad credendum q̃ illa menstrua confessio & communio non fuit opus æquipollens assumptioni presbyteratus, ppter multa quæ possent ad hoc adduci.

3 AD TERTIAM respondeo, q̃ reducta re per præfatã commutationẽ in primum statum potest expectare tẽpus ætatis vigintiquinq; annorum, attento quod interstitia temporũ potest Episcopus tollere, & quod ipse non ponit impedimentum, & quod nõ tenetur esse presbyter ante vigesimumquintum annum, & intra illum potest fieri volẽte Episcopo, & si noluerit Episcopus, excusabitur impedimento iuris ab assumendo presbyterio intra illum fide bona, debitam adhibendo diligentiam.[d]

[d] *Arg. cap. quia diuersitatem. de conces. præb. c. commissa de elect. & l. s. C. de annal. excep. ca. fi. de appell.*

[Aduer-

[Aduertendum, Episcopum nõ posse ex sola sua, libera voluntate tollere interstitia, sed requiri causam ex sacro Conc. sess. 23. c. 11. & 14.

SVMMARIVM.

1 *Religionem qui ex voto pœnali intrare debet, prius debita soluat, num. 3.*

2 *Votorum adimplendi tempus ex mente uouentis est coniiciendum.*

CONSILIVM XX.

SEmpronius tenet intrare religionẽ causa certorum votorum pœnaliũ, quæ fregit, cum animo tñ adimplendi, postquam debita quædam persoluerit. Dubitatur, an attento, q̃ excedunt summam mille scutorum, quorũ solutioni, qñ vouit, nullum certum tempus præfiniuit, imò putat, q̃ si adhoc animaduertisset, non se obligasset, nisi post eorum satisfactionem, & quoniam spem habet viuendo aliquod tempus in sæculo soluendi ea, an inquam possit tuta conscientia differre ingressum, quo ad suis creditoribus satisfecerit, vel an possit in fraudem ipsorum ingredi religionem.

Respondeo primo, iure mihi videri desiderare, vt D. consulens exposuisset clarius & specialius vota præfata pœnalia, & transgressiones eorum, ad hoc, vt certius rñium reddere possem quæsitis.

1 Secundo, videri multũ expedire, vt consulens ante alia oĩa peteret in sacra Pœnitentiaria relaxationem, & moderationẽ aliquam modestã præfatarum pœnarum incursarũ ob fractiones præfatorum votorũ, fundando se in debitis, quę debet, & in facilitate, qua solet trahi ad eiusmodi vota, & q̃ aliqua dilatio ei concederetur ad soluendas pœnas illas moderatas, quæ oĩa iustè potest & solet concedere præfata Pœnitentiaria.

2 Tertio, q̃ vota præfata non obligãt consulentem ad soluendas pœnas incursas, nisi à tempore, quo mens & intentio eius expressa, vel tacita fuerit soluẽdi eas: & cõsequenter si eius intẽtio fuit soluendi prius alia debita, quæ naturalius & efficacius debebat, q̃ illa, nõ tenebitur soluere tales pœnas, donec alia debita soluat, dummodo mediocrem curã & diligentiam in eis soluẽdis adhibeat.

3 Quarto, q̃ prius debet soluere debita, quam ingrediatur religionẽ, & cauere ne fraudẽtur creditores, quibus iusta & æqua rõne illa debenẽ. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Vouens ingredi certum monasterium, vel certum ordinem, si in eo non recipitur liber remanet: at si vouit ingredi religionem in genere, repulsus ab aliquibus, nõ est liber, sed tenetur tẽtare, vt in aliqua ex alijs recipiatur, nu. 3. admissus autẽ ad habitum in aliqua, si postea eũciatur, vel ipse exeat, voto satisfecisse dicetur, nu. 5. 8. sicut & is, qui cum certum ingredi monasterũ vouisset post habitũ in eo assumptum exit, vel eũcitur, nu. 4. & 10. nec tenetur aliud ingredi, imò potest nubere, nu. 4. sicut nec is, qui cum vouisset ingredi, quod elegisset monasterium, si ab electo exeat, vel eũciatur, tenetur aliud ingredi monasterium, nu. 6. licetq; videatur, eum qui vouit in genere, si post ingressum exeat, vel eũciatur ab vno monasterio, obligatũ esse petere, vt recipiatur in alio, sicut teneretur, si ab aliquo, vel aliquibus fuisset non admissus, num. 3. attamen contrarium verius est, nu. 8. at si in genere vouisset profiteri, vel perseuerare in religione, per solam habitus susceptionẽ non liberatur, sed exiens, vel electus, teneretur tẽtare, vt in alia ad habitum, & professionem recipiatur, nu. 7. & 10. Vouens autem fieri religiosus, in dubio censetur nouisse ingredi ad probandum, non autem nouisse profiteri, seu perseuerare, nu. 11.*

2 *Debitor generalis rerum inanimatarum, cuius specierum indiuidua sunt uel ab homine uel à natura certis determinatæ finibus, eligit, & soluendo quam elegerit, liberatur, alias uidetur, quod electio spectet ad creditorem, nume. 2. & 9. uel quod obligatio sit nulla, num. 8.*

CONSILIVM XXI.

PRæsuppositio ex Manu.[a] q̃ vouens ingredi religionem certam, non tenetur ingredi aliam, si non recipiatur ab illa, nec vouens ingredi religionem in certo monasterio, tenetur ingredi

[a] *c. 12. nu. 48.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliud eiusdem religionis, licet non recipiatur in illo, & ꝙ vouens ingredi religionem in genere, tenetur solum ingredi aliquâ ex his, ad quas tacitè se astrinxit, & si ad nullas tacitè se astrinxit, tenetur ingredi aliquam ex omnibus, ita quod alijs nolentibus recipere illum, tenetur tentare alias.

His igitur præsuppositis, quæritur, an vouês ingredi religionem in genere, & receptus ab vna, teneatur ingredi religionem, & tentare aliam, si egrediatur ab illa sua sponte, vel eijciatur ab illa post habitum susceptum.

2 Et pro parte quidem affirmante facit primo, quòd in debito generaliter, electio est creditoris: [a] at hoc debitũ est generale ingrediendi aliquam religionem: ergo creditor, qui est Deus, & *l. legato* vel Ecclesia debet eligere, & non debi- tor, qui est vouens.

a §. si generaliter. Insti. de lega. *ff. de lega. 1.*

3 Secundo, ꝙ vouens ingredi religionem in genere idem videtur debere ante ingressum, & post ingressum, sed ante ingressum, si non recipiatur in vna, tenetur intrare aliam, & si alia, vel alię nolint recipere, tenetur quærere & tẽtare alias, ergo etiam post ingressum si fuerit exclusus ab vna, vel à multis, vel displicuerit ei vna, vel multæ, tenebitur tentare & quærere alias, quæ fortè nõ displicebunt ei, vel non expellent eum: quia parium eadem est ratio. [b]

b l. illud. ff. ad l. Aquil.

4 Quibus tamen nõ obstantibus pars negatiua videtur verior, & probatur primo: nam sicut promittens ingredi certam religionẽ se habet ad illam, ita vouens religionem in genere. Vnde sicut vouens certam religionem, si ab ea non recipiatur, liber est à voto, & potest cõtrahere matrimonium, ita vouens ingredi religionem in genere, si à nulla recipiatur, liber est à voto, & potest contrahere matrimonium, vt viua ratione cõtra Innoc. [c] concludunt Angelus, [d] & Caieta. [e] at qui vouit ingredi vnam religionem, & ingressus illã exijt, censetur impleſſe votum secundum omnes, ergo & qui vouit religionem in genere, ingrediens vnam, quæ probata displiceat, vel à qua expellat, satisfacit voto.

ca. dudũ. 2. de elect. *c in c. porrectũ. de reg.* *d in verbo votum. 3. §. 11.* *e 2. 2. q. 109 art. 3.*

5 Secundo, ꝙ promissio generalis aut non valet, aut si valet eo valet, ꝙ sit de genere continẽte res vtiles & habentes fines à natura, vel homine destinatos, & præstat electiones promittenti [f] & est resolutio glo. [g] ergo qui promisit generaliter ingredi religionem, ingrediẽdo vnam satisfacit, quia religio est res habens fines designatos à natura, vel facto hominis.

f l. si quis à filio. §. si quis etiam l. si domus. ff. de legat. 1. & l. 3. & 4 ff. de trit. vin. & ol. le gat. *g in d. l. legato generaliter. & d. §. si genera liter.*

6 Tertio, ꝙ paria & æquipollẽtia sunt promittere generaliter ingredi religionem, & promittere ingredi religionem quam volet, vel eliget, per adducta in præsenti argumento: at qui vouit ingredi religionem, quam vellet, ingrediẽdo illam quam vult, satisfacit suæ promissioni, ergo & qui vouit ingredi religionem in genere, ingrediẽdo vnam, satisfacit illi: quia de paribus & æquipollentibus idem iudicabitur. [h]

h l. fin. ff. mand. c. l.

7 Quarto, quòd ingressus religionis est aliud separatũ ab eiusdẽ professione, & permãsione in ea: & ita põt comple- ri nõ sequuta professione: & consequẽter, qui tenetur ad ingressum tm̃, potest satisfacere non profitendo, nec permanendo, quia separatorũ separata est ratio, [i] at in casu proposito tm̃ tenebatur ad ingressum, & non ad professionem, neq; permansionem: ergo præstando ingressum satisfacit voto, licet non præstiterit professionem, uel permansionẽ.

cet ex quadã, de test- nus. ff. de minor. c. ad audiẽtiam. de decim. *i l. Papinianus. ff.*

8 Quinto, quòd nõ obstant opposita. Ad primum. n. rñdetur quòd assumptũ in eo non est uerum de debito gñali rerum inanimarum hñtium fines ad se circũscribendum destinatos, qualis est debitor ingressus religionis in genere. Ad secundum respondetur negando, quòd promittens ingressum religionis in genere ad idem teneatur post ingressum vnius religionis, ad quod tenebatur ante illum, quia immo ad nihil tenetur post illum: quippe qui præstando illum soluit suum debitum genericum, præstando speciem, quam ad soluẽdum delegit, cum ad eum spectaret electio, eo quòd erat debitum generale rei habentis fines de se destinatos à natura, uel hominis facto, per prædicta.

9 Quæ omnia confirmãtur ea irrefragabili consideratione, quòd nemo unquã dixit, neq; ut arbitror dicet, quòd promittens simpliciter & generaliter ingredi aliquam religionem, non habeat facultatem eligendi eam, quam uoluerit

voluerit de approbatis, sed quod tenẽt ingredi q̃ religiones vel religiosi volẽt.

10 Ex hoc rñso vr̃ sequi, ꝙ qui vouit profiteri religionẽ in genere, non satisfacit voto ingrediendi vnã, in qua non admittitur ad professionẽ, vel ipse eam intra annũ nouitiatus exit. Tũ quia hoc rñsum hẽt aliud esse ingredi religionẽ, & aliud illã profiteri, & cõsequenter licet vouens ingressum satisfaciat voto suo ingrediẽdo, quãuis post egrediatur, vel expellatur, vouens tm̃ profiteri non satisfacit ingrediendo, nisi profiteatur: quia à diuersis non fit illatio, iuxta le. [Papin.] Tum quia debitor in genere B tẽt rei habentis fines designatos à natura, vel facto hominis, licet electionẽ haheat soluendi speciẽ, quam volet, tenẽt tm̃ soluere aliquã: sic & qui vouit profiteri aliquam, tenetur, licet habeat electionem profitendi eam, quam volet.

11 At quia orator nõ vouit expressè ingressum, sed ꝙ fieret religiosus, suboritur quæstio, an sit iudicãdum de illo, tanquam de eo, qui vouit profiteri? Et verius videtur, ꝙ sit iudicandum tanquã de eo qui vouit tantum ingressum, quia paria sunt vouere ingressum religionis, & vouere, ꝙ fiet religiosus, vt sin- C gulariter determinauit Caietan. [a] pro quo sumitur firma ratio ex eo quòd S. Thom. ibi ait, nempe quod nemo tenetur ad manendum perpetuo in religione, nisi expressè ad id intendat vouere, & votum religionis interpretandum est in dubio secũdum ius commune, quod facit facultatem egrediẽdi intra annum nouitiatus. Salua, &c.

a In 2. 2. q. 189. art. 4.

SVMMARIVM.

1 *Vouens religionem ingredi, & perseuerare, & in ea mori, censetur vouisse profiteri: vnde ingrediendo, & etiam ex causa exeundo non satisfecit, sed eget dispensatione Apostolica.* D

1 *Voti simplicis religionis commutandi causæ aliquot numerantur.*

CONSILIVM XII.

LVcius sacerdos, & parochus in infirmitate votum religionis emisit in vna trium religionum, aut S. Francisci, Nauar. Consil. Pars I. aut S. Dominici, aut S. Augustini, & perseuerare ac mori in ipsa religione. postea animo satisfaciendi voto, ingressus est religionem S. Francisci, & in ea per quatuor, vel quinque menses perseuerauit, post quos ratione cuiusdam infirmitatis egressus est. Dubitatur, an satisfecerit voto.

1 Respondeo, ꝙ huius quæstionis decisio clarè colligitur ex ijs, quæ scripsimus in Man. [b] videlicet, ꝙ quamuis ꝙ prædictum ingressum satisfacit consulens voto suo, quatenus erat votum de ingrediendo, non tamen satisfecit, quatenus erat votum de profitendo: quia non fuit professus, & ideo indiget dispẽsatione, vel commutatione. Quare porrigenda est petitio, in qua explicentur causæ, videlicet, ꝙ ob infirmitatem fecit, ꝙ est grandis natu, quòd iam probauit religionem, quòd illius viuẽdi ratio non satis placuit, quòd putat se melius inseruiturum foris Deo, quòd laborat infirmitate, & si habet patrem, matrem, aut neptes ad sustentandum, & denique, quòd non est benè affectus modo viuendi in religione. Salua, &c.

b ca. 12. nu. 46.

SVMMARIVM.

Vouens ingredi religionem in genere, incipiendo ẽt bona fide, nu. 3. an fi. habitũ apud Carthusianos ante ætatem per eorum decreta requisitã, & ob id ejectus, voto non satisfecit, cũ teneretur inquirere, & intrare aliquam sibi aptam, nu 4. 1

Nullum, & inutile seu inualidum facere testamentum & similia pacta, sunt. 1

Votum non obligat vouentem ad plura, quàm sua verba, & intentio se extendunt, estq; hæc obligatio restringenda. 2

Religionem ingredi vouens, non obligatur, nisi vt assumat religionis habitum, tenetur tamen bona fide religionem ingredi cum intentione probandi, & si inuenerit illam sibi gratam, profitendi nu. 3. illamq; intrare, quam tutè credere possit sibi aptam, nu. 4. 3

Sciens, & scire debens, pacta, scire autem debet quis requisita ad actum, quẽ vult facere & statuta religionis, quam vult ingredi. 4

Religionis intrandæ voto obstrictus, qui post probationis habitum assumptũ recedit,

tunc demum in conscientia satisfecit, si ideo exiuit, quia religio ei ingrata, vel importabilis videtur.

CONSILIVM XXIII.

AN qui tenetur ad intrādam aliquā religionem in genere, intrando Carthusiam ante ætatem, quam eius statuta requirūt, & ob id ejicitur post mēses nouitiatus, satisfaciat suo voto: ita quod non teneatur ingredi aliam vel ipsam post legitimam ętatem?

1 Hæc quæstio est adeo difficilis, q primum visa est resoluenda negatiuè. Primo quidem, quòd nullum, & inutile exæquantur,[a] vnde paria sunt non adire hereditatem, & non adire modo debito,[b] & nullum facere testamentum, vel facere illud inualidum: ergo paria erunt nō intrare religionem, & intrare illam, cuius non est capax. Secundo, q alioquin sequeretur, q huiusmodi vouens satisfaceret voto intrando religionem, quam sciret non admissuram eum ad professionem ob aliquos suos defectus, quod non videbitur dicendū, quia daretur occasio fraudibus contra textum in c. [ex parte.][c]

a cap. 2. de transl. prælat. c. Nicolao, de appe. b l. 2. C de succes. edic.

c de consue. & l. cōuenire. ff. de pactis dotalib.

2 Secūdo visa est pars cōtraria verior. Primo quidem, q vouens non obligatur ad plura, q̄ sua verba & intentio se extendunt, vt colligitur ex S. Thoma in hoc recepto,[d] & probatur ea ratione, quod obligatio est restringenda,[e] & q actus agētium non operantur vltra intentionem eorum,[f] at nec verba, nec intentio consulentis extendebatur ad aliud q̄ ingressum religionis, hoc est ad assumptionem habitus approbatæ religionis, cum intentione probandi eam, & consulens fecit hoc, & mansit in religione sex menses, & māsisset perpetuo, si ea sibi grata fuisset isto anno probationis, & superiores admisissent: ergo satisfecit voto quatenus illum tāgebat, & non fuit in voluntate, vel potestate eius, ne obstarent ei statuta, vel placita religionis, vel Superioris. Secundo, q ingressus quo ad ipsum vouentem fuit validus, & habitus rite susceptus, & datus, ita quod cępit per eum gaudere priuilegio can. [si quis suadente.][g]

d in 2. 2. q. 18. art. 3. & 4.

e l. quicquid astringendæ. ff. de verbo. obliga. & c.

f l. non omnis. ff. de rebus cred. c. fi. de præb.

g 17. q. 4. c. religioso. §. 1. de sentē. excom. li. 6.

Tertio, quòd alioquin sequeretur, quòd vouens non satisfaceret ingrediēdo religionem requirentem aliquam qualitatem, quam non habet vouens, puta quòd sit de tali regno, insula, genere.

3 Non videntur obstare oppositā: nō primum. Tum quia negari potest, quod ingressus prędictus fuit omnino inutilis, vt probat argumentum secundum pro nostra parte factum. Tum quia multa inualida operantur aliquos effectus, vt tangit glossa,[h] & latè tradit Felynus.[i]

h c. non præ stat. de reg. iur. lib. 6.

Ad secundum responderi pōt, negando q ex hoc sequatur occasio fraudis, & quod intrans religionem, cuius se sciret incapacē, satisfaceret. Nam vt quis satisfaciat voto intrandi religionem, nō sufficit, quòd quoquomodo intret, sed oportet vt intret bona fide, cum proposito probandi eam, & si inuenerit eam sibi gratam, profitēdi, vt pulchrè declarat Caietanus,[k] & probatur ea ratione, quod qui tenetur ad faciēdum aliquid, nō satisfacit, nisi faciat illud legitimè, & ita concedo quòd si consulēs intrasset prædictam religionem sciens se non admittendū ad professionem in ea, non satisfeciisset voto, at præsupponitur, q̄d ipse bono proposito intrauit eam.

i c. ex tenore & c. ex tenore. de rescri. k i d. q. 189 art. 4. ll d. c. Nicolao, de appe.

4 Cum autem his me subscribere vellem, occurrerunt duo. Alterum, quòd paria sunt scire, vel scire debere,[m] & q̄d quis debet scire, vel debet q̄rere scire, ea, quæ pertinent ad id, q̄d dēt facere.[n] Alterum, quòd vouens intrare religionem, & intrans eam, tum demum vr satisfacere voto quo ad forum conscientiæ ad effectum exeundi, si ab ea vult exire, quia ingrata est ei, vel videtur sibi importabilis, vt colligitur ex vtroque Thoma:[o] consulens aūt præfatus non exiuit, quia ingrata fuit ei religio, neq; quia visa fuit ei importabilis, sed q̄a statuta ordinis repugnabant: & cū nō vouerit ipse speciatim religionē Carthusianam, vr teneri ad intrandam aliam, nisi iusta de causa Papa relaxauerit, vel commutauerit suum votū in aliud. Vr enim affirmandum, quòd ad hoc, vt vouens intrare religionem in genere, satisfaciat ad effectum exeundi, tenet ad intrandam aliquā nō solum approbatā, sed etiā quam sciat, vel credat iustè sibi esse aptam, ita q̄d nō patiatur, vel iustè credat non se pati defectum, ob quē per eius

m l. quod te ff. de rebus cred. n §. fin. 37. d. et c. innotuit. adiunctis gl. verbo ignorantia. o in d. ar. 1.

eius statuta reijciatur, & quod eā profiteretur, si ei esset grata, ita quòd ob id solùm principaliter exeat, quod non est ei grata, vel videatur importabilis.

[Gregorius XIII. oratori coram factum narranti & petenti, vel mandari Carthusianis, vt ipsum reciperent, vel declarari voto satisfactum, verbo respōdit. Ingredere aliam religionem.]

SVMMARIVM.

1 *Voto de intranda religione satisfacit, qui post ingressum, non quia religio ei sit ingrata, sed ob morbum exiuit.*

CONSILIVM XXIV.

VOuēs ingredi religionem simpliciter, sine expressione permanēdi in ea perpetuò, nec exeundi, an si eam non inuenerit sibi gratā, satisfaciat voto ingrediendo, licet superueniente infirmitate egrediatur, an verò cessante infirmitate teneatur redire?

1 Respondendum vr, ingrediendo satisfeciſſe. Tum quia, vt ait S. Thom.[a] is qui sic vouet, censetur vouere ſm formam iuris, quæ habet, vt intra annum probationis ingrediēs religionē possit libere exire.[b] Non obstat q̄ is non exiuit, eo q̄ esset sibi ingrata religio, sed q̄ infirmitas ei superuenit, adiuncto q̄ ait Caieta. & S. Tho.[c] talem vouentē in foro conscientiæ teneri perseuerare, si in religione inueniat omnia sibi grata: quia responderi potest, q̄ iste non inuenit omnia sibi grata, videlicet infirmitatem non gratam. Præterea ipse S. Tho. expresè ait, hmōi vouentē posse egredi pp infirmitatem, non distinguendo inter respectū hūc, vel illum. Salua, &c.

a 2. 2. q. 90. 189. art. 4.

b c. ad Apostol. de reg. c. 1. & 2. ec. tit. lib. 6.

c vbi sup.

SVMMARIVM.

1 *Votum intrandi religionem, & se fratrem faciendi, paria. Vnde qui ingreditur potest ante professionem liberè, ac si non vouisset exire, vxoremque ducere, secus si vouisset intrare, & profiteri.*

CONSILIVM XXV.

SAlustius vouit, q̄ fieret frater certi monasterij, quod postea fuit ingressus, & mansit in eo circiter nouem mēses, & cùm non placuisset illi modus ille viuendi, exiuit ab eo ante finem nouitiatus, nulla professione facta expressa vel tacita. Quæritur, an licitè possit contrahere matrimonium.

1 Respondeo quod sic. Tum quia vouens ingredi religionem, potest liberè ab ea exire, anteq̄ profiteatur expressè, vel tacitè, iuxta ca. 1.[d] Nec obstat, quod cap. illud, loquitur de intrante religionem non præmisso voto: quia idem est dicendum, voto de intrando præmisso, vt tradit & probat S. Thom. receptus.[e] Non obstat etiam dicere, quod S. Thomas loquitur de vouente intrare solū, & non de vouente intrare, ita quod fieret frater. Tum quia secundum opinionem Dominici Soti,[f] paria sunt votum intrando religionem tantum, & de intrando & profitendo. Nec obstat, q̄ nos tenuimus in Manuali confess.[g] contrarium eius, quod tenuit Sotus: quia Dominus consulens non vouit intrare & profiteri, sed solùm vouit, quòd fieret frater, & votum de intrando solùm, vel quòd fieret frater, sunt eiusdem virtutis, & paria quo ad hoc vt singulariter asseruit Caietanus,[h] quem merito ac iure sequuti fuimus nos,[i] quod nos sine vllo scrupulo affirmamus etiam in præsentia. Salua, &c. 47.

d de regul. lib. 6.

e in 2. 2. q. 189. art. 4.

f fl. 8. q. 2. art. 1. de iu. & iur. g cap. 12. nu. 47.

h in d. art. 4. q. 289. 2.

i Vbi supra sub fin. nu.

SVMMARIVM.

1 *Vouens ęnam religionem ingredi, aliā profitens nō tenetur primam ingredi, secus si ante professionem exeat: ettā si secunda habeat priuilegium vt illam intrantes satisfaciant voto de intrando aliam.*

2 *Votum qui dubitat, an emiserit, tutiorem partem eligat: videtur tamen, quòd possit in negatiuam inclinare, cùm facta nō præsumantur, & hoc etiam si pro affirmatiua adsit aliqua coniectura, sed respiciens exrinsecum finem voti. nu. 3.*

CONSILIVM XXVI.

NDesiderio discendi, & magisteriū sumēdi, vouit ingredi religionē Dominicanorum: dubitat tamē, vtrum etiā vouerit profiteri. Deinde persuasus à quodā religioso, dicente, quòd sua religio habebat priuilegiū, vt nō obstāte

Universidad de Deusto
Biblioteca

voto de intranda alia religione, illã intrando satisfaceret, eam ingressus est: sed cum non placeret modus viuendi, post quatuor menses, relicto habitu, ad seculũ redijt. Quæritur, an ad id teneaẽ.

1 Respondeo, quòd præfatus D. consulens nõ adimpleuit votum præfatum duplici capite, si vouit ingredi & profiteri. Primo quidem, quod in neutro ordine fuit professus.

Secundo, quòd qui vouit ingredi certam religionem, licet non teneatur illam ingredi, si post illud votum fuerit ingressus & professus aliam religionẽ, *a de reg. l. 6* iuxta c. [qui post votum,] [a] tenetur tamen, si non profiteatur secundam, vt Archidiaconus & Francus ibi rectè adnotarunt: nec crederem huic decisioni derogari à priuilegio religionis secũdę, donec videro tenorem illius.

2 Tertio, quòd si D. consulens dubitat, an vouisset etiam profiteri, debet quærere sibi idem remediũ, quod quæreret, si sciret: quia in dubio certiorem partem tenetur deligere, saltem quo *b c. inuenis. de sponsal.* ad forum conscientiæ. [b] Quarto, q consultè faciet, si supplicauerit Papę in prætorio sacræ Pęnitẽtiariæ, vt dispenset cum eo: modus aũt petendi conueniens est ei, vt narrato casu petat dispensationẽ, ne teneaẽ profiteri, neque ingredi præfatum ordinem Dominicanorũ: allegando in hoc primũ quod dubitat, an vouisset profiteri, & quod multum inclinat in partẽ negatiuã, & quod visum fuit sibi adimplere votum ingrediendi religionẽ Dominicanorum, ingrediendo aliam, pp prędictum priuilegium: alleget item alias causas, propter quas videtur ei melius seruire Deo in presbyterio sæculari.

3 Quod aũt magis debeat inclinare in partẽ negatiuã, quòd nõ vouerit profiteri, facit quòd ipse nõ meminit factũ, & facta nõ psumunt: & quòd sicut aliud est præceptũ, & aliud finis præcepti, ita aliud est votum, & aliud finis extrinsecus, in quẽ vouetur: & quòd ille finis discendi & magisteriũ sumendi est extrinsecus uoto: quia p professionẽ cõsequutam nõ fuisset obligatus ad illa, si noluisset, nec religio fuisset obligata ad faciẽdã ei facultatẽ imẽdẽdi eis plusquã alijs professis, cæteris paribus. Sal. &c.

SVMMARIVM.

Vouens alternatiuè duo, alterum implere tenetur. 1

Soluens ẽni quod alteri debet, peccat, si per hoc redditur impotens soluere primo. 1

Abbas sine consensu, vel saltem sine consilio Conuentus nec oblatos, nec monachos recipere potest. 2

Vouens seruire certo hospitali potest ab eodem compelli, vt seruat. 2

Professio laxioris religionis eius, qui strictiorem vouerat, liberat à prima obligatione, sed non oblatio, quæ non facit religiosum. 3

CONSILIVM XXVII.

HOratius vouit ingredi religionẽ Capucinorum, uel seruire cuidã hospitali celeberrimo: qui cũ non reciperetur à Capucinis, obtulit se & sua alterius religionis Prælato absenti à suo monasterio, & persuadenti sibi se id iustè posse facere sine consensu sui Conuentus confirmando oblationem iuramento: quem noluit recipere Conuentus in Oblatum, dicens quod non poterat Prælatus sine ipsius consensu illum recipere. Quæruntur circa hoc tria.

Primo, quid tenebatur hic facere, cũ fuit repulsus à Capucinis.

Secundo, an is peccauerit offerendo se alteri monasterio.

Tertio, an oblatio fuerit ualida.

1 AD PRIMVM respondeo, quòd ipse tenebatur ire ad seruiendum hospitali pfato, quia qui promittit duo alternatiuè, tenetur alterum eorũ adimplere, iuxta notata in c. [in alternatiuis,] [c] & alijs iuribus per illius glossam citatis: & D. consulens uouit duo alternatiuè, scilicet ingressum religionis, uel seruitium hospitalis, & non potuit implere prius, ergo tenetur implere posterius. *c de regul. iur. lib. 6.*

AD SECVNDVM respondetur, affirmatiuè, quòd peccauit, quia quod debebat uni, scilicet hospitali, ita uidetur soluisse alteri, ut fieret inhabilis ad soluendum, quod debebat alteri, quod est peccatum, iuxta notata in c. [ea te,] de iureiur.

2 AD TERTIVM uidetur, quòd non ualuerit oblatio, quia non uꝰ posse Abbas

Abbas obligare monasterium ad alendum Oblatum sine consensu, vel saltem consilio sui Conuentus, sicut nec recipere monachos, iuxta glossam, [a] & ea quæ nos latius tradidimus in comm. 3. de reg. [b] Tũ quia præfatũ hospitale põt compellere consulentem ad implendũ suum votum, quo tenetur seruire illi. *a ca. fin. de regu. lib. 6.* *b Super ca. nullam. 18. q. 2. nu. 5.*

3 Neq; obstare videtur, quod professio facta in religione etiam laxiore, ab eo qui uouit strictiorẽ, valet, [c] quia nos loquimur de oblatione, quæ non est tãtæ virtutis, nec facit religionem, iuxta contextum c. [vt priuilegia,] & quæ ibi notat Pano. & alij, [d] Nec etiam videtur obstare l. [quoties, [e] quatenus habet, q res vendita duobus fit posterioris emptoris, si prius tradatur ei, quàm priori, & quod consulens tradit se prius præfato monasterio, cui se obtulit. Tum quia non valuit oblatio, vt dictũ est. Tũ quia licet res vẽdita duobus fiat posterioris, si prius ei tradatur, vendens tñ obligatus manet ad soluendũ priori, quod sua interest: & ita hospitale præfatum habebit ius ad cogendum consulentem ad seruiẽdum sibi. Tum quia Prælatus, cui se dedit, decepit ipsum, dicens quod iustè poterat omittere seruitium prædictum hospitalis, & quod poterat eũ ipse absoluere ab obligatione, qua tenetur hospitali, & ita nõ debet ex suo dolo reportare commodum, cõtra l. [itaq; fullo, [f] nã & qui dolo inducit aliquẽ ad profitendam religionem, licèt professio teneat, bona tamen non debet habere. [g] *c c. qui post. Gotũ de regul. lib. 6.* *d de priuil.* *e ca. de rei vend.* *f ff. de furtis, ca. 1. de postul. prael.* *g ca. constituit. 20. q. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Vouens ingredi ẽnum certum monasterium, si in eo non recipitur, liber est: at qui sine saltem virtuali restrictione vouit ingredi aliquam religionem, tenetur de rigore omnia monasteria dicta religionis, & qui vouit ingredi religionem in genere, tenetur omnes religiones tentare, etiam extra regnum existentes. nu. 3. quanquam de aquitate qui ex causa refutatur à maiori parte monasteriorũ vel religionum prouinciæ, possit iudicari absolutus. nu. 4. refutatio autem ab eo debet fieri, qui potest admittere & refutare. nu. 3.* D

3 *Generalis, & etiam Prouincialis, causa cognita posset suis monasterijs præcipere ne talem recipiant: at ex eo quòd Generalis aliquem uouentem refutauerit, nõ inde sequitur, quod talis sit liber, nu. 1. & 2. cum receptio & refutatio non ad ipsos, sed ad prælatos & suos Conuentus simul spectet. nu. 3.* A

CONSILIVM XXVIII.

QVidam ægrotus vouit ingredi religionem Minimorum, & factus sanus adijt Generalem, qui noluit eum recipere. Quæritur an satisfecerit voto, ita quod possit declarari absolutus ab eo sine alia causa in id accedente.

1 Respondetur quod non. Tum quia licet vouens ingredi religionem in certo monasterio, quod non vult eum recipere, possit declarari absolutus à voto secundum communem sententiam, cuã nos quoq; sequuti fuimus in Man. confess. [h] qui tamen vouit religionem in ge *h cap. 12. nere, vel in specie, non se restringendo nu. 48.* ad aliquod monasterium, certum est teneri quærere alias religiones, vel alia monasteria eiusdem religionis, licet ab aliqua, vel ab aliquibus repudietur, vt præter alios notabiliter ait Caiet. [i] *i in 2. 2. q. 88. art. 3. co*

2 Tum quia nemo, quem memine- *lu. 3. vers.* rim, dicit sufficere refutationem solius 12. *eadẽ re-* Generalis, non reddita saltem causa, *sufficiẽte,* quare omnia monasteria suæ *sponsione.* religionis debeant eum refutare.

Tum quia, sicut acceptatio & admissio volentis ingredi religionem pertinet ad prælatum, & cõuentum, ẽm glossam communiter receptam, [k] ita etiam refutatio volentis ingredi pertinet ad eosdem, & non ad solum prælatum, nec ad solum cõuentum: contrariorũ enim eadem est disciplina: & ita refutatio Generalis non videtur sufficere. *k in c. fi. de reg. lib. 6.*

3 Tum quia vbi supra, Caiet. quẽ nos quoque, [l] sequimur, satis in terminis uidetur decidere hoc, quatenus ait ex natura voti (nisi restringatur saltem tacitè ab intentione uouentis) obligari eũ, qui vouit in genere religionẽ, ad requirendas omnes religiones, & omnia monasteria eorum etiam extra, & aliorum regnorum: per quod præsupponit non sufficere refutationem etiam Prouincialis, *l vbi supr.*

cialis, nec omnium Prouincialiũ vnius vel alterius regni, & consequenter nec refutationem prælatorum ordinis. Tum denique, quòd Generalis posset eum refutare odio, amore, precibus, vel sordibus ad id motus, ad quod non mouerẽtur Conuentus, & prælati minores, ad quos spectat admissio, vel reseruatio volentium ingredi.

4 Quanquam fateor, Generalem, immo & Prouincialem, causa cognita, & partibus auditis, posse suis subditis iubere, ne reciperent talem, vel talem ad sua monasteria, eo quòd ob talem causam iudicauit eum esse indignum, qui recipiatur: quanquam item credam, eũ qui refutatus est à maiori parte Prælatorum, & Cõuentuum sui regni, vel magnæ prouinciæ, ex æquitate iudicari posse absolutum, si ob aliquam rationẽ probabilem fuisset repulsus. Salua, &c.

SVMMARIVM.

Conditionale uotum obligare videtur, quãdo per uouentem stetit, quo minus conditio adimpleretur: fallit, quando conditio non pendet à sola uoluntate Couentis. nu. 2. item & quando uouens uoluit conditionem uerè & non per fictionem adimpleri, licèt non sit impleta. nu. 3.

Religionem ingredi intra certum tempus uouens per illius lapsum non liberatur.

CONSILIVM XXIX.

PAschasius, qui vouit infra triennĩ ingredi religionem, si interim fieret grammaticus sufficiens ad ordines susciendos, an teneatur ingredi lapso triennio, si non didicit grammaticã, esto quod non desierit eam discere eo fine, vt non intraret religionem?

1 Pro parte affirmante facit l. [iure ciuili,] [a] quæ habet conditionem censendam esse impletam, cùm per eum, ad quem pertinet implere, nõ stat quo minus impleat: & ad præfatũ vouentẽ pertinebat implere præfatam conditionẽ, & per eum stetit quo minus impleretur, quia non studuit grammaticę discẽdæ. Facit etiam regula [cum non stat,] [b] argumento à contrario sensu.

2 Pro parte verò negante facit, quòd regula illa præfata l. [iure ciuili,] posita, non habet locũ, quando promittens voluit conditionem verè & non per fictionem adimpleri, vt determinat Baldus, [c] & Bartolus, [d] & cõsulens videtur habuisse voluntatem, vt conditio impleretur verè, & non per fictionem, etiam si casu euenerit, vt non fuerit impleta. *sitt.*

3 Secundò facit, q̃ illa regula præfata, l. [iure ciuili,] limitatur quando conditio pendet à libera voluntate promittentis, per l. [centesimis,] [e] vbi Iason, [f] post Alexandrum eam limitauit: & cõ[e] §. *si uasti* ditio illa discendi grammaticam videtur posse non pendere à sola & libera voluntate huius vouentis, & consulentis. [f] *Notab. 3.*

4 Sed q̃ facit hac in re difficultatem, est, quod vouens ingredi religionẽ intra triennium, non vr liberandus ab ea intranda per lapsum trienniũ: quia terminus ille non videtur positus causa finiẽdæ obligationis, sed potius causa incipiendæ executionis. Qui enim promisit dare ante Kalend. Iulias, non liberatur lapsu illarum Kalendarum, imò tũc incipit necessitas exequẽdi promissum. Vnde videtur adhuc teneri.

[Vide etiam sequens Consilium.]

SVMMARIVM.

Religio S. Ioannis latior est religione Prædicatorum mendicante: ideo qui hanc ingredi vouit, illam ingrediendo, voto non satisfacit.

Vouens scholasticus ingredi religionem, si perueneritad scientiã ingressui necessariã, si ob agritudines: vel aliam iustam causam ad illam non potuit peruenire, liber est à voto secus si per ipsum stetit.

CONSILIVM XXX.

AN scholasticus sexdecim annorum vouẽs ingressum ordinis Dominicani, si perueniret ad scientiam necessariam ingressui illius ordinis, & reiectus ob insufficientiam, & relinquens studiũ teneatur ad ingrediendum eam, & an possit ingredi religionem S. Ioannis?

1 Ad hanc quæstionem prẽmissam, & ad aliquot alias solo verbo propositas, rñdeo primò, certum esse votũ valere.

Secundò, q̃ non impletur illud per ingressum religionis S. Ioannis, quæ videtur laxior regula Dominicanorum, quæ est mendicans & strictior, ad quam votum obligauit.

Tertiò, quòd votum fuit conditionale, si peruenirent ad scientiam necessariã ingressui ordinis Dominicani.

Quartò, quòd non videtur satisfeciisse voto, eo solo quòd ab vno solo monasterio fuit repulsus.

2 Quintò, quòd decisio huius quæstionis, quæ mihi difficilis est, videtur pendere ab alia, scilicet an cõditio præfata censeatur impleta, eo quòd per eũ stetit, quo minus adimpleretur, iuxta l. [iure ciuili.] [a]

aff. de cõd. & demon. *& c. imputari. & ca. eũ nõ stat. de reg. tur. lib. 6.*

Sextò, q̃ si per præfatum Dominum consulentem non stetit quo minus adimpleretur cõditio, eo qđ ob ægritudinem, vel aliquam aliam iustam causam non potuit continuare studium grammaticæ, quod cęperat, nõ tenetur adimplere votum, quia adimpletur cõditio, sub qua vouit, & dispositio cõditionalis nõ obligat donec cõditio adimpleat. [b]

b c. si pro te cum similibus de resc.

Septimo, quod si consulens noluit studere, cum posset, & procurauit nescire, vel obliuisci quæ sciebat, ne ingrederetur religionẽ, vel si contigeret eum scire & discere necessaria ingressui, tenebitur ingredi ad gloriã Dei, qui nos. &c.

SVMMARIVM.

1 *Votum qui commutare valet: pœnam ob illius fractionem iam incursam remittere nequit.*

CONSILIVM XXXI.

VTrum habẽs potestatem commutandi certa vota, queat dispensare super voto pœnali quo ad pœnam?

1 Respondetur quòd non, quia aliud est commutare, aliud remittere pœnam ob fractionem voti, & à diuersis & separatis non fit illatio, nec bona argumentatio. [c] Verum tamen est, quod si ante pœnam incursam fieret commutatio, non incurreretur pœna: quia non frangitur votum iam commutatione sublatum, quod enim non est, non potest frangi, nec dissolui, [d] & priuatio præsupponit habitum. [e]

c l. Papin. ff. de minor. b. c. ad audientiã. de decim. *d c. ad dissoluendum. de sponsim pub.* *e l. decem. de verbor. obligat.*

SVMMARIVM.

Voto pœnali commutato, non censentur cõmutatæ pœnæ prius incursæ, quas nec cõdonare potest, qui etiam ex Iobelæo potest vota commutare. 1

Accessorium tum naturam sequitur principalis, cùm eadem ratio militat. 2

Principali sublato, & accessorium illud censetur sublatum, quod sine eo consistere nequit. 2

CONSILIVM XXXII.

ANnibal vouit se facturum quasdã eleemosynas, si amplius cum certa muliere rem haberet, & quia postea habuit frequenter, petijt à Papa cõmutationem illius voti, & condonationem pœnarum: qui commutationem pœnarũ incursarũ fecit, cũ clausula, [Firmo manẽte voto quo ad futura:] qua gratia nõ fuit vsus, imò iterum & sæpius contrauenit voto: sed postea alius cõfessarius, virtute Iobelæi ab alio Papa concessi, cõmutauit ei prædictũ votũ in dotationem cuiusdã virginis pauperis, nulla facta mẽtione de firmitate voti quoad futura, neq; de condonatione pœnarum antiquarum incursarũ. Quæritur, an vi deantur cõdonatæ pœnæ antea incursæ.

Videtur quod non. Tum quia non est obligatio soluendi pœnam iam incursam rõne violati voti, & aliud votum ipsum: & in Iobæleo pdicto Papa cõcessit cõfessarijs facultatem cõmutandi vota, nulla facta mentione de condonatione obligationis ad soluendas pœnas iam incursas. ergo non poterant confessarij cõdonare obligationem soluendi eas: quia à diuersis non fit illatio. [f]

f l. Papin. ff. de mino.

2 Nec obstat dicere, quod accessoriũ sequitur naturã sui principalis, iuxta re[g] & c. *ad augulã* [accessorium.] & ibi per glossam citatã: cum, vt ait [h] Ioannes Andreas re- *dientiã. de decim.* ceptus intelligitur illa de accessorio p̃ ducẽte, & producto, de deriuante, & deriuato, qualis vr prædicta obligatio: & quod sublato, vel cõfirmato principali censetur sublatum vel confirmatum accessorium, iuxta doctrinam Lapi, relati [i] pro quibus est aptus contextus in l. 1. [k] & quod obligatio prædictam pœnam soluendi, videtur

g de reg. iuris lib. 6. *h in d. reg.* *i in d. regu.* *accessoriũ.* *k de pecunia. leg.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur esse accessorium ad vxorem seruan dum, non, inquam, hæc obstant. Tũ quia ea intelliguntur de accessorio, quod nõ potest consistere sine principali: at obligatio ad pœnam soluendam consiste- *a in d. reg. accessoriũ.* re potest sine voto, & post votum solu- *b Et c. cum cõtingat. de iureiur. & auth. sacra uoluant glossa & Doctores* [a] *vario mo- menta pu- ber. C. si ad uers. vendi* tum, vel dispensatione sublatum, vt pa lam est. Tũ quia votum non producit il lam pœnam, sed fractio voti, quæ est res contraria voto. Tum quia, quidquid in do illam limitando, & extendẽdo, verus intellectus eius videtur esse, quod tũ de mũ accessoriũ sequitur naturã sui prin- cipalis, cum eadem ratio militet in vtro que, & nõ quãdo est diuersa, quod satis colligitur ex c. [debitore.[b] Salua, &c.

to. & l. 1. & 2. ff. de pecul. leg.

SVMMARIVM.

1 *Votum de intranda vna religione commutat, & non relaxat Papa, si petenti dispensationem respõdet, vt altã intraret.*

CONSILIVM XXXIII.

AN Papa, qui rogatus super dispen satione uoti de intrando religionem Capucinorum, respondit vt ingrederetur aliam religionem, videatur dispensare super voto, ne teneretur illo, vel commutasse illud in aliud?

1 Respondeo, quòd Papa non videtur dispensasse, sed tantũ commutasse: quia non est præsumendum Papam fruſtratoriè respondisse, [c] & si responsio prædicta intelligereĩ de dispensatione, & nõ commutatione, fruſtranea fuisset, & nullius effectus adiectio illa de intrãdo aliã religionem, cũ nihil aliud operaretur, quàm, quod, si vellet, ingrederetur aliã religionem quod poterat facere sine vl la Papæ concessione: & fruſtra precibus impetratur, quod iure communi conceditur, [d] cui consequens est præfatum consulentem teneri ad intrandam aliquam religionem in genere, Salua, &c.

c arg. c. cõmissa. §. fi. de elec. li. 6.

d l. 1. ff. ad munici. glo. fin. c. 1. de rescript.

SVMMARIVM.

1 *Votum dandi pecuniam Ecclesiæ alicuius certi Sancti, iustè potest Pontifex concedere. vt conuertatur per uouentem in alios pios vsus.*

E *Donatio facta alicui cum adiectione, vt eã alicui tertio det, volente donatore, & donatario principali, reuocari potest.*

CONSILIVM XXXIV.

QVidam nobilis iuuenis habens cõ iugem iuuenem infirmam, & mor ti proximam turbatus dolore, vouit cuidam Sãcto mille scuta, si vxor conualesceret, quæ conualuit. Deinde superuenit mors patris eiusdẽ iuuenis, qui reliquit multa debita, & filiam virginem indotatam, & natæ sunt eidem F iuueni duæ filiæ. Quæritur, an Papa iustè possit commutare illa mille scuta in dotem sororis pauperis, & filiarum suarum, attento quod bona vouẽtis vix valebant quatuor millia scuta.

Pro parte negatiua facit, q Ecclesiæ quæsitũ fuit ius, ad illa mille, per l. [qui Romæ,] [e] & id quod nostrũ est, sine con- *e §. Flauius Hermes. ff. de ver. obli. & l. quoties C. de dona. que sub mo. f l. id quod nostrum. ff. de reg. iur. g Cle. quia contingit de relig. domi. h 2. 2. q. 88. art. 5. i in 4. dist. 38. q. 1. art. 1. ad 5. k §. Flau. l q. 1. mon. 71.* sensu nostro auferri non pót, [f] & ita vi- debatur necessarius consensus Ecclesiæ.

1 Pro parte verò affirmatiua facit primò, quòd Papa potest relicta in aliquos vsus pios conuertere in alios. [g]

Secũdo, quod votum principaliter fit Deo, etiamsi fiat sanctis, quia est actus G latriæ, iuxta S. Thom. [h] & est promissio facta principaliter Deo ſm eundem. [i]

3 Tertiò, quòd donatio alicuius rei facta principaliter alicui cõ adiectione, vt eam det alteri tertio, potest reuocari quo ad alium tertium volente donatore, & donatario principali, vt est casus singularis in d. l. [qui Romæ.] [k] & ibi tenet expresse Bartolus fere ab oĩbus receptus, & latius confirmat Iason, & nos tenuimus in trac. de reditibus eccles. [l] at qui donatarius principalis Deus est, vt supra dixĩ, qui vĩ velle, volente iusta de H causa Papa eius Vicario, & ita teneo.

SVMMARIVM.

Scrupulis uariè agitatus quid secum pendere debeat & seq. 1

Vota licita omnio implenda, nisi iustè relaxentur. 1

Votum religionis sanctum, & melius est in gredi illam ob uotum, quàm sine. 3

Votum perseuerandi in religione obligat magis, quàm intrandi. 3

Religio-

4 *Religionem qui uouit cogitatus, qui eum ad intrandum terrent, abijciat.* A

4 *Vita religiosa humiliter ducta suauior seculari.*

5 *Status nullus in hac vita beatus.*

5 *Religionem qui sæpius ingressus in nulla perseuerauit, statum clericalem eligat.*

CONSILIVM XXXV.

VIr quidam egregie doctus narrat se vouisse frequenter ingressum religionis, & intrasse illã sexies, & ante finitos annos nouitiatus & professionẽ exijsse, & nihilominus impugnari cogi- B tatibus auertentibus eum à religione, eo maxime quod abest ab eo alacritas, & deuotio prosequendi eam & perseue randi, licet ét putet se vouisse perseuerantiam in aliqua religione faciendam, & propendeat in persuasionẽ quod nõ saluabitur, si in statu sæculari moriatur & quærit quid ei sit faciendum.

1 Respõdeo quòd, opus esset illi com mendare se humillimè & submississimè Deo Optimo Maximo, implorata in id ope Virginis Matris, & Angeli sui custo dis, vt conferatur ei donum constantiæ ad perstandum in rectè cogitatis, & sibi C recte consultis, mediante totius Ecclesiæ Christianæ precatione Dominicæ 8. post Pentecosten: [Largire quæsumus Domine seruo tuo spiritum cogitandi quæ recta sunt, propitius & agendi: vt qui sine te esse non potest, secun dum te viuere valeat.]

2 Secundo, persuadere sibi id, quod tota Ecclesia Christiana Catholica Romana firmissime persuasum habet, vota licita & honesta esse omnino implenda, vel certè auctoritate legitima iusta de causa relaxanda esse, vel commutan da, iuxta illud, [Vouete, & reddite Do D mino.] psal. 75. quorum prius, scilicet, [Vouete,] consilij est, secundum præcepti, vt declarat Innoc. III. [a] cuius rationem reddit S. Tho. ab omnibus receptus, [b] scilicet, quia [displicet Deo infidelis promissio.] [c]

a in c. magna, de uoto.

b 2. 2. q. 88. art. 3.

c Eccles. 5.

d Per totũ tit. de regu.

e 2. 2. qõ. 189. art. 2.

3 Tertio, quòd votum ingrediendi religionem à Sede Apost. approbatam est licitum, & sanctum: [d] immo melius est mediante uoto ingredi, quam sine illo, vt probat S. Tho. receptus. [e]

Quartò, quod magis obligat votum de perseuerando in religione suscepta, quã de intrando eam, vt nos probamus contra Dom. Sot. in Man. conf. [f] & cõse- *f cap. 12.* quenter D. Consulens non solũ est obli- *nu. 46.* gatus ad intrandam religionem quia vouit eã intrare, sed ét perseuerare in il la, & facere professionem, nisi Papa relaxet ei illam obligationem dispensando iusta de causa, vel cõmutãdo iustè. [g] *g c. non est.*

4 Quintò, q satagat vitare & abijcere *iuncta glos.* a mente sua cogitatus illos, qui terrent *de uoto.* eum proponẽdo grandia onera & labo res, quæ oportet subire in seruanda religione: qm si recte res perpendatur, ma iora oportet sufferre extra illam decen ter viuẽdo, quàm intra illam humiliter sese Christo, & ob eum alijs Prochristis & Prælatis subdendo: quia compertum est suauiorem esse religiosis vitam religionis humiliter absque ambitione seruiendo, & obediẽdo, quàm sæcularibus suam sæcularem decenter & castè viuẽdo: & si placeat Domino consulenti, videat ea quæ nos scribimus in commen. de regula. [h] in principio de dispositione quam debet habere religionem intratu rus, & persuadeatur quòd religiosorum vitam non tantum facit horrendam arctio eius, & paupertas, quantum ambitio, & cupiditas in ea dominandi, & habendi, quibus imperet & gratificet.

h Super cæ. cui portio. 12. q. 1.

5 Sextò, q reputet, & conferat secũ curas, labores, & onera, quæ patiuntur Papa, Cardinales, & alij Ecclesiastici Prælati, & Reges, Principes, ac alij diuersi sæculares, cum curis religiosorũ, præsertim simplicium, & carentium dominatu, & regimine, & certè inueniet lõgè placidiorem & suauiorem esse vitam horum, quàm illorum: modo sit eis victus ad sustentandam vitam sufficiens. Reputet item secũ illos senarios, quibus apud Baptistam Mantuanum in Parthenice Mariana lib. 2. post principiũ vtitur illa gloriosissima, sed tunc mœstissima B. Mater Reginæ cælorum Anna, per quæ reducat in memoriam nullum esse in hac vita statũ fœlicẽ, & q cuilibet imminẽt multę infœlicitates: &, cũ hoc legerit, ne grauetur legere totã orationẽ præcedẽtem, & aliã, q ipsa eadẽ Anna egit apud *i ĩ l. 1. eiusd.* eundem Baptistã [i] dũ sic prope finẽ con- *dẽ Parthe-* cludit, [& certe breuis est fœlicior æui. *nices,*

Septi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Septimo, q̃ licet quãtuor hæc supradicta sint certissima, arbitror tũ prædicto D. consulenti, conuenientiorem futuram esse vitã clericalem sæcularẽ ob experientiã quam habet suæ in permanendo in religione inconstãtiæ, & aditũ, ope diuina abigere illam satanicam tentationẽ, qua Satan ipse nititur persuadere ipsi contra omnẽ veritatem, nõ posse uitam æternam consequi finiẽdo temporalem in statu sæculari, cũ in introitu Missæ huius Dominicæ post Pẽtecosten 10. habeat illud, [Iacta cogitatum, &c. & non dabit in æternũ fluctuationẽ iusto,] pſertim adeo, erudito, & maxime timore filiali timẽti Deũ, qui nos oẽs sua misericordia saluet. Amen.

SVMMARIVM.

1 *Ludus triplex, honestus virtutis, venialiter malus, & malus mortaliter.*
1 *Votum non ludendi ludo honesto, seu uirtutis, non obligat, quia ultra bonos mores.*
2 *Votum non peccandi uenialiter obligat, sed iustè potest relaxari.*
3 *Votum de non ludendo ludo mortali non uidetur relaxandum: sed ex causa, ut minus peccet, in melius, uel æquè bonũ, arbitrio præsidentis commutari, imò & dispensari potest, nu. 4. & seq.*
3 *Dispensatio fieri debet ad Dei honorem augendum in persona uouentis, uel utilitatem Ecclesiæ.*
4 *Peccaturo suaderi potest, ut minus peccatum peccet. & nu. 2.*
6 *Causa iusta dispensandi super uoto continentiæ est tanta propensio uouentis in luxuriam, quod æque peccabit, ac si non uouisset. & nu. 5.*

CONSILIVM XXXVI.

VOuens non ludere, an iustè possit à Papa absolui ab obligatione uoti, ea de causa, q̃ est, nobilis, & uereretur se non seruaturum uotum in exercitu, uel curia, ubi magna est ludendi cõsuetudo inter homines sui ordinis.

1 Respondeo primò, triplicé esse ludum primũ honestum, seu uirtuosum, siue actum virtutis eutrapeliæ, & recreationis honestæ, secundũ malum ueniali ter tantum, tertium malum mortaliter, ut tradimus in nostro Manual. confess. [a] sequuti S. Thomam. [b] *a c. 20. post*

2 Secundo respondeo, q̃ uotum de non ludendo, quatenus includit primã speciem ludi, non obligat, quia est cõtra bonos mores, [c] quatenus aũt includit secundam speciẽ ludi, obligat, quia est uotum honestum, sicut enim oẽ uotum peccandi uenialiter est malum, [d] ita oẽ uotum non peccandi uenialiter est bonum: quia quod operatur propositũ in proposito operatur oppositum in oppositum. [e] & ita iustè vt̃ posse relaxari ob p̃dictam causam: quia uidetur licitũ esse consulere minus peccatum uolenti peccare maius, ne illud peccet, [f] & Papa tolendo uotum, de non ludendo uenialiter uidetur consulere, ne peccet mortaliter, quia tollit occasionem peccandi mortaliter contraueniendo uoto, quia prudentis est occasionem probabilem peccandi mortaliter fugere, iuxta illud Apost. [g] [Fugite fornicationem.] *168. art. 3. b 2. 2. qõ. 9. c Arg. c. in malis. 22. d q. 4. & c. nõ est obligato riũ. de reg. iur. lib. 6. e c. secũdũ. 8. q. 1. & l. d cap. si ali quid 22. q. 4. adiuncta f & Papa tol glo. e c. secũdũ. & l. tabulas. ff. de vulgar. f c. si quod ςerius. 33. g ςerius. 33.*

3 Tertio, q̃ maius dubium est de præfato uoto, quatenus tertiam speciẽ ludi attingit: quia pro parte negante facit, q̃ pro absolutione à tali uoto non vr̃ tolli occasio peccandi mortaliter qa etiam sublato per dispensationem uoto remanet peccatũ mortale, quod uouit non facere. Tum quia datur occasio liberius peccandi, quæ non est danda. [h] Tum quod non uidetur esse iusta causa relaxandi uotum de nõ fornicando, pro pensio uouentis, ad fornicandum, & timor, quod non seruabit illud: quia, ut ait S. Thom. [i] omnis dispensatio petita à prælato debet fieri ad honorẽ Dei & D. N. Iesu Christi augendum in persona uouentis, uel ad utilitatem Ecclesiæ, quæ est ipsius corpus, quorum neutrũ uidetur inueniri in huiusmodi dispensatione. Tum quia eadem causa nõ operatur contraria, contra l. [ubi repugnãtia: [k] ergo causa, quæ operatur obligationem uoti, non operabitur solutionẽ eiusdem: quod in specie dixit Sotus. [l]

4 Pro parte uero affirmãte facit, quod absolutio præfati uoti possit fieri per cõmutationem in maius, uel æquè bonũ arbitrio præsidentis: quia per dicta & utriusq; Tho. [m] & Soti [n] cõmutatio uoti nõ requirit causam obstantẽ executioni eius, sed sufficit, quod sit melius id, in quod commutatur. Tũ quia rectè ac bene facit, qui cõmisturo alterum de duobus peccatis consuluit, vt committat id quod est minus, [a] quæ uidetur recepta sententia: & nos loquimur de commisturo aliquid, quod non solum est peccatum per se, sed etiam quia est contra votum: ergo rectè faciet, qui per suam dispensationem efficit, vt paratus commit tere duplex peccatum, vel unum cũ circunstantia fractionis voti, peccet vnũ, quod careat tali circunstantia voti. *h h. l. conueni ri. ff. de pac. dotalib. ca. ex parte. de consuet. i 2. 2. q. 88. artic. 12. in corpore quæ k ff. de reg. iur. & l. rẽ legatam. ff. de adimen. leg. & c. soli citudinem. l lib. 1. qõ. vlt. de iust. m vbi supr. n lib. 7. q. 4 a d. cap. si quod ςerius. 33. q. 2.*

5 Tum quia proxime dictum est Posse Prælatum dispensare super voto non peccandi certum peccatum veniale, ea de causa quod minus peccabit peccando illud sine violatione voti, quàm cum illa: ergo eadem ratione poterit bene dispensare super voto nõ peccandi quodpiam mortale, vt minus peccet peccando illud sine fractione voti. Tum quia sacra pœnitentiaria frequẽter solet admittere pro causa, vel parte causę dispẽsandi super voto castitatis, quod qui vel quæ vouet, valde vrgetur grauibus stimulis carnis ad fornicandum, eo q̃ reputet esse bonum ei liberari à peccatis venereis cum fractione voti per sanctum matrimoniũ, iuxta illud Pauli 1. [b] [Melius est nubere, quam vri.] Per quę posteriora argumenta videtur tenenda hæc pars posterior.

Non obstant in oppositum citata, nõ quidẽ primum: quia respondetur conceedendo quòd per illam dispensationem non excusatur vouens omnino à peccato mortali: sed negando quod non excusatur à maiori mortali, quæ excusatio est sancta, cum, vt prædictum est, sancta sit illa exhortatio facta ei, qui paratus est peccare alterum de duobus vt peccet eorum minus, per præfatum c. [si quod verius.] & receptam sententiam, pro qua facit & illud præfati Pauli, [Melius est nubere, quam vri.]

Ad secundum respondetur negando quod detur occasio inordinata liberius peccandi, eo quod aliqua occasio detur minus peccandi: quia imò satis ordinata, eo quod uitatur maius peccatum.

Ad tertium ẽt negando q̃ non sit iusta causa dispensandi super voto ad non fornicandum, quando perinde vouens fornicatur, ac si nõ vouisset: quia, vt dictum est, illa dispensatio retrahit à maiori peccato ad minus: qđ videtur sufficere ad dispensãndum, per prædicta.

Ad quartum respondetur concedendo quod vna & eadem causa non operatur contraria vno & eodem respectu cõsiderata, sed sic considerata diuerso respectu: vt passio D. N. Iesu Christi, quã hoc tempore maioris hebdomadę ope diuina nitimur uenerari, lætificat, quatenus eam sponte passus est, & nos contristat, quatenus eam infideles inflixerunt, iuxta illud, [Actio displicuit, passio grata fuit.] quod post alios retulit glossa, [c] & multę medicinæ prosunt vno respectu, & nocent alio. Salua, &c. *b Ad Cor. 7. c c. 7. de cõ secr. eccles. lib. 6.*

SVMMARIVM.

Subdiaconatum esse ordinem non quidem participatiuè, ut putauit Durandus, sed integrè, & iure diuino, ut cætera sacramenta secundum communem, à Christo Domino institutum, verius est. nu. 1. & 7. licetque ei sit annexum uotum castitatis, quod est iuris diuini, quod ad sui obseruantiam eodem obligat iure, num. 3. & 5. sitque solemne, quod matrimoniũ postea contractum irritet nec Papa possit ius diuinum tollere, nu. 6. & 13. attamen inde non sequitur, quin Papa, qui super omni iure humano dispensat, nu. 8. possit secundum communem ex causa cum tali, ut ducat vxorem, dispensare, nu. 3. cui etiam concordat S. Tho. nu. 10. prout de facto sæpe dispensauit. nu. 12. quandoquidem solemnitas uoti, ex qua oritur dictum impedimentum, non iure diuino, sed humano probatur inducta. nu. 7. & 11. nec Papa dispensando facit vt manente uoto & obligatione uoti non teneatur uouens illud obseruare: sed ex causa, vt potest, facit ut hæc non sit materia uoti, ut fit etiam, quando relaxantur iuramenta. nu. 13.

Dispensatio uoti, etiam simplicis etiam à Papa sine causa facta, ipso iure nulla est, sicut & relaxatio iuramenti. nu. 4. 3

Dispensare potest ex causa Papa cum professo, ut ducat uxorem, secundum communem Canonistarum & nonnullorũ Theologorum, licet S. Thomas & alij Theologi contrarium senserint. num. 10. & 11. 9

CONSILIVM XXXVII.

PEto primo, an ordo subdiaconatus sit institutus à Christo Domino, an verò sit iure tm humano introductus.

Secundò, an summus Pontifex possit dispensare, existente causa iusta, vt subdiaconus ducat vxorem.

1 AD PRIOREM Quæstionem respondeo primò, certam & indubitatam esse mihi cõmunem sententiam Catholicorum Ecclesiam Sanctam Romanam venerantem, tam Theologorum, quam Iuris vtriusque peritorum, ordinem subdiaconatus esse iuris diuini, hoc est ab ipso Deo & homine Domino nostro Iesu Christo institutum ea ratione firma, quòd omne sacramẽtum nouæ legis est institutũ ab ipsomet Domino Deo nostro Iesu Christo, ut nouissimum Cõc. Trid. definiuit: [a] quod etiam ante illud communis omnium ferè Catholicorũ affirmauit, [b] quia nemo præter Deum potest dare virtutem producendi gratiã gratum facientem, cùm solus ipse illam creare possit: & de fide Catholica est, quod ordo sit vnum de septem sacramẽtis conferentibus gratiam.

2 Non obstat dicere, id solùm esse verum de ordine presbyterij, sed nõ de ordine subdiaconatus, eo q aliqui, de quibus ét videtur esse Durandus, tenuerũt diaconatum, & subdiaconatum esse quidem ordines participatiue, sed nõ integre, vt sacerdotium: quos latè refert Dominicus Sotus, [c] quia illud est cõtra eõem Catholicorum opinionem, à qua (vt ait idem Sotus temerarium esset in hac materia periculosa discedere; & respondet eius argumentis, & fere omniũ sententiam multis antiquioribus testimonijs confirmat Thomas Vualdẽsis. [d]

3 Secundo respondeo, quòd ex prædicta responsione & conclusione non infertur, Sanctiss. Dominum nostrum Papam non posse dispensare vt subdiaconus ducat uxorẽ ex iusta causa: quia ét omnia vota licita, etiam simplicia, sunt iuris diuini, nam ius diuinum obligat vouentes ad implenda ea, iuxta illud [e] relatum in c. [magnæ.] [f] Vouete, & reddite Domino:] quorum prius, scilicet [Vouete,] est consilij, posterius vero [reddere,] vel [implere vota,] est præceptj diuini, adeo quod dispensatio võ ti sine iusta causa facta est ipso iure nulla, iuxta glossam ab omnibus receptã: [g] attamen constat, Papam relaxare posse omne uotum simplex ex iusta causa, immo esset error dicere contrarium. [h]

4 Iuramenta item sunt iuris diuini, & non qualis qualis: sed secundo precepto Decalogi seruanda, & adeo quidẽ, quod relaxatio eius sine iusta causa facta est ipso iure nulla, iuxta glossam ab omnibus receptam: [i] attamen quotidie ex iusta causa relaxantur per Superiorem, adeo quod error esset dicere id fieri non posse. [k]

5 Tertio, quod non solùm nõ sufficit aliquid esse iuris diuini, ad hoc vt non possit Papa dispensare, sed ét non sufficit obligationem adimplendi, vel nõ impledi esse iure diuino inductã. Nam vota & iuramenta licita non solùm sunt iuris diuini, vel approbata iure diuino, sed ét obligatio adimplendi ea est inducta & pcepta iure diuino, p supradicta.

6 AD POSTERIOREM quæstionem. Pro parte negante facit primò, quia Papa non potest tollere ius diuinum, imò vsq; ad animam & sanguinẽ tueri debet ea, quę in Euangelio & Prophetis continentur, [l] at subdiaconatus iure diuino habet annexum castitatis votum, ergo Papa non potest cum subdiacono dispensare vt ducat vxorem.

Secundo, votum contentum in subdiaconatu non solum impedit matrimonium, ita vt peccet mortaliter qui contrahit illud post susceptum subdiaconatum, sed etiam impedit ualorem eius, ita quod ipso iure est nullum, [m] & vt vi detur, nõ alia ratione, nisi quia est inducta castitas in tali ordine iure diuino, contra quod nihil potest statuere Papa.

7 Sed contrarium est tenendum. Primò, quidem, quòd solemnitas voti castitatis non est inducta iure naturali, nec diuino, sed humano Ecclesiastico, vt est textus expressus in dict. capitu. r. [n] tum in illius verbis, [Voti solemnitas ex sola constitutione Ecclesiæ est inuenta,] id est, quamuis omnia voto obligent iure diuino, nullum tamen votum est solemne castitatis, nisi solùm illud, quod ecclesiastica constitutione, & iure humano Ecclesiastico

stico est tale. Tum quatenus habet matrimoniũ fuisse institutum ab ipso Deo in Paradiso, & in statu innocentiæ, significando solemnitatem voti castitatis ab Ecclesia post aduentum Christi fuisse inductam. Tum alijs verbis, quibus expressè dicit, solo voto castitatis solẽnizato per religionis professionem, & ordinis sacri assumptionẽ annullari matrimonium post votum castitatis contractum, non quidem eo solo, quod votum castitatis impediat iure diuino cõtrahere matrimonium, sed quia iure humano est addita ei virtus solemnitatis, per quam id potest facere: & ita ille textus irrefragabiliter probat, quod licet omne votum castitatis perpetuæ licitum iure diuino prohibeat contrahere matrimonium, sicut omne aliud votum licitum obligat iure diuino vouentem ad implendum, quod vouit, tamen illa vis quam habet votum castitatis solemne factum per ordinem sacrum, vel sacram professionem, non inest ei iure naturali, neque diuino, sed iure humano Ecclesiastico.

8 Secundo, q est conclusio certa, & de fide Catholica, quod Papa potest dispẽsare circa omne ius humanum, iuxta c. [cuncta per mundum.] [a] & tradũt omnes [b] & sunt multi canones de hac re, [c] adeo q iudicaretur hæreticus, qui contrarium teneret. At constat solemnitatem voti castitatis in subdiaconatu tacite contentam esse iure humano inductam, ergo poterit super ea iusta de causa Papa dispensare.

9 Tertio, q glossa & Innocentius recepti ab omnibus canonum peritis [d] tenent posse Papam dispensare iusta de causa, vt monachus legitime & sanctè professus regulam monachalem ducat vxorem, vt ét nos post alios tradimus in Man. confess. [e] licet S. Thom. contrarium teneat [f] vt pleriq; sentiunt, quamuis ibidem Caietan. eum aliquo modo conciliet cum cõmuni, & multo neruosius doctissimus Michael Medina Fracisc anus. [g] Ergo eadem, imò maiori ratione poterit Papa dispẽsare super voto continentię contento in subdiaconatu.

10 Quarto, q non solum omnes Canonistæ, & etiam omnes qui Canonicã scientiam cum sapiẽtia Theologica cõiunxerunt, sed & prædicti magni Theologi, Caietanus quidem ordinis Prædicatorum, & Medina ordinis seraphici Franciscani, affirmant posse Papam dispensare super voto solemni religionis, imò omnes Theologi, & Canonistæ, & Iuristæ asserunt cũ ipsomet S. Thoma, [h] quod Papa potest dispensare in voto facto solemni per susceptionem sacri ordinis, etiam sacerdotij, ergo à fortiori super voto contento in subdiaconatu.

11 Quinto, q ipsemet S. Thomas [i] reddendo rationem quare potest dispẽsare Papa super voto sacri ordinis susceptione solemnizato, & non super voto monachalis, ait votum ordini sacro annexum esse annexum ei accidentaliter statuto Ecclesiæ, & iure humano: quem quo ad hoc omnes tàm Theologi, quàm Canonistæ sequuntur. Cum ergo votũ subdiaconatus solemnizetur per susceptionem sacri ordinis, palam est S. Th. & omnes Theologos, & Canonistas affirmare, posse Papam super voto castitatis subdiaconatus dispensare.

12 Sexto, q frequentissime summi Pontifices dispensauerũt super voto solemnizato per susceptionẽ subdiaconatus, & diaconatus, in Hispania pẽsertim, vbi etiam nos cognouimus dispẽsatos, & in Italia, vt frequenter audiuimus: & me supplicante fęl. recor. Greg. XIII. dispensauit cum quodam nobili viro ex causis iustis, vt non obstante diaconatu posset ducere vxorem, & duxit. Quibus rationibus concluditur non esse dubitãdum S. D. N. habere potestatem dispensandi iusta de causa super voto solemni castitatis in subdiaconatu incluśa.

13 Non obstant in cõtrariũ adducta. Non quidem primum: ad quod concedimus primo non posse quidẽ Papã tollere ius diuinum, sed negamus nõ posse iusta de causa dispensare, vt quotidie dispensat, in votis & iuramentis, quæ sunt iussa etiam præceptis decalogi, vt omnes tradunt post Innocentium [k] & k in responso ad priorem quæstionem latius est dictum. Papa enim non facit, vt teneatur soluere votum, aut iuramẽtũ adimplere, sed facit, vt in hoc casu hæc non sit materia voti, quod potest facere: & hoc non est tollere ius diuinum.

a Sess. 7. can. 1.
b in 4. lib. sent. dist. 1.
c lib. 4. sen. dist. 24. q. 1. art. 4.
d tom. 2. de sacrament. cap. 116.
e Psal. 75.
f de voto.
g in ca. non est, de uoto.
h c. 1. c. nem hoc. est. cap. ma gna. & per totũ tit. de uoto.
i in c. quan to. de iureiu ran.
k c. si Chri stus. cum eò adnotatis de iureiu.
l c. sunt qui dam. 25. q. 1.
m ca. 1. qui cler. uel uo uen.
n de uoto lib. 6.
a 9. q. 3. c. ta c. [cuncta per mundum.]
b propositi de conc. præb.
c In c. quæ in ecclesiarũ. de const. c 25. q. 1. & 2.
d in c. cum ad monaste rium. §. fi. de sta. mon.
e c. 12. nu. 75.
f in 2. 2. q. 88. art. 11.
g in l. de cõtinen. sacr.
h in d. art. 11.
i vbi sup.
k in c. quæ in ecclesiarum. de const.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secundò respondemus, uerum quidem esse, subdiaconatui annexum esse votũ castitatis solemne, sed nego, quòd illa solemnitas sit inducta iure diuino, ut expressè habetur cap. 1.[a]

a de uoto lib.6.

Ad secundum respondetur negãdo, q̃ ratio, quare votum castitatis solemne impediat & dirimat matrimonium contractum, sit, quod iure diuino prohibeatur, sed quod solemnitas uoti castitatis est inducta iure humano, ut est textus expressus in d.cap.1.[b] Salua, &c.

b de uoto lib.6.

SVMMARIVM.

1 *Papa (contra sententiam, quæ attribuitur S.Thomæ) ex causa dispensat, vt monachus matrimonium contrahere possit. & nume.9.*

1 *Matrimonium statui sacerdotali repugnare videtur. & nu.2.*

2 *Repugnãtia vt simul stent, efficere nequit Papa.*

2 *Sacrorum ministerium summam munditiẽ & attentionem requirit, quas tamen cõiugati habere etiam possunt, & nu.13.*

2 *Sacerdotium noui testamenti mundius, quam veteris, ministrandum.*

4 *Papa nequit super lege diuina, sed sic super humana dispensare. nu.6.*

4 *Traditio illa habetur pro lege diuina, quã Apostoli verbo vel facto, vt à Christo, non autem tanquam à seipsis latã promulgauerunt: prima indispensabilis, secunda non. & nu.14.*

4 *Traditio Apostolica sacerdoti matrimoniũ contrahere vetare videtur.*

5 *Ordinatus sacris, si matrimonium contrahat, est deponendus.*

6 *Deo res semel dicata ad humanos usus nõ potest transferri ex grauitamen causa ab habente potestatem potest, nume.16. non tamen in illum qui sit contrarius sui naturæ usus diuino, in quem fuit dicata. nu.18.*

6 *Lex clericis matrimonium prohibens cũ sit humana, est dispensabilis. nu.15.*

7 *Sacerdotibus veteris legis matrimonium contrahere licebat.*

8 *Sacerdotium, & coniugium concurrere in uno homine post Euãgelium potuerunt, & nunc possunt, vt est apud Orientales. & nu.10.12.*

9 *Monachus ex dispẽsatione Papæ potest desinere esse monachus, ita vt exuto monachatu possit contrahere matrimonium.*

Papa secundum omnes ex causa dispensare potest cum presbytero, ut uxorem ducat, & etiam cum Episcopo, & Archiepiscopo. nu.18. 9

Continentia ordinis sacri non est de essentia, nec tam ei annexa, vt separari nequeat. 10

Dispensauit sæpius Ecclesia, vt liceret subdiaconis, diaconis, ac etiam monacho, qui simul erat & archipresbyter, vxorem ducere. 11

Papa ex plenitudine potestatis dispensare potest ex causa cum presbytero ut matrimonio contracto, ac etiam sacerdotio, diuersis tamen temporibus, utatur. 12

Calice & alio vase consecrato in necessitate ad bibendum vti possumus. 16

Sacram rem assumere, ut medium necessarium ad componendam cõfirmandamque pacem vel fidem alicuius magni populi, non est eam assumere in profanos vsus, sed sanctos. 16

Papa dispensare potest, vt sacerdos, & monachus citra irregularitatem præsentiur & causas criminales exerceant. 17

Ordinibus sacris consecrati omnes, siue sint subdiaconi, siue quiuis alij Superiores eadem lege ad cõtinentiam obligantur, eademque specie peccati peccant omnes, nec ordinum diuersitas addit qualitatem necessario confitendam. licet qui in superiori sunt ordine, grauius peccent. 19

Continentiæ perpetuæ bono etsi nihil uidetur melius, tamen meliora reperiuntur, maxime si bonum publicum concernat. & nume.21.22. 20

Bona certa sunt incertis meliora, sed hoc, si cætera sint paria. & nu.22. 20

Voluntaria Deo inuolutarijs grationa, cum cætera sunt paria. & nu.22. 21

Dispensandi iusta causa adest, cum uotum maius bonum impedit. 21

Obedientia uoluntas propria, victimis alienа caro mactatur. 22

CONSILIVM XXXVIII.

QVæritur primo, an Papa iusta de causa possit dispẽsare, ut presbyter ritè ordinatus ducat vxorem.

Secundo, an etiam possit facere, vt id liceat Episcopo, vel Archiepiscopo.

Tertio,

Tertio, an in casu occurrenti sit iusta causa id faciendi.

1 AD PRIMAM respondeo, partem eius negatiuam tenere Iodocum Clicthoueum[a] & Ioannẽ Maiorem[b] & Michaelẽ à Medina.[c] Pro quibus facit primo opinio, quæ adscribitur S.Thomæ[d] nempe, q̃ nulla ex causa potest Papa dispensare, vt monachus contrahat matrimoniũ, per c. [cum ad monasterium.][e]

a De continẽtia sacerdotũ c.13.
b in 4. libro sent. d.38. q.3. col.6. et seq.
c lib.5. c.7. de sacror. ho mi. contin. d in 2.2.q. 88. art.11. e §. fin. de stia. mon. fin c. diuersis fallacijs. de cler. coniug.

Secundo, q̃ status coniugalis vt repugnare statui sacerdotij, & sacri ordinis, vt significat Innoc. III.[f] dum consulit, de quibusdam clericis cõiugatis volentibus beneficia ecclesiastica retinere, sic ait: [In horum conuersatione cithara cum psalterio male cõcordat. Cũ ergo vir cogitet, qũo placere possit vxori, & ideo minus q̃ Dei sunt valeat cogitare, cum quasi diuisus in duo plenã sui non habeat potestatem, vt ei, à quo stipendium recipit, plenius famuletur.]

f lib.5. c.7. de sacror. ho mi. contin.

At Papa non põt efficere, vt repugnãtia & contraria simul se compatiantur.[g]

g l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur.

2 Tertio, quòd ministerium sacrorum ordinum summam requirit mundiciã, iuxta illud,[h] [Sancti estote, quia ego Sanctus sum.] per quod Innocentius rescribendo sancto Exuperio ait,[i] [Seruientes sacris obligationibus puros, & ab omni labe purgatos sibi vindicare diuina ministeria, neq; eos ad sacra officia fas sit admitti, qui exercent etiam cum vxore carnale consortium: quia scriptum est, Sancti estote, &c.

c. solicitudinẽ. de appel. Leu. c.19 & 20.
h Leu. c.19 & 20.
i c. proposuisti. 82. dist.

Quarto, q̃ sacrum mysterium non solum munditiam summam, sed etiam summam in ministrando animi attẽtionem requirit, vt prædictus Innocẽtius[k] & Cyprianus,[l] significant. At scitũ est illud (qđ non latuit glossam p̃dictã.)[m] [Pluribus intẽtus minor est ad singula sensus.] & illud. [Qui binos lepores vna sectabitur hora, Vno q̃nque, q̃nque carebit vtroque] iuxta l. [nemo.]

k vbi sup.
l c. quando. de consecr. dist. 1.
m C. de assesso.

3 Quinto vrget argumentum prædicti Innocẽtij tactum in d.c. [proposuisti.] & dilatatum per Gregorium[o] quod sacerdotium noui testamenti mũdius, reuerentius, & attentius debet administrari, quam ministerium veteris testamenti: & quod etiam in veteri testamẽto sacerdotes, quo tẽpore ministrabãt, à coniugibus abstinebant. Cum ergo sacerdotium noui testamenti sit iugiter administrandum, sacerdos eius iugiter debet à coniugio abstinere.

o cap. ante triennium. 31. dist.

4 Sexto, q̃ Papa non potest dispensare in lege diuina, P at lex ne sacerdos cõtrahat matrimonium, videtur esse diuina D.N.Iesu Christi, licet nõ sit scripta in Euangelijs, sed tradita ab Apostolis, qualis traditio pro lege habetur diuina, vt videtur asserere Augustinus[q] & probatur, quia multa fecit Iesus, quæ non sunt scripta,[r] quę Apostoli promulgarunt verbo, & facto, non vt legislatores, sed vt legis à Christo latę promulgatores, vt omnes fatentur: & cõsuetudo ac traditio Ecclesiastica videtur habere, quòd nũquam licuit cuiquam sacerdoti coniugium contrahere, & eo, ac sacerdotio simul vti. Igitur non poterit circa eam dispensare Papa.

p c. sunt qui dã. 25. q.1.
q c. ecclesiã & sticarũ. 11. dist.
r Ioan. vlt.

5 Septimo, quòd omnis ordine sacro initiatus est inhabilis ad cõtrahendum matrimonium: adeo quod ob tale contractum deponi potest.[s]

s cap. ante triennium. cum multis seqq. 31. dist.

Octauo, q̃ tenere cõtrariam partem vt esse in fauorem hæreticorum exercãtium legem inhibentem matrimonium sacris initiatis, & Catholicorum male & importunè petentium, vt præfata lex abrogetur: cum qua ratione dici põt posse Papam dispensare circa eam, eadem concludi possit posse illum eã abrogare, & per abrogationẽ eius innumeris fornicationib. & adulterijs obuiare.

6 Nono, q̃ id quod semel dicatum Deo est, non põt in vsus humanos trãsferri,[t] neque consecratum potest, dum durat, desinere esse consecratum.[u]

t c. quod semel. cũ suis concord. de reg. iur. li.6
u c. cõperimus. 14. q.6.

His tamen nõ obstantibus, quę verè non obstant, contrarium est tenendum. Primo quidem, quod Papa põt dispensare circa omnem legem humanitus inscriptis, vel sine illis latã, aut inductã.[x] At omnis lex, quæ ꝓhibet, ne sacerdos permundũ. cõtrahat matrimonium, est humanitus in scriptis data, vel consuetudine Ecclesiastica inducta: ergo circa eam põt Papa dispensare eximendo illum, aut illũ ab eius obligatione iusta de causa.

x c. cuncta permundũ. 9. q.3. c. pro posuit. de cõsues. præben.

7 Secundo, quòd in veteri testamẽto licebat sacerdotibus ducere vxores, vt palam est ex mille locis testamẽti veteris,[y] & Christus non inuenitur statuisse contrarium, immo ipsemet elegit in

y Et Luc. c. 1. et d.c. pro licet Hel. de simon.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Apostolos aliquos viros coniugatos, secundum omnes.

Tertio, q̃ nec vlla lege naturali est id prohibitum.

Tum q̃ ante omnem legem diuinam supernaturaliter in veteri testamẽto datam coniugati erant sacerdotes, vt probatur c. [quam periculosum.] [a] adiũcta glossa, quæ habet, q̃ primogeniti (non distinguendo inter non coniugatos, siue coniugatos, qualis erat Esau, cum vendidit primogenita sua Iacob,) [b] offerebãt sacrificia: & successiue probat q̃ sacerdotes erant coniugati. Tum quia ius naturale definitur esse, quod est per se notum, aut ex eo in bonam consequentiã infertur, iux. [ius naturale.] [c] & traditur communiter à Doctoribus [d] & à S. Thoma. [e] At non est per se notum, neque deducitur ex per se notis in bonã consequentiam, quod sacerdos nõ possit esse coniugatus: ergo non est dicendum id iure naturæ esse prohibitum.

8 Quarto, q̃ ex sacra Euangelij historia habetur, posse coniugium, & sacerdotium in eodem homine concurrere, vt concurrit in B. Petro omnium Apostolorum Principe, de cuius socru fit mentio in Euangelio [f] & in Ecclesia Orientali etiam hodie concurrunt, & quidem iuste secundum omnes: in eis, qui primo contraxerunt matrimoniũ, & postea efficiuntur sacerdotes: quod colligitur ex epistola Pauli, [g] & traduntur communiter omnes [h] & probant multa capp. quæ adducit Gratianus. [i]

9 Quinto, quòd communis opinio, in qua sunt Ricardus Palud Ioãnes Maior in lib. 4. sent. d. 38. & glossa. Innocẽtius, Hostiensis, Ioannes Andreas, Panormitanus, & communiter omnes [k] imò & Caietanus alioquin defensor acerimus S. Thomæ [l] tenet, Papam posse dispensare cum monacho iusta de causa, vt contrahat matrimonium. Quin & Sotus [m] etiam si defendat S. Thomam qui vr dicere contrarium, tenet tñ communem ad hunc sensum, quod potest facere Papa vt monachus desinat esse monachus, & exuto monachatu contrahat matrimonium. At oẽs reputant difficilius defendere, quòd Papa possit dispẽsare cũ monacho, q̃ cũ ordine sacro insignito: ergo à fortiori poterit dispensare cũ eo.

Sexto, quòd ét S. Tho. qui cõiter dr tenere [n] quòd non põt Papa dispensare in voto solẽni castitatis, expresè affirmat ibidem Papã posse dispensare cũ presbytero iusta de causa, vt contrahat matrimoniũ: qđ ipsum affirmat Caiet. & Sotus [o] addentes, quod dispensatio suæ Sanctitatis valeret, etiam si absque iusta causa id faceret, nisi esset iniusta.

10 Septimo, quòd cõtinẽtia nõ est de substantia & essentia sacri ordinis, nec suapte natura illi adeo annexa est, qđ se parari nequeat. Tũ quòd nullo iure id caueat. Tũ quod per sacras literas cõstet esse inuenta, & adhuc inueniri separata aliq̃n iuste, aliq̃n iniustè, Iuste quidem in Petro, & alijs, qui simul fuerũt sacrati, & coniugati, & in Orientali Ecclesia omnes, qui post coniugium cõtractum ordine sacro initiantur, vt prædictũ est. Iniustè vero omnes cõiugati, qui in Ecclesia Latina, post coniugiũ legitimè cõtractũ, sine vlla dispensatione, & sine legitimo vxorũ consensu sacris initiant[ur], hi enim verum ordinem, & eius characterem indelebilẽ suscipiunt, & fiunt sacrati, [p] & nihilominus sunt veri mariti suarũ vxorum: ergo non sunt inseparabiliter coniuncta, & consequenter legitima ptãte põt seperari. Per quam rationem S. Tho. posuit inter monachatum & presbyterium præfatam dr̃iam, nempe quod possit dispensare cũ presbytero, non autem cum monacho.

11 Octauo, quòd sacrosancta sedes Apostolica frequenter dispensauit cum subdiaconibus, & aliquando cũm diaconibus, vt contraherent matrimonium, vt multi testantur, præsertim præfatus à Medina, qui [q] ait, se vidisse multas subdiaconorum dispensationes, & non paucas diaconorũ. Ramirus delato sibi regno Aragoniæ, item Ramianus, qui monachus & archipresbyter erat, matrimonium ex dispensatione sanctæ sedis Apostolicæ contraxit, vt testantur Paludanus, Caietanus & alij graues historici, quos nouè citauit prædictus à Medina [r] & late confutat id negantes, [s] & videtur quod Papa id fecit tanquam Vicarius Christi, assistente sibi diuina prouidentia, & habito grauissimorum virorum consilio, quod grauissima res exigebat, & ita piè credi potest non

non potuisse errare, iuxta doctrinam S. Thomæ. [a] communiter receptam.

12 Cum ergo nullo iure diuino naturaliter indito, neq; supernaturaliter tradito vetentur sacerdotibus matrimonia: cumq; continentia, & sacerdotium non sint inseparabiliter annexa, imò ipsiusmet D.N. Iesu Christi electione sacerdotia & coniugia in eisdem hominibus simul concurrant: cumq; sacrosancta sedes Apostolica non solum cum sacris ordinibus initiatis, sed ét cũ monachis dispensauerit frequenter: cum deniq; S. Thomas & alij, qui mordicus tenent non posse Papam dispensare cum monacho, vt matrimonium contrahat, ingenuè & expresse affirment posse dispẽsare cum presbytero iusta de causa, vt id ei liceat, intrepide tenendũ est posse Papam de plenitudine suæ potestatis dispensare cum quolibet sacro ordine initiato, tàm presbytero, q̃ subdiacono, & diacono, iusta de causa, vt id ei liceat.

12 Ad ea, quæ in oppositum adducta sunt, respondetur, cõcedendo prefatos Ioãnem Clicthoueum, & Ioannẽ Maiorẽ, & aliquos alios id tenuisse, quos Michael à Medina videtur sequutus [b], sed hunc [c] declarasse suam sñam intelligendam esse in hoc consensu, quod non põt Papa dispensare cum presbytero, vt ita contrahat matrimonium, quod simul vtatur eius, & sacrorum ordinum exercitio, non aũt quod non possit dispensare, vt relicto sacrorum ordinum exercitio possit vti coniugio, & actibus coniugalibus. Quæ declaratio honestissima quidem restrictio est, & digna, quę in casu prẽsenti suscipiatur, & seruetur. Quanquam profecto rationes pro nostra parte adductæ probant, q̃ stricto iure Papa de plenitudine potestatis, si iusta causa occurreret, posset dispẽsare, vt etiã aliqua temporis parte vteretur exercitio sacerdotis, nõ vtendo eodem tpe exercitio coniugij more antiquo sacerdotum veteris Testamenti, & nouo sacerdotum Oriẽtalis Ecclesiæ. Quamuis arbitrer vix posse occurrere vllam iustam causam, quæ ad tam amplam relaxationem faciendam sufficeret, vix enim potest occurrere casus, in quo nõ sufficiat dispensatio ad contrahendum coniugium, & vtendum eo: abstinendo

à sacrorum ordinum, exercitio.

Ad primum ergo argumentum oppositorum rñdetur, negando assumptum in eo nempe q̃ Papa non possit dispensare cũ monacho iusta de causa, vt matrimoniũ contrahat, per adducta in argumẽto quinto pro nr̃a parte formato.

13 Ad secundum autem respondetur, concedendo quidem honestum & decorum esse, vt ministri sacrorum à coniugijs abstineant: & ideo latam esse legẽ, qua sacris initiati fiunt inhabiles ad cõiugia. [d] Negando tamen, quòd suapte natura ita sibi repugnent sacerdotium, & coniugium, vt nulla potentia in eodẽ concurrere possint, per adducta in primis quatuor argumentis, [e] pro nostra parte formatis.

Ad tertium, quartũ, & quintum, rñdetur primo, concedendo quidem ministerium sacrorum magnam munditiã & attentionem requirere, negando tñ, q̃ sufficientem non possit habere, se parando se ad tempus ab exercitio coniugali, vt est credendum habuisse se Aaronem, Samuelem, Zachariam, & alios similes. Secundo respondeo, q̃ in proposito casu non quærimus dispensationẽ, qua liceat viro sacro contrahere matrimonium, ita quod possit vti eo simul & ordinum exercitio, sed vt relicto alijs sacerdotibus sacerdotali ministerio ipse ob magnam necessitatem occurrentem coniugio contrahendo vtatur. cui rei nihil obstant illa duo argumenta.

14 Ad sextum respondeo, q̃ duplicis generis sunt traditiones Apostol. vt colligitur ex S. Thoma recepto [f] præsertim in rñsione ad primum. Alię quidẽ, quas ipsemet Christus tradidit, quales sunt traditiones sacramentorũ, & fidei Catholicæ, quarũ non fuerunt latores, sed promulgatores Apostoli. Aliæ verò, quas ipsi sua ptãte tanquam Prælati Ecclesiæ tradiderunt, qualis est de non comedendo suffocatum lata in suo Concilio omnium primo, [g] qualis item est de non ordinando bigamo, [h] & prio-

a In quolibet. 9. ar. 16

b in prę. d. li. 5. c. 7.

c eod. lib. c. 100.

d cap. ante triennũ. 31 dist. et cl. 1. de conf. & affin.

e Et in 7.

f quolib. 4. art. 13.

g Actuũ c. 15.

h 1. ad Tim. 3. ad Tit. 1. et 26.

i p cap. quod quidam. 1. q. 1.

k in d. li. 5. c. 100.

l in d. lib. c. 28.

m in d. lib. c. 32.

n in 2. 2. q. 83. art. 11.

o vbi sup.

p cap. quod quidam. 1.

q in d. li. 5. c. 100.

r d. lib. 5. c. 28.

s in d. lib. c. 32.

a 7. q. 1.

b Gene. 25.

c 1. dist.

d in 3. libro sent. d. 37.

e 1. 2. q. 94. art. 1.

f Mar. 1. et Luca 4.

g 2. ad Timot. 3. et ad Titum 1.

h in 4. sent. dist. 38.

i in dist. 27. 28. & 31. & 32.

k c. cum ad monasterij S. fi. de sta. mona.

l in opusc. tomo 1. tract. 27. m in lib. 7. de iust. & iur. art. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ita potest circa eam dispẽsare Papa, qui eandem potestatem habet, quam ipsi Apostoli à Christo susceperunt. [a]

a c.in nouo. 21.d.c.1.de hom.lib.6.

Ad septimum cõcedimus omnem virum ordine sacro insignitũ esse inhabilem ad matrimonium contrahẽdum iure humano Apostolico, negamus tamen esse inhabilem iure naturali, vel diuino supernaturaliter dato, vt supra probatum est: & consequenter potest Papa circa illud dispensare, cum sit supra omne ius humanum. [b]

b l. princeps. de leg.c.cũcta per mũdum.9.q 3.

Ad octauum negamus, vllum ex hoc fauorem præstari hæreticis, neque Catholicis improbe petentibus relaxationem legis de cõtinentia viris sacris impositæ: non.n.ex eo, q̃ Princeps possit abrogare aliquam legem, & illum aut illum eximere ab ea, consequitur conuenire reipubl. vt eam abroget: & ita licet ex nostra cõclusione inferatur, posse Papam de plenitudine potestatis præfatam legem abrogare, vti humanitus latam, non tñ ex eo infertur conuenire reipub. vt ea tollatur, cum plurimis rationibus conuincatur illam legem esse cõuenientem, decoram, & valde vtilem reipub. Christianæ, & statui clericali, & Deo deuoto, quarum multas colligunt præfatus Sotus & Medina, vbi supra.

c in d.tract. 27. tomo 3. d Præfato. lib.5. c.49. e in Mercuria. præf.regular.semel Deo et in d. c.cũ ad monasteriũ. de sta. monac.

16 Ad nonum respondet Caietanus [c] & præfatus à Medina [d] ex quorum & aliorum mente, præsertim Ioan. And. [e] respondetur primo, q̃ illa regula, [semel,] procedit in translatione rei Deo dicatæ, ad humanos vsus, facta sine cã, & per non habentem ad id ptãtem: non autem de translatione facta iusta de cã per habentem potestatem, qualis est Papa, qui licet mea sententia nõ possit de plenitudine suæ potestatis passim & quomodolibet transferre ad humanos vsus, neq; per quãcumq; auctoritatem, & propter quamlibet causam, negãdum tñ quod non possit aliquo casu transferre per auctoritatem Vicarij summi administratoris oĩum Dei aliquid Deo dicatorum, occurrente grandi necessitate illius casus: vt sacerdos Achimelech panes propositionis Deo sanctificatos tradidit Dauid, & pueris eius laicis ob necessitatem famis, qua premebãtur, [f] per quod & illud. [g] [Misericordiam volo, non sacrificium,] probauit Dñs [h] licere sabbato discipulis esurientibus vellere spicas, &c. & consequenter ipse sabbatorum Deo dicatorum & sanctificatorum posse pp necessitatem & caritatem in vsus hominum impendi: vnde D. Ambrosius [i] definit, vasa aurea & argentea Deo sacrata posse in redemptionem captiuorum, & in sustentationem pauperum impendi, non solum fracta, vel alio modo profanata, sed ẽt durante sanctificatione, per illa verba. [Quod si desunt noua, & quæ nequaquam initiata, i. sacrata videantur, & in huiusmodi, quos supra diximus, vsus oia arbitror piè posse conuerti.] Vnde necessitate, instante vt recte Caiet. ait, liceret in calice, vel alio sacrato vase bibere. Secundo rñderi põt, q̃ assumere rẽ sacratã in vsum & medium necessariũ ad componendam vel conseruãdam alicuius magni populi Christiani pacem, vel fidem Catholicam, & caritatem & gratiam Dei, qua in æternam gloriam perueniatur, non est rem sacratam assumere in vsus profanos, sed pios, & sanctos: pro valde enim sacra & pia re cõmendauit D. N. suis Discipulis pacem & caritatem, per illud, [Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis.] & illud, [Hoc est præceptum meum vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos.] & alia plurima, quibus apte respondet illud Concilij Viennensis. [k] [Nisi tempore pacis non colitur pacis auctor.]

f 1. Reg.c. 21. g Osee 6. h Matth.12 & Luc.6. i c. aurum. 12.q.2. k in princ. clem.dudũ. de sepult.

17 Tertio, q̃ licet Deo dicata non possent transferri ad vsus humanos, qui suapte natura, & iure naturæ essent cõtrarij vsui diuino, ad quem sunt dicata, possent tamen transferri ad vsus humanos, qui solum iure humano sunt illis contrarij. Potest enim Papa facere facultatem, vt presbyteri & monachi arma capiant in infideles, & alios iniustè bellantes, ob magnam necessitatem, licet iure humano sint eis vetita, iux.cap. [clerici.] cum ei concordantibus [l] & q̃ iudicarent in causis criminalibus sine vllo metu irregularitatis, liset iure humano id eis vetetur, [m] & ita licet iure humano sit vetitum coniugium ordine sacro insignito, quia tamen non est suapte natura & iure naturali ei cõtrariũ, põt per auctorem eiusdem iuris humani ob iustam causam ad id habilis fieri.

l de vita & honest.cler. m c. sententia. 2.q.7. nis. ne cler. vel monac.

AD

18 AD SECVNDAM quæstionem rñdeo breuiter, q̃ sicut Papa iusta de causa põt facere facultatem ducendi vxorem presbytero, ita põt facere etiã Episcopo, Archiepiscopo, & cuilibet superiori. Tum quia eadem lege continentiæ obligantur presbyter, diaconus, & subdiaconus, qua Episcopus, & Archiepiscopus, & alij superiores. iux.cap. [lex.] [a] cuius verba sunt hęc, [Lex cõtinentiæ eadem est altaris ministris, quæ Episcopis, aut presbyteris.] Ad idem facit c. [Episcopus.] [b] & ita vna & eadem lege, siue vno & eodem voto solemni tenetur quis, & eadem obligatione ad continentiam, suscepto solo subdiaconatu, quo tenet postea suscepto diaconatu, presbyteratu, & episcopatu, & adeo qui dẽ, quòd licet magis peccet fornicãdo, qui est omnibus sacris ordinibus insignitus, q̃ qui solum subdiaconatu, eadem tñ specie peccati peccat, & non interuenit circũstantia, quæ mutat speciem peccati, necessario confitenda: sicut nec religiosus, qui est prælatus alicuius ordinis, fornicando peccat alia specie peccati, quam si esset religiosus simplex professus, cum vno & eodem voto solemni castitatis omnes obligentur, per ea quę post alios dicimus in Manuali conf. [c]

a 31. dist. b Et c.omnino. eod.dist. c cap.7.

19 Tum quia in assumptione subdiaconatus omnes incipiũt obligari ad continentiam, & fieri inhabiles ad coniugium siue voto expresso, siue tacito, siue inuiolabili statuto Ecclesiæ. [d] Tum quia episcopatus non est ordo, secundum cõmunem Theologorum sententiam, [e] esto quòd opinio Canonistarum contraria magis consona uideatur iuri communi, & Cõcilio Tridentino per ea quę diximus in Man.confess. [f] & ita certius est Episcopum obligari ad continẽtiam ratione ordinum subdiaconatus, diaconatus, & presbyteratus, qui secundum omnes & ipsam fidem Catholicam sunt ueri ordines, quàm ratione Episcopatus, qui non est uerus ordo secundum communem Theologorum.

d c. à multis. de ætat. & qual. & d. cap. ante. e in 4. dist. 24. f c.22. nu. 18.

20 AD TERTIAM quæstionẽ rñdetur, quòd pro parte negante, nempe, quod non occurrat iusta cã dispensandi in casu præsenti, facit primo illud. [g] [Non est æqua ponderatio continentis animi,] quod ẽm aliquos sonat nullum esse bonũ melius continentia perpetua.

g Ecclesiastici.26.

Secundo, q̃ bona certa meliora sunt incertis, [h] & præsentia futuris, iux. illud Claudiani citatum à glo. [i] [Omne futurum despicitur, suadentq; uiris præsentia fructũ.] At in proposito casu bona, ob quæ petitur hęc dispẽsatio, sunt, quod nisi certus successor præsentis Regis declaretur, multis rationibus timeẽt maximus tumultus unius magni Regni, magnæq; seditiones inter magnãtes eiusdẽ Regni prætẽdentes illud sibi cõpetere, maxima item bella inter ipsum Regnũ, & eius regnicolas ab una parte, & quosdã alios Reges, & principes exteros, q̃ iure cognationis, uel alio illud sibi obuenire uidẽtur putaturi, & quies futura & prouentura ex matrimonio p dispensationẽ cõtrahendo. at ea ob quæ Innocentius & omnes alij, [k] & Ioannes Andreas, [l] & D. Thomas, [m] & reliqui omnes tenẽt Papã posse dispẽsare cum aliquo presbytero, debent esse certa: hæc aũt sunt ĩcerta & futura, ergo nõ sunt cõparatione Mercabona; ac bonũ continentiæ præsens, & certum, quod amittitur, & consequẽter nec iusta causa dispensandi super illo.

h in præfatione Mercatoris. m 2.2.q.88 art. 11. i in d.c. cũ ad monasterium. k in d.c. cũ ad monasterium. l in d.c. cũ ad monasterium. m 2.2.q.88 art. 11.

21 Tertio facit, quòd cum uoluntaria sint Deo, quã inuoluntaria, [n] & coniugium sit futurum inuoluntariũ huic, pro quo petitur dispẽsatio, qui est persona præcellenti uirtute continẽtiæ prædita, cuiq; illius, quam in ætatem senectuti proximam inuiolabiliter obseruauit, uiolatio sit futura molestissima, sequitur, ut futurum inuoluntarium matrimonium non sit adeo gratum Deo futurum, ac continentiæ præsentis obseruatio, & consequenter ut non sit locus dispensationi faciendæ.

n c. merito. 15.q.1.

His tñ non obstantibus tenenda est pars affirmatiua. Primo quidẽ præsupposita illa uera sententia S.Th. communiter recepti (quicquid Altissiodoren. & aliquot alij Theologi relati à Caietano & Medina tenuerint, contra quos est casus in c.1.) [o] nempe quod uotum ex iusta causa relaxari põt, dicendum est aũt iustam causam dispensandi adesse, cum uotum est maioris boni impedimentũ, siue impeditiuum, ut docet S.Th. communiter receptus, [p] At in casu proposito uotum continentiæ est impedimẽtum maioris boni, nẽpe certi successo-

o Et c. non est, de voto. p in d q.88. artic.10. in corpore q.

tis in Regnó : ergo,&c. Secundo, quia omne votum cõuerti potest in melius, at bonum cõmune est melius & dignius bono priuato. [a] Ergo votum continentiæ, cum ibi notatis, de voto.

[a] c. scripturæ. cum ibi

est auctoritate legitima conuerti in sacramentum matrimonij, per quod certus Regni successor, & consequenter pax, & Christianismus eius conseruetur. Multã præterea Indiarum, & noui orbis Regna, quæ Christianismum susceperunt, & conseruant, auctoritate, prudentia, potentia, & virtute militari Regni, cuius successor certus quæritur, deficerent à fœdere Regni, imò & à fide Christi, quam susceperunt, & in dies suscipiunt, si orbata prædicti Regni pace, impediretur opportunitas mittendi ad ea Proreges militibus & armis de more munitos. quin & merito timeri põt, quod exorto bello, & tumultu ob defectum certi successoris, alijs aliunde subsidia petentibus, aliquot hæreticorum cohortes in illud euocarẽtur, qui Christianismum illius regni limpidissimum commacularent in maximã Iesu Christi irreuerentiam, & sacrosanctæ Sedis Apost. iacturam, cum Regnum illud cũ primis omnium sit ei obedientissimum. Ergo non solum iusta, sed etiam iustissima causa est in casu proposito dispensandi, imò & compellendi dispensatum ad matrimonium contrahendũ, vt quidam Ramirus monachus & presbyter fuisse coactus refertur à Palu. & Caie.

[b] in d. trac. 27. i d, col. vlt.

[b]

22 Ad primum oppositum respondetur negando, q̃ non occurrant multa bona maiora, quam continentia: omnes enim virtutes Theologicæ, & actus earum, religio vitæ, & actus eiusdem, puta deuotio, sacrificium, & oratio, sunt potiora bona, quam continentia, & actus eius, vt colligitur ex S. Tho. communiter recepto,

[c] in 2. 2. q. 152. art. 5.

[c]

dum virginitati, & actibus eius, scilicet castitatis, præfert dictas virtutes, & actus earum.

Ad secundum, admittendo quod bona certa cæteris paribus sunt incertis meliora, dico quòd in hoc casu cætera non sunt paria: quia bonum conseruandi pacem & Christianismum vnius Regni, & multorum pendentiũ ab eo, longe maius est, quam bonum continentiæ priuatum vt prædictum est: & præsentia licet cæteris paribus sint meliora futuris, non tamen cum cætera non sunt paria: maius enim bonum est magni reditus alicuius fundi, oppidi, vel beneficij futuri anni sequentis, quam decem scuta præsentia. quod satis probat d. l. [cum ij.] [d] ff. de transact. & nos resolui-

[d] V tibi notatur.

mus d. c. [si quis autem.]

Ad tertium concedimus etiam, quod cæteris paribus meliora sunt, quę grata volũtate fiunt, iuxta illud Apostoli. [Hilarem datorem diligit Deus.] nõ autẽ cum cætera sunt imparia. Cum enim iubemur accipere læta & grata, minuitur meritum accipiendo ea prompte & læte, & augetur, cum ingrata & non placentia accipiuntur propter solam obedientiam, iuxta Gregorium, in c. [sciẽdum,] [e] cuius finis sic habet, [Obedientia victimis iure præponitur: quia per victimam aliena caro, per obedientiam vero propria voluntas mactatur.] Et ita in casu proposito quanto magis maiestas personæ, cui dispensatio quæritur, est suorum omnium æqualium præcellentissima, & virtute continẽtiæ resplẽdentissima, & ab actibus coniugalibus ẽt sanctis abhorrentissima, ita nolens volendo coniugium ob amorem Dei, & charitatem suæ Reip. Christianæ, quæ est omnium proximorum maxime proxima, præcellentẽ sibi gratiã apud homines, & præcellentissimum meritum merebitur apud Deum, qui Regiã eius maiestatem, quam diutissime seruet, & eidem abituro in gloriam suraphicã, prouideat filium successorẽ sui patris in regnãdo consimillimum. Quæ tumultuario quasi studio scripta cuiuscunq; melius sentientis censuræ subijcimus.

[e] 8. q. 1.

SVMMARIVM.

H *Subdiacono, qui publice ordinem suscepit,* I *vt ducat uxorem, non est concedendum ex ea solum causa, quod ordinem, cum esset diues dolo consanguineorum putãs se pauperem, inductus susceperit.*

CONSILIVM XXXIX.

ANadolescens circiter viginti anno rũ in Hispania natus, & Romã delatus, initiatus ordine subdiaconatus, illectus importunis precibus parentũ, & aliorum cognatorũ, & dolosis circũuentionibus eorundẽ, & aliorũ, occulta tione dolo adhibita donationis, & institutionis vltimæ voluntatis, quibus reliquit ei longissimè absenti auus eius pdiues magna bona temporalia, q̃ sufficissent ei ad viuendũ nobiliter Romæ in statu coniugali, quod si nouisset, nunq̃ fuisset ordine præfato insignitus: quas preces, dolos, & fraudes parẽtes eius & cognati adhibuerunt, & adhiberi fecerunt, ne ipse ab eis vendicaret vel repeteret bona sibi donata, & relicta. Qõ inq̃ resultãs est, an pfato N. volẽti ducere vxorem debeatur dispensatio de iustitia temperata gratia quadam, & æquitate.

1 Respondeo primò, præfatum D. cõsulentem non posse de pura iustitia retrocedere nec in foro conscientiæ, nec in foro exteriori. Secundo, adesse quidẽ etiam notabilem causam dispensandi, non tamen tantam, quãta meo iudicio requiritur, ut dispensatio sit omnino iusta, cum ordinatio præfata sit manifesta, nisi aliquid aliud, quod iustitiam illius compleat, accedat. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Votum transeundi ad arctiorem obligat, & Prælatus illud irritare nequit. & 2.*

2 *Regularis subest Prælato quo ad contenta in regula, & opportuna ad eam seruandam & nu. 4.*

3 *Prælatus regularis dispensare, & commutare valet votum transeundi ad arctiorem suo subdito.*

3 *Reseruatio commutationis & dispensationis votorum Papæ est lex exorbitans, & ita non extendenda.*

CONSILIVM XL.

QVæritur ex facto, primò an votũ religiosi de ascẽdendo ad arctiorem religionem factũ sine auctoritate Superioris obliget eum.

Secundò, an superior possit illud irritare.

Tertiò, an possit dispẽsare iuxt. illud.

Quartò, an possit commutare illud.

1 AD PRIMAM QVAESTIONEM respondetur affirmatiuè, quod obligat votum: quia quo ad hoc non subijcitur religiosus Superiori, vt colligitur ex vtroque Thoma, [a] & in specie determinãt Caietanus, [b] & Sotus, [c] & quidem satis vtiliter, ac nouè, quoniam monachus nullam videtur habere propriam volũtatem, sed à voluntate Superioris pendet, iuxta c. [non dicatis,] [d] in cuius cõmentario latius diximus. [e]

[a] in 2. 2. q. 88. art. 8.

[b] ibid. colu. 4.

[c] vlt. in vers. ex quib. omnibus.

[d] li. 7. de iu

[e] stit. & iure

2 Adeo quod subijciatur Superiori, & hoc quo ad omnia contẽta in regula, & ẽt quo ad non contenta, si quæ tñ sunt, vel esse possunt opportuna regulæ seruandæ, exitus tñ & transitus ad aliã religionem non est de contentis in regula, nec de opportunis ad eam seruandã, imò potius de cõtrarijs, iux. c. [licet.] & ei adnotata, [f] per quod limitatur illud Basilij relatum in c. [monacho.] [g] Monacho non licet vota vouere sine consensu Abbatis sui, & si vouerit, frangendum est:]ne procedat in his quæ ad exitum monasterij pertinent.

[f] 9. q. 3. art. 1. col. 3.

[g] de elec. li 6. de regula. 20. q. 4.

AD SECVNDAM quæstionem, quod eadẽ ratione, qua votũ illud obligat sine Superioris consensu, colligitur q̃ non põt illud irritare. Tum q̃ quoad illud, non subijcitur ei, & ptãs irritandi votum nascitur ex subiectione, per præfatum cap. [monacho.] & latè adducta per vtrunq; Thomã. [h] cõiter receptos.

[h] vbi sup.

3 AD TERTIAM respõdetur affirmatiuè, s. posse prælatum, cui subijcitur præfatus religiosus, dispẽsare super præfato voto: quia non est votum religionis, sed de transitu ab vna ad aliam religionem, & longè aliud, & minus est, quàm votũ de intrãda noua religione, vt palã est, & ideo reseruatio, qua votũ religionis reseruat Papæ, quæ est exorbitans à cõi regula iuris (quæ concedit Episcopis dispensationem, & commutationem votorũ) non est extendenda ad hoc, quod est minus, cũ à separatis non fiat, illatio, [i] nec iura exorbitantia sint extendenda ad alium casum, [k] quæ potuit esse radicalis ratio, cur Caietan, [l] & Sotus etiam, [m] idem determinarent.

[i] il. Papinianus. ff. de minorib.

[k] c. ea quæ. & ca. odia. de reg. iur. lib. 6.

[l] vbi supra.

[m] vbi supr.

Ex QVO infertur responsio affirmatiua ad quartam quæstionẽ, scilicet, q. 4. art. 3. q̃ eadem ratione, imò & maiore, potest commutare, cùm longè magis sit dispẽsare, & cui licet quod est plus, licet vtique quod est minus. [n] Salua, &c.

[n] cap. cuilibet. de reg. iur. lib. 6.

SVM-

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMARIVM.

1 *Religionis uoti commutatio Papæ quidem reseruata est: at vt loco vnius votæ alteram etiam laxiorem ingrediatur, sicut & votum transeundi ad arctiorem, etiã inferior Papa commutat & dispensat.*
2 *Religionis intrandæ uotum, vt non intret, solus dispensat Papa: at vt alteram etiã laxiorem ingrediatur, uel ad strictiorem votam non transeat vouens, inferior Papa dispensat, seu commutat.*

CONSILIVM XLI.

AN cum vouente intrare certam religionem possit dispensare alius, quam Papa, ut liceat ei intrare æqualem, vel laxiorem ?

1 Ad quod respondeo, quæstionẽ videri nouam, sed resoluendam affirmatiuè. Tum quia aliud est dispensare, ne qui uouet religionem in genere, vel in specie, teneatur ad intrandam vnam, quod reseruatur Papæ; a liud, quòd vouens vnam religionem intret aliam, qđ nullibi reseruatur Papæ: sicut aliud est dispensare super uoto religionis, qđ est reseruatum Papæ; aliud dispensare super uoto de transeundo ad religionem strictiorem, quod non reseruatur illi secundum Caiet. [a] quem nos sequuti sumus in comm. 4. de reg. [b]

2 Tum quia votum de intranda certa religione videtur duo vota continere alterum de intranda religione, cuius dispensatio soli Papæ reseruatur, alterum de intranda hac religione cuius dispensatio nullibi uidetur Papę reseruata, sicut professio certæ religionis videtur continere duo, alterum, quòd per eam fit religiosus, super quo solus Papa dispensat; alterum, quòd fit religiosus illius ordinis, super quo dispensant etiam alij Prælati, vt possit transire ad strictiorem, vel æqualem. Salua, &c.

a in 2.2.q. 88. art. 8.
b in ca. statuimus. 19. q. 3. nu. 10. & seq.

SVMMARIVM.

1 *Votum de non tangendo mulierem libidinosè non est castitatis, sicut nec uotum non nubendi, nec sunt reseruata Papæ, sed Episcopus dispensat super illis.*

CONSILIVM XLII.

AN votum de non tangendo mulierem libidinosè sit votũ castitatis.

1 Videtur quòd non. Tum quod votum de non nubendo, vel de non ducẽdo vxorem non est votum castitatis, vt dixi in Manual. [c]

Tum quod votum castitatis lõge plura includit, quàm hoc votum: cum includat omnia quæ sexto præcepto Decalogi prohibentur, quæ sunt longe plura, iuxta ea quæ in declaratione illius diximus in d. Manu. [d] imò & matrimonium & copulam eius, [e] quibus est consequẽs huius voti dispensationem non esse reseruatam: ideo licere eam Episcopo, per ea q̃ diximus in d. Man. [f] Salua, &c.

c cap. 12. nu. 43.
d cap. 16. e nu. 12. e cap. vouẽ tib. 12. q. 1. f nu. 12.

SVMMARIVM.

Vouẽs ordines sacros accipere licet sit ignarus, nec habeat titulum, ad quod ordinetur, non tamen potest coniugium contrahere: nisi sit factus incapax doctrinæ, vel nisi postquam arbitrio boni viri iudicabitur ei impossibile esse. vt acquirat titulum. 1

CONSILIVM XLIII.

BVrleus uouit suscipere ordines sacros, & non habet beneficium, neque patrimonium, ad cuius titulum ordinetur, neque scientiam sufficientem. Quæritur an possit ducere vxorem, sicut qui uouit monachatum, & non inuenit recipientem.

1 Respondeo, credo quòd non, nisi iam sit factus doctrinæ ad id sufficientis incapax, aut prudentis arbitrio videatur impossibilis moraliter acquisitio beneficij, vel patrimonij.

SVMMARIVM.

Votum ingrediendæ religionis non annullat collationem beneficij postea factam, sicut nec matrimonij postea cõtractum. 1

CONSILIVM XLIV.

COllatio beneficij facta ei, qui vouit religionis ingressum, an valeat antequam eam profiteatur.

Re-

1 Respondeo quòd sic. Tum quia nùllo iure cauetur contrarium.

a in c. bonæ. in verbo metuebant. de elect.

Tum quia valet argumentum à matrimonio carnali ad spirituale regulariter, iuxta glossam memorabilẽ, [a] & matrimonium post votum religionis contractum valet, [b] quod mihi est indubitatum. Salua, &c.

b ca. nos non utmus. 17. q. 2.

De statu monacharum, & canonicorum regularium.

SVMMARIVM.

1 *Monachatus non est nec dignitas, nec officium honorificum: vnde nec infamis, nec irregularis, nec excõmunicatus sunt illius incapaces.*
1 *Abbas monachorum laicorum si non sit clericus, honore inferior est omni clerico etiã minorum ordinum.*

CONSILIVM I.

AN excõicatus infamis, irregularis, cõiugatus, vel alij ad beneficia Ecclesiastica inhabiles, sint habiles ad monachatum ?

1 Respondetur quòd sic: quia secundum Federicum, [c] monachatus non est honor, non dignitas, non officium honorificum: quò fit, quòd etiam Abbates monachorum, qui non sunt clerici, sed tantùm laici, ut olim esse solebant, & aliquot fuerunt in Lusitania in monte & deserto, quod Ossam appellant, est inferior honore quolibet clerico, etiam in minoribus constituto. [d]

c in consi. 5. nu. 5.
d ca. à subdiacono 93 dist.

SVMMARIVM.

1 *Abbatissa nisi intra annum post confirmationem benedicatur, perdit abbatiam, & hoc quo ad illa monasteria, in quibus benedici solent, nu. 2. semel autem benedictæ iterum non benedicitur. nu. 2. etiam si transferatur ad aliud monasterium, nu. 4. nisi probetur Curiam seruare contrarium. nu. 3. triennalis autem non videtur benedicenda. nu. 2. & 3.*
5 *Corrupta virginum consecratione cõsecrari non potest: sed quo ad occultè tales, loco illius dictionis, Virginitatis, potest assumi dictio, Castitatis, vel & melius, ne delictum manifestetur, potest Episcopus vti verbo Virginitatis, accipiendo illam in mente sua pro verbo Castitatis. nu. 6. benedicetur q; hæc non ut mera virgo, sed quasi virgo. nu. 7. palam autem corruptæ si uolent benedici poterunt mutato nomine Virginitatis in Castitatis nomen: quod si recusent, cùm non sint adhuc professæ poterunt de monasterio liberè dimitti. nu. 7.*

CONSILIVM II.

AN abbatissa triennalis possit, vel debeat benedici ?

Secundo, an monialis, de qua iudicialiter constat esse corruptam, nec ipsa id negat, immo fatetur, possit consecrari ?

1 Respondeo, q̃ pro parte affirmante facit primò c. [indemnitatibus,] [e] quæ tenus habet, Abbatissam electam & confirmatam perdere abbatiam, si intra annum non benedicatur, & Clem. [attendentes,] [f] quatenus idem statuit.

e §. verum. de elec. li. 6.
f §. statuimus. de stã monach.

Secundò quòd glossa & omnes fere Doctores quærunt, an benedictio Abbatissæ sit iterabilis: quæ quæstio videtur superflua esse, nisi Abbatissa posset iterato eligi, & non videtur posse iterato eligi, nisi esset temporalis.

2 Pro parte verò negãte facit primò, q̃ Abbatissa monasterij, in quo non est solita benedici Abbatissa, non est benedicenda, vt a contrario sensu probant prælegata, & adnot. per gl. quã sequũtur ibi Card. Imol. & Bonif. [g] &, vt arbitror, in nullis monasterijs solitæ sunt benedici Abbatissæ triennales: quoniã à pauco tempore cœperunt Abbatissæ esse triennales: quamuis, vt ipse puto, melius fuisset seruare antiquum morẽ, secundum quem Abbatissæ erant perpetuæ, vt videor mihi satis probasse in cõm. c. [nullum,] [h] & ideo ex eo, quod Abbatissæ perpetuæ consueuissent benedici, non sequitur consueuisse benedici triennales.

g in d. c. stã tuimus.
h 18. q. 2.

Secundo, quod benedictio Abbatissæ non est iterabilis, vt tenuit prædicta gl. cõmuniter recep. [i] & si Abbatissa triennalis

i in d. §. stã tuimus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nalis esset benedicenda, sequeretur, q̃ cum sæpe posset vna eligi in Abbatissam, sæpe deberet rebenedici.

Tertiò sequeretur, quòd multæ moniales manerent simul in monasterio in Abbatissas pluries benedictæ, quod non uidetur decere.

3 Per quæ vltima fundamenta vr̃ tenenda pars hæc posterior negans, nisi probaretur Curiam seruare cõtrarium, *a in verbo benedictio.* pp glossim prædicti §. [statuimus.][a] quatenus innuit benedictionem Abbatissæ non esse iterandam, nisi Curia Romana seruaret contrarium: qua de re nil testatur ibi Bonifacius, licet fuerit Autor Rotæ, & Stephanus, quẽ citant Card. & Imolensis ait audisse, q̃ aliquando fuit iterata, & ita videtur sentire, q̃ raro uel nunquam id fuit factum, licet per potestatem Papæ possit illud induci.

Non obstant pro parte affirmante adducta. Ad primum enim respondetur, q̃ illa iura non probant omnem Abbatissam debere benedici, sed solùm illã quę solita est benedici: at nescimus Abbatissam triennalem, vel aliàs temporalẽ solere benedici, vt supra dictum est.

4 Ad secundum aũt respondetur, negando, quod quæstio de benedictione Abbatissæ, an sit iterabilis, non possit vendicare sibi locum, nisi in Abbatissis temporarijs: quia ẽt potest in Abbatissis perpetuis, quando Abbatissa perpetua unius monasterij eligitur in Abbatissam perpetuã alterius. Itaq; videtur resoluẽdum Abbatissam temporariam non esse iure benedicendam, nisi sacro- *b cap. acutius. 26. dist. m. c. deuotis. & c. iuuenculas. 20. q. 1. c lib. 4. sen. dist. 34. q. 1. art. 5. & sentit in eo. lib. dist. 33. q. 3. art. 1. d c. vidua. de aegul. e in ratio. dis ut. offi. li. 2. c. 2. nu. 48.* sancta Sedes Apostolica aliud statuat expresse, vel seruet contrarium.

5 Ad Secvndam respõdeo primò, quòd nulla corrupta, etiam occulta vllatenus potest consecrari consecratione uirginum,[b] etiam ad euitandum, secundum S. Tho. receptum.[c]

Secundò, q̃ vidua licet non debeat consecrari consecratione virginum, postest tñ vouere solemniter & tacitè ipso facto castitatem, & velum professionis suscipere, & portare,[d] & benedici benedictione viduali, quòd testatur Guliel- mus,[e] dicẽs se vidisse in Vrbe Eps̃m Ostiẽsem benedicere duas viduas inter alias virgines, quod difficile factu fuit, cũ in plurimis locis fiat mentio virginum, & virginitatis in officio consecrationis virginum: nisi fortè addendo verbo [virgines] illa verba, [& viduas,] verbo [virginitatẽ. Illa verba, [& castitatẽ,] prout casus & numerus, in quibus fit mẽtio de virginibus, vel virginitate, requirunt.

6 Tertiò, q̃ monialis occultè corrupta potest simulatè consecrari consecratione virginum, mutatis verbis virginitatẽ sonantibus in verba castitatem significantia, ad euitandum scandalum & infamiam, secundum eundem S. Th.[f] quod etsi uideatur receptum ab omnibus, nõ tamen videtur tutum, nec vsitandum: quoniam id esset infamare consecrandam, vel benedicendam, cùm semper aliquot periti, præser im ministri Episcopi, soleant interesse huiusmodi cõsecrationi, & audientes loco nominis sonantis, [virginem,] vel [virginitatem,] poni nomen [castitatis] intelligerent eam esse corruptam. Quare satius putarem, vt Episcopus pronunciaret uerba ipsa consecrationis, quæ virginem & uirginitatem sonant, accipiendo illa intra mentem pro uerbis castitas, & castitatem significantibus: per quod excusaretur mẽdacium simul, & scandalum, per ea quę nos insimul post alios tradimus in Manu. conf.[g] & in cap. [humanæ aures.][h]

7 Quarto, quod monialis, de qua est quæstio, & quæ palam scitur esse corrupta, potest benedici benedictione, qua moniales viduæ benedici debẽt, de qua tamen non videtur haberi rubrica specialis in Pontificali: licet illa qua benedicuntur virgines, adaptari posset, mutatis nominibus significantibus [virgines & virginitatem,] in nomina significantia [viduitatem, & castitatem,] vt San. Tho. supra citatus significauit,[i] in consecratione virginis occultè corruptę fieri posse. Quia per hoc respõderi potest ad argumentum propositioni quæstionis insertum, videlicet quod non benediceretur vt vera virgo neque, vt vera vidua, sed benediceretur, vt quasi vidua, sicut & virgo occultè corrupta benedicitur vt quasi virgo, & ita nõ est necessarium eijcere illam ad alia loca, modo Abbatissa & moniales velint eam retinere secum, & vt faciat professionem quasi vidua: si enim noluerit id pati, oporteret eam adire aliud monasterium

f in d. art. 5.

g capit. 25. nu. 42. & cap. 18. nu. 61.

h 22. q. 5.

i d. art. 5.

rium conuertitarum, vel aliarũ monialium, vbi benevolas inueniret receptrices, vel rediret ad suos cognatos, aut uberet alicui: qm̃ moniales primi monasterij, licet recepissent eam ad velũ, conuersionis, & probationis, non tamen tenentur, si nolint, admittere illã ad professionem, neq; ad velum consecrationis: cum sicut nouitia intra annum professionis potest libere exire de monasterio, si ei non placet, ita monasteriũ possit, antequam profiteatur, eã eijcere.[a]

a c. ad Apostolicam. de reg. c. 1. eo. & c. non so lùm eo. tit. lib. 6.

Quinto addo, quod benedictio velionialium, quod ẽt viduæ aptatur, potnitur in dicto Pontificali: & quod forte benedictio, qua benedicitur electus laicus in monachum, conueniret tam viduæ, q̃ huic palã corruptæ, mutato verbo [monachus] in [monacha,] & verbũ [seruus] in verbũ [ancilla.] Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Confiteri iterum semel legitimè confessa peccata obligari nemo potest sine eius cõsensu. nu. 3. & 59.*

1 *Restituere temporalia cũ fama iactura nemo cogitur, si tactura sit notabilis. nu. 6.*

1 *Excommunicatio sine monitione ferri non debet nisi pro futuris culpis. nu. 9.*

2 *Statutum Carthusianum de reuelando Superiori sibi appropriata intra tẽpus præfixum, validum, & vtile, nu. 3.*

4 *Confessor erga confessum, propter peccata audita, aliter circa multa, quæ extra cõfessionem tractantur, se habere potest, et ob peccata sibi confessa potest talẽ non eligere ad aliquod munus.*

5 *Religiosus damna, quæ ordini intulit, restituat parcius viuendo.*

6 *Carthusiani debent superflua communitati restituere.*

7 *Confessio sacramentalis etiamsi fiat Prælato, notabilẽ famæ lastionem non inducit.*

8 *Detractio propriæ famæ vt plurimum venialis.*

10 *Furtum, & appropriatio parua etiã in Carthusiano non est mortale. nu. 14.*

11 *Peccatum veniale placendo fit mortale, si adsit legis præcipientis contẽptus. nu. 16.*

11 *Furans minimum animo domino notabiliter nocendi mortaliter peccat. nu. 17.*

12 *Mendacium non omne etiam formale est mortale, contra quosdam. nu. 17.*

A *Proprietas, & voluntas appropriandi, monachis est peccatum, sed non mortale, si sit rei modicæ. nu. 17.* 12

Statuto Carthusiano proprietarius 12. *debet nariorum caret sepultura.* 13

Sepultura carent tantùm qui in mortali mortui esse nascuntur, non veniali. 13

Paruitas rei, subreptio, & iudicij defectus 14 *passim excusant à mortali, etiamsi sit transgressio voti rei modicæ facti. nu. 17.*

Peccata omnia esse mortalia dicere, hæreticum. 15

Proprietatis peccatum mortale eadem quã 18 *tutas in religioso, quæ in laico furtum mortale facit.*

Furtum mortale non videtur, quod non 18 *excedit vnum regale. nu. 19.*

Proprietas vltra tres solidos statuto Carthu 19 *siano excommunicatur.*

Capitulum Carthusianũ generale, & Prio 20 *res excommunicare possunt.*

Priores Carthusiani non excommunicant, 21 *sed denunciant proprietarios excõicatos.*

Suspensionem non incurrit verbo denun- 21 *cians aliquem excommunicatum, quam incurrit sic excommunicãdo: sunt enim diuersa. & nu. 65.*

Statutum Carthusianum omnes subditos 22 *proprietarios excõmunicans comprehendit ettã plenè donatos, qui subditi sunt, licet votum paupertatis non emittant. nume. 23.*

Donati plene sunt subditi ordini. 22

Dispositio aliqua ex parte odiosa, ob ratio- 23 *nis identitatem extenditur ad latam significationem, saltem cum talis coniici potest intentio statuentis.*

Pluribus vicibus minuta, quæ simul iun- 24 *cta facerent notabilem quantitatẽ, subtrahens nunquã peccat mortaliter, dũmodo nunquam habuerit voluntatẽ capiendi notabilem quantitatem & licet Sotus teneat hunc mortaliter peccare vltima vice, per quam deuenitur ad notabilem summam, nu. 25. hæque sit cõmunis, num. 27. & 45. attamen in favo conscientiæ potest, teneri illam procedere, quando committendo vltima furta recordatur præteritorum, aliàs non peccaret, nec consequenter teneretur restituere, cùm minus peccet, qui non restituit, quàm qui furatur. nu. 24. & 27.*

Euentus, cuius nullus speratur fructus, fru- 28 *stra expectatur.*

Impotens

Universidad de Deusto
Biblioteca

28 *Impotens ad reſtituendum, ſed non ad reuelandũ, licet excuſetur à reſtitutione, non tamen excuſatur à debita & præcepta reuelatione.nu.29.*

29 *Denunciandus non eſt correctus ad futurum lapſum cauendum, niſi ad id quis ſpecialiure teneatur.*

30 *Reſtituens ante tempus ad reſtituendum præfixum, pœnam euadit, & obligationem manifeſtandi.*

31 *Priuatio præſupponit habitum.*

32 *Donare quæ quis iuſtè poteſt, poteſt & ſimiliter donanti conſentire. & 64.*

32 *Reſtitutio, & debiti remiſſio exæquantur.*

32 *Carthuſiani à reuelandis appropriatis non* F *excuſantur ob remiſſionem factã à Prælatis.*

33 *Prior impenſa à monachis ratificare nequit, niſi ſint impenſa in vtilitatem monaſterij, vel pios vſus, iuſtamve remunerationem.*

33 *Prior remittens generaliter appropriata malè facit, operatur autem eius remiſſio facta ante incurſam excommunicationem, ut qui in licitos vſus expenderent, non teneantur reſtituere, & ſucceſſiuè nec manifeſtare, alijs autem non prodeſt.*

34 *Abſoluendi facultas priuilegio perpetuo di* G *gnitati competens eſt delegabilis, ſicut & competens virtute alterius ordinariæ poteſtatis.*

35 *Carthuſianus proprietarius per Cruciatã abſolutus à peccato, remanet tamen obligatus reuelare prælato hanc ipſius appropriationem.*

36 *Excommunicatus, niſi præuia ſatisfactione per Cruciatam abſolui nequit.*

36 *Acta à delegato, poſtpoſita forma ſibi præſcripta, ſunt nulla.*

37 *Abſolutio à Papa delegata cum clauſula, Secundum iuris formam, ea non ſeruata, valet: quia tantum importat monitio* H *nem, & non formam, niſi aliter conſtet de mente Papæ.*

37 *Priuilegium principis citra tertij præiudicium interpretandum.*

38 *Iudici quo ad pœnam nondum impoſitam non eſt ſatisfaciendum.*

39 *Abſolutus ante ſatisfactionem ad effectũ quærendi Iobelæum, ſtatim in utroque foro reincidit ſecundum clauſulam in Iobelæo Greg. XIII. inſertam.*

40 *Regularis furans, vt quærat monaſterio, peccat ſemel, ſibi autem appropriando, bis, vel ſemel cũ circũſtantia confitẽda.*

Excõicationes pro re leui ab homine ferendas, non à iure latas vetat Concilium. 41

Abbas vel Prior in odioſis appellationẽ monachi non venit regulariter, præſertim vbi eſt probabile diſponentem de ipſis non ſenſiſſe. 42

Excommunicatio Papalis, eum qui eam denunciat, aquè ac alios comprehendit, ſi ſit in eadem culpa. 42

Regularis literas dans, vel accipiens pro 43 *pretetarius dici tunc debet, quando literæ ipſæ datæ & receptæ reputari ſolẽt vt bonum aliquod pecuniarium, ſecus ſi reputentur res nihili. & nu.44. & ſeq.*

Regulari non licet reliquata diſtribuere 46 *in pios vſus, niſi cum certa portio pro victu & veſtitu aſſignatur, quia tunc in dubio uidetur ita data, vt reliquata poſſit in pios vſus diſtribuere, &* 48. *niſi aliunde conſtet de contraria Superioris intentione: quia tunc non poterit diſtribuere.nu.47.48.*

Licentia dandi ſuperflua pauperibus regu- 48 *lari, virtutis magis, quàm vitij occaſio eſt.*

Legatum monacho, donec prælati eo ad ſuos 49 *vſus uti eis permiſerint, valet: an autem expediat ordini illud repudiare, vel nõ, ex diuerſitate circunſtantiarum per prudentia regulas diffinsendum. nu.52.*

Proprietarius eſt, qui occultè vel contra vo 49 *luntatem prælati aliquid tenet.*

Regulari bona temporalia ut ita aſſignen- 50 *tur, vt ſine Superioris ſui regularis uel Papæ licentia de illis in ſuos, vel alienos etiam pios vſus, modo non agatur de extrema neceſſitate, diſponere licitè poſſit, nulla cautela, vel via fieri poteſt. & 51.*

Papa omnium monachorum ſuperior, im- 51 *mo & omnium Chriſtianorum, concurritque, cum omni Prælato in iuriſdictione.*

Intellectus ſtatuti Carthuſiani de nouitio- 53 *rum donationibus.*

Regularis de licentia Prælati pro Miſſis di 54 *cendis quid capere poteſt ad vſus licitos præſertim certos impendendum.*

Prælati ad arbitrium impendi cenſetur, 55 *quod de illius licentia impenditur.*

Peccatum omne mortale ante communio- 56 *nem confitendum.*

Intelle-

57 *Intellectus Carthuſiani ſtatuti de reuelan do proprietatis peccato.*

58 *Confeſſionem iteret, qui peccatum mortale non fuit confeſſus, niſi obliuione uel ignorantia excuſetur probabili.*

59 *Confeſſori eidem confitenda reſeruata & non reſeruata, niſi in certis caſibus.*

60 *Abſolutus legitimè à reſeruatis cum iuſtæ obligatione illa iterum Superiori, confitẽ di, tenetur ſecunda uice illa cum cæteris poſtea commiſsis, uel prius oblitis, integrè confiteri ſacramentaliter.nu.61.*

62 *Vicarij altertus factum, in ijs, ad quæ ſua poteſtas ſe extendit, cenſetur ut factum* A *ab illo, cuius eſt uicarius. & 63.*

62 *Commendatarius abbatiæ, ſeu cui libera Eccleſia adminiſtratio eſt conceſſa, poteſt omnia quę titularis, immo & poteſt eſſe delegatus, ſed non poteſt alienare immobilia.*

64 *Conſenſus tacitus prælati ex communi uſu* B *ab eo ſcito, & non contradicto colligitur.*

CONSILIVM III.

Illuſtris admodumque Reuerende in Chriſto Pater, & Domine mi per quam colende.

AGnoſco in primis, uir multis nominibus ſuſpiciende, culpam in reſpondendo ad te adeo tardè admiſſam: tametſi excuſari poſſem ob frequentiſſimas à multis orbis partibus quæſtiones vt decidam, miſſas, & multitudinẽ, granitatemq; dubiorum, quæ tua hæc epiſtola in librum iuſtum aucta continet, ſuper omnia verò phraſim elegantiſſimam, verborum & rerum ſelectarum copia, & apta œconomia redundantẽ: cui parem referre nequirem, etiam nactus D tempus ad id iuſtum, opportunum, & vacuum, quale vix mihi viuenti continget. Et quidem iam putare cœperam, quòd tanta tarditate ſtomachatus, non ſemel dixiſſes: nolo reſponſum tantæ tarditatis felle amareſcens. At quando tua iſta ænea in Chriſto patientia perſeueras etiamnum idem, qui cum ſcripſiſti fueras, &, deſideras noſtrum quãlibet aridum de terra ſitienti promanans reſponſum, accipe id quod cũ hoc epiſtolio ad te dãmus, implorata ope ſãcti Spiritus ſummi, & æterni Dei noſtri cui dies hic Pẽtecoſtes ſacer eſt, in quo & ipſe profuſis gaudijs totus in orbe terrarum mũdus exultat; damus inquã, non quidem quale tu ſperas largiſſimè de illius largiſſimis fontibus hauſtũ, ſed qualem per quampiam ſtillam de ſua immenſa bonitate mihi non maiora merenti dignatus fuerit ſtillare benignus.

Ad epiſtolam tuam elegantiſſimam ineleganter reſponſurus, admoneo te primum, vir candidiſſimè, non iuſtè mihi tribui titulum Doctoris V.I. quoniã etſi prius & maiore tempore incubuerim iuri Cæſareo diſcendo, quàm iuri Pontificio: quamuis item vtrunque docuerim in Gallijs, munus tamen Minerualе, quod vocant Doctoratum, iuris tãtum Canonici petere auſus fui, id autẽ bis, ſemel in Gallijs, & iterum Salmanticæ illius legibus ad id coactus, eo q. Decretorum cathedra fui donatus. Deinde gratias ago tibi maximas, quod memineris illius perſancti uiri, Domini Frãciſci à Nauarra Archiepiſcopi olim Valentini, & quod me quoque illius memorem feceris, ne ſuus è noſtro unC quam labatur pectore vultus. Simul doleo, quòd literæ, quas admones ad me datas, in quibus me aliqua in Enchiridio meo confeſſariorum expedientia monebas, ad me nõ peruenerint, quod meminerim. Voluptati enim non mediocri fuiſſet eas legiſſe, eiſque reſpondiſſe, tuaque memoria magis fruitum fuiſſe. Gratias itẽ, quam maximas poſſum, ago eidẽ æterno Deo, Spirituiſancto, quod dignatus fuerit inſpirare tibi tantæ religionis & eruditionis uiro, ut mea ſcripta tam vulgari ſermone, quã Latino edita legere dignareris, & te legiſſe ingenuè profitearis: ſed cãdor caritatis (quæ non æmulatur) id tibi (gratia eidẽ Spirituiſancto) præſtitit. Omiſſis igitur multorum ſtatutorum tenoribus ſuper proprietate Illuſtriſſimi veſtri ordinis damnata dictatorum, quæ ad memittis (ſuper quibus multa eleganter pro tua eruditione, quaſi aliud agens, tangis, & ſine vlla hæſitatione decidis) reliqua proponam breuiter, & ſingulatim, ut breuior & clarior reſponſio ſubijciatur.

PRI-

PRIMVM igitur dubium, an iustitia illius statuti Illustriss. ordinis Carthusiani, quòd obligat proprietarios summæ excedentis summam trium solidorum ad confitendum, vel reuelandũ illud Priori intra certa tempora sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ, & quod ab ea iam incursa non possit absolui nisi à Priore iterata confessione, defendi possit.

1 Ad quod respondeo primò, quòd pro parte negante facit, quòd nemo humana lege obligari potest ad confitendum iterum peccatum semel legitimè confessum, vt & nos post alios ibi citatos diximus in Man.conf. [a]

a cap.9. in princ.

Secundò, quòd nemo tenetur ad restituendum bona pecuniaria cum iactura suæ famæ, arg. c. [officij,] [b] & traditus nos post alios in reper.c.[inter verba,] [c] & tangimus in d. Man. [d]

b de pœnit. & remiss. c 11. q. 3. concl.6. oorolla.70. nume.865. & seq.

Tertio, quod excommunicatio non est ferenda sine præuia monitione, iuxt. c. [sacro,] [e] & c. [constitutionem,] [f] cum suis concordantijs.

d cap. 16. nu. 33. & seq.

2 Quibus tamen non obstantibus, tenenda est pars affirmatiua, quam tu uir eruditissime tenes. Tum quia præfatum statutum dicitur esse factum ante circiter quingentos annos, & à nullo sanctissimorum, eruditissimorumque uirorum eiusdem ordinis (quales multi fuerunt in uestra omnium religionum optima) vsq, ad hæc tempora iniustitiæ damnatum fuit, & ita obseruandum, [g] donec contrarium esse iustitiæ, auctoritate authentica, uel efficaci ratione probetur. [h]

e de sententia excom. f eo. tit. li.6

g Arg. c.de libellis. 20. dist.

h Arg.c.cõsuluisti. 2. q.4. & l.illud. ff. de peti. hæred.

Tum quia non obligat peccantem ad confitendum bis idem peccatum in sacra confessione, cùm faciat proprietario facultatem satisfaciendi ei etiã per reuelationum externam, saltem antequam in excommunicationem incidat.

3 Tum quia potest quis de suo consensu obligari ad confitendum iterũ peccatum semel legitime confessum, vt tu eruditissime diligentissimeq; probas, allegando etiam nos in hoc post alios in c. [fratres,] [i] per tex. satis in hoc aptũ, in extrauag. [inter cunctas,] [k] & in Manu. [l] & constat monachum qui consentit seruare Chartusiana statuta, consentire etiam obligationi, si quam illa imponunt, ad confitendum bis idem peccatum. Tum quia non est inutilis, sed valdè utilis, vt illa confessio fiat intra, vel extra sacram confessionem Priori ob pulchras considerationes tuas.

i nu.30.de pœn.dist.5. k de priuilegi & c.ultimo de pœnit. dist. 6. nu.111. l cap. 9. in princ.

4 Nec obstat dicere contra eas, quod confessarius perinde debet tractare cõfitentem, ac si nihil per suam confessionẽ nouisset, & consequenter non esse utile monasterio, vt sciat Prior illum, aut illum fuisse proprietarium per confessionẽ sacrã, ad hoc, vt posset illi denegare officia, vel munera, quæ præbẽt occasionẽ peccandi peccatum proprietatis. Rũderi enim potest, negãdo, quòd eodem omnino modo teneatur se habere: quia quoad multa potest habere aliter pp illam scientiam, quam sine illa, vt nos latius probamus in c. [sacerdos.] [m] Non enim est verum, quòd aliqui dicunt, cõfessarium scire vt Deum tantùm, & non vt hominem: quia verè scit vt homo, per nostra scripta d.c.[sacerdos.] [n] vbi specialiter diximus, posse cõfessarium iuste & non eligere aliquem in præfatum, vel aliud munus propter scientiã priuatam alicuius criminis, vel defectus quam haberet per solam sacram confessionem.

m nu.146. de pœnit.dist.6. n nu. 143. seq.

5 Tum quia ét religiosus pót restituere ordini suo damna, quę per proprietatis peccatũ intulit ei, per illos modos, quos nos scripsimus in tract. de reditib. eccles. [o] & tetigimus. P. Ex quibus unus & facilis est per reliquationes aliquas honestas de ijs, quæ honestè impendere possunt, quas facilè facere possunt q 34. mittuntur ad aliqua negotia longè peragenda, & etiam alij manentes in monasterijs, licet non tam facile, procurando, vt aliqua pars opsonij, & vini, quæ ipsis vt alijs sunt propinanda, non propinentur eis, neq; educantur ex cõi cellario, sed maneant, ibi, licet ea ipsi honeste comedere, & bibere possent.

o q.2.mon. p q.3. mon.

6 Nec obstat, quod, vt infra dicetur, ca netur per statuta illius ordinis, quod monachi tenentur reddere cõitati oĩa, quæ in vestibus, cibis, & alijs rebus necessarijs eis datis superfuerint: quia illa intelligi possent quoad effectum non distribuendi ea in alios vsus: nec nos diximus, quod ipsi possent ea dare alijs, sed tantum cõitati: nec mens statutorum videtur fuisse tollere ipsis facultatẽ reliquandi pro suarum animarum exonerationem

ratione in vtilitatem monasterij, cùm ex eo nullum penitus præiudicium ei eueniat. Et si hoc fuisset ab statuẽtibus petitum respondissent idem, & consequenter habendum est pro statuto, argumento glossæ singularis & receptæ. [a] Tum denique quod ad oppositа facilè respondeti potest.

a l.tale pactum. §. qui aduocauit. C. de pactis.

Ad primum quidem respondent 2. & 6. fundamenta propositi nostri.

Ad secundum aũt respondetur dupliciter: Primò quidem concedendo, quod nõ est facienda restitutio boni pecuniarij cum notabili iactura famæ, negando tñ ꝙ in præsenti dubio agatur de restitutione. Non enim quæritur, an monachus proprietarius teneatur restituere, sed solum an teneatur iterum confiteri id, quod semel legitimè tenebatur confiteri, & est iã legitimè sorte cõfessus. & à diuersis non fit illatio. [b] Et ita non est bona illatio siue consequentia: Tenetur confiteri peccatũ, ergo tenetur restituere, nec econtrario: Nõ tenetur restituere, ergo nó tenetur confiteri, cũ in peccatis tantum mentalibus, & alijs impotentium restituere facile dentur antecedentia vera, & consequentia falsa.

b l. Papin. ff de min.

7 Secundo respondeti pót, concedendo restitutionem pecuniæ non esse faciendã cũ iactura notabili famæ, sed negando, quod confessio sacra peccati, qđ quis teneatur confiteri, inducat notabilem famæ iacturam: imò inducit reparationẽ & resartionem ipsius, iuxta illud, [Beati quorũ remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.] Quãuis enim illud in sensu proprio forũ Dei tãgat, bonitate tñ ipsius infinita fit, vt frequenter coram eo tecta etiã quo ad externum forum tegantur, & præterea secretum inuiolabilis sigilli confessionis efficit, vt nulla, vel certè minima dicatur infamia legitimè confitentis etiam grauissimum peccatum occultum.

8 Facit ad hoc, ꝙ detractio, qua quis suum verum peccatum prodit, ét extra sacrã confessionem, vt plurimum nõ est plus quam venialis, vt post alios tradidimus in præfato c. [inter verba.] [c] & in Manu. [d] facta autem in sacra confessione vt nullatenus est peccatum, ita certe nullam, vel minimam infamiam parit.

c conclu.6. nu.573. d cap.18. nu.27.

9 Ad tertiũ respondetur concedendo quidem, quod pp culpas præteritas, quatenus solum sunt præteritæ, non est ferenda excõicatio sine præmonitione, vt probant iura in eo citata, negando tñ quod pro futuris culpis non detur sine monitione, vel pro præteritis in hac forma, [Si nõ restitueris furtũ intra tale tempus,] &c. cum contrarium probet cap. [a nobis,] [e] cũ sufficiat vt præcedat culpa, mora, vel offensa, vt est casus expressus, ca. [Romã.] [f] Et in casu nostro præcedunt omnia tria, quãuis vnũ eorũ sufficeret, nã proprietarius offendit, tẽ sibi appropriando, [g] & cõmittit morã in non restituendo, cum fur semper sit in mora, [h] & in culpa, quia non est cõfessus intra terminum sibi à statuto præstitutũ: & ita potuit optimè statutum excõmunicare proprietarium, si intra tale tẽpus non manifestaret, eo modo quo tenebatur, per præfatum. §. [caueat.]

e c. eod. tit. f §. caueat. de sent. ex. com. lib. 6. g c. cum ad monasteriũ. h c. cum ad mona. de stat. monac.

SECVNDVM DVBIVM est, quantæ quantitatis appropriatio sufficiat ad hoc, vt monachus Cart husianus iure dicatur mortiferum peccatum proprietatis admittere.

10 Ad quod respondeo primum, esse quosdam (vt tu inter cæteros eruditissime Michael verè eruditissimè refers) qaiunt sufficere quamlibet minimã, modo ea mente accipiatur, uel retineatur, ut uelit eam sibi appropriare: ita quod occultans vnum denarium, siue quatrinum, vel volens habere illum clam, nolente Superiore, peccat mortaliter. Pro quibus facit ca. fi. [i] vbi Hieronymus sic ait, [Fur autem non solùm in maioribus, sed in minoribus, etiam iudicatur, non enim quod furto ablatum est, sed mens furantis attenditur. [& iterum in fine sic] In furto quantumcunque quis abstulerit, furti crimen incurrit.

i 14. q.6.

11 Secundo illud Augustini. [k] [Nullũ peccatum adeo veniale est quod nõ fiat criminale dum placet] & Beda relatus ĩ præfato. §. [criminis,] vĩ definire mortale esse, quod peccatur ex deliberatione: cui fauet illud Ciceronis Paradoxõ, quòd æqualia sunt peccata.

k 25. di. §. criminis.

Tertio, quod S. Thomas expresse videtur dicere, [l] quod furans aliquod minimum mente nocendi domino eius, peccat mortaliter.

l in 2. 2. q. 66. artic. 6. ad 3.

11 Quarto, ꝙ oẽ mendacium forma-

le, siue dictum intentione mentiendi vt aliquibus esse mortiferum, ergo & omnis appropriatio formalis, siue cum intentione appropriandi erit mortalis.

Quinto, quòd omnis proprietas, siue volũtas appropriandi in vniuersum est vetita monachis, [a] & voluntas appropriandi vnum denarium est proprietas, & voluntas appropriandi: ergo est ét illa vetita, & contra legem uetãtem prohibitam; & consequenter ut mortifera, & quod uotum de non bibendo uinum per quancumq; ipsius potationem uiolatur: uotum item faciendi aliquid quamlibet minimum uiolatur non faciendo illud, secundum omnes. At uiolatio uoti mortifera est, iuxta cap. [uouentibus,] [b] & colligitur ex S. Thoma. [c]

13 Sexto urget grauiter statutũ eiusdem ordinis positum in 2. parte statutorum antiquorum, [d] disponẽs, quod monachi defuncti in proprietate duodecim denariorum & infra, non sepeliantur in cœmiterio, aut sepulti exhumentur. Ex quo palam colligitur, eum qui admittit proprietatem summæ minoris summa duodecim denariorum, debere carere sepultura Ecclesiastica, qua tamen non debet carere quis ob peccatũ ueniale, [e] c. [pro obeuntibus,] [f] & glossam, [g] quatenus significant, eos solos, qui noscuntur in mortali peccato mori, esse priuandos sepultura Ecclesiastica, & meritò, quia peccatum ueniale nõ excludit gratiam Dei, & caritatem eius, qua saluamur, iuxta S. Tho. receptum, [h] pro quo nouus textus. [i] Concil. Trid. & qua ratione carere debet sepultura proprietarius summæ undecim, uel decem denariorum minoris summa duodecim denariorum, eadem debet carere proprietarius unius denarij, cum nullæ illarum quantitatum efficiant quantitatem notabilem, cuius furtum dicatur mortiferum, per ea quæ mox dicemus.

14 His tñ non obstantibus, quæ uerè non obstant, contrarium est tenendum, scilicet quod appropriatio unius denarij, uel pluriũ non facientiũ quantitatẽ notabilẽ non facit monachum Carthusianum peccati mortiferi reum. Tũ ob illam rationem firmam, q̃ licet omnis transgressio præcepti obligantis sub pœna peccati mortiferi sit mortifera regulariter, fallit tamen, quoties unũ de tribus concurrit, s. rei paruitas, subreptio, uel defectus iudicij ad id sufficientis, vt post S. Tho. in diuersis locis post alios tradidimus in Manu. conf. [i] At in transgressione præcepti de nihilo sibi appropriãdo per appropriationem unius denarij occurrit paruitas rei, ut palã est: ergo illa non est mortifera. Tum quia lex monachorum de nihil appropriãdo sibi nõ est fortior, quã lex Dei de nihil furãdo, nec adeo fortis: quia hæc est lex naturalis, & diuina sine ullo facto humano mediante obligans, illa uerò est humana, aut certè diuina, mediante facto humano, s. uoto obligans, ut palam est. At transgressio legis de non furãdo excusatur à culpa mortali propter rei exiguitatem, iuxta S. Thomam ab omnibus receptum. [k] Tum quia transgressio legis tẽperantiæ exigua non est mortalis, ebrietas enim una uel altera, licet sit transgressio legis sobrietatis, quæ tẽperantiæ species est, non est mortalis, iuxta c. [unum,] [l] à contrario sensu. Tũ qa inter minuta & uenialia peccata numerat Augustinus, [m] comedere, aut bibere plus quam oportet. Tum quia ét transgressio parua legum caritatis, affabilitatis, & mansuetudinis inter eadem minuta & uenialia numerat ibidem idẽ Augustinus in illis uerbis, [Quoties aliquis in cibo, aut in potu plus accipit, q̃ necesse est.] Tum quia etiam inter minuta & uenialia ponit idẽ Augustinus, [n] transgressiones paruas legum benè loquendi, & tacendi, imò caritatis, & affabilitatis, per illa uerba: [Quoties plus loquitur, quàm oportet, plus tacet, q̃ expedit, quoties pauperes petentes exaspherat.] Tum quia qui cantat, uel recitat Horas canonicas, non peccat mortiferè propter omissionem unius uel alterius uerbi, nec unius uel alterius uersiculi, sine contemptu, secundum oẽs, & traditimus nos in Enchi. de oratione. [o]

15 Tum deniq; quia cõtraria opinio nimis accedere uideretur ad hæresim Lutheranorũ, asserentium omnia peccata esse mortalia, & nulla uenialia. Equidẽ arbitror actũ fore de omnibus nobis, si per exiguitatem & paruitatẽ non excusaremur à culpa mortifera: cũ palam sit in bona parte nostrarũ actionum inueniri

a c. 2. & c. super quodam. & c. cum ad monasterii. §. ff. de statu monach.

b 17. q. 2.

c 2. 2. q. 88. art. 3.

d c. 31. §. 9.

e Et cap. nõ æstimemus. 13. q. 2.

f c. ex parte 2. de sepult.

g 2. 2. q. 24. art. vlt.

h in cap. 5. sess. 14.

i c. 11. n. 4.

k 1. 2. q. 88. art. 5. & 6. et 2. 2. q. 58 art. 4.

l §. cæteris. dist. 25. in d. cap. §nũ. §. quæ autem sunt minuta.

m in d. cap.

n in eod. §.

o Super ca. quando. de consecr. dist. 1. c. 10.

niri aliquos defectus paruos circa substantiam earum, vel suarum circunstantiarum, iuxta illud. [a] [Et quasi pannus menstruatæ uniuersæ iustitiæ nostræ.] & illud. [b] [Si dixerimus, quod peccatũ nõ habemus ipsi nos seducimus.] Quis enim nostrum omnia & singula errata paruà confitetur speciatim, & numeratim, vt mortifera, scilicet proponendo expresse, vel virtualiter, potius mortẽ subire, quam eorum aliquod iterare? quod tamen teneremur facere, iuxta ea quæ latius tradimus. [c]

Ad primum oppositotũ rñdetur, cõcedendo cum D. Hieronymo, furtũ rei ét paruæ esse furtum, vt Hieronymus ait: negãdo tñ esse mortiferũ, quod ille non ait: concedendo item quod non est attendenda tñ quantitatis rei furto subtractæ, quantum mens subtrahentis, vt dicit Hieronymus, quia frequenter quis capit rem notabilem alienam, & nõ cõmittit furtum. pp mẽtem, qua capit, putans probabiliter illã subtractionẽ dño placituram, [d] frequẽter item quis capit rem paruam, propter quam, non peccat mortiferè, sed sic propter mentem, qua eam capit, volens capere eam, ét si esset notabilis quantitatis: declarando item illud Hieronymi in fine argumenti citatum intelligendum esse de furto notabilis quantitatis, aut facto cum mente notabilem quantitatem furandi.

16 Ad secũdum respõdeo, quod illud dictum Augustini, [Nullum peccatum est adeo ueniale, quod nõ fiat mortale, dum placet, [non põt intelligi sine aliqua restrictione: alioquin enim probaret, q̃ omne peccatum ex deliberatione procedens esset mortale, quod est cõtra oẽs Catholicos, & in ijs contra S. Tho. [e] per cuius dicta est restringendũ, vt solum procedat in eo, cui placet peccatũ veniale cum contemptu legis, contra quam est illud veniale: nos autẽ loquimur de transgressione parua legis sine contẽptu eius. Ad dictum Bedæ rñdetur restringendum esse, sicut præfatũ dictum Augustini, vt etiam restringit ipsemet magister Gratianus, [f] vbi ea ita: alioqui enim probaret omne peccatum veniale deliberatè admissum esse mortiferum, quod est contra omnes Catholicos, vt prædictum est.

a Esa. c. 64.

b 1. Io. n. 1.

c in cap. 1. Man. conf.

d leg. inter omnes. §. rede. ff. de furt.

e 1. 2. q. 74. art. 9.

f in d. §. crimin.

A 17 Ad tertium respondetur, q̃ Caietanus animaduertit difficultatem dicti S. Thomæ, & ait esse intelligendũ de illo, qui furatur minimũ non solum simpliciter animo nocendi domino illius, sed etiam notabiliter: qui quidem intellectus, licet ipse nõ dicat, satis clarè colligitur ex solutione ipsiusmet S. Th. qui nisi sic exponeretur, secum pugnaret, contra l. [vbi repugnantia.] [g] g ff. de reg. iur.

Ad quartum respondetur negando, q̃ omne mendacium formale sit mortiferum: nemo enim Catholicorum id vsquam dixit, vt satis colligitur ex vtroque Thom. 2. 2. q. 100. art. 2.

B Ad quintum conceditur omnem voluntatẽ appropriãdi esse monacho peccatum, sed negamus omne tale peccatũ esse mortiferum, vt & omne animal est animal, sed non rationale. Eodẽ mõdo respondetur ad voti violationẽ, scilicet, quod eius violatio est peccatũ, sed non mortiferum: quia per exiguitatẽ desinit esse mortifera, sicut furtũ, & quælibet alia transgressio præcepti minima.

Ad sextum vario eruditoq̃; modo respondes tu Michael, & negari non põt vrgere multum, nisi dicamus literã incuria librariorũ vitiatam habere, [infra,] pro [vltra.] qđ grauiter conijcis, ex eo q̃ statuta nouissima nondũ typis excusa sic habent: Quãquam dici põt, sed non ita germanè, quod est intelligendũ de illo monacho proprietario rei minimæ, qui ex aliquot cõiecturis præsumitur per contemptum legis, vel animo maiora appropriãdi eam appropriasse.

TERTIVM DVBIVM, quantæ quantitatis appropriatio requiratur, vt ob eam monachus Carthusianus censeatur mortifere peccare.

D 18 Ad quod respondeo primo, q̃ sufficit & requiritur tanta quantitas, quãta sufficit & requiritur, vt aliquod furtũ laici sit mortiferum: vtrunque enim est furtum, quia vtrunq; est cõtrectatio rei alienę inuito domino: quę est definitio furti, [h] & vtrunque est illicita vsurpatio rei alienæ. [i] Et cõsequenter ratio, quare vtrunq; aliquando censeri debeat esse mortale, est, quod vtrunque sit contrectatio illicita rei notabilis.

h leg. 1. ff. de furt.

i c. pænale. 14. q. 5.

Secundo respondetur, q̃ magna cum deliberatione respõdimus ante circiter

Universidad de Deusto
Biblioteca

50. annos, id qđ postea scripsimus super hoc in commentario c.fi.[a] quorũ summam inseruimus.[b] Manu. conf. vbi tenuimus quantitatẽ minorẽ quarta parte vnius Iulij, vel regalis Hispani nõ cõstituere notabilẽ quãtitatem, sed sic dimidium Iulij, vel regalis, & quod non damnarem eum, qui teneret mediã inter quartã & dimidiã non esse notabilẽ. Pro qua mea opinione multum facit quoddã statutum Carthusianum citatũ à te vir diligentissime, quo probaẽ appropriationem vnius solidi Gallici (qđ nõ excedit, nec hodie omnino attingit quartã partem regalis Hispani, siue Iulij) esse sufficientem ad priuandum sepultura monachũ id sibi appropriantẽ, & consequenter esse mortiferũ: cũ pp veniale non priuetur quis sepultura.[c] Nunc autem, quia ab eo tpe in hoc vsq; multum abundauit pecunia numerata in bona Europæ parte facile consentirẽ opinioni, in qua tu quoq; vir doctissime inclinas, nẽpe, nec furtum, nec appropriationem minoris quantitatis, quam trium solidorum, siue quartarũ regalis, vel Iulij, esse mortiferum.

19 Quin & augerem vsq; ad vnum Iulium, vel regale, nisi quoddam statutum vestrum expresse haberet appropriationem vltra valorem trium solidorũ esse dignam excõmunicatione, & consequẽter mortiferam.[d] Quamuis respondemo. & cap. ri posset, tàm illud statutũ, quàm aliud nullus. 11. præfatum de priuante sepultura ob appropriationem valoris vnius solidi, fuisse quidem iusta tempore quo facta fuerunt, non autem adeo hoc nostro, quo multum viluit pecunia numerata: & forte iustè mutari posset: q credo non facile persuasum iri ordini vestro, paupertatis voti quamobseruantissimo.

QVARTVM DVBIVM cõtinet aliquot scrupulos circa statuta,[e] quorũ tenor est, qui sequit,[f] [Statuto irrefragabili duximus ordinandum, vt quicumq; subditus, monachus, redditus, & conuersus crimen furti, vel alienationis commiserit, seu proprietarius extiterit vltra valorem triũ solidorum Turonensium, & illud suo Priori saltem temporibus contentis in statutis cõfiteri, vel reuelare scienter neglexerit: hoc est, p̃sens vsq; ad diem Cœnæ inclusiuè, & absens vsq; ad diem octauum reuersionis ad domum suam post prædictũ terminum, similiter inclusiuè, ipso facto, hoc est elapsis dictis terminis, excõmunicationis sententia, quam in his scriptis ferimus, sit ligatus, à qua non possit absolui, nisi per proprium Priorem, vel eo absente, per Vicarium, vsque ad dicti Prioris aduentũ, cui necessario erit cõfessio iteranda, & ab eo absolutio exigẽda.] Et aliud,[g] omisso principio sic habet: [Ego F.N. Prior, aut Vicarius, siue Rector huius, vel illius domus, vigore & virtute sententiæ latæ, vt præmittit, à dicto Capitulo generali, excommunicatos denuncio omnes tàm monachos, quàm cõuersos, quam etiam redditos, professos huius domus, ac de mandato ordinis ibidem hospitantes, qui occultandi animo, vel celandi vltra ualorem trium solidorum prædictorum retinuerint, donauerint, accommodauerint, vel modo quolibet alienauerint, donec mihi illa reuelauerint, & à me beneficium absolutionis meruerint obtinere.

20 Pro quorum complanatione dico primo Capitulum gñale, & Priores ordinis Carthusiani proculdubio habere potestatem excõicandi subditos suos, quia hñt iurisdictionem spiritualem in foro exteriori super eos, qualẽ qui hẽr, omnis põt excommunicare, vt diximus in Man. conf.[h] per notata in ca. [cum ab ecclesiarum,][i] & in clem. 1. iuncta glossa sua singulari,[k] & alia ibi citata.

21 Secundo, q Capitulum generale non statuit, q Priores excommunicent proprietarios, sed tantum ut denunciẽt eos excommunicatos uirtute sui statuti, ut palam exprimitur ubi supra.[l] Et q certum est longe differre denunciationem ab excommunicatione.[m]

Tertio, quòd sicut nõ iubentur Priores excommunicare proprietarios, ita nõ excommunicant eos, sed solum denunciant, ut palam continetur consequenter.[n]

Quarto, q hæc consequitur, præfatos Priores denunciando uerbo tãtum proprietarios esse excõmunicatos, non incidere pœnam suspensionis, quę contra excommunicantes uerbo tantum fine scriptis profertur.[o]

22 Quinto, quòd Capitulũ gñale uidetur excommunicare non solum monachos, & conuersos, sed etiam donatos plenè, qui deferunt habitum aliquem differentem à sæculari, licet non deferant tam diuersum, ac conuersi. Tum quia statutum excõmunicat subditos, & huiusmodi donati sunt subditi, ſm communem doctrinam.[a] Tum quia eadem vel maior ratio suadet excommunicare hos, qui diuinis parum seruiunt, quàm monachos, qui multum.

Sexto, q etiam Priores uidentur denunciare huiusmodi plenè donatos, & aliquẽ habitũ deferentes. Tum quia nõ solum denunciant monachos, & cõuersos, sed etiã redditos. Tum quia redditorum appellatione non video, qui alij possint in illa denunciatione contineri. Non.n. memini canonem, qui hac uoce in hoc propositũ vtaẽ. Tũ quia Capitulum generale uidetur excõicare illos, vt prædixi, quia excõmunicat subditos, & redditos: & ipsummet Capitulũ iubet Prioribus,[b] vt suam sententiam denũcient in præfata Dominica Palmarum.

23 Nec obstat, q illi donati non possunt dici proprietarij, cũ non emiserint votũ paupertatis. Tum quia licet strictè sumpto uocabulo non debeant dici proprietarij, largè tñ sumpto possunt dici tales: & dispositio etiam aliqua ex parte odiosa ob identitatem, vt ita dixerim, vel maioritatem rationis extenditur ad cõtenta sub uerbis eius largè acceptis, iuxta doctrinam Dominici, & Franci,[c] saltem cũ probabiliter conijcitur id uoluisse disponens, vt in casu proposito conijcitur Priori esse animũ denũciandi omnes, quos Cap. excommunicat, & illud, vt diximus, uidetur excõicare illos, cum excommunicet oẽs subditos, quorum de numero sunt hi.

QVINTVM DVBIVM, an monachus Carthusianus occultans, furans, uel impendens sine sufficienti licentia vltra summã trium solidorum, incidat in excommunicationem, siue illam occultet, furetur, uel impendat vna sola uice, siue duabus, siue decem, uel uiginti, aut pluribus uicibus.

24 Pro parte negante facit primo, q qui minutatim multis uicibus capit, aut furatur aliquot minima, quorum nullũ separatim efficit quantitatem notabilẽ, licet coniuncta efficerent talem, nulla uice peccat plusquam uenialiter, vt post alios diximus in Manua. confess.[d] quod ipsum tenuit Sotus,[e] dummodo nulla uice iam inde à principio, uel postea habuerit animum capiendi notabilem quantitatem, vt etiam ibi tradidimus. At ob peccatum veniale nemo debet excommunicari.[f]

Secundo, q nullum furtorum prædictorum minutorum obligat furantem ad restitutionẽ sub pœna peccati lethalis, quia exiguitas rei non solũ excusat à culpa mortali, sed etiã ab obligatione restituendi rem acceptam, ſm mentem omnium: pro qua videẽ esse ratio hæc irrefragabilis, scilicet quod licet ſm Innocentium III.[g] non multum intersit inter inuadentem rem alienam, & interter detinentem illam, intereſt tamen aliquid, vt idem ipse significat: ita quod aliquanto grauius peccat inuadendo, & capiendo, quàm qui retinet inuasum, cęteris paribus, quia si quis furando aliqd non peccat nisi ueniale, à fortiori non restituendo non peccabit mortale.

Tertio, quòd nos ipsi uidemur dixisse in c. [inter uerba,][h] quòd nemo tenetur respondere ad excommunicationem latam contra eos, qui furati sunt, nisi furtum sit mortale.

25 Pro parte affirmante facit primo, q in præfato statuto,[i] exæquat capere vna uice vltra summam trium solidorũ, & capere ea pluribus uicibus: uerba eñ eorum sunt hæc. [si vltra ualoré triũ solidorũ Turonensium simul, uel per partes alienauerint, vel retinuerint, &c.]

Secundo, q licet qui fecit multa furta minuta singulatim sine animo nocẽdi notabiliter, non teneatur restituere illa, donec omnia coniuncta faciant notabilem quantitatem, postquam tamen peruenerint ad illam, sic, vt & nos post alios diximus in Manual.[k] & tradit Sotus.[l] Ergo, licet non posset excommunicari, quia furatus est, potest tamen excommunicari, quia nõ restituit, cum id non faciendo, mortiferè peccet.

Tertio, quòd licet is, qui fecit multa furta minuta, non peccet plusquam uenialiter, donec faciat illud, per quod additum efficiunt illa furta notabilẽ quãtitatem, peccat tamen mortaliter faciendo

a 14.q.6. cap. 17. à nu. 3.

b In cap. Sit priuilegia. de priuileg. & c. nõ dubium, de sent. excom. & ca. 1. de so. comp.

c Arg. cap. pro obeuntibus & c. nõ æstimemus. 13.q. 2. & glo. notabilis c. ex parte 2. de sepult.

d Arg. c. nemo. & cap. nullus. 11. q. 3.

e c. 5. §. 12. 13. & 14.

f §. 12.

g §. 14.

h c. 27. n. 5.

i Et c. quam to de of. ord.

k de reb. ec cles. nõ alie.

l §. 13.

m c. pastoralis. de appell. l. 1. §. verũ. hares palã. §. 1. ff. de test.

n in §. 14.

o in c. 1. de sent. excom. lib. 6.

a In cap. 1. de tempor. ord. lib. 6.

b in §. 13.

c in cap. 1. de tempor. ord. lib. 6.

d c. 17. nu. 140.

e lib. 4. q. 7. art. 3. de iu. sti. & iu. & lib. 1. q. 3. art. 3. ad tertium.

f c. nemo. c. nullus. 11. q. 3.

g c. sæpe, de rest. spol.

h conclu. 6. nu. 470.

i c. 5. §. 12.

k d. ca. 17. nu. 140.

l vbi sup.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciendo illud, vt exprimit Sotus, [a] & ita potest excommunicari, nisi omnia illa restituat. Per quæ tria fundamenta videtur præfatum dubium resoluendum esse in partem affirmatiuam, iuxta communem opinionem, quam sequuti fuimus in præfato Manual.

a In d. art. 3. ad tertiũ.

26 Ad duo prima opposita responderi potest primo per fundamenta pro parte affirmatiua formata. Secundo, q̃ monachus Carthusianus sponte sua se obligauit ad seruãda sua statuta, & ideo licet iure communi nõ teneretur ad restituenda furta minima multis vicibus surrepta, iure tamen speciali ad id teneretur, vt supra in primo dubio diximus teneri eum ad confitendum aliq̃n bis idem peccatum iure suo speciali propter suum consensum.

Ad tertium respondetur, q̃ ego [b] loquor de illo, qui non peccauit mortaliter furando, & si furatus esset vsque ad notabilem quantitatem, eo forte q̃ probabiliter credebat eius subtractionem placiturã dño, iux. l. [inter oës,] [c] non aũt de illo, q̃ post multa furta minima, quæ nõ ptingunt ad notabilẽ quãtitatẽ, facit aliud, p quod pertingat ad illã: quia is faciendo illud peccat mortifere.

b in d. c. inter verba, nu. 480.

c §. qui rectè. ff. de furt.

27 Quamuis aũt hęc opinio probabilis sit, & communiter recepta, ideo & à nobis, [d] probata: verior tñ vt profecto sequens, quã fundant quinq; sequentia. Primum, q̃ nemo peccet mortiferè coram Deo propter furtum rei minimæ, nisi expressè, vel virtualiter intenderit inferre damnum notabile, etiam si per vltimum, penultimum, vel aliud additũ omnia coniuncta perueniant ad notabilem quantitatem: quia nullo iure naturali, diuino, nec humano efficaciter probari põt, q̃ furtum secundum, quartum, decimum, vel vlterius, quod de se propter exilitatem rei non est pluſquã veniale, fiat mortale pp furta præcedẽtia venialia, si nec expressè, nec virtualiter, seu tacitè habuerit animũ nocendi in pluri, quàm furabat, cum veniale additum veniali etiam in maximo numero non faciat mortale, secundum S. Thomam, [e] communiter receptum.

d in d. c. 17

e 1. 2. q. 88. art. 4.

Secũdum, quòd nemo, qui nõ peccat pluſquã venialiter furando, tenetur restituere aliquid illorum, quæ sõlum venialiter peccando furatus fuit, quia magis peccat quis furando, quã retinendo furtum, cęteris paribus, & ideo qui non peccat pluſquam venialiter furando, nõ peccabit pluſquam venialiter non restituendo illud, cęteris paribus. [f]

f Arg. c. sape. de restit. spol.

Tertium, cõtingere posse, quòd vnus tribus vel quatuor vicibus furãdo notabilem quantitatẽ intra viginti dies non peccet mortiferè, nec ad restituendum obligetur: & quod alius eandem quantitatẽ furãs in tribus annis peccet mortiferè, & teneatur restituere: quia fieri põt, vt quis intra viginti dies furetur aliqua minuta, quæ coniuncta facerent notabilem quantitatem, cũ minori memoria aliarum vicium, quibus furaretur, q̃ alius, qui totidem vicibus intra tres annos furaretur notabilem quantitatem: & quòd memoria furti prioris, vel posterioris faciat multũ ad hoc, quod fur habeat expresse, vel virtualiter animũ nocendi in pluri, quàm tunc furatur.

Quartum, quod præfata statuta Carthusiana possent restringi ad illos tñ, qui multis vicibus vltra summã triũ solidorum sic acceperunt, quod expressè, vel virtualiter illud nocumentũ aliqua illarum vicium inferre intenderunt, vel præsumuntur intẽdisse: quia fieri põt: quòd monachus Carthusianus aliquo tpe aliqua minima capiat sine vlla memoria postea capiendorũ, & immemor eorum, quæ cepit, vel capturus est, capiat alia minima sine vlla mente nocendi monasterio in pluri, quàm tũe capit.

Quintum, quòd licet hæc sint vera in foro interiori, tñ in foro exteriori præsumetur huiusmodi monachus, vel alius homo, qui fecit huiusmodi minima furta multis vicibus vsq; ad quantitatem notabilem, quod in aliqua earũ habuit animum expressum virtualem, vel tacitum nocendi notabiliter ei, cui talia furaretur, & quòd per hoc conciliari possunt opiniones contrariæ, scilicet, quod hæc posterior nostra sit vera in foro Dei, quod sola nititur veritate, [g] & prior communis in hominum foro, quòd multum iuuatur præsumptione. [h]

g c. multi. 2. q. 1.

h c. tua. c. is qui. de spõs.

Sextvm Dvbivm, an monachus Carthusianus, qui cepit aliquã rem sine sufficienti ad id licentia de bonis monasterij, quam non põt restituere,

re, quia omnino perempta est, vel donatarius, cui data fuit, abijt nunquam reditutus, vel in extremam & perpetuam incidit paupertatem, aut ob aliquam aliã rationem incidat in excommunicationem præfati statuti, si iuxta formam illius id non manifestet.

28 Pro parte negante facit primo, quod frustra expectatur euentus, cuius nullus sequitur effectus, [a] de manifestatione peccati nullus sperari posse vt effectus in casu proposito, cum in eo nulla speretur restitutio. Secundo, quod accessoriũ sequitur principale, [b] & excõicatio lata contra non restituentem vt ac cessorium ad restitutionem: cum ergo impotentia & inopia excusent à peccato non restituendi, [c] excusabit quoque ab excõmunicatione ob omissam restitutionem; cum adeo sit eius accessoriũ, vt iustus restituere sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, non incidat in illam, si restituere nequit, per ea quę latius tradimus in d. Manu. [d]

a c. cũ contingat. de offic. deleg. l. ad probationem. C. de probat.

b ca. accessorium. de regul. li. 6. cũ suis concordantijs.

c l. nam is. ff. de dolo. ca. Odoard. de solutio.

d cap. 17. nu. 60.

29 Non obstantibus his, contrarium est tenendum, vt tu ipse neruose comprobas. Tum quia, non quæritur in dubio proposito de excommunicatione lata contra non restituentem, in qua procedunt argumenta præmissa, sed de lata contra non manifestantem, qui se sua sponte saltem tacitè obligauit ad manifestandum. Tum quia monachus Carthusianus, & quilibet alius religiosus multis modis potest restituere monasterio, quod læsit, vt supra diximus citrã do dicta nostra in tract. de reditib. [e] Tũ quia monachus per suũ consensum potuit obligari ad obseruanda statuta sui ordinis, ad quæ seruanda iure cõi non esset obligatus, vt in primo dubio diximus de obligatione ad confitendum bis idem peccatum. Tum quia manifestatio præfati peccati proprietatis non est inutilis, & superuacanea, ẽt si per illam nulla speraretur restitutio. Põt enim prodesse, vt supra dictum est, ad hoc, vt cautius committantur munia, quæ præstãt occasionem appropriandi, & vt magis timeat appropriare, ne subeat onus se prodẽdi Priori. Nec obstat, q̃ nos alibi diximus non esse prodendum peccatorẽ iam correctum Superiori, ad cauendũ futurum lapsum, quia illud est verum,

e q. 2. mon. 20. & q. 3. mon. vlt.

attẽto solo iure communi, hoc autem, quod dicimus, procedit attẽto iure speciali præfati statuti Carthusiani.

Septimvm Dvbivm, an monachus Carthusianus, qui appropriauit vltra summam trium solidorum, & postea fecit restitutionem sufficientem ante lapsum termini ad manifestandum Priori præfixum, incidat in excommunicationem propter omissam manifestationem intra terminum ad id præfixum.

30 Et quidem pro parte affirmante facit primò, quod paria videntur esse non posse restituere, & restitutionem esse factam, quo ad hoc, vt non teneatur quis furtum à se, vel ab alio factum manifestare, per ea quæ nos latius diximus in c. [inter verba,] [f] vbi definire videmur non teneri quem ad manifestandum furem, qui iam restituit, vel non potest restituere, propter monitoria de manifestando à Superiore proposita, & in proximo dubio diximus teneri monachũ Carthusianum ad manifestãdum appropriationem male à se factam intra terminum ad id præfixum, etiam si res appropriata nullatenus posset restitui; ergo tenebitur, licet iam restituerit.

f Concl. 6. coroll. 65. aliàs 66.

Secundo, quod statutũ prędictum excõicat omnem proprietarium, siue qui proprietatis peccatum admisit vltra valorem trium solidorum. At qui illud admittit, licet rem appropriatã restituat, non potest dici nõ fuisse proprietarius: ergo videtur comprehendi in eo.

His tñ non obstantibus, contrarium videtur tenẽdum. Tum quia monitorio Epıscopi de manifestando furto non ligatur, qui restituit illud, neq; qui nouit ipsum iam esse restitutum, per ea quæ diximus in c. [inter verba.] [g] Tum quia diuersa sunt appropriate, & appropriatum non manifestare Priori, & statutũ præfatum non excõicat appropriantem solum, sed appropriantem, & non manifestantem id, quod deberet manifestare: & qui restituit rem appropriatam ante manifestandi terminum, desinit habere rem appropriatam cum obligatione manifestandi eam, & consequenter desinit esse obligatus ad rescindendam proprietatem per manifestationẽ, quia priuatio præsupponit habitum, [h] & quod non est, dissolui non potest. [i]

g Concl. 6. corolla. 65. & aliàs 66 11. q. 3.

h l. decem. ff. de verb. oblig.

i c. ad dissoluendum de despõsa impube.

Universidad de Deusto
Biblioteca

31 Tũ quia legis, quæ dupliciter aptè E intelligi põt, benignior intellectus est accipiendus. [a] Et ideo licet prædictũ statutum aptè posset quoad verba forsitan intelligi de illo, qui est, aut fuit tm̃ proprietarius, benignius tm̃ intelligitur de illo tm̃, qui fuit, & est proprietarius tẽpore manifestationis, vt palam est: ergo tantùm debet intelligi de illo. Tũ quia vtilior est is intellectus monasterio, & animæ proprietatis, qm̃ est incitamentum ad hoc, vt proprietarius per, se vel per amicos ante tempus manifestandi restituat rem appropriatam aliquo illorum modorum, quibus diximus monachum restituere posse, [b] quoniam item est consolatio monacho ad excusandũ pudorẽ, quem cum nulla, vel parua vtilitate monasterij aliàs est passurus. Tũ quod est lex pœnalis, & ideo restringenda. [c] Tum deniq; quod non est credendum Patres illos pientissimos, qui statutum illud composuerunt, fuisse adeo tetricos, & saxeos, vt non posset eos mollire, & cõtentos facere iusta restitutio, quę etiã crudeles quosque, ac militares homines mollit, & reddit contentos.

a leg. benignius. ff. de legib.

b vbi supr.

c ca. pœna. de pœnit. di stin. 1.

Ad prius oppositorum respondetur, negando quod paria sint restituere, & G non posse restituere, per ea ipsa, quæ ip se dico in d.c. [inter verba.] [d]

d Corollar. 65. vel 66.

Ad posterius respondetur, negando quod statutum prædictum debeat intelligi de quolibet, qui est, vel fuit proprietarius: sed tantùm de eo, qui fuit, & non desiuit esse proprietarius per iustam restitutionem tempore manifestationis, per rationes supradictas.

OCTAVVM DVBIVM, an Priores prædicti ordinis Carthusiani possint remittere suis monachis obligationem manifestandi sibi appropriata, ita quod propter omissam manifestationem non H incidant in excõmunicationem, & sufficiat eis confiteri sua peccata proprietatis confessarijs electis per bullã Cruciatæ, vel alijs habentibus potestatem absoluendi à reseruatis Prioribus.

32 Et quidem pro parte affirmatiua facit, quod Priores videntur posse dare suis monachis facultatem donandi ea, quæ ipsi possent iustè donare, & impendere, vt nos tradimus in cõm. 2. [e] & consequenter habere pro rectè impensis ea quæ sui monachi impenderunt, vel donarunt, quo facto videtur facta restitutio, quia restitutio, & remissio, siue condonatio debiti exæquantur, iuxta cap. [peccatum,] [f] adiuncta glossa, [g] cum similibus.

e de reg. iur. per c. nõ dicatis. 12. q. 1. num. 23. & seq.

f de reg. iur. lib. 6.

g verbo restituatur.

Sed vr̃ respondendum primo, quod præfati Priores per nullam remissionẽ suam excusantur ab obligatione faciendi denunciationem, quam debent facere in Dominica Palmarum. Tum quia iubentur id facere per præfatum statutum. Tum quia, etiam si nullus fuerit proprietarius toto illo anno, tenẽtur tm̃ ipsi facere illam denunciationem, cùm nesciãt nullũ talẽ esse: & præfata remissio ad summum non potest efficere, nisi quod sui monachi desinant esse coram Deo proprietarij, quod non põt Prior certò scire, nisi per manifestationem.

33 Secundò videtur respõdendum q̃ Prior non potest ratam habere dispensationem suorum monachorum, nisi fuerit facta in utilitatem monasterij, & vsus pios, vel iustã remunerationẽ, quia (vt dixi in prædicto Comm. [h]) non habet ipse Prior facultatem dispensandi in alia: & nemo dat quod non habet. [i]

h nu. 23. & seq.

i cap. quod autẽ. de re patr. l. si vniuersa. C. de legat.

Tertiò, quod Priores nõ viderentur rectè facere, nisi monachis suis generaliter remitterent appropriata & impensa sine sua licentia, quia darent occasionẽ delinquendi, contra c. [ex parte,] [k] & contra l. [conueniri.] [l]

Quartò, q̃ si Prior remitteret eis appropriata, & impensa, vel occultata sine ipsius sufficienti licẽtia, valeret remissio quoad impensa in vtilitatẽ monasterij, vel in pios, aut iustos remuneratorios vsus, non autem quo ad impensa, vel occultata in alios, & ita nõ tenerẽtur manifestare suas appropriationes magis, q̃ si restituissent: quia per respõsum ad septimum dubium, qui restituit ante terminum manifestandi, nõ tenetur manifestare, alij autem, qui in alia impendissent, tenerẽtur manifestare, vel restituere ante terminum, aliàs inciderent in excõmunicationem, per supradicta.

Quintò, quòd vero propius videtur non posse Priores remittere suis monachis obligationem manifestandi eis suã appropriationem. Tum quia interest ordinis, vt illa fiat eis ob respectus supra

pra tactos. Tum quod totus ordo videtur reseruare illam Prioribus ratione industriæ illorum, quod uidetur facere illam indelegabilem. [a]

a c. fi. §. cæterum. de offic. deleg.

NONVM DVBIVM, an Priores Carthusiani possint alijs confessarijs subdelegare potestatem absoluendi monachos proprietarios à peccatis proprietatis, & ab excommunicatione incursa ob omissionem non reuelationis eorũ iuxta statuta ordinis faciendæ?

34 Ad hoc respondeo affirmatiuè, qđ sic, attento iure communi. Tum quia iure Pontificio omnia, quæ pertinent ad iurisdictionem, sunt delegabilia, iuxta B glossam memorabilem & receptam. [b] Tum quia quædam alia solemnis glossa etiam recepta, [c] tenet, quod oẽs, qui possunt absoluere ab excommunicatione virtute iurisdictionis delegatę à Principe, aut concessæ in priuilegium perpetuum ratione dignitatis, aut officij, aut virtute alterius ordinariæ potestatis, possunt cõmittere alijs. Et constat hmõi priores habere iurisdictionem ordinariam in suos monachos, & potestatem absoluendi ratione suarum dignitatũ, [d] & per statuta ordinis, quæ etiam sunt leges particulares, [e] nescio autem an aliquo statuto particulari ordinis à Sede Apostolica probato id eis uetetur.

b in c. peruenit. 95. d. c in c. fi. de off. iud. del.

d c. cum ab ecclesiarũ prælatis, & c. quãto. de offi. ord. e l. oẽs populi. ff. de iust. & iur. & c. cum oẽs. de constitutio.

35 DECIMVM DVBIVM, an monachus Charthusianus absolutus à peccato proprietatis per bullam Cruciatæ, teneatur ad reuelandum illud priori. C

Respondeo, quod sic: quia absolutio à peccato proprietatis non tollit obligationem ad manifestandum illud priori, per responsum ad primum dubium.

VNDECIMVM DVBIVM, an absolutus per bullam Cruciatæ ab excommunicatione incursa, eo quod non denunciauit intra certum terminum id, quod D iubebatur denunciare per edictum Superioris, incurrat nouam excommunicationem, si non denunciauerit post terminũ lapsum, quam cito commodè poterit, quod eum facere debere diximus in Manua. cunfes. [f]

f cap. 27. nu. 46.

36 Respondeo primo, q̃ quæstio videtur præsupponere, falsum, scilicet, q̃ excõicatus potest absolui per bullam Cruciatæ sine præuia satisfactione: contrarium enim videtur verũ, quod affirmat A Sotus, [g] pro quo facit glossa singularis solemnis, & alia quam ipse non citat, [h] cõiter recepta, præsertim à Fel. [i] quę habet, non valere actum ab eo, cui data, est potestas faciendi illum, adiecta certa forma, si non seruat eam, nec habet aliunde potestatem, qua illum faciat. Et confessarius electus per Cruciatam accipit potestatem absoluendi, adiecta forma præuiæ satisfactionis, & non habet cõiter aliunde facultatem absoluendi: vnde hinc ipse Sotus infert, quod non potest quis absolui ab excõicatione per cruciatam ante satisfactionem, etiamsi omnino impotens sit ad satisfaciendũ.

g in 4. dist. 22. q. 2. art. 3. cancl. 2. b in cle. 1. ver. inhibẽtes, de iure patr. i in cap. ex parte. col. 4. de const.

Secundo, respondeo, quod etiam si confessarius per bullam Cruciatæ electus haberet potestatem absoluendi ab excommunicatione non potentem satisfacere, non tamen posset absoluere monachum Carthusianum ab excommunicatione incursa propter omissam manifestationem, antequam eam faceret. Quia licet non habeat potentiam restituendi appropriatum, & male dispersum, habet tamen potentiam manifestandi appropriationem: & ita non posset illum absoluere non faciendo illud, propter cuius omissionem excommunicatur.

37 Nec obstat, quòd absolutio facta mandato Papæ, cum mandat aliquem absolui secundum formam iuris, non seruata illa, valet, ut etiam nos diximus in præfato Manu. [k] etiam si fiat ab eo, qui aliunde non haberet potestatem absoluendi, licet contrarium sit regulariter verum per præfatam glossam singularem & communiter receptã, [l] quia illud intelligitur, quando Papa facit mentionem de forma iuris, non animo inducendi nouam formam, sed modo inducendi formam inductam, argumento dictorum Innocent. [m] quem probat glossa magna communiter recepta, [n] at Papa per bullam Cruciatæ facit mentionẽ de præmittenda satisfactione animo in nouam formam, quod colligitur ex eo, quod priuilegium Principis intelligendum est sine præiudicio tertij, [o] & si priuilegium præfatum Cruciatæ aliter intelligeretur, præiudicaret innumeris, & grauissimè.

k cap. 27. nu. 37.

l in clem. 1. verbo inhibentes. de iur. patr.

m c. fin. de præsumptio.

n in cle. 1. de offic. del.

o leg. 2. §. si quis ab prin cipe. ff. ne quid in loco publ. fiat, eod. de offic. deleg.

38 Non obstat ét, quod non est faciẽda,

Universidad de Deusto
Biblioteca

de satisfactio iudici, vt Sotus ibi dicit. Tum quod non potest suum probari dictum, nisi quoad pœnam nondum impositam, iuxta glossam singularem, [a] quã didicimus ab Aretino. [b] Tum quod in nostro casu Prior est vt pars. Tũ quod ipsemet ad id esset verum quando non potest satisfieri mandato, non autem quando potest, & perfidia durat, & potest ab ea recedi, ut in casu nostro, in quo monachus licet non posset satisfacere statuto restituendo appropriatum, potest tamen satisfacere illi manifestando, vt prædictum est.

a Cl.2.§.1. verbo officij de hæret.
b l.4. §. Cato. in princ. de verb.obl.

DVODECIMVM quid dicendum sit super diuersitate Iobelęorum, quę emanarunt à fęl.rec.Pio V. & à S.D.N. quo ad absolutionem à censuris, cum priora significent posse quem absolui per illa quo ad forum conscientiæ tantum, ante satisfactionem, & non quoad forum exterius, per posteriora vero non, etiã quoad forum conscientiæ, nisi quo ad effectum indulgentiæ quærendæ.

39 Rñdeo, quod memini facere, quædam verba cum fęl.rec.Pio V. super duritia formæ absoluendi a cẽsuris Iobelæis suis insertæ: quod forte fuit in causa mutandi in alias formas, & tandem visum est & quidem recte S.D.N. Gregorio XIII. quod absoluantur quidẽ oĩno quoad momentum, quo quæritur indulgentia, sic tñ vt statim reincidant etiam omnino, etiam quoad vtrunque forum in easdem censuras, vt euitet ut grauissimum præiudicium quod fieret his, in quorum fauorem essent illę latæ, etiam per absolutionem quoad forũ conscientiæ tantum, cum per eam debitores lõgè negligentiores fierent ad soluendũ, videntes se quo ad Deum absolutos.

DECIMVMTERTIVM, an monachus Carthusianus furans aliquid ab exteris ad vtilitatem monasterij peccet bis, aut semel cum circunstantia necessario cõfitenda ob transgressionem legis de non furando, & voti paupertatis.

40 Respondeo quod non, quia non frãgit votum paupertatis: quoniã per illud solum vouit nil sibi quæsiturum, immo nec appropriaturum sine licentia superioris, per ea quæ nos latius scribimus in comm.1. de reg.[c] & is, de quo quæritur, nihil sibi vult quærere, nec appropriare: si aũt furaretur aĩo quętendi, vel appropriandi sibi, bis peccaret, vel saltẽ semel cum circunstantia necessario cõfitenda, per ea quæ diximus in Manua.[d]

c Super ca. cui portio 13.q.1.nu. 33.
d cap.6. nu.3.

DECIMVMQVARTVM, an statuto Carthusiano excommunicanti monachum appropriantem vltra valorem trium solidorum, & non reuelantem id intra tempus in eo præfixum, aduersetur Cõcil. Trident.[e]

e Sess. 25. c.3. de ref.

41 Respondeo, quod facile cuipiam videri potest vera pars eius affirmatiua. Tum quia proœmium illius ca. probat excommunicationem non esse pro re leui ferendam, ergo nec pro omni re valorem trium solidorum non excedente: cum is valor qui non pertingit ad valorẽ vnius Iulij Itali, vel regalis Hispani satis leuis censeatur. Tum quod dispositio illius c. expresse prohibet, ne pro leui furto manifestando feratur excommunicatio, & præfatum statutũ profert illã pro re triũ solidorum manifestãda.

Sed contrarium est dicendum. Tum quia ca. illud inducit ius nouum, quod colligitur ex illo verbo [statuimus,] quod est signum iuris noui, iuxta glossam,[f] quam cum alijs citat Felyn.[g] Et ita non extenditur ad præterita.[h] Statutum autem præfatum ante multa sæcula fuit editũ. Tum quia c. illud loquitur de excommunicationibus ferendis ab homine, & non de latis à iure, quarum de numero est illa, quæ à statuto præfato fertur. Tum deniq; quod ex verbis ipsius planè colligitur Concilium noluisse per illud alterare excõicationes à iure ante illud latas: & in dispositionibus maxime attendenda est mens disponentis,[i] per quas considerationes in oppositum adducta soluuntur.

f in Cle. fi. verb. declaramus. de rescript.
g in ca. decernimus. h ca. vlt. de constit.
i l. in conditionibus. ff. de cond. & demonst. c. fi. de prob.

DECIMVMQVINTVM, an Prior Carthusianus, qui male appropriat, vel impendit vltra valorem trium solidorum, & non manifestat intra terminum, quẽ Capitulum præfato statuto præfixit, incidat in excommunicationem.

42 RESPONDEO, quòd facile cuipiam videri potest vera pars affirmatiua. Tum quod Abbates & Priores sunt monachi,[k] vt tradit Panormitanus communiter receptus.[l] Tum quod Abbas, vel Prior malè dispendens, vel occultans res monasterij, peccat contra votum

k c. fi. de fi. mon. l c. quoniã Abbas. de offic. deleg.

uotum paupertatis, & sit proprietarius æque, vel plus quam monachus, argumento c. [cum ad monasterium.[a]] & tradit Ioan. Maior,[b] ergo æquè, vel magis debet esse excommunicatus. Tum quia excommunicationem præfatã nõ ferunt Priores, sed Capitulum, generale, quod edidit statutum, quodq; tantã & maiorem iurisdictionẽ habet in priores, quam ipsi in monachos. Tum quod excommunicatio Papalis denunciata, per Episcopum merum denunciatorem ita ligat ipsum, ac alios Episcopos, vt & nos diximus in Manu.conf.[c] ergo cum Prior sit merus denunciator excommunicationis præfatæ, æquè ligabit ipsum, ac alios monachos.

a §. fin. de Statu mon. b in 4.dist. 38.q.9.
c cap.17. nu.6.

Sed contra est tenendum. Tum quia Capitulum generale per præfatum statutum solos monachos subditos videtur excõicare, quod colligitur ex illo verbo ipsius, [subditos.] Tum quod solum illum monachũ proprietarium excommunicat, qui suam appropriationẽ non manifestat suo priori: & prior non habet priorem, cui subsit, vt monachus simplex illi. Tum quod omnes, quos statutum excommunicat, prior denunciat & tamen ipse nõ denunciat nisi sibi subditos. Ergo Capitulum generale solos monachos, qui non sunt Priores, excõmunicat. Tum quia peccatum proprietatis vt plurimum fit occultando, quomodo prior rarò peccat, vt palam est. Tum quia, licet appellatione monachi veniat Abbas in fauorabilibus, non tñ regulariter in odiosis, vt ibi communis concludit, præsertim cum est probabile quod disponens noluit eos comprehendere, vt post alios tradimus nos alibi.[d]

d in d.c.fi.

43 DECIMVMSEXTVM, an monachus Carthusianus dans, vel recipiens literas sine prioris licentia, peccet peccatum proprietatis.

Et quidem pro parte affirmãte facit primo c. [non dicatis,[e]] quatenus habet, esse grande peccatum accipere, vel dare literas sine licentia. Prælati: cuius vnam rationem diximus ibidem videri esse, quod frangit votum paupertatis, in quantum dispendit papyrum monasterij dando literas, & appropriat papyrum literarum ad se scriptarum recipiẽdo illas occultas.

e 12.q.1.

Secundo faciunt illa verba[f] Augusti ni. [Si quis rem sibi collatam celauerit, furti iudicio condemnetur.] & nemo negare potest literas rem aliquam esse, licet parua: & quamuis paruitas rei surreptæ excuset à culpa mortifera, iuxta S. Tho.[g] non tamen excusat à furto uenia li, vt & supra dictum est in responso ad dubium secundum.

f c.9.eius dẽ regulæ. g 2.2.q.5.

44 Tertio, quod licet alia ratione; nẽpe inobedientiæ, datio, & receptio literarum posset dici esse peccatũ, nõ ideo desinit esse tale ob istam, cum idem peccatum multis rationibus possit esse tale furtum enim, quo sibi monachus quęrit aliquid, maxime de rebus monasterij, non solum est peccatum, quia vetatur lege naturali & diuina Decalogi,[h] sed etiam quia per illud frangitur votũ de non volendo aliquid sibi appropriare, contra d.c. [non dicatis,][i] per quam rationem diximus in dicto comm.[k] quod licet nuncia, & literæ vt plurimũ æquentur, iuxta c. [vbi periculum,][l] hac tamẽ ratione differũt, quod literæ possunt esse res in se pecuniariæ, quales non sunt nuncia.

h Exod.20. i 12.q.1. k in d.n.13 l §. nulli. de elect. lib.6.

Quarto, quod per hanc eandem rationẽ possunt solui omnia illa argumenta, quibus neruose hanc conclusionẽ tu eruditissime oppugnas: illa enim probant hanc literarum dationem & receptionem posse dici peccatum inobedientiæ, sed ex eo non infertur non posse dici peccatum proprietatis.

45 Quare vt respondendum, quod si charta literarum data, vel recepta, adeo est inutilis, vt nil penitus valeat cõi æstimatione. eius datio, vel receptio nõ est peccatum proprietatis, cum non sit appropriatio, vel dispensatio boni pecuniarij, per ea quę diximus in d. cõ. 1.[m] si autem valet notabili precio, æstimatis saltẽ characteribus auratis, aut alijs imaginibus affabre depictis, & illustratis, eis datio uel receptio erit peccatũ proprietatis, ẽt mortiferum: si aũt charta cũ scriptis & depictis in ea fuerit parui valoris, erit quidem peccatum proprietatis, sicut & furtũ pecuniæ similis valoris, sed non mortiferum, per responsa dubio tertio. Ex quo inferri põt primo, quod huiusmodi datio & receptio non sit vllum peccatum, vel tantum veniale

m de regu. num.13. & seq.

Universidad de Deusto
Biblioteca

niale proprietatis, etsi magnum inobedientiæ.

Secundo, q̃ aliqua datio, vel receptio literarum occulta non erit tanquã peccatum proprietatis manifestandum superiori, & tñ toties multiplicata, vt excedat valorem trium solidorum, esset manifestanda, ſm communem opinionem, quam tamen in responsione ad dubium secundum diximus esse multum quo ad forum conscientię limitandam.

46 DECIMVMSEPTIMVM, an monacho Carthusiano liceat ea, q̃ sibi supersunt de ijs, quæ ad se alendum tribuuntur, in opera pia pro suo arbitrio dispendere.

Circa quod tu erudite, eleganter, & copiose spatiaris quædam dicta nostra probãdo, & in dubiũ reuocando quoddam, quod nos dixisse aliqui arbitrantur in tract. de redit. eccles.[a] & tu addis temperatũ fuisse idem à nobis in Apologia illius libri.[b]

Secundo, quod ego nunquam dixi, nec somniaui vlli monacho simplici licere præfata superflua in eleemosynã, vel alia pia opera sine licentia prælati expressa vel tacita conuertere, vt latissimè declaro in d. comm.[c] sed quod illud licet ei, quando dãtur ei aliqua pro sua sustẽtatione ad aliquod negotium peragendum, ea lege, vt nihil amplius petere possit à monasterio, neque monasterium ab eo, siue plus, siue minus impẽdat: & quod data regulari in suum victum, & vestitum, videntur in dubio ita data, vt honestè reliquata possit in vsus pios impendere, eo quod tacitè uidetur dari sibi ea facultas.

47 Tertio, q̃ monacho Carthusiano simplici nullam habenti administrationem, & intra suum monasterium degenti, non licet vlla talia reliquata in eleemosynam, vel in alia pia opera sine licentia impendere, quoniam ordo iste vester huius voti paupertatis obseruantissimus habet multas constitutiones, quas ipse citas, per quas expresse prohibetur eis illa facultas, & expressim præcipitur, vt omnia quæ illis superfuerint ex cibo, & vestitu, reddant communitati, & consequenter nullam habent ad id licentiam expressam, nec tacitam, nec vllum est eis ad hoc dubium, immo præceptum expressum illi cõtrarium, quod etiam nititur iure communi, vt nos vbi supra diximus.[d]

48 Quarto, q̃ in alijs regularibus, quibus non est tale præceptum contrariũ, & dat̃ singulis certa quantitas pecuniæ, panis, vini, & obsonij, ita q̃ nõ dabitur eis plus, licet plus impendant, nec minus, licet minus impendant: videtur eis ita in dubio dari, vt possint impendere reliquata in illas eleemosynas, & in illa pia, in quę ipse Prælatus iuste potuisset, quia vt illa facultas tacitè eis data, si tñ per sua statuta, vel alia iusta Prælatorũ præcepta restringeretur eis expresse, (vt scio in quodam illustri monasterio expressum fuisse) ne vltra certam summã etiam de reliquatis possent in pia opera impendere sine licentia Superioris, nõ liceret eis vltra illam summam eleemosynam facere, quia sunt extra casum dubium, cum expresse sit eis id vetitum.

Quarto, q̃ negari non põt facultatẽ tacitam vel expressam impendendi honeste reliquata in opera pia, esse magnã occasionem abstinentiæ, sobrietatis, parsimoniæ, & continentiæ, modestiæ, humilitatis, imò & caritatis, quæ perfectionis vinculũ est. q̃uis ẽt confitendum sit, eandem esse quibusdam incitamentum aliquod cupiditatis, & terrenæ cogitatiõis, sed illa facile sopit pietas, & amor Dei, & proximi pauperis, pp. quem subtrahit suæ carni, & voluptati aliqua, q̃ seruient alterius consolationi, fami, & paupertati q̃uis item palam sit, conuenientius esse per se religionis perfectioni, vt tota in pauperes, & in opera pia distributio sit penes ipsos priores, & simplices monachi reliquationi honestæ per abstinentiã, sobrietatem, & alias virtutes p̃fatas, amore boni cõis augendi, & distribuẽdi ad pia per Præfatos, tã topere studerent, ac si reliquata per ipsosmet essent in eadẽ pia distribuenda.

DECIMVMOCTAVVM, an sit vera cõis illa resolutio Bartoli & aliorum,[e] scilicet, quod legatum factum monacho, do nec Superior permiserit ei uti in suos priuatos vsus, & non vltra, valeat.

49 Respondetur quod sic. Tum quia id nulla lege naturali vel diuina, veratẽ, cũ talis vsus non sit voto vlli solemni, nec simplici cõtrarius, ut palã est. Tum quia nulla ẽt lege humana id uetatur, cum

[a] q. 1.
[b] q. 1. n. 30.
[c] & c. non dicatis. 12. q. 1. nu. 1.
[d] n. 41.
[e] in l. Lucius. §. tres haredes. ff. ad Trebell.
[d] nu. 8.

cum ille solus monachus à Ioan. Andr. communiter recepto,[a] dicatur proprietarius, qui tenet occultè, vel contra uoluntatem Superioris aliquid, & præfatus monachus per dispẽsationem hmõi legati nil tenet occultè, neque contra voluntatẽ Superioris, quippe qui sciens & prudens vsum illius ei permittit.

50 An autẽ aliqua, quæ iusta fuerit, cautela possit inueniri, per quam tribuatur alicui monacho aut monachæ facultas aliquid in usus suos, vel alienos pios quos ipsi uolent, absq; licentia Superioris expressa, vel tacita licite impendendi? Et pro affirmante facit primo prędicta resolutio cõmunis super glossam.[b]

Secundo, quod contra nullam legem naturalem, diuinam nec humanam videtur esse donatio inter viuos, vel ultima voluntas, qua quis donat alicui monacho vel monachæ aliquã quantitatẽ diurnam, menstruam, vel annuã, donec permittitur illi à Superioribus suis vsus eius in suas necessitates, vel alia pia.

Tertio, quod Papa frequenter concedit monachis pensiones super beneficijs sui ordinis, & etiam aliorum cũ facultate dispendẽdi eas in suos, vel alios pios honestos vsus, & quidem iuste, per cap. [nisi essent,] & adnotat ibi Pano. de præbend.

His tamen non obstantibus, contrarium est tenendum. Tum quia id uetatur in c. [non dicatis,[c] & in alijs locis multis in comm. eius à nobis citatis. Tũ quia non possunt duo contraria simul inueniri vera,[d] at contraria & repugnãtia sunt, quòd monachus per eundem actum contraueniat voto suo, & non cõtraueniat illi, vt palam est. Et monachũ uti aliquibus bonis absque licentia Superioris extra necessitatem extremam, & non transgredi votum suum solemne sunt contraria, vt patet: ergo pars affirmatiua quæstionis est falsa.

Ad primum oppositorum respondetur, concedendo quidem illam resolutionem communem in eo citatã, negando tamen quod ex ea inferatur monachum posse vti aliqua re sibi relicta sine consensu expresso uel tacito Superioris cum potius perdatur, & desinat eidem legatum, simul ac Superior voluerit, ut eo utatur.

Ad secundum respondetur, concedendo assumptum in eo, sed negando, vt dictum est ad primum, quod ex eo sequatur pars affirmatiua quæstionis propositæ.

51 Ad tertium, concedendo etiam id, quod in eo assumitur, sed negãdo, quòd qui monachus utitur aliqua re de consensu vel licentia Papæ, vtatur ea absq; superioris licẽtia cum ipse sit superior oĩum monachorum, immo & omnium Christianorũ prælatus primus, & maximus concurrens in iurisdictione cum omni prælato, vt S. Th. in opusc. contra errores Græcorum,[e] & Innoc. quem sequuntur omnes, præsertim Felyn.[f]

52 DECIMVMNONVM, an expediat ordini Carthusiano, vt Prælati eius repudient legata, quæ parentes, vel ălij cognati, aut amici fecerint monachis Carthusianis, vt eis utatur, donec Prælati permiserint ipsis vti eis ad vsus suos, vel pios, quos ipsi volent, & non ultra.

Ad quod (quia de illo erudite, religiose, ac eleganter disputas) nihil aliud respondeo, quã quod Prælati debent prudenter & serio pensare, an monasteriũ egeat, an abundet, & an per repudiationem exasperentur legantiũ filij, vel cognati, adeo vt auerterent aĩos ab amore ordinis, an itẽ monachi legatarij ob morbos, vel complexionis debilitatem egeant alimentis, vel medicinis extraordinarijs, an item sint tales, qui valde, & ad multum tpis scandalizarentur, eo q̃ non conceditur eis id quod licite sine ordinis damno cõcedi põt: an item sint ad prudenter dispendendũ propensi, an ad effundendum vane inclinati, & alias rerum legatarum, quantitatis, utilitatis, finis, & modi appositi circunstantias & secũdum illas acceptet illa, uel repudiet, vt Deo, proximis, & ordini uidebitur conueniẽtius. Tum quia non fuerit caritatis & prudentiæ illa ex abrupto repudiare.[g] Tũ quia fieri potest, vt sint aliqua monasteria Carthusiana similia quibusdam aliorum ordinum, in quibus vix panis, vinum, & vestitus de cellario communi exhiberi potest.

53 Non obstat ijs statutum,[h] quod a re proponitur cõceptum in hæc uerba. [Si nouitij, tpe quo professionẽ facturi sunt, libere aliquid, & sine omni pacto, nulla

[a] in c. cum ad monaste rium. de stat. regul.
[b] l. Lucius. §. tres haredes. ff. ad Trebell.
[c] cap. 66. & præcedenti, & seq.
[d] l. vbi repugnantia. ff. de reg. iuris. c. solicitudinẽ. de appell.
[e] nu. 2. in c. 2. de cõst.
[f] Arg. tit. de iure delib. ff.
[g] lorũ & C.
[h] c. 8. §. 4. 3. compil. Statutorum eiusdem ordinis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nulla præcedente petitione, dare voluerint, liberè accipi poterit, & iuxta dantis uoluntatem expendi, dum tamen talis voluntas non deuiet à rigore statuti nec per eam lapsus aliquis in ordine fiat. Vnde si vellent, quod ex re donata aliqua pitantia pro tpe, vel in perpetuũ danda conuentui, diebus quibus ex ordine pitantia nõ datur, vel quod aliquid alicui, vel aliquibus particulariter, & nõ ad cõem vsum & cõe commodum detur, aut quid simile, nullo modo debent audiri.] Hactenus statutum, cui dicitur concordare aliud.[a] Non inquam præfatum statutum obstat prædictis. Tũ quia loquitur de solis nouitijs, exorbitatque ab illo iure cõi, quod continet præfata resolutio cõis, de qua in decimoseptimo dubio, & ideo non debet extendi ad alios, in quibus saltem eadem ratio nõ idem suaderet.[b] Tum quia loquitur in casu, quo ex obseruantia modi donationi appositi lapsus regulæ timeretur, & prædicta intelliguntur extra illum casum. Tum quia statutum videtur loqui de modo & onere tendente ad delitias, vel superflua, vel saltem non necessaria vt eius exempla confirmant: prædicta vero de ijs, quæ tendunt ad necessaria, & vtilia monasterio, saltem per quandã consequentiam, quia releuant illud à dando illi monacho aliqua necessaria, in quæ ipse impenderet legatum.

a in c.5. §. 8. secundæ partis nouorum.

b Arg. cap. quæ à iur. de reg. iur. lib.6.

54 VIGESIMVM DVEIVM, an monachus Carthusianus de licentia & cõsensu Prioris possit accipere aliquas pitantias Missarum, impendendas in aliqua pia puta in libros, aut vestes sibi conuenientes, aut in illas, aut illas pauperum eleemosynas, &c.

Rõdeo quod sic, dummodo non impẽdat eas in alia, quia, vt nos diximus in comm. 2. de reg.[c] monachus de licentia prælati põt iuste impendere de bonis monasterij in illos vsus, in quos iuste posset ipsemet Prælatus. Nec obstat statutum,[d] quod à te proponitur cõcep tum in hæc verba: [Nulla ẽt persona ordinis per se, aut quamuis aliam interpositã personã Missis & alijs prædictis officijs, & beneficijs pecunias ẽt gratis oblatas, vel aliquid aliud ad suos vsus conuertendum sub pœna disciplinæ generalis, recipiat: sed si quid pro fidelium deuotione offeratur, illud cũ gratiarum actione, cessante omni pactione, recipiatur, & ad vsus, & cõmodum, non illius, cui offertur, sed totius cõitatis cõuertat ad prioris arbitriũ.] Hactenus statutũ.

c Super ca. nõ dicatus. 12.q.1.nu. 23.

d de quo in c.3. §. 20. 3. compila.

55 Non inquam id obstat. Tum quia loquitur simpliciter de accipiente pitãtiam, vel eleemosynam in usum suum: quæstio autem quærit de accipiẽte eam de licentia Prælati. Tum quia statutum ipsum continet, vt illa impendantur arbitrio prioris, & cõstat eius arbitrio impendi, quod de ipsius licentia impenditur, præsertim cũ vsus certus, in quem sunt impendenda, exprimitur ab ipso. Tum denique quod in vsum cõem videtur impendi, quod de prælati consensu in aliquem decentẽ vsum monachi impenditur, quia cum monachi sint potissima pars monasterij, cũ personę præsent rebus,[e] sequitur quod dictum est.

e l.2.ff. de statu homi.

56 VIGESIMVMPRIMVM, an monachus Carthusianus qui peccatũ mortiferum proprietatis admisit alienando vel occultãdo rẽ monasterij, teneatur illud confiteri, antequam misset, vel cõicet: an ita vt non sufficiat, quod confiteatur illud priori ante diem Cęnæ Domini?

l. si quaramus. ff. de test.

Respondeo quod sic. Tũ quia opinio vera & cõis etiam ante Conc. Trid. tenebat oẽ peccatum mortiferum esse confitendum ante sumptionem Eucharistiæ, iuxta glossam singularem,[f] quam nos late probauimus in summa,[g] & ante præfatum Concilium quod eam in canonem redegit, addens esse errorem cõtrarium eius.[h] Tũ quia nihil obstat statutum eiusdem ordinis in primo dubio relatũ, quatenus significat sufficere monachis præfati ordinis confiteri peccata proprietatis Priori ante diem Cęnæ Domini, qm̃ non statuit, nec potuit statuere contra ius diuinum, quod non teneretur confiteri illud ante sumptionẽ Eucharistiæ,[i] sed solum statuit, quod sit excõicatus, si non confiteatur, vel nõ reuelauerit illud Priori ante diem Cœnæ Domini: quod tam longe aliud est à præcedenti, quantum excommunicatio differt à peccato, pro quo illa fertur, & quantum necessitas confitendi sacramẽtaliter peccatum mortiferum, à necessitate confitendi sacramentaliter, vel reuelandi extra sacramentum Priori.

f c.sane. de celeb. miss.

g de pœnit. dist.5.

h cap.7. & can.11. sess. 13.

i c. sunt qui dam. 25.q. 1. & arg. c. inferior. 21 dist.

Tum

57 Tũ quia verus intellectus eius est quod qui monachus peccauit peccatũ mortiferũ proprietatis ante diem Cœnæ, & non confitetur illud sacramentaliter ante cõicationem corporis Domini, peccat quidem mortiferè cõicando ante confessionẽ, propter transgressionem legis diuinę de confitendo ante communicationem, sed nõ est ob id excommunicatus ante diem Cœnæ, sed si ante illum non confiteatur, vel non reuelet illud Priori, erit excõicatus, non quidem per legem diuinam, vel canonicam omnibus Christianis communem, sed per illud vestrũ statutum ordini vestro particulare. Tum quia, vbi lege Synodali cauetur, vt sit excommunicatus, qui decimas occultatas non manifestauerit parocho ante diem Assumptionis, ille qui occultasset illas mẽse Iulio, peccasset mortifere, cum occultauit, & etiã si communicat ante cõfessionem sacramentalem, licet non incidat in excommunicationem ante diẽ Assumptionis.

58 VIGESIMVMSECVNDVM, an prefatus monachus, qui omisit cõfiteri sacramentaliter peccatũ proprietatis mortiferum admissum ante aliquot mẽses, vel circiter vnũ annũ ante diem Cœnæ, & intra illud tẽpus confessus est frequenter, & missauit, communicauit, tacito illo peccato, quod proponebat confiteri priori ante diẽ Cœnæ, an inquam is monachus teneatur oẽs illas confessiones tanquã non integras itera re, iuxta notata per omnes,[a] quos nos quoque retulimus in Manu. confess.[b]

a c.omnis. de pœn. & remiss. et in 4. lib. sent. dist.17. b c.9.n.11. c de pœn. et rem. c.1.§. cautus. de pœn. dist.5.

Respondetur quod sic. Tum quia cõfessio, quæ nõ est integra omniũ peccatorũ mortiferorum, quorum memoriã habet nihil valet, vt habetur in c. [omnis,][c] & in decreto Eugenij Concilij Flor. & c.5. sess.14. Concil. Triden. Tum quia peccatum mortiferum proprietatis non excipitur à lege illa generali diuina, qua iubemur pœnitentes cõfiteri oĩa peccata mortifera, quæ admisimus, quorumque memores sumus qñ confitemur, iuxta præfata iura, & S. Tho. ab omnibus Catholicis receptũ.[d] Sicut autem obliuio aliorum mortiferorum facta iusta diligentia reminiscendi excusaret ab iteratione, ita & obliuio peccati proprietatis excusaret. quin &

d in 4. dist. 17.q.3. art. 4.

A si aliquis adeo simplex & ignorans esset, vt bona fide probabiliter secũdum conditionem suam putaret auctoritate forte, vel exemplo peritorum, quod per præfatum statutum leuabitur onere illud confitendi vsque ad diem Cœnæ, non peccaret tacendo illud, nec teneretur iterare confessionem tacito illo factam, argumẽto eorum, quæ de monacho simplici bona fide contraueniente dicit Cardin.[e] argum. item eorum, quæ nos diximus,[f] de illo, qui tacet in confessione aliquod mortiferum, quia non putat esse tale.

e Cle. 1. q. 3. de priu. f in d. Manua. cap. 9. nu. 12.

59 VIGESIMVMTERTIVM est circa statutum,[g] quo dr̃, in ordine Carthusiano confessarios expositos in absentia prioris à reseruatis cõfitentes ab eis soluere posse, ita tñ, vt iterum eidem priori reseruata crimina, quam primũ eius habuerint copiam, confiteantur. Dubium inquam est, an monachus, qui admisit peccata mortifera, tam reseruata, quam non reseruata, teneatur confiteri omnia, etiã reseruata præfato confessario exposito, an sufficiat confiteri ei non reseruata, & postea cum venerit prælatus, confiteri ei sola reseruata.

g de quo c. 6. §. 11. ter tua compil.

RESPONDEO, quod tenetur cõfiteri omnia præfato confessario, & postea iterum reseruata Prælato, cum venerit, quia integritas confessionis requirit, vt quorum memoriam habet vni & eidem confessario, nisi aliquot casibus, quorũ de numero non est hic, contineatur, iuxta S. Thom.[h] & quod confessario reseruatorum, & non reseruatorum fiat confessio, tenet idem S. Th.[i] & Sotus,[k] quorum dictum communiter receptum probat cap. [omnis,][l] licet Sotus in aliquot locis,[m] videri posset alicui contrarium tenere, nisi in dictis duobus locis,[n] aperte communem teneret, & satis sentit Concilium Tridentinum.[o]

B in 4. dist. 17.q.3. art. 5. col. 16. C cap.5. & can.7. sess. 14. D

60 VIGESIMVMQVARTVM, cir §. *cautus de* eadẽ statutum, an confessio monachi, *pœn. dist.5.* quæ in casu præfati statuti iterato fit Prælato, debeat esse sacramentalis. *art.5.*

h in 4. dist. 17.q.3. art. 4. i ar.5. col.12 k d.8. q.2. verſ. 4. igitur & melius Sotus col. 16. l de pœn. et remiſ. & c. Tridentinum. consideret. m videri n præſertim col. 16.

Respondetur primo, quod potest esse sacramentalis, & si fieret talis, oporteret Prælatum absoluere ipsum sacramentaliter, per quam absolutionem conferretur bona gratia sacramentalis,

n præſertim o cap.5. & can.7. ſeſſ. 14.

vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

a d. art. 5. col. 17. vt tradit Sotus,[a] quia licet ille non dicat, potest dici nouum sacramentum propter nouam confessionem peccatorum reseruatorum, cum etiam peccata semel confessa, & legitimè, ac penitus absoluta possint esse iusta materia sacramenti pœnitentiæ, sicut & venialia secundum omnes Catholicos.

Secundo, q̃ posset excusari hæc noua sacramentalis confessio, si à plato reuertente impetraret pœnitens cõmissionem absoluendi ad priorẽ confessariũ, vel alium, cui tũ videtur facienda sacramentalis confessio, quam deberet subsequi absolutio sacramentalis: quia huiusmodi commissarius subrogatur in locum prælati, & subrogatum debet sapere naturam eius cui subrogatur.[b]

b l. cũ qui. §. iniuria- rũ. ff. si quis cautio. & c. ecclesiæ S. Mariæ. Vt li te pendẽ.

61 VIGESIMVM QVINTVM, circa idem statutũ, an in casu præfati statuti teneatur monachus Prælato reuertẽti, vel commissario eius confiteri omnia peccata, quæ cõfessus fuit priori cõfessario, an sufficiat cõfiteri sola reseruata.

Respondetur, quòd sufficit confiteri sola reseruata, si post posteriorem omnium confessionem non admisit alia cõfitẽda, neque noue venit in memoriam aliquod prius commissum nondum legitime cõfessum, quia reliqua iam sunt penitus absoluta. Si autem admisisset alia noua, vel uetera nõ confessa in memoriam venerint, oportet etiam illa, quamuis non essent reseruata, confiteri cum reseruatis, quod quamuis non uideam ab aliquo tactum, probatur illa firma ratione, q̃ confessio sacramẽtalis debet esse integra omnium peccatorũ nondum cõfessorum, quorum habetur memoria: & per prædicta confessio reseruatorum debet esse sacramentalis, quando fit ad habendam absolutionem sacramentalem ab eo, cui fit illa.

c de quo c. 4. §. 23. 3. compila.

62 VIGESIMVM SEXTVM est circa intellectum statuti,[c] quod hẽt, ut Vicarius apud uos in ordine uestro priore posito eandem in spiritualibus potestatẽ habeat, quam Prior ipse, eamq; libere exerceat. Dubium inquam est, an monachus, qui peccatum proprietatis fuit legitime confessus, uel reuelauit Vicario huiusmodi, uel obtinuit absolutionem excõmunicationis ab eo, teneatur iterum cõfiteri, uel reuelare illud nouo priori, vel nouam ab eo impetrare absolutionem.

Respondetur quod non: quia idẽ tribunal, & eadem potestas & auctoritas fuit penes Vicarium, quę fuerunt penes priorem depositum, & quæ sunt penes priorem nouum, & ita facta à Vicario censentur facta a Priore. Tum quia facta per Vicarium Episcopi, quo ad ea in quæ sua potestas vicaria extenditur, censentur facta ab ipso Episcopo.[d] Tum quod facta per Capitulum sede uacante, in eis in quibus succedit Episcopo, uidentur facta ab ipso Episcopo.[e] Tum quia facta per eum, cui administratio libera Ecclesiæ conceditur, perinde valẽt ac facta per eum, cui esset illa collata, præterquã in alienatione immobiliũ, vnde is, cui commendatur abbatia, pẽt esse iudex delegatus, & uti omnibus, quibus potest is, cui ea confertur in titulum, vt post alios resoluit Decius.[g]

d c. non putamus. de consue. li. 6. e c. Roma na. 1. de ap pell. eod. lib. e cap. cum olim & c. ss qui. de ma- io. & obed. & ca. 1. de inst. lib. 6.

VIGESIMVM SEPTIMVM, an alienatio & dispẽsatio facta à monacho de licentia Vicarij, posito loco prioris ab officio depositi, debeat manifestari priori nouo, vel ab eo ratificari, vt monachi conscientia sit à proprietate tuta.

f cap. is cui prouisio. de ele. lib. 6. & c. cũ nobis. eo. tit. in an tiquis. & c.

Respondetur quod non, argumento iurium in proximo dubio citatorum.

relat. & c. seq. 21. q. 1.

63 VIGESIMVM OCTAVVM, an Manifestatio proprietatis facta visitatori tenẽti locũ prioris, & Vicarij, eis desicientib. debeat fieri denuo priori nouo.

g c. edoceri. col. vlt. de rescrip.

Respondetur quod non, per præfata iura & eis adnotata, præsertim.[h]

h c. relatio. & c. illud. 21. q. 1. & c. cũ nobis. de ele. & c. is cui prouisio. eod. tit. lib. 6.

64 VIGESIMVM NONVM, an monachus Carthusianus possit petita à prælato licentia, de illius consensu expresso, vel tacito fructus arborum, ut sunt poma granata, &c. in hortulo cellæ infertarum excultarum in usus suos, seruare, aut mittere amicis suis, & fautoribus monasterij in xeniola absque peccato proprietatis.

Respondeo quod sic. Tũ quod proponitur vsum cõem id habere, ex quo scito per prælatum, & non cõtradicto, colligitur tacitus cõsensus, qui ad hoc sufficit, vt post utrunque Cardinalem diximus, nos in c. [non dicatis.][i] Tum quod ad redundantiã interuenit expressa petitio licentiæ, & cõsensus Prælati. Tum deniq; quod prælatus posset illa seruare,

i 12. q. 1. mon. 40. & seq.

re, & in xenia modo supra dicto mittere: & quicquid Prælatus potest per se custodire, aut dispẽsare in aliquos usus, potest etiam monachus eius facere de consensu, uel licentia expressa, uel tacita ipsius, ut supra diximus ad dubium uigesimum, per ea quæ scripsimus in com. cap. [non dicatis.][a]

a 12. q. 1. n. 23.

65 TRIGESIMVM est circa statutum.[b] An præsupponat sacerdotes simplices posse excõmunicare. Et uidetur quod sic, habet enim hæc uerba, [Singulis annis excommunicentur à Priore, & à singulis sacerdotibus omnes tàm præsentes, quàm absentes, qui occultan di animo, &c.] Sed contrarium tenet communis cum Collectario, Card. & Panorm. in c. [sacerdos,][c] & Panor. cap. [cùm contingat.][d]

b in c. 22. §. 19. secundæ partis anti- quorum. c de offi. ordin. d de fo. cõp. nu. 30.

Ad hoc dubium dico, quòd non expedit ei respondere, Tum quia non est necessarium, & nõ uacat etiam necessarijs respondere. Tum quod illud statutum mutatum uidetur per cap. 5.[e] quatenus habet quod Prior debet denunciare, eos excõmunicatos proprietarios, nisi, &c. & ita loco excommunicare ponit denunciare: & cõstat denunciationem differre ab excommunicatione,[f] & fieri potest, & quotidie fit à parochis in Ecclesijs. Tum quod Iuris canonici prudentia, qua nunc utitur Ecclesia Romana, parum curat de illis modis intelligendi excommunicationem D. Pauli,[g] neque alios, nisi ad effectum, de quo in c. [cum sit Romana.][h] Quæ omnia submitto tuæ, & cuiusuis alterius sanius sentientis censuræ, ad gloriam Dei, qui te Illustrem admodumque Reuerendum in Christo Patrem quàm diutissimè seruet incolumem. Amen.

e §. 13. ex 2. par. statu torum nouo rum. f c. pastora- lis, §. verũ. de appell. g 1. ad Co rin. 7. h §. fi. de ap pellat.

SVMMARIVM.

1 *Monachus, qui in vno monasterio vouet stabilitatem, non potest de iure inuitus ad aliud mutari.*

2 *Regulari debet nedum à Pontifice, sed ĕt à suo Generali concedi licentia, ut retẽto habitu stet extra claustrum, vt subueniat necessitati, quæ matri superuenit: nam si præcessisset professionem, nec iustè posset in claustro manere, sed teneretur exire, & subueniat, nu. 3.*

Nauar. Cons. Pars I.

CONSILIVM IV.

BEatissime Pater, deuotus Sanctitatis vestræ orator monachus S. Bernardi proponit eidem humiliter, q̃ cũ puer esset nõdum quindecim annos natus, emisit professionem in monasterio S. Mariæ eiusdem ordinis, in quo honestè mansit vsq; ad præsens tempus, velletq; in eo perseuerare donec vixerit, sed habet in prædicta prouincia propè dictum monasterium matrem valde senem, pedibus impeditam, fere cęcam, & paralyticam, & quæ cùm sit alienigena, nullos habet ibidẽ proquinquos, & necessarios, præter oratorem prædictum, quem solum genuit, & à quo vitę sustentationẽ expectat: quapropter supplicat Sanctitati vestræ, vt dignetur ei concedere alterũ de duobus, puta, vt iubeat, q̃ non possit de monasterio mutari, nisi sua culpa id exegerit, dũ mater ipsa (quę iã parũ duratura est) vixerit, aut tribuat illi facultatẽ manendi extra monasteriũ habitu regulari retento, vt matrẽ modis honestis alere possit, dum ipsa vixerit.]

1 Rogatus, an S. D. N. iustè, & quo ad forum conscientiæ prædictas facultates facere possit, respondeo primò, proculdubio posse priorem, scilicet, quod non mutetur absq; sua culpa: quia iure cõi attento monachus, de ordine non Mendicãtium, qui vouit stabilitatem in vno monasterio, non potest absq; iusta causa mutari ad aliud, nec solebant olim mutari: licet nouiores nouitatum studiosiores, quàm antiqui, multa in hoc & alijs innouarint, & quod plati essent triẽnales, de quo late dixi in c. [nullã.][i]

i 27. q. 2.

2 Secundò, q̃ etiam potest facere secundam: quia ẽm D. Tho.[k] quem post alios secuti fuimus in Man.[l] necessitas parentum religiosi superueniẽs eis post professionẽ: est iusta causa vt exeat monasteriũ ad succurrendũ eis, si aliàs non põt. Dixi. [superueniens:] quia præueniens efficit, vt non possit iustè intrare monasteriũ, nec ingressus iustè profiteri, nec professus iustè manere: quia obligatio iuris naturalis & diuini seruiendi parentibus efficit, vt nullatenus possit filius eis derelictis intrare monasterium, vt prædictus D. Th. receptus affirmauit.

k 2. 2. quæs. 101. art. 4. l c. 14. nu. 14. et in cõ. 4. de reg. su per c. nullã. 18. q. 2. nu. 48.

3 Tertiò, quòd non solùm S. D. N. sed etiam Generalis ordinis vtranq; earum

Universidad de Deusto
Biblioteca

potest facere, sed non faciet: quia adeo refrigescit charitas, q; pauci Superiores volunt cõcedere inferioribus libertatem quam non habent ipsi, vel sui coguati, & addicti erga multos religiosos: & multi volunt videri nimium iusti erga extraneos, etiam si Deus sua lege naturali, vel diuina positiua eam concedi iubeat: & vtinam multi, qui valde rigidi & sancti videri volunt, non persuadeãt multis Prælatis, quo nimis summo iure vtantur, ex quo iniuriæ aliquid nascatur, dum leges humanas & rigidas non patiuntur æquitate naturali siue epijkeia molliri. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Lex generaliter loquens, generaliter intelligenda: cui si addatur dictio vniuersalis, plura comprehendet, quam sola indefinita: & si dictio vniuersalis præcedens sit negatiua, omnia sequentia destruit, & contrarũ ponit, si tamen à lege negatiuè concepta reperiatur aliquis casus alia lege exceptus, poterit, sic docente nos legislatore, à paritate rationis ad alios similes extendi. nu. 4. & 5.*

2 *Impetratio eius, quod iure conceditur, non inutilis: nam dubia & scrupulos tollit. nume. 5.*

3 *Monialis ex causa correctionis, & vt alteri præficiatur, de monasterio ad monasterium de iure, & ex Concilio Tridentino à suo Superiore, saltem cui non obstet exemptionis priuilegium, transferri potest. nume. 6. & 7.*

6 *Intellectus cap. 5. sess. 25. de regularibus est, vt moniales, quæ ex causa volunt de monasterio egredi, habeant licentiam ab Episcopo, si ei, vel nulli, nisi Pontifici immediatè sint subiecta, vel ab earum Superiore regulari si sint exemptæ, & illi subiecta.*

CONSILIVM V.

AN Generalis ordinis Minorum de obseruantia possit transferre moniales sibi subditas de vno ad aliud monasterium causa correctionis, vel nouæ fundationis? Præsupposita confirmatione priuilegiorum eiusdẽ ordinis à Gregorio XIII. nisi sint contraria Concilio Tridentino, quibus id expressè eidem conceditur. Et an dictæ facultati obstet Bulla Pij V.

QVAESTIONES hæ longe difficiliores sunt, q̃ à principio putaui, & ad earum integram responsionem addenda videtur alia, quæ præcedat illas, nempe, an solo iure communi scripto attento circumscripta præfata extrauagante Pij V. & præfatis sacris Sedis Apost. priuilegijs possit præfatus Illustriss. idéq; Reuerendiss. Generalis transferre moniales sibi subditas de vno monasterio ad aliud ex prædictis duabus causis, scilicet correctionis, & nouæ fundationis, ita q; erunt tres quæstiones, quarũ prima sit hæc, & prior aliarum propositarum secunda, & posterior tertia.

1 AD HANC IGITVR Primam Quęstionem respondeo, q; pro eius parte negatiua vrget primo cap. vnic.[a] ibi. [nulli monialium religionem tacitè vel expressè professæ valeat, quacunq; ratione vel causa, nisi forte tanto & tali morbo euidenter earũ aliquam laborare constaret, quod non posset cum alijs absq; graui periculo, seu scandalo commorari, monasteria ipsa deinceps egrediendi facultas, &c.] Quæ verba constituunt legem non solum generalem, sed etiam vniuersalem, signo vniuersali munitã, quæ in summa habet, nulli monachæ professæ patere facultatem exeũdi monasteriũ, nisi vno casu, sub quẽ neutra duarum nobis propositarũ includitur. At lex generalis generaliter intelligenda est,[b] etiamsi in vna specie maior inueniatur ratio includẽdi eam, quàm in alijs vt habet, l. 1.[c] & tradit Decius, quem sæpe nos alibi sequimur: & signũ vniuersale adiectum verbo generali efficit, vt extẽdatur etiam ad alia, ad quæ non extenderetur indefinita generalis, iuxta glossam solemnẽ in Clem. 1.[e] & glo. solemnem ca. [circa.][f] quæ per iura expressa probat longè amplius legatum relinqui per illa verba, [Lego oẽ marmor, vel oẽm lanam,] quã per illa, [Lego marmor, vel lego lanam:] præsertim autem si est signũ vniuersale negatiuum quod omnia sequẽtia destruit, & contrarium eorũ ponit, vt dicit glossa singularis & recepta,[g] quale est illud, [Nulli,] quod positũ est in dicto cap. 1.

a *Post initiũ de stat. reg. lib. 6.*

b *l. de pretio. ff. de pu blic. in rẽ actio. cũ mul tis similib.*

c *§. quodam tẽ. de ale. lus. et alea. d in consil. 669.*

e *verſ. quã uis. de re iu dic.*

f *de elect. lib. 6.*

g *in c. cum dilectis. de consuet.*

Secundo

2 Secundo vrget, quod frustra impetratur, & priuilegio datur, q; iure communi conceditur, iux. l. 1.[a] & tradit glo. recepta.[b] At impetratum fuit ab ordine præfato, & ei priuilegio datũ, vt Generalis eius possit transferre moniales præfatas in prędictis duobus casibus: ergo iure communi non licebat eis illud.

3 Sed his non obstantibus, contrariũ videtur verius. Primò quidem quod intentio Pij V. non fuit laxandi clausurã monacharũ, sed restringendi, vt ex eius verbis colligitur: attamẽ excipit à sua prouisione tres casus, cũ tñ Bonif. VIII. non expressisset nisi vnum,[c] ergo efficax argumentum est, quod non obstante sua extrauag. licebat monialibus exitus in illis tribus casibus iure cõmuni, non obstante d. c. 1. quod fuit Bonifacij VIII. q; innouauit Concil. Trid.[d] sess. 25. & definiuit licere monialibus exitum à monasterio, sufficiente causa legitima ab Episcopo probata, clarè significando, quod præfatum c. 1. non solum erat iure communi limitandum in vnico casu ibi expresso, sed etiam in omni eo, qui esset causa legitima exeundi.

Secundo, quòd nos pridem respondimus, potuisse monachum vnius monasterij electam legitimè in Abbatissam alterius, transire ad illud de licentia sui Superioris legitima: quod postea scripsimus in com. 4. de reg.[e]

4 Tertio, quod est textus iuris optimus per multa ibi à Decio tradita in c. [dilecta,][f] quatenus habet casum exceptum à regula ob aliquam æquitatẽ, extendi posse, debereque ad alios casus ob similem æquitatem. Cum igitur casus ille vnicus exceptus à Bonifacio,[g] excipiat à regula illa negatiua, ne qua monacha exeat clausuram, extendi pót & debet ad casus alios, in quibus similis æquitas id suadet: qđ certe fuit in causa, vt Concilium Tridentinum extenderit illum casum ad omnes alios, in quibus inueniretur causa, quam legitimam arbitraretur Superior legitimus.

5 Non obstant supra in contrarium citata. Ad prius enim illorum rñdetur, concedendo quidem generalem legem generaliter esse intelligẽdã regulariter, & legem vniuersalem vniuersaliter, sed fallere illud, quando inuenitur alia lex, quæ limitat illã generaliter, vel vniuersaliter loquentem, quod in proposito casu contingit. Nam inuenitur lex, quæ hẽt, casum exceptum à regula generali extẽdi posse, debereq; ad similẽ casum.

Ad posterius respondetur, concedendo non esse necessarium impetrare in priuilegium speciale, quod iure communi cõceditur: quod probant iura in eo citata, sed frequentissimè id impetrari concedique solere à S. R. E. idque esse vtile ad tollẽda dubia & scrupulos: quorum vnum exemplum quotidianum est impetratio, & concessio pronunciandi officium matutinum sequentis diei vespere præcedẽtis, quod iure communi licere ait S. Th. receptus ab omnibus,[h] & etiam à nobis citatus in Enchir. de oratio.[i] ubi latius hoc tradimus. & ita impetratio & concessio priuilegij facta præfatis Generalibus non fuit facta uti iure necessaria, iuxta ueram & legitimã iuris Canonici impetrationẽ, licet fuerit utilis ad quandam maiorem declarationem, & scrupulorum euitationem.

6 AD SECVNDAM respondeo, q; extrauag. prædicta nihil obstat: quia, ut prædiximus, tàm illa, quàm c. 1.[k] & q̃ Concil. Trid. sunt limitanda, ne procedat prohibitio exitus monacharum, cũ occurrit causa legitima: & ita non uidẽtur prohibere exitum monacharum per uiam iustæ correctionis, uel nouæ fundationis, quæ sunt causæ legitimæ ad exeundum. Secundo, quòd magis uẽ obstare Concilium Tridentinum quod uidetur exigere, ut causa legitima exeũdi approbetur per Episcopum, & consequenter, quod nõ sufficiat licentia Generalium, & quod confirmatio priuilegiorum præfati ordinis prædicta non extenditur ad contraria Concilij Trid. Sed respondetur, illa uerba præfati Cõcilij intelligenda esse, ut nos intelleximus alia similia eiusdẽ in d. c. [super,][l] scilicet, quòd approbatio illa Episcopalis requiritur quo ad exitum monialiũ eisdem subiectarum, uel ita exemptarũ, quòd soli Papæ immediatè subsunt: nõ autem de alijs exemptis, quæ subsunt alijs Prælatis aliorum ordinum, de quibus hic agimus: quoniam quæstiones mouentur de monachis subiectis Gñalibus ordinis Minorum de obseruãtia.

a *aff. ad municip.*

b *in c. 1. de reſcrip.*

c *in d. c. 1.*

d *in c. 5. de reg. ſeſſ. 25.*

e *ſuper cap. ſtatuimus. 9. q. 3. nu. 48. ibi, Nota quarto.*

f *de confir. vtili.*

g *in d. c. 1.*

h *quo. 5. ar. 6.*

i *c. 3. n. 57.*

k *de ſta. regul. lib. 6.*

l *cap. ſtatui mus. 60.*

7 AD TERTIAM respondetur affirmatiuè, q̃ præfatus Reuerendiſſimus D.Generalis poteſt, ea quæ in quæſtione continentur, facere non obſtãte præfata extrauagante Pij V. tum quia S.D.N. in ſua confirmatione derogat generaliter illis, & alijs, quæ poſſent eſſe ſuæ confirmationi contraria, modo fuiſſent in vſu, & non eſſent contraria Concilio Tridentino. Nec põt obſtare reſeruatio Pij V. qa nõ potuit ille tollere S.D.N. eius ſucceſſori ptãtem concedendi, vel innouandi priuilegia conceſſa ordini p̃fato, cum par in parem non habeat imperium,[a] & quoniam res clara videtur, etiam videbor nimis prolixus, & ideo facio finem, ſubmittendo ea, quæ dicta ſunt, ei, cuius iuſtior fuerit ſententia.

[Vide ad hoc reſponſum, quo d poſitum eſt ſupra de regul. conſil. 70.]

a c. innotuit de elect.

SVMMARIVM.

1 *Oblatæ Turris ſpeculorum Vrbis, quia non ſunt vera monachæ, ad clauſuram non obligantur, nu. 9.*

2 *Diſpoſitio eum non comprehendit, cui diſpoſitionis verba non adaptantur,*

3 *Creſcere nemo inuitus cogatur, nec vitam, quam non vouit, ſeruare.*

5 *Iura pœnalia, vltra quam verborum proprietas patiatur, etiam ex identitate rationis, niſi aliud cõcurrat, nõ extẽdẽda.*

6 *Moniales, ſponſæ Chriſti, nubendo bigamiã quandam contrahunt.*

6 *Regularibus limitatam vitam profeſſis auſterior impoſi nequit.*

8 *Regularibus etſi quandoque auſterior vita præcipi poteſt, ſæcularibus autem non.*

8 *Diſpoſitio odioſa de regularib. loquens, ad eos qui tria vota non emittunt, non extendenda.*

9 *Oblatæ Turris ſpeculorum Vrbis etiamſi collegialiter more religioſarum in vna domo viuant, donataque ſint ordinis S. Benedicti cum aliqua mutatione habitus promittentes ſtabilitatem & obedientiam Prælectæ, itemque etſi voueãt paupertatem, & caſtitatem perpetuam, nu. 21. tamen verè non ſunt moniales profeſſæ, nec eſſe poſſunt, cum in nulla à ſede Apoſtolica approbata religione tria vota ſeu profeſſionem, nec tacitam, nec expreſſam emittant, num. 10. & 11. earumq; congregatio non ſit vt religio, ſed vt bonus viuẽdi modus approbatus, nu. 11. 15. 17. obedientiaque promiſſa non ſit monachalis facta in manibus, vt requiritur, potentis alicui religioni incorporare, nu. 20. 22.*

9 *Obedientiam perpetuam promittens, cenſetur tria ſubſtantialia religionis vota promittere, & ſic profeſſionem emittere: & hoc quando non quamcumque, ſed monachalem obedientiam ſecundum aliquam regulam approbatam, nu. 16. 17. in manibus potentis illi religioni incorporare promittit, nu. 20. 22.*

16 *Oblatæ, ſeu donatæ, à monialibus, quæ ſuſcipiunt habitum religionis, & profitentur regulam vt ſeruiant in choro, & à conuerſis, quæ accipiunt habitum religionis, & profitentur regulam vt ſeruiant extra chorum, differunt, cum ipſæ nec profiteantur regulam, nec aſſumant habitum regularem, licet ſe & ſua perpetuo donet, per quem actum efficiuntur plenè oblatæ: non tamẽ religioſæ, nu. 15. & 16. ſed ets ſimiles, nu. 9. non abſolutè, ſed quo ad quædam priuilegia, num. 19. & ſi cõtrahat matrimonium, teneat, num. 5.*

18 *Beatæ in Hiſpanijs, & Canoniſſæ in Germania, quæ collegialiter viuunt facientes vnum collegium, non tamen ob id efficiũtur moniales propriè, imò niſi aliud obſtet, poſſunt teſtari, & hoc etiamſi habeant habitum ſpecialem, & domos ſimiles monaſterijs cum oratorio, promittãtque obedientiam ſuæ Prælectæ, & perpetuam ſtabilitatem viuendi ſecundũ earum viuendi modum, nu. 9.*

22 *Vota tria ſubſtantialia aliter quàm in manibus potentis approbata religioni incorporare etiam ſæpius emiſſa, non faciunt quem religioſum, ſeu monachum.*

CONSILIVM VI.

DVbitatũ fuit primo, an monachæ, ſiue oblatæ Turris nouæ ſpeculorum Vrbis teneantur ad clauſuram, ſicut cæteræ moniales.

1 Reſpondeo ad hanc quæſtionem, q̃ eius deciſio videtur pendere à deciſione alterius quæſtionis, ſcilicet, an prædictæ oblatæ ſint verè monachæ, ſiue moniales tacitè vel expreſsè p̃feſſæ: nã ſi sũt profeſſæ, proculdubio tenentur ad obſeruãtiam prædictæ clauſuræ: q̃m tàm mens, q̃ verba c. [periculoſo.][a] Concilij Tridentini,[b] & bulla fœl. recor. Pij V. ſuper hoc lata comprehendunt eas: quia lex generaliter loquens generaliter eſt intelligenda,[c] etiam ſi ſit odioſa & pœnalis quo ad ea, ad quæ verba eius ex propria ſignificatione extenduntur, iuxta, l. [cum lex.] iuncta glo.[d] quod ibi notat Aretinus & Decius & c. [quia in tantum,][e] ſi autem non ſunt verè monachæ, contra dicendum vr.

a De ſtatu regul. lib. 6. & c. 5. b ſeſſ. 25. de regul. c c. ſi Romæ nu. 19. diſt. & l. de pretio. ff. de publ. in rẽ act. d ff. de teſt. e de præb.

2 Primo quidẽ, quod nec lex, nec aliqua diſpoſitio cõprehendit eũ, cui verba eius aptari nequeunt, iux. c. [indemnitatibus,][f] & l. 4. § vbi hoc Bartol. & Pau. & alij adnotarunt, & præ alijs cõmendat Fel.[h] at verba prædicti c. [periculoſo.] & Conc. Trid. & conſtitutionis prædicti Pij, non aptantur mulieribus monaſterij oblatis ſolum, ſed tm̃ profeſſis: ergo illa non comprehendunt p̃dictas oblatas, ſi non ſunt profeſſæ.

f §. pen. de elect. lib. 6. g §. totios. ff. de dã. inf. h in c. nonnulli. col. 3. de reſcript.

3 Secundo, q̃ nemo cogi põt creſcere, nec inuitus obligari ad auſteriorẽ vitã, quã non vouit, c. [geſta,][i] cum glo. recepta, quæ hẽt, q̃ monachis, & canonicis inuitis diſtrictior vita nõ põt imponi, vbi Archid. quem ſequitur Card. à Turrecremata, allegat illud S. B. ad Abbatẽ in perſona cuiuſlibet monachi, [Vota mea non augeas ſine mea volũtate, ſicut nec minuas ſine certa neceſſitate.] & p̃dictæ oblatæ nõ vouerũt ſub tãta clauſura viuere: ergo nequeũt ad illã ſeruãdã cogi, & vere nõ sũt monachę.

i 74. diſt.

4 Tertio, q̃ nemini ſua bonitas debet nocere, nec malitia prodeſſe.[k] At prædictæ oblatæ collegialiter viuentes ſon gè melius faciunt, q̃ aliæ oblatæ, quæ ſingulę, binę, aut ternę viuunt cũ omni libertate, quoquo velint ſine illius licẽtia exeuntes. At illas, quę maiori cuſtodia indigent, non comprehendunt prædicta iura libertatem exeundi tollẽtia: ergo à fortiori non comprehendũt has oblatas, quæ longà honeſtius viuunt, & minori cuſtodia indigent, ſi hæ nõ ſunt magis vere monachæ, quam illæ.

k c. 1. de poſtulat. prælat. l. ſtaque ſullo. ff. de furt.

5 Quinto, q̃ iura pęnalia, qualia ſunt prædicta, vt ex eorum tenore patet, non ſunt extendenda, etiam ex ſimilitudine rationis, vltra quàm propria verborum eorum ſignificatio permittit.[l] Nec obſtat dicere, q̃ eadem omnio ratio permittit extentionem legum pęnalium,[m] & iuxta glo. ſing.[n] Tum quia id ſolum non ſufficit, niſi aliquid aliud cũ identitate rationis concurrat, vt concurrit in caſum c. 1. c. 1. vt reſoluunt Dñicus & Francus.[o] Tum quia non eſt eadẽ omnino ratio, rõ enim, vel ſaltẽ magna pars eius, quare clauſura indicit monialibus, eſt, quia illæ per profeſſionem regularẽ renunciarunt voluntati ſuæ.[p] At hæ non fecerunt idẽ, ſi non ſunt monachæ profeſſæ. Præterea moniales peculiarius cuntur ſponſæ Chriſti, adeo q̃ per ptias dicantur incurrere quandam bigamiam,[q] & ita iuſtũ eſt, vt maiori cuſto diã circa earum continentiam & pudiciam ponat Papa eis tanquam ſponſis Chriſti, cuius eſt ipſe Vicarius q̃ circa aliarum, quæ cum nondum ſint voto ſolemni deſponſatę Chriſto, tàm liberam habent voluntatem ad ea, quibus nõ ſe aſtrinxerunt, quàm alij Chriſt. liberi.[r]

l c. pœnæ. de pœn. diſt. 1. m ſi. de verb. ſig. n in ſũma de voto. §. limitatũ. o verbo Ita. p cap. quotquot. 27. q. 1. q Arg. c. integrit. 32. q. 1. r in c. ſuper eo. de reg. in c. ad nostram. de appellat.

7 Quinto, q̃ communis concluſio habet, quod ẽt religioſis profeſſis non põt imponi auſterior vita, ſi vouerunt limitatam ſeruare regulam, ſm quod obſeruatur tempore profeſſionis quam tenet Hoſt.[s] & Panorm.[t] & Dec.[u] & Fel.[x] cum citatis ab eo: & q̃ limitata cauſa limitatũ producit effectũ.[y] At prędictę oblatæ limitatè promiſerunt viuere ſm conſuetum viuendi modum congregationis: ergo nõ tenenẽ ad auſteriorẽ vitam, nec illa põt eis renuẽtibus imponi. 8 Sexto, q̃ licet regularibus poſſit aliqñ p̃cipi auſterior vita, ſæcularibus tñ non põt, vt diſtinguit gl.[z] quã Panorm. Felyn. & Dec. approbant,[a] & p̃dictæ oblatæ ſi nõ ſunt p̃feſſæ, ſunt ſæculares, & nõ regulares: quia ſolũ duo ſunt genera hominiũ, ſæculariũ, & regulariũ.[b] Septimo, q̃ in ſpecie Panormitanus communiter receptus ait,[c] conſtitutiones odioſas de regularibus diſponentes non extendi ad eos, qui non profitentur tria vota ſubſtantialia, etiamſi ſeruent aliquem modum viuendi à ſede Apoſtolica approbatum. Cum ergo certum videatur, prædictas, de quibus agimus, oblatas non teneri ad clauſurã ob prædicta iura, ſi vere non ſunt monachæ, id eſt expreſsè vel tacitè profeſſæ,

u in c. nam non põt, vt diſtinguit gl. y quã Panorm. de conſtit. Felyn. & Dec. approbant, z & p̃dictæ x l. non omnes. ff. de reb. cred. c. & nõ regulares: quia ſolũ duo ſunt genera hominiũ, ſæculariũ, & regulariũ. a ſi. de verb. ſignif. communiter receptus ait, b conſtitutiones odioſas de regularibus diſponentes omnes de regul. ſiur. li. 6 tur tria vota ſubſtantialia, etiamſi ſeruent aliquem modum viuendi à ſede noſtram. de appellat. certum videatur, prædictas, de quibus a c. duo sũt. agimus, oblatas non teneri ad clauſurã 12. q. 1. ob prædicta iura, ſi vere non ſunt monachæ, id eſt expreſsè vel tacitè profeſſæ, reg. b in rub. de

Universidad de Deusto
Biblioteca

& teneri ad eam si verè sunt monachæ, oportet resoluere alteram quæstionem, à cuius resolutione diximus pendere hanc, quæ nobis est proposita.

9 AD ALTERAM Quæstionem resoluendam considerandum est, quod ad dicendum prædictas oblatas esse verè moniales, facit primo, q̃ viuunt conuentualiter intra vnam domum hñtes vnum oratorium, vnum refectorium, vnum vestiendi modum, & vnam Prę-

a Arg. c.cũ ad monaste rium. de sta tu mon. & in c.in nona actione 36. q.7. & cle. 1. de elect. tam, quæ sunt signa vere professentium.[a] Secundo, q̃ se suaq; viderunt perpetuo donare monasterio ordinis S. Benedicti: & ita sunt plenè oblatæ: & plena oblatio æquipollet professioni, vt significat Panormitanus,[b] cui etiam æquipollet humilis, deuota, & iurata obla-

b in c, vt pri uileg. de pri uileg. tio, vt ait Felynus.[c] Tertio, q̃ ingrediens ordinem volens mutare vitam videtur profiteri, cap. [consuluit,] vbi videtur id dicere Inno-

c in c.ĩ præsẽtia. de probat. col. 3. cẽtius iuxta,[d] & facit c.[nõ solum,][e] quatenus significat, quod assumptio habitus religionis cum euidenti proposito mutandi vitam, inducit professionem saltem in genere. At prædictę, de quibus agimus, oblatæ, volunt mutare vi-

d Qui cleri ci vel uentes. e de reg. li 6 tam: ergo videntur tacitè profiteri. G

Quarto, q̃ promittunt stabilitatem perpetuam in prædicto modo viuendi, & obedientiam Præfectę suæ, vt constat ex modo, quo seſe offerunt: & qui promittit obedientiam perpetuam, videtur promittere tria vota substantialia religionis, vt significat contextus dicti ca. [consuluit.] vbi videtur id ãnotare Innocentius: ergo videntur etiam monachæ saltem tacitè professæ.

10 His tñ non obstantibus, dicẽdum est, eas non esse veras monachas & religiosas, neq; tacitè vel expressè professas, & ligatas voto solemni. Primo qui- H dem, q̃ notoriũ facti & iuris est, alias esse mulieres monasterijs oblatas, & alias in monasterijs professas: facti quidem, q̃ passim in monasterijs etiam virorũ, præsertim habentium hospitalia annexa, inuenies mulieres oblatas, quæ nullatenus sunt moniales, neq; professæ, imò plerequæ nuptæ, quæ vna cum suis viris se, suaq; illis obtulerunt. Iuris aũt, quod nulla est, nec põt esse vera monacha, & sanctimonialis, nisi quæ tria substantialia vota in religione aliqua à sancta sede Apostolica approbata in manibus Superioris ad id potestatem hñtis emiserit,[f] vt ait Panormitanus communiter receptus,[g] quem ibi Felynus, Decius, & alij sequuntur. At multæ sunt oblatæ monasterijs, quæ prædicta tria vota non emittunt: & consequẽter alię mulieres sũt oblatę, alię monachę.

f c.ad Apostol. de reg. & cap. cum ad monaste rium. de sta tu monach. g in rub. de regula. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de constit.

11 Secundo, q̃ oblatæ, de quibus agimus, nũquam faciunt professionem monachalem trium votorum prędictorum expressam, vel tacitã: de expressa supponitur in facto, de tacita constat, eo q̃ nullum actum faciunt, quo tacita professio fieri censeatur. Tres enim sunt actus, quibus censetur professio tacitè fieri, quos post alios colligit Syluester.[h] Primus, immiscere se actibus professorum, puta interuenire cum habitu illius religionis alicui actui solis pfessis conuenienti cum perseuerantia triduj. Secundus, delatio habitus professorum patenter distincti ab habitu nouitiorũ. Tertius annalis delatio habitus nouitiorũ non distincti distinctione patenti. At oblatæ, de quibus agimus, nullum horum actuum faciũt. Tum quia nullus est eis habitus alius à sæculari indictus. Tũ quia nulla est diuersitas habitus inter eas. Tum quia nulli sunt actus reseruati professis. Tũ quia nullę sunt nouitiæ distinctæ à professis, imò nulla est inter eas mẽtio de professione, neq; de nouitiatu, sed solũ de oblatione facta, vel facienda secundũ modum ab omni professione omnium regularũ approbatarum aliena, vt patet ex modo quo illę se offerunt, per quẽ ad nullã approbatę religionis regulam se obligat, sed solũ ad modum consuetum viuendi in illa congregatione, qui licet sit approbatus pro licitò modo viuẽdi, non tñ pro regula religionis approbatę, cum hoc lõgè distet ab illo, iux. glossam receptã.

h Verbo religio. 3. q. 19

i In cl. cum ex eo. de sententia. & in cle. 1. de reli. domb.

12 Tertio, q̃ magis & minus nõ mutant speciem,[k] ergo oẽs oblatæ, quatenus tales, sunt eiusdem speciei, licet alię aliis religiosius viuant, & consequenter, aut oẽs sunt professæ, aut nullę: at constat nõ esse omnes professas, quia cõstat nõ esse tales illas, quæ singulę, binæ, vel ternæ viuunt: ergo nullæ sunt professæ.

k l. fi. ff. de fundo instr.

Quarto, q̃ in ipsomet Benedictinorum

rum ordine sunt moniales, & oblatæ, A moniales quidem, quæ professionem secundum regulam B. Benedicti faciunt: oblatæ verò, quæ se & sua monasterijs eiusdem ordinis, tum virorum, tum mulierum offerunt: ergo solum oblatæ nõ sunt monachæ, cum diuersitas nominũ

a l. si idem. C. de codic. diuersitatem denotet rerum.[a]

13 Quintò, q̃ si prædictæ oblatæ essent monachę, maximè esset monachæ S. Benedicti, cùm sint monasterio eius oblatæ. At ex ipso instrumento consensus, quẽ præstitit Abbas generalis monasterij S. Mariæ Nouæ, colligitur clarè eas non esse monachas S. Benedicti: B ergo nullius ordinis monachæ sunt.

14 Sextò, q̃ neq; Eugenius in cõmissione, quam dedit ad probandum modum viuendi earũ, si esset talis, qualis ei referebatur, nec executor illius commissionis, nec Abbas prędictus, cuius cõsensus requirebatur, vocant eas monachas, nec sanctimoniales, nec religiosas sed tantum oblatas, & id quidem nõ semel, sed frequentissime: & idem verbum sæpius in eadem dispositione repetitũ mysterium iuris denotat, secundum gl.

b in Cle. 1. de iur. pat. verb. diæcesanis, & c. 1. de cler. ægrot. lib. 6. c in c. cum M. col. 13. de constit. d 1. de decr. receptas,[b] cũ traditis à Decio, [c] & nullum aliud mysteriũ iuris significare potest, quàm q̃ illæ ita sunt oblatæ, vt nõ sint monachæ: ergo, &c. C

15 Septimò, q̃ est casus expressus in clem.[d] in qua cum gl. communiter recepta probatur primò, q̃ oblatus & donatus non sunt monachi. Secundò qđ constitutio pęnalis suspendens, vel excõicans monachos & religiosos, non cõprehendit oblatos & donatos eorũ. Tertiò, q̃ oblatus & donatus, qui se & sua donauit monasterio, est verè & plene oblatus. Quartò, q̃ eiusmodi plenè donatus pp hoc solùm non est religiosus. Quintò, q̃ si eiusmodi plenè donatus D

e 24. q. 1. f de probationib. g in 4. notabil. h de succes. ab intest. i in c. vt officiũ. §. verum. de hæret. lib. 6. contraheret matrimonium valeret. gl. enim in verbo [oblatos.] refert se ad gl. c.[vt lex continentiæ,][e] receptã cõmuniter, quæ habet tale matrimonium valere. Pro quibus omnibus facit c. [in præsentia.][f] per quod ibi Pan.[g] ait, q̃ eo q̃ quis donet se & sua monasterio, nõ efficitur monachus, quod ipsum ait in c.vlt.[h] & quod Io. Andr. relatus ibi à Dominico,[i] ait, eũ propriè dici religiosum, qui habitum accipit in religione.

16 Octauò, q̃ monachus conuersus, & oblatus, ẽt plenè & perpetuò valde differunt, vt colligitur ex p̃dicta cle. 1. adiunct. glo. ca. [vt lex continentiæ,] & gl.[k] Domini. & Franc.[l] li. 6. & c. [per exẽ prionem.][m] Colligitur enim, quod monachus vel monacha dicitur, qui, vel q̃ suscipit habitum religionis, & profitetur regulam, vt seruiat in choro: conuersus verò, qui suscipit habitum, & profitetur regulam, vt seruiat extra chorũ: oblatus aũt, qui se & sua perpetuo donat, sed non profitetur, nec suscipit habitũ ordinis: quod satis exprimit Pan.[n] quẽ sequitur Dec.[o] & paulo clarius Fely. P adiunctis quæ ait Cald. ab eodem relatus,[q] quatenus relatis multis modis seſe offerẽdi monasterio, cõcludit, quod ex nulla oblatione efficitur quis monachus, professus, nisi præstet obedientiã monachalẽ, quod antea dixerat Inno.[r] à quo nemo recedit, quem probat Arch.[s] At oblatæ, de quibus loquimur, nec suscipiunt habitũ monialium ord. S. Benedicti, nec profitẽtur regulam earũ, quæ est S. Benedicti, nec promittũt obedientiã monachalem ſm regulam prædictam,

k 27. q. 1. l in c. ex eo. §. 1. de cle. m in de priuil. eod. lib. n in ca. non est. de reg. et in c. tuis. de testib. o in d. c. ecclesia nota. bil. 6. p in d. c. in præsentia. de probat. nu. 4. q in consil. vlt. de reg. r in c. cum simò nec saltem expresè omnia sua dosuluit. qui clerici vel vouen. s in d. c. vt lex.

nant, ut patet ex modo, quo seſe offerunt: ergo non sunt monachæ, imò nec conuersæ, sed solùm oblatæ, quo nomine appellat eas Eugenius Papa, & Commissarius eius, & Abbas S. Mariæ Nouæ, qui earum viuendi modo consensit, ex quo ẽt ipsæmet seſe nominant expresè etiam in ipso modo seſe offerendi, cum vnaquæq; illarum dicat seſe offerre, & recipi pro commissa & oblata.

17 Nonò tandẽ hoc concluditur eo, quod si prędictæ oblatæ essent verę monachæ ord. S. Benedicti, frustra petitum fuisset ab Eugenio, ut earũ modum viuẽdi approbaret, & frustra commisisset Archiepiscopo Commissario, ut de tali viuendi modo se informaret, & frustra requisitus fuisset Abbas monasterij, cui se offerunt, vt illi cõsentiret: quandoquidem regula monachorum S. Benedicti, & regula ipsorum Benedictinorum est approbatissima à S. Sede Apostolica: & à toto orbe Christiano sine vlla noua approbatione eiusdẽ Sedis, vel alicuius Abbatis partieularis: & ita, ne sequaní

t l. nã quod absurdum. ff. de bonis liber. hæc absurda, q̃ vitanda sunt, [t] procul-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dubio affirmandum est eas non esse verè monachas, imò neq; conuersas, sed tantum oblatas particulari modo strictiori alijs modis, quibus communiter aliæ oblatæ sese offerunt.

18 Ad oppositа responderi potest, & quidem ad primum, negando, q̃ signa in eo collecta sufficiant ad concludendũ esse eas regulares, & religiosas, licet sufficiant ad concludẽdum illas facere collegium: nam multi canonici, imò & canonicæ sæculares in Germania, & multæ, quas appellant Beatas in Hispania, & alibi viuunt collegialiter siue conuẽtualiter sub vno viuendi modo, & sub vno Prælato, vel Prælata, habentes vnũ oratorium, & refectorium, qui tamen non faciunt professionem, vt efficaciter probat c. [indemnitatibus,] [a] & c.vlt. cum Archidiacono, & Cardinali Alexandrino, [b] quatenus per illum textum dicunt aliquas sanctimoniales posse testari: q̃ est verum demonialibus sæcularibus, siue collegialiter, siue conuentualiter viuentibus.

19 Ad secundum respondeo, negãdo, q̃ sola donatio, qua quis se & sua donat, inducat professionem, vt supra probatũ est in argumẽto septimo & octauo pro nostra parte formatis. Et id quod aiunt Panormitanus, & Felynus, q̃ æquipollet professioni, intelligendum est non absolutè, sed secundum quid, & quo ad aliqua, puta quo ad gaudendum priuilegio dato monachis ad audienda diuina tempore interdicti, de quo loquitur prædictum c. [vt priuilegia,] vel vt animalia eorum congaudeant priuilegio animalium monasterij, vt in d. clem. 1. non autem ad hoc, vt videantur solemniter vouisse tria substantialia vota, vt ait prædicta glossa recepta. [c]

Ad tertium respondetur, q̃ præfatæ oblatæ nullum ordinem ingrediuntur, nullum habitum regularem suscipiunt, & non intendunt mutare vitam sęcularem in regularem, sed in sæculari statu & modo viuendi seruire Deo: ita assumpta in argumẽto, quod fundatur in ingressu & susceptione habitus, & voluntate mutandi vitam sæcularem in regularem, nihil obstant.

20 Ad quartum respondetur, quòd p̃dictum c. [consuluit] in eo citatum non intendit, quod per omnem obedientiã quis efficiatur regularis: quia etiã canonici sæculares præstant obedientiã, [d] & omnes etiam principes debẽt Episcopis obedientiam, [e] & etiã regna omnia sæcularia suis Regibus præstant obediẽtiam, iuxta B. Petrum, [f] & Paulum [g] & Imperator Papæ, [h] nec pp hoc efficiuntur regulares, & monachi: & ita dixit Innocentius ibi receptus ab omnibus, quòd non fit quis religiosus per omnẽ obedientiam, sed per monachalem tantum, hoc est illam, quæ fit alicui potẽti recipere professionem regulariter seruandi regulam aliquam alicuius religionis approbatæ à sede Apostolica, qualem obedientiam monachalem non præstãt prædictæ oblatæ: quia nõ præstãt obedientiam secundum regulam S. Benedicti, nec obedientiam absolutè, sed limitatè secundum modum viuendi earũ congregationum: quã palam est nõ esse regulam de approbatis à sede Apostolica q̃ non sunt nisi quatuor, vel quinque, vt inter cæteros testatur religiosissimus, idemque præsertim circa huiusmodi eruditissimus D. Antoninus, [i] de quibus non est hic modus viuendi.

21 His consequẽs est, prædictas oblatas consulentes ob clausuram non obseruatam nullas incurrisse cẽsuras, nec vllum peccatum propter violationem iurium prædictorum, quæ quia non cõprehendebant eas, non potuerunt ab eis violari, nec subinde ob id peccare. [k]

Secunda Dvbitatio fuit, an præmissa procedant, etiam si mulieres ipsæ ab aliquot annis retro lapsis in sua oblatione etiam castitatem & paupertatem vouerint, non quidem eo q̃ suus viuendi modus id requirat, sed ob deuotionem propriam.

22 Respõdeo affirmatiuè: quia ratio primaria, quare præmissa non habẽt locum in præfatis oblatis, ea est, quòd nõ sunt verè monachæ, eo q̃ non emiserũt tria vota substantialia in aliqua religione per sedem Apostolicam approbata, neque obediẽtiam monachalem, id est, obedientiam factam potenti aggregare monasterio, vel ordini approbato fm aliquam regulam à sede Apost. approbatam, & hæc eadem ratio militat in ijs, de quibus quæritur, quæ in alijs: quoniam

a §. *penult. de elect. lib. 6. & clem. 1. de reli. domi.*

b 12. *q. vlt.*

c in d. c. vt lex continẽtia.

d c. his qui. de maiorit. & obed.

e c. omnes.

f in eius ca non prioris cap. 2.

g Ad Rom. 13.

h Clem. 1. de iureiur.

i in 3. parte c. 1. §. 3. tit. 16.

k c. qui pec cat. 22. q. 4. et 15. q. 11. §. 1. in fi.

niam monachæ, quæ p̃dicto modo prædicta vota emiserunt, non emiserunt illa in manibus potẽtis aggregare monasterio ordinis pro religione approbatis nec emiserunt illa in regula per Sedem Apost. approbata p religione. Ergo idẽ ius militat in eis, quod in alijs: nã emissio triũ substantialiũ votorũ ẽt bis, ter, & sæpius repetita alibi, quã in manibus potẽtis aggregare ordini p Sedẽ Apost. approbato, & fm regulã à Sede Apost. approbatam, non efficit quem, vel quã monachum vel monacham, fm omnes: & ita in multis religionibus & monasterijs inueniuntur multi, qui emiserunt tria vota substantialia, antequam solẽniter profiteãtur regulam, & tamen nõ sunt verè religiosi, nec monachi, donec illam profiteantur. Salua, &c.

[Aduertendum circa ea quæ dicũtur nu. 8. referri sacrã Congregationẽ censuisse superiores religionum posse solũ sua monasteria obligare, vt obseruent eorum instituta, à quibus fortè recesserunt, Pontificem autem posse religiosis indicere strictiorem vitam, quam sit illa, quam requirebat eorum regula.

SVMMARIVM.

1 *Oblatæ Turris speculorum cùm non sint propriè religiosæ, non includuntur sub constitutionibus iubentibus monialibus clausuram, & quæ eligant triennalem Abbatissam. nu. 2.*

3 *Constitutio nulla ijs aptatur, quibus verba non aptantur.*

4 *Verba canonum & legum propriè in dubio sunt accipienda.*

5 *Clausula generalis in bulla posita, materia expressis non includit.*

6 *Constitutio noua canonica, & exorbitans, de regularibus disponens, nõ extenditur ad illas, quæ nõ sunt verè religiosæ, quã uis collegialiter, & religiosè viuant.*

7 *Abbatissa habet dignitatem, & lex de ea loquẽs nõ extẽditur ad impropriè tales.*

8 *Prælati perpetui vtilius in religionibus eliguntur, quam triennales.*

CONSILIVM VII.

Excellentissime Domine, Mulieres oblatæ Turris nouæ speculorũ cũ consueuerint eligere suam Abbatissam, siue Priorissam (quam vocant Præsidẽtem) perpetuam, & non ad tempus, expertæ enim sunt hoc regimen melius eis succedere, quam cum eliguntur ad triennium, dubitant modo, cum sint forte nouam electuræ (nam, quam nunc habent, grauiter ægrotat) an earum tã laudabili consuetudini obstet bulla fel. rec. Greg. XIII. qua præcipitur, vt deinceps Abbatissæ, siue Priorissæ eligantur triennales, & non perpetuæ.

1 Ad hanc quæstionẽ dico, quod memini me respondisse olim, vestras dominationes non fuisse inclusas, nec inclusas sub constitutione Bonifacij VIII. [a] nec sub illo Concilio Tridentino [a] neque alijs constitutionibus fœlic. recordat. Pij Quinti, & Gregorij XIII. statuentibus, vt moniales, cuiuscunque ordinis & religionis sint, perpetuo seruent clausurã: multis rationibus id protenuitate mea confirmãdo, & latissimè ac neruosissimè probando vestrum sanctum viuendi modum nõ esse vllam de religionibus à S. Sede Apostо. pro vera religione approbatis, neq; vllam personam vestri collegij esse verè ac propriè regularem monacham, siue religiosam, sed tm oblatam religionis S. Benedicti, tali oblatione, quæ non facit eas monachas S. Benedicti, sed tm oblatas illius religionis quod lõgè differt ab eius veræ regulæ professione: & ita tm obligatas esse ad seruandum obedientiam, & suum peculiarem viuendi modum, iuxta formam statutorum suorum, approbatam quidem à Sede Apost. pro bono & sancto viuendi modo, sed non pro vere illa, & alia religione, quę facit profitentes esse veras monachas.

Nunc aũt respõsurus ad qõnem in hac epistola propositã, dico, posse, ac debere insinuare S. D. N. prædictam meã priorem respõsionẽ datam super prędicta clausura cum suis fundamentis, & rationibus ob quas fęl. re. Greg. XIII. excusauit vos ab obligatione seruandi clausuram perpetuam, eo q̃ illa respõsio multum facit ad excusandas easdem à non mutanda consuetudine eligendi Præsidentem perpetuam, sicut profuit ad excusandas eas à non mutanda consuetudine clausura ad illud vsque tempus seruata: & posse iustè seruare consuetu-

a in c. perinde culoso. de statu regu lari lib. 6.

b Sess. 25. c. 5. de reg.

suetudnem hactenus seruatam in eligẽ do Præsidentem nouam perpetuam, quando placuerit D.N.Iesu Christo extrahere, quam nunc habetis, ex hac terrena & misera vita in cœlestem & fœlicem, quæ sibi fiat cohæres & commensalis. Primò quidem, quòd communitas vestra nec uerè, nec realiter est monachalis, neq; nomine ipso appellatur talis: quandoquidem etiam vulgo non appellamini monachæ, sed solum oblatæ, quas plurimum differre iure late probatur in respõsione prædicta prioris quæstionis, quam mihi olim proposuistis.

2 Secũdo quidem rationibus, quibus olim excusatæ fuistis à clausura perpetua, & iudicatæ non includi sub ulla multarum constitutionum, quibus illa iniungebatur omnibus cuiuscunque ordinis & religionis monialibus, ita nunc debetis non esse includendæ sub constitutione Gregorij quæ statuit, vt omnes sanctimoniales eligant Abbatissam triẽnalem, & non perpetuam, cum de simi-

a l.illud.ff. libus idem sit iudicium. [a]

ad l.Aquil. & c.dudũ. 2. de elect. 3 Tertio, quod nulla constitutio apta tur illis, quibus illius verba non aptantur, vt est textus iuris optimus in c. [in

b §.penult. de elect. demnitatibus,] [b] & l.4. [c] & ibidem Bartolus & Paulus notat, & Felynus latè, [d]

c §. toties. ff. de dam. infect. & verba prædictæ constitutionis Gregorianæ solum aptantur sanctimonialibus normam & regularem disciplinã

d in c. non nulli. colu. 31. de resc. seruantibus, quales non estis vos, vt in dicta rũsione efficacissimè probatur.

4 Quarto, quòd uerba canonum & legum in dubio propriè sunt accipiẽda, [e]

e l. non aliter. ff. de leg. 3. & ca. ex literis, de sponsal. at nunquam vel rarissimè inuenietur, & quidem mihi in præsentia non occurrit locus ex iure Pontificio vbi Præsidens, vel Præposita fœminis, quæ non sunt verè religiosæ, licet viuant communiter religiosè, vocetur Abbatissa, neq; Præfecta normam & disciplinam regularem seruantibus: ergo cõstitutio Gregoriana, quæ loquitur de electione Abbatissæ, vel Præfectæ monialibus, normã & disciplinam regularẽ seruãtibus, non comprehendet Præsidentẽ, & Præpositam sæcularibus, quæ neq; est verè religiosa, nec præest verè religiosis.

5 Quinto, quod Gregorius vti vir canonum peritissimus, licet in sua constitutione multas moniales multorũ ordinũ expressisset, nullam tamen expressit earum, quæ dicuntur vulgo religiosæ, quæ vere non sunt tales: solum enim expressit moniales ordinis S. Benedicti Cistercienſis Carthusiani, addita clausula generali, & aliorum quorumcunq; ordinum, non comprehendente maiora expressis: & ita credendum est certe prædictum Gregorium noluisse includere Præpositas tertij ordinis S. Dominici, & S. Francisci, nec alias similes, si vere non sunt professæ regulam a S. Sede Apostolica pro vera regula approbatam, nec consequenter vestras Dominationes, quarum nec Præsidens est uere religiosa, nec præest uere religiosis.

6 Sexto, quod constitutio Canonica statuens aliqua noua, & à iure cõi exorbitantia de sanctimonialibus & fœminis religiosis, solum est intelligenda de uere religiosis, & regulam per S. Sedẽ Apostolicam pro vera regula approbatam professis, & non de alijs quantumuis religiosè & collegialiter uiuentibus, nisi expresse suam legem ad illas extendat, vt est casus notabilis & memorialis in d.c. [indemnitatibus.] [f] At Gregorius prædictus tulit legem de electione Abbatissarum, & Præfectarum normã & disciplinam regularem seruantium, & nõ extendit ad alias expresse: ergo non est intelligenda de alijs.

f §.supradicto.

7 Septimò, q̃ Abbatissa habet dignitatem, ut probat prædictum c. [indemnitatibus,] [g] & de talibus videtur loqui prædicta constitutio Gregoriana, nõ de verum alijs q̃ impropriè vulgo dicuntur tales.

g §.1. vers.

8 Octauo, quod multis efficacibus modis probauimus, [h] q̃ sanctius & conueniẽtius est vt prælati & prælatæ sint per petui, & quod triẽnalis hæc mutatio est nouum inuentum eorum, qui per ambitionem & superbiam volunt dominari, & non obedire, & q̃ licet aliquo respectu sit utilis ad seruanda temporalia, alio tamen est ad id damnosa, & quo ad spiritualia bona pernicioſissima: nã per eam minuitur auctoritas & reuerentia Superiorum ad præcipienda bona, & castiganda mala, minuitur ẽt caritas, obedientia, humilitas, & concordia subdito rũ ad subeunda præcepta Superiorum. & augentur factiones, rixæ, discordiæ, & murmurationes: adeo q̃ nihil magis & ar-

h in com. 3. de regu. supernuper ca. nullã. 18. q. 2.

& ardẽtius tractatur in illis monasterijs, quàm qũo per fas aut nefas ille aut ille illo ultimo anno fiat Prælatus, qui faueat suis fautoribus, & obsit cõtradictoribus, quas rationes, quia in prædicto cõm. facile videri possunt, hic non repeto: sed testor, vt annosus testis, & consultor, ad quem innumerorũ peccatorum tam simoniæ, quàm ambitionis, superbiæ, factionũ, discordiarũ, & murmurationũ cognitio frequẽtissime, tũ per cõfessarios tũ per ipsosmet Prælatos & subditos pro medicina contra scrupulos q̃ renda, peruenit, testor inquam, quod, si absq; scandalo possem, restituerem statum antiquũ perpetuorum Prælatorũ, quẽ S. Basilius, Augustinus, Bernardus, Bernardinus, & ẽt Dñicus, & S. ipse Frãcisc̃us instituerunt, seruatis ad vnguem canonibus, quibus Prælati suo munere abutentes ejicerentur, & sine vlla negligentia castigarentur. & cõsequenter nõ fõlùm vt non extendenda hæc triennalis mutatio, sed vitanda, ut caritas, & humilitas, vnitas, & mansuetudo seruetur, vt dicitur seruata fuisse in prædicto cœnobio, in quo absq; scrupulo credo nõ seruatum iri, si triennalis præfata mutatio introduceretur.

SVMMARIVM.

1 *Explanatio doctrinæ Auctoris posita c. statuimus. 19. q. 3. nu. 44 & 55. & nu. 2.*

1 *Tertiariæ in congregatione uiuentes si uolunt profiteri, coguntur omnia clausurã seruare, & sic poterunt alias in earum congregatione recipere: aliter nõ permittitur eis, vt alias de nouo recipiant, debentque seuerè ab ordinario puniri, si scandalosè viuant.*

2 *Dimidium omnium eleemosynarum, quæ ex obligatione debent distribui in victu, in quosuis alios incertos tamen vsus incertorum pauperum, à Gregorio applicatum fuit in subsidium pauperum monasteriorum monialium.*

CONSILIVM VIII.

AD primum dubium transmissum Mediolano super comm. c. [statuimus.] [a] respondeo notabile nostrũ esse conforme textui extrau. Pij V. ibi tran-

a 19. q. 3. nu. 44.

scriptæ: q̃ illa habet locum non solum in Tertiarijs, sed ẽt in alijs: ponderando q̃ tria statuuntur in textu: quo quidem de tertiarijs uiuentibus in congregatione non professis: alterum, vt uolentes profiteri seruent clausuram, & multiplicentur, vt aliæ monachæ: alterum, quòd nolentes uouere, uiuant quidem sine clausura, sed quod ab ordinarijs seueriſſime puniantur, si viuant scandalosè: tertium de cæteris omnibus sine professione & clausura uiuere uolentibus, vt permittantur quidem viuere sic illę, quæ hactenus sunt receptæ, non tamen habeant facultatem aliquam vlterius recipiendi, & extrauagans prædicta secundum hunc modum intelligendi seruatur Romæ in congregatione nobilium Turris Speculi, nec arbitror posse Mediolani iuste seruari cõtrarium, nisi per dispensationem, vel quia constitutio nõ sit recepta: quia lex etiã iusta non recepta non ligat. §. [leges.] [b] & adducta per nos in Manu. [c]

b 4. dist.

c Prælu. 9.

2 Ad secundũ dubium [d] respondeo, *nu. 8.* q̃ sensus commentarij summarie colligitur consonat textui: quia verbũ, [præterquam,] nõ excludit à verbo princi-

d Super eo dem com. lius c. 23. à nu. 40.

pali [distribuit,] sed à verbo [incertos:] ita quod est sensus, dimidium eleemosynarum faciendarum pauperibus incertis ad incertum vsq; specialem, nisi vsus ille esset ad victum distribuere, ita quod significet, quod etiam relictum vsus victus & alimenti debetur. Verũ est, quod subobscure ponitur, nec mirũ: quia est summa textus, quæ debet breuis esse.

nu. 55.

SVMMARIVM.

Monialium monasteria nulli, qui non sit superior, ingredi licet sine causa urgenti, & iusta licentia à Superiore obtenta: superior autem monasterij siue sit earũ Prælatus regularis, siue Episcopus siue Episcopi Vicarius generalis, vel Visitator, licet non egeat licentia, eget tamen quod subsit causa sufficiens. nu. 2. & 3.

CONSILIVM IX.

AN Episcopis liceat intrare monialium monasteria causa visitationis vel alia?

Pro-

1 Pro parte negante uidetur esse tex E
tus expressus, [a] qui sic habet: [Nulliq; aliquatenus inhonestæ personæ, nec ét honestæ, nisi rationabilis & manifesta causa existat, ac de illius, ad quem pertinuerit specialiter licentia, ingressus, vel accessus pateat ad easdem, &c.] quod fęl. record. Pius V. innouauit in extragant. [Circa.]

a in c.1. de statu regu. lib.6.

Secundo, q; Conc. Trid. [b] sic habet: [Ingredi autem intra septa monasterij nemini liceat, cuiuscunque generis, aut conditionis, sexus, vel ætatis fuerint, sine Episcopi, vel Superioris licentia in scriptis obtenta, sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda.] quod etiam Pius V vbi supra innouauit.

b Sess. 24. de reg. c.5.

Tertiò, q; extrauagans Gregor. XIII. quæ incipit. [Vbi gratiæ.] reuocauit omnes & quascunque licentias ingrediendi monasteria monialium à S. Sede Apostolica vel eius Legatis datas, & ad dit hæc verba. [c] [Quin etiam sub eisdē pœnis ipso facto incurrendis prohibemus, ac interdicimus omnibus & quibusque personis ecclesiasticis, & sæcularibus, ac etiam ordinum quorumcunque, etiam mendicantium regularibus, ne prætextu licentiarum ab Episcopis, vel Superioribus, &c. ne monasteria ipsa pro libito, sed necessitatibus vrgentibus duntaxat ingredi, neve moniales sub eisdem pœnis illos aliter admittere præsumant.]

c in constit. 36.

Quintò, q; verba prædictarum constitutionum generaliter & uniuersaliter statuunt, vt nulli liceat ingredi, prædicta monasteria, nisi de licentia Superiorum: imò postrema Gregorij expressius alijs habet, vt nulla persona ét ecclesiastica, cuiuscunq; gradus & cōditionis sit ingrediatur ét de licētia Superiorū, nisi pro vrgenti necessitate. At palā est, Episcopū esse aliquem, & esse Ecclesiasticum, & talem quē illa uerba. [Cuiuscunque conditionis,] excludunt. Ergo etiam ipse prohibetur ingredi.

Quintò, q;, vbi est eadem ratio, idem ius est censendum, [d] & argumentum à simili valet, [e] at eadem, vel similis quo cū similib. ad hoc ratio dictat, ne Prælati superiores monialium ingrediantur earum monasteria, ergo etiam ipsi supradictis constitutionibus includuntur.

d l. illud. ff. ad l. Aquil.

e l. non possunt. ff. de legib.

2 Pro parte tamen affirmāte videtur F
vrgere, quòd nullo expresso iure uidetur prohiberi superioribus monialiū, ne monasteria earum ingrediantur.

Secundò, quòd, cui conceditur quod est plus, conceditur utique quod est minus, [f] & Prælati superiores possunt ex causa iusta dare licentiam ingrediendi alijs, prędictum Conc. Trid. & prædictę extrauagantes præsupponunt, ergo etiā ipsimet.

f c.ę. cui lic. de reg. iur. li. 6. cū suis concordātijs.

His præmissis, videtur dicendum primo, prædictam extrauagantem Gregorij XIII. nihil noui inducere, quod obstet, quin Episcopi possint monasteria sibi subiecta intrare, quandoquidem solum duo noua videtur inducere, scilicet reuocationem facultatum ingrediendi ea concessarum à S. Sede Apostolica & à Legatis eius, & quòd licentia Superiorum ad ingredienda monasteria non sufficiat, nisi vrgentissima de causa.

Secundò, quòd iure communi non vī expressim & speciatim cautum, ne superiores monialium sine licētia superiorū ingrediātur monasteria subiecta.

Tertio, quòd verba generalia & uniuersalia iuris communis prædicti [g] de vigore verborum videntur eos includere, quia includunt omnes personas cuiuscunque generes conditionis sexus, vel ætatis fuerint.

g c.1. de sta tu reg.

Quartò, quòd his videtur consequēs vllum Episcopum nō posse intrare monasteria sibi subiecta sine urgenti causa. Tum per omnia argumenta pro parte negante adducta. Tum ne cogamur dicere, quòd etiam Vicarius generalis & Prouisor possit id facere, quia vnam & eandem iurisdictionem habet, quam ipse, & ita sunt ei subiecta, sicut Episcopo, cum sit vnū & idem tribunal vtriusque, [h] & etiam Visitatores eius, & Vicarij Visitatoris, [i] quòd menti prædictarum cōstitutionum videtur repugnare.

h c.2. de cō suet. lib. 6.

i c.1. ne sede vacante.

3 Quintò, quòd probabiliter dici potest, posse Episcopū intrare monasteria sibi subiecta sine licentia Superioris, dū modo intret pro tā urgenti necessitate, pro quanta pót dare alteri ad intranda ea. Tum per duo argumenta supra pro parte affirmante insinuata. Tum quia si [k] statutum fuit, vt Episcopi, & Superiores, & alij Prælati exépti possent eligere confessorē prouidum absq; licentia superioris, ne præ nimia dilatione salus animæ differretur, sic etiam videtur posse Episcopum intrare monasteria sibi subiecta, ne præ nimia dilatione deficiat suæ necessitati prouisio. Tū quod iure naturali & diuino tm̄ attento id ei licet, quia neutrū illorū id prohibet expresse, imò, nec tacitè, quia ex neutro illorum pōt per bonam consequentiam inferri, non licere id ei, & qđ licet vtroque illo iure, non est dicendū nō licere, nisi per regulas Sāctorum id vetetur, [a] & non vī id prohibitum per prædictū [b] Conc. Trid. quatenus requirit Superioris licentiam, non solùm qualem qualem, sed scriptam, quia videtur loqui de licentia Episcopi, vel Superioris monialium alijs concedenda, non autē de ingressu ipsorum superiorū, pro quo standum est iuri antiquo communi.

k in c. fi. de pœn. & remiss.

a c. consuluisti. 2. q. 4. & c. 2. §. fi. de transl. prælat.

b c. 5. de regul. sess. 25

Sextò, q; casus omissus habetur pro omisso, & prouisio specialis in vno, non extenditur regulariter ad alium, imò statur prouisioni cōi, [c] & cū per proximè dicta, Concilium specialiter nō prouiderit de ingressu ipsorum met Superiorum immediatorum, vī omissum, & non prouisum, de quorum licentia illi ingredi debeant, & ita standum est prouisioni communi per quam Superiores ipsi poterant ingredi iusta de causa sine alterius licentia. Tum quia pro lege habendum est id, quod legislator statuisset, si cum legem faceret, id ei propositum fuisset, iuxta glossam singularem & receptam. [d] At si Concilium interrogatum fuisset, de cuius licentia ingressuri essent, cùm oporteret, Episcopi, & alij Prælati, qui debent dare licentiam alijs ingressuris, profecto respondisset, quod ipsi acciperent eam sibi pro tā iusta causa, pro quanta essent daturi alijs, & non respondisset, vt quærerent eam à Papa, vel ab Archiepiscopo, quos non poterāt faciliter, nec decenter adire pro causis, quę possent quotidie occurrere. Per quæ omnia & alia, quæ, si vacaret, adduci possent, videtur resoluendum, Episcopos, & alios Prælatos non debere intrare monasteria sine iusta causa, cùm ea verò, sic, non petita ab alio licentia.

c l. commodissime. ff. de lib. & post hu. & ca. susceptā, de reser. lib. 6.

d in l. tale pactum. §. fi. ff. de pactis.

Omnia supradicta confirmantur per constitutionē 75. fę. rec. Gregorij XIII.

A quæ incipit. [Dubijs quæ emergūt, &c. vbi habet hæc verba. [Quocirca vniuersos, & singulos Episcopali, seu maiori, ac etiam Cardinalatus dignitate prædictos, nec non quorumuis ordinū Abbates, Priores, Ministros, & alios quoscūq; Superiores regulares monemus, vt facultate huiusmodi, qui eam habēt, præter quā in casibus, vt præfertur, necessarijs neutiquam vtantur. quod si, &c.]

SVMMARIVM.

Canonicus regularis, sicut nec monachus, nequit esse patrinus. 1

Leges fundatæ in religione disponentes de monachis, canonicos regulares concludunt, nisi eorum verba illos excludant, vel ratio diuersitatis possit adduci. 1

CONSILIVM X.

AN Canonicus Regularis possit esse patrinus?

1 Respondetur, idem videri dicendum quo ad hoc de canonicis regularibus q; est dicendum de monachis, iuxta cap. [nō liceat.] [c] & notata ibi per Panormitanum communiter receptum, quatenus dicit, leges disponentes de monachis habere locum in canonicis regularibus, quando leges illæ fundantur in religione, & non continent aliqua verba, quibus significent nolle includere canonicos, & non potest reddi ratio diuersitatis: ob quam opinionem ego his quinquaginta annis nolui esse patrinus & leuare baptizatū de fonte, quamuis fuerim ad id inuitatus etiam in Vrbe: licet quæstio hæc subtiliter sit mota, & multa possint pro contraria parte adduci, quæ tamen per ea quæ Panormitanus ait [f] possunt dissolui.

e de consecra. dist. 4. ca. 2. de postulan.

f in d. c. 2.

SVMMARIVM.

Canonico regulari sine dispositione Apostolica conferri non potest beneficium sæculare non curatum, item nec regulare alterius ordinis. & nu. 5. sæculare autem curatum potest. nu. 2. & hoc etiam si sit annexum alicui monasterio, & nu. 5. 1

Vicariatus perpetuus parochialis Eccle. & nita dignitati vel monasterio, est beneficiū curatum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

curatum præsentatioque spectat ad obtinentem dignitatem, seu ad monasteriũ.

4 *Beneficium eo solo quod monasterio vnitũ sit, regulare non est.*

6 *Regularis, iure communi per patronum laicum sine dispensatione ad curatam sæcularem præsentari non potest secundũ illam sententiam, quam auctor, Rota cõtrouertente, putat ueriorem: nisi adsit consuetudo in contrarium præscripta.*

8 *Conc. Trid. sess. 7. c. 7. tollit potestatem præsentando uicarios temporales ad curata cathedralibus, collegiatis, & monasteriis vnita: licet concedat ordinarijs, si uidebitur, loco temporalium decernere, & deputentur perpetui: à quo tamen decreto, si grauet, datur appellatio deuolutiua.*

CONSILIVM XI.

QVæritur primò, an beneficia curata sine dispẽsatione Papæ possint conferri canonicis regularibus.

Secundo, an patronus laicus possit præsentare religiosum professum ad Ecclesiam parochialem sæcularem.

Tertio, an per decretum Concil. Tri-
a c. 7. de reform. sess. 7. dent.[a] intelligatur ablata postetas præsentandi uicarios temporales ad Ecclesias curatas, quæ vnitæ sunt cathedralibus, collegiatis, monasterij, &c. in quibus aliàs competebat.

1 Ad prædictas, quæstiones breuiter ob penuriam temporis respõsurus, prę suppono primò, certum esse nullum canonicum regularem iure cõmuni posse absq; dispensatione Sedis Apostolicę
b de reb. eccle. non alie nan. & ca. cum de beneficio. de obtinere beneficium sæculare non curatum. Tum per regulam illam generalem, [Regularia regularibus, sæcularia sæcularibus.] quæ colligitur ex cap. [vt *præb. lib. 6.* possessiones.] [b] & significat Conc. Tri-
c in c. 10. de den.[c] Tum quod ita Calderinus & Pa-
ref. sess. 14. nor. cõmuniter recepti determinant.[d]
d in c. quod Dei. de stat. monach. 2 Secundò, quòd communis sententia, ut ait Panormitan.[e] habet, quod canonicus regularis potest habere beneficium sæculare curatum sine dispensatio-
e in d. cap. quod Dei ne speciali, cum illa generali, quæ con-
tti morem. ceditur per illud ca. & alia quæ ipse ibi
f in deci. 5. citat & tradit [f] Rota, [g] licet omnes
g de iur. pa tro. in nou. dicant cautius esse, vt id cum Episcopi dispensatione fiat.

E 3 Tertio, quod vicaria siue vicariatus perpetuus, qui debet institui in Ecclesia parochiali unita alicui dignitati, vel monasterijs, est beneficium curatum, & habent in eo locum iura statuentia de Ecclesijs parochialibus, [h] & hmõi vicarius debet institui ad præsentationem eius, cuius dignitati Ecclesia parochialis est annexa, vt satis probat text. in d. c. [extirpandæ.] [i] & ibi sentit Panor. [k]

h Clem. 1. de offi. vica rij.
i §. qui ſe vo. de præb.
k nu 9.

4 Quarto, quod prædicta vicaria, siue vicariatus perpetuus non est beneficiũ regulare eo solo, quòd sit vicariatus Ecclesiæ parochialis vnitæ dignitati, vel monasterio regulari. Tum quia id nullo iure cauetur. Tum quia contrarium significare videtur prædictus §. [qui vero.] cum ei adnotatis per Pan. & alios, nisi p literas vnionis, vel consuetudinẽ præscriptam factũs fuerit regularis, vt fieri potest, per d. c. [cum de beneficio.]

5 AD PRIMAM QVAESTIONEM respondeo primò per primum præsuppositum, quod beneficia curata sæcularia non consueta regi per regulares, de quibus in eo citati loquuntur, possunt conferri canonicis regularibus,

Secundò, quòd beneficia curata regu
G laribus, siue cõsueta regi per canonicos regulares, possunt conferri canonicis illius monasterij, cui sunt annexa, sine vlla dispẽsatione.[l] q̃a illa sunt regularia, & possunt regularibus in titulũ cõferri.

l Arg. c. cũ ſing. de præ ben. li. 6. & cle. 1. de ſup plen. negot. pralat. & d. c. cum de beneficio. m in d. c. 5. de iur. patr. in nouis. n c. 7. de re for. ſeſſ. 7.

6 AD SECVNDAM respõdeo varios fuisse Doctores Prætorij Rotæ, [m] vt eius collector refert super hac quæstione: & quòd arbitror etiam nunc varios fore, si eis occurreret: tametsi iure cõi verior mihi videatur sententia negatiua Panor. nisi contrarium præscriptum esse legitimè probaretur.

7 AD TERTIAM respondeo primò, quod per illud [n] Conc. Trid. non videtur tolli ius præsentandi vicarios ad Ecclesias prædictas pertinentes iure cõmuni ad dignitates, vel Ecclesias, quibus sunt vnitæ: quia id ex illius verbis non colligitur necessario, & à iure anti quo non est recedendum, nisi quatenus expresse recedi iubetur.[o]

H

Secundò, q̃ arbitrio ordinariorũ videtur relictum, an oporteat ponere vicarios perpetuos, non obstante priuilegio ponendi temporales: quia id sonant

o l. præcipimus. C. de appell.

illa verba Cõcilij, [Per vicarios perpetuos, si pro bono regimine id videbitur.] Nec quo ad hoc ordinarijs obstãt priuilegia literarum vnionum, quia expresse derogatur contrarijs priuilegijs.

Tertiò, quod si prædictis ordinarijs male sine iusta causa id arbitrarentur, & vicarios temporales in perpetuos cõmutarent, potest appellari ab eis. Tum quia verbum [videtur,] arbitrium boni viri regulatum denotat, iuxta doctrinã Bartholi receptam. [a] Tum quia iustè potest appellari à iudice, cuius arbitrio aliquid relinquitur, si malè arbitretur, vt tenet glossa communiter recepta [b] & quamuis appellatio eiusmodi non suspenderet eorum sentẽtiam, quo minus executioni mandaretur, deuolueret tamen iurisdictionem ad Superiorem, qui cognita causa illam reuocaret, per cap. [pastoralis.] cũ ei adnotat.[c] Salua, &c.

a in extrauag. ad reprimẽdum in verb. videbitur.
b in c. super his, in verb. arbitrio. de accusat.
c de appell.

[Aduertendum, referri à tempore Gregor. XIII. & citra obseruari, ne canonicis regularibus dentur beneficia curata sæcularia.]

SVMMARIVM.

1 *Canonici regulares possunt suscipere beneficia curata extra ordinem suum cum licentia Generalis.*

CONSILIVM XII.

PEtitur, an canonici regulares congregationis Lateranensis, ordinis S. Augustini, possint suscipere beneficia curata, & exercere curam animarũ extra ordinẽ suum cum licentia sui Generalis absq; vlla alia dispensatione.

d de statu monach. e de iur. pa tro. le. 2. 1. parte, 9. 7. prin. ar. 19. f de iur. pa tro. verb. ho norificum. 9. 4. & in cle. 1. verb. religio sus. de elec.

1 Respondetur quòd sic, per c. [quod Dei timorem.] [d] & Panorm. communiter receptum post glossam, Hostiensem & Ioannem Andream & argumento à fortiori, per c. [in parochia:] cũ glossa 19. quæst. 1. & latissime probat Lambertus [e] & ante illum Rochus [f] pro quo etiam est glossa. [g]

SVMMARIVM.

1 *Regulares simplices, ut sunt religiosi sancti Spiritus, nihil proprij possunt habere: quibus si aliquid conceditur, non possunt illud impendere nisi in eorum usum, &*

uestitum, & quod supereſt tenentur consignare Prælato: nam is cui conceditur aliquid in certum peculium, non potest impendere in aliam causam, quam in concessam, num. 9. nisi amplior ei fiat à prælato licentia. nu. 8.

Commendatarij sancti Spiritus, sicut & alij regulares habentes beneficia, etiam quod sint ad nutum amouibilia. nu. 1. 6. 7. & 10. possunt de fructibus suarum cõmendarum, nu. 2. immo & aliunde quæsitis num. 5. disponere in suos necessarios & alienos pios & ſus. nu. 2. perinde ac si essent beneficiati sæculares. nu. 4. & 10. & quicquid acquirunt, dictis beneficijs & commendis acquirunt. num. 3. & 7. non autem superiori, qui illa ipsis contulit, nec monasterio in quo professionem emiserunt. 5. 6. & 7. 2

Prælatus beneficia regularia suæ religionis etiam manualia tenetur infra sex menses conferre, alioquin deuoluuntur ad superiores, nec possunt nouas imponere pensiones, vel antiquas augere, nec fructus illorum dum vacant, qui ad successorem in beneficio debent reseruari, sibi applicare. 5

Regularis etiam de licentia Papæ, immo nec si ipse efficiatur Papa, potest habere dominium, seu proprium, licet possit habere administrationem rerum, ac regnorum. nu. 11. 10

CONSILIVM XIII.

QVæsitum est, an commendatarij sancti Spiritus in Saxia possint quidquam disponere ultra uictum & vestitum de fructibus suarum commendarum, an vero teneãtur, quod supereſt, reddere Renerendissimo Præceptori hospitalis.

Quæstio hęc magna est, & magis quotidiana, quàm bene adamussim communiter tractata: ob quod nos vt satisfaceremus plurimorum interrogatis, latissimè cõmenti fuimus super ea, & attinentibus ad eam in com. 2. de reg.[h] præsertim notabili primo, & secũdo. & aliquot præambulis eius. Cui ob maximas occupationes, quibus premor, nõ respondissem, nisi tam ipsius Illustrissimi hospitalis, quam Illustris admodum ac Reuerẽdiss. eius prælati, & admodum Reuerendissi-

h Super ca. nõ dicatis.

rendissimorum fratrum, & commendatariorum eius flexisset auctoritas.

1 Responsurus autem vtcunque, quatenus per impedimenta licet, dico primò, quod pro parte negãte, ſ. quod prædicti fratres non possint quidquam disponere, nisi pro victu & vestitu de fructibus prædictarum suarum commendarum, quod teneãtur, quod superest reddere præfato Præceptori hospitalis, faciunt tota regula S. Aug. sub qua viuũt,
a 12.q.1.et c.2.& c. sufficit per quod ã. & c. cz ad monasteriũ de statu monach. & d.c. [non dicatis.][a] cum multis alijs similibus, quę habent, canonicos, regulares, & omnes alios verè religiosos noue re votum solẽne paupertatis, quò fiunt incapaces omnium bonorum, tã quoad possessionem, quam quoad proprietatẽ, siue dominiũ in particulari: adeo quod peccat religiosus dicens aliquid esse suũ proprium, vt habet præfatum c. [non dicatis.] in cuius 1. notabili nos illud cõ-
b in 2. notabili. firmamus: & [b] affirmamus, magis peccare religiosum, qui habet, vel vult habere propriũ, cum contraueniat, vel velit contrauenire voto, quod esse peccatũ
c de voto, et c. vouentib. 17.q.1. constat ex c. [non est.][c] & ex alijs multis, quam qui dicit se habere proprium. Adeo quidẽ, quod ibi dicimus maximo pere cauere debere religiosos ét canonicos regulares, tam habentes, quàm non habentes beneficia, vel officia, ratione quorum habent facultatem emendi boues, vaccas, verueces, & alia mobilia, seu se mouentia, siue immobilia, ne comparent illa intẽdentes actu, seu actualiter, virtute, seu virtualiter quærere illa sibi: quia hoc est peccatum mortale.

2 Pro parte verò affirmante, scilicet quod præfati fratres, siue commendatarij possint de fructibus suarum commẽdarum disponere non solùm ad ea quę pertinent ad victum suum, sed etiam in alia opera pia, & remuneratoria, & qđ non teneantur, quod supereſt reddere præfato Magistro Præceptori, facit primò, quod in tota Ecclesia Christiana id seruant omnes religiosi habentes beneficia regularia siue in titulum, siue in commendam, vt vidimus in Castella in Ecclesia cathedrali Oxoniensi, antequã fieret sæcularis, in Ecclesia S. Isidori Legionensi, & in Aragonia in canonicis regularibus Ecclesiæ archiepiscopalis Cæsaraugustanæ, & in monasterio & hospitali B. Mariæ del Pilar eiusdem ciuitatis, & in Nauarra in canonicis ecclesiæ cathedralis Pampilonensis, & in monasterio B. Mariæ Roncæuallis, & in Cathalonia in Ecclesia cathedrali Dertusensi & in Gallijs in archiepiscopatu Tholosano, antequam fieret sæcularis, & etiam nunc in celeberrima ecclesia S. Saturnini eiusdem ciuitatis, & in omnibus commendis, & prioratibus ordinis hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani per totum orbem dispersis, & in omnibus commendis ordinis S. Iacobi de la Spata fundati super regula S. Aug. & ordinis de Alcantara, & Calatraua degentium sub regula B. Benedicti: & in omnibus alijs monasterijs, in quibus sunt huiusmodi prioratus & cõmendæ.
d d. de priuil. 3 Secundo facit cap. [cum olim.][d] quatenus habet, canonicum regularem assumptum ad episcopatum non quærere bona quæsita post eum habitum ecclesiæ priori, nec prælato, sed episcopatui. quod clarius probat c. [statutũ.][e]
e 18. q. 1. & cap. [si quis iam translatus.][f] quæ omnia probant, religiosum, qui ab vno beneficio transfertur ad aliud, non quę rere postea quæsita priori beneficio, nec priori Ecclesiæ, sed posteriori, quam regit & gubernat. Cum ergo præfati fratres commendatarij de statu simplici religiosorum, quem acquirunt per professionem solemnem, ascendant per acquisitionem commendarum sibi collatarũ ad noua iura, & noua beneficia, & nouũ statum commendatariorum, non dicentur acquirere monasterio principali, vbi professi sunt, sed hospitali, vel præceptorijs, vel commendijs, ad quarum gubernationem assumpti sunt.
f 21.q.2.

4 Tertio facit Clementina 2. [g] quæ faciendo differentiam inter simplicem religiosum, & eum, qui habet beneficium, vel administrationem regularem, statuit, vt simplex religiosus, qui epitogium, siue uestem breuem contrariam religioni detulerit, tradat illam superiori, vt ille in pios vsus eam conuertat: si autem fuerit beneficiatus, vel administrationem habẽs, eroget eã pauperibus. per quem textum singularem singulariter ibi dixit Cardinalis, quòd religiosus beneficiarius potest de fructibus sui beneficij disponere,
g Vers. sed & tales. de vita & honest. cleric.

nere, perinde ac clericus sæcularis de fructibus sui beneficij sæcularis. Cuius dicto nemo cõtradicit, & nos illo vsi sumus in tractatu de redit. eccles. ad quæ dam alia proposita. Cum ergo fratres religiosi, de quibus loquimur, sint beneficiarij, habeãtq; administrationem fructuum suarum commendarum per collationem canonicam Superioris sibi factam, possunt de fructibus illorũ disponere, perinde ac clerici seculares de fructibus suorum beneficiorum, & consequenter de illis se decenter sustentare, & in opera pia consumere.

5 Quarto est textus singularis, quem vt credo, Bart. non vidit, vel non ponderauit, vt nos in d.c. [non dicatis,] dicebamus in Clem. 1.[a] quatenus habet, primum huiusmodi præceptorias, & commendas, etiam manuales, & ad nutum prælati remouibiles, esse beneficia talia
b de cõceſs. prebend. quod in eis habet locũ dispositio c. 2.[b] scilicet, quod debent conferri intra sex menses ab earum vacatione: ita quod, si non conferantur intra illos, earum collatio deuoluitur ad Superiores eorum, qui eas conferre debent. Secundum, q̃ earum superiores collatores non possunt augere pensiones iã impositas, nec nouas imponere. Tertium, quod irrefragabiliter hanc nostram partem confirmat, ſ. quod non possunt Prælati superiores, qui eas conferunt, quidquã de fructibus earum, qui proueniunt durãte illarum vacatione, accipere, sed debent reseruari futuro successori.

6 Quinto, q̃ sicut religiosus prouisus à Papa de beneficio manuali, & ad nutũ amouibili, nõ quærit Papæ, sed ipsi, & suo beneficio, vel Ecclesiæ suæ, siue cõferatur ei à Papa, cum clausula, vt teneat ad vitã, siue sine illa, ita q̃ maneat
c c. ad nostram. et c. porrecta, de confir. util. uel inutil. d nu. 6. e c. cũ olim. de priu. & ca. statutũ. 18. q. 1. manuale, [c] ita eadem vel maiori ratione religiosus prouisus à Superiore, qui est inferior Papa, non quæret confereuti, sed sibi, & beneficio, & Ecclesiæ suæ.

7 Sexto faciunt multa, quæ nos in d. cap. [non dicatis.][d] scripsimus. Primũ, quod religiosus, præsertim canonicus regularis non simplex, sed beneficiarius quærit suæ Ecclesiæ, vel beneficio, non ordini, quem professus est. [e] Secundum, quod religiosus translatus ad aliam ecclesiam, vel beneficium, quærit illi Ec-
a de suppl. neg. prel.

clesiæ, vel beneficio. [f] Tertium, quod regularis habens beneficium manuale, tam ample potest disponere de fructibus sui beneficij manuali, quam ample vel aliàs vndecunque: quia vt nihil eorum est suum quo ad dñium, ita illa oĩa sunt eius quo ad ius administrandi, & dispensandi. Quartum, q̃ hæc non solum procedunt in fructibus beneficij regularis, sed ét in quæsitis aliunde quidquid, aliqui dicant, vt affirmat Pano. [g] sequutus Federicum. [h] Tum per rationes præ-
f c. si quis iam trãslat. 21.q.1. & c. ne pro clerico. 16.q.1. g in c. monachi. de stat. monach. h consi. 35. dictas; Tum per decisionem præfati Federici determinantis, quod pœna statuti posita contra occidentem aliquem, debet applicari prioratui manuali, occiso Priore, & non monasterio, cuius erat monachus, etiam si esset Prior ad nutũ reuocabilis, motus ad id firmis rationibus, quem Decius late sequitur [i] cum aliis citatis ab eo. [k]
i in c. in præsentia. n. 57 post medium. k de probat.

8 Septimo facit, quod omnia argumenta, quæ supra sunt pro contraria parte infinuata, soluuntur per ea, quæ nos diximus in d. com. 2. de reg. [l] vbi licet cõcedamus, q̃ nullus religiosus simplex carens beneficio, officio, & administratione, potest quidquam sine licentia superioris impendere: negamus tamen, quod id procedat in religioso habente beneficium, officium, vel aliam administrationem collatam sibi in titulum, vel commendam, etiam manualem, & ad nutum Superioris reuocabilem. Alioqui nullus religiosus, qui esset Abbas, Episcopus, Archiepiscopus, vel etiã Papa, vt fuit Pius V. quidquam posset impendere, nisi tantum in ijs, quę pertinẽt ad suas dignitates.
l Super ca. non dicatis. nu. 8.

9 Et in casu ꝓpositio nõ agimus de religioso simplici, sed de beneficiario, & hñte administrationẽ datã sibi in beneficiũ, & cõmendã, saltẽ manualẽ, & ad nutũ reuocabilem. Ibidem ét secundo ponimus dñam inter religiosum hñtem' peculium, & hñtem beneficium: q̃m ille non põt impendere, præterquã in ea, q̃ pertinent ad bonam administrationem eius: hic aũt scilicet beneficiarius, põt impendere ét in illa, quę pñt alij beneficiarij siue religiosi, siue sæculares. & in commẽ. 1. [m] ét dicimus, quod proprium accipitur proprie pro dñio rei, & quod
m nu. 25.

Universidad de Deusto
Biblioteca

monachus, siue religiosus non potest habere proprium huiusmodi vllius rei pecuniariæ, neq; possessionem eius, nomine suo. Et de huiusmodi proprio intelligenda sunt vota solemnia paupertatis omnium religionum.

10 Adeo quod nec Papa pōt dispensare cum religioso ad habendum huiusmodi proprium, iuxta c. [cum ad monasterium.[a] Imò, sententia mea, non habet illud religiosus, etiam si sit Papa, imò, vt alibi dicimus, licet sua Sanctitas possit ex maxima & iusta causa dispensare super voto solemni castitatis, non tamen potest super voto solemni proprietatis, accipiendo proprium hoc modo pro dominio vero rei.

11 Sed optime pōt dispēsare cum eo ad habendum administrationem etiam regni, & Imperij, qa habere administrationem non est habere dominium:[b] Itaq; concedimus, q̄ præfati religiosi, & commendatarij non habent, nec possident habere proprium huiusmodi, sed sic administrationē beneficialē, vel perpetuam, vel ad nutum reuocabilem, qualem habent præfati religiosi, de quibus agitur, vt nos[c] latius probamus. Et qui contrarium dicunt, non aduertunt hęc, quæ to to iure Canonico probantur.

12 Addimus, quod quamuis radicalis ratio horum à nemine, q̄ sciam, tradatur: illa tñ vī esse, quod omnium est vna opinio, quod de licentia prælati, præsertim expressa, religiosus potest habere proprium huiusmodi impropriū. Et religiosus, qui habet beneficium siue perpetuū, siue amouibile, aut manuale, vel aliam administrationem à suo Superiore collatam per titulum perpetuū, vel manualem, hēt licentiam tacitam inclusam in illo titulo ad administrādū eius bona, sicut & alij beneficiarij sęculares, iux. textū & ibi Card.[d] Salua, &c.

a §. fin. de sta. monac.

b Toto titulo de admi-nistr. rerum & commendatarij non habent, nec possident ciui. per. de admi sic administrationē beneficialē, vel pe-nistr. tutor. culiarem, vel aliam titularē perpetuam, & curat. et vel ad nutum reuocabilem, qualem hac. grandi. de bent præfati religiosi, de quibus agitur, supl. negli. vt nos[c] latius probamus. Et qui contra prælat. li. 6. rium dicunt, non aduertunt hęc, quæ to c vbi sup. to iure Canonico probantur.

d in cle. 2. §. sed & tales. de vita et hon. cler.

SVMMARIVM.

1 *Regularibus stabilia nec ad vsum concedi possunt & hoc nisi subsit iusta causa, vt si fiat ob vtilitatem monasterij ad augenda & melioranda bona, & huiusmodi, num. 6.*

2 *Regularis etsi nihil habere, possidere, dare, vel recipere sine Superioris licentia possit, cū illa tamen pro sibi iniuncta administratione habere potest. itemque & potest habere aliquid annuum pro vestiario, & similibus, nu. 4. imò & in sua professione etsi nō conditionem suspensiuā, modum tamen adijcere potest, vt ad sui sustentationem etiam extra conuentum manendo possit olim sua sibi restituere, nu. 3. & 4. hæc tamen vt propria habere non potest, nu. 1. sed solum & peculiū suis necessitatibus deputatum, nu. 6.*

3 *Fœmina vouendo religionem in monasterio virorum, manendo extra illud, efficitur religiosa, debetque et permitti peculium habere, vnde possit se sustentare, nu. 4.*

8 *Regulari per superiorem ex iusta causa & iusto contractu alicuius rei facta concessio, nō obligat Superiorem plus quā obligetur dominus suo seruo, cui monachus aquiparatur in actionibus actiue & passiue vnde potest reuocare, & hoc procedit quo ad obligationem ciuilem, non autem quo ad naturalem descendētem ex contractu vel pacto, qua adeo obligatur, vt sine peccato non possit sine iusta causa non seruare, nu. 12. 13. & 14.*

9 *Prælatus etiam cum conuentu non potest statutum facere aliquod, quod successorem imo quod nec ipsum statuentem, ēti si iurasset, ita obliget, vt nō teneat illius, sicut & cuiuslibet alterius obligationis suis subditis facta reuocatio, absque eo quod subdito contra Superiorem reuocā tem aliqua competat actio, nu. 10. si tamen sine causa fiat, etsi reuocatio mero iure teneat, tamen peccabit reuocans, nu. 12. & 13. at si faceret malo animo, tunc posset aduersus hanc iniuriosam actionem per viā querele habere recursum ad mediatum Superiorem, nu. 15.*

11 *Seruitus regularium spiritualis quidem est, sed strictior censetur, quam qua seruiri obstringuntur suis dominis carnalibus.*

13 *Obligatur Prælatus suo subdito naturali obligatione descendente ex contractu vel pacto, nec sine peccato, nisi subsit iusta causa, potest eam non obseruare, & nu. 14. licet pro eis non detur obligatio ciuilis, nu. 8. & si Superior reuocet contractum, tenet, nu. 11. 12. 13.*

15 *Regularis adeundo Superiorem per viam querelæ opponere pōt Prælato quod malo animo ei sine causa beneficium aufert, & sic impedire, sed de spolio agere non potest, nu. 12. in fi.*

16 *Collatio manualis à Papa ad vitam confirmata non potest per inferiorem auferri ab ipso regulari.*

CONSILIVM XIV.

GEneralis ordinis Eremitarum S. Augustini, de consensu Prioris, & Conuentus S. Augustini Vrbis, concessit Ecclesiam sibi vnitam, cum quodam horto, & alijs ad eam pertinētibus, cuidam monacho sui ordinis, ad vitā eius, ea lege, vt solueret certos cēsus annuos debitos, & regeret, gubernaret, & meliōraret, siue redderet meliora omnia ad Ecclesiam pertinentia, & celebraret quasdam Missas, & faceret quędam alia pia. Quæritur, quid iuris.

Duo in hac consultatione quęrūtur. Alterum est, an concessio præfata licita sit.

Alterum, an esto sit licita, reuocari possit per concedentes, vel successores eorum.

1 Pro parte negante prioris dubij, facit c. [non dicatis.][a] cum multis quæ nu. 14. et c. quæ, & per ipsam regulam Patriarchæ vlt. de stat. nostri Augustini constat, monachos nimonach. cū hil proprij posse, nec debere habere.

et adnot. Secundo facit[c] Concilium Tridēti-

c c. 2. de re-gul. sess. 25. num cuius verba sunt, ſ Nemini regularium, tàm virorum, q̄ mulierum liceat bona immobilia, vel mobilia, cuiuscūq; qualitatis fuerint, etiā quouis modo ab eis acquisita, tāquam propria, aut etiā conuētus nomine possidere, ac tenere.

Tertio fortissime facit idem Concilium[d] in illis verbis, [Nec deinceps liceat superioribus bona stabilia alicui regulari concedere, etiam ad vsumfructum, vel vsum, administrationem, aut commendam.

d cap. 2.

2 Pro parte tamen affirmante facit primo præfatum c. [non dicatis.] quod est pars regulæ S. Augustini, quatenus habet monachum nihil debere habere, possidere, dare, vel accipere sine Superioris licentia, significans clare à contrario sensu posse accipere de licentia Superioris, & in casu proposito prefatus D. consulens habet ecclesiā prædictam cum pertinentibus ad eam de licentia tam Generalis sui, quam prioris, & Cōuentus præfati monasterij, vt patet per tenorem, concessionis.

Secundo facit tenor,[e] præfatæ regulæ, relatus in sententia,[f] de statu monacho. quatenus religioso permittit habere peculium de prioris licentia pro sibi iniuncta administratione.

e cap. 9.

f in c. 2.

3 Tertio facit cap. [de viduis.][g] quod habet, & viduas, & virgines posse fieri regulares, & manere in domibus suis, ſm intellectum glossæ, & certum est eas in eis non posse absq; proprio peculio viuere. Et quamuis posset responderi aliqualiter illi textui, est tñ textus singularis & irrefragabilis in cap. [insinuāte.][h] Primum quidem, quatenus habet, fœminam posse fieri vere religiosam vouēdo regulam in monasterio virorum, non intrando illud, & manendo in domo, q̄ sua erat ante professionem. quo casu necessarium est eam habere aliquod peculium proprium, quo se sustentet. Secundo fortius facit quatenus probat, valere professionē factā cum pacto, vt uiuat extra monasterium cum bonis, quę ante professionē erant sua, sustentando se de illis: vbi & in ca. [monachus.][i] Panormitanus receptus, sequitur Barto. et communiter receptū,[k] dicentem, valere professionem, qua quis profitetur, adiecto saltem per viam modi, & nō per viam conditionis actum suspendentis, vt relinquatur ei administratio bonorū suorum ad se sustentandum.

g 17. q. 2.

h qui cler. vel Couen.

i & cap. cū ad monaste rium. de sta tu monach.

k in authē. ingressi. C. de sacrosanct. eccles.

5 Quarto facit decisio illa Io. Andr.[l] quod valet statutum iusta saltē de causa factum, ut monasterium solum det vestitum monialibus, & pro vestitu habeāt quæ labore manuum suarum lucrātur, per quod Panor.[m] ait, satis licitam esse constitutionem, vel consuetudinem, qua religiosis certum quid annuum pro annuo vestitu traditur, quod etiam dicit in alijs locis citatis per Decium,[n] referentem alios id tenentes.

l in Mercuria. regulæ non est obligatorū. de reg. iur. li. 6.

m in d. c. cū ad monaste rium.

n in c. edoceri, nu. 5. de rescrip.

6 Ad opposita respondetur: ad primū quidē, concedendo, quod non licet monacho habere vllum proprium sine licentia Prælati, vt habet præfatum cap. [non dicatis.] neque de licētia uti rem propriam, cuius habeat dominium, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

possessionem nomine suo, vt habet cap. vlt. [a] negando tamen, q̃ non possit habere aliquid de licentia sui superioris, tanquam peculium deputatum suis vsibus, & necessitatibus, vti præfatus Dñs consulens habet præfatam Ecclesiam, & domum cum pertinentibus ad eam.

a In princ. & fi. de statu mon.

Ad secundum respondetur, quòd illud cap. [b] nihil noui iuris inducit: sed tantum declarat antiquum contentum in d. c. [non dicatis.] [c] & ita solui potest, sicut illa.

b in princ.

c 12. q. 1. et c. vlt. de statu monach.

Ad tertium respondetur, quod illud cap. est intelligendum de concessione sine iusta causa facta: qõ verò proposita loquitur de cõcessione facta iusta de causa, non vna tm̃, sed etiam multiplici: facta est enim primo ad exonerandũ præfatum monasterium impẽsa sustentandi aliquos monachos in ea, & impensa celebrandi festum vsitatum in die S. Matthæi, quod constat pluribus, quam duodecim scutis: impensa itẽ conseruãdi, & reficiendi, & meliorandi Ecclesiã, domum, & hortum, & soluendi censum decẽ scutorum, & celebrãdi Missas diebus festis: maxime vero exonerauit illud ære alieno, & debito ducentorum scutorum, quę monasteriũ debebat pro precio emptionis prædicti horti, quæ præfatus D. consulens habuit ab amicis suis mendicando, mutuãdo, vel alia obsequia pro industria sua exhibẽdo: quibus ad gratias referendas iure naturali tenetur: licet monasteriũ ad eas obligare non potuerit, vt nos satis probamus in comm. d. c. [non dicatis.] [d] Quod autem liceat huiusmodi concessionem iusta de causa facere etiam post Conciliũ Tridentinum, efficaciter probamus in præf. cap. [non dicatis.] [e] & per tertium argumentum pro hac parte factum.

d Nu. 42.

e nu. 14.

7 AD ALTERVM DVEIVM principale, s. an esto sit licita concessio præfata, reuocari possit per concedentes? Respõdeo, hoc esse pulchrum dubium. Nã ꝑ parte negãte facit primo regula. [Quod semel placuit, amplius displicere non potest.] cum regul. [mutare.] [f] cum multis in earum glosis allegatis.

f de reg. iuris lib. 6. g l. sicut ab initio. C. de act. et oblig.

Secundo, q̃ contractus, licet à principio sint voluntarij, postea tñ sunt necessarij, [g] eo q̃, quo quisq; est iustior, eo grauius est ei fidem fallere, [h] & q̃ viri religiosi sunt, vel certe præsumuntur, & debent esse iustiores alijs. [i]

h Arg. c. ex tenore. ad iũ gloss. de fo. comp.

i Arg. c. homo christianus. 40. dist.

Tertio, q̃ præfatum monasterium reneretur seruare concessionem præfatã, si eam fecisset alicui laico agricolæ per viam emphyteũsis, vel aliam donationẽ modalem, siue modis & conditionibus prætactis onustam.

& c. practicum. 11. q. 3

8 Pro parte autẽ affirmante facit primo, quod monachus ad suum Prælatũ ita se hẽt, vt seruus ad dominum suum, secundum Innocẽtium receptum [k] Federicum [l] & Bartolum [m] & Panormitanum [n] & tradimus nos in cõment. 2. de reg. [o] cõcludentes monachum actiue & passiue seruo comparari. At seruus nõ potest obligare sibi dominum suum ꝑ vllum contractum, etiã transactionis, [p] ergo neque monachus potest obligare sibi suum prælatum, & monasterium. & ita Bartolus, [q] quem Ias. cum communi sequitur, dicit, illam legem, quæ habet, dominum nõ posse obligari seruo, & monacho habere locum in prælato, & monacho suo, vt non possit ei obligari.

k in c. cum olim. de priui. l in consilio pro statu mon. m in l. 1. ff. de stip. seruorum. n in cõs. 88. videtur. vo. lum. 1. et in ca. edoceri. de reser. &

9 Secundo est casus in cap. [cum ad monasterium.] [r] [ibi,] nec alicui committatur aliqua obedientia perpetuo possidenda, tanquam in sua sibi vita locetur, sed, cum oportuerit, à Superiore sine contradictione aliqua reuocetur.] [s] Per quod ibi determinat Panormitanus cõmuniter receptus quòd Abbas, & conuentus non possunt facere statutum, per quod ligetur successor, & quod Abbas nõ ligatur ex suo statuto, licet cum conuentu illud fecerit, quo minus possit contrauenire: nam monachi non possunt resistere sibi, cum habeant obedire, & eorum velle dependeat à voluntate Abbatis, vt habetur in cap. [si religiosus.] [t]

melius in c. cum ad monasterium. de statu mon. non dicatis. 12. q. 1. n. 3 p leg. inter positas. ff. de transac. q in d. l. in §. tales. de statu mon. s de elec. li. 6. & c. 2. de test. eod. lib. t de reser.

Tertio, q̃ licet prælatus & conuentus possint facere diuisionẽ inter se bonorum manasterij, iuxta c. [edoceri.] [t] & ibi Panormitanus, Felynus, & Dec. & communiter omnes tenent, etiam sine consensu Episcopi, & alterius Superioris, non tamen irreuocabilem: quia poterit illam reuocare Abbas, cum ei libuerit, secundum omnes. Ergo à fortiori poterit Abbas, vel alius Superior similis ei reuocare diuisionem bonorum factam cum vno, vel altero monacho.

Quarto

a In c. non est obligatorium. de reg. iur. lib. 6. b in d. c. cũ ad nu. 11.

10 Quarto facit, q̃ Ioãnes Andreas [a] sentit, quod etiãsi Abbas iurauerit seruare statutum, nihilominus reuocatio tenet, licet incidat in periurium: per q̃ Panormitan. [b] infert, si Abbas concedat Priori obedientiario, seu mandatario, vt ad vitam teneat prioratum, seu administrationem sibi concessam, põt nihilominus reuocare, quia non põt Abbas sibi imponere legem, nec venire cõtra dispositionem illius §. [tales] quia labefactaretur vis voti obedientiæ, quod est vnum de tribus substantialibus regulæ.

c in cõs. 88. vol. 1.

11 Quinto, q̃ Panormitanus consultus [c] an quidã Ioannes monachus posset agere contra Prælatum suum ad cogendum eum seruare promissa quędam sibi ratione studiorum facta, respondit, contra eum facere, quod sicut seruo aduersus dominum agere taliter non permittitur, [d] ita nec monacho aduersus Prælatum suum: censetur enim monasterij seruus: & quãuis hæc sit spiritualis seruitus, strictior tñ censetur, quam sæcularis, vt probatur in c. [multos.] [e] & mundo mortuus censetur, & Deo viuere. [f] Hinc dicitur, q̃ monachus non habet nolle, nec velle, sed totus depẽdet à Superioris arbitrio, quod vice Dei super caput posuit, [g] hæc ibi Panormit. qui licet postea concludat, potuisse præfatum Ioannem agere contra Episcopũ, qui erat ei loco Abbatis, vt alimenta tẽporis in studijs consumpti solueret, & consequenter sentiat promissa illa fuisse licita, non tamen ait non potuisse reuocare illa. Et ita, licet in casu nostro dicendum sit concessionem præfatam licitam fuisse, non tamen ex eo infertur non posse concedentes illam reuocare.

d vt l. vix certis ex causis. ff. de iud. e 54. dist. f 16. q. 1. c. placuit. g 12. q. 1. c. nolo. & c. non dicatis. & c. si religiosus, de elec. lib. 6. et in c. 2. de test. eo. lib.

12 His pro vtraque parte consideratis, videtur dicendum primo, partem hanc posteriorem affirmantem reuocationem præfatæ concessionis posse per concedentes fieri esse de rigore iuris verorem per fundamenta proxime tacta, in hunc sensum, quod talis reuocatio censebitur valida in foro exteriori, etiam si fiat absque alia iusta causa, quã quod concedentes volunt illam facere, eo quòd præfatus Dom. consulens est eis per votum obedientię solemne ita subditus, vt nihil temporale possit obtinere quo ad dominum, neque quo ad possessionem, etiam nomine monasterij vlla de causa sine licentia & voluntate Superioris: quia quo ad huiusmodi obtentionem nullam habet voluntatẽ, sed tota eius voluntas pendet ab arbitrio & voluntate Superiorum, quos loco Dei voluntarie & sponte sibi prępositos fuit, iuxta præfatum cap. [nõ dicatis.] [h] Vt in simili Superior regularis, qui plene contulit beneficium regulare subdito regulari, potest illud pro libito suæ volũtatis auferre illi sine alia iusta causa, quam quia vult, [i] adeo quòd nõ possit agere etiam de spolio contra prælatum spoliantem, modo id bono animo faceret, iuxta Innocentium quem post Rotam sequimur in præfat. cap. [non dicatis.] [k]

h 12. q. 1. c. si religioso Dei fuit. iuxta præfatum cap. de test. de. i c. porrectæ volũtatis auferre illi sine alia iusta causa, quam quia vult, adeo quòd nõ possit agere etiam de spolio contra prælatum spoliantem, modo id bono animo faceret, iuxta Innocentium quem post Rotam sequimur in præfat. cap. [non dicatis.] k 1. §. pen. de

13 Secundo, q̃ huiusmodi reuocatio, licet dẽ rigore iuris facta valeret, non tamen deberet fieri sine iusta causa: & concedentes, vel successores eorum, qui eam facerent, grauiter peccarent, ea ratione firma, quod, sicut dominus obligari potest seruo naturali obligatione descendente à pacto, vel contractu, [l] ita etiam Prælatus potest obligari monachi, vt in præfatis legibus tradunt scribentes, & Panormitanus, [m] quem cum alijs nos retulimus, & sequuti fuimus in præfato comment. super cap. [non dicatis.] [n]

k Nu. 65. l l. naturaliter. & l. si id quod. ff. de cõd. ind. m in consil. 104. 1. vol. n Nu. 42. o in c. nouit. de iud. n. 4. p in extrauag. ad reprimendam verb. denuntiationem. q in præmio Greg. nu. 25. et in c. quæ in ectione, quod, licet prælatus regularis cleſiarũ. de pro voluntate sua sine alia iusta causa cõst. nu. 55. possit auferre monacho suo beneficium r c. 18. n. 6. regulare, quod ei contulit, vt proxime s in c. insictum est, tñ is, cui sic auferretur, possit opponere malo animo id eum facere, & per hoc impedire effectum huius. uen. modi ablationis, iuxta doctrinam Innocentij, [s] quem sequitur Cosma, [t] quos in praxi sequũtur parlamenta Gallica. §. isa quod na, vt diximus in d. c. [non dicatis.] [u] & parochialis. tanto maiore cum ratione posset D. cõsulens querelam super hoc ad Papã deferre, si abq; iusta causa ea spoliaretur, u Nu. 98. quo hęc cõcessio propior est locationi,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quam beneficij spiritualis collationi, cũ etiã conuerso laico fieri posset, vt aliàs facta est, & quanto maior pecunia ꝓ ea soluta est, quã beneficiarius pro collatione soluere solet, cum nihil soluere citra simoniã possit, iux. c. [quam pio.][a]

a 1. q. 2. & c. cum pridẽ *et vlt. de pactis.*

16 Tertio principaliter dico, prouide acturum D. consulentem, si curauerit habere à Papa confirmationem huius concessionis ad vitam suam. Tum quia id solent curare habentes beneficia manualia, iuxta cap. [ad audientiam.][b] Tum quia habita præfata confirmatione nihil esset ei timendum, & ea nõ habita potest timere fore aliquos æmulos, qui concedentes, vel successores eorum aliquo colore moueant ad reuocandum illam, licet absq; peccato id facere nequeant: præsupponendo, quòd licet fieri non deberet, facta tamen teneret. Tum quia, licet contra reuocantes sine iusta causa posset vti remedio supra insinuato, quo religiosi Gallicani vti solent aduersus auferentes sibi beneficia manualia, tñ id nõ posset fieri sine sumptu, & lite, & periculo eam perdendi, eo ꝙ est exterus, & monasterij & Superiores eius indigenæ & potẽtes. Salua, &c.

b Et c. porrecta. *de confir. vtil.*

[Aduertendum difficile esse sustinere dictam concessionem non esse contra dispositionem dicti c. 2. sess. 25. de regularibus expresse decernentis, administrationem immobilium nõ alijs quam officialibus, qui ob vtilitatem monasterij creari solent, concedendã esse: qualis non est hic conductor, qui vt priuatus religiosus, & ad suam vtilitatem & damnũ hanc obtinuit administrationẽ.

SVMMARIVM.

1 *Abbas legem sibi ponere non potest, à qua recedere nequeat.*

2 *Papa & non alius potest regulari concedere licentiam ab alio, quam ab ipso non reuocabilem, vt quid ad vsus pios & honestos sine alterius licentia impendere & habere possit, & nu. 3.*

CONSILIVM XV.

NObilis vellet dare 500. aureos fratri suo regulari, hac tamen cõditione, quod ipse solus suo arbitrio eos impenderet, ita vt à quoquam Superiorum prohiberi non possit. Quæritur, quid iuris.

Ad propositam quæstionem respondeo primo, omnia fere, quæ possent adduci pro vtraque illius parte, tacta esse à nobis ante circiter sex annos in com. 2. de regul.[c] præsertim notab. 5.[d]

c Super cap. *non dicatis.* 12. q. 1.

1 Secundo, ꝙ nullus prælatus, etiam Generalis, inferior Papa potest concedere firmiter Præfato D. consulenti id quod frater eius desiderat, quod ipse solus pro suo arbitrio impẽdat illos 500. aureos, & vt nec Prior, nec prouincialis, nec alius Superior possit prohibere id ei, neque auferre illi eos, vel aliquam partem eorum ad impendendos eos in alios vsus, quam ipse vellet: quia non potest Abbas ponere sibi legem, à qua recedere nequeat, nec directe, nec indirecte facere suum monachum proprietarium, vt probat c. [cum ad monasterium.][e] vbi hoc adnotauit Panormitanus,[f] & nos in casu fere huic simili insinuauimus post Panormitanum & Decium vbi supra.[g]

d Num. 14.

e §. *tales. et* §. *fi. de statu monach.*

f Num. 9.

g Num. 16.

2 Tertio, ꝙ S.D.N. vel alius Superior eius, cum auctoritate Sanctitatis suę potest præfatam licentiam concedere: ita quod nullus prælatus inferior alius à se, vel eius successor possit illam tollere, vel diminuere, argumento generali c. [cuncta per mundum.][h] & argumento speciali c. [ad nostram.] & c. [porrecta.] & eis adnotatis,[i] vt illa in vsus pios & honestos sine alia vlla licentia suorum Prælatorum impendere possit: & quod illi non possint ei illum vsum impedire, vt colligitur ex c. [nisi essent viri prouidi.] & ibi notat Panormitan. communiter receptus.[k]

h 9. q. 3. & *c. proposuit.*

c. concessio. de præb.

i De confirmat. vtil. vel inut.

k De præb. nu. 13.

3 Quarto, ꝙ similem fere facultatem concessit cuidam nobilissimæ virgini volenti religionem ingredi fęl. re. Pius V. quam nos referimus,[l] & ita credimus, Sanctissimum D.N. præfatam facultatẽ pro sua insigni benignitate, & ĩ pia opera facienda ꝓpensione, libentissimè cõcessurum, vel ab alio Prælato cõcessam confirmaturum, cum clausula, [ne quis alius Prælatus eam tollat, vel minuat.] Tum ob prædicta. Tum quia solita est S. sedes Apostolica concedere aliquot religiosis pensiones super fructibus aliquorum

l Vbi supra.

quorum beneficiorum, ea lege, vt ipsi soli impendant.

Quare supplicandum est suæ Sanctitati, vt dignetur id facere in consolationem Domini consulentis genere nobilissimi, & totius sui Cõuentus, & in gloriam Dei optimi maximi, qui suã Sanctitatem quam diutissime seruet incolumem, nos, omnesq; saluet in æternum.

SVMMARIVM.

1 *Monachum seu canonicum regularem sine licentia de monasterio recedentem, etiã ad curiam Romanam accedentem Superior vbicunq; capi, & incarcerari facere, item & literas, quas secum defert, aliorum monachorum etiam Pontifici directas capere, & aperire impune potest. nu. 2.*

2 *Literas ad Pontificem etiam legitime scriptas aperiens, censuram aliquam incurrere, nequaquam iure cauetur.*

2 *Literas, quas priuati monachi sine Superioris licentia, etiam ad Pontificem scribunt, & minus legitime scriptas, potest Superior impune aperire, secus si sint à Conuentu iuridice, hoc est, pro rebus, pro quibus potest quis sine Superioris consensu agere, conscriptæ.*

CONSILIVM XVI.

CAnonicus regularis sine licentia Prælati ad curiam quandam sæcularẽ proficiscens literas scriptas ab alijs canonicis ad Papam secum deferebat. Prælatus autem eum capere, & carceribus mancipare fecit, literasque præfatas acceptas aperuit, & legit.

Quæritur primo an incarcerando, & ad præfatã curiam ire impediendo, aliquam censuram, vel pœnam incurrerit.

Secundo, quid dicendum sit eo, quod aperuit, & legit literas missas ad Papã.

1 AD HORVM dubiorum primũ respondeo, quod nullam Ecclesiasticam censuram, nec vllam pœnã temporalem incurrit. Primo quidẽ, quia quod legitime factum est, pœnam non meretur.[a] At prædicta captura iuste fieri potuit, quoniam Prælatus & Superior religiosi potest ipsum fugientẽ, vel sine licentia eius & obedientia recedentem capere

a l. Gracchus. C. ad legem Iul. de adult. l. sancimus. C. de pœn. c. 2. de cõst.

A vbicunque, etiam extra territoriũ eius, & reducere ad monasterium, cui subiectus est, arg. l. 1.[b] quatenus habet, curia- lem, vel cohortalem, hoc est, curiæ, vel cohorti obligatum, fugientẽ capi posse auctoritate curiæ, vel cohortis, cui obnoxius est. arg. item l. 1.[c] quatenus haber, ancillam fugientem, & inuentam etiam extra prouinciam capi posse à domino, vel eius auctoritate.

b c. vbi eulem, vel rialis, vel cohortalis.

c c. vbi cauet, sa status.

Secundo, has leges habere locum in vxore fugiẽte maritum, & monacho, & canonico regulari fugiente Prælatũ, & monasterium, affirmant ibi Bart. Bald. Salyc. & cõis, & præsertim Bald. qui singulariter ad propositum nostrum,[d] determinat de quodã canonico regulari fugiente, quẽ ait potuisse capi à Prælato, etiã ante quam monuisset eum redire sub pœna excommunicationis, & ob contumaciam excommunicasset, & antequã brachium sæculare imploraſſet.

d in d. l. 1. C. vbi cauta status.

Tertio, quod Clem.[e] excommunicate monachum, & canonicum regularem, *uero. de stat monach.* qui ad curias principum accedit animo nocendi monasterio. & Conc. Triden.[f] statuit ne quis regularis ex suis Conuentibus recedat, etiam sub prætextu accedendi ad superiores, nisi ab eisdem missi aut vocati fuerint. Cum igitur is canonicus, de quo loquimur, sine licentia Superioris portaret ad curiã literas ab alijs simplicibus canonicis temerarie conscriptas, iuste poterat eum capere, tanquam fugientem, delinquentem, & magis delinquere nolentem, & adeũtem ad curiam principis in dãnum, dedecus, & discordiam monasterij.

e 1. §. *quia qui ad curias principum accedit animo nocendi monasterio. & Conc. Triden.*[f] *statuit ne quis regularis ex suis Conuentibus recedat, etiam sub prætextu accedendi ad superiores, nisi ab eisdem missi aut vocati fuerint. Cum igitur is canonicus, de quo loquimur, sine licentia Superioris portaret ad curiã literas ab alijs simplicibus canonicis temerarie conscriptas, iuste poterat eum capere, tanquam fugientem, delinquentem, & magis delinquere nolentem, & adeũtem ad curiam principis in dãnum, dedecus, & discordiam monasterij.*

f in c. 4. de reg. sess. 25.

2 AD DVBIVM posterius respondeo idẽ, ꝙ responsum est ad prius. Tum quia nullo iure Pontificio censura vlla innodatur ipso iure aperiens literas, & legitime scriptas ad Papam, arg. ca. [cũ olim,][g] & eorum, quæ ibi glossa & alij, quos Felin. refert, scribunt. Tum quia præd. dictæ literæ non fuerũt legitime ad Papã scriptæ, nec ab eo qui poterat eas dare, quia fuerunt confectæ à canonico regulari simplici, qui non põt accipere, nec dare literas sine consensu Prælati, vt habetur in regula eovum, & trãsumptiue in cap. [non dicatis,][h] vbi nos latẽ id,[i] tractamus. Tum quia literæ prædictæ erant sui monasterij, & suæ: quo-

g 2. *de offic. deleg.*

h 12. q. 1.

i in 4. *notab.*

niam omnia, quæ habent & faciunt canonici regulares simplices, pertinent ad monasterium,[a] & ad administrationē prælati,[b] vt in commentarijs vtriusque cap. late diximus. Nec obstat, quod canonici, & monachi possunt agere, petere, & scribere, & dare, & accipere literas super accusatione Superioris, & alijs, sū per quibus possunt agere, & defendere sine superioris consensu, cap. [ex parte,][c] & tradita per Innocentium & alios,[d] quod & nos defendimus.[e] Non inquam hoc obstat, quia hæc procedūt in his, quæ iuridice fiunt in necessitatem & vtilitatem monasterij, non autē in alijs, quales fuerunt præfatæ literæ confectæ, datæ, & acceptæ contra ius, & eius ordinem, & contra vtilitatem & auctoritatem monasterij, &c.

a c. non dicatis. 12. q. 1. & c. cum ad. de stat. monach.
b c. nullam. 18. q. 2.
c de accus. c. cum dilecta. de rescript.
d in c. cum te & A. de reg. iud.
e in d. not. 4.

SVMMARIVM.

1 *Bona quæsita ab Apostata Cameræ Apostolicæ debentur.*

CONSILIVM XVII.

REgularis apostata transiuit ab vno ordine ad alium, & ab illo iterum rediit ad statum sæcularem, & quæsiuit manens extra statum regularem multa bona, & decessit. Quæritur, vtri monasterio debeant adiudicari.

1 Respondetur, neutri præfatorum monasteriorum præfata bona deberi, sed in ea succedere, vt veram & legitimam hæredem, Cameram Apostolicam per extrauagantem Gregorij Decimitertij quæ incipit, [Officij nostri.] Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Cap. 8. sess. 25. de regular. Concilij Tridentini an sit per desuetudinem sublatum. nume. 3.*
Lex non recepta non ligat, & si à principio non fuit recepta, per non vsum decem annorum amittit vim suam, nume. 2. & hoc dummodo non vsus implicet contrarium vsum dispositioni legis. num. 3. quod si à principio fuit recepta, requiritur lapsus 40. annorum. nu. 2.
3 *Conuocatio monasteriorum ad triennale Concilium ex statuto sacri Concilij sess. 25. de reg. c. 8. ad Prælatos & non subditos monasteriorum spectat. num. 3. & in horum negligentiam succedit Metropolitanus. nu. 4. & si in eius prouincia non sint tot monasteria, quæ sufficiant ad vnum Concilium triennale, seu vnam iustam congregationem faciendam, nu. 7. tunc deuoluitur ad plures Metropolitas simul, num. 5. cuius seu quorum Metropolitarum præcepto si non paruerint monasteria, tunc subduntur Episcopis suis respectiue tanquam Sedis Apostolicæ delegatis. nu. 6.*
Dispositio in singulari, eadem suadente ratione, in pluribus militat. 5
Appellatur ad Papam ab ordinario tanquam delegato procedente. 6

CONSILIVM XVIII.

COnuocatio Canonicorum regularium immediate Sedi Apostolicæ subiectorum ad Concilium triennale faciendum iuxta[f] Concilium Tridentinum, ad quem spectet, an ad Prælatos monasteriorum, an ad Capitula eorum.

1 Respondeo primo, arbitrari me futuros esse aliquos prælatos, uel aliquot Capitula eorum, qui dicant statutum Concilij præfati amisisse vires suas, eo quod nunquam fuerit receptum in suis regionibus: & quod lex non recepta nō ligat, nec habet vires, iuxt. c. [in istis,][g] in hæc verba. [Leges instituuntur, cum promulgantur, firmātur, cum moribus vtentium in contrarium nonnullæ leges hodie abrogatę sunt, &c.] per quem textum glossa solemnis & reputata singularis,[h] dixit transgressorem legis vel canonis non recepti minime peccare, nec puniendum esse. cuius rei exemplum est in d. cap. 1. quo statutum fuit, ne bellum etiam iustum fieret in Aduentū vsque ad octauam Epiphaniæ, nec à Septuagesima vsque ad octauam Paschæ: quod tamen non ligat, quia nō fuit receptum. & duo similia exempla ponit Gratianus in cap. [statuimus.][i] & cap. [denique,][i] & est conclusio recepta per omnes communiter, vt copiosissime tradit Fely. post alios, k Cardinalis Alexādrinus,[l] & alij multi citati per eosdem,

f c. 8. de reg. sess. 25.
g §. leg. d. 4
h in c. 1. de treug. et pace. nu. 6.
i 4. dist. ce.
k in d. c. 1. de treug. et pace. nu. 6. & in alijs seq.
l in d. §. lex.

eosdem, & confirmatur per cāp. fin.[a] & A
nos etiam post alios tradimus in Man. 40. & 41. confess.[b]

2 Et quamuis sit controuersia, tamen uerior resolutio vī quod sufficiat tempus decem annorum ad tollendū vires legis humanæ nondum receptæ, quamuis ad tollendas vires legis canonicæ iā receptæ requiratur tempus quadraginta annorum, vt tradunt Calderinus, & Imolensis,[c] relati & approbati à Fel.[d] Et in casu proposito fluxerunt viginti anni & amplius, quod præfati canonici regulares non sint vsi præfato c. 8. occurrente quolibet anno, vel saltem triēnio B opportunitate, aut obligatione usus eius secundum statutum Concilij.

3 Secundò respondeo, q̄ non deerunt etiam aliquot Prælati, uel canonici, quibus videbitur contrarium, scilicet statutum Concilij non esse per desuetudinē sublatum, vel quia videbitur desuetudinē præfatam fuisse merū non vsum præfati c. & non contrarium: vel quia iam fuit facta vna vocatio ad faciendum Cōcilium prædictum triennale, quæ tamē fuit contradicta à præfatis dicentibus ius vocandi ad illud non pertinuisse ad canonicos, sed ad Prælatos, quorum cō tradictio uidetur fuisse iuri propior.

4 Tertiò respōdetur, quod qui tenuerit præfatum statutum adhuc vigere, & nondū desijsse habere vires propter non vsum, oportebit eum dicere iura vocādi ad illa Capitula, & iura alia pertinere ad Metropolitanum illius regionis, vbi sunt illa Capitula congreganda: quia prædictum c. 8. id exprimitur, & vbi est casus legis, non est locus dubitandi.[e]

5 Quarto, quod in regnis, in quibus quæstio vertitur, scilicet Castella, Aragonia, & Nauarra, non videntur in vna prouincia esse tot monasteria, quot videntur esse necessaria ad facienda illa Concilia triennalia. Nam quædam illorum subsunt Metropolitano Cæsaraugustæ, & alia Burgensi, & alia Cōpostellano. Quare videtur respondendū prædictum ius vocandi pertinere ad duos, vel tres Metropolitanos, sub quibus degunt prædicta monasteria, & prædicta Capitula canonicorum regulariū. Pro qua confideratione facit, quia dispositio, quæ loquitur de vno in numero singulari, habet locum in pluribus, vbi eadem ratio id suadet, per c. [si compromissarius.] iuncta gl. & notata in eo per Domin. & Philip. Franc.[f] & alios alibi. 6 Quinto, quod qui tenuerint dispositionē prædicti c. 8. non esse sublatā per non vsum, oportebit etiam eos dicere, quod si Metropolitano instante prædicti canonici non se redegerint in cōgregationem, & non fecerint prædicta Capitula triennalia, suberunt epis ordinarijs tanquam à Sede Apost. in id delegatis, & hoc per negligentiam Prælatorū & Capitulorum prædicti ordinis, per quod bona ex parte perderent suā exēptionem. Dixi, [bona ex parte:] quia non omnino, qm̄ non iudicarentur auctoritate ordinaria, sed delegata Sedis Apost. & non possent ipsi, nec fiscus, nec aduersarij appellare ad Metropolitanū sed solum ad Sedem Apostol. quoniam ab ordinario procedente virtute iurisdictionis delegatę à Sede Apost. debet appellari ad eandem, & non ad Metrop. 7 Sexto, quod vtilius esset exemptio. ni prædictorum canonicorum regularium, quorum nomine cōsulimur, vt dispositio prædicti c. 8. esset per nō vsum C sublata. Tum quia, si contrarium tenea tur, vix poterunt effugere iudicium ordinariorum volentium procedere contra eos auctoritate delegata: quia vix vnus Metropolitanus habebit potestatem ad compellendum prædictos canonicos, vt faciant prædicta Cōcilia: quia nullus illorū in suo archiepiscopatu habet tot monasteria, quæ sufficiant ad iustam congregationē, & difficile est duos vel tres Metropolitanos ad hoc cōiungere: & sic, dispositio illa esset sublata, & eorū exemptio remaneret intemerata.

Septimo, quod vtilius esset animabus D & regulari obseruantiæ prædictorum canonicorū, vt dispositio prædicti c. 8. per nō vsum non esset sublata, vt vtilius esse visum fuit prædicto Cōcilio, & quod cō sulendū esset, vt recurrerent ad S. D. N. quia sua suprema potestate potest prædictum c. Conc. etiam si esset sublatum, restituere, & addere illa, quæ viderentur opportuna ad hoc, vt Reuerendis eorum prælatis delegaretur in Hispania ius & potēstas vocandi tā Prælatos, quam canonicos prædictorū monasteriorum

a de cōsuet.
b c. 23. nu. 40. & 41.
c in d. c. 1.
d de treug. et pace.
e l. ancillæ. C. de furtis.
f de elect. lib. 6.
g cap. licet. de offi. ord.

riorum ad iustam congregationem faciendam de triennio in triennium, vt exequerentur præd.c [in singulis,][a] ad cuius executionem faciendam prædictum Concilium statuit prædictum c.8.

a de statu monach.

De Religiosis domibus.

SVMMARIVM.

1 *Hospitalis rector tenetur recitare Horas canonicas, & ad habitum clericalem, quando hospitale est beneficium, alias non.*
2 *Hospitale iudicatur beneficium, quando ex fundatione id statuitur, vel per electionem & confirmationem superioris datur.*
3 *Hospitale esse, & non esse beneficium, ex multis conijcitur.*
4 *Hospitale, quod clericis & laicis solet commendari, non est beneficium.*

CONSILIVM I.

1 AN rector hospitalis N. teneatur dicere Horas canonicas, & gestare habitũ clericalem, nec ne? pẽdet ex illa, an prætatũ hospitale sit beneficiũ Ecclesiasticum, nec ne? quia si est beneficium, tenetur: si non est, non tenetur, argõ traditorum per oẽs, in c.2.[b] & latius per nos in enchirid. de oratio. [c] Constat enim, duplex genus esse hospitalium: alterũ, quod datur in titulum beneficij: alterũ, quod solum datur in administrationẽ, vt probat Clem.1. iuncta glossa, [d] & est textus in clem. [quia contingit.] [e]

b de celebr. missa. c Super ca. quando. de cõsecr. dist. 1.c.7. d de præb. e §. vt aũt. de religio. dom.

2 Secundò, quòd hospitale dicitur esse beneficiũ duobus casibus, puta, quando in fundatione ipsius statutum fuit ab ordinario, vel à Papa, quod esset beneficium, & quando datur per electionem, & confirmationem Superioris, vt est text. in d.§. [vt autem.] quod omnes ibi adnotant. quibus addo, quod etiam est censendum beneficium, quando per quadraginta annos fuisset possessum vt beneficium, argum. cap. [cum de beneficio,][f] & aliorum multorum, quæ ad hoc adduci possunt.

f de præbẽ. lib.6.

E Tertio, q̃ mihi non constat, q̃ in fundatione præfati hospitalis fuerit adiectum, vt esset beneficium, nec ne: neq; constat mihi, quod secundum fundationem suam debuisset prouideri ei per electionem, & confirmationem: quia nihil tale mihi monstratum est.

3 Quarto, q̃ vidi copiam prouisionis Pij V. qua præfato N. contulit illud ante ætatem sexdecim annorũ, ex qua colliguntur aliqua signa conijciendi qđ est beneficium. Primum per illa verba, qđ quidam Cæsar cessit illi in manibus Pij, & q̃ Pius cessionem admisit. Secũdo, q̃ concessit. Tertio, q̃ concessit Philippo clerico. Quarto, q̃ præfatus Philippus cessit in manibus Papæ. Quinto, q̃ ipse Papa admisit. Sexto, q̃ concessit Maximo clerico. Septimo, quòd valor præfati hospitalis exprimitur. Octauo, quòd præsupponi põt illud vacasse alijs modis, quam per illam cessionem. Nono, quòd præsupponit potuisse esse reseruata Papæ. Decimo, per illa verba, [Non sit alicui alij canonicè cõmissum.] Vndecimo, per illa, [Aliud canonicũ non obstat.] Duodecimo per illa, [Inducere ĩ possessionẽ, & defendere.

4 Quinto, quòd ex eadem copia colliguntur etiam aliquot coniecturæ, quòd non sit beneficiũ, scilicet quòd in nulla eius parte appellatur beneficium: & quòd, si quibus cõcessum fuisse dr̃, quòd appellãtur Rectores, & Gubernatores, & quòd eius fructus sunt distribuendi pauperibus, & quod ẽm communem opinionem hospitalia, quæ nõ sunt beneficia ecclesiastica, põt commendari, & tradi regenda, & gubernãda clericis, sicut laicis, & quod responderi põt coniecturis superioribus, quod non concludunt necessario quod sit beneficium: & quod regulariter hospitalia nõ sunt beneficia: & à regula non est recedendũ, nisi per textum expressum, vel rationẽ necessario concludentem, iuxta glo. celebrem in l. [omnis definitio,] s̃ quæ habet similem, in rubrica. [h]

g ff. de reg. iur.

Sexto, quod ad iudicandum certo & sine errore, oporteret videre fundationẽ p̃fati hospitalis, & inquirere modos, quibus his quadraginta annis proximis fuit collatum, seu concessum, & quales personæ fuerunt illæ, quibus fuit cõcessum,

h eod. titu. lib.6.

sum, seu à quibus fuit rectum, & gubernatum, & si fieri posset, qua mente illud fuit gubernatum, an scilicet tanquam beneficium, an tanquam hospitale, cuius est capax laicus. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Pacta confirmata per sententiam non tolluntur sublatis pactis per legem.*
2 *Papa non potest eximere aliquem à iurisdictione Papali in spiritualibus.*
3 *Lites causa ecclesiastica agi & finiri debent in prima instantia in partibus per Concil. Trident.*
4 *Probatio sine aliqua tela iudiciali iustè fieri non potest.*
4 *Congregatio Concilij non habet potestatem ad definiendas contentiones facti, sed tãtum ad decidẽdas quæstiones iuris, quæ super intellectu Concilij emerserint: vnde nec cognoscit de validitate sententiæ illius, ac intelligentia, & similibus. nume.3.*

CONSILIVM II.

AN hospitale sancti Sebastiani oppidi Palmæ possit visitari ab Episcopo Cordubensi saltem uti delegato Sedis Apostolicæ.

1 Contra Episcopum facit, q̃ allegatur sententia lata contra eum, quæ trãsiuit in rem iudicatam, & consuetudo immemorialis, & statutum in fundatione, & quod pacta confirmata per sentẽtias non tolluntur sublatis pactis per legem, iuxta glossam singularẽ, [a] & quod Concil. Trid. non obstat, & quod Iulius Secundus, declarauit illud hospitale nõ subijci ordinario, neque alteri.

a in clem. dudum. §. nos vero. verbo pacta. de sepult.

2 Pro Episcopo autem facit ius cõmune, Clementina [quia contingit.] [b] innouatum per Conc. Trid. [c] & quod Papa non põt eximere quem à iurisdictione Papali in spiritualibus, & ita potest mandare, vt ordinarius tanquam delegatus possit visitare hospitalia, quæ q̃a sunt pia loca, videntur subijci Papæ.

b de relig. dom. c.15. sess. 7. & cap.8. sess.22. & c.8. §. illis. sess.25.

3 Videtur, quod determinatio huius contentionis non pertineat ad Illustrissimam eandemq; Reuerendiss. Dominorum meorum Cardinalium congregationem. Tum quia non habent iurisdictionem ordinariam, nec delegatã, ad cognoscendum & definiendũ an sententia, quæ contra Eẽm allegatur, sit vera, quis eius tenor, & an transierit in rem iudicatam, vel fuerit nulla, quæ non indiguit rescissione, & an de nullitate possit post tm̃ tps agi, & renouari sine vlla appellatione, cùm in prima instantia in partibus debeat agi & finiri per Concil. Trid. lis. Tum quia etiam allegatur immemorialis possessio contra Episcopum, quod negatur à sua parte.

4 Tum quia allegatur contra Eẽm ordinatio facta in fundatione hospitalis, quę negatur à sua parte. quorum trium determinatio requirit cognitionẽ & definitionem iudicialẽ: quia consistunt in facto à partibus controuerso: & ita est necessaria probatio, quæ sine aliqua tela iudiciali iustè fieri non põt. Et vt audio, potestas præfatorum Dominorum meorum non extenditur ad definiẽdas hmõi contentiones facti, sed tm̃ ad decidendas quæstiones iuris, quæ super intellectu Concilij emerserint. Salua tamen in omnibus corũ sententia, & ampliore potestatis sibi commissæ notitia.

SVMMARIVM.

1 *Hospitale erectum de bonis laici, in quo non adest nec altare, nec capella, nec campanile, non præsumitur auctoritate Episcopi erectum: illud tamen, mortuo fundatore, & visitabit Episcopus, etiam ex decreto Concilij tollentis omnia priuilegia, & consuetudines etiam immemorabiles cõtrarias, nu.2. rationesque deputatis reddi quidem debent, sed Episcopo, si voluerit præsente. nu.3.*
2 *Episcopus, vt bona in pios deputatos & sus per defunctos relicta conuertantur, cura re potest, etiamsi testator id prohibuisset.*

CONSILIVM III.

QVidam N. laicus suo testamento reliquit multa bona pauperibus, ita vt fieret xenodochiũ ad excipiendos pauperes, & quod regimen eius spectaret ad vniuersitatem vrbis N. quæ poneret in eo Rectores, qui certo anni tempore mutarentur, & redderent rationem iuxta dictæ vniuersitatis ordi-

ordinationem. Postquam fuit fabricatũ xenodochium, fuit ducẽtis annis & amplius gubernatum per dictam uniuersitatem, & rectores ab ea constitutos, nulla vnquam uisitatione facta, nec attentata per Episcopum. Nunc autem post Conc. Trid. prædictus Episcopus ordinarius vult visitare illud, & exigere rationẽ à Rectorib. eius: nec in eo est aliquod altare, capella, nec campana, neq; campanile, nec scitur fuisse constructũ auctoritate Episcopi, sed solum laica, & executoria executorum testatoris laici.

Quæritur primò, an debeat præsumi constructum auctoritate Episcopi.

Secundo, an esto non præsumatur, liceat illi visitare illud.

Tertio, an liceat ei rationes exigere.

1 Ad Primam respondeo negatiuè, per illa quæ adducunt Panor. [a] & Ludouicus Romanus. [b]

a in disput. Sẽpronius. q.3.

b cõsi.477.

Ad Secundam, pro parte negante facit, q; hospitale constructum a laico sine auctori ate Episcopi, & bona eius illi collata per eũ, sunt bona laica, quæ nullatenus subsunt Episcopo, argumento a contrario sensu c.[de xenodochijs.] [c] Consequenter non possunt uisitari ab eo, quia visitatio arguit superioritatem, & iurisdictionem. [d]

c Et cap. ad hæc. de relig. dom.

d ca. audit. & c. ex offic. de præscr. & c. Romana. de censi. lib. 6. & l. si quis ad declarã. & l. id quod Concil. Tridentinum, § expresse quòd paup ribus. C. de Episc. et cler. & c. tua. de testa. & §. si quis pro redẽptione in Auth. de eccles. stitu. coll. 9. & Sess. 22. cap. 8.

2 Pro affirmatiua est, quod Episcopus est pater pauperum, & curator bonorũ eorum, ne pereant eis, [e] & habet potestatem à canone curandi, vt omnia relicta in pios vsus, impendantur in eos, etiamsi testator prohibuerit ne se Episcopus eis intromitteret, [f] & hic agitur de bonis relictis pauperibus. Secundo quod Concil. Tridentinum, [g] expresse disponit, quòd non obstante quocunq; priuilegio, & quacunq; consuetudine, etiam immemorabili, Episcopus possit & debeat omnia loca pia visitare. Tertiò, quod opposita pro parte negante procedunt in locis & rebus nondũ donatis, vel relictis pijs operibus, quorum domini viuunt, & habent potestatẽ plenam de illis disponendi. In casu verò nostro agitur de relictis operi pio, quorum dominium non est penes laicos, sed penes Ecclesiam: quia per suam constitutionem vniuersalem cura illa rectè gerendi, & impendendi applicata est episcopis, per prædictos canones, & leges,

e vbi supra

f vbi supra nu. 4.

g vbi sup. de restit. oblat. opsit. 5. nu. 5.

E vt sentit Panor. [h] & latius expressit in prædicta disput. [Sempronius.] q.3.

h in d. cap. ad hæc.

3 Ad Tertiam videtur dicendum, q; prædicti Rectores satisfacient reddendo suas rationes vniuersitati præfixo, & notificando ordinario diem, quo reddituri sunt rationem, vt si placuerit ei, adsit, & videat redditionem eius. Tum quia nõ tenentur illi bis reddere rationem, & tenẽtur reddere die præstituto eis, quos prædicta vniuersitas ad id nominauerit. Tum quia prædictum Concilium, [i] expresse hoc sentit, dum ait, [quod q̃n rectores hospitalium, vel aliorum piorũ locorum tenentur reddere rationẽ alijs quam episcopo, sufficit tunc quod ipse adhibeatur præsens eis reddendis.]

i ca. 9. eiusdem sess.

De iure patronatus.

SVMMARIVM.

Præsentatio facta ab excommunicato declarato non ualet. 1

Excommunicatus declaratus non facit fructus suos, nisi quo ad sustentationem. 2

CONSILIVM I.

1 An præsentatio ad beneficium facta à patrono declarato excommunicato valeat.

Respondeo quòd non, iuxta Ioan. Andr. Antonium, & Panor. [k] & post multas disputationes concludit Lãbert. [l] Nec institutio facta uirtute talis præsentationis valet, vt etiam concludit idem Lambertus. [m]

k & k in ca. nobis. de iure patron.

l in tractatu de iure patro. lib. 6.

2 Et nota, quod excommunicatus declaratus non facit fructus suos nisi quo ad sustentationem, per glossam, [n] adiuncta declaratione Panor. & Decij. [o]

1. par. 2. q. prim. art. 2. m eo. lib. 2. 3. par. q. 3. princ. ar. 4. n in verb.

SVMMARIVM.

1 *Præsentare validè potest is, qui bona fide subtrahanpossidet ius patronatus, vel beneficium tur. cui ius præsentandi est annexum, secus o ca. pastosi sit malæ fidei.* *ralis. §. ve-*

2 *Malæ fidei possessor non prosequitur quis rum. de ap-ex eo solo, quod contra ipsum pendeat pellis mota. Talis autem præsumitur, qui*

de

de beneficio in mense Papæ uacante fuit ab ordinario prouisus.

A *non transit: at si ita copulatiuè dicat, Vẽdo hanc uniuersitatem bonorum, & ius patronatus res dubia est.*

Decimas in ecclesia percipiendi ius, quod 2 *alicui competit, non potest, etiamsi accedat ordinarij consensus, cum bonis temporalibus permutari, sed requiritur Sedis Apostolicæ auctoritas.*

CONSILIVM II.

An beneficiarius possessor beneficij vacantis in mense reseruato Papæ, & accepti per titulum ordinarij, qui litigat cum prouiso Papę, possit præsentare ad beneficia pertinentia ad præsentationem illius beneficij sic possessi.

1 Ad quod respondetur primò, certũ esse, possessorẽ bonæ fidei iuris patronatus, vel beneficij, siue dignitatis, ad quã pertinet præsentatio, posse præsentare, non obstante q̃ litiget super iure patronatus vel super beneficio, ad quòd pertinet præsentatio, per c. [consultationibus.] [a] & alia quæ adducit Lambertus. [b]

a De iure patro.

b in trac. de iur. patr. 1. par. lib. 2. q. 3. prin. art. 1.

Secundò, communiter etiam tenẽri, possessorem malæ fidei non posse id facere: & si faciat, & postea declaretur ius patronatus non pertinere ad eũ, & mala fide possedisse illud, institutus ad præsentationem eius ejicietur, iuxta glossam, [c] & Innoc. [d] communiter receptos & alia, quæ idem Lambertus tradit. [e]

c Pen. d in d. c. cõsultationib. e vbi supra

2 Tertio, quod possessor iuris patronatus vel dignitatis, ad quam pertinet præsentatio, non præsumetur malæ fidei quoad hunc effectum, eo solo q; litigat super illo iure patronatus, arg. cap. prædicti [consultationibus,] & aliorũ quæ prædictus Lambertus adducit. [f]

art. 2.

f vbi supra nu. 4.

Quartò, q; dubium huius quæstionis vt reduci ad illud punctum, vtrum possessor hmõi beneficij reseruati præsumatur malæ fidei, an bonæ? Et in præsentia, saluo maturiori studio, ipse inclino in partem, quæ diceret eum præsumendũ fuisse malæ fidei possessorem, posteaquam fuerit expulsus à prædicto beneficio ob reseruationem, per ea quæ prædictus Lambertus tangit, [g] & nos tradidimus in repetitio. c. [accepta. [h] Salua, &c.

g vbi sup. de restit.

h Salua.

SVMMARIVM.

1 *Vendens vniuersitatem bonorum, cui annexum est ius patronatus, si nullam de eo fecit mentionem, illud trãsfert in emptorem: item si vendat per hæc verba, Vendo vniuersitatem hanc cum iure patronatus. Quod si illud expresse excipiat,*

B *na & ius patronatus vendidit, ius autẽ percipiendi decimas permutauit ordinarij auctoritate pro quibusdam bonis temporalibus. Quæritur quid iuris.*

Rñdeo primò, certum esse ius patro-1 natus consistens in vniuersitate bonorum transire in alterũ per uniuersitatis dictorũ bonorum emptionem, & permutationem, nulla mentione facta iuris patronatus, c. [ex litteris.] [i] & ibi adno- *Et c. cum* tat glossa communiter recepta: quãuis *seculum. de* cõtrouertatur, an idem sit, si de iure pa- *iure patr.* tronatus mentio fiat, & certum est non esse idem, si fiat mentio ad excipiendũ C illud à contractu & translatione prædicta, vt habetur in d. c. [ex literis.] si aũt fiat mentio ad transferendum per præpositionem, [cum,] dicendo [quod vendit vel permutat bona cum iure patronatus,] valet trãslatio: si autem expressio fiat per copulationẽ, & dicendo, [vẽdo vel permuto bona, & ius patronatus,] sicut videtur factum in casu præsenti, dubiũ est, vt tradit latè Decius. [k]

i in c. quã. to. de iud. nu. 6.

k in c. 2. de transact.

Secundò, q; decimarum permutatio pro alijs rebus tẽporalibus non vr posse fieri cum auctoritate ordinarij: quia videtur admitti simonia, vt tradit Pan. [l] & àlij alibi: & in proposito casu videtur fieri permutatio quarundam decimarũ pro bonis temporalibus, quare videtur consulendum, vt præfata permutatio auctoritate Apostolica confirmetur, ad tollendas lites, & dubia quæ possent ex prædictis suboriri. Salua, &c.

l in c. 2. de transact.

SVMMARIVM.

Filius legitimus ex spurio clerici natus nõ 1 *prohibetur ullo iure præsentari ad capellaniam iuris patronatus dicti clerici.*

Filij

2 *Filij etiam baſtardi & ſpurij dicuntur de parentela & familia defuncti: inſpecto iure naturæ, cum in eos naturalis effectus cadat.*

CONSILIVM IV.

QVidam clericus habens vnicam filiam legitimauerat eam per reſcriptum Principis, vt ſuccederet in omnibus eius bonis, cum plura ex patrimonio ſuo haberet, viroq; nobili eã locauit in facie Eccleſiæ: & ex dicto legitimo matrimonio ita contracto prædicta filia plures filios reliquit maſculos. Rebus ſic ſtantibus præfatus clericus vigore prædictæ legitimationis in ſua vltima uoluntate reliquit pro hæredes eius uniuerſali prædictam eius filiã. Item in ipſamet eius vltima voluntate reliquit inſtitutam quandam capellaniam pro anima ſua, cum clauſula, vt in ea ſuccederet clericus magis proximus & conſanguineus eius, bonæ vitæ, & famæ. Et ad præſentationem prouiſionẽque dictæ capellaniæ reliquit pro patronis eius Principem ſuæ ciuitatis in perpetuum, qui dictam legitimationem conceſſit. Dubitatur nunc, an quidã clericus filius legitimus prædictæ filiæ, neposq; clerici fundatoris præfatæ capellaniæ poſſit & debeat admitti ad præſentationem dictæ capellaniæ, & præferri alijs in paribus terminis exiſtentibus an verò indigeat diſpenſatione à ſummo Pontifice ad omnia ſupradicta.

1 Reſpondetur in hoc caſu nulla diſpenſatione indigere, ideo ſi bonæ famę & vitæ ſit, debere nõ ſolum admitti, ſed in paribus terminis alijs præferri, cum nullum impedimentum patiatur, iuxta *a in c. quia clerici. in ver. filij. de iure patr.* gloſſam,[a] quam ibi ſequitur communis opinio, ſecundum Abbatem ibi, & Rochum,[b] & Lambertum.[c]

b de iure patr. verb. honorificũ. q. 4. 2 Item cum ſit cõſanguineus, & de parentela defuncti, præcipuè in hoc caſu attenta voluntate teſtatoris, inſpectiſq; verbis teſtamenti, cum naturaliter inſpecto iure naturę ẽt filij baſtardi & ſpurij dicantur procedere ex ſanguine, parentela, domo, & familia defuncti, cum in eis naturalis affectus cadat, vt notat Bartolus, iuxta textum in l. [pronunciatio,][d] ibi,] Cum ex eodem ſanguine

c 1. par. lib. 2. 12. ar. d. quæſt. d §. familiæ. in fi.

E proficiſcuntur.] idem Bartolus,[e] idem Bar. in l. fi. C. de verb. ſignific. ita tenet Abbas,[f] latius per Decium.[g]

e in l. tutelas. ff. de ca pt. dimin.

f in c. nonnulli. de reſcript.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus ex præſentatis aquè idoneis vnũ eligere poteſt, quem inſtituat.*

2 *Patronus clericus ex approbatis ad curatũ magis idoneum præſentat, at ex aquè dignis vni gratificari poteſt illum præſentando. & nu. 3. & 5.*

Iure ab antiquo non receditur, niſi quatũ à nouo cauetur.

Lex Principis quo ad expreſſa præiudicat alteri, & non vltra.

g cõſ. 365. & cõſ. 570.

nu. 1. cum ſeq. & cõſ. 495. nu. 3.

3

4

CONSILIVM V.

AN concurrentibus duobus presbytaris ad beneficium curatum de iure patronatus clericorum, ſi ambo reperiantur idonei, ius gratificandi ſpectet ad epiſcopum vel ad patronos, ſtante Concil. Trid.[h]

h ca. 18. de reſor. ſeſſ. 24.

1 Reſpondetur, quòd pro epiſcopo facit cap. [cum autem,][i] quod habet, epiſcopum, cui duo æquè idonei præſentãtur, habere ius gratificandi, & poſſe inſtituere vtrum illorum voluerit, quod ibi tenet Pano. & communis, & Lambertus lib. 2. 3. par. princ. q. 4. art. 11.

i de iure patro.

Pro patrono eccleſiaſtico verò facit primò, q̃ præfatum c. [cum autem] loquitur de iam præſentatis Epiſcopo, & caſus propoſitus agit de nondum, ſed tantum examinatis & approbatis.

2 Secundò, q̃ licet examinatio & approbatio cõpetitorum, & concurrentiũ ad Eccleſiam parochialem iuris patronatus eccleſiaſtici pertineat ad eũm, & ad examinatores, præſentatio tamẽ debet fieri per ipſum patronum eccleſiaſticum,[k] Conc. Trid. Nec obſtat, quod ipſe teneatur præſentare digniorem. Tũ quia non poteſt inſtitui ſine ſua præſentatione. Tum quia non tollitur ei ius, & poteſtas præſentandi, ſed tantũ reſtringitur ad præſentandum dignioré, quod etiam coram Deo tenebatur facere etiã iure communi antiquo, vt nos probamus in Miſcel.[l] de oratione.

k ex d. cap. 18.

l 38. & 42.

Tertio, quod ſi gratificatio pertineret ad eũm, vana eſſet poteſtas præſentandi,

tandi, quæ per prædicta pertinet ad patronum Eccleſiaſticum, quod non intendit prædictum Concilium.

3 Quarto, q̃ à iure antiquo non eſt recedendũ, niſi quatenus à iure nouo receditur.[a] At iure antiquo poterat patronus Eccleſiaſticus dignioré, vel æque dignum ſanctè præſentare, ſm omnes, & iure nouo Concil. Trid. non tollitur ei huiuſmodi poteſtas, vt patet ſatis per pendenti illud,[b] imò confirmatur, quatenus reſeruat ei poteſtatem præſentãdi. Ergo ipſe poteſt præſentare, quando duo examinati ſunt iudicati æquè idonei: & nullo iure neque antiquo, neque nouo tenetur præſentare illũ, quẽ elegerit Epiſcopus: ergo ad ipſum pertinet electio & gratificatio.

a l. præcipimus. C. de appell.

b cap. præſ. 18.

4 Quintò, q̃ lex Principis non præiudicat alicui, niſi quo ad ſummum in eo, quod exprimit,[c] vti rectè reſoluit Decius. At Concilium Tridentinum,[d] nõ exprimit vt fiat in hoc præiudicium patrono eccleſiaſtico. ergo non eſt dicendum in dubio id facere voluiſſe.

c l. 2. ſi quis à Principe. ff. ne quid i loco public. fiat. & c. ſu per eo. de offic. deleg. d vbi ſupr. e c. cũ ceſſante. de appell. cũ concordan. f cap. 18.

5 Sexto, q̃ ceſſante cauſa ceſſare debet effectus.[e] At cauſa præfata noui iuris indicti per præfatum Conc.[f] fuit, vt poteſtas patronorum Eccleſiaſticorum ĩm reſtringeretur, quantũ erat neceſſe ad bene prouidendũ Eccleſijs parochialibus, & non plus. Et in caſu propoſito non eſt neceſſe ad illã bonã prouiſionẽ, vt eligat Eps, quem volet ex æquè idoneis, ſed ſatis eſt, quod patronus Eccleſiaſticus id faciat, cũ vterq; eorum ſit iudicatus ab eõ æquè dignus & idoneus. Ergo ſeruãdum eſt in hoc patrono Eccleſiaſtico ſuum ius præſentandi vtrum ex duobus voluerit. Salua, &c.

Aduertendũ referri reſolutum fuiſſe ad examinatores non ſpectare iudicare quis ſit magis idoneus. vñ patronus eccleſiaſticus ex approbatis ,p idoneis eliget eum qui ſibi magis vĩ idoneus, quẽ præſentabit Epiſcopo, ad quem ſpectat ius inſtituendi. At ſi inſtitutio ad alterũ pertineret, Epiſcopus ipſe ex approbatis eliget magis idoneum, quem patronus præſentabit ei, qui debet inſtituere.

SVMMARIVM.

1 *Conſentire præſentationi, ſeu electioni, vel inſtitutioni, differt à præſentare, eligere,*

A vel inſtituere: vnde cui conceditur primum, non cenſetur conceſſum ſecundũ.

Collegiatæ tam ſæcularis, quàm regularis, patronatum poteſt habere laicus, cui iure communi competit, & poſſit beneficiandos, & monachandos præſentare Superiori, qui habentes qualitates requiſitas tenetur eos admittere. nu. 5. nec præſentatam, & ſit monialis, poteſt eo ſolo repellere, quod minorem dotem habeat alia, quam Superior offert. nu. 6. Prælati autem præſentatio ad ipſum, niſi ex priuilegio Apoſtolico, non ſpectat. nu. 1. & 3. quæ facultas non cenſetur conceſſa, eo ſolo quod Pontifex cõceſſerit aliquem in Prælatum, ipſo non conſentiente, eligi non poſſe. nu. 2.

3

Conuentualis Eccleſia appellatio tam regularibus, quam ſæcularibus eccleſijs congruit.

3

Patrono conuentualis Eccleſiæ concedens Papa, vt nec moniales in monaſterium, nec in Prælatum ſine ipſius conſenſu recipiantur, nõ ob id cenſetur priuaſſe eundem patronũ facultate præſentandi moniales ſibi de iure cẽpetenti, ne inducta ad augmentũ operentur diminutionem.

4

CONSILIVM VI.

QVAESTIO PRIMA, an laicus ex priuilegio Papę ĩ monaſterio ius præſentandi Abbatiſſam, ſeu Prælatum habere poſſit.

1 Reſpondeo, clarum eſſe, q̃ ad laicũ patronum & nominatos ab eo pertinet præſentatio Abbatiſſæ: quia licet Cardinalis, Panormitanus, Io. Andr. & alij, diſcordent, vel dubitent de aliquot alijs articulis, [g] omnes tamen conueniunt in hoc, quod laicus poteſt habere nõ ſolum ius patronatus in Eccleſia collegiata, ſed etiam ius præſentandi Prælatum ex priuilegio Papæ, & conſtat prædictũ Doctorem, & nominatos ab eo habuiſſe & habere ex priuilegio Papæ ius patronatus, & ius præſentãdi Abbatiſſam in prædicto monaſterio, vt in caſus propoſitione exprimitur: ad quod alia multa poſſent adduci ex Rocho,[h] & alijs citatis ab eo, & ex Lamberto,[i] quæ vt nullatenus neceſſaria omitto.

g in ca. nobis. de iure patron.

h in tract. de iure patro.

i de iu. patr.

2 QVAESTIO SECVNDA: Patrono cum ſit à Papa cõceſſum, ne quæ monia-

5. q. par. 1. prin. 2. lib.

Universidad de Deusto
Biblioteca

monialis in monasterio recipi, aut eligi possit sine eius consensu, an virtute talis clausulæ censeatur habere ius præsentandi moniales?

Respondeo primò, quod est clarum non posse aliquam in prædictum monasterium intrare, vel eligi sine consensu prędicti Doctoris, & nominatorum ab eo: quia Papa hoc expresse concessit, vt in casu proponitur, & quod principi placuit, legis habet uigorem. [a]

Secundò, q̃ dubitari põt, an præsentatio monachorum siue monialium pertineat ad prædictum Doctorẽ, & nominatos ab eo ex priuilegio Papæ. & videri potest alicui q̃ sic, eo quod videntur paria esse, quod Petrus debeat facere illud, aut illud non possit fieri sine ipsius consensu, argõ [decreuimus,] [b] qua parte significat idem esse dicere, quod patronus põt præsentare rectorẽ, & quod eps̃ spreto illo non potest præsentare. Contrarium tñ arbitror, scilicet, quod ex priuilegio verborum Papæ in casu relatorum non poterit præsentare, q̃n aliud est, quod aliquid non possit fieri sine consensu alicuius, & aliud, quòd ille, cuius consensus requiritur, possit illud facere, vt irrefragabiliter probatur in c. 1. [c] quatenus habet, mortuo episcopo posse Capitulum conferre beneficiũ pertinens ad collationem eps̃i, & Capituli, non aũt si pertineat ad episcopum de consensu Capituli. Probatur etiam per l. [aliud est vendere, aliud est vendenti consentire,] [d] & quia licet in promotione episcopi requiratur consensus Regis, vt in casu c. [cùm terra,] [e] nõ potest tamen Rex eligere, secundum omnes. 3 Tertiò, q̃ præsentatio monialiũ prędicti monasterij iure cõi pertinet ad dictum Doctorem, & nominatos ab eo: quia patronus alicuius Ecclesiæ collegiatæ, quam construxit, & dotauit, licet iure cõi non habeat præsentationẽ Prędicti, habet tamen præsentationem canonicorum, & beneficiatorũ illius collegij, vt satis probat c. fi. [g] & tradit Pano. & ibi, & post Io. Andr. [h] & Felynus post alios, [i] & latissimè Lãbertus, [k] & quod idem dicendum sit de patrono Ecclesiastico. 3. q. 5. rum regularium collegiatarum, & monasteriorum, quod in ecclesijs collegiatis sæcularibus, idem Lambertus conclusit, [l] & probatur ea ratione firmã, q̃ iura generaliter & indistinctè loquũtur de patronis Ecclesiarum sęcularium & regularium, & dictum c. [nobis.] loquitur de ecclesia conuentuali, quæ vtrisq; aptatur, vt ibi tradit Panor. cõiter receptus: & constat ius patronatus quæri posse in monasterio, vt latè tradit Rochus, [m] & citati per eum, & post illum prædictus Lambertus 1. par. lib. 1. q. 2.

4 Non obstat, quod in bulla Papa, vt prædictum est, non præstat, nec reseruat eis facultatem præsentandi moniales, sed solum quod non possint illæ recipi absque illorum consensu. Tũ quia sicut eam non reseruat expresse, ita etiã eam non tollit, & relinquit illam iuri communi argum. l. [commodissimè,] [n] quatenus probat casum omissum haberi pro omisso, & relinqui iuri communi, quod multis confirmat ibi Iason, & probat cap. [præscriptum.] [o] Tum quia posita ad augmentum non operantur diminutionem, neque è contrario, [p] at illa clausula, ne sine consensu prædicto rum patronorum possint moniales recipi, fuit posita ad augendam potestatem eorum, vt palam est: ergo non induxit diminutionem potestatis iure communi eis competentis.

5 Quarto, quod forma propositionis casus præsupponit, q̃ prædicti patroni præsentant moniales episcopo, quatenus habet, q̃ episcopus confirmat electionem Abbatissæ, & monialiũ: quod satis est consonum iuri communi, quod habet patronum debere præsentandos præsentare Superiori, [q] & episcopus est Superior quo ad conferendum beneficia & instituendum in eis. [r] Quo præsupposito, concedendum est episcopum habere in hoc casu potestatem cognoscendi de persona præsentata, & qualitatibus eius, an videlicet sit conueniens, & an concurrant in ea qualitates iure communi, vel speciali requisitæ, arg. c. fin. [s] & ei concordantibus, seruando tamen sua iura salua patronis.

Sexto, quod eadem forma casus propositionis videtur continere illam quæstionem particularem.

QVAESTIO TERTIA, An præsentata à patrono cum dote centum ducatorum, aut præsentata ab Episcopo cum

a §. *sed & quod princ. inſti. de iure naturali gent. & ciuili, & ꝛ. proposuit. de conceſs. preben. b 16. q. 7.*

c *Ne ſede vacante. lib. 6.*

d *ff. de regulis iuris. e de elect. f cap. nobis. de iur. pat. g de cõceſs. preb. h in d. c. no bis. colu. 3. verſi. circa ſi. & c. cum Vulterana. de elect. nu. 8. & in c. poſtulaſti, de iur. patr. i in ca. cum Generabilis de except. nu. 33. vel 37. k Tract. de iure patro. princ. 1. par 2. lib.*

l *in d. q. 5. prin. art. 4.*

m *de iure patro. verbo in eccleſijs.*

n *ff. de libe ris & poſth.*

o *de preſcr. lib. 6.*

p *ca. fin. de verbo. ſign. l. legata in utiliter. ff. de admed. legat.*

q *ca. nobis. et c. nullus. & toto tit. de iure patro.*

r *ca. omnes baſilicæ. 16. q. 7. & arg. ca. cum ex iniuncto. de hereticis.*

s *de elect. lib. 6.*

eum dote ducentorum sit instituenda. 6 Ad quam dicendum est primo, iure communi audiendum esse patronum: quia secundum illud gratis, & non precio sunt recipiendæ monachæ, iuxta c. [quoniam.] cũ cõmuni multa citante. [a] Secundo, q̃ cum Episcopus hoc casu non habeat potestatem conferendi monachas, nec præsentandi, nec nominandi monachas, sed solum instituendi, vel admittendi prędentatas, non potest Episcopus ponere in prædicto monasterio vllas magis, vel minus dotatas, quia id esset facere extra suam potestatem, & ita quodammodo extra suum territorium ius dicere, contra l. fi. [b] & cap. 2. [c] Nisi deuolutio huiusmodi potestatis fieret ad eum per negligentiam patroni, vel aliàs legitimè, de quo non nobis proponitur. Salua, &c.

a *De simonia.*

b *ff. de iuriſd. omniũ iudicum.*

c *de conſtit. lib. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Fundum donans Ecclesię nihil iuris postea in eo potest prætẽdere, nisi donet ad fundandam Ecclesiam: quia tum acquirere potest in eatus patronatus, nu. 6. 14. & hoc dummodo accedat consensus Superioris, qui potest etiam ex post facto accedere, nu. 10. & 18. semelq; datus non potest reuocari, nu. 19. etiamsi fundus sit modici ualoris, sufficiens tamen ad ædificandã Ecclesiam, nu. 15. & hoc etiamsi sit Ecclesia collegiata & regularis: licet non acquirat ob id ius præsentandi, nec eligendi Prælatum, nu. 16.*

2 *Mores diuersi non debent esse in eadem religione seu congregatione, & hoc quando sunt adeo diuersi, vt sint aduersi, & contrarij, nu. 17.*

3 *Regulares: siue religiosi omnes suo quidem Generali præposito obedire debent, sed non si præcipiat aliquid contra præceptum maioris Prælati, nu. 18.*

4 *Posterior regula. seu regulæ constitutio derogat actibus præcedentibus.*

4 *Subreptitius est, qui petit confirmationem actus, tacens quod ille prius fuisset sublatus: aliud fortè est, quando solum tacetur an valeat, vel non, nu. 20.*

5 *Intellectus Concilij Tridentini sess. 25. de regul. cap. 2. & nu. 21.*

6 *Patronatus ecclesiæ acquiritur tribus modis, traditione fundi ad illam ædificandam, constructione, necnon & dotatione, imò & potest ab ordine status vt patronatum acquirat, qui maiorem partem monasterij construit, vel grandi dotat quantitate, & nu. 7.*

Fundatoris in honorem & commoditatem potest Prælatus & Superior, vt est Generalis, in fundatione apponere aliquas cõditiones puta, vt ei detur annuus cẽsus, vt non eligantur Superiores nisi de sua natione, & nu. 9. & si postea tale onus vel conditio esset mutanda, etiam ipse fundator esset vocandus, nu. 13. 8

Monasterium S. Trinitatis Minimorum soli Generali subest, & à Gallis gubernari tot ordini utile, nu. 12. 11

Præscriptio quadragintæ annorum sufficit ad præscribendum res Ecclesiæ: quæ tamen non eget, qui ius quæsitum per statutum habet. 20

CONSILIVM VII.

SAnctus Frãciscus à Paula institutor ordinis Minimorum, procurante id Ludouico XI. Galliarum Rege Christianissimo ab Italia transiuit in Galliã, vbi à Rege & proceribus regni maximo in honore habitus fuit, & adeo gratus, & sanctus, vt adhuc viuẽs & vocareẽ, *Le bõ & ſainct hõme*, & tãta deuotione fuerũt in eum adhuc viuentem præfatus Ludouicus, & eius filius Carolus VIII. q̃ ad amplificandum suũ ordinem vltra multa magnifica monasteria, quę in Gallia ordini eius fundarũt, & construxerunt, prędictus Carolus, cũ Roma in regnum Neapolitanum trãsiret, magno exercitu instructus, ad preces p̃dicti S. Frãcisci, iussit emi fundũ amplissimũ in mõte Pincio ad fundandũ vnũ monasterium sui ordinis in Vrbe, q̃ nunc appellatur Sanctissimæ Trinitatis, ad gloriam Dei, & in monumentum pietatis, qua ipsi, & alij Reges Francorum semper erga Romanam & S. sedem Apost. fuerunt, & ope diuina erunt: & contra ipsemet S. Franciscus fuit in hoc gratissimus, teste fel. rec. Iulio III. per hæc verba in literis suis Apostolicis scripta. [In memoriã tãti beneficij, & ad hoc, vt fratres dicti ordinis in eadẽ domo p̃pe residẽtes pro salute aię dicti benefactoris magis memores redderent, inter alia, q̃ ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

tunc in posterum dicta domus per fratres Gallicæ nationis, quamdiu inuenirentur qui inibi residerent, sin autẽ per alios regi, & gubernari, & inhabitari deberet, per publicum instrumentum desuper confectum, & manu notarij publici subscriptũ, voluit, & ordinauit.] Hæc ille, qui mox subdit hæc alia, [Volentes voluntati, & ordinationi tam pij Patris annuere, & illi satisfacere, necnon piũ, & caritatiuum, ac liberale donum dicti Regis in illius memoriã (prout par est) recognoscere, eiusdem Henrici Regis Christianissimi supplicationibus in hac parte inclinati, voluntatem, & ordinationem S. Francisci, & desuper confectũ publicum instrumentum, nec non prout illa concernunt omnia, & singula in eis contenta, ac inde secuta quæcũque, ex certa scientia nostra, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, auctoritate Aposto. tenore præsentiũ approbamus & confirmamus: & districtius inhibẽtes omnibus & singulis Prælatis prędicti ordinis, & sub cẽsuris, priuationis, & inhabilitatis pœnis, ne de cætero, quamdiu fratres prædicti ordinis præfatæ nationis Gallicæ idonei reperirentur, alium q̃ eiusdẽ nationis Gallicæ in Correctorem dictæ domus eligere, seu admittere, aut electum confirmare quoquo modo audeant vel præsumant: decernentes ex nunc irritum, &c.] Vnde ab initio, suæ fundationis ad hoc vsq; tempus nemo fuit Corrector, nec Prælatos illius monasterij alterius nationis, q̃ Gallicę, præter vnum, cõtra quem reclamatum fuit, & obtẽtum, ne vnquam vltra alius alterius nationis eligeretur, & quod p̃dictarum literarum S. Francisci confirmatio à S. Sede Apostol. obineretur, quæ mox à præfato Iulio III. fuit obtenta.

Quæritur, an Regibus Franc. Christ. & nationi Gallicæ, & conuentui prædicti monasterij non solum debeatur hoc ius præeminentiæ honorificum seruari de honestate & decentia, sed etiam de iustitia ipsa legali, & necessaria.

1 Huic quæstioni satisfacturus, diuina ope per præfatum S. Franciscũ optata, & sperata, primo adducam in aciẽ copias, quibus pars negans vincere tẽtat. deinde illas, quibus pars affirmans vincat, tertio loco subsidia, quibus dissipẽtur cohortes partem negantem sustentare conantes.

Pro parte negãte adduco primò Cóc. Tolet. relatũ à Gratiano, [a] in hęc verba. [Nouerint conditores basilicarũ, in rebus, quas eisdẽ Ecclesijs cõferunt, nullã potestatẽ habere.] Rex ergo Carolus nihil iuris prætendere põt in fundo, quẽ dedit prædicto monasterio construẽdo. *a in cap. 1. 10. q. 1.*

Secundò, q̃ fundus, quem Carolus dedit, fuit minoris valoris, quàm vt ob eum tanti monasterij fieret patronus.

2 Tertiò, q̃ fundans, vel cõstruens Ecclesiã collegiatam, non vt quærere ius patronatus in ea, iuxta c. [nobis.] cum ei adnotatis per omnes. [b] At ecclesia, de qua loquimur, collegiata, & regularis est: ergo nihil habuit in ea Rex Carolus. *b de iure patro.*

3 Quarto, q̃ in eadẽ cõgregatione nõ debẽt esse diuersi mores, [c] iuxta illud. [Nõ arabis cũ boue simul, & asino.] id est, hoïes diuersæ professionis nõ iũgas in eodẽ officio, vt ibidẽ eadem actio exprimit: ergo nec conuentus Romanus alio iure, q̃ alij ordinis eiusdẽ vti debet. *c cap. in no na actione. 16. q. 7. d Deut. 22.*

Quintò, q̃ nõ probatur, S. Franciscũ suis literis concessisse hmõi ius particulare prædicto monasterio in gratiã Regum Francorum, & nationis Gallicæ.

Sextò, q̃ oẽs supradicti ordinis professores debẽt obedire Generali suo, & eius præcepta implere, [e] & in cunctis, quæ suæ animæ & regulæ non contrariantur, Superioribus parere, [f] ergo & conuentus parere debet Generali suo præcipienti, vt cuiusque nationis monachus habeat vocem passiuam in electione Correctoris eius. *e per ca. 1. sua regula. f per ca. 5. eiusdem regula.*

Septimò, q̃ assertores huius partis contendunt, literas S. Francisci, & instrumentum super eis confectũ præcessisse regulam prædictam, & ideo illam tanquam posteriorem, cum sit contraria ipsi, derogasse, iuxta cap. 1. [g] *g de consti. li. 6. & l. pa*

4 Octauo, q̃ possessio eligendi Correctorem nationis Gallicæ fuit interrupta, & ita non prodest Regi, nec nationi, nec conuentui, iuxta cap. [sanctorum.] [h] cum gl. & alijs multis. *cta nouissima. C. de pactis. h de præscr. s ca. super li terus. de rescr. l. & si le gib. C. si cõtra ius vel vtilit. publ.*

Nono, q̃ Pont. Max. Iulio III. non fuit dictum, q̃ per regulam erat derogatum literis prædicti S. Frãcisci, & ita eius confirmatio fuit subreptitia, & [Mendax precator debet carere impetratis. [i]

Deci-

5 Decimo, q̃ huius partis assertores contendunt Concil. Trid. [a] statuisse, vt administratio monasteriorum ad solos officiales ad Superiorum nutum amouibiles pertineat, per quod videtur tolli prædictum ius particulare. [b] *a Sess. 25. c. 2. de regul. b Arg. c. 1. de cõst. li. 6.*

Vndecimo, q̃ ijdem cõtendunt obliuiosum iudicandum esse S. Franciscum, si, cum in sua regula iussisset communitatem, induxisset hanc particularitatẽ.

Duodecimo, q̃ ijdem tentant arguere falsi literas prædictas Iulij III. eo q̃ confirmatio literarum S. Francisci datarum anno 1501. fuit facta per eas anno 1553. & ita post 52. annos à data literarum: dicunt enim, quòd, si vera esset, longè prius facta fuisset.

Decimotertio deniq; ijdem contendunt arguere falsi p̃dictas literas Apost. eo q̃ emptio fundi fuit facta anno 1549 & literæ S. Francisci 1501. Turonis, & quod in literis Apostolicis dicit: [Nos pie considerantes Regiam Maiestatem Franciæ comparasse locum Sanctissimæ Trinitatis Romæ, &c.

6 Hactenus de copijs, quibus pars negans vincere tentat, nunc adducamus illas, quibus pars affirmans vincat. Et primo quidem, q̃ negari non põt, q̃ prædictus Carolus fuit effectus patronus prædicti monasterij: siquidẽ ipse emit, & tradidit fundum totũ, in quo est illud constructum, ad hoc, vt in eo fundaret illud, rogatu & precib. ipsiusmet S. Francisci, & suorum, cum transiret Roma in Regnum Neapolitanũ magno exercitu instructus, vt in facto proponitur: & ad hoc, vt aliqs fiat patronus ecclesiæ, sufficit vt det fundũ, in quo illa ędificetur. *c e. pia men iis. 16. q. 7. d 18. q. 2. e de iure patron. f in rubr. de donat. patr.*

7 Tria enim sunt, quorum quodlibet sufficit ad quærendum ius patronatus, nempe traditio fundi, ædificatio, & dotatio, iuxta illum senarium glo. [c] & ab omnibus receptæ: [Patronum faciunt dos, ædificatio, fundus,] & de traditione terræ. *col. ne fundi est casus in c. [Abbatem] [d] ibi, 4. de elect. [possessionis dñs.] & in c. [nobis.] [e] ibi, [pro fundatione.] & tradunt Panormitanus & omnes. [f] & Panormitanus, [g] in verbo & latius Rochus, [h] alios referens, [i] suffi cit enim, quòd alius vel alij construant, & dorent Ecclesiam, ad hoc, vt tradens vbi supra fundũ efficiatur patronus, vt post alios probat prædictus Rocchus. [k] Quin &*

A per Capitula generalia ordinis declaratum est, vt ille habeatur in ordine suo pro fundatore, qui dedit fundum ad ędificandum monasterium, vel maiorem partem conuentus ædificat, vel qui in grãdi quantitate dotat, vt videre est in Cap. 2. habito Tholosæ. [l] *l anno 1514*

8 Secundo, q̃ fundanti Ecclesiã Præ- *23. Maij, et* latus, & eius Superior põt apponere ali *anno 1532* quas conditiones honestas in fauorẽ & gratitudinem & vtilitatem fundatoris, adeo quod põt imponere annuum censum ei soluendum, iuxta c. [Eleutherius,] [m] vbi & alibi Archidiaconus com *m 18. q. 2.* B muniter receptus hoc adnotauit, & cap. [præterea,] [n] vt post Panormitanum & *n de iu. pa* cõmunem ibi & alibi asseruit Rocchus, *tron.* Paulus de Cita. & Lambertus, [o] declarã *o in suis tra* do verbum, [honorificum,] & verbum, *tat. de iure* [vtile,] posita in definitione iuris patro *patron.* natus, quã Ioannes Andreas, & posterio res tradũt. [p] At superior nõ qualis qua- *p in rub. de* lis, sed Generalis totius ordinis, ac nõ *iur. patron.* qualis qualis Generalis, sed institutor & auctor ipsiusmet ordinis, & non quali quali tpe, sed circa exordia ipsius, & nõ in gratiã & fauorẽ qualis qualis hominis, sed potentissimi & Christianissimi C Regis Francorũ, à quo, & precibus eius, multa beneficia sibi, & ordini suo, & speciatim fundationẽ prædicti monasterij suscepit, statuit, vt prędictũ monasteriũ gubernaret p monachos nationis Gallicanæ, qui iudicarẽtur ad id idonei: ergo seruãdum est illud, & adeo quidem, vt procuratio contrarij ab vllo sui ordinis facta videatur insigne ingrati animi signum erga Regem, & nationẽ Gallicanam, & magna irreuerentia erga suum tam sanctum Patriarcham, & auctorẽ, cũ non solũ nolunt esse tanto Regi grati, sed piget eos suũ ipsum auctorẽ gratum fuisse, & quidẽ malè, & quod probatissimum sit illud, Baptistæ Mãtuani. D

Nil magis auertit cęlũ à telluris amore,
Quam fœlus ingrata mentis, quæ corde maligno
Muneris auctorẽ nullo dignatur honore.

Pro quo est textus iuncta glossa singulari in l. [si non sortem.] [q] *q §. liber-*

9 Tertio, q̃ palam est, statuto in fun- *tus. ff. de cõ* datione appositio fieri, quod Abbas, vel *dict. indeb.* Prior monasterij eligatur de monachis alterius tertij monasterij, vt est textus

a de consue. singularis in c. [cum dilectus,] [a] vt ibidem Anton. & Panorm. id adnotarunt: à fortiori ergo potuit statui, quod deberent eligi de tali vel tali natione, cum minus tollatur libertas eligẽdi per hoc, quàm per illud, vt palam est.

10 Quinto, q̃ ad hoc, vt conditio posita in fundatione valeat, sufficit, q̃ consensus superioris accedat post illã positam ét ex interuallo, per textũ memorabilẽ in c. [cura,] [b] ibi, [Aut diœcesani Epi habuerit postea cõsensum.] vbi Panorm. hoc adnotauit, & late confirmat Rocchus, [c] & confirmat ea regula rectissima, qđ consensus requisitus ad aliquẽ actũ põt interuenire post illũ, & iõ licèt forte nõ fuisset adhibitus cõsensus Superioris in cõditione p̃dicta, vt præfatus cõuentus regimini nationis Gallicanæ subijceret tpe traditionis fundi, fuit tñ adhibitus postea p̃ literas S. Frãcisci Superioris, & Gñalis ordinis, & q̃ maius est, accessit cõsensus p̃dicti Põtificis Maximi Iulij III. qui laudauit, & cõfirmauit p̃dictũ S. Frãcisci statutũ gratificũ, & nõ vtcũque, sed eius tenore narrato, & non ex ignorãtia, & ptãte ordinaria, sed ex certa scientia, & absoluta plenitudine prãtis sedis Apostolicæ, & non vanè, sed in honorẽ & reuerentiam S. Francisci, & in gratiã Regis Henrici II. cum primis Regum oĩum Francorũ gloriosissimi: à qua cõfirmatione nemo supplicauit, immo ab eo tpe nemo, qui nõ esset nationis Gallicanæ, Corrector præfati monasterij extitit. Quin & Capitulum gñale secundo Ianuæ celebratum ordinauit, vt prædictarum literarũ S. Francisci confirmatio à S. sede Apostolica, cum primum commodè posset, impetraretur, vt mox impetrata fuit.

b de iure patron.

c in d. trac. super verbo.

pro eo quod de cõsensu. à nu. 7.

11 Quinto facit, q̃ Capitulum generale secundo Romæ celebratum, cui p̃fuit Episcopus Teudonẽsis nomine S. sedis Apostolicæ statuit in hæc verba: [Quod deinceps Conuentus ipse nullius alterius subiaceat ditioni, nisi Reuerendi Patris Generalis pro tempore existentis, vel eius Vicarij visitatoris.] Hęc ibi. Per quod significatur totum ipsum ordinem Patriarcham suum imitãtem noluisse auferre specialem honorẽ p̃dicto monasterio, sicut & Patriarcha suus S. Frãciscus voluit illo insigni speciali illud decorare. Quare nullus p̃dicti religiosissimi ordinis profectò deberet contratiũ procurare, cũ oporteat partem suo toti vniuerso conuenire.

d d.c. quæ consuetudo.

12 Sexto, q̃ honorificum & vtile fuit toti ordini, & præfato monasterio, fuisse reseruatã eius gubernationem viris nationis Gallicanæ: quia fuit in causa, non solum vt tantus Rex, & Legati eius, & omnes ad vnum Galli habeant specialẽ de illo curam, & piã ad illud deuotionem, sed etiã vt ædificia eius magnificè amplificarentur: nã Illustrissimus Cardinalis Maclonienſis Gallus apportatis ex Narbona lapidib. chorũ Ecclesiæ cõstruxit, & fenestris vitreis ornauit, & à constructa miro artificio Ecclesia suis sumptibus sola mors impediuit. Deinde Rex Hẽricus, & aliquot Cardinales Galli clastrũ conuentus extruxerunt. Illustrissimus autẽ Cardinalis Armeniacus suis eleemosynis alteram partẽ claustri cum refectorio ædificauit, sed Illustrissimus Cardinalis Lotharingius nup fratrum chorũ magnificè constrũi & pingi fecit. Nec obest, qđ populus Romanus, cui præfatum monasteriũ plurimũ debet, multa beneficia in illud per se, & p̃ suos ciues Romanos ei contulerit, & nũ quã non confert, & Pontifices Maximi, ijdemq; sanctissimi cum toto sacro sancto Collegio semper protegunt illud, & fouent. non enim id faciũt, vt Christianissimo Regi nationis Gallicę quidquã detrahant, sed potius, vt exordiũ, & illustre, quod ab initio dedit, exemplum, & crementum, quod successores eius, & Cardinales gentis Gallicanæ addiderant, collaudent, & magnificent in gloriam sanctissimæ & adorandissimæ Trinitatis, quę omnes prosperet in ęternũ.

tra mores. 8 dist.

Septimo, quòd ipsemet Generalis, q̃ hanc controuersiam mouere dicitur, in duabus epistolis suis ad duos celebres ciusdẽ ordinis viros hoc ipso anno 1576 datis, ore pleno fatetur contrariũ eius, quod nunc proponit, in altera quidem per hæc verba, *Il Conuento di Roma è della nattone di Francia*, & in altera per illa, *Il Conuento di Roma è di vostra nattione*. erat enim Gallus ad quem scribebat: & non est ferendus, qui quod voce sua dilucidè testatus est, in eundem casum proprio testimonio infirmat. [e]

e l. generaliter. C. de non nu. pecun. c. tuas. de probat.

Octauo

13 Octauo denique, q̃ hæc res longè plus pertinet ad Regem Francorũ Christianissimum, & nationem Gallicanam, quàm ad Conuentum prædicti monasterij, vt palam est: & ita cum non solũ Conuentus, sed & eius patronus Rex Francorum, & natio Gallicana fuerit in possessione, vt prædicti monasterij Corrector ex ea eligatur: nõ põt quidquã, quod huic possessioni p̃iudicet, decerni, nisi vocatis, & plenè auditis eis, vt Gregorius agẽs de causa possessorij determinauit, [a] in hæc verba, [Nec nos cõtra inauditam partem aliquid possumus definire.] Et conclusio iurisperitorum in l. [duo,] [b] & alibi sæpe recepta habet, omnes, quorum interest, esse vocandos, quo eis ferenda sententia noceat. Quare qui voluit de predicta possessione deturbare Regem Christianissimum, & nationem Gallicanam amplissimam, & conuentum re & fama cum totius sui ordinis primis populo Romano Vrbi, & orbi religionis & regulę suæ obseruantia, modestia, humanitate, & continuo Dei obsequio gratissimum, debet eos aperto marte vocare in iudicium, in quod venisse, vt certo credo, eum pudebit, & pœnitebit: quòd facile ex oppositorum dilutione apparebit.

a In c. 1. de causa poss. & propr.

b ff. de re iudi.

14 Primum oppositorum diluitur, eo q̃ Concilium Toletanum in eo citatũ intelligendum est de dominio, & alijs iuribus non reseruatis iure communi, vel particulari, donatoribus, & benefactoribus Ecclesiarum, iuxta resolutionẽ omniũ in multis capp. supra citatis: ita qđ donator, legator, fundator, & cõstructor Ecclesiæ, nullum dñium, neque vllum aliud ius põt sibi vendicare in rebus à se donatis Ecclesiæ, q̃ ius patronatus, vel aliquid aliud, quod iure communi, priuilegio Papali, vel particulari statuto legitimè cõcedat: & p̃dictus Rex, natio, & Conuẽtus nihil aliud prętendũt.

15 Secundum, negando, q̃ fundus à Christianissimo Rege Gallię emptus, & traditus, fuit paruus, & parui pretij. Tũ quia fuit tantus, quantus vt esset voluit ipsemet S. Franciscus, qui petijt, imò idem, quem petijt. Tum quia Rex iussit, vt emeretur ei fundus, quem petebat, nulla de precio facta mentione, eo certè animo regio, vt quodcumq; preciũ, quo valeret, pro eo daretur. Tum quia fuit emptus mille quingentis florenis & octoginta aureis in auro de Camera. Tum deniq; quod canonum grauissimi latores, ijdemq; auaritia uacui, & caritate pleni, quibus placuit cõcedere ius patronatus tradentibus fundum, non tãtum precium fundi, quantum purũ animum illum offerẽtis pensarunt, & ideo per traditionem fundi etiam viginti aureorũ, modo sit capax ecclesiæ construẽdæ, quæritur ius patronatus, secundum eorum mentem, quam sequuta Capitula generalia eiusdem ordinis Tolosæ & Genuæ celebrata meritò declararunt illum pro fundatore habendum, qui fundum dedit, nulla de valore magno vel paruo facta mentione.

16 Tertium verò refellitur, negando, quod fundans ecclesiam collegiatam nõ fiat patronus eius, quamuis non quærat ius præsentandi Prælatum ipsius: multa enim alia iura potest habere patronus in ecclesia tam collegiata, quam simplici, vltra ius præsentandi Rectorẽ, vel beneficiarios eius, vt probatur in c. [piæ mentis,] [c] & in c. [nobis,] in ar[c] alios tradunt Rocchus, & Lambertus, [c] declarando verba illa, [honorificum, & vtile,] posita in definitione iuris patronatus, & præfatus Rex & natio non prętendunt habere ius præsentandi Rectorem prædicti conuentus, sed quod Conuentus ipse debet eligere Rectorem ex natione Gallicana, si quis in ea reperiatur idoneus, quod longè aliud est: & à separatis non fit illatio. [f]

c Et c. Frigumento citato, [d] *& late post & ante gentius. 16. q. 7.*

d Et in cap. vtile, *præterea. 1. de iure patron.*

e in suis tractat. de iure patron.

f l. Papinianus ff. de minorib.

17 Quartum autem soluitur, primò quidem concedendo, q̃ in eadem congregatione nõ debent esse homines professionis ita diuersæ, vt sint aduersæ, & contrarię, vt habetur in d.c. [in nostra.] in argumẽto citato, quales sunt professio laici, & clerici in administrando vicariatu epali, de qua ibi dicitur, negando tñ quod non possint esse in eadem congregatione homines diuersarũ professionũ sibi mutuo non repugnantiũ, quales sunt in monasterijs ipsis Itali, Galli, & Hispani, quales sacerdotes, & primæ tonsurę tñ clerici, quales professi, & nouitij, conuersi laici, & monachi ad chorum professi, & religiosus in episcopum pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

promotus,&canonici ſęculares,qui pñt esse in eadem eccleſia. [a] Et ita non repugnat q̃ vnum monaſterium de multis alicuius ordinis teneat eligere Prę-
a Clem. 1. de elect. latum de natione Gallicana, & nõ alia, quãm illa aut de alijs nationibus.Secũdo, quòd aſſumptum in argumẽto procedit ſolo iure communi attento,ſecus autem attento priuilegio Apoſtolico, vel ſtatuto Eccleſiæ particularis. Vnde videmus Regem Francorum priuilegio Apoſtolico eſſe canonicum in aliquot eccleſijs Franciæ,& Marchionem Aſturitem in eccleſia Aſturienſi & vidimus nuper Romæ Dominicanum Fratrem in eccleſia S.Petri canonicum,& in ſpecie habemus caſum clarum in d. c. [cũ
b de cõjue. dilectus,] [b] quòd habet, valere ſtatutũ etiam ſola ordinaria auctoritate confirmatum,quod vnum monaſteriũ de multis eiuſdem ordinis teneatur eligere Prę latum de monachis alterius certi monaſterij, q̃ longè grauius eſt: & præfati Rex,Conuentus, & natio non prætendunt habere hoc ius iure communi tm̃ attento, ſed iure particulari, videlicet ſtatuto ipſiuſmet S.Franciſci,& priuilegio S. ſedis Apoſt. benigniſſimè indulto,ordine toto id volente & procurãte.
18 Quintum reijcitur,eo q̃,quicquid ſenſerit Ioãnes Andreas in eo citatus, monſtratũ eſt ſupra in argumento quarto, conſenſum Superioris ordinarij requiſitum ad quærendum ius patronatus,poſſe ſuperuenire poſt fundationẽ, conſtructionem,& donationem,& in caſu propoſito non ſolum ſuperuenit conſenſus ordinarij,ſed etiam ipſiuſmet Papæ, de quo nemo vnquã dubitauit poſſe longe poſt factum conſentire,præſertim cum id facit cum clauſula, [ex certa ſciẽtia,& de plenitudine poteſtatis,] quod in noſtro caſu effecit, & per quod ceſſant omnia, quæ contra partem hãc adduci poſſunt contraria.

Sextum autem tollitur,concedendo quidem,omnes monachos debere Superioribus ſuis obedire, & parere omnib. honeſtis,iuxta moderationem,quã tra-
c 22.q.104 art.5. dit S.Thomas, [c] negando tamen, quòd fit honeſtum,vt in hoc prædictus Conuentus obediat Generali contra præceptum Papæ, qui ſub grauiſſimis cẽſuris priuationis,& alijs pęnis interdixit, ne id fieret, & non eſt obediendum vni Superiori, quando ſuperior illius contrarium præcipit. [d]
d ca.Iulianus. ca.non semper.11.
19 Ad ſeptimum,dicitur primo,negãdo,q̃ regula S. Frãciſci fuerit facta poſt gratiam, quam ipſe fecit Carolo Regi, *q.3.* & nationi Gallicanæ: quandoquidem gratia illa facta fuit anno 1501. & lõgè antea viuo adhuc Ludouico B. præfatus vir trãſiuit in Gallias,vbi erexit aliquot monaſteria,& deinde anno 1484.rogauit Carolum,vt prædictum fundũ emeret,& ita longe ante gratiam factã habuit monachos non ſolum in Calabria, ſed etiam in Gallia, adeo quod poſtea in Capitulo generali primo celebrato Romæ anno 1532. conſtitutum fuit, vt inter prouincias ordinis multas prouincia Turonica eſſet ſecunda poſt Calabriæ,& ante ſuum prædictum ſtatutũ, fecit enim prædictum fundũ Romæ pro monachis ibi conſtituendis,& quod nõ eſt veriſimile, tunc toto illo tpe abſq; regula vixiſſe.Secundo diluitur,negando per prædictam regulam,etiam ſi poſterior fuiſſet,derogaſſe gratiæ iã factæ. Tũ quia non potuit honeſtè velle tollere id, q̃d tam honeſtè conceſſerat in gratiam tanti Regis,& tantæ nationis,à quibus tãta beneficia ſuſceperat,ingratitudinem incurrendo,contra l. [ſi non ſortem,] [e] adiuncta glo. Tum quia,etſi maximè voluiſſet,non potuiſſet, nullus enim vnquam iuriſperitus, qui mediocriter ſaperet,dixit, Epiſcopum,qui cõſenſit fundationi Eccleſiæ,poſſe in præiudicium iuris patrono quæſiti diſſentire,contra regulam, [Quod ſemel placuit, diſplicere non poteſt,] [f] & ei adnotata.Tertio,q̃ poſtea prædicta gratia fuit ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis confirmata à prædicto Iulio III. quod omnia complanat,& contradicenti ruborem non vulgarem injicit.
e §. libertus. ff. de cond. indeb.
f de regul. lib.6.
20 Octauum autem refellitur primo, eo q̃ ab anno emptionis fundi vſque ad interruptionem prædictam lapſi fuerũt plures q̃ quadraginta octo anni, & à tempore literarum S. Frãciſci plures q̃ quadraginta, qui ſufficiunt ad præſcriptionem etiam rerum Eccleſiarum. [g] Secundo, q̃ non eſt neceſſaria præſcriptio ei, qui habet ius quæſitum per iuſtum ſtatutum confirmatum per Generalem,
g c.de quãta. & c. illud.de præſcrip.

ralem, & maximè iterũ reconfirmatum per S.Sedem Apoſtolicã, & maximè in gratiam tanti Regis,cum iuribus regijs Papa raro deroget, iuxta regulam 40. Cancellariæ,& multa,quæ congerit ibi Gomezius in proœmio regularũ eius, quale hoc,de quo loquimur,fuit, argu-
a 9.q.3.& c.proposuit. de conces. præb. mento cap. [cuncta per mundum.] [a] Nonũ reijcitur primo,q̃ falſo præſumunt regulam derogaſſe prędicto ſtatuto, vt ſupra monſtratum eſt. Secundo, q̃ non fuit dictum quod ſtatutum valeret,ſed ſolum quod fuit factum,& id eſt verum. Tertio, q̃ an valeret de iure illud,eſt quæſtio iuris, cuius deciſio non
b Arg. c.1. de cõſt.li.6. eſt neceſſario innoteſcenda Papæ. [b]
21 Decimum tollitur,negando,quod Conc.Trid.in illo citatum ſtatuerit, vt adminiſtratio monaſteriorum fiat per officiarios ad nutum reuocabiles,vt ipſi dicunt,ſed quod adminiſtratio bonorum monaſteriorum per tales officiales fiat,quod longè diuerſum eſt:cũ adminiſtratio monaſteriorum fiat per Prælatos electos,& cõfirmatos, qui nõ ſunt
c cap. 2. §. priores. de statu monach. ad nutum amouibiles. [c] Et ita in ordine præfato Correctores nõ amouẽtur,nec amoueri poſſunt ad nutũ ſine cauſæ cognitione tempore ſuæ correctionis durante, nec vnquã Concilium tale quid ſomniauit, ſed volentes aſtruere falſum in ipſam dilucidã veritatem impingũt.

Vndecimum tollitur admirando, q̃ putent communitatem bonorũ, quam inducit S.Franciſcus in ſua regula, eſſe contrariã particularitati, de qua loquimur,de eligendo p̃dicti cõuentus Correctore de natione Gallicana. Tũ quia hæc particularitas tangit ſolam perſonã Correctoris monaſterij,illa vero bona monaſterij. Tum quia alioqui diceretur in quolibet monaſterio ſimilẽ induxiſſe particularitatẽ contrariam ſuæ cõitatiiin nullo enim voluit, vt officiũ Correctoris eſſet commune, ſed quod ad vnam ſolam perſonam pertineret.

Duodecimum,negatur,q̃ confirmatio præſumatur eſſe falſa, eo quod fuerit facta de actu lõgè antea facto, quaſi non poſſit cõfirmare Papa ea,quæ ante quinquaginta & centum annos fuerunt facta, tum in forma communi, tum ex certa ſcientia, contra notata in titu. de confirm.vtili,& contra omnia iura.

Decimumtertiũ per ſe corruit, cum per ea,quæ aſſumit, in nulla bona conſequẽtia inferri poſſit vera,vel præſumpta vlla falſitas, vel ſubreptio in literis in eo allegatis,vt palam eſt: q̃ aũt prætendunt literas & inſtrumentũ S.Franciſci,de quibus teſtatur Iulius III. non fuiſſe verè facta,duplici ratione explodi tur:nempe, q̃ contra Capitula ſui ordinis generalia,quæ de illis teſtantur, parum reuerenter loquantur, & quod irreuerentius aſtruere videntur non eſſe credendum Papæ in his,quæ teſtatur facta,ſuam diſpoſitionem ſuper eis fundã
d de prob. do, contra Clem. 1. [d] præſertim in his, quæ ſuæ abſolutæ voluntati,& plenitudini poteſtatis ſubiacent:quale eſt hoc, de quo agimus,ſtatuttum, per notata, [e]
e in d.clem. maxime per Felynũ & Decium. Adde, *& in c.quæ* quod allegatur hoc poſt circiter trigin- *in eccleſia-* ta annos, & diuturnam poſſeſſionem,& *rum.de con* obſeruantiam hac prædicta confirma- *ſtit.* tione facta ſeruata, contra gloſſam ſingularem & notata ibi, & alibi ſæpe ab omnibus. [f]
f ca.peruenit.de emp. & vend.

Per quæ omnia vſ proculdubio dicẽdum, non ſolum hoc ius præeminentiæ honorificum eſſe conſeruandum Regibus Francorum Chriſtianiſſimis, Galli canæ nationi,& Conuentui p̃dicto Romæ,ſed ẽt pudere debere quẽlibet prędicti ord. Minimorum religioſum contra ſtatutum ſui S. Patriarchæ gratificum, Pont. Max.decreto tam benigne confirmatum,& tãto tempore vſu receptum,quidquam attentare. Salua,&c.

SVMMARIVM.

Perſonale beneficium ſeu perſonatum inſtituens,vel habens, ſi ad illud aliquem beneficiatum nominet cum pacto etiam tacitè inito, vt nominatus in fauorẽ nominantis ſuum reſignet beneficium, ſimonia committitur. 1

Inſtituens perſonatum eo fine, vt per illud via commutationis aliquod obtineat beneficium,videtur ſimoniacus, nu.2. attamen verè non eſt,nu.19. niſi interueniat conuentio,nu.20.& 21. purius tamen ſine dicta ſpe, & intentione inſtitueretur.nu.19. 1

Immemorialis conſuetudo vim priuilegij habet ita vt per illam inducatur quic- 3

Universidad de Deusto
Biblioteca

quid priuilegio etiam Papa induci poteſt : nec deſinit eſſe talis ex eo, quod in aliquo reperiatur mutata, ſeu non omnino formaliter ſemper ſeruata, modo aquipollenter & in effectu ſemper fuerit obſeruata, nu.7. & 18.

3 *Approbans actionem aliquam, cenſetur ēt approbare conditiones, cum quibus ſcit illam exerceri.*

4 *Bona propria alicui vinculo, vel oneri perpetuo, vel temporali, etiamque ſpirituali, vel pio, ſine tamen alterius praiudicio ſubijcere quilibet poteſt, tàm per contractum inter viuos, quàm in vltima voluntate, nu.5. & hoc etiam ſine Epiſcopi auctoritate, nu.4. non tamen erit beneficium Eccleſiaſticum, etiamſi ſit cū onere, vt ſolis aſſignetur clericis miſſantibus, nu.6 & 7. vel cum onere dicendi Miſſas aliquas, num.13.*

6 *Beneficium eccleſiaſticum non poteſt erigi ſine auctoritate Eccleſiaſtica ſine qua nihil, quod ſit ſacrum aut religioſum, effici poteſt : vnde opera erecta priuata auctoritate etiamſi appellentur capellania, & ad illa ſoli ſacrifici poſſint deputari, non ſunt beneficia, nume.7. & hoc etiamſi ſit impoſitum onus dicendi certas Miſſas, nu.13.*

8 *Beneficium eccleſiaſticum, attento ſolo iure communi, non poteſt etiam accedente Epiſcopi auctoritate inſtitui, niſi ſit perpetuum, & à ſolo Superiore Eccleſiaſtico conferendum, & talis conditionis, quod ab habente non poſſit ſine Epiſcopi licentia renunciari, & nu.16. at priuilegio Papa, qui ſuper humanum ius eſt, imò & immemorialis conſuetudine, qua vim priuilegij Pontificij habet, poteſt, nu.10.11. & 17.*

9 *Penſionem alicui ſuper beneficio ad vitam illius reſeruationi conſentientis duraturam dumtaxat reſeruat Epiſcopus : at quæ reſeruatur à Papa durat ad vitam penſionarij.*

10 *Laicis poteſt priuilegio Papæ competere facultas beneficia conferendi, & pluribus conceſſum legitur : imò & conſuetudine immemorialis, qua & im habet priuilegij, ſeu priuilegio Papæ comparatur, nu.17.*

14 *Beneficia ſine dote conſiſtere nequeunt : vnde beneficia, qua vocari ſolebant de pertica, nullos habentia reditus, nullius que valoris, non ſunt propriè beneficia cum eis non competat deſcriptio beneficij, qua habet quod ſit ius percipiendi alis quos reditus eccleſiaſticos, nu.17. & 18.*

Permutatio etſi iure communi non poſſit 17
ſic fieri, videlicet, vt tu reſignes tuum beneficium in manibus ordinarij mihi conferendum, & ego tibi auctoritate priuata idem meum beneficium perſonale, conſuetudine tamen immemorialis potuit hoc, ſicut & priuilegio, cuius vim obtinet, præſcribi.

Interrupta etſi cenſeatur immemorialis 17
conſuetudo, ſi in aliquo reperiatur quandoque mutata, hoc tamen fallit, quando eadem ſaltem aquipollenter & in effectu, licet non omnino formaliter, ſemper fuit continuata, nu.18.

Beneficium fundari non poteſt cum pa- 20
cto, vt alter ſuum beneficium permutet cum iſto, poſtquam fuerit erectum, & ſibi collatum : at ſub hac ſpe, modo ceſſet pactum, poteſt, nu.19. & 21.

CONSILIVM VIII.

IN Prouincia Tarraconenſi reperiuntur quædam beneficia à iure communi, & ab alijs beneficijs, quæ in reliquis mūdi prouincijs inſtituūtur, omnino diſcrepantia, & aliena, quæ beneficia, pſonatus, ſeu beneficia perſonalia vulgo appellātur, & à Concilio prouinciali Tarraconenſi,[a] fuerunt approbata. Verum quia in d.cap. nulla fit mentio ſpecialis de vſu ipſorum, ſed tātum quod poſſint reſignari, & permutari, operæ precium viſum eſt referre, qualiter ipſorum vſus ſe habuerit, & ad præſens ſe habeat.

a de inſtitutionib. c.6.

Sciendum igitur eſt, q̄ vbi v.g. N. clericus deſiderabat obtinere beneficium Eccleſiaſticum, quod B. poſſidebat, ſub pacto expreſſo de dando ipſi B. vnum perſonale beneficiū valoris annui decē ducatorū, vel vltra, illud inſtituebat, decreto ordinarij interueniente, ſed in inſtitutione nullū verbum fiebat de intētione, propter quam fundabatur perſonatus, ſed tantum dicebatur, quod attēdens quod erat melius commutare mūdana cum cęleſtibus, N. inſtituebat illud perſonale beneficiū : cuius quidē reditus à principio iam applicabātur alicui cauſæ piæ, & ſæpenumero pp pactum expreſ-

expreſſum alicui beneficio, etiā patronatus laicorum, ſeu ad certā piam cauſam, de quo pacto nulla mentio in applicatione fiebat. Quo perſonali beneficio fundato ad vnam ſeu plures vitas, N. qui fundauerat nominabat ad illud B. clericum ſimpliciter, & abſq; eo, q̄ exprimeretur, quod nominabat in recō pēſam : qui quidem B ante Conc. Trid. ex cauſa permutationis cum beneficio vulgariter dicto de pertica reſignabat in fauorem N. beneficium Eccleſiaſticum, quod poſſidebat : ſed poſt Concilium Tridentinum B. ſimpliciter beneficium illud Eccleſiaſticum reſignabat in manibus ordinarij, & ordinarius illud conferebat N. quæ quidē prout fiebant non narrabantur ordinarijs : ſed certiſſimum eſt, quod ordinarij, & reliqui omnes clerici, & laici ſciebant hæc ita fieri, prout narrata ſunt, & ita quotidie fit, & obſeruatur paſſim.

Super quibus omnibus eſt in primis aduertendum, quod hmōi perſonalia beneficia ſeu perſonatus non poterant, nec poſſunt obtineri, niſi per clericos ſæculares, vel regulares, intelligendo p regulares monachos clauſtrales ordinis S. Benedicti, & canonicos regulares ſancti Auguſtini, qui officia diſtincta & ꝓprium ſaltem de facto habent : per horū enim profeſſionem, & ſtatus mutationē non vacant huiuſmodi perſonatus : nō poſſunt tamen obtineri per regulares mendicantes, ſed vacant per huiuſmodi ſtatus aſſumptionem. Secūdò, q̄ per pactum expreſſum, ferè ſemper qui nominat ad perſonatum, promittit, quod nominatus poterit nominare alium ad illud perſonale beneficiū, & aliq̄n quod ſecundo nominatus poterit tertiū nonare, prout ſibi reſeruauit in fundatione inſtitutor tres, vel quatuor vitas, per quod tempus vult, quod duret perſonale beneficium. Tertio, q̄ quam plures perſonatus ex pacto expreſſo applicantur alicui piæ cauſæ, nimirū vel pro maritandis puellis pauperibus, vel alicui monaſterio, ſeu beneficio Eccleſiaſtico in augmentum reditūum eius ad nolun tatem alterius, qui beneficium Eccleſiaſticum dat in recompenſam illius perſonalis beneficij, ſeu alicui alteri piæ cauſæ, decreto ordinarij ad hoc interueniente. Quarto, quod nunquam permutantur, nec reſignantur, niſi per ſimplicem nominationem, quæ fieri poteſt etiam aliquando in mortis articulo, quæ nominatio nullā requirit poſtmodum collationem, nec inſtitutionē ordinarij, ſed ſolum fit coram notario, & teſtibus. Ex quibus poſſet inferri, q̄ Cōcilium prouinciale vbi approbauit, quod poſſent reſignari, & permutari, intellexit, prout ipſa reſignantur, vel permutantur per ſimplicem nominationem, non quod intellexerit, quod permutentur prout ſolent reliqua beneficia eccleſiaſtica : nam hoc eſſet directe contra mentem inſtitutoris illorū : quia ſemper, ſi fundator hoc vult, reſeruat ſibi, quod ad ſimplicem nominationem ſuam, vel alterius nominati, detur illud beneficium perſonale. Quinto, q̄ nulli perſonatus ſunt perpetui, quia à principio applicari debent certæ piæ cauſæ poſt illud tempus, ad quod ſunt inſtituti. Sexto, q̄ vacant per contractum matrimonij, quia nō poſſunt obtineri niſi per perſonas eccleſiaſticas, vt habetur in[a] Cōcilio prouinciali. Septimo, aliq̄n ſunt perſonatus annui valoris ſex ducatorum, aliquando 100. 200. & etiā 400. Octauo, beneficium de pertica appellatur beneficiū eccleſiaſticum perpetuū nullius valoris, quod ſemper vacat in manibus ordinarij. Nono, inſtituenti perſonatum in recompenſam nominationis conferebatur beneficium nominati ad perſonatum, etiam aliquando aſſignato eidem nominato commodo nōnullorum reditūum annualium addictorum ad aliquod beneficium perpetuum, reſeruato tamen nominanti iure inſtituendi ex dictis reditibus quoddam perſonale beneficium.

a d. cap.6.

Quæ omnia ea maxime de cauſa ſunt ibi approbata, quia tendunt ad augmentum cultus diuini : nam à principio illi redditus, qui ad tempus inſtituuntur pro perſonali beneficio, applicantur alicui piæ cauſæ, ſeu beneficio Eccleſiaſtico, ita quod efficiuntur reditus Eccleſiaſtici, vel pij.

Et eſt maximi momenti immemorabilis conſuetudo, de qua teſtimonium reddit Conciliū prouinciale, quod confirmat huiuſmodi perſonalia beneficia, veri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

verisimile est enim, quod illa immemorabilis consuetudo ita militat circa vsum personalium beneficiorum, seu personatuum, atq; circa ipsa personalia beneficia, seu fundationes eorum: & qui sint consuetudinis immemorabilis effectus, nemo est qui nesciat.

Sed pro maiori omnium elucidatione ponitur hic tenor constitutionis pro uincialis, quæ habetur lib. 3.[a]

a tit. 5. c. 7. de institut.

Licet personatus, siue personalia beneficia ideo nuncupata sint, quod non vt in perpetuũ beneficia remanerẽt, sed ad uitam aliquarum personarũ ecclesiasticarum duntaxat instituerentur, & postea eorum reditus in alios pios vsus applicarentur: & ab immemorabili tpe in hac nostra Tarraconensi prouincia erigi & instituti consueuerint, cum ea in diuini cultus augmentũ tendãt, & Christi fidelium pias uoluntates ampliari, non aũt restringi cõueniat: institutiones eorundem adiuuari oportere censuimus. Verum cum nonnunquam in dictorum personatuum, seu personaliũ beneficiorum fundatione plurimæ fraudes, & sæpe non sine simoniaca labe (quod vehementer dolemus) commissæ fuerint: vt hmõi fraudibus, quantum à nobis fieri possit, occurratur, sacri approbatione Cõcilij statuimus, vt nullus personatus, seu personale beneficium, sine auctoritate, & decreto epi seu eius Vicarij generalis erigatur, qui decretum & auctoritatẽ suã in fundatione interponere non possint, nisi dos assignata in censualibus vel alijs reditibus perpetuis consistat. Ea vero dos, siue ij reditus nõ super bonis dotãtis, vel eius qui patronus efficitur ex censuali, vel alio nouo cõtractu fundẽtur, sed sint alij veri reditus in locis tutis & firmis consistentes, ab eisdẽ ordinarijs antea approbãdi, ita vt prius pecuniæ rectè collatæ sint, quam decretum interponatur, nec dos in sola pecunia numerata cõsistat aut in prędijs, vel domibus inutilibus, alijsve rebus mobilibus, vel immobilibus, aut aĩalibus, nisi ea perpetuo fructuosa esse verisimiliter possint. Qđ si permittatur in fundatione, vt in alia opera pia reditus supradicti collocentur, post primæ, vel secũdæ, vel vlterioris personis obitũ, quæ beneficium obtinebit (nolumus. n. vt post earundem resignationẽ, aut aliam vacationem id fieri permittatur) in ipsa erectione, seu fundatione declarentur species piorum operum, & cũ casus euenerit, in ea pia opera illi reditus distribuãtur, & vt horum oĩum & singulorum nihil vnquam possit celari in libro speciali, tam personatuũ erectiones, & dotationes, q̃ collationes, & institutiones, necnon in libro piarũ causarũ, vel operum piorum ea pia opera in dictos euentus instituta describantur. Maximam quoq; curam prædicti ordinarij adhibebunt, ne quis dolus, vel fraus, aut aliqua simoniaca pactio in fundatione, aut erectione, vel in collatione, aut institutione, aut ẽt in permutatione dictorũ personatuũ, siue personaliũ beneficiorum interueniat, atq; prohibere, ac punire seueritate canonica procurent: quod nõ solum in futura, sed ẽt in præterita crimina iure cõi prohibita locum habere declaramus.

1 Visis omnibus supradictis dubijs ad me transmissis, dico, quod contra prædictũ vsum videtur facere primo, quod est simoniacus, arg. c. [quam pio, [b]] & c. fi.[c] quatenus conueniunt expresse vel tacitè instituens personatum, & habens beneficium, vt hic relinquat beneficiũ, quo nominetur ab illo ad personatum: & quatenus habens beneficium renunciat illud in manibus ordinarij cum pacto tacito vel expresso, vt conferat illud nominanti: & quatenus ordinarius conferat illud nominanti virtute duarũ præcedentium pactionum: immo quatenus nominaturus instituit personatum eo fine, vt vere, vel æquipollenter commutet illud pro beneficio nominati: & consuetudo mala & simoniaca, quæ est contra legem diuinam, est inualida, & nullius effectus.[d]

b 1. q. 2. c. de pact.

d ca. mala, & c. qua cõtra mores. 8. d. & specialius in c. non satis. c. sicut. 3. & c. Iacobus, de simon.

2 Secundo facit prædicta constitutio prouincialis. Primo quidem, quatenus ægrè probat institutionem prædictorũ personatuum: adeo quidẽ, q̃ multis rõnibus restringit modũ, quo illa fieri debeat. Deinde, quia dixit multas fraudes solere in hmõi institutionibus interuenire, imò & multas simonias, quas nõ solum non laudat, sed reprobat. Tertio, quia grauissime hortatur ordinarios, vt curẽt, ne qs dolus, aut fraus, vel aliqua simoniaca pactio in erectione, aut fundatione, vel in collatione, aut institutione, aut permutatione dictorũ personatuum interueniat. Quarto, quatenus etiam iniungit eisdem, vt prohibeant, & seuere puniant prædictas fraudes, & simoniacas pactiones. Quinto, quatenus iubet vt non solum futura, sed etiã prẽterita circa hoc peccata puniantur, non obscure significans illa esse adeo intolerabilia, vt nullo vsu, neq, consuetudine iustificari potuerint.

3 Pro vsu vero prædicto facit primo, q̃ consuetudo immemorialis videt hoc approbare, & quod illa habet vim priuilegij,[a] ita quod quicquid induci potest priuilegio, induci possit tali consuetudine, per ea quæ tradunt Panorm. & Feder. lyn.[b] & iterum Felyn.[c] & Dec. in con fil. 171. post Panorm.[d] & alij alibi. At ergo etiam prædicta consuetudine potest ille iustificari.

a cap. super quibusdã, § præterea. de ver. sign. leg. hoc iure. § ductus aquæ. ff. de aquæ quot. & æsti.

Secundo facit constitutio prædicta prouincialis, qua parte approbat pmutationem prædictorum personatuum, & beneficiorum personalium, quæ quia facta est à scientibus prædictum vsum, videtur intelligenda de permutatione illa tacita, qua instituens personatum tacite commutat illum cũ beneficio eius, quem ad personatum nominat.

b nu. 4. & 5. in c. cum contingat. de foro cõpet. & in c. accedentes. nume. 6. de præscript.

Tertio, q̃ huiusmodi personatus instituuntur & eriguntur auctoritate Epi scopi, & ita dicũtur fieri religiosa, & spiritualia, argumento c. ad hæc. de relig. dom. & ita beneficia ecclesiastica.

c in eadem rubr. nu. 6. & in c. cau sam quę eo. tit.

4 Pro resolutione huius difficultatis, quæ ꝑfecto maxima est, dico sequẽtia. Primo, q̃ deputatio, vinctio, seu vinculatio bonorum aliquorũ immobilium, siue mobilium, vt maneãt vincta, & perueniant ad nominãdum per deputationem, & nominãdos per nominatum ab eo post vnam vel plures vitas, & postea cedant alicui operi pio, in se, est iusta & sancta, ẽt sine auctoritate Episcopi facta & ꝑdictus personatus ante prędictam constitutionẽ erat talis. Tum quia quilibet põt ad suum libitum re sua vti. Tum quia in traditione suę rei quilibet põt modum à legibus non improbatũ apponere.[f] At deputare & vincire, vt ꝑdictũ est, aliqua bona, nulla lege naturali, neq, diuina neq, humana, modo sine alterius iuris præiudicio fiat, improbat.

d in cap. de hoc. de sim. el. in re mã data. C. mã dati. & in l. sed & si. § cõsulut. ff. de pet t. hæred. f c. verum cum glo. de cond. appos. l. in traditio nibus. C. de pact.

5 Secundo, ex hoc sequi, quod prædicta deputatio, siue vinctio, & vinculatio non incipit esse iusta ob constitutionẽ prædictam Prouincialem, nec ob vllam consuetudinem memorialem vel immemorialem: quia sine vllo tali munimine ipsa per se erat iusta, & laudabilis. Tum per prædictam irrefragabilem rationẽ. Tum quia vbiq; gentium relinqui possunt, & frequenter relinquuntur in Regnis Castellæ & Nauarrę fideicommissa aliquorũ bonorũ aliquibus, ita vt post vitam eorum cedant quibusdam alijs, & post eorum vitam cedãt pauperibus, vel fabricæ alicuius Ecclesiæ: & non est dubium, quod testatores possent dare prioribus fideicõmissarijs facultatem nominandi secũdos. Nec est dubiũ, quod qua ratione potest hoc facere testator in vltima voluntate, potest ẽt donator facere inter viuos, quin & quotidie fit in Lusitania in contractibus emphyteuticis, quibus datur ab Ecclesijs emphyteusis ad tres vitas, quarũ prima possit nominare secundã, & secũda tertiam, quibus finitis, redit ipsa emphyteusis cũ melioramentis ad Ecclesiam, vnde manarat.

6 Tertio huiusmodi deputatio, & vinctio, seu vinculatio si fiat sine episcopi auctoritate, non est beneficium ecclesiasticum, sed temporale quoddam bonũ pijs operibus sub aliqua cõditione vel modo dicatum, uinctum, siue (vt vulgus ait) uinculum, etiam si adderetur in deputatione, quod non possent nominari nisi Ecclesiasticæ personæ, nec possent teneri à coniugatis.

7 Tum quia beneficium Ecclesiasticũ spirituale non potest cõstitui sine auctoritate ecclesiastica, sine qua nihil potest dici sacrum, siue religiosum iure canonico, c. ad hæc, de relig. domib. & beneficium est ius spirituale,[g] siue spiritualibus annexum consequenter secundum S Tho. receptum,[h] etiam si deputator vocaret illa bona sic deputata & iniuncta personatum, vel beneficium personale, imò nec si appellaret clericatũ, vel beneficiũ personale clericale, eo quod nõ possint ad illa nominari nisi clerici, neq; possint teneri nisi ab ecclesiasticis neq; si eiusmodi deputationem appellaret institutionẽ: quia huiusmodi nominatio

g c. dilecto. de præb. h 2. 2. qõ. 100. art. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

natio sine auctoritate episcopi facta nihil prodest, quo verè sit spirituale beneficium, vt palam est. Tum quia multa sunt munera & stipendia clericalia temporalia, quæ non possunt teneri nisi à clericis, imò & multæ capellaniæ, quæ non possunt teneri nisi à sacrificis, quæ tamen non sunt beneficia spiritualia, quia non sunt perpetua, qualia sunt omnia beneficia Ecclesiastica. [a]

a cap. præcepta 55. d. & ca. sanctorum. 70.

8 Quarto, quod hmõi institutio, ẽt decreto & auctoritate episcopi accedente facta, non potest dici beneficium eccl*d. & gl. recep. in c. si gratiose. de resc. lib. 6.*esiasticum solo iure cõi attento. Tum quia non est perpetuum, ita quod illud debeat teneri à nominato eius vita durante, & quod non possit renũciari sine auctoritate Superioris, quod requiritur ad hoc, vt sit beneficium ecclesiasticũ. [h]

b ca. admonet. & cap. quod in dubijs. de renunc.

Tum quia multa stipendia instituuntur in ecclesijs auctoritate episcoporum ad docendum, canendũ, vel ad alia ministeria exercẽda per solos clericos, quæ ob hoc nõ sunt beneficia licet sint ministeria clericalia, quæ conferuntur ad tempus, & relinquuntur sine Superioris auctoritate, quę palã est nõ esse beneficia.

9 Tum quod pensio, quæ super fructibus beneficiorum de more constituitur renunciantibus, vel alijs, tum ab ordinarijs ad vitã illius impositioni consentiẽtis, tum ẽt à Papa ad vitam eius, cui constituitur, ẽt cum clausula transferendi, non est vere beneficium ecclesiasticum, vt tenent omnes contra Andream Sicu*c in cap. ad audientiã. 2. de resc.*lum [c] per illius contextum & per cap. [quamuis.[d] vbi idem annotauit Domi*d 1. ad præ bend. lib. 6.*nicus receptus, & late tradidimus post alios in rub.[c] & certum est quod huiusmodi pensio magis approximat ad natu*e de præb.*ram beneficij spiritualis, quam prædicti personatus, & beneficia personalia.

10 Quinto, quod si præfata consuetudo immemorialis, de qua testatur constitutio prouincialis, expresse determinaret, aut necessario tacite præsupponeret, quod præfati personatus sint beneficia spiritualia, essent talia, quia si Papa id expresse ordinaret, vel necessario tacitè id in sua ordinatione præsupponeret, essent beneficia spiritualia: quia cũ iure humano tantum beneficia spiritualia debeant esse perpetua, & teneri perpetuo à collatario, ita quod nõ possint renunciari nisi de Superioris licentia, neq; conferri nisi à Superiore ecclesiastico, posset Papa id mutare. Tũ per prę dictam glossam adiuncto d.c. [si gratiose.] [f] Tum quod est supra omne ius humanum. [g] Tum quod ẽt laicis fecit gratiam, vt haberent ius præsentandi ad beneficia, quæ fundarent, [h] & potest concedere gratiose contra ius commune, vt ea conferant, imò & alia quæ non fundarent, vt concessit Regi Apuliæ, iuxta glossam [i] Regi Galliæ, [k] & alijs Regibus, iuxta aliam glossam, [l] & id quod Papa potest statuere, potest etiam induci consuetudine immemoriali, quæ habet, vt supra dictum est, vim priuilegij.

f de rescr. lib. 6.
g ca. cuncta per mũdn. 9. q. 3. & c. proposuit.
de conc. præbend.
h toto tit. de iure patr.
i 16. q. 7. in fin.

11 Sexto principaliter dico, quod ad dicendum quod prædicta cõsuetudo & præfata constitutio etsi expresse non dicant illos personatus esse beneficia spiritualia, tacite tñ videntur præsuppone re illud, facit primo, quod Concilium Prouinciale significauit consuetudinem immemorialem operatã fuisse, induxisse, vel effecisse aliquid in hoc vltra ius cõe: at nõ videtur dari posse aliud, quod operata fuerit, quàm hoc: nam iure cõmuni præfati personatus, & eorum institutio in se erant licita, & iuridica quo ad alia, puta quod essent opera valida iuste instituta, & non indigebant quo ad hoc alio munimine, quam iure communi, vt probatum est supra: ergo prædicta consuetudo & constitutio significant, quod consuetudine immemoriali introductum & effectum sit, vt ij personatus essent beneficia spiritualia ad tempus aliquod tantum duratura, & quæ cõferri possint ab institutoribus etiam priuatis, & à collatarijs, & nominatis etiam priuatis, etiam solo verbo, vel instrumẽto notarij, modo auctoritas episcopi in id accederet, cui accessuræ dedit nouam formam præfata constitutio.

k c. dilectus 3. de præbẽ. c. generale. de elec. li. 6 glo. c. imperium. d. 10. in §. hinc etiam. 17. dist. de resc.

13 Secundo, quod constitutio & consuetudo præfatæ, quæ appellãt illos personatus beneficia personalia, & quod eo dicuntur personalia, quod non sunt perpetua, sed finiũtur finitis aliquot personis ecclesiasticis, significãt, quod hi personatus ita sunt beneficia, ac alia ecclesiastica, nisi qua parte hæc sunt tpalia. & alia perpetua. Tertio, quod prædicta cõstitutio habet præfatos personatus particulariter solere institui prouincia Tarraconensi & quod in alijs, vbi non est talis consuetudo, nec solẽt, nec possent institui. At certum est quod etiam in alijs locis per viam fideicommissi, vel capellaniæ, vel donationis certis vinculis astrictæ, possunt & solẽt fieri similes fundationes à testatoribus, & donatoribus, ita quod possint appellari beneficia in genere, prout beneficium definitur ab Huberto, [a] dicẽte, quod est bene uola actio, siue beneuolũ datum gaudiũ tribuẽs accipiẽti: ergo in prouincia Tarraconensi specialiter habet cõsuetudo, vt præfati personatus dicantur & sint beneficia spiritualia ad tempus duratura.

a in tit. quæ sit prima causa beneficium amitt. & sib. feud.

Quarto, quod Concilium vetat, ne possint institui, nisi auctoritate epi, quã tamen supra probatum est non esse necessariam ad hoc, vt illa institutio valeat in se, sicut valeret quoddam fideicommissum, vel quoddã donatum, vel quoddam stipendium temporale, vel quædã capellania dicendi aliquas Missas: ergo sensit episcopi auctoritatem requiri ad hoc, vt dicatur beneficium spirituale.

14 Quinto, quod Concilium appellat dotem bona, quibus fundantur: per quod significat esse spiritualia beneficia quæ sine dotibus consistere nequeunt, [b] & quod præcipit dotem constitui non in quibuscunque bonis, sed in à se nominatis; cum tamen ad hoc quod sint beneficia, seu bona bene data non spiritualia, in quibuscunque possint constitui, vt palam est.

b ca. nemo. de consecr. dist. 1. ca. si quis obiecerit. 1. q. 3.

15 Sexto, quod Concilium præsuppo nit in huiusmodi personatuum institutione solere interuenire simoniam, quæ tamen non potest interuenire, nisi essent spiritualia: non enim esset simonia alicui dare pecuniam, vt relinqueret aliquod fideicommissum, vel donaret aliquod donarium grande illi, vel illi, etiã cum onere faciendi aliqua opera pia, etiam dicendi aliquas Missas: quia non datur aliquid temporale pro spirituali, nec contra: ergo significat hos personatus esse spiritualia beneficia, in quibus committeretur simonia, si daretur, aliqua pecunia institutori, vt cum personatus fuerit institutus, conferatur ei, vel nominetur ad illum, vt habetur in c. [tua.] [c] vbi probatur, eum qui dat bo-

t de simon.

na sua Ecclesiæ eo pacto, vt præbenda ex eis erepta præbeatur sibi, admittere simoniam. Septimo prædictum Concilium significat posse hmõi personatus vacare per resignationem, & alio modo ita vt ad nulla opera pia obligarentur hi, qui eos postea acciperent: puta si à principio ita instituerentur, vt vnus, alter, vel tertius eos tenere possint, nulla à principio facta specificatione alicuius operis pij, cui applicarentur bona post finitas personas nominatas: quo casu vt Concilium significare, quod posset ordinarius illos ita vacantes conferre cui vellet, vt manerẽt beneficia spiritualia perpetua, & consequenter à principio erant spiritualia, cum tpale non possit fieri spirituale, nisi spirituali auctoritate accedente, iuxta d.c. [ad hęc,[d] qualis in hoc casu non accedit post vaca tionem: quę maxima & profunda declaratio præfatæ constitutionis est. Octauo, quod prædictum Conciliũ serio præsupponit posse prędictos personatus per mutari, siue commutari, quod nullius momenti esset, si non essent spiritualia beneficia, cum palam sit temporaria cõ mutari posse: & ideo ut id aliquid operetur, intelligendum est, quod sunt beneficia spiritualia. Nono, quòd vacant per contractum matrimonium, vt in informatione facti præsupponitur, & non vacarent, nisi essent spiritualia beneficia, cap. [quod a te,] [e] quatenus habet beneficiarium in minoribus constitutum contrahendo matrimonium perdere quidem beneficium, sed non alia bona, quæ dederat ecclesiæ. Decimo, quod nõ possunt nominari ad illos nisi clerici: quod est magnum signum præsumendi esse beneficia ecclesiastica.

d de relig. domib.
e de cleric. coniug.

16 Septimo principaliter dico, quod pro contraria parte quod prædicti personatus non sint nec debeant dici beneficia spiritualia, facit primo, qđ nõ sunt perpetui, qualia esse & dici debere beneficia ecclesiastica supra probatũ est. Secundo, quod non conferuntur à superioribus ecclesiasticis, vt debere cõferri si essent spiritualia beneficia, supra probatum est. Tertio, quod omne beneficiũ spirituale est sæculare, aut regulare, iuxta notata in c. [possessores, [f] & prædicti personatus nõ videntur esse sæculares.

f de reb. ec cle. nõ alienand. c. cũ singula. de præb. lib. 6.

quia

quia si eos tenẽtes fiant canonici regula res non mendicantes, non videtur vacare, vt in informatione facti significatur: nec sunt regulares, quia conferũtur, sæcularibus. ergo nõ sunt beneficia ecclesiastica. Quarto, quod non permutãtur cum beneficijs ecclesiasticis, cũ tñ possent permutari, si essent talia.[a] Quinto, quod si essent beneficia, tenerẽtur recitare Horas canonicas qui eos haberẽt: quia oẽs beneficiati tenentur ad eas.[b]

17 Octauo, principaliter dico, quod ad hęc argumenta rñderi põt. Ad primum quidem concedendo, quod omnia beneficia spiritualia iure cõi attento debent esse perpetua, sed quod priuilegio Papæ fieri potest, vt aliqua sint temporaria,[c] & consequenter consuetudine immemoriali, quæ habet vim priuilegij, vt supra dictum est, id induci potest, quod in nostro casu facit. Ad ꝑm idem rñdetur, quod ad primum, nempe priuilegio Papæ cessante conferenda esse beneficia à Superiori spirituali, per illud tamen fieri posse, vt à priuato etiam laico per supradicta conferantur. Ad tertium concedo quidem iure cõi omnia beneficia esse regularia ad hunc effectum, vt sæcularia sæcularibus, regularia regularibus conferantur: sed priuilegio Papæ fieri posse, vt vnum & idem beneficium sit regulare, & sæculare, ad hunc effectum, quod conferri possit tam sæculari, quã regulari, & contra: quia illud est iure humano inductum, & ideo ẽt consuetudine immemoriali, quæ priuilegio Papæ comparatur, vt prædictum est, tolli põt. Ad quartum concedo, quod non permutentur cum beneficijs eo modo, quo iure cõi alia beneficia permutantur, puta renunciando illa in manibus superiorũ & accipiendo eadem per nouam eorum collationem, iuxta notata in dicto cap. [cum olim.][d] nego tamen, quod non permutẽtur modo speciali inducto per prædictam consuetudinem immemorialem, videlicet, quod habens beneficium resignet illud in manibus ordinarij, qui conferat illud habenti personatum per potestatem nominandi ad eum, & quod ille nominet ad personatum illũ, qui resignauit beneficium, vt sibi cõferretur. Nec obstat, quod non potest fieri pactũ inter duos, quo alter renunciet beneficio suo, vt alteri conferatur, & quod alter conferat ei aliquid auctoritate sua: quamuis posset renunciati alteri beneficiũ in manibus Superioris, quo illud per eum conferatur alteri, qui renunciauit suo, vt sibi conferretur: non inquam hoc obstat: quia concedimus id ita esse in permutatione beneficiorum iure eõmuni & regulari modo erectorum: sed nos loquimur de permutatione beneficij iure communi, & regulariter creati cum beneficio anomalo, & irregulari, & diuersæ naturæ per priuilegium, vel cõsuetudinem habentem vim priuilegij creato. Obstat autem grauissime, quod ante Concil. Trid. permutatio fiebat cũ beneficio perpetuo de pertica, & ita modo regulari erecto, non autem eo modo quo nunc fit proxime relato: & consequenter modus hic permutandi non est inductus consuetudine prædicta immemoriali, & ita non licebit, cum sit contra ius commune.[e]

18 Sed respõderi potest, quod illa beneficia de natura sua non erant verè beneficia spiritualia, quippe quibus non cõueniebat definitio beneficij spiritualis, videlicet, [Ius percipiendi aliquos fructus, siue reditus ecclesiasticos:] quę colliguntur ex Ancharano[f] & Calderino & Felyn.[g] quos, & alios late referimus in rub.[h] non inquam conuenit eis, cum nullos reditus haberent, & nullius essent valoris, vt ponitur in facto: atque ideo sublata fuerunt per Concilium: & consequenter in effectu permutatio fiebat, sicut hodie fit: & ita cõsuetudo hęc, etsi non omnino formaliter seruata sit, tamen æquialenter, & in effectu seruata est à tẽpore immemoriali, quod sufficit, cum de æquipollentibus idem iudicetur.[i] Ad quintum concedo, eos qui tenuerunt illos personatus, teneri ad recitandas Horas canonicas: & quamuis forte probari possit aliquos eas non recitasse, arbitror tamẽ etiam probari posse, quod omnes communiter recitauerunt: quia nemo potest nominari, nisi sit clericus: & communiter nominatur, qui ratione beneficij, vel ordinis suscepti, vel mox suscipiendi teneatur ad recitationem illarum.

19 Ex quibus infertur primo, prædictos personatus nõ solum posse institui in finem quærendi aliquod beneficium alterius per uiam renunciationis eius ob spem habendi in recompensationẽ illum personatum, sed etiam & melius, & purius in finem, vt teneantur ab ipso institutore, vel à nominando ab eo primo loco, vel alio vlteriori. Tum quod, vt in facto proponitur, in institutione & creatione illorum solum dicitur, quod instituit illos institutor, vt mundana cũ cœlestibus commutet. Tum quod licet illa intentio intra solam mentem retenta non inficiat actum, vt mox dicam, purior tamen erit, si absque illa fiat: quia finis est purior & cœlestior, & quo melior est finis cæteris paribus, melior est actus, ex doctrina S. Tho.[a]

20 Secũdo infertur, quod licet institutio talis personatus facta intentione sola mentali quærendi aliquod beneficiũ per permutationem supradicto modo speciali faciendã, non reddatur simoniaca, imò nec aliàs illicita, arg. c. [tua.][b] & glossæ c. [ordinationis.][c] & clarius D. Ant.[d] quem refero refellendo Pano. & Decium in Manu. consil.[e] institutio tamen personatus facta præmisso pacto cum aliquo beneficiario, quod ille renũciabit beneficio suo, vt detur institutori personatus, & quod institutor postea nominabit eum ad personatum, est simoniaca, quia est pactio & conuentio super beneficijs nec iure cummuni, nec speciali probata. Quod enim sit conuentio super beneficijs spiritualibus, patet: quia tam personatus, quam aliud beneficium pro eo habendum sunt beneficia spiritualia per sextum dictum. Quod autem illa conuentio non probetur iure cõi, palam est, quod autem non probetur etiam iure speciali prouincię Tarraconensis probatur. Tum quod constitutio eius reprobat simoniacas fraudes & pactiones, quæ in institutionibus personatuum fiunt. Tum quod licet consuetudo immemorialis habeat, vt talis personatus institui possit, & quod instituens illum possit quærere aliud beneficium ecclesiasticum per permutationẽ speciali & priuilegiato modo factam: nõ tñ habet, quod possit pacisci cum alio beneficiario, vt renunciet ei suum beneficium pro personatu ab ipso fundãdo, vel instituendo: & ita nõ licet, sicut nec liceret alicui pacisci cũ habẽte aliquod beneficium quod ipse fundabit vnum beneficium perpetuum auctoritate episcopi tanti reditus, & quod post fundatum illud, & legitime erectũ præsentabit eũ ad illud, per d.c. [tua,][f] & per d.c. [quã pio,][g] imò neq; quod postquam fundauerit, & ei collatum fuerit, permutabit cum illo, per eadem.

21 Tertio, quod ad damnandas simoniæ conuentiones circa permutationes prædictorum personatuum cum alijs beneficijs faciendas, seruari debent regulæ quas seruamus ad damnandas simoniacas conuentiones super permutatione aliorum beneficiorum iure communi constitutas, exceptis his, quæ consuetudo illa immemorialis permittit, videlicet, quod personatus dabuntur renunciantibus beneficia auctoritate priuata per solam nominationem sine alia superioris auctoritate: quia de similibus idẽ est iudicandum.[h]

Quarto, quod narratio facti nihil obstat proximo corollario præcedẽti: quia licet habeat institutorem hmõi personatus ea intentione solitum illum instituere, vt quæreret aliquod beneficium, nõ tamen habet eum solitum prius pacisci cum alio beneficiario, quod renũciaret illi suum beneficium, & in recõpensam acciperet personatum tanti ualoris, si illud noue institueret: immo habet, quod nil tale in institutione & decreti eius apposition exprimebatur: & consuetudo adeo exorbitans à iure cõi non est extẽdenda,[i] sed quatenus fieri potest ad concordiam iuris communis reducenda.[k] Et quamuis, ut prædictum est,[l] liceat beneficium spirituale perpetuum fundare ea intentione intra solam mentem retẽta, ut post illud fundatum episcopi auctoritate, & sibi collatum permutaret cum beneficio alterius, non tamen liceret illud antea pacisci, per prædicta.

Aduertendum circa prædictos personatus est, in prouincia Tarraconensi varia esse personatuũ genera, pro varietate diœcesum, & ordinariorum suũ decretum interponentium, tabellionumq; institutiones stipulantium. Quidã. n. personatus nullo modo beneficia spiritualia sunt, sed piæ institutiones ab initio suo omnino temporales: alij ꝑm nomen tantum

[a] cap. cum olim. derer. permut. & c. 1. eod. tit. lib. 6.
[b] c. fin. 92. dist.
[c] d. c. si gratiose. iunct. gl. de rescr. lib. 6.
[d] Et c. cum uniuersorũ de rer. permut. & c. j. eo. tit. lib. 6.
[e] l. quod in re. ff. de leg.
[f] in c. 1. de reg. iur. li. 6.
[g] in c. postu laſti, de rescript.
[h] de prab.
[i] l. fi. ff. mãdat. & c. litet ex quadam. de restib.
[a] 1. 2. q. 7. art. fi. & q. 78. artic. 4. & 7.
[b] de simon. c. 1. q. 1.
[c] 2. par. tit. 1. c. 5. §. 11.
[d] e cap. 23. à nu. 107.
[e] cap. fin. de simo.
[f] 1. q. 2. & c. fi. de pact.
[g] de elect. 2.
[h] l. illud. ff. ad l. Aquil. ca. dudum.
[i] c. quæ à iure. de regu. lib. 6.
[k] Arg. c. cũ dilectus. de consuet. & ca. cauſam quæ. de rescr.
[l] Coroll. secundo.

tantum personalia beneficia appellantur, re vera tñ beneficia perpetua sunt, & eiusdē naturæ cū alijs perpetuis beneficijs: alij continent in suis institutionibus aliquas dispositiones, & cōditiones à iure cōi, & à constitutionibus prouincialibus, vsuq; immemoriali prouinciæ Tarraconensis omnino alienas, alij cōferuntur per veram collationem ab ordinario ad præsentationem instituentis, seu patroni personatus, dum vacāt per resignationem ēt ex causa permutationis cum alijs verbis beneficijs perpetuis fiendæ: alij vero ab ipsismet institutoribus, seu ēt à possidentibus, prout dictū est supra, conferuntur, dantur, seu assignantur: & alij tandem sunt alterius generis. Auctori aūt non fuerunt narrata omnia genera personatuum, neque super omnibus fuit consultus, & idcirco neq; eius responsio ad omnes personatus prouinciæ Tarraconensis se extendere potest, sed ad eos tantū, super quibus informatio fuit sibi exhibita.

Et quoniam ex prædictis fundamentis & radicibus poterit quiuis ingeniosus elicere resolutionem dubiorū, quæ circa prædictos personatus occurrent, finem facio. Salua, &c.

De censibus, exactionibus & procuratoribus.

SVMMARIVM.

1 *Notarius potest accipere iustum salarium pro decretis & ordinationibus à visitatis, nisi sit de familia visitatoris, vel habeat illud ex publico, vel statutum, seu cōsuetudo habeat, & gratis hæc præstet.*

CONSILIVM I.

a §. procurationes. de censibus. b eod. titu. lib. 6.

AN notarius, seu cancellarius Episcopi possit quid quā accipere ab his, qui visitantur occasione decretorū, & ordinationū in visitatione factarū?

1 Multa possunt adduci pro & contra in hac quæstione: nam c. 1. [a] & ca. [exigit,] [b] prohibēt ne visitator aliquis procurationē accipiat: & Cōc. Trid. habet quod visitatores gratis omnia faciant, & prohibet ne quidquam ipse vel sui, vt habet Conc. vel aliquis de familia sua, vt habet prædictus §. [procurationes.] præter procurationes accipiāt: & gl. [d] habet, quod nec scriptor, nec sigillator, nec alij similes officiales.

c c. 3. de reforma. sess. 24.

d in verbo officij.

Sed pro cōtraria parte facit, quod lex natusæ habet. [e] [Mercenariū dignū esse mercede sua:] & quod licet delegatus Sedis Apostol. nihil debeat percipere à partibus, notarius tñ recipit iustū salariū, [f] & licet ordines gratis debeant dari, notario tñ soluitur, p scriptura, qua debet salariū de publico, ſm Pano. cōiter receptū, § vel nisi cōsuetudo laudabilis habeat, ne quidq̄ recipiatur, iux. Conc. Trid. [h] & notarij non solent esse de familia visitatoris, nec famuli eorū, & nō tenentur seruire gratis visitatis, nec visi tatoribus. [i] Quare videtur, notariū posse accipere iustum salarium, si non est de familia visitatoris, nec habet salariū ex publico, nec consuetudo, vel statutū rationabile prohibet illud sibi.

e Luca 10.

f c. statutū. §. notarius. de rescr. li. 6.

g in cap. de censi. lib. 6.

h c. 1. de reforma. sess. 21.

i 13. q. 1. cap. 1.

SVMMARIVM.

Intellectus cap. exigit. de censibus in 6. 1

Visitatoribus etsi imponatur pœna suspensionis ipso iure incurrenda, nisi duplum intra mensem restituant, attamen restituendo simplum illam euitant: imò & si postquā incurrāt, simplum restituāt, possunt adhuc à suspēsione absolui. n. 3. 1

Pœnam concussionis, quæ vtroque iure est quadrupli minuit cap. exigit. de censib. lib. 6. quo ad visitatores. 2

Remissio & solutio quo ad satisfactionem exaquantur regulariter. 4

Pœna temporalis c. exigit. de cens. de restituendo duplum, non respicit forum conscientia tantum, item & debetur parti: vnde eam non potest remittere sacra Pœnitentiaria officium, cui conceditur, vt remittat pœnas Ecclesiasticas. 5

CONSILIVM II.

VTrū pœna statuta in c. [exigit,] renouata in Conc. Trident. [l] qua visitatores ipso iure suspenduntur, si nō restituant

k de censi. lib. 6. l Sess. 24. c. 3. de reform. mat.

restituant intra mensem duplum eius, quod acceperunt, debeatur in foro conscientiæ, ita q̄ non sufficiat eis restituere acceptum, ad euitandam pœnam?

1 Pro parte affirmatiua facit, quod qui restituit tantum simplum, non restituit duplum, & ita non videtur adimpleta conditio, qua deficiēte pœna imponitur, etiam si restituatur simplum.

Pro negatiua facit, q̄ pœna illa restituendi duplum non videtur posita ipso iure plusquam pœna concussionis, de qua, [a] [in cap. concussionis,] [b] & pœna nō debetur in foro conscientiæ, iuxta glossam receptam, [c] & Panormitanū & communem. [d]

a 1. q. 2. b Et c. seq. c c. fi. ater ni tas. 12. q. 2. d in c. 1. de constit.

2 Circa hoc dico sequētia. Primum, cap. 1 illud, quatenus punit pœna dupli potius diminuere pœnam iuris, q̄ inducere pœnam: nam pœna cōcussionis est quadruplum, tam iure canonico, iuxta cap. [quoniam,] [e] quam Cæsareo, per l. [sancimus,] [f] transcriptam a Gratiano, § & præfatum cap. [exigit,] loquitur de concussionis crimine, quod committitur, quoties quis ratione officij publici capit male aliquid, [h] & imponit pœnam dupli.

e 18. dist. f c. ad l. Iulā repetū. g in c. sanci mus. 1. q. 7. h l. 2. ff. de concessio.

Secundum, quòd præfatum cap. induci pœnā etiam ipso iure incurrendam, quatenus suspendit ipso iure visitatorem concussorem.

3 Tertium, quòd huiusmodi visitator concussor posset absolui à peccato, restituto tātum simplo, per clementinam, [i] in illis verbis, [A qua,] scilicet excommunicatione, non possint absolui, donec plenè satisfecerint de pecunia sic extorta.] per quæ clarè significatur sufficere restitutionem simpli.

i 2. §. 1. de hæretti.

Quartum, visitatorē, qui intra mensem restitueret simplum, siue tantum, quantum accepit via concussionis, non incursum iri suspensionem: nam, [Turpius eijcitur, quam non admittitur hospes.] [k] vt difficilius tollitur quæsitum, quàm impediatur quærendum. [l] At absolui posset à suspensione incursa, si solueret simplum, vt mox dicam: ergo à fortiori tolleret incurrendam.

k c. quēad modum. de iureiuran. l l. seruus. C. de pact. m 2. §. . . præcitato. n in verb. officij.

Quintum, quod à præfata suspensione incursa posset absolui, restituto simplo, argumento præfatæ clementinæ, [m] iuxta glossam, [n] quatenus habet, offi-

cialē Inquisitionis aliquid per concussionem quærentem incurrere quidem pœnam quadrupli præter excommunicationem, sed absolui posse ab ea restituto simplo, & ita pœna nō soluta, per quem textum & glossam probatur, non solum quē posse absolui à peccato non soluta pœna, sed etiam ab excommunicatione, quam haberet annexā: quam ponderationem primum didicimus à Francisco Aretino, [o] vt diximus in Ma nuali confess. [p]

o in l. 4. §. Cato. ff. de verb. oblig. p cap. 23.

4 Sextum, quod præfatum c. videtur esse pœnale quatenus iubet remissionē in eius casu non æquipollere solutioni; cùm remissio & solutio exæquentur quo ad satisfactionem. [q]

nu. 66. q l. si rem. §. omnis. ff. de pig. act.

5 Septimum, quòd sacra Pœnitentiaria non potest tollere illam pœnā, nec oportet illam tolli, vt ipsa sua potestate vtatur: quia nihil potest nisi quo ad fori conscientiæ tantum, & pœna illa non pertinet ad illud.

& l. 1. ff. de satisfd. cog.

Octauum, quòd nullam pœnam temporariam, quæ in foro conscientiæ deberetur alicui parti, posset remittere præfata Pœnitētiaria. Tum quia solum habet facultatem remittendi pœnas ecclesiasticas, vel absoluendi ab eis, vt exprimitur in facultatibus eius. Tū quia in proœmio earum dicitur dari ei facultas ad pœnitentiam necessariam, & ita non videtur extendendum ad alias tē porarias, præsertim pertinentes ad tertium, etiam in foro conscientiæ: quia non fit illatio à separatis & diuersis. [r]

l. Papinia nus. ff. de minor. & c. ad audientiam. de cimis.

Salua, &c.

SVMMARIVM.

Clerici non tenentur iure cōmuni suo Prælato tribuere in capitis soluere: ab eis tamen exigente necessitate petit caritatiuum subsidium. nu. 2. 1

Consuetudine immemorali probatur præsumptiuè qualibet titulus, qui allegatur. 2

Consuetudo irrationalis ista solùm est, quæ iuri naturæ, vel diuino aduersatur directè vel indirectè, licet ex circunstantijs possit extra hos casus etiam aliqua talis reputari, ad effectum vt tollatur. nume. 4. 3

CONSILIVM III.

PRo Presbyteris Neapolitanis, ne teneãtur singuli singulos aureos ducatos soluere Archiep. facit tota causa 3.q.10. quatenus, [a] statuitur, ne liceat Episc. ab Ecclesia quidquam vltra duos solidos exigere: sed quia illa capitula disponunt de Ecclesijs, & in casu proposito agitur de solis presbyteris, magis pro eis facit cap.[cauendi,][b] quatenus habet Episcopum non debere tyrannidem in socios exercere, nec subditis esse scandalo, & quatenus proponit exemplum Apostoli, qui, vt eius prædicatio suauius audiretur, manu propria & arte viuebat. Nerosius tamen facit cap.[cum Apostolus,][c] quatenus prohibet Episcopos imponere tallias suis clericis, ex quo Pan. colligit solum Papam posse imponere clericis collectas. Sed quia hæc, & alia multa, quæ in hac sententiam congeri possunt, solum probant præfatos clericos non posse cõpelli ad soluendum hos ducatos, quorum soluendorũ onus tributũ capitis aptius appellatur a Iurisconsulto,[d] quã ab Imperatore capitatio,[e] non tamen probãt non posse id consuetudine induci, nisi ratione aliqua necessariò concluderetur illud esse onus iuri naturali & diuino contrarium, quæ non erit facilis inuentu, cum vtroque illorum, & etiam canonico liceat Episcopo, quoties id exegerit necessitas, caritatiuum subsidium à suis clericis petere, iuxta finem præfati [§. prohibemus.

a *in cap.1. cap. illud. cap. inter.*

b *eadẽ causa, q.4.*

c §.1. *de cẽsibus.*

d *in l.ff. de censibus.*

e *in rub. C. de anno. & capita.*

2 Quare vt distinguenda quæstio: ita quod, si intelligatur de consuetudine immemorali, respondetur pro Archiepisc. per theoriam, quæ desumitur ex c.[super quibusdã,][f] & ex l.[hoc iure,][g] scilicet, quod cõsuetudo immemoralis habet vim constituti, & priuilegij: & quod per illam probatur præsumptiuè quilibet titulus allegatus pro illa: & certum videtur præfato Archiepisc. posse competere illud ius priuilegio Papæ, q̃ si alleget, probauit præsumptiuè, nullis alijs literis probatis. Si aũt quæstio intelligatur de alia consuetudine, si non est bona fide ac legitimè præscripta, respõdeatur pro præfatis presbyteris, pro quibus est ius commune, quod non tollitur per consuetudinem, quæ legitimè non fuerit præscripta.[h]

f §. *preterea. de ver. sign.*

g §. *ductus aquæ. ff. de aquæ quot. & æst.*

h *c. fi. cũ ei adnota. de consuet.*

3 Si verò bona fide ac legitimo tempore fuerit præscripta, respondendum erit pro Archiepisc. nisi iudicata fuerit irrationabilis, qualis tamen quæ consuetudo videatur iudicanda, difficilis quæstionis est tractata per Panor. Rochum, & omnes,[i] post glo.[k] Equidem aliquando prælegendo illud cap. vlr.[l] & cap. 1.[m] declarando prædictam gl. mihi persuasi, illam solam esse irrationabilẽ, quæque præscribi non possit, quæ directè, vel indirectè iuri naturali, vel diuino est contraria: & quod illa, quæ continet id quod solum priuilegio Papæ concedi potest, non est illis iuribus cõtraria, cum Papa vsque ad sanguinem teneatur illa defendere.[n]

i *in d.c. fin.*

k *c. finaliter.*

l *de consuet.*

m *dist. & in c. 1. de constit. lib. 6.*

n *c. sunt qui dã. 25. q. 1.*

4 Quamuis tot & tales circunstantiæ rerum, personarum, reditnum, scandali, & aliquorum aliorũ possent afferri, quod posset S.D.N. censere huiusmodi consuetudinem satis esse à iure improbatam ad hoc, vt iudicaretur irrationabilis, saltem ad effectum, vt post tempore Archiepiscopi præsentis huiusmodi cessaret exactio, nisi per viam caritatiui subsidij. Salua, &c.

SVMMARIVM.

Consuetudo potest inducere obligationẽ præstãdi aliqua aliquibus, puta Prælatis pro iucundo aduentu, Ecclesiasticisq; pro administratione sacramentorum. nu. 2. 1

Munera quæ olim fuerunt, poterunt consuetudine transire in debita: vnde qui à muneribus abstinere inuentur, hac vt debita possunt accipere, vt qua Episcopis offerunt in suo iucundo aduentu, nu. 1. clericis ministrãtibus sacramẽta, nu. 2. immo & tenentur recipere, ne successoribus præiudicent, nu. 3. 4

CONSILIVM IV.

AN liceat Archiepiscopo accipere à ciuitate sua, vel ab Ecclesijs, & monasterijs eius, aliqua munera consueta dari Archiepiscopis in primo sui aduentu, cùm primum venit ad illa?

1 Respõdeo, proculdubio posse, & debere accipere illa. Tũ quia Proconsul & Præses

al. solẽt. ff. de offi. Procõs. & Leg. Præses pñt accipere aliqua munera.[a] Tum quod consuetudo non solum dat iurisdictionem,[b] sed ẽt inducit obligationem præstandi aliqua annua, iuxta textum iuncta glossa c. [seruitium.][c]

a

b c. conquestus. 9. q. 3. c 18. q. 2.

2 Tum q̃ consuetudo dandi aliqua Ecclesiasticis, ẽt pro sacramentorũ exercitio, valet, & seruãda est.[d] Tum q̃ multa de consuetudine debentur Regibus, & Prælatis in suo iucundo aduentu.

d c. ad Apostolicam, de simon.

3 Tum q̃ Prælati tenentur ad conseruandum iura suis dignitatibus debita, arg. c. [ea quæ.][e] & glossæ,[f] & arg. c. [sine exceptione.][g] Non obstat illud.[h]

e de off. archid.

f in c. ex literis. de pig.

g 12. q. 2.

h Exod. 23. Deut. 16.

[Non accipies munera.] & illud.[i] [Munera excęcant oculos.] quia hæc non sunt vere munera: sed quæ olim fuerũt quidem munera, per consuetudinem facta sunt iura debita, iuxta notata in l. [si certis annis.][k] & alibi sæpe.

i C. de pac. & in d. c. seruitium.

[Aduerte, ne ex ijs quæ dicunt nu. 2. inferas consuetudine posse induci, vt p̃ sacramentorum collatione cleri à clericis aliquid possint exigere, contra Panormitanum c. Iacobus, nu. 2. de simon.

SVMMARIVM.

Subsidium caritatiuum peti potest ratione beneficiorum: an autem à diuitibus ordinatis ad titulum patrimonij, nõ est ita certum: an aũt bulla Pij agẽs de subsidio respiciat hãc materiam, vide nu. 1. 1

CONSILIVM V.

QVæritur, an in bulla S.D.N. Sixti V. caueatur, vt clerici tam beneficiati, q̃ non beneficiati teneãtur ad subsidiũ locale, & personale.

1 Respondeo primo, q̃ bulla S.D.N. Sixti V. intelligi potest de subsidio tàm locali, quàm personali.

Secundo, quòd iure non est definitũ, quantum debeat clericus soluere pro personali subsidio: neq; bulla hæc id definit, neq; extrauagans, [vas electionis.] Benedicti XII. relata in ea id terminat. Tum quòd tota illa agit de visitatione & procuratione propter illam præstanda vsq; ad vers. [præmissis,] & in illo egit, sed parum de subsidio caritatiuo, & solum definit, non debere illud excedere procurationem, quæ debetur pro visitatione, quam supra definit, & supra nihil definit de visitatione personali, vt palam est eam legenti.

A

B

2 Tertio, quòd potest peti prędictum subsidium à personis clericorum ratione beneficiorum suorum iux. c. [conquerente,][l] & iux. c. [cũ Apostolus,][m] sed non definitur quantitas soluenda de beneficijs simplicibus, neq; de curatis, quæ non habent Capitula, vel collegia parua vel magna.

l de off. ord. m in princ. §. prohibetis, quæ non habent Capitula, vel collegia parua vel magna. mus. de censibus.

Quarto, quòd videndus est Bartholomæus Bellensinus,[n] vbi determinat clericum pauperem non teneri ad hoc subsidium, neque diuitem, si non habet beneficium, nec si fuerit ordinatus ad titulum patrimonij, quamuis contrarium possit tèneri, cum patrimonium est amplum, &c. quæ apud eum videri possunt. Salua, &c.

n in lib. de charitatiuo subsid. q. 15 vsq; ad 31.

SVMMARIVM.

Gabellam, cum sit de regalibus principi reseruatis, nõ potest ciuitas Regi subiecta, nec suis subditis imponere, poterit autẽ, si licentiam à Rege prius, vt debet, obtineat, vel saltem illam ea imponat mente, vt nolit eam nisi illa obtenta exigere, nu. 3. subsit q; causa, sine qua licet euitetur pœna excommunicationis bullæ Cœnæ, non tamen euitatur peccatum, num. 2. & 5. 1

Intento inferioris principe imponentis gabellam, nolentis illam exigere, nisi prius principis obtenta licentia, præseruat imponentes à peccato, & ea clausula illa, Saluo sedis Apostolicæ beneplacito, quæ in pactis beneficialibus apponitur. 3

Consensus auctoritatem præbens præcedere debet, simplex autem potest sequi. 4

Gabellam iusta auctoritate impositam qui ab exemptis exigit, non ligatur per bullam Cœnæ Domini, si tamen exigat ab Ecclesiasticis, incidet in excommunicationem iuris, Papa tamen non reseruatam, num. 8. 7

Gabellam minimam iniustè exigens ab Ecclesiasticis, tunc demum incidit in excõmunicationem & obligationem restituẽdi, si animo saltem virtuali per minima intendebat deuenire & deuenit ad quãtitatem notabilem, vnius videlicet Iulij, & num. 6. 8

C

D

Universidad de Deusto
Biblioteca

Difficultas exigendi minutam gabellam à laicis, nisi etiam ab exemptis exigatur, non excusat sic exigentes à culpa & pœna, sed debent modum talem reperire, vt ita à laicis eam exigant, ne exemptos sua fraudent libertate.

CONSILIVM VI.

PRimo quæritur, an gabella possit imponi à ciuitate regia cũ solo consensu regio, vt certum quid de certa mẽsura vini, & de certo pondere piscis salsi soluatur, exceptis Ecclesiasticis, & aduenis.

Secundo, an exigentes dictas gabellas ab Ecclesiasticis, & aduenis, inciderint in excommunicationem bullæ Cœnæ, vel in aliam excommunicationem.

Tertio, an item cum prædicta vendũtur absq; pondere, vel absq; vlla mensura, debeat remitti personis exceptis illa parua pars gabellæ, quæ pro rata contingeret ementem?

Quarto, quid remedij sit adhibendũ ad hoc, vt non fiat contra libertatem istorum exemptorum?

AD PRIMAM QVAESTIONEM respondeo primo, q̃ iure communi ciuitas non põt gabellam imponere ciuibus: quia gabellã imponere est ius reseruatum principi pertinẽs ad regalia.[a]

a c. 1. qua sunt regal. in vsib. feu.

1 Secundo, q̃ non põt eam imponere, quamuis possit Regi eam imponenti cõsentire: quia aliud est vendere, & aliud vendenti consentire.[b] Vnde qui prohibetur manumittere, non prohibetur manumittenti consentire.[c]

b l. aliud. ff. de reg. iu. c l. 2. l. si pa ter. ff. de manumit. vind.

2 Tertio, q̃ nulla gabella etiam à principe potest iustè imponi sine iusta causa: quia nec princeps, nec Rex põt quẽquam etiam subditum priuare inuitum bonis suis sine culpa sua, vel iusta causa,[d] vt latè notant omnes post Innoc.[e] & probatur per factum Nabuthæ,[f] relatum in c. [conuenior.][g] At qui imponit gabellam, tollit aliquid alicui eo inuito: ergo non potest illam imponere nolenti sine culpa, vel iusta causa.

d c. sine cul pa. de regu. e in c. quæ in ecclesiarũ. de cõst. f lib. 3. Regum. c. 21. g 23. q. 8.

3 Quarto, q̃ ciuitas, quæ vult imponendo gabellam vitare peccatum, deberet prius facultatem, vel licentiam id faciendi obtinere à Rege: aliõqui merito posset dici peccatum præsumptionis, & etiam comprehensum in bulla Cœnæ, nisi imponeret animo non vtendi ea impositione, donec confirmatio Regis accederet, argumẽto eorum quæ de pacto iure humano simoniaco facto saluo beneplacito Papæ diximus in Manua. conf.[h] Nam consensus auctoritatẽ inducẽs præcedere debet, licet simplex consensus consequi possit. argum. [§. tutor,][i] & [si quis mihi,][k] cum eis & aliis ibi sæpè annotatis.

h c. 23. n. 1. i Instit. de act. tutor. k §. iussũ. ff. de acqu. hæred. c. nul lus. de iur. patron.

4 Quinto, q̃ ciuitas, quæ auctoritate Regis præcedẽte, & ipsemet Rex imponerent gabellam sine iusta causa, licet peccarent imponendo illam, non tamẽ inciderent in censuram bullæ Cœnæ latam cõtra imponentes, nouas gabellas: quia non fertur contra omnes imponẽtes, sed solum contra imponentes, & ad id potestatem non habentes, vt patet in prædicta bulla relata à nobis in Manuconf.[l] quia & Rex habet ordinariam ad id potestatem, & ciuitas delegatam.

l c. 27. nu. 61.

5 Sexto, q̃ iustè credi potest, gabellã præfatam adeo antiquam, & tandiu Regio consensu solutam, iustã de causa fuisse impositam, & sufficienti auctoritate munitam.[m]

m Arg. c. fin.

6 AD SECVNDAM respondeo primo, q̃ pro parte affirmante facit, quod valet argumentum de toto ad partem, saltem quando eadem ratio idem iuris in ea dictat,[n] & quod videtur prędictos exactores incursuros præfatam excommunicationem, si exigerent à clericis & aduenis emptoribus præfati piscis salsi duos carlenos pro barillo, vel vnum granum pro rotulo. Secũdo, quòd licet furari minimum sine intentione furãdi vsq; ad quantitatem notabilem, non sit peccatum mortiferum, furari tamen cũ ea, est tale, iuxta c. fin.[o] cum latiùs ibi per nos adnotatis, & breuius postea tactis in Manual. confessar.[p]

per quibus dã. de ver. sign. n l. quæ de rei vend. c. tota. ff. de pastor. alis. § item si to tum. de eff. deleg. o 14. q. 7. p c. 17. nu. 3. & seq.

Pro parte verò negante facit primo, quòd furari minimum sine intentione actuali, vel virtuali furandi vsq; ad quãtitatem notabilem, nõ est mortiferum, nisi illud minimum toties repetitum constituat quantitatem notabilem, secundum communem sententiam à nobis, q̃ relatam.

q vbi sup. r in sum. Cler. excom. casu 71. s in d. c. 27. nu. 61.

7 Secundo, q̃ Caietanus,[r] quem sequuti fuimus,[s] tenuit quod exigentes gabellas à personis exemptis ab eis, tũc demũ incidunt in censurã præfatę bullæ, cũ exigunt gabellas à nullis debitas, & non cum exigunt gabellas debitas ab aliquibus, licet non debeantur ab exemptis: alioqui enim exigentes eas à militibus, & alijs personis exẽptis, licet non essent clerici, inciderent in eam: quod non esse verum, videtur manifestissimũ, vt illa ait. Et gabella præfata non est gabella simpliciter prohibita, sed tantum prohibita exigi à clericis & aduenis.

Quibus pro vtraq; parte cõsideratis, dici põt primo, præfatos exactores non incidisse in excommunicationem bullæ Cœnæ, eo q̃ præfatam gabellam ab aduenis & clericis exegerũt, quia exactio præfatæ gabellæ non est simpliciter & in vniuersum prohibita, sed tãtum quo ad aduenas, & ecclesiasticos.

8 Secundo, q̃ illi exactores, qui minutatim multis vicibus voluerunt exigere ab Ecclesiasticis vsq; ad notabilẽ quantitatem, & de facto exegerunt vsq; ad illam, inciderunt in excommunicationem c. [quanquam,] de censibus. lib. 6. per quod excommunicantur exigentes ab Ecclesiasticis gabellas indebitas ab eis, quamuis non inciderint in cẽsuram bullæ Cœnæ, inter quas est illa magna differentia, quod hæc est reseruata Papæ, illa verò non.

AD TERTIAM rñdetur, q̃ omnes illi exactores, qui exegerunt ab aduenis vel Ecclesiasticis vsq; ad notabilem quantitatem, tenentur restituere: & q̃ notabilem quantitatem facit, erat olim dimidium Iulij, vt diximus vbi supra,[a] nunc autem vnus Iulius integer, per ea quæ nuper ad aliud propositum monachis Carthusiensibus respondimus, & q̃ facienda est restitutio eisdem personis, à quibus exacta est, vel hæredibus earũ, si per iustam diligentiam sciri possint, alioquin pauperibus, vel pijs locis, arg. c. cum M. iuncta glo.[b]

a num. 3. b. b de vsur.

9 AD QVARTAM respondeo, q̃ quatenus illa est facti, & non iuris, melius satisfacient ei domini consulentes, qui melius nouerunt quæ in præfata ciuitate fiunt, & fieri possunt, quam nos, informando se præsertim de ijs quę prudenter & exactè seruantur in principatu Cataloniæ, & in regnis Aragoniæ, & Valentiæ. Ad eam tamen, quatenus est iuris, respondemus, quod debent inuenire talem modum, per quem exactores ita recipiant quod iustum est, quòd exempti non fraudentur libertate, qua frui debent. Salua, &c.

SVMMARIVM.

Gabellas non imponendi potestatem habet Princeps, qui habet regalia, qualia is habet à cuius sententia non appellatur, num. 2. quas si iniustè imponat, peccat, sed non incurrit excommunicationem bullę, num. 3.

CONSILIVM VII.

INterrogatus primo, an Illustres Domini de Gonzaga vigore inuestituræ licite possint imponere noua datia in castris S. Martini insulæ Donatiensium, & alijs in inuestitura citatis locis.

Secundo, dato q̃ imposuerint, an inciderint in censuras bullę in Cęna Dñi.

1 Respondeo ad primum, q̃ possunt. Tum quia expresis verbis conceditur eis potestas ea imponendi in inuestitura Federici,[c] & in inuestitura Maximiliani I.[d] Tum quia per multa verba generalia se referentia ad inuestiturã Maximiliani I. idipsum concedit Carolus V. in sua inuestitura,[e] ibi, [Necnon oẽs & singulas, gratias, libertates, indulta, facultates, concessiones, & alia quæcũque in supradicto priuilegio Auin. expressa & contenta.] ét Maxim. II. idcõcedit in sua inuestitura,[f] ibi, [Necnon omnes & singulas gratias, indulta, facultates, concessiones, & alia quæcumq; in supradictis priuilegijs expressa & contẽta.] Tum quia extra scripturam qõnis verbo proponitur à prędictis Marchionibus non appellari ad alium Superiorem, q̃ ét prædictæ inuestituræ satis significant per illa quidem Sigismundi,[g] ibi, [Quo d tu, & hæredes, & successores tui legitimi Marchiones Mãtuæ perpetuis in antea temporibus omni dignitate, præeminẽtia, nobilitate, ptãte, iure, libertate, honore, & consuetudine gaudere ac frui continuo debeatis, quibus alij nostri, & Sacri Romani Imperij Prĩcipes, & noĩatim Marchiones Illustres fruiti sũt hactenus, & quotidie potiunt.

c fol. 2. d fol. 2. e fol. 2. f fol. 2. g fol. 1.

2 Aliæ vero, quatenus omne merũ & mixtum imperium, & quatenus liberã poteſtatem, & quatenus omnimodã iuriſdictionem expreſsè concedunt, aliæ quatenus idẽ concedunt ꝑ relationẽ ad alias. At illi, à quibus non appellatur, hñt iura regalia, & non prohibentur ꝑ bullam Cœnæ imponere noua datia, & vectigalia, vt ẽt nos poſt alios notauimus in Manu. conf. [a] & probatur per c. [innouamus] ibi, [Regũ, & Principũ,] [b] quatenus probat, eum qui hẽt regalia, poſſe ẽt noua vectigalia imponere: & per inueſtituram Sigiſmundi conſtat prædictos Marchiones habere regalia.

a c. 27. nu. 61.

b de cenſib.

3 AD SECVNDVM reſpondeo, conſequens eſſe eius, quod dictũ eſt ad primum, eos non incidiſſe in excõmunicationem bullæ Cẽnę, eo ꝙ prædicta datia impoſuerint, vt palam eſt, quamuis potuiſſent peccare ſecundũ Alexandrum III. [c] Sed eſto peccaſſent iniuſtè imponẽdo, non tamen incurriſſent prędictam cenſuram, quæ contra ſolos nõ habentes ius ea imponendi fertur vt litera prædictæ bullę habet. Salua, &c.

c d.c. innouamus.

SVMMARIVM.

1 Gabellas nouas per bullam Cœnæ imponi prohibitas videtur imponere Superior vetans extrahi triticum non molitum.

CONSILIVM VIII.

AN qui dominus terræ ordinat, vt ſubditi ſui nõ poſſint vendere triticum extra territorium eius integrum non molitum, contraueniat bullæ Cœnæ Domini, vetant, ne quis noua pedagia & gabellas imponat?

1 Si ducerer affectu ingenti, quo ſum in prudẽtem Principẽ, qui dignatus eſt iubere mihi, vt reſpondeam, abſq; vlla mora & ſtudio reſponderem licere, qđ in hac re deſiderat ſua Excellentia: qa verò affectus eſt lege, naturali, diuina, & humana dirigendus, nõ audeo dicere id eſſe licitum. Tum quia omni iure ꝑfato prohibetur, ne quis ſupergrediaꝫ, neq; circũueniat in negotio fratrem ſuum, [d] & ne id quod noſtrum eſt à nobis abſq; noſtro conſenſu auferatur, per l. [id qđ noſtrum,] [e] & ſcribunt Innoc. & omnes, [f] & negari non põt, ꝙ libertas exportandi triticum vendibile non molitum extra territorium ſit quoddã bonum & pecunia æſtimabile ſubditorum ſuæ Excellẽtię, & conſequenter, ꝙ abſque illorum conſenſu non eſt eis auferendum. Tum quia difficile põt dici, ꝙ illud nõ vetatur in d. bulla Cœnę Dñi, cum ſecũdum receptam ſnĩam per verba illa, [pedagia noua & gabellas,] intelligatur ẽt incrementum eorum, vt ſupra ea nos in Man. conf. [g] diximus, & ſecundum mentem illam Pontificis cõprehendũt omne onus & grauamen nouum pecunia æſtimabile, quale videtur onus non exportandi triticum vendibile ſanum & integrum extra territorium, pp multa, quę in hoc adduci poſſent. Quare oranda videtur ſua Excellentia, & Celſitudo, ne id tentet facere, niſi de conſenſu eorum, quos res tãgit, quò ſit gratior ſuis ſubditis, & D. N. Ieſu Chriſto, qui ſuam Excellentiam ſem per & vbiq; conſeruet ſibi gratioſam.

d l. ad Theſſ. c. 4.

e ff. de reg. iur.

f c. qua in eccleſiarũ. de conſtit.

g c. 1. n. 61.

SVMMARIVM.

Hoſpitalitas laudatur, & eam negantes Dominus arguit. 1

Hoſpitibus quàm indigenis, carius vendere, vetitum. 2

Conſuetudo hoſpitandi gratis ꝙbi aliquando fuit. 2

Venditio iurium hoſpitandi iuri naturæ aduerſatur. 2

Peccanti qui conſentit, præſertim cooperando, peccat. 3

Conſuetudo vendendi ius hoſpitandi, cum priuilegio vendendi vinum carius hoſpitibus, iniqua, itemque & libera conceſſo hoſpites recipiendi omnibus facta cum onere ſoluendi aliquid pro qualibet menſura vini vendendi. 4

CONSILIVM IX.

AN Communitas Tiburtina ſolita vendere, ſiue locare ius hoſpitandi hoſpites certo precio, cum priuilegio, vt poſſet vendere fogliettam vini vno quatrino plus quã venditur in ciuitate, poſſit nũc ſtatuere, vt ius hoſpitãdi ſit liberũ cuiuis, modo ſoluat duo ſcuta ꝑ ſingula quaq; cuppa vini, q̃ vẽdiderit.

Attento

1 Attento primo, quod hoſpitalitas laudatur, adeo quod ob eam meruit Abraham habere Angelos in hoſpites, [a] & quod Dominus apud Matth. [b] arguit eam non exhibentes, per illa verba, [Hoſpes fui, & non recepiſti me,] & Apoſtolus eius, [c] oẽs Chriſtianos hortatur, vt ſint hoſpitales, adeo vt nollet fieri quemquam Epiſcopum, niſi eſſet hoſpitalis, [d] quem citat Gratianus in ſum ma, [e] corroborando id poſtea per multa cap. quæ in eadem ſubijcit.

a Geneſ. 19

b cap. 25.

c Ad Romanos 12.

d 1. ad Timoth. 3. & ad Titũ. 1.

e 42. diſt.

2 Attento item, quod Concilium relatum in cap. 1. [f] ſtatuit, ne quidquam carius vendatur hoſpitibus & peregrinis, quam indigenis: Attẽto item, quod in multis partib. Hiſpanię ante ſeptuaginta annos gratis hoſpitio ſuſcipiebãtur, & alebantur hoſpites, imò & nunc in hanc diem id fieri audimus in Hibernia, & Nouergia: Attento etiam, ꝙ rationi obuiare videtur, quòd hoſpitantes accipiant aliquid vltra iuſtam mercedem ab hoſpitibus, quos ſuſcipiunt, & multo magis, quod vendantur iura recipiendi hoſpites cum priuilegio, ne qui alij recipiant eos.

f de empt.

3 Attento præterea, ꝙ non ſolum facientes, ſed etiam conſentientes peccato damnabuntur, [g] præſertim cum conſentit cooperando, & participando de lucro, vt poſt Caietanũ ſcripſimus in Manu. conf. [h] & quod peccatum eſt carius vendere hoſpitibus, quàm indigenis, vt probat c. 1. [i] & quod vendendo ius hoſpitandi cum priuilegio vendẽdi carius vno denario fogliettam vini, vel cũ onere ſoluendi duo ſcuta pro qualibet cuppa vini, eſt conſentire, dareq; cauſam & occaſionem pluris vendendi peregrinis, q̃ indigenis, participando de lucro: Attento etiam, ꝙ in multis regionibus dant communitates aliqua priuilegia hoſpitantibus cum onere ipſarum ſine vllo grauamine hoſpitum, quò benignius eos ſuſcipiãt: Attẽto denique, quod huiuſmodi ius hoſpitandi non vẽditur in Vrbe, nec ꝙ ſciã, in vlla ciuitate, vel oppido Hiſpaniæ, vel Galliæ.

g c. 1. ad Roman. & ca. 1. de offic. deleg.

h c. 17. nu. 195.

i de empt.

4 Attentis inquam his omnibus, neſcirẽ defendere prædictum antiquum morem vendendi ius hoſpitandi prædictæ communitatis cum priuilegio vendendi cariùs vno denario fogliettam vini: nec auderem laudare prædictũ nouum modum vendendi ius hoſpitandi eiuſdem communitatis, cum onere ſoluendi duo ſcuta pro qualibet cupa vini, etiam ſi nulla bulla Cœnæ id prohiberet: quoniã iure naturali, diuino, & humano antiquiore illa, videtur eſſe prohibitum, per ſuperius dicta: quamuis fatear modum nouum non eſſe tã illaudabilem, quàm antiquum. Salua, &c.

De conſecratione Eccleſiæ, vel Altaris.

SVMMARIVM.

Cœmiteria polluta ijſdem caſibus & modis reconciliandæ, quibus Eccleſia, & ſi ſint conſecrata ad ſepeliendum, vt dicitur de Eccleſia, quæ conſecratur ad celebrãdum, nu. 3. debent ab Epiſcopo reconciliari, nu. 2. & 3. niſi ex priuilegio hæc facultas ſacerdoti competat. nu. 5. at ſi ſolùm ſint auctoritate Epiſcopi ædificata, vel benedicta, tunc à ſacerdote cũ aqua ab ipſo exorcizata poterunt reconciliari. nu. 2. 3. & 4. 1

Conſuetudo non videtur ſufficere ſacerdotibus, vt Eccleſiæ, vel cœmiteria conſecrata, ſi polluantur, reconcilient, niſi innitatur priuilegio aliquo. 2

CONSILIVM I.

AN reconciliatio violati cœmiterij à ſimplici ſacerdote fieri poſſit?

1 Reſpondeo primò, ꝙ cum reconciliatio cœmiterij eiſdem caſibus ſit facienda, quibus reconciliatio Eccleſiæ, vt dicit Gulielmus Durandus, [k] eodem etiam modo videtur facienda: quod ſatis ſignificat c. [conſuluiſti,] [l] ibi, [ſicut per, reconciliationibus.]

k in rationali diuini officij cap. 6. nu. 45.

l de conſecr. eccle. vel alt.

2 Secundò, ꝙ Eccleſia polluta, ſi eſt conſecrata, debet reconciliari per Epiſcopũ, & non per presbyterum, [m] ſi aũt non eſt conſecrata, ſed ſolum benedicta ſeu auctoritate Epiſcopi in eccleſiã conſecrandam ædificata, põt fieri per presbyterum per aquam exorciſatam à ſemetipſo, iuxta cap. fin. iuncta gloſſa re-

m ca. aqua de conſecr. eccleſ.

cepta per Card. Panorm. & communē.[a] E
3 Tertio, q̄ ex his duobus videtur inferri, q̄ cœmeterium non solemniter consecratum, sed simpliciter auctoritate Episcopi deputatum ad sepeliendū, sicut Ecclesia non consecrata ad celebrandum, poterit reconciliari, si polluatur, per presbyterum cum aqua per se exorcizata: quia maius quiddā & principalius est Ecclesia, quàm cœmeteriū eius, vt habet c. 1. [b] & consequenter nō est necessaria reconciliatio solemnior cœmeterij, quàm Ecclesiæ.
4 Quarto, q̄ cœmiterium solemniter consecratum per Episcopum, si polluatur, debet etiam recōciliari solemniter per Episcopum, aqua solemniter cum vino & cinere per Episcopum benedicta. vt habet præfatum c. [consuluisti.] F
5 Quinto, q̄ non obstat consuetudo in quæstione proposita: quia videtur ea niti priuilegio simili eo de reconcilianda Ecclesia consecrata, cuius meminit Innocentius IIII. [c] quem sequuntur Card. & Panorm. [d] & in effectu præfatus Gulielmus vbi supra, [e] [nisi fortè hoc ex priuilegio sibi cōpetat speciali.

a *Eod. tit.*
b *de consecra. eccl. vel alt. lib. 6.*
c *in d. cap. aqua.*
d *ibidem.*
e *nu. 38. ibi.*

SVMMARIVM.

G
1 *Parochis omnia quæ sunt ordinis, exceptis ijs quæ sunt ordinis episcopalis, licent, vnde aquam lustralem benedicunt, ecclesiam nondum consecratam, si polluatur, aqua à se exorcizata expiant, integumenta, & alia ornamenta altarium benedicunt, nu. 3. fallit in ijs quæ sunt eis interdicta specialiter, vel iure communi, vt est consecratio corporaliū, nu. 1. vel consuetudine, vt sunt vestes, & alia indumenta sacerdotalia, nu. 3. quæ cessante, mero iure possent etiam dicta indumenta benedicere, nu. 2 & 3.*

CONSILIVM II.

AN vestium sacerdotalium benedictio sacerdoti simplici competat? An & integumentorum altarium?
1 Respondeo, q̄ hæc quæstio perfunctoriè perpensa facilis videtur, seriò tñ, & cum iudicio librata satis difficilis est. Nam frequentior opinio est pro parte negante in clem. [attendentes,] [f] vbi Cardinalis ait hoc cōmuniter teneri, & ei concordat Philippus Francus, [g] Sylvester, [h] pro quibus facit c. [consulto.] [i] quatenus habet corporalia benedicenda esse ab Episcopo, & c. [quamuis,] [k] quatenus multa prohibet presbyteris, & in ijs altarium consecrationem.
2 Pro parte vero affirmante facit, q̄ omnia quæ sunt ordinis, exceptis q̄ sunt propria ordini episcopali, & quæ sunt expressè prohibita parochis simplicibus, possunt parochi facere, [l] at communis opinio habet, q̄ Abbates possunt ea benedicere, & consequenter non sunt ordinis episcopalis, nec reperitur iure aliquo speciali id eis prohibitū, exceptis corporalibus, ergo, exceptis illis, p̄nt alia omnia induměta benedicere. Qua ratione hanc partem tenet Angelus. [m] Facit etiā præfatum c. [quamuis.] quatenus inter multa prohibita presbyteris nullā de benedictione sacrarum vestium mentionem facit, licet illud communis pro se satis incautè alleget. Facit & c. [aquam,] [n] qua parte habet, omnes sacerdotes posse benedicere aquam lustralem, quæ maioris effectus videtur, quam benedictio amictus, vel cinguli, seu zonæ sacerdotalis. Facit c. fi. [o] quatenus habet, presbyterum posse expiare ecclesiam pollutam, si nondum est consecrata, per aquam à semetipso exorcizatam: quod maius quiddam videtur, quam benedicere zonam, seu cingulum sacerdotale. Facit denique, quod communis opinio nullum pro se canonem, neque firmam rationem habet.
3 Itaque nobis propius vero videtur, primum, quòd solo iure scripto attento posset parochus vestes sacras, seu indumenta sacerdotis benedicere. H
Secundo, q̄ consuetudo vniuersalis videtur contrarium induxisse: & constat eam posse legem inducere, & legem inductam abrogare. [p]
Tertio, q̄ cōsuetudo præfata religiosa potius videtur mouisse Doctores ad dicendum id esse iuris, quā iura scripta.
Quarto, q̄ consuetudinem, quæ in aliquibus terris seruaretur, dicerem iuri consonantiorem.
Quinto, q̄ iure & consuetudine arbitror licere parochis integumenta altarium,

f *§. statuimus de statu monach.*
g *& g in c. abbates de priuil. lib. 6.*
h *in summa, verb. benedictio. §. 2.*
i *de consec. dist. 1.*
k *68. dist.*
l *c. ecce. 95. dist.*
m *in summa, verb. benedict. princip.*
n *de cōsec. dist.*
o *de cōsecr. eccles.*
p *c. fi. de cō suet. l. 2. C. quæ sit long. consuet.*

rīū, & alia ornamēta, exceptis vestibus A necessarijs sacerdoti ad dicendam Missam, benedicere: quia sola benedictio illarum videtur ab eorum potestate cōsuetudine subtracta.

De celebratione Missarum, & Sacramento Eucharistiæ, & diuinis officijs.

SVMMARIVM.

1 *Die Natiuitatis Domini iure communi nemo tenetur audire tres Missas, nec sacerdos eas celebrare, nu. 2. licet possit: siue dicat omnes tres post auroram, siue primam antea, & alias post: secundam autem & tertiam ante auroram dicere nō potest: & satisfacit, si vnam tantum dicat, secundam inquam, vel tertiam.* B

CONSILIVM I.

QVæsitū est primo, an omnis sacerdos in die Natiuitatis Domini teneatur sub præcepto celebrare tres Missas. C
Secundò, qua hora illas dicere conueniat.
Tertiò, vbi sunt plures sacerdotes, an omnes debeant dicere primam vel omnes ante auroram, vel si non tenentur omnes dicere, quam, vel quas omittere possint.
Ex eis quæ latius commenti fuimus in cap. [nocte sancta,] [a] & breuius in Manu. confess. [b] & aptius quo ad propositum in cap. 21. [c] colligi potest breuis responsio ad quæstiones supradictas.
1 AD PRIMAM quidem, quod iure tantùm communi attento, & secluso voto, iuramēto promissione, & statuto particulari, vel alia obligatione speciali, nullus sacerdos tenetur dicere tres Missas in nocte & die sancta Nat. Domini. Tum quia in nulla illius parte id præcipitur, quod sensit glo. præfati cap. dum pro verbo [celebrent,] ponit verbū [celebrantur,] significando q̄ verbū [celebrent,] nō est verbum præceptiuū imperatiui modi, sed verbū narratiuū, D

a *de consecra. dist. 1.*
b *cap. 25. nu. 87.*
c *nu. 2.*

& permissiuum optatiui vel subiunctiui modi. Tum quia S. Tho. [d] communiter *d in 3. par.* receptus sentit præfatum ca. quo ad fin *q. 80. ar. 10.* gulos Christianos continere cōsilium, *& ī 4. dist.* quo ad effectū celebrandi, & audiendi *12. q. 3. art.* celebrantē, q̄ nos magis expressimus. [e] 1.
2 AD SECVNDAM, quod sacer- *e in d. c. 21.* dos illo die potest solo iure communi attēto dicere omnes tres, vnam noctu, & duas post auroram, & omnes tres post eam, & primam tantùm earum ante auroram, & alias duas, vel cum prima post auroram, & secundam, & tertiam, vel vnam tantùm earum post auroram, & neutram illarum ante illam.
AD TERTIAM, quod in Ecclesia, in qua sunt plures sacerdotes, vnus solus, & oēs p̄nt dicere ante & post auroram primam illarum, & secundam, & tertiam post eā, & neutram ante illam, & possunt alteram illarū, quam volent omittere, vel dicere, attento, vt dixi, solo iure cōi, & nihilo alio, quod minuat vel augeat facultatem à iure communi concessam, accedente. Salua, &c.
[Sed quod qui audiat Missam noctis Natalis satisfaciat præcepto, notat Syluester verb. Missa 2. post nu. 1. vers. dicitur secundo: vnde idem videtur posse dici de celebratione: licet D. Nauarrus hic vtatur illa dictione, alteram, quæ dicitur de duobus: sed quia alterum etiā potest dici de tribus, ideo posset dici D. Nauarrum non dissentire à Syluestro.

SVMMARIVM.

1 *Missas duas in die celebrare licet ob necessitatem, seu vtilitatem non dicentis, sed audientis: & quæ sit sufficiens, arbitrio boni viri relinquitur. nu. 2.*

CONSILIVM II.

AN liceat sacerdoti in magna sacerdotum penuria bis in die Missam celebrare: quia est nunc in Anglia sacerdotum inopia, vt in itinere centum miliarium vix tres Catholicos sacerdotes reperias, qui Missam celebrent, & sacramenta ministrent.
1 Respondeo, licere. Tum quia c. [cōsuluit,] habet expressè, posse quem bis celebrare propter necessitatem: & in hoc

hoc casu occurit illa. Tum quia ex illo c.colligunt Cardinalis Pan.& alij,quod regula de non dicenda Missa ab vno eo dem die bis, fallit in casu necessitatis, qualis est hic.Tum quod glossa eiusdem c.habet posse quem dicere duas Missas, causa vtilitatis non quidem dicentis, sed audientis, vt ibi Cardinalis egregiè adnotauit:& in casu proposito occurrit necessitas audientis,vel audientium.

2 Tũ quia,quæ necessitas ad hoc sufficiat,relinquitur arbitrio viri prudentis, vt adnotauit Panor.ibidem,& probatur ea efficaci ratione, q̃ cum aliquid indeterminatum iure statuitur, determinatio arbitrio boni viri est facienda. [a] At quilibet vir prouidus, & bonus iudex,q̃ legerit & perpenderit casus, in quibus licet bis in vno die celebrare propter necessitatem, vel vtilitatem,quos summatim nos collegimus in Manu.conf. [b] facilè iudicabit in casu proposito iustã occurrere necessitatem, ob quam id fieri possit;deniq; quod Cardin. [c] expresse habet id posse fieri propter raritatem sacerdotum, quæ in hoc casu maxima esse proponitur. Salua,&c.

a l.1.ff.de tur.delib. c. de causis de offi.dele. b cap. 25. nu.87.

c in eod.ca. q.3.

SVMMARIVM.

1 *Missas secundũ ritum & cæremonias Missalis sub ipso recognitu dici cum præcipiat Pius V. sua bulla, sequitur,vt etiam debeant dici orationes assignatæ, dicendæ dum sacerdos vestibus se sacris induit, & nu.2. illarumq; omissio esset mortalis si ex contemptu fieret, vel etiam si omnes sine causa reputata legitima omitteret,secus si vnam aut alteram,modo cesset contemptus.nu.4.*

2 *Presbyter sine sacris vestibus etiam metu mortis missando peccat.*

3 *Gerundium adiectiuum, vel participium passiuum necessitatem signant.*

CONSILIVM III.

AN orationes, quas dicunt sacerdotes,cùm vestiuntur vestibus sacris sint præceptæ?

1 Iussus respõdere huic quæstioni ab eo,cuius ego responsum libentissime audirem,& ei parerem,sub eius emunctissima censura, rñdeo, pro indubitato me habere,obligari presbyteros ad dicẽdas preces ordinatas in Missali,vt eas dicãt, cum vestiuntur sacris vestibus. Tũ quia fel.rec. Pius V. iussit,vt Missæ dicantur ẽm ritum & cæremonias in suo Missali institutas,vt habet bulla eiusdem: & in Missali postea recognito sub rub. ritus seruandus in celebra.Missæ,habet singulas orationes pro singulis vestibus institutas esse dicendas à sacerdote, cum se illis vestit. Tum quia consuetudo antiquissima totius ecclesiæ saltem Latinæ seruat illud à tempore immemoriali:& constat consuetudinem rationabilẽ esse seruandam,cum deficit lex,[d] præsertim cũ est immemoralis,quæ habet vim cõstitutionis,[e] & consequenter licet nulla esset lex, quæ presbyteros ad hoc obligaret,est tamẽ consuetudo notoria,quæ ad id obligat,iuxta l. [de quibus. [f]]

d c.consuetudo.1.dist. e ca. fi.de consuetud. e cap. super quibusdã. f ff.de legibus, & l.2. C. quæ sit lõg. consuet. g cap. 25. nu. 83. h 1.2.q.96. art. 4. i de reg. iu. lib.6. k Matth. c. 18. & c.nibus ipsis, quæ erant principaliora preci- bus Immo argumentum retorqueri põt in arguentẽ sic,Non meminit ille pijssimus Papa in prima editione Missalis, & postea addidit in eius recognitione, ergo sensit defectum fuisse notabilem, & memorandum,atque supplendum.

2 Tum quia certũ est presbyteros peccare missando sine sacris vestibus:adeo quidem,vt nos scripserimus in Manual. conf.[g] sequuti Caieta.[h] non posse licitè Missam celebrari sine vestibus sacris, ẽt ob metum iusti timoris, etiam mortis: & constat prædictas orationes esse quædam accessoria prædictis vestibus, & accessorium debere sequi naturam principalis,iuxta c.[accessorum,[i]] cũ ijs quæ ibi glossa citat. Tum quia nihil cum scã dalo est agendum, [k] & grande scandalũ esset toti clero, quod presbyteri oratio nibus omissis sese induerent, & ad missandum pararent.Tum quia non obstat, quod prædictus Pius V. non posuit præfatas orationes in prima sui Missalis editione:quia etiam nihil meminit de vestibus ipsis, quæ erant principaliora preci bus Immo argumentum retorqueri põt in arguentẽ sic,Non meminit ille pijssimus Papa in prima editione Missalis, & postea addidit in eius recognitione, ergo sensit defectum fuisse notabilem, & memorandum,atque supplendum.

aqua quot. & asst. f ff.de legibus, & l.2. C. quæ sit lõg. consuet. g cap. 25. nu. 83. h 1.2.q.96. art. 4. i de reg. iu. lib.6. k Matth. c. 18. & c.nibus ipsis, quæ erant principaliora preci- bus Immo argumentum retorqueri põt in arguentẽ sic,Non meminit ille pijssimus Papa in prima editione Missalis, & postea addidit in eius recognitione, ergo sensit defectum fuisse notabilem, & memorandum,atque supplendum.

3 Tum quia non obstat ẽt dicere, q̃ in præfata recognitione non est verbum præceptiuum: partim quia,licet non sit expressum,est cũ tacitum,dum rubrica, cui debet conuenire nigrum,habet [Ritus seruandus in celebrat Missæ,] siue verbum [seruandus] sit gerundium adiectiuum, quod significat necessitatem, iuxta glo.[l] & clarius,si est participium, quia

l in rub. ff. de edendo.

quia participia passiua resoluuntur regulariter in verbum[debet] adiunctum infinitiuo passiuo,ita verbum [ordo seruandus,] resoluetur in illa verba, [Ordo qui seruari debet.

4 Maioris aũt quæstionis est,an illarũ omissio esset peccatum mortiferum: & quidem putarem esse tale, si per contẽptum fieret, quia ẽt omissio consiliorũ talis est,si fiat ex cõtemptu, iuxta glossam singularem & receptam, [a] imò etiã si omitterentur omnes absq; contemptu scienter,deliberatè,sine causa,aduertendo se illa omittere: quia esset notabilis defectus eorum,quæ in vestiendis sacris vestibus requiruntur,qualem esse morti ferũ nos probamus in Enchir. de orat.[b] non autem si eas omitteret per incogitantiam,vel obliuionem,& aliã causam quam reputaret ad id iustam; ẽt si non omnino talis esset, per ea quæ scripsimus in Man. conf.[c] neq; si vnam,vel alteram illarum omitteret scienter, & sine vlla causa, absq; tamen contemptu, quia in omni materia paruitas & subreptio transgressionis legis, vel cõsuetudinis excusat à mortali, per ea quæ aiunt S. Tho & alij citati à nobis.[d] Per quæ omnia explodi possunt scrupuli omnes, qui ex antimonia præfata circa hoc cuiam insurgerent.Salua,&c.

a in ca. qui aũt. 10. dist. b Super ca. quando. de cõsecr. dist. 1.c.10.nu. 9. c Prælu. 9. à num. 10. præsertim. nu.16. d vbi supra nu.11.

SVMMARIVM.

1 *Missam celebrans addere clausulã. Et Regem nostrũ, & vbi adest consuetudo, &c.*

1 *Lex pro parte vsu non est recepta,non obligat, & pro lege habetur, quod legislator interrogatus responderet.*

2 *Festũ Præsentationis B. Mariæ, & aliquot aliæ celebrari possunt in quibusdã regnis.*

2 *Regem Superioris inferior ex magna causa transgredi potest, & ex ea contra canones statuere potest episcopus.*

CONSILIVM IV.

VTrum in oratione,quæ in Missa post communionem pro Papa dĩ,addere liceat iuxta antiquum vsum, [Regem nostrum cũ prole regia,& episcopum nostrum,&c.]non obstante bulla Pij V. in nouo Romano Missali, qua Pius V. in Missarũ celebratione, decernendo,nihil vnquam addendum, detrahendum, aut mutandum esse præcipit, ne sacerdotes alias cæremonias,vel preces,quam quæ in dicto Missali continentur,addere,vel recitare præsumant.

Secundo, vtrum festum Præsentationis B. Mariæ,S. Herminigildi,Coronæ Domini,& Angeli custodis in Archiepiscopatu Cæsaraugustano celebrari possint,iuxta declarationem,quam D.Ferdinandus ab Aragona Archiepiscopus Cæsaraugustanus fecit.

1 AD PRIMAM QVAESTIONEM rñdeo affirmatiuè, quod possunt addi. Tum quia lex,quæ non est recepta,non obligat.iux.§. [leges,[c]] & glossam solẽ nem in c.1.[f] vbi latè Felyn.ad nihil quidem,si in nihilo recipiatur,neq; ad partem,quoad quam non est recepta,etiãsi quoad alias omnes recipiatur, per ea, quæ nos tradimus in Man.conf.[g] & cõst. præfatam legem quoad prædictam particulam non esse receptam in Hispania. Tum quia lex, quæ vetat fieri aliquid, non includit facientem illud per simplicitatem, & bonum finem, sine contemptu,dolo,superbia, & temeritate, iuxta doctrinam Cardinalis [h] & sacerdotes celebrantes non faciunt præfatam commemorationem per superbiã,& cõtemptum,sed per bonum respectum, & obseruantiam,siue pietatem, qua sunt, & debẽt esse in suos Reges, & ne ipsi & populus stomachentur propter omissionẽ tam piæ consuetudinis fundatæ in præcepto Pauli I. [i] iubentis fieri obsecrationes prò Regibus,& ijs qui in sublimitate constituti sunt. Tum quia etiam ipso Pio viuente, & postea in hunc vsque diem omnes Hispani seruant illam consuetudinem,& addunt illam particulam in hac ipsa Vrbe in tribus Ecclesijs. S.Iacobi,B. Mariæ de Mõserrat,quæ est Aragonum,& S. Antonij,quæ est Lusitanorum:&,si rogatus fuisset ipsemet, an esset contentus,vt consuetudo illa seruaretur vniformiter ab omnibus ferè Hispanis recepta, verisimile est responsum iri quod sic: & habendum est pro lege id,quod respõdisset legislator, si fuisset interrogatus,cum legem conderet,iuxta glossam singularem & receptam. [k]

a in ca. qui aũt. 10. dist. e 4. dist. f de treug. & pace. g cap. 23. nu. 62. h in cle.1. q. 39. de priuil. i ad Tim.2. k in l. tale pactũ.§. fi. ff. de pact.

AD SECVNDAM respondeo primo, q̃ in eius propositione non narratur

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur declaratio, quam fecit D. Ferdinandus ab Aragona Archiepiſcopus Cæſarauguſtanus prædeceſſor Illuſtr. qui de hoc dicitur dubitare, ſuper indulgentia & conceſſione facta Regnis Hiſpaniarũ, addendi aliqua feſta, quæ non ſunt in Breuiario & Miſſali Romanis, per quam declarauit celebrari poſſe in prædicto Archiepiſcopatu feſtũ Præſentationis B. Mariæ, S. Herminigildi, & Coronę, & Angeli cuſtodis, de quibus quæritur.

2 Secũdo, omiſſis quæ poſſunt adduci pro vtraq; parte, videtur reſpondendũ, quod declaratio præfata Illuſtr. Archiepiſcopi abſq; vllo reatu ſeruari poteſt, donec S.D.N. conſultus contrarium reſponderit. Tum quia facta fuit antequã Sanctitas eius interpretaretur conceſſionẽ illam Pij V. de qua meminit, quã ſi forte vidiſſet, eam probaſſet. Tum quia innititur maximæ deuotioni populi Chriſtiani ſui Archipræſulatus: & ex magna cauſa põt iudex inferior tranſgredi canonem & legẽ ſuperioris, vt ſentit Innoc. receptus,[a] cuius dictum dilatat ibi Fel.[b] confirmando illud per l. [ſi homine.][c] & quod per illam dixit Baldus,[d] quod ex magna & eiudenti cauſa poteſt epiſcopus ſtatuere contra ius canonicũ: per quæ omnia probatur à fortiori poſſe defendi præfatam declaratio nem D. Ferdinandi. Tũ quia maius ſcandalum oriretur nunc illi declarationi iam ſemel ſuſceptæ contraueniendo, q̃ à principio, cum ſola prohibitio Pij V. id vetaret: & ſcandalum, qua parte poteſt, vitari debet.[e] Tum quia officia in prædicta declaratione expreſſa ſunt illi regioni valde celebria, & ſatis pauca, cum in varios menſes ſint digeſta. Tum quia, etſi reliquiæ illius glorioſiſſimi principis Herminigildi non ſint adeo nobiles in ſua ſpecie, conſideratæ, ſunt tamen maximę, penſata ea, qua ſunt magnitudine celebratę in illo celeberrimo cap. Herminigildus. 25. q. 1. Salua, &c.

a in c. 2. de conſt. *b à nu. 48. c ff. mand.* *d in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iure.* *e c. nihil cũ ſcãdalo. de præſcript.*

SVMMARIVM.

1 *Miſſæ diebus feſtis audiendæ præceptũ eſt iuris humani, cui iuſta præſcriptione poteſt derogari. Illam item quam Graci vtu ſuo præſcripto dicunt, poteſt Catholicus audire, modo in ea nõ fiat, vel omittatur aliquod iuri diuino contrarium.*

2 *Horas canonicas obligatus recitare ſecundũ aliquod Breuiarium ante 200. annos ab editione Romani editum, non poteſt priuata auctoritate illas dicere ſecundum Breuiarium Romanum, niſi prius epiſcopus cum Capitulo, ſeu Prælatus cum conuentu communiter Romanũ receperit.*

CONSILIVM V.

AN Italus habitans in terris Græcorũ in die feſto Miſſam ritu Græcorũ audire poſſit, an verò excuſetur à ꝓcepto eccleſiæ audiendi ſacrum, quãdo ritu tantum Græcorum audire poteſt?

Secundo, an Breuiarium paratũ ante 200. annos habens, Romano Breuiario horas recitate valeat.

1 AD QVÆSTIONEM primam reſpondeo primo, illam eſſe maximã, & dignam Sophocleo cothurno, quali non in præſentia mihi vacat. Secundo, quod reſponſurus ad illam, informandus eſſet prius de modo celebrãdi Miſſas illarum terrarum, an ſit contrarius ritui Catholicorum neceſſario iure diuino in eis celebrandis ſeruando, an non, licet ſit contrarius in aliquo iuri canonico cõſuetudine antiqua abrogabili. Nam ſi priore modo eſſet contrarius, non liceret Catholico eã audire, quia iure diuino eius auditio videretur prohibita, ſicut & ipſa celebratio, cũ eſſet conſenſus in peccatum iure diuino prohibitum, & ita damnabile, iuxta illud Pauli [ad Rom.] 1. & c. 1.[f] cum ei ſimilibus. Si autem poſteriori modo, eſſet cõtrarius, ceſſaret hęc obiecto: quia Græci non obligantur in terris ſuis celebrare ſm modum Catholicorum abrogabilem, ſi iam eſt abrogatus.[g] Informandus ẽt eſſet de conſuetudine, quam obſeruant, vel obſeruarunt præfati Catholici circa eam audiendã: quæ ſi eſſet legitimè præſcripta, poſſet excuſare ab audienda illa, quia præceptum de audienda illa feſtis diebus humanum eſt, colligitur ex c. [miſſas.][h] & alijs multis locis. Informandus eſſet etiam de aliquibus alijs, de quibus nulla informatio datur, & ita nulla reſponſio certa reddi poteſt.

f de officio deleg. *g Arg. c. ſi. de conſuet.* *h de conſec. diſt.*

AD SECVNDAM quæſtionẽ reſpondetur, videri eam duplicem ſenſum habere.

habere. Alter eſt, an clerico habenti aliquod Breuiarium priuatum ante ducẽtos annos ſcriptum, liceat vti nouo Romano? Ad quam in hoc ſenſu acceptã reſpõdendum videtur affirmatiuè, quia Breuiarium illud priuatim, ſiue auctoritate priuata ſcriptum non excipitur à generali præcepto dicendi Horas iuxta formulam huius noui Romani.

2 Alter ſenſus eſt, an clericus habens Breuiarium publicum auctoritate publica Epiſcopi, vel alia legitima compoſitum ante ducentos annos, priuſquam inſtitueretur hoc nouum Romanũ, per cuius formam huius noui? Et ad hanc quæſtionem in hunc ſenſum acceptam reſpondendum vt negatiuè, quod non, niſi de cõi conſenſu Epiſcopi & Capituli ſuſciperetur pro Breuiario, per cuius formulam omnes recitarent, argumento à contrario ſenſu præfatæ bullæ, quę habet, quod obligatus ad pronunciãdas horas ſecundũ formulam Breuiarij ante præfatos ducentos annos compoſiti, poſſit relinquere illam, & dicere ſecundum hanc nouam, conſentiente prælato & maiori parte prędicti Capituli, vel conuentus, ſignificans à contrario ſenſu, quod nõ poteſt id facere ſuo ſolo cõ ſenſu priuato: quod argumentũ à contrario ſenſu eſt firmum in iure.[a]

Pro hac 2. quæſtione vide Conſilium 15. & 16. & quæ ibi notantur.

a l. 1. ff. de officio eius cui mãd. et c. à nobis. 2. de ſententia excõicationis, &c.

SVMMARIVM.

1 *Defunctorum Miſſa, & officium ſit pro me adhuc viuente dicatur, curare poſſum. caueat tamen ſacerdos, ne orationes, in quibus enunciat aliquem mortuum, mihi applicet.*

CONSILIVM VI.

VIuenti an liceat facere celebrare officium, vel Miſſas defunctorum pro ſe, antequam moriatur?

1 Reſpõdeo, q̃ licet viuo procurare, vt fiant, vel dicantur Miſſæ, vel officiũ defunctorũ pro ſe, antequam moriatur, modo caueat ſacerdos; ne orationes, ꝑ quas pronũciat aliquẽ, vel aliquos eſſe mortuos, applicet illi viuo, qualis eſt illa, q̃ incipit, [Inclina,] q̃ habet illa verba, [animam famuli tui, q̃ de hoc ſeculo migrare iuſſiſti,] & aliæ ſimiles: quia id eſſet mentiri, quod nunquam licet ẽt in loco profano & ſermonib. profanis.[b]

b c. 1. & c. ſtatis. 22. q. 2.

SVMMARIVM.

1 *Miſſa ne tecto capite dicatur, nullo iure ſpeciali, ſed ſolùm generali, & nu. 5. ſpeciali tamen conſuetudine inhibitum videtur. nu. 6. in fin.*

2 *Miſſans etſi ex conſuetudine amictum ſuper humeros retorqueat, non tamen prohibetur eo in capite retento, & nu. 4. & 5. & id modo ceſſet ſcandalum, num. 5. etiam ſine alia cauſa infirmitatis celebrare, nu. 6. alio autem pileo vti tunc licebit, præſertim &c.; ad conſecrationem, ſi adſit manifeſta cauſa alijs nota: quod ſi ſit dubia, Epiſcopi, ſi poteſt commodè, obtinenda erit diſpenſatio. nu. 6.*

3 *Amictus ratio potius reſpicit caput, quam humeros.*

4 *Miſſa Sabbati ſancti in primitiua Eccleſia ſub noctem celebrabatur.*

5 *Miſſa vrgente neceſſitate dici, poteſt in loco non ſacro.*

CONSILIVM VII.

NAcerdos laborat debilitate, & frigiditate capitis, adeo vt nullo pacto eo detecto ſtare poſſit. Quæritur, an celebrare poſſit miſſam tecto capite.

1 Reſpondeo primò, vidiſſe me quinquaginta abhinc annis in diœceſi Legionenſi terra Hiſpaniæ frigida quendam presbyterũ ſenem hyeme valdè frigida celebrantẽ miſſam capite pileolo tecto, quod tunc aliquãtulum me offendit. Tũ quod non memineram vidiſſe aliquẽ ita celebrantem: & quod ea quę contra mores fiunt, videntur eſſe vitanda.[c] Tum quia cùm tunc eſſem ætate iunior, arbitrabar poſſe illũ præſtare, quod ego præſtabam: ſed poſtea cùm longe ſenior veniſſem ad Vrbem, vidi quendam facultatem habentem intra domum celebrãdi celebrãtem pãniculo lineo ſupra caput ob frigiditatem & dolorem capitis ſuper poſito abſque vlla diſpenſatione. Tum quia ſolis familiaribus præſentibus, & in loco priuato ſine vllius ſcandalo id aliquot vicibus faciebat. Tũ quia nullo iure id videtur ſpecialiter prohibitum.

c c. quæ contra mores. 8. diſt. & c. quiſquis. 40. diſt.

Tum

Tum quia vidi aliquos seniores, & ægrotos canere in choris ecclesiarum, & officium præsertim nocturnum facere capitibus ad obuiandum frigori bene tectis.

Secundo rñdeo, videri mihi licere dicere totam missam capite amictu sacro tecto. Tum quia totius ecclesiæ instituto ad faciendum missam utimur sacro amictu, quo caput operimus: & non memini vllum canonem, quo iubeatur illũ in collum retorquere, licet consuetudo generalis id habeat. Tum quia videtur nobis in primitiua ecclesia solitos fuisse presbyteros missare capite amictu tecto. Tum quia licet aliquot, in quibus
a in 4. lib. sent. di. 24. q. 3. est etiam S. Tho. [a] significent amictum esse vestem superhumeralem, indutam ad significandam fortitudinem necessariam ad celebrandum diuina, quia fortitudo præcipue in humeris viget: nobis tñ aptius & rationabilius videtur esse tectorium capitis, illo irrefragabili totius ecclesiæ instituto, quo iubemur dicere, quando eo amicimur, illa verba, [Impone Domine capiti meo galeam salutis ad expugnandos diabolicos incursus.] in quibus illud verbum, [galea,] palam significat armaturam capitis, & expressius verbum, [capiti meo,] nulla de humeris facta mentione.

3 Omnia item alia verba, quæ significant finem, in quem amicimur, scilicet vitatio fraudum diaboli, & superatio versutiarum eiusdem, potius respiciunt caput, quàm humeros: quia magis fiunt per prudentiam, & sapientiam, quæ habent sedẽ in capite, quàm per vires corporis quæ collocantur in humeris. Tum quia doctissimus ille episcopus Miniatensis auctor rationalis diuinorum offi-
b lib. 2. c. 2. ciorum [b] sic ait. [Ideo amictu caput operimus, ne circunquaq; liberè prospiciendo illicita cogitemus.

4 Quibus verbis videtur sentire amictum magis esse tectorium capitis, & sensuum in eo constitutorum, ne ad extranea vagentur, quàm tectorium humerorum, sine quo illi teguntur. Tum quia verisimile est, sacerdotes potius induxisse consuetudinẽ eũ ad collum demittendi, ad leuandum se fastidio tenendi eum in capite, & velãdi ferè oculos, aures, & alios sensus, q̃ ad significãda alia mysteria, quæ sine aliqua violentia significare nequeunt. Tum quia non obstat dicere, quod per consuetudinem generalem liceat celebrare illo ad collum retorto: quia non sequitur ex hoc, quod non liceat celebrare illo in capite retento. Nã vt in Ench. de oratio. [c] diximus consue- c cap. 3. nu. 43.
tudinem quidem induxisse, vt liceat hodie missam Sabbati sancti, quæ in primitiua ecclesia celebratur sub noctem longe post meridiem, celebrare sub meridiem, vel paulo ante, non tñ induxit, vt non liceat celebrare post meridiẽ, imò hoc videtur religiosius: sicut itẽ adhuc tempore S. Tho. non licebat cœnare die ieiunij, nisi peruentum esset vsq; ad horam nonam, ideſt vsq; ad 2. vel 3. post
d & d 2. 2. qõ. 147. art. 1. meridiem, vt colligitur ex eodem [d] quamuis cõsuetudo induxerit, vt liceat cœnare in meridie vel circa, non tamen induxit, vt non liceat differre cœnam in horam nonam & tardiorem: Ita videtur quòd etiã hodie liceret celebrare missam tecto capite amictu, quamuis liceat per consuetudinem generalem celebrare etiam eo ad collum retorto, cessante scandalo, cum quo nihil licet. [e]
e c. nihil cũ scãdalo. de præscript.

5 Tertio, quod ex hoc solo non sequitur satis licere celebrare tecto capite pi-
f l. Papin. ff. de minor. leolo, vel alio amictu non sacro: quia à separatis non fit illatio. [f] Facit ad id tamen multum, quod in primitiua ecclesia celebraretur capite tecto amictu, & quod etiam liceret id facere, si non esset audientibus scãdalum. Faciunt ẽt supra insinuata, nempe quòd nullo iure id specialiter prohibeatur, sed generaliter tãtum, nempe, vt diuina sacramenta reuerenter tractentur, & non desinunt illa ita tractari, eo quod ex iusta causa, & necessitate vitandi frigoris, vel doloris capitis, pileolo aliquo honesto caput tegatur. Nam & necessitate grandi vrgente
g ca. sicuti. de consecr. dist. 1. poteſt quis dicere missam in loco non sacro, [g] quod longè magis abhorret à sacris canonibus citatis ibi per glossam quam celebrare partem missæ tecto capite aliquo honesto pileolo.

6 Quare resoluendo respondeo primò, quòd non solum debili, vel ęgroto, sed etiam sano, & forti licere celebrare etiam hodie capite amictu sacro tecto, ad honestius, attentius, & religiosius celebrandum cessante scandalo, quod facile cessabit publicata causa qua id facit.

Secun-

Secundo, etiam licere ex iusta causa alijs & manifesta celebrare, præsertim vsque ad consecrationem, capite velato aliquo velamento honesto adresistendum frigori, vel dolori capitis instanti, etiam sine dispensatione argumento il-
a cap. 2. q. 147. art. 4. lius dicti S. Tho. [a] quod habens iustam causam manifestam non ieiunandi licitè potest frangere ieiunium.

Tertiò, quòd minor causa sufficeret ad celebrandum capite tecto aliquo pãniculo albo, quàm alio pileolo: quia propius ille ad amictum sacrum accedit, quàm hic.

Quartò, quòd si causa non esset manifestè iusta, sed dubia, & posset commodè adiri episcopus, deberet impetrari dispensatio ab eo: quia etiam habens causam non ieiunandi dubiam, debet eiusmodi dispensationem impetrare ab episcopo, vt ait præfatus S. Tho. receptus, & negari non potest præcepto generali de reuerenter tractandis sacramentis, & speciali consuetudine inductum esse, ne quis velato capite, alio, quàm sacro amictu celebret. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Missa pro vna sacerdos à pluribus in id nõ consentientibus pitantias accipiens etiã de superioris licentia non satisfacit, nisi pitantiæ sint adeo tenues, vt iustè præsumi possit dantes non intendere, vt tota Missa ipsis applicetur nu. 3.*

2 *Missam pro uno, & pro alio collectam dicẽs non satisfacit.*

3 *Missæ ualores infiniti, sed non infinitè applicantur satisfactioni.*

CONSILIVM VIII.

SAcerdos regularis an à pluribus pitantias pro una Missa accipiẽdo peccet, & an excusetur, si de licentia seu ordine sui Superioris illas accipiat, vel si satisfaciat pro vno dicendo sacrum, pro alio in eo orando, & collectam dicendo vel applicando partem Missæ sibi debitam pro intentione aliorum.

1 Respondeo, quòd non, vt respondimus in Manu. [b] nisi expresse, vel tacitè
b cap. 25. nu. 111. consentiant illi, pro quibus dicenda, vel quibus ipsa Missa est promissa, vt dicitur A ibidem, & paulo ante [c] per rationes, quę tanguntur in eisdem numeris, nec scien-
c in eod. ca. nu. 92. tia, nec licentia Superioris in hoc quicquam prodest, quia non habet ipse potestatem remittendi obligationem soluendi debitum, quæ iure naturali, diuino, & humano contrahitur iuxta c. [si res aliena.[d]] & c. [peccatum.[e]] nec potest quis
d 14. q. 6. dare alteri facultatem, quam ipse nõ habet, [f] & ipsemet Prælatus nulla ratione
e de reg. iur. lib. 6. habet facultatem satisfaciendi per vnã
f cap. quod autem. de Missam duobus, quibus singulæ debentur, cum omni iure statuatur neminẽ liiure. patro. berari ab obligatione soluendi aliquid
B vni, eo q̃ debitũ illud soluatur alteri. [g]
g c. ea quæ. 2 Quod autem prædictarum collectarum adiectio non sufficiat ad id, colligitur ex eo, q̃ per illas collectas non potest sacrificus tollere partem valoris Missæ debitæ vni, vt applicet alteri, per ea quæ dicimus in d. Man. [h] Nec obstat
h nu. 92. opinio S. Th. [i] & Caietani & aliquorum
i 3. p. q. 76. art. 5. sequacium Thomę dicentium, quod vna Missa dicta pro pluribus tãtum prodest singulis: quia Thomas non recipitur cõmuniter in hoc, & vsus Ecclesiæ habet contrarium.

3 Tũ quia licet Christus in Missa oblatus sit, & valores eius sint illimitati & in-
C finiti, non tamẽ infinitè & illimitatè applicantur satisfactioni, sed limitatè, vt in d. Man. tangitur. Quod autẽ nec paruitas pitantiæ in id prodesse possit, [k]
k eod. nu. etiam monstratur, nisi tanta esset paruitas, vt iustè præsumi posset, quod is qui dat pitantiam, non dat illam, vt tota vna Missa ei applicetur, sed tantum aliqua pars eius, quæ sacrificus videbitur.

SVMMARIVM.

Missa suffragium mortuis applicari potest 1
intentione, memoria in canone, item per collectas, sed plenius per applicationem totius Missæ de requiem.

Missa pro pluribus dicta, singulis non ita 2
prodest, ac dicta pro uno.

Suffragandi defunctis modus aptior per col 3
lectas, quàm per solam intentionis applicationem, vel memoriam in memento.

Suffragium pinguius erit, si intentione ante Missam, memoria in canone, & in col 4
lectis, mortuis suffragemur, quàm uno tantum vel duobus modis.

Missa

Universidad de Deusto
Biblioteca

5 *Missa & collecta de defunctis sunt aptiores illis, quàm de viuis.*

6 *Commemoratio de mortuis non uetatur fieri in Missa priuata de festo: imò in die festo potest dici Missa de defunctis.*

6 *Specialis precatio pro mortuis fit in omni Missa quamlibet solemni.*

6 *Collegiata in Ecclesia duæ Missæ quotidie collegialiter dicendæ: vna de defunctis, altera de tempore vel festo.*

7 *Missam peculiarem non esse in solemnibus festis dicendam, vt intelligitur.*

7 *Auditione cuiuslibet Missæ, etiam priuatæ etiam peculiaris, satisfit præcepto de sacro audiendo.*

8 *Missam de S. Maria quotidie dici, per statutum potest ordinari, modo id onus sponsoli non imponatur.*

9 *Prælati facultate diminuendi obligationes iam inductas dicendi Missas sibi data parcè vtantur, & non sine iusta causa,*

10 *Missas diminuentes imponant eas dicturis, vt iuuent mortuos intentione ante Missam applicãdo eius ualorem, & in Missæ canone, & per collectas, & quod hæc fieri possint virtualiter.*

10 *Collectæ de defunctis potest dici etiam in festis solemnibus.*

CONSILIVM IX.

EX Conc. Trid. præscripto [a] tributa est facultas episcopis, vt in Synodo diœcesana circa Missarum reductionem statuere possint, quidquid ipsi expedire censuerint: ita tamen, vt eorum defunctorum semper commemoratio fiat.

a in c. 4 sess. 25. de reform.

Dubitatur, an commemorationi prædictæ satisfieri possit sola intẽtione, missarum applicatione, aut sola, ac simplici commemoratione in [memento.] aut potius certis collectis, & quibus, & si pro defunctis, quid faciendum festis diebus, quibus collecta defunctorum ex rubricarum regulis haud sit.

1 Respondeo primò quæstionẽ hanc circũspectissimè propositam videri, quatenus triplicem modum applicãdi mortuis Missarum suffragia præsupponit, scilicet per intentionem animi, & per memoriam, quæ fit in decima parte canonis missæ, quę incipit, [Meméto ẽt,] &c. & per collectas expressas in ipsa missa, vt colligitur ex cap. [cum grauia.] & c. [non æstimemus.] & cap. [animæ.] & alijs multis [b] adiuncto cap. [visum.[c]] & nihilominus maior & melior esset per totã ipsam missam de defunctis, vt probat Panormitanus. [d]

b 13. q. 1.

c Et c. de nouis. de cõsecr. dist. 1. c. cũ creatura. de celebr. Miss. d in cõs. 99. vol. 2. n. 44. e ca. 25. nu. 103.

2 Secundò, quòd piè, certè, ac verissimè præsupponit vnam missam dictam pro pluribus non prodesse singulis eorum tantum, quantum prodesset vni eo rum, si pro eo singulariter diceretur, vt post alios dicimus etiam nos in Manua. confes. [e] quidquid Ludouicus Romanus male consuluerit, [f] & aliquot alij, quos non expedit referre, non rectè intelligentes D. Hieronymum. [g]

f cons. 339. g in ca. non mediocriter de consecr. dist. 5.

3 Tertiò, q̃ prædictorum trium modorum suffragandi per missas optimus videtur esse per collectas, cæteris paribus. quia triplex bonum, cæteris paribus, melius & maius est vno. [h] At suffragatio per collectas includit alias duas, aliæ verò nõ illam: qui enim debito modo per collectam suffragatur, intendit applicare suffragiũ defunctis, pro quibus pronunciat collectam, & facit memoriã eorum, & præterea precatur pro eis verbis appositis, & ab Ecclesia consuetis.

h cap. 1. de treu. & pace. auth. ita que. C. cõi. de success.

4 Quartò, quod cęteris paribus pinguius suffragium esset suffragari primũ intentione ante Missam, & memoria debitè habita in prædicta decima parte canonis & in tribus collectis, quæ de more adduntur, eadem ratione: quia hæc trina applicatio continet applicationẽ collectarum, & multiplicat intentionẽ, & memoriam debitam: per intentionẽ enim habitam ante missam, & memoriã debitè habitam in secundo [memento.] non tollitur, neque excusatur intentio & memoria actualis, vel virtualis, quæ habendæ sunt à pronunciante rectè collectas prædictas.

5 Quinto, quod cæteris paribus collectæ missarum de defunctis sunt in hoc aptiores, & fructuosiores, quam collectæ Missarum de viuis. Tum quod specialia præferuntur generalibus. [i] Vnde & quod singulariter promittitur, magis obligare dicitur, [k] & quòd specialis provisio melior est generali, [l] & per collectas missæ defunctorum singulariter, specialiter, expressè, ac directè oratur pro illis, per collectas aũt aliarũ missarũ non ita. Tũ quia, vt supradictum est post

i ca. generi. de reg. iur. li. 6. & l. in toto. ff. eod. k c. quamquã. 23. d. l. c. si aduer sus. de hæres.

a in d. cons. 99. Panormitanum, [a] Missa pro defunctis cæteris paribus magis ꝓdest defunctis, quam Missa de sanctis, vel feria. ergo etiam collecta Missę de defunctis magis proderit, quam collecta Missæ de viuis: quia quod iuris est de toto ad totum, idem est de parte ad partem. [b]

b l. qua de tota. ff. de rei vend. et c. pastoralis. § item si totum. de off. deleg. c d. c. visũ. de consecr. dist. 1. et c. seq. d de celeb. Miss.

6 Sexto, q̃ nullo iure vetatur fieri commemoratio de defunctis in missa de festo saltem priuata, imò expressè permittitur, & interdum præcipitur. Tum quia in qualibet missa quamlibet solẽni debet fieri, & semper fit precatio specialis pro mortuis. [c] Tum quia iure cõmuni in Ecclesijs collegiatis quolibet die sunt dicẽdæ duæ missę, altera de defunctis, altera de festo, vel feria occurrẽte, iux. c. [cum creatura.] [d] quod Panorm. clarius alijs sic summat. [In ecclesijs collegiatis debent celebrari duæ missæ collegialiter, vna pro defunctis, & alia secundum exigentiam dici, vt pro festo, si festum occurrat, vel pro feria.] & Archidiaconus, [e] reprehendit eos qui dãt in missa de Dominica non esse orãdum pro defunctis, & Panorm. eleganter & erudite consulit, [f] dicendas fuisse quolibet die etiam festo 30. missas de defunctis, quas quidam testator ordinauit dicendas pro anima sua.

e in d. c. visum. f in d. cons. 99.

7 Septimo, non obstat prædictis c. [& hoc attendendum.] [g] quod vẽ probare, non esse faciendas missas peculiares in festis solemnibus, & constat bonam partem missarum de defunctis esse peculiarem: non inquam hoc obstat. Tum quia nõ loquitur specialiter de missis, de defunctis, sed generaliter de peculiaribus, quales sunt oẽs priuatæ, siue sint missæ de defunctis, siue de viuis, & constat licere diebus quamlibet solẽnibus dicere peculiares de viuis, vt videmus in tota Christiana Ecclesia seruari. Tum quia solum probat peculiares non ita esse faciendas, vt impediant accessum ad solẽnem missam, quod non fit magis per missas peculiares de defunctis, quàm peculiares de viuis, imò minus: quandoquidem multo plures omittunt audire solemnem publicam propter auditionem missarum priuatarum, & peculiarium de viuis, quam propter auditionẽ peculiarium de defunctis. Tum quia illi cap. fere vbiq; derogari cœptum fuit, posteaquam communiter cœpit opinari non teneri nos de præcepto ad audiẽdum missam de die, & minus publicam die festo, quod maxime in Vrbe receptum videmus.

g de consec.

8 Octauo, q̃ non obstat etiam c. [significauit.] [h] quatenus probat, non vt lere statutum, vt habens certum beneficium teneatur dicere quotidie missam de sancta Maria, quia non probat non licere quotidie dicere officium de sancta Maria, sed per nullam ordinationẽ quemquam cogi posse ad dicendã quotidie missam de illa, vel aliquam aliã de alio festo, vel de alio officio, quod est lõgè diuersum. vnde licet ordinari non possit, vt vnus & idẽ sacerdos dicat quotidie eandem missam eiusdem officij, potest tamen ordinari, vt missa vnius & eiusdem officij quolibet die dicatur ab vno, vel pluribus, qui reperiuntur ad id idonei & dispositi, vt pulchrè Panorm. cui nemo contradicit [i] respondit.

h de præb.

i in d. cons. 99.

9 Nono, q̃ Prælati, quibus data est facultas moderandi obligationes iam inductas ad dicẽdas missas in quibusdam Ecclesijs, & monasterijs, diligenter debent, & cum timore lædendi suas conscientias, vt ait ipsummet Concilium, quod hanc facultatem dedit, prędictam reductionem, & diminutionem missarũ facere. Tum quia agitur de mutanda, vel de diminuenda voluntate & dispositione, quam dominus rei habet in ea, iux. l. [in re mandata.] [k] quæ est contra ius illud naturale, id quod nostrum est sine facto nostro ad alium transferri non põt. [l] Tum quia commutatio vltimarum voluntatum defunctorũ ob magnam rei difficultatem soli principi nõ recognoscenti superiorem cõceditur, [m] & in relictis vel donatis ad pias causas soli Papæ, [n] idq; iusta causa interueniẽte secundum Innocentium, Panormita num, & communem, [o] quæ definit esse contra ius naturale contentum sub septimo præcepto Decalogi, ne quis sua re priuẽt, & consequenter, ne cuiuspiam dispositio iusta de re sua facta impediat, tollatur, minuatur, vel mutẽt ab alio: quia illud effectu est alium re sua, vel iu re disponẽdi de illa priuare. Tũ qa multi plati, & multa Capitula, & cõuẽtus facile se obligãt ad dicẽdas missas, & alia

k c. manda. l. l. sed. ff. de petit. hæred. l. l. id quod. ff. de reg. iur. legatum. ff. de admin. rerũ ad ciuitat. pertin. n Cle. quia impotentes. de rescript. dolo. mibus. de constitut. ecclesiæ. de cõsecr.

Universidad de Deusto
Biblioteca

diuina officia,cũ auaritia, cũ cognatione,amicitia, & precibus, & facilius postea pœnitet eos oneris suscepri, & desiderãt & procurant se illo exonerare,vel diminuere, sine tñ acceptorum restitutione,cũ magno relinquentium,vel donantium scandalo,quod est vitandum.[a]

a Matt.18. & c. nihil, de præscr.

10 Decimo, q̃ ex his sequitur prædictos Prælatos,quibus facta est noua hæc facultas contra canones antiquos,iustè posse ac debere onerare illos, qui dictu ri sunt Missas diminutas, & in numerũ minorẽ redactas, vt animas defunctorũ iuuent tripliciter applicando eis valorẽ eius intentione ante Missam, memoria in Missæ[memento,]&speciali collecta conuenienti. Tum quia hoc sine iactura tẽporis & alterius operis fieri põt. Tum quia refectio illarũ Missarum debet fieri quam conuenientissimo modo põt. Tũ quia sanctè addi pót collecta de defunctis ẽt in festis solemnibus,vt prædictum est:quamuis etiam permitti possit, vt in maxime solẽnibus omittatur, ad gloriam eorum referendo illã omissionem, & gloriam in præfatorũ defunctorum opem & auxilium. Prudentiæ tñ fuerit,eo aĩo hanc triplicem applicationem iniungere,vt Missaturus satisfaciat per intentionem & memoriam virtualem,q̃n per inaduertẽtiam,vel oblitionem interdum expresse illam non faceret,argumento eorũ,quę nos de proposito actuali, vel virtuali attẽdendi ad preces horarias, & alia diuina officia, post alios diximus in Enchir. de orat.[b]

b c.3.n.17.

SVMMARIVM.

1 *Missarum reductioni faciẽdæ nec multum prodest, nec obest quòd eleemosyna pro eis dicendis sit magna,vel parua.*

1 *Eleemosyna,quæ offertur à petente fieri sacrum, non datur vt illius precium, sed sponte & liberaliter offertur.*

1 *Potestas concessa à Pontificibus Generali alicuius religionis dispensandi, vt multitudini Missarũ, quas visitando reperiet à monasterijs receptas,possit minori numero, cum aliqua alicuius boni operis adiunctione satisfieri, cõperit nedum illi qui erat Generalis die datæ potestatis,sed ẽt successoribus:item & extenditur ad Missas, quæ post dictam diẽ, an tequã fiat visitatio, succedue reperientur acceptæ:& non potest dicta potestate vti quo ad Missas post visitationẽ à monasterijs recipiendas,nu. 2. nisi potestas prædicta Missarum multitudini sic satisfaciendi expresse ad succedue recipiendas extenderetur,num.3.immo nec tunc, cum quandam deceptionem petentium Missas contineat,potest saltem sine peccato venials exerceri, nisi magna id faciendi subsit causa.nu.3.& 6.*

Missarum multarum dicendarum onus ab offerentibus eleemosynas suscipere cum intentione dicta obligationi ex facultate antea concessa aliter satisfaciendi,indecens valde videtur:imò nec sine peccato saltem venali id potest fieri, nisi ex magna causa.nu.6.

Delegabilis minus videtur potestas faciendi, quam dandi, item & illius facti, quod æque bene non potest per quemuis explicari,quodve respicit publicam vtilitatem, requiritur magnam animi constantiam, uel respicit principaliter concessionem non iurisdictionis, sed arbitrij, auctoritatis,motusve animi,qui per alium concedi non potest.

Dispensandi potestas secundum gl. & multos alios non potest subdelegari.

Causa cognita, cum quid faciendum est, debent omnia authentice gerí,ita vt possit probari cognitionem illam adhibitam etiam si sint religiosi.

CO SILIVM IV.

AD septem quæstiones fratrum Minorum super quadã bulla Iulij II. & alia Leonis X. per quas sit facultas Generali eorum ordinis,vt possit dispẽsare super multitudine Missarũ, ad quas monasteria eorum sunt obligata.

HI AD PRIMAM quidem respondeo,quod non solum Generali, qui tũc fuit,sed etiam alijs, qui ei succesĕrunt, & post hac succedent, est data præfata facultas:quia id satis innuit bulla Iulij, & clare exprimit bulla Leonis. Nec videtur quo ad propositum referre, an eleemosyna, quæ data fuit, vel dabitur secundum consuetudinẽ patriæ, sit parua,uel magna,& maior, vel minor. Tũ quia non datur, nec dabitur pro precio eius, & sponte ac liberaliter offertur, iuxta

iuxtà ea quæ post alios nos dicimus in Manua. nostro confess.[a]

a c.23. nu. 102.et 106

2 AD SECVNDAM, quòd potest dispensare non solum super Missis receptis tempore Generaljum, qui præerãt tempore datarum bullarum prædictarum,sed etiam pro postea receptis ante suam visitationem,& tempus,in quo petitur dispensatio: sed non potest facere facultatem recipiẽdi Missas, seu eleemosynas ad dicendas eas, ita quod fratres suscipientes eas possint satisfacere sine dispensatione subsecuta.

3 Tum quia dispensatio, & absolutio peccati non debent dari antequam fiat, ne videatur dari occasio nimis propinqua peccandi,contra cap. [ex parte.][b]

b de confec.

Tum quia nõ decet fratres,dolo,& fraude,ac deceptione rogantium Missas, accipere onus dicendi eas cum proposito illud tollendi. Tum quia Leo X. licet faciat facultatem recipiẽdi Missas cum facultate redimendi onus eis impositũ modo posito in sua bulla in Alemania, & Boemia, non tamen facit illam omnibus monasterijs ordinis;licet Generalibus faciat facultatem dispensandi super eis, quas inuenerint receptas: per quam diuersitatem videtur sentire id, quod dicimus. Tum quia negari non potest, valde indecens esse viris adeo pfectis accipere dolosè Missas onustas cũ proposito tollendi onera, nescientibus id ijs,qui rogarunt illas,saltem sine causa iusta,quæ forte inueniebatur in Alemania, & Boemia propter paruitatem eleemosynæ,quæ dabatur pro eis dicẽdis. Tum quia negari non potest propinquiorem causam peccandi dari concedendo,vel dispensando pro Missis cõmittendis,& accipiendis,quam pro iam acceptis. & hanc partem consulerem,licet vtraq; pars de rigore iuris posset defendi p ea,quæ adduxi in com.indulg.[c] & tetigi in Man. confess.[d] super illo dubio solemni,an concessio indulgentiæ, vel potestas dispensandi super voto, & alijs huiusmodi,includat ea,quæ post illam contingunt: vbi tamen tenui partẽ affirmatiuã, eo quòd licet per ea detur occasio aliqua peccandi,non tamẽ adeo propinqua,nec adeo indecens,ac daretur in casu præsenti.

c super §.iustit.de pœn. dis.1.no.34 nu.4. d c.12.nu. 16.

AD TERTIAM respondetur, q̃ illa continet duas. Altera est,an præfatus Generalis possit etiam extra tempus visitationis dispensationem præfatam facere? & huic respondetur, quod hoc innuit bulla Iulij, & satis clare exprimit bulla Leonis.

4 Altera est, an præfatus Generalis possit dispensare per alium, delegando ipsi potestatem suam? & respondetur æquius videri quod non. Tum quia est potestas de faciendo, & non de dando, inter quæ est differentia.[e] Tum quia est *l.1. §. ne autem. C.* factum, quod communiter non potest fieri æque bene per quemlibet. Tum q̃a *de cad.toll.* in vtraque loquitur de solo Generali. Tum quod potestas hæc est magna,& vẽ requirere constantiam magnam,& concernit vtilitatem publicam animarum. Tum quia concessio huius potestatis nõ est principaliter concessio tàm iurisdictionis, q̃ cuiusdam arbitrij,& auctoritatis,& motus animi, qui non potest p alium concedi, iuxta glossam[f] & ex simili potestate tutoris,curatoris, & arbitratoris,quæ non exercetur per alium, vt ait Bart.in l. [cum magistratus.] per illum textum & alia.[g] Tum per ea quę colligi possunt ex Innocentio Panormitano & Felyno[h] & per Cardinalem[i] & Rotam[k] tenuit potestatem dispensandi non posse subdelegari: per quæ omnia pars hæc videtur verior,quamuis etiam pro contraria facit principum præfati cap.vlt. & primi notabilis Cardinalis,[l] & alia multa,quibus videtur responderi posse per superius insinuata.

e l.1. §. ne factum, quod communiter non potest fieri æque bene per quemlibet. Tum q̃a de cad.toll. f in l.sicumili potestate tutoris,curatoris, & arbitratoris,quæ non exercetur per alium, ti.ff.de arb. g c. quand. prouoc. non est necess. h in c. fi.§. is autem.et §.caterum. de off. del. i ibid.q.9. k Dec. vlt. de officio Si l ibidem.

5 AD QVARTAM, scilicet quomodo & quando fieri debeat huiusmodi dispensatio,respondetur,quod debet probari primo præfatas Missas fuisse receptas cum onere dicendi eas propter necessitatem fabricæ, & fratrum. Secũdo,cognoscere quam grandis sit multitudo earum, & iubere, vt celebrentur eæ, quæ commode possint celebrari, & super alijs dispensare. Tertio, q̃ omnia hæc fiant authentice coram secretario, vel notario monasterij, coram quo solent fieri acta publica, & cum oportuerit, fiat fides de cognitione præmissa de contentis in bullis, & quod Generalis communicet, & applicet ijs, qui Missas instituerunt, omnia bona, quæ fient in ordine,vsq; ad quantitatem,quæ attin-

gat valorem, quem haberēt ipsæ Missę, si singulariter & integre dicerentur pro eis, vel ad intentionem eorum.

AD QVINTAM respondetur, q̄ dicendæ sunt omnes collectæ, quæ iubentur dici per præfatos Romanos Pōtifices, quia seruanda est forma commissionis. [a]

a c. prudentiam. de offic. del. et c. Pisanis. de rest. spol.

AD SEXTAM respondetur, quòd non potest Generalis facere id per Vicarium, per responsum ad tertiam.

6 AD VLTIMAM satis responsum est in responsione ad secundam, scilicet quod sine magna causa non debent fratres recipere, & minus quærere præfatas Missas sine magna causa necessitatis fabricæ, vel fratrū, cum proposito decipiendi eos, qui eas rogarent, vel rogati darent. Tum quia fraus & dolus sunt peccata saltem venialia, iuxta l. 1. [b] & tradit S. Thomas. [c] Tum quia fraus & dolus nemini debent prodesse, [d] quamuis propter magnam causam id citra culpam fieri posse videtur asserere finis bullæ Leonis, vt tactum est in responsione ad secundam, scilicet propter vrgentem necessitatem, iuxta glossam. [e]

b ff. de dolo. c 2. 2. q. 55. art. 4. d cap sedes Apostolica. de rescript. l. itaq; fullo ff. de furtis. e in c. sicut de consecr. dist. 1.

SVMMARIVM.

1 *Missa vna votiua non satisfacit pluribus, qui data eleemosyna rogāt vt ad eorum intentionem sacrum faciam, nisi adsit eorum tacitus consensus, qui tamen nunquam accedere solet; nec ob paucitatem sacerdatum, nec ob caritatem annona, vt id liceat, petendum est, nu. 3.*

2 *Missarum numerus in fundationibus appositus vt minuatur, causam præstat diminutio reditnum, & augmentum precij rerum ad vitium necessariarum, prout secundum diuersitatem temporum pinguiores, vel minus pingues assignabuntur dotes, num. 3.*

CONSILIVM XI.

IN quadam Ecclesia, vbi sunt Sacerdotes beneficiarij, restrictus est numerus beneficiariorum, & diminuti sunt etiam reditus, & victus & vestitus pluris constant nunc, quam antea. Quæritur quid iuris tàm circa Missas, quas de nouo suscipiunt dicendas, quàm circa obligationem antiquam, qua ex fundatione suorum beneficiorum tenentur facere sacra.

1 Videtur primo causas prædictas nō esse iustas ad hoc, vt Missæ votiuæ, quas petunt deuotæ personæ, vt ad intentionem suam dicantur singulæ pro singulis pitantijs, ita diminuantur, vt per vnam satisfiat illis, qui petierunt tacitè vel expresse singulas p̄ singulis pitantijs, ni si consensus eorum, quibus illæ promittuntur, accederet, quod rarò vel nunquam accidere solet: in quod confirmandum multa induci possunt, quæ doctissimus, idemque pijssimus consulens perpendere potest.

Secundo videtur prædictas causas esse iustas ad diminuendum Missas quotidianas, ad quas præfati beneficiarij ex fundatione beneficiorum suorum tenentur: quod facile confirmari potest ex ijs, quæ leguntur & notantur in c. [cum accessissent.] & cap. ex parte. de const.

2 Tertio videtur prædictas causas esse iustas ad diminuendas aliquot Missas fundatas in aliquot capellis, præsertim illis temporibus, quibus longe pauciores pecunijs viuebatur, quam nunc, & ita longe minoris dotabantur capellę, quam nunc, quando maiore pecunia victus & vestitus emuntur.

3 Quarto, videtur hæc consequi, non esse petendum, vt personis deuotis petentibus singulas Missas pro suis singulis pitantijs satisfiat per pauciores absq; suo consensu: & quod maior diminutio debet peti circa missas quotidianas olim in fundatione iniunctas, quam circa alias postea in capellis fundatas, & minor circa fundatas à pauco tempore, quam circa fundatas ante plurimos annos, præsertim centum.

SVMMARIVM.

1 *Horas priuatim potest quis quouis, vel partim vno, partim altero idiomate ex causa recitare.*

2 *Officium paruum Beatæ Mariæ, quod in choro recitari iubetur, non obligatur recitare canonicus, qui choro interesse non tenetur.*

CON-

CONSILIVM XII.

QVæritur primo, an liceat ei, qui callet plures linguas, dicere priuatim suas horas canonicas idiomate, quod sibi magis arriserit, & partim earum vno, & partim altero.

1 Respondeo, q̄ sic, modo id faciat sine contemptu, & aliquo bono respectu, per ea quæ adduco in Enchir. de oratione. [a]

a c. 13. n. 7.

Quæritur secūdo, an canonicus, qui non interest choro, teneatur extra illū recitare officium B. Virginis.

2 Respondeo negatiue, s. quod canonicus, cum non tenetur interesse choro, non tenetur ad officium paruum B. Mariæ, quod iubetur dici in eo à canonicis, non tamen iubetur dici à recitantibus extra chorum: de quo etiam in prædicto Enchir. memini. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Canonici horas extra chorum recitantes non satisfaciunt, nisi adsit causa excusans, nu. 4.*

1 *Obligatus ad aliquid certo loco faciendum. extra illū faciens non satisfacit. & seq.*

2 *Canonici tenentur collegialiter in choro psallere, & recitare.*

3 *Obligatio ad quid aliqua qualitate qualificatum faciendum, sine ea non soluitur.*

CONSILIVM XIII.

AN canonicis Ecclesiarū præsertim cathedraliū, qui nolunt adire choros suarum Ecclesiarū ad canendas, psallendas, vel pronunciandas collegialiter in eis horas canonicas horis ad id statutis peccēt mortaliter, & nō sint absoluēdi?

1 Respondeo primo, q̄ peccant mortifere secundum legem regularem, nisi habeāt aliquam causam specialē iustā, quę à culpa mortali eos excuset. Quod probatur primum ea firma ratione, q̄ qui tenetur de præcepto facere aliquid in aliquo loco, vel erga aliquod genus personarum, si non facit illud in eo, vel erga illas personas, non satisfacit suæ obligationi, etiam si faciat illud in alio loco, vel erga alias personas, vt probat c. [nos quidem.] & c. [Ioannes.] [b] & l. Nauar. Cons. Pars I. [A] [si quis ad declinandam.] [c] & per notata in eis; & per glossam. celebrem [d] & Stephanum Aufrerium. [e]

b de test. c C. de epist. & cler. & l. quæ cond.

2 At canonici omnes iure communi §. *cum ita.* & regulari tenentur canere, psallere, & *ff. de cond.* pronunciare collegialiter cum alijs in *& demōst.* choro ex mente sacrorum canonum, q̄ *d in c. si pæ* colligitur ex c. 1. [f] & melius ex c. [do- *ter. in verb.* lentes.] [g] & magis exprimunt statuta *pauperibus* Ecclesiæ Gallicanæ, [h] & Concilium Co *de test. li. 6.* lonienſe [i] & exprimitur in Concilio *e in dec. ca.* Tridentino. [k] Ergo transgrediuntur le *pellę* Tolosa gem præceptiuam, si eas non dicunt in *na, q. 128.* choro, etiamsi alibi dicant. Secundo *f de celebr.* probatur etiam ea quoq; firma ratio- *missf.* ne, quod omnes, qui tenentur ad oran- *g in. verb.* dum aliquo genere precum in horis sta *choro eo. ti.* tutis, & designatis, peccant, si absq; cau- *& in Cl. 1.* sa desinunt id in eis facere, vt nos effica *ver. chorū.* citer probamus. Tum per Concilium *eo d. tit.* Viennense clemētina 1. [l] in illis verbis, *h in rub. &* [debitis horis.] Tum per alios canones *nigro. ti. quo* & per alias rationes, quæ ibi possunt vi *tempore quis-* deri in Enchir. de orat. [m] Ergo simili *que det es-* & pari ratione peccant, qui eas in locis *se m choro.* debitis, & consequenter in choro non *& tit. qua-* dicunt, licet eas alibi pronuncient. *liter horę di*

3 Tertio, q̄ qui tenetur ad faciendū *cenda sint* aliquid qualitate aliqua qualificatum, *extra cho-* non satisfacit suæ obligationi faciendo *rum.* illud simpliciter sine illa qualitate, iux *i tit. de me-* ta cap. [ab eo,] quarenus probat, eum *trop. eccles.* qui obijcit electo aliquem manifestum *c. 5.* defectum, non satisfacere probando il- [k] *in decr.* lum inesse illi, nisi probet id esse mani- *de reform.* festum. & qui accusat alium percussio- *ses. 24. c. 12* nis factæ cum sanguinis effusione, non *l de celebr.* vincet probando percussionem, nisi q̄ *miss.* bet etiā effusionis sanguinis qualitatē, *m c. 3. nu.* secūdum Panormitanum communiter *22.* receptum in c. [licet causa.] [o] cuius cō- *n de elect.* textus etiam probat, eum qui tenetur *lib. 6.* ad probandum testes corruptos falsa *o de proba.* dixisse, non satisfacere probādo eos falsa dixisse, nisi corruptionem quoque ac subornationem probet: quod etiam per alia confirmat Felynus. [p]

p ibi. à nu. 40.

4 Secundo respondeo q̄ præfata lex generalis fallit in aliquot casib. de more aliarū regularum, & legum humanarum, quarum nulla est, quæ aliquā exceptionē nō patiātur, excepta illa, quæ habet, Epm non posse suo Episcopatui renunciare, nisi de summi & maximi

Universidad de Deusto
Biblioteca

a c.licet. de regul. b c.1.de cleric. non resid.lib.6. c. cum dilectus.et c.ad nostram.eo. tit. in antiquis.

Pontificis consensu, vt ait Innoc. III. [a] & ita canonicus infirmus, captus, & vio lenter detentus, & aliquot alij excusantur à canendis & pronunciandis horis in choro. [b] Salua, &c.

SVMMARIVM.

Cæcus, qui horas dicere non valet, nulla ad hoc eget dispensatione.

CONSILIVM XIV.

QVidam clericus, qui à duobus annis Missam cătauit, excęcatus fuit ob nimiam sanguinis emissionem: hucusq; dixit officium in antiquo Breuiario, partim adiutus ab alio, partim memoria tenens: nunc iubetur dicere nouum officium, quod nescit mente, & caret adiutorio. supplicauit Papæ Gregorio XIII. pro remedio.

c super cap. quando. de cõsecr.d. 1. c.11.n.14.

1 Responsum fuit, quod si potest, dicat nouum officium, si non potest, excusatus est etiam sine Papæ dispensatione: pro qua resolutione faciunt ea, quę scripsimus in Enchir. de orat. [c]

SVMMARIVM.

1 *Horas extra chorum ex Breuiario Romano potest collegiata clericus recitare, etiam si in choro recitentur secundum Breuiarium vltra 200. annos receptum.*

1 *Chorus quidem non potest, omisso Breuiario ante 200. annos admisso, & vti Breuiario nouo Romano, nisi accedat consensus Episcopi, seu Prælati, & Capituli: at dictus consensus non est necessarius ijs qui volunt eo extra chorum vti.*

CONSILIVM XV.

QVidam Abbas ordinis Cistercien sis, in cuius monasterio nondum est acceptum Breuiarium nouũ Pij V. recitauit, & recitat suas Horas canonicas extra chorum iuxta formam præfati Breuiarij.

Quæritur, an satisfaciat præcepto Ecclesiæ de dicendis horis canonicis.

1 Pro parte negante facit primo, q̃ forma recitãdi horas canonicas ordinis Cistercienſis non est sublata per Piũ V. vt patet ex bulla eius præfato Breuiario præposita, præsupposito, quod illa fuit ante 200. annos inducta, & præfata bulla significat, quod ad hoc vt liceat dicere officium hoc nouum in Ecclesia cathedrali, in qua iam inde à 200. annis aliud dicitur, requiritur consensus Episcopi, & Capituli: ergo eadem ratione requiritur consensus Abbatis, & conuẽtus, ad hoc, vt liceat in illa Ecclesia dicere hoc officium nouum.

Pro parte aũt affirmante facit præfata bulla, quatenus in ea præcipitur, vt omnes tàm regulares, q̃ sæculares vtantur hoc officio nouo, exceptis his, qui astringuntur antiquo modo ante 200. annos recepto. Et q̃ non obstat exceptio præfata Abbati, quia non præcipit bulla, vt astricti antiquo modo seruent illum antiquum modum, sed q̃ non teneantur seruare nouum modum, si noluerint, imò facit facultatem seruãdi nouum, si voluerint, et in choro, si Prælatus & Capitulum voluerint: ita quod consensus Epi & Capituli non requiritur ad seruandum nouũ extra chorum, sed solum ad seruandum in choro. qui sensus & intelligendi modus vt irrefragabiliter colligi ex bulla, quatenus reseruat officia ante 200. annos instituta, per hæc verba ibi, [Inueteratum illud officium non adimimus: sic hoc nostrum, si magis placeat, dummodo Episcopus & vniuersum Capitulum in eo consentiãt, vt id in choro dicere, & psallere, possint, permittimus.] aut enim ex verbo illo, [in choro,] colligitur quiddã absurdũ, vel debet subintelligi verbum [etiam] ante illud: &, si subintelligatur verbum [etiam,] sonat q̃ diximus. Quod autẽ absurdum sequatur, nisi illud subintelligatur, ex eo patet, q̃ illa clausula sonaret posse quidem hoc officium nouũ dici in choro ecclesiæ, cui reseruat antiquum de consensu Episcopi & Capituli, non aũt extra chorum, quod manifeste absurdum esset: cũ si liceret dicere illud in choro interueniente tali cõsensu, à fortiori liceret extra illum interueniente eodem: & ita, ne hoc absurdum sequatur, necessario est ita intelligenda illa clausula, vt significet officiũ hoc nouum non posse dici in choro, nisi de consensu Episcopi & Capituli, extra vero

vero illum sic: & theorica iuris habet, cessare argumentum à contrario sensu, cum ex eo sequitur absurdum, seu contrarium iuri, per Fely. qui refert alios. [a]

a in c. signi ficasti, nu. 10. & seq. de so.comp.

Confirmatur, eo quòd p̃fata bulla obligat primum omnes ad dicẽdum nouũ, & ab hac obligatione excipit hñtes antiquum 200. annorũ, & ab hac exceptione excipit eosdem quo ad chorum, q̃n Episcopus & Capitulum consentiunt, & non excipit dicentes extra chorum, etiam cum p̃nt dicere intra chorum cũ consensu Episcopi & Capituli, quod est absurdum: aut fatendum posse dicere extra chorum, per regulam generalem, qua conceditur omnibus facultas dicendi hoc officium sine consensu illo Epi & Capituli. argumento eorum, quæ notantur de regulis, & de exceptione regularum per Felynum & citatos ab eo, [b] & Decium & citatos ab eo. [c] Salua, &c.

b ca. quam frequenter. vt lite non contest. c in rub. ff. de reg. iur.

[Aduertendum, Nauarrum hoc loco videri recedere ab opinione negatiua, cui videtur adhærere supra hoc eodem titulo consil. 5. ad 2. quæst. & quod refertur sacram Congregationem etiam adhæsisse negatiuę. vide etiam consilium sequens.]

SVMMARIVM.

1 *Breuiario nouo extra chorum vti non posse clericum illius ecclesiæ, in cuius choro vetus licite adhuc retinetur, tutius & prudentius videtur, licet etiam contrarium possit retineri.*

CONSILIVM XVI.

AN qui non tenentur Breuiario Romano nouo vti, possint, si velint vti eo extra chorum.

Quæstio hæc longe maior est, quam apparet, mihi autem videtur vtraque pars eius probabilis.

1 Pro cuius parte affirmãte facit, quòd Pius in sua bulla nõ vetat eis vsum eius, sed solum permittit vsum antiquum: & quod permittit eis vti nouo, si voluerint, & Episcopus & Capitulum consenserint: & quod permittit præfatũ vsum nouum in choro, & nihil de vsu extra chorum dicit: & certũ vt, quod si eis liceret in choro, liceret extra chorum, & non alia ratione, quam quia non vetuit vlli vti nouo extra chorum: quod generaliter præcepit omnibus vti nouo, & permittit vti veteri in choro.

Pro parte vero negante facit, quod non videtur voluisse diuersitatem ponere in his, qui sunt vnius ordinis, & habitus, & Capituli: & si eis, quibus permittitur vti veteri Breuiario in choro, liceret vti nouo extra chorum, poneretur magna diuersitas & difformitas: qa alij dicerent extra chorum per nouum, & alij per vetus, cõtra c. [in nona actione.] [d] & clementinam 1. [e] & quòd indecens videtur in eodem monasterio vsus diuersorum Breuiariorum: & videtur quod diminueretur concordia & deuotio, & augeretur discordia & dissensio. Itaque ego consulerem partem negatiuam tanquam pientiorem, sed non damnarem vtentem parte affirmatiua: & ad vtriusque partis argumenta facile responderet posset is, cui otium & valetudo suppeterent. Salua, &c.

d 16.q.7. e de elect.

Vide supra Consil. XV.

SVMMARIVM.

1 *Horas recitare non tenetur, qui adhuc ius in re beneficio non habet: vnde is, cui debet confert beneficium, etiam si sententias pro se obtinuerit, & beneficium sit sub sequestro, imò & is cui fuit collatum, si adhuc collationi consensum nõ præbuit, non tenetur ad Horas, nu. 2. at qui habet ius in re, etiam si non habeat possessionem, nu. 3. sitq; litigiosum, tenetur: quia sufficit quod in casu victorię poterit fructus habere, nu. 1.*

CONSILIVM XVII.

PEtijt ab ordinario, vt priuaret B. beneficio, quod possidebat, ob aliquot causas priuandi iustas, & postea proposito edicto citatorio eorum, qui poterant prætendere ius ad illud, conferret illud ei, tanquam digniori: qui ordinarius priuauit eum, & posuit edictum citatorium, & præfatus N. inuẽtus fuit dignior, & pridie quam illud conferret N. iudex appellationis inhibuit ordinario, ne vltra procederet, & ita non processit, & iudex appellationis confir-

Universidad de Deusto
Biblioteca

confirmauit sententiam ordinarij, & eõ E demnauit appellantem in impensis, à qua sententia appellauit B. Romã. Quę ritur an præfatus N. obligetur ad pronunciandas horas canonicas.

1 Pro parte affimante huius quæstionis facit primo, quod beneficiarius, qui non pronunciat eas post sex menses ab habito beneficio, perdit fructus eius per

a Sess.9.Cõcil. Latera. postremi. §. [statuimus,[a]] & per extrauag. Pij V. [ex proximo.] relatam à nobis in Enchir. de oratio.[b] & in Man.conf.[c]

b c.7.n.32. *c c.25.nu.112.* Secundo, quod non excusatur ab eis pronũciandis eo quod nondum est adeptus possessionem, neque eo quod litigat super illo ab alio possesso, vt nos probamus in d.Ench.[d] quia sufficit quod poterit in casu victoriæ eos percipere, vt ibidem traditur.

d vbi supra nu.28.

2 Pro parte verò negante contraria & vera facit primo irrefragabile illud fundamentum, scilicet, quod nemo beneficiarius tenetur recitare Horas canonicas ratione beneficij, donec illud obtinuerit: iura enim omnia quæ imponunt onus dicendi eas, loquuntur de beneficiario habente ius in re quæsitum in eo, vt videre est per allegata in d.Ench.[e] & præfatus N. nondum habet ius quæsitum in prædicto beneficio, quia nondũ sibi est collarum.

e cap.7. G

Secundo, q. nemo tenetur ob expectatiuam, de qua in Clementina 2.[f] vel aliam similem ad recitandas Horas, argumento eorum quæ in d.Clem. notantur, neq; vllus vnquam dixit teneri quẽ ad hoc onus, propterea quod sit præsentantus, vel nominatus ad aliquod beneficium, nec propterea quod sit electus, si nondum est confirmatus, iuxta notata in c.[transmissam.][g] adeo quidem, quod neq; prouisus, neq; is cui collatio est facta tenetur ad illud, nisi consentirit prouisioni sibi factæ: quia vsq; ad illum præstitum non est suum beneficiũ, vt habet c.[si tibi absenti.][h] per quod hoc in specie diximus vbi supra.[i]

f de reser.

g Et ca. nihil. de elect. H

h de præbẽ. lib.6.

i c.7.n.29.

3 Quæ conclusio procedit etiã in eo, qui obtinuit vnam, vel duas sententias, quibus declaratum est beneficium vacare, & esse debitum obtinenti eas, etiamsi iudex processerit ad ponendum sequestrum super fructibus eius in fauorẽ obtinentis eas. Tum quia propter hmõi sequestrum non quæritur ius in beneficio. vnde, si moreretur antequam ei conferretur, non censeretur vacare per mortem illius, sed eo modo quo ante vacabat. Tum quia eadem ratio concludit hanc ampliationem, quæ concludit conclusionem, scilicet quod nondum est ius quæsitum in re, plusquam per præsentationem, vel nominationem, vel ẽt collationem absenti factã, vel præsenti, qui nondum consensit, ita quod nihil fructuum sequestratorum ei deberetur, si ante collationem, institutionem, & confirmationem moreretur quæ oĩa sunt memoranda. Per quæ responsum est ad oppositа, quę procednnt, quãdo est quę situm ius ad beneficium, licet nondum adepta fuerit possessio. F

SVMMARIVM.

1 *Horas non recitans beneficiarius fructus pro rata restituere tenetur, non quidem Ecclesiæ præcisè, sed satisfacit alteri operi pio, vel, si est pauper, sibi tanquam pauperi erogando.*

CONSILIVM VIII.

AN beneficiarius, q. omisit recitationẽ Horarũ per aliquod tps, teneatur restituere fructus percepros, & cui?

Respõdeo primo, certũ esse quod D. consulens tenetur restituere fructus perceptos pro rata temporũ & officiorũ, in quibus recitare omisit, per extra. Pij V. quam edidit postquam nos venimus Romam, quamq; nos transcripsimus ad verbum in Ench. de orat.[k] [quamq;] declaramus ibidem, & numeris sequentibus.

k c.7.n.32

1 Secundo, quod nõ tenetur restituere ipsimet ecclesiæ, cuius est beneficium sed satisfaciet restituendo pauperibus, & alijs operibus pijs, imò etiã restituendo sibimet, si est pauper, tanquam vni ex pauperibus, accipiendo ea in eleemosynam, sicut pauper Christi, per rationem efficacem, quæ videri potest vbi supra,[l] per quam additionem consolatos fuisse nonnullos ibidem referimus: & quod etiam potest se componere cum camera Papæ, sed quod prior modus restituẽdi uidetur nobis futurus gratior Christo, qui nos omnes saluet. Amen.

l nu.34.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Horas non recitans beneficiarius pro primis sex mensibus peccat pro reliquo tẽpore tenetur etiã restituere fructus, quos propria auctoritate debet Ecclesiæ, vel pauperibus etiam propinquis non habentibus necessaria ad decentiam viuendi, vel filias maritandi, imò si sit pauper, sibimet saltem de consilio Episcopi, vel confessarij, omnes vel partem erogare.*

CONSILIVM XIX.

DE beneficiario, qui omisit recitationem Horarum canonicarũ aliquot annis, condemnatus, cuius auctoritate, & cui restituere debeat. B

1 Respõdeo primò, ad huius quæstionis claram & integram resolutionem legẽda esse illa, quæ nos clarius & vtilius, quam alij præcessores nostri, scripsimus in Enchir. de orat.[a] vbi referuntur ad verbum iura noua, quæ induxerũt perditionem præfatam ipso iure incurrendã per omissionẽ Horarum canonicarũ, cum additionibus non contemnendis.

a notab. 7. à nu.3.

Secundò, ex illis colligitur, quòd præfatus Dominus consulens non eget auctoritate Papæ, vel Episcopi ad faciendam restitutionem præfatam fructuum amissorum: quia ipse potest auctoritate propria id facere, & verbum [condemnatus] in quæstione positum intelligo ipse de condemnatione iuris, quod ipsum ipso iure sine alia sententia imponenda condemnat ad eam. C

Tertiò, quòd nihil tenetur restituere de fructibus intra primos sex menses receptis, licet grauiter peccasset omittẽdo horas in eis, vt præfata extrau. Pij V. declarat.

Quartò, q. D. consulens adeo fortè est pauper, quod saltẽ cõsilio Episcopi, vel confessarij posset illos, vel partẽ eorum sibi applicare, tanquam vni de pauperibus, ipse vbi supra probo. Quare cõueniẽs, & Deo gratius forè arbitror, vt D. consulens, ostensis Epõ illis, quæ vbi supra scribo, aliquã partẽ fructuum restituendorum de cõsilio eius accipiat sibi, tanquã vni pauperum ad leuandam inopiam, & partẽ det, vel promittat aliquibus cognatis fœminis pauperibus in D

A dotem & aliquam ecclesiæ, in qua est situm beneficium: & omnes eleemosynas, quas posthac facturus est, deputet in hãc restitutionem pro exoneratione, qua tenetur illam facere: quandoquidem extra *b Conc.Lauag.* prædicta, & §.[statuimus,][b] obligat *ter.* eum ad restituendum ecclesiæ, vel pauperibus & per pauperes intelligo ego, vt ibi dixi satis, & latius in tract. de reditibus. [c] non solùm mendicantes, sed etiã alios, qui non habent ad se decenter sustentandum, & collocãdum se, vel filias suas in honesto matrimonio. Salua, &c.

c q.1. nonn. 27.

SVMMARIVM.

1 *Fructus, quos ob Horas non recitatas suos non fecit beneficiarius, qui non est canonicus restituat ipsi Ecclesiæ, vel pauperibus, nisi se cum Camera Apostolica cõponat: si sit canonicus, distributiones restituat illis canonicis, qui horis interfuerunt illius diei, in quo ipse nõ recitauit, quo ad grossam, & alias obuentiones, similiter restituat ijs, quibus beneficio cãcante acquisita fuissent. nu.2. & 3.*

2 *Canonicus in canonicatu non habet propriè successorem, vnde quæ vacationis tempore obueniunt, diuiduntur inter superstites, nec pars, quæ obuenisset defuncto, reseruatur successori.*

3

4 *Fructus, quos parochus ob absentiam suos non fecit, conuertat in fabricam Ecclesiæ, vel det pauperibus loci, etsi eos qui sibi superfluunt, possit etiam exteris dare pauperibus.*

CONSILIVM XX.

CAnonicus cathedralis per multos annos abfuit, & licet fructus continue perciperet, nunquam tamẽ Horas canonicas recitauit. vnde cum illos non fecerit suos, dubitat. D

Primo, cui restituere teneatur.

Secundo, quid de fructibus parochialis propter absentiam malè perceptis dicendum sit.

1 AD PRIMAM QVAESTIONEM, qua quęritur quibus debeat consulens restituere, respondeo primò, quòd si beneficiũ, de quo agitur, nõ esset canonicatus sed aliud separatum à canonijs, & præbendis

Universidad de Deusto
Biblioteca

bendis Eccleſiæ cathedralis, vel collegiatæ, ſufficeret reſtituere fructus ita malè perceptos ipſi Eccleſiæ, cuius eſſet beneficium, vel pauperibus, vel componere ſe cum Camera ſedis Apoſt. per
a Super ca. dicta in commentario de ſpolijs. [a]
nõ liceat Pa. 2 Secundo, q̃ quia beneficiũ, de quo
pæ. 12. q. 2. agitur, eſt canonicatus, cuius, vt par eſt
§. 12. per to credere, licet in quæſtione non expona
tum, præſer tur, fructus conſiſtunt in diſtributioni-
tim, nu. 4. bus quotidianis, & in eo q̃ groſſam vocant, dicendum primo, quod quæſita ex diſtributionibus quotidianis non ſunt reſtituenda pauperibus, neq; Eccleſiæ, quia illa debentur illis, qui Horis illis diebus, in quibus illi nõ recitarunt, in-
b de cler. nõ terfuerunt, quibus accreſcunt, per c. 1. [b]
reſid. lib. 6. cum ei adnotatis, & nõ ſufficit dare pau
c c. ea te. de peribus, quod debetur alteri, [c] niſi quan
iureuran. do ignoratur quis ſit, iux. c. [tum tu,] [d]
d de vſuris. vbi glo. cum communi.

3 Quod idem eadem ratione dicendum vſ̃ de fructibus Eccleſiarũ, vbi eſt ſtatutum, vt fructus malè percepti reſtituantur certis operibus pijs: quia illis deberet fieri prædicta reſtitutio. quod ipſum vſ̃ de parte, quã corpus, ſeu groſſam vocant, canonicatus, quã canonici: ita lucrantur ratione ſuorum canonicatuum, vt pars non lucrifacta ab vno accreſcat alijs, & obueniẽs tempore vacationis non reſeruatur ſucceſſori, qualẽ regulariter non habet canonicus, ſm
e in c. quod glo. ſingularem, [e] ſed diuiditur inter ſu-
ſicut. de ele perſtites, iuxta notata in c. [relatũ, 2. [f]
ctio. verbo vt latius diximus in Enchir. de orat. [g]
conſentire. & poſtea breuius in Manua. [h]
g c. 7. n. 32. 4 AD SECVNDAM reſpondeo,
h cap. 25. à quod qui ob abſentiam ab Eccleſia pa-
nu. 112. rochiali perdit fructus per nouũ cano-
i qui eſt pri nem. [i] Conc. Trid. nõ tenetur reſtituere
mus de re- illos fabricę illius Eccleſiæ parochialis,
for. ſeſſ. 23. aut pauperibus loci, oppidi, vel pagi, vbi ſita eſt. Tum quia contextus prædicti canonis id expreſsè ſtatuit. Tũ quia aliqui tenuerũt, quod beneficiarius, qui tenetur ſuperflua erogare pauperibus ſm communem, quã latiſſimè nos fundamus in tract. de redit. eccle. [k] ſit obli-
k q. 1. mon. 2. & 24. gatus erogare pauperibus loci, vbi ſitũ eſt beneficium, & quamuis nos contra-
l q. 1. mon. 27. nu. 2. rium eſſe verius probauimus ibi, [l] ea potiſſimũ ratione id aſſeruimus, quia nullo canone id exprimitur: quæ ratio ceſ-

E ſat in propoſito caſu, in quo canõ exprimit, vt erogatio fiat fabricæ Eccliæ, vel pauperib. loci, vbi ſita eſt illa. Salua, &c.

SVMMARIVM.

Diſpenſatio eſt odioſa & reſtringenda: vnde data monacho ad beneficium ſæculare curatum, non extenditur ad ſimplex. item nec extenditur ad acceſſoria, non neceſſaria. nu. 2. item Minor diſpẽſatus ad dignitatem, vel canonicatum in cathedrali, non erit delegatus Papæ, niſi habeat annos viginti, nec reſtitutus aduerſus contractum, cenſetur reſtitutus aduerſus vſuras ex eo ſolutas. nume. 3. item nec minor diſpenſatus vt accipiat ſacros ordines, cenſetur diſpenſatus vt habeat vocem in Capitulo, nec diſpenſatus vt fiat ante ætatem ſacerdos, cẽſetur diſpenſatus, vt accipiat parochialem. nec factus capax ad vnum actum, cenſetur habilitatus ad alium ſeparatum. nu. 4. attamen diſpenſatus ad duos canonicatus debet vocari in vtroque ad actus canonicis competentes. nu. 5. & diſpenſatus ad duo incompatibilia, cenſetur diſpenſatus à reſidentia in vtroque facienda. Vnde, quia congruit acceſſoriũ ſequi naturam ſui principalis, nu. 4. dubitatur, an ſubdiaconus, qui ex diſpenſatione Apoſtolica duxit vxorem, teneatur ad horas canonicas. nu. 1. & 2.

CONSILIVM XXI.

1 AN ſubdiaconus diſpenſatus vt ducat vxorem, per hæc verba, [Teq; ſpecialibus fauoribus proſequi volentes, &c. tecum, vt ſacro ſubdiaconatus ordine huiuſmodi non obſtante, &c. matrimonium cum aliqua muliere tibi bene viſa contrahere, & in eo poſtmodum remanere, &c.] teneatur, ducta illa, dicere Horas?

Ad quæſtionem reſpondeo, pro parte illius affirmante facere, quod diſpenſatio eſt odioſa, & reſtringenda ſecundum omnes, per cap. 1. [m] & per reg. [quę à iure,] [n] per quam ibi Io. And. ait [o] diſpenſationem factam monacho ad beneficium curatum, non extendi ad beneficium ſimplex.

2 Secundo, quod Dom. recep. P quem ſequi-

m Et 2. de fil. presbyt. lib. 6.
n lib. 6.
o in Mercurial.
p in c. 1. in prin. nu. 12 de fil. presbyt. in 6.

a in c. poſtu laſti. de reſcr. nu. 10. ſequitur Fel. [a] ait diſpenſationem ſuper A vno actu factam nõ extendi ad aliũ actũ acceſſorium, ſine quo poteſt conſiſtere & eſſe vtilis actus ille, ſuper quo facta eſt diſpenſatio. at liberatio ab obligatione dicendi Horas non eſt actus neceſſarius ad coniugium, qm̃ coniugatus põt recitare horas canonicas, & multi recitant. ergo diſpenſatus ad coniugia non vſ̃ liberatus ab obligatione dicẽdi eas.
b in c. ſtatu tũ. in prin. de reſcr. li. 6. Tertio, quod gl. ſing. [b] definit, diſpenſatum ad obtinendum canonicatum, vel dignitatem in eccleſia cathedrali, nõ eſſe diſpenſatum ad hoc, vt poſſit eſſe delegatus Papæ ante vigeſimum annum.

3 Et reſtitutus contra aliquem cõtractum, non cenſeretur reſtitutus ad vſus
c c. ſi. §. Lu cius. ff. de condict. in deb. ras, quas ratione illius ſoluit. [c] Et diſpẽſatus ad ſacrum ordinem, non cenſeretur diſpenſatus ad habendam vocem in Capitulo ſm gl. [d] Et diſpẽſatus ad preſ-
d in verbo annexi. in fin. clem. 2. de ætat. & qualit. byteratum, & dicendam miſſam ante iuſtam ætatem, non cenſetur diſpenſatus ad obtinendum beneficium curatum, iuxta glo. [e] ibi, [& ætate legitima.] [f]

4 Quartò, quòd factus capax per di-
e in cle. 2. in verb. conſtitutus. f de ætа. & qualit. ſpenſationem alicuius actus non cenſetur factus capax alterius ſeparati ab ipſo, ſecundum gloſſam. [g] C

Pro parte verò negante, quod non teneatur ad dicendas Horas canonicas primò facit, quia congruit acceſſorium
g ca. ex ratione. i ver. congruã. de ætа. & qua lit. ſequi naturam ſui principalis, iuxta ca. [acceſſorium.] [h] deſumptum ex l. [cũ principali.] [i]

5 Secundo, quod gl. ſolemnis commu-
h de regul. ſur. lib. 6. niter recepta dixit, [k] quod diſpenſatus ad duos canonicatus debet uocari ad
i ff. eod. actus competentes ei ratione illorum,
k in d. cap. quia in tan tum. de præ ben. puta ad dandum vocem in Capitulo, & ad electionem faciendam de Prælato, ſi eſt in loco vnde debeat vocari. & gl. ſingul. [l] determinat, quod diſpenſatus ad
l in cap. ſi quis in cle. 7. q. 1. m in c. nos conſuetudinem. diſtm. duo beneficia incõpatibilia, eſt diſpenſatus à reſidentia in vtroque facienda, & maior viginti annis diſpenſatus ad dignitatẽ põt eſſe iudex delegatus, ſi habet viginti annos, licet ſpecialiter nõ ſit diſpẽſatus ad illud ſecundum Dominicum. [m]
11.

SVMMARIVM.

1 *Lex etiam in odioſis extenditur, quantum eius verba ſecundũ proprietatẽ patiũtur. Lex extenditur & limitatur ex legiſlatoris mente & ratione legis.*
Penſionarius clericus, ſi efficiatur miles militaris religionis cum induito retinendi penſionem, non tenetur ad horas B. V. ſed ſufficit quòd recitet orationes Dominicas & Angelicas à religione præſcriptas, quæ ſunt loco horarum: ſicut nec ſacerdos regularis, ſiue ſæcularis, habens penſionẽ ad dictas B. V. horas teneretur.

CONSILIVM XXII.

1 IVlius ab Apoſtolica Sede habet indultum, vt cum habitu D. Iacobi de Spata, cuius miles & profeſſor exiſtit, certã annuam eccleſiaſticam penſionem retinere poſſit. Dubitatur, an præter horarias preces cẽtum viginti Pater noſter, cum totidẽ Aue Maria, ex ordinis inſtitutione à militibus quotidie perſoluendas, teneatur etiam ad officium Beatiſſimæ Virginis ex Pij V. conſt. dicendum.

Pro parte affirmatiua facit, q̃ verba legis ſecundum propriam ſignificationẽ comprehendunt eum, & lex extenditur ẽt in odioſis, & pœnalibus, & alijs obligatorijs, quatenus verba eius in proprio ſignificatu ſe extendunt, iuxta l. [cum lege.] iunct. gl. [n] cõmendatam in hoc per
n ff. de teſt. Aret. [o] quem Dec. ſequitur, [p] & contine-
o in c. de te ſtib. col. 3. nentur in alijs ſeptem vel octo locis.

2 Pro parte negatiua facit, quòd lex
de teſtib. extenditur & reſtringitur ſecundũ men-
p in l. fa tem legislatoris, & rationẽ legis, iuxt. l. ctum. §. in [eum pater,] [q] c. [ſuggeſtum.] [r] vbi pul
pœnalibus. clarè Pan. cõiter receptus, & mens aucto-
ff. de regul. ris, & ratio prædictæ legis videtur fuiſſe
iur. ne fruentes fructibus beneficiorum ec-
q §. dulciſſi cleſ. omnino eſſent immunes ab onere
mis. ff. de le dicendarum precum, ad quas beneficia
gat. 2. rij tenentur, quæ non habet locum in
r Et c. me minimus. D conſulente, qui tenetur ad multas preces, imò & ad maiorem quantitatem, q̃
de appell. ſint preces officij B. V. Facit etiã, quod non obſtat dicere, q̃ alia ratione tenetur ad prædicta Pater noſter, & Aue Maria, quam ratione penſionis: quia ẽt religioſus eiuſdem ordinis presbyter, qui haberet penſionẽ, alia ratione quam pẽſionis, teneretur ad Horas canonicas, qui tñ nõ obligaretur ratione penſionis ad officium paruum B. V. pluſquã alius presbyter. Facit etiã, quod ſubrogatum

ſapit

Universidad de Deusto
Biblioteca

a l. cũ quis §. *qui minu- riarum. ff. siquis caut. & c. eccle- sia. vt lite pend.*

sapit naturam eius, cui subrogatur, [a] & illa 120. Pater noster, & Aue Maria succedũt loco Horarũ canonicarũ, ad quas tenentur clerici eiusdem ordinis, & consequenter videtur quodammodo Horæ canonicæ, & qui tenetur ad illa, teneri ad quasdã Horas canonicas: at qui alia rõne tenetur ad horas canonicas, nõ tenetur ratione pensionis, virtute prædictæ legis ad prædictum officium parũ, ergo nec religiosi milites tenebuntur. Et qm̃ posteriores rationes videntur firmiores, & per eas potest responderi illi, quæ in oppositũ adducitur, resoluo dubium in partem negantem. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Indultum seu dispensatio, nisi fiat id ob quod conceditur, non prodest.*
2 *Dispensatio eius, qui ob febrem, vel alium dolorem, non ualet recitare Horas, ad cœcum, nisi fortè ex identitate rationis extendi non videtur.*
3 *Dispensatio non ualenti recitare officium, vt non teneatur, parum prodest.*
3 *Indultum concessum alicui, vt loco Horarum recitet aliquot orationes, non prodest ad æquirendum meritum quod acquiritur recitando Horas.*

CONSILIVM XXIII.

AN indulgentia, vel dispensatio, q̃ obligatus ad dicendas Horas canonicas satisfaciat dicendo quinquies Pater noster, & quinquies Aue Maria, si tenetur febre, vel tanto alio dolore, quòd eas recitare non possit, extendatur ad eum, qui est cęcus, vel dolore oculorum ita laborat, vt non possit recitare sine periculo perdendi visum, licet non teneatur febre?

1 Respondeo primò, quòd indulgentia, vel dispensatio non prodest ei, qui non facit illud, propter quod illa fit, vt colligitur ex his, quæ nos tradimus in cõment. de Iob. [b]

b Super in Leuitico. de pœnit. di stim. 1. nota. 11. & 19.

2 Secundò, quòd prædicta dispensatio non extenditur ad cœcum, qui non laborat præfato dolore: quia sola cæcitas non inducit febrem, nec dolorem impedientem recitationem.

Tertiò, quòd probabiliter dici potest quod extenditur ad dolorem oculorũ, quo impeditur potentia recitandi.

3 Quarto, quod præfata indulgentia parum videtur prodesse: nam sola febris vel solus dolor impediens potentiam recitandi, sufficit, vt excusetur à recitando sine præfata indulgentia: quamuis quis diceret, qnòd licet prædicta indulgentia non prosit ad excusandũ à peccato omittendi recitationem, potest tamen prodesse ad quærendum meritum recitationis, quod in præsentia non approbo multum. Tum quia id non quæritur. Tum quia non pertinet ad Papam potestas augendi meritum gratię & gloriæ sine opere meritorio: quia gratiã & gloriam solus Deus conferre potest. [c]

c Iux. illa psal. 1.

De Baptismo & eius effectu.

SVMMARIVM.

Catechizari qui petunt, non coguntur obligare se ad suscipiendum baptismum, nec etiam relicta vxore & filijs infidelibus se includere in aliqua domo. num. 2. sed nec minores regulariter possunt ab ijs, in quorum sunt tutela, abstrahi, vt catechizentur, & baptizentur. nu. 5. 1

Catheciſmus, sicut & exorcismus, si fuit ante baptismum omissus, debet post illũ suppleri, & num. 4. durare quo tanto tẽpore, quousque baptizandi sint sufficienter instructi & persuasi de veritate fidei. nume. 3. 3

Infans mortuo patre penes matrem infidelem est educandus. 6

Catechizari & baptizari contra infidelium parentum uoluntatem petentibus debet quidem de alimentis prouideri, & nu. 4. ad id tamen onus parochi non uidentur obligati. nu. 3. 6

CONSILIVM I.

VTrum catechizandus ad baptismũ se offerens debeat coram notario & testibus obligare se ad baptismum suscipiendum? Et an episcopus, seu parochus teneatur catechumenos, dum in fide instruuntur, alere.

Respon-

1 Respõsurus fidelis quidem fidelissimo, parũ eruditus eruditissimo, minus expertus expertissimo, circa contenta in his quæstionibus, protestor me solum dicturum ea, super quibus hæsito, & cupio informari.

Dico primo, me non satis meminisse legere legem, qua catechizãdus debeat se obligare coram notario & testibus ad suscipiendum baptismum.

2 Secundo, nec meminisse legẽ, qua litigentur catechizandi vxor, & liberi eius, & qui tutelæ, vel curæ ipsius sunt commissi, cõsentire separationi ab infidelibus, & submittere se disciplinæ certorũ magistrorũ, & includere se intra vnã domũ, anteqũ baptizẽtur, & fiãt subditi ecclesiæ, neq; legem quæ cogat parochos ad alendos & docẽdos eos intra illam.

3 Tertiò, q̃, vt puto, in Indijs, & in aliquot regnis Hispaniæ, & aliorũ regnorum Saracenorũ, Lutheranismo, & alijs infidelitatibus infectorũ, pauci parochi sunt collatione aliorũ, qui possint id pstare, etiamsi velint, cum ẽt baptizatorum tot millia sint egentiũ catechismo: præsertim tenendo, quod, sicut exorcismus est supplendus post baptismum, vt tradit S. Th. recept. [a] ita ẽt catechismus sit supplẽdus, si fuit ante baptismũ omissus, arg. eorũ, quæ dicit idem S. Th. [b] & præsuppositio eò, q̃ experientia cõpertum est, s. ferè oẽs paruulos, qui baptizantur, & relinquuntur in potestate parentum, nunq̃ callere catechismũ, & indigere illo postq̃ adolescunt, & in terris Christianorum vix etiam suscipietur id onus ab omnibus Episcopis.

a 3. p. q. 71. art. 3. ad 3.
b ibid. art. 5.

Quarto, prouida admonitio & prouisio videtur, ne catechizationi finẽ præstituat certus dies, sed potius certa scientia & sufficiens persuasio.

4 Quinto, q̃ quia nunquã ferè præfati paruuli catechizantur, oporteret eos denuo catechizare, quod vtinam aliquo modo introduceretur, quod ego aliquãdo speraui, sed nunc despero: quia malũt aliqui Episcopi augere suos reditus, q̃ impendere illos in magistros huiusmodi catechizandorum. quod non video etiam aliquam legem canonicam, quæ obligec ipso iure patres & cõsanguineos catechizandorum, antequam illi se ad id obligauerint sponte sua, ad relinquẽdum filios pupillos & minores suos subpotestate aliena, qui ante vsum rationis inuitis parentibus ducerentur ad baptismum, vt persuadeantur ad conuersionem, nisi in casibus, in quibus velint nolint, debeant obedire catechizatoribus, per ea quæ docet S. Thom. communiter receptus. [c]

c in 2. 2. q. 10. art. 8. & 12.

5 Sextò, q̃ licet prouisio hæc sancta Illustris. D. Cardinalis de administran da catechumenis largiter sustẽtatione, & de tractandis eis humaniter, seruari possit Romæ, & aliquibus alijs in locis, vbi ad id sunt deputati reditus publici, in alijs tñ non vt̃ posse satis seruari.

6 Septimo, meminisse me in hac ipsa Vrbe interrogatum ab vtraque parte litigantium, an infantes nõdum vsum rationis habentes sint relinquendi apud matrem infidelem, donec eo incipiant vti, si pater eorũ mortuus fuerit, tenuisse partem affirmantem, & postea replicasse cõtra quendam virum doctissimũ, sed incertum, qui putauit me fuisse deceptum: & meo iudicio, in quo etiã nũc sum, irrefragabiliter probasse meã priorem sententiam. Quare admoneo Dominum meum Illustris. id, quod circa hoc tunc dixi, & tradidi, si non fallor, Illustris. D. Card. Sirleto, apud quem fortè illa inueniri possent.

Octauò, q̃ videtur prouidendum de alimentis eis, qui contra voluntatẽ patrum & cognatorum suorum volunt catechizari, & baptizari. Salua, &c.

Aduertendum hoc responsum, ad q̃ se remittit, esse illud de quo supra tit. De conuersione infidelium consil. 4.

SVMMARIVM.

Baptismus ferè confertur, si pueri intra ventrem matris existentis manus vel aliud membrum extra corpus matris apparens abluitur: causaturque ex eo, & non ex sequenti, qui datur ad cautelam, cognatio spiritualis, quæ impediat & dirimas. 1

CONSILIVM II.

DE quodam N. qui tenuit infantem ad baptismum, datum ei, antequã nasceretur integre in aliqua sui corporis

ris

ris parte, etiam alia quàm capite, nempe brachio, vel pede, an fiat compater, ita vt non possit contrahere matrimoninm cum matre sic baptizati.

1 Respondeo primò, in ea me semper fuisse sententia, quæ habet, puerum seu infantem nondum integre natum, & propter timorem mortis baptizatum per ablutionum capitis, vel alterius cuiusq; partis iã natæ, vel apparentis extra corpus matris, esse verè baptizatum, vt dixi
a nu. 3. de cap. fin. dist. 1. mus in c. vulgaris,[a] & quod licet ad cautelam sub conditione, [Si non est baptizatus, &c.] possit licitè baptizari, secundus tamen ille baptismus non est verè baptismus, si prior verè fuit ministratus in illa parte apparente, & quod ex secũdo baptismo ad cautelã ministrato cum catechismo & exorcismo non nascitur compaternitas, nec cognatio spiritualis quæ impediat, & dirimat matrimoniũ, sed ex priori baptismo ministrato sine catechismo & exorcismo.

Secundo, quod ex prædicta resolutione sequitur dicendũ, præfatum N. fuisse, & esse verum compatrem prædictæ matris, & non posse contrahere cum illa sine dispensatione Papæ. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Monstrum illud non est baptizandũ, quod caret anima rationali, sine qua non constat homo, qui solus baptismi est capax: an autem sit talis natus cum capite ferino, & reliquis membris humanis, iudicio peritorum relinquitur. nu. 2.*

CONSILIVM III.

ca. in quadam, de celebr. Miss. AN monstrum natum cum vno solo capite, eodemque ferino, debeat
c in clemẽ. 1. §. ad hoc. de summa Trinit. baptizari?

1 Respondeo primò, quòd si est certum eum non habere animam rationalem, non est baptizandus. Tum quia solus homo est baptizandus secundũ om-
d in lib. 4. sententiarũ dist. 6. q. 4. nes, & quod caret anima rationali non est homo.[b] Tum quod hoc in specie asseuerãt Card. & And. Sicul.[c] & satis col
e Verbo mõstrum. ligitur ex Soto,[d] & summa Angelica,[e]
f Verbo baptismus. 3. q. 10. & Sylueſtro.[f]

2 Secundo, quod præfatus Cardinalis & And. Siculus videntur significare qđ monstrum habens caput ferinum nõ cẽsetur homo rationalis, sed quia monstrum, de quo quæritur, habet oĩa membra humana præter caput, ego nihil de hoc iudico, nec est facultatis meæ iudicare de illo, itaque remitto hanc partẽ ei, ad quẽ spectat de illa ferre iudiciũ & declarare si est cẽsendus homo rationalis, an verò brutũ irrationale. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Baptismatis collatio facta secundum ritum Græcorum tenet, & nu. 4. sed nec vitiatur, ex eo quod sit collatum ab hæretico, Iudæo, vel Pagano, nu. 3. modo adhibita fuerint necessaria cũ intentione faciendi quod facit Ecclesia. nu. 7.*

2 *Baptismum non vitiat diuersitas verborũ, modo actum baptizandi, & causam principalem baptismi, sanctissimam scilicet & gloriosissimam Trinitatem, sufficienter exprimant, secus si aliquod necessarium omittatur, vel corrumperetur substantialis sensus verborũ, vt factum Bosnenses, qui loco illius vnicæ dictionis Spiritussancti, ponunt hanc Spiritus, omissa alia particula Sancti, nu. 4. 5. & 6. vel mutatio esset facta ad fouendum errorem intolerabilem, aut omitteretur vna ex tribus personis adorãdissima Trinitatis. nu. 6.*

CONSILIVM IV.

CVm Græci & schismatici, præsertim Seruiani, hoc est, Græci sacerdotes defecerint à S. Romana Ecclesia, & perdiderint ritum Catholicum, & sacramentum: dubitatur, si contingat aliquem ex his conuerti ad fidem Catholicam, num is baptizari debeat absq; conditione in forma baptismi. [Si non est baptizatus.] Et ratio dubitãdi est, quia forma baptismi eorum est hæc, [Baptizetur seruus Christi in nomine Patris, & Filij, & Spiritus:] & non exprimunt verbum [Sancti, & amen.] & propterea non intendunt ipsi facere, quod facit Ecclesia Romana.

1 Ad hãc quæstionem dico, quod facile cuiq; videri potest vera pas negatiua. Primo, quia forma baptismi Græcorum, licet quoad verba differat à forma ecclesiæ Romanæ, sufficiens tamen est ad conficiendum verum baptismum, vt præsupponit Innoc. III. in Concilio ge-
a de baptis. nerali, de quo in c. [licet,][a] quod lon-
b in suo decreto de sacramentis. gè expressius definiuit Conc. Florent.[b] & affirmat D. Thom. communiter receptus. [c] At in prædicta prouincia Bosnæ
c in 4. dist. 3. & in par. qõ. 67. art. 6. Græci baptizant secundum formam Ecclesiæ Græcorum ergo.

2 Secundo, quod diuersitas verborũ formæ baptizandi non reddit baptismũ nullum, modo actum baptizandi, & causam principalem baptismi, sanctissimam scilicet & altissimam Trinitatem sufficienter exprimant,[d] at verba formæ,
d cap. si nõ sanctificatur. & cap. retulerunt. de consecr. dist. 4. qua baptizantur, & de qua quæritur, videntur eam sufficiẽter exprimere: ergo.

3 Tertiò, q̃ nihil obstat, quod ij, de quibus quæritur, fuerint baptizati ab hęreticis, & schismaticis, q̃m licet S. Cyprianus cum multis alijs episcopis opinatus fuerit, hæreticos non posse sacramenta vera & valida alicui dare, & refertur in d. c. [si non sanctificatur,][e] con-
e Et in cap. quomodo. de cõsecr. d. 4. trarium tamẽ est verum, vt prædicti canones probant, & nouus canon. 4.[f] Con-
f de baptis. cil. Trid.[g] & facit etiam canon 12. de sa-
g Sess. 7. cramentis eiusdem sessionis, præsertim autem sacramentũ baptismi, quod con-
h ca. à quodam. de cõsecr. dist. 4. ferri etiam potest à Iudæo, & Pagano.[h]

4 Non obstantibus tamen his, pars verior videtur affirmatiua, scilicet, quod sint iterum baptizandi, saltem sub con-
i de baptis. ditione, [si non es rite, &c.] iuxta c. 2.[i] immo & meo iudicio purè. Tum quia forma, qua baptizant in prædicta prouincia hæretici, & schismatici, non est cõsona formæ baptizãdi ecclesiæ Romanæ, neq; Ecclesię Græcorum, quam prędicti canones & doctores probant: in illa enim ponuntur ista verba: [In nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti. Amẽ] In hac autem nostri casus, [In nomine Patris, & Filij, & Spiritus,] tacentes illud verbum, [sancti, & Amen,] Tum quia diuersitas verborum formæ sacra-
k de cõsecr. dist. 4. menti, per quam corrũpitur legitimus & substantialis sensus verborum, quæ
l in 4. dist. m art. 7. & melius art. 8. & dist. 3. q. 1. artic. 5. col. 4. sunt de substantia & essentia sacramenti, facit inualidum sacramentum, iuxta c. [multi.][k] adiuncta glo.[l] & tradunt D. Tho. & alij,[m] vbi nouissimè latè declarat Sotus,[m] ponendo regulam, quod mutatio formæ verborum baptismi, siue subtrahendo, siue addendo, siue transponẽdo, siue corrumpendo, per quam quippiam necessarium omittitur, efficit baptismum nullum.

5 At in forma ꝑdicta baptizãdi Bosnę subtrahitur verbum, [Sancti,] quod est necessarium ad significãdum Spiritũsanctum, tertiam personam beatissimæ Trinitatis: solum enim verbum, [Spiritus,] sine adiectione verbi, [Sanctus,] non est nomen proprium Spiritussancti, nec appropriatũ Spiritui sancto, vt docet S. Th. receptus,[n] vbi ait, quod nomen [Spiri-
n 1. p. q. 36. art. 1. tussanctus] captum in vim duorum nominum omnibus personis cõpetit: quia etiam Pater, & Filius est spiritus, & sanctus, sed captum in vim vnius nominis est nomen proprium Spiritui sancto ex sacræ Scripturæ accommodatione. At in prædicta forma Bosnæ ponitur verbum [Spiritus] sine [Sancti:] ergo non ponitur ibi nomen Spiritussancti, & ita non ponuntur nomina trium personarum, quæ necessario debẽt poni in forma baptismi, iux. c. vlt. Matthæi: & consequenter per illam non conficitur baptismus.

6 Tũ quia verba sacramenti, mutata ad soluendum errorem intolerabilẽ, de-
C struunt sacramentum, vt latè post alios tradit prædictus Sotus vbi supra. At baptizatores Bosnę mutant verba ad fouẽdum hæresim suã de Spiritusancto, qđ non est Deus, & creator, sed creatura: ergo. Tũ quod Zacharias Papa in duabus vel tribus partibus c. [in Synodo,][o] di-
o de consue. dist. 4. xit expresse, qđ baptisma, in cuius collatione defuit vnum nomen trium personarum sanctissimæ, excellentissimæque Trinitatis, nihil valet, & idem ait Didymus in libro de Spiritusancto, quẽ citauit Sotus,[p] dicens, Si quis baptizare co-
p in 4. dist. 3. art. 6. co-lum. 4. netur, vt vnum ex prædictis nominibus omittat, scilicet, Patris, & Filij, & Spiritussancti, sine perfectione baptizabit.

Ad primum oppositorum respondetur, concedendo quod forma baptizãdi Ecclesiæ Græcorum, de qua Innoc. III. & Concilium Tridentinum & alij Doctores in eo citati loquuntur, est sufficiens ad conficiendum verum baptismum: negando tamen, quod forma prædicta Bosnæ sit illa, de qua loquuntur illi, cum desit nomẽ proprium Spiritussancti, quod habetur in alia.

Ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad secundũ respondetur concedẽdo in eo assumptum, negando tamen quod prædicta forma Bosnæ contineat verba sufficientia ad exprimendum legitimũ & necessarium sensum: quia deest nomẽ [Spiritussancti,] sine quo non satis sufficienter exprimitur sacrosancta & venerandissima Trinitas, cuius expressio vti causa principalis baptismi est legitima & necessaria per superius dicta.

7 Ad tertium respondetur, concedendo, quò baptisma collatum ab hæretico schismatico, & etiam Pagano valet, modo ea sint illi mente, vt velint facere id, quod Ecclesia intẽdit, & exprimant sanctissimam & sublimissimam Trinitatem vti causam principalem eius sufficiẽter, & non addant, vel tollant verba, quibus suum errorem intolerabilem apertè foueant: negando tamen, quod talis sit forma Bosnæ, per prædicta.

SVMMARIVM.

1 *Baptizandus non est rationis capax, qui vult in peccato vel infidelitate perseuerare: si tamen baptizetur, habeatq; intẽtionem illud recipiendi, verum recipit baptisma. At infidelium filij vsu rationis carentes, quos parentes, penes quos sunt remansuri, ob id petunt baptizari, vt sic ab infirmitate liberẽtur, baptizãdi sunt, sicut & maiores, qui ideo excitantur vt baptizentur, quia sperant sanitatem corporis recipere.*

CONSILIVM V.

QVia interdum reperiuntur Turcę & eorum filij grauissimis morbis arrepti, qui in hoc tm casu baptismum requirãt, q; sæpe viderint, aut audierint talibus collatum sanitatẽ restituisse: quæritur, an baptismus ijs tali intentione petentibus sit concedendus, vbi sciendum est fratres de Obseruantia periculũ vitæ incurrere, si negent, cum negari sibi hac de causa putent, ne corporis sanitatem consequantur: eoq; magis, quia superioribus ipsis multi hoc tm nomine fuerunt baptizati, & post Conc. Trid. fratres prædicti abstinuerũt quod id illis non licere dicerent ex decretis Franciscanæ religionis, non autẽ Concilij, & de ritu S. Romanæ Ecclesiæ quia hac ratione mortem subijssent.

1 Respondeo primò, quod nulli peccatori peccato mortifero infecto volenti perseuerare in eo est dandum baptisma per ea, quæ ad hoc citat D. Thom.[a] nec consequenter infideli volenti perseuerare i infidelitate, vt ipsemet affirmat. *a 3.p.q.68. art.4.* *b in ead. q. articu.8. ad quartum.*

Secundo, quod si hmõi ægroti essent infantes, vel parunli, qui nondũ sunt iudicium rationis assequuti, possunt de cõsensu parẽtum baptizari, vt ipsemet receptus,[c] definit. Si autem sunt adulti, & iudicium rationis assequuti, non sunt baptizandi, si nõ volunt ab infidelitate recedere, & catechizati credere fidei necessaria: quamuis verũ baptisma susciperent, si veram haberent intentionẽ illud suscipiendi, vt ex prædicto D. Tho.[d] col ligitur. Si autem velint ab infidelitate recedere, & catechizati credere fidei necessaria, possunt, & debent baptizari, & si ad id morbus, vel amor salutis incitauerit, cum oẽs ẽt infideles præceptum de baptismo suscipiendo obliget, secundũ eundem D. Th.[e] & latius Sotus,[f] licet D. Th. ibinõ rectè citetur. Salua, &c. *c 2.3.q.10. art.12.* *d art.8. & addutis in eo.* *e in d.q.68 art.1. & q.70.a.2. ad 3. et melius in 4.d.3.q.1.ar.3.q.3.* *f in eod.4. dist.5.ar.1.*

SVMMARIVM.

Martyrium à prægnante pro Christo assumptum valet fœtui animato pro baptismo, & prodest ad salutem: immo & is, sicut sancti Innocentes, dicitur pro Christo occisus. 1

Innocentes pro Christo occisi, non quidẽ pro prio merito, cum vsu rationis carerent, sed per gratiam Christi, salui facti fuerunt, & martyrij laureolam adepti. 1

CONSILIVM VI.

HVtrum sicut mulier grauida pro Christo mortem subiens est martyr, ita etiam filius in vtero eius existẽs, si moriatur cum illa, sit etiam martyr, & saluetur, an verò in limbum cum alijs pueris non baptizatis descendat.

1 Rñ detur, quod paruulus ille probabiliter saluabitur cum matre. Tũ quia baptismi vicem & effectum habet mors pro Christo illata c. [baptismi vicẽ. Jeũ ei annotatis, g & præfatus puer in vtero matris moriẽtis pro Christo, moritur pro eodem. *g de consecra. dist.4.*

eodem. Tum quia Innoc. qui nondum adepti fuerant iudicium rationis, antequam occiderentur iussu Regis Herodis crudelissimi tyranni, salui facti fuerunt, imò & martyrij laureolam seu coronam obtinuerunt, adeo quod festum martyrij eorum celebrat vniuersa Ecclesia intra octauam Natalis Domini, vt est notorium. Tum quia eadem ratio concludit præfatum puerum saluatum iri, quæ concludit præfatos Innocẽtes saluatos fuisse. Ratio enim, qua præfati Innocentes saluati fuerunt, & martyres effecti, nõ est quod ipsi suis actibus saluationẽ illã meruerũt: quia sine iudicio & libero arbitrio, cuius vsum nondũ fuerunt assequuti, non potuerunt mereri suam salnationem, arg. §.1. & cap. [illud,] [a] & S. Tho. receptus ab alijs, [b] reijcit opinionem illorum, qui fine iusta & sufficienti auctoritate dixerunt datum fuisse Innocentibus vsum rationis, & liberum arbitrium ad merendam gratiam & saluationem. Et ita, sicut Innocentibus sine suo merito dedit Christus gratiam, ita eadẽ ratione & misericordia dabit præfato puero illam sine baptismo, & sine vllo merito proprio. Vnde in specie Caiet.[c] dixit, quod effusio sanguinis pueri, facta etiam intra vterum matris pro Christo prodest ipsi puero nondum nato, sicut profuit effusio sanguinis Innocentium ipsis nondum vsum liberi arbitrij & iudicium adeptis. Salua, &c.

a 15.q.1. *b in 2.2.q.124.art.1.* *c Super d. art.1.*

Aduerte, quia ex rationibus adductis, ac ex citata auctoritate Caieta. elicitur D. Nauarrum loqui in casu, in quo intẽtio occidentis matrem pro Christo fertur etiam saltem virtualiter in occisionem filij nondum nati.

De reliquijs & veneratione sanctorum.

SVMMARIVM

1 *Reliquias Sanctorum in oratorio in capsulis honestè asseruari, ac in collo deuote portare licet, dummodo cesset omnis superstitio, & agatur de corporibus nequaquam perpetuæ sepulturæ traditis, nisi tum inde licite extractis. nu.3. & 4. & sq; Suffragatur consuetudo.*

1 *Corpora Sanctorum si nondum sint perpetuæ sepulturæ tradita, sine alicuius licẽtia possunt de loco ad locum transferri: quod si sint ei tradita, tũc principis requiritur auctoritas vel accedente iusta causa, præsidis sufficit licentia. nu.3. & 4.*

2 *Concessa omnia videntur, quæ cum de se mala non sint, non leguntur prohibita.*

CONSILIVM I.

ANliceat tenere reliquias corporum Sanctorum in oratorio suo, & portare in collo, vel aliqua alia parte sui corporis, vel suarum vestium.

1 Respondeo, quod S. Tho. videtur tenere quod sic,[d] quatenus ait licere illas portare in collo ad honorem Sancti, cuius illa sunt, ob fiduciã & spẽ intercessionis eius ad diuinam maiestatem, modo id fiat sine aliqua vanitate, & superstitione: qualis est, quod vas sit triãgulare, aut de illa vel illa materia: & à fortiori licebit eas tenere in aliquo oratorio honesto, vel seruare i aliqua honesta arca.

d in 2.2.q. ar.4.ad 3.

Pro cuius sententia facit primo l. [si necdum.] [e] quatenus habet, posse quem corpus nõdum perpetuæ sepulturæ traditum fine alterius licentia in alium locum mutare.

e c. de relig. & sumpt. fun.

2 Secũdo quod ea quæ per se nõ sunt mala, videntur concessa, si non sunt prohibita, arg. l.1.[f] & l. [si quæramus.] adiũcta glossa, [g] at nullo iure naturali, diuino, vel humano authentico quis prohibetur tenere, vel deferre honeste reliquias Sanctorum: ergo, &c.

f ff. de testi. g ff. de test.

Tertio, q; legitur, Constantinum, & Helenam matrem eius, & alios multos reliquias habuisse, & portasse, imò & cõsuetudo ferè omniũ deuotorum totius orbis Christiani hẽt, procurare sibi reliquias aliquorũ Sanctorũ, quas vel portent secum, præsertim ad prælia, & loca periculosa, vel teneant eas domi in aliquo honesto loco ad excitandam deuotionem in eos, & fiduciam sperandæ pietatis à Deo per eorum intercessionem,

3 Non obstat, quod Angelus in summa,[h] dicat tenendum esse cõtra S. Thomam, quia non probat id efficaciter. & *sumpt. l. enim 1. & vltim.* [i] & rationes, quibus *fun.*

h Verbo reliquiæ. §. fin. i c. de relig.

mouetur, solum habent, corpus ppetuæ sepulturę datum non esse sine principis licentia transferendum absq; causa, neque cũ illa absq; licentia præsidis: quia S. Th. non loquitur de translatione corporis Sancti sepulti, sed de aliqua particula, vel mutatione eius, vel aliquarum rerum ad illum pertinentium, quæ vel nunquam fuerunt perpetuæ sepulturæ traditæ, vel iam iusta cum facultate fuerunt translatæ, vel mutatæ.

a in summa, verbo reliquiæ. q. 5. *b de consecra. dist.* 1.

4 Quare merito etiam Syluester,[a] cõmonitus Angelo, consentiendo alijs a se citatis. Non obstat etiam c. [Corpora Sanctorum de loco ad locum non sunt trãsferenda sine licentia principis, &c.][b] quod magis facit pro Angelo, quàm illa quæ ipse citat: quia eodem modo rñderi potest illi vt responsum est prædictis legibus. & ita glossa expresse limitat illud non procedere in corporibus Sanctorum non traditis perpetuæ sepulturæ, per d.l. [si necdum.] Salua, &c.

Vide consil. 9. de sepul.

SVMMARIVM.

1 *Reliquiæ sanctorum nec venales exponi, nec extra capsam ostendendæ: minus tamen peccat qui eas vendit, quàm qui terram cœmeteriorum, in quibus corpora sanctorum sepulta fuerunt, per campos dispergunt cum periculo etiam dispergẽdi reliquias eidem permixtas.*

2 *Dubitans probabiliter, an quid liceat, si illud facit, peccat, sicut & qui cõtrauenit conscientiæ probabiliter dubiæ.*

CONSILIVM II.

ABbas ex cœmeterio Sancti N. vbi legitur tot Sanctos martyres sepultos fuisse, extraxit puteolanam ad ædificandum, dispersitq; terram per campos. Quæritur, quam pœnam incurrerit.

1 Respondeo, prædictum D. Abbatem videri grauiter deliquisse. Tũ quia prohibitum est l. Cæsarea 3.[c] vt [nemo martyres distrahat, neq; mercetur.] Tum quia reliquiæ Sanctorum non debent exponi venales, neque ostendi extra capsam, vbi sunt repositæ,[d] propter reuerentiã, quę debetur eis: & prædictus Abbas licet nõ videatur vendidisse reliquias martyrum ecclesiæ S. N. videtur tamen eis irreuerentiam fecisse extrahendo prædictã terram puteolanam, intra quam est verisimile multas reliquias comminutas ex ossibus & corporibus Sanctorum in terram conuersas commixtas inueniri potuisse, quandoquidem maior irreuerentia videtur eis facta, quàm si vendidisset eas, vel exposuisset vendendas aliquibus in finem reuerenter colendi eas.

c cap. de sacrof. eccles. *d cap. 2. de reliq. & vener. Sanct.*

2 Tum quia nõ videtur excusari posse prædictus Abbas ob ignorantiam: quia verisimile videtur eum sciuisse, in cœmiterio tot millium martyrum, & tot Pontificum à tanto tempore ibi sepultorũ, multas reliquias tam ossium, quàm corporum esse permixtas terræ prædictæ, quam extraxit, & dispersit: & cum id sit verisimile omnibus, maximè erit prædicto Abbati, qui credere debuit id quod adeo verisimile est, iuxta l. [quia verisimile.] cum ei adnota.[e] nã & non solum peccat qui contrauenit ei, quod certum est non debere fieri, sed ét qui probabiliter dubitat an debeat fieri, & facit, iux. c. [dubius in fide infidelis est.][f] & non solum delinquit qui contra conscientiã certam facit, sed etiam qui contra probabiliter dubiam, vt latè nos tradimus in c. [qualitas,][g] post S. Tho.[h] quando quidem (vt ibi probatur) qui dubio pro babili peccandi mortaliter se exponit, mortaliter peccat, iuxta illud. i [Qui amat periculum, peribit in illo.

e de præsumpt. & l. non est verisimile. ff. quod metus causa. *f de hæret. g nu. 18. de pœn. dist. 5.* *h Quodlibet. 8. artic. 13.* *i Eccles.*

SVMMARIVM.

1 *Crucis signum ne sculpatur in pauimentis statuere potest Synodus diœcesana & prouincialis.*

1 *Statuere contra ius commune etsi nõ possit Synodus prouincialis, vel Episcopalis seu Episcopus, hoc tamen secundum aliquot non procedit, quando per hoc statutum reduceretur res ad ius antiquũ, nec quãdo derogatur cõsuetudini, quæ est præter ius vel solũ permissa, non aũt approbatiua.*

CONSILIVM III.

VTrum Synodus Prouincialis, vel Episcopalis possit statuere, ne signum crucis pingatur, vel sculpatur in aliqua re humi iacente?

Respon-

1 Respondeo, videri probabile, posse Concilium Prouinciale statuere id, qđ statuit Imperator in l. 1.[a] Tum quia est constitutio iuri communi consona. Tũ quia Episcopus põt statuere contra ius commune nouum redeundo ad ius cõmune antiquum, secundum Panorm. & quosdam alios, quos citat Felynus.[b] Tum quia licet hoc displiceat Felyno, tñ non est hoc statuere contra ius commune, sed solum contra consuetudinem generalem, vt videtur probare c. [in his.] & c. [Catholica,][c] & nos tradimus in Man. conf.[d] ad propositum satis huic simile, post alios ibi citatos, negari tñ posset, q̃ sit generalis consuetudo, cum in plerisq; partibus abstinea tur ab huiusmodi sculptura, & pictura. Tum quia dici posset, q̃ consuetudo cõtraria prædictæ legi Cęsareę videtur potius permissiua, quam approbatiua, inter quas magna differentia est secundũ glossam,[e] & tradita per Ioannem Andream.[f] Tum deniq; q̃ propter hæc omnia satis iustè potest dici prædictam constitutionem esse potius præter ius quàm contra illud. Salua, &c.

a c. nemini licere signi fic. Salu. &c. *b cap. quod super his. de maiorit. & obed.* *c 11. dist.* *d c. 21. nu. 5.* *e cap. denique. 4. dist. f in Mercurian. de reg. iur. in 6.*

SVMMARIVM.

1 *Ieiunium Quadrageſimæ duo præcipit, primum, vt totam, secundum, vt singulos dies eius ieiunemus: & qui fregit primũ, tenetur adhuc seruare secundum.*

CONSILIVM II.

AN qui fregit ieiunium quadrageſimæ male, teneatur ieiunare reliquos dies Quadrageſimæ, qui supersunt.

1 Respondeo q̃ sic: quia præceptum de ieiunanda Quadrageſima duo præcipit, alterum, vt ieiunemus totam, alterum, vt ieiunemus singulos quosq; dies eius: ita, quod, licet fracto priori præcepto ieiunando vno vel altero die, tenetur quis reliquos singulos quosq; dies ieiunare, vt colligitur ex his quæ determinat S. Tho.[i] & ibi Caietanus,[k] & ex his quæ nos tradimus in Man. conf.[l]

i 2. 2. quæst. 147. k art. 6. & 7. l c. 21. nu. 20. & 27.

SVMMARIVM.

1 *Ieiunare valentibus famulis, & cœnam petẽtibus, debet dominus denegare, etiãsi inde debeat reputari auarus.*

CONSILIVM III.

DOminus timoratæ cõscientię, animaduertens pueros suos, cũ possent, nõ ieiunare, eosdẽ admonuit, vt si possent, ieiunarẽt: sed q̃a credit eos clã comedere, non curat amplius rem indagare, ne habeatur pro auaro. Dubitat, an teneatur ad aliquam maiorẽ diligentiam, & ad quã, maximè cum credat eos sine aliqua causa iusta ieiuniũ frãgere.

1 Respondetur, q̃ prefatus dñs debet denegare cœnam famulis potentibus ieiunare, non curando de opprobrio auaritiæ, imò gaudendo, cum maledicant ei propter Deum, iuxta illud, [Beati eritis, cum maledixerint.] Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Dispensatus vt secretè, & sine scandalo diebus pisculentis carnibus vesci possit, non coram socijs, sed separatim eas ita comedere potest, vt alij videant, quod in quo potest Ecclesiæ obedit.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

CONSILIVM IV.

AN dispensatus, vt possit comedere carnes diebus pisculētis secretè, & sine scandalo, possit eas edere coram socijs, quibuscum ordinariè comedit.

1 Quæstio hæc satis magna est: & ꝓ parte quidem affirmante faciunt illa, q̄ nos scripsimus de publico, & occulto, & pene occulto, in Manuali confessar. [a]

a c.27. nu. 250.

Pro parte verò negante facit, ꝙ in oībus dispositionibus mens & intentio dispōētis est seruanda, [b] & ꝙ mens & intētio Papæ dispensantis cū hac clausula vī esse, ne solito modo cū alijs socijs domesticis, & exteris aduenientibus, comedat, sed ꝙ ita comedat, vt scientes eū comedere intelligant eū recognoscere, quòd Ecclesia sancta sanctè īstituit dies ieiuniorum, & alios pisculentos, in quibus abstinendum sit à carnibus, & quod præstat ei obedientiam, quam pōt prę-stare, licet nō possit eam, quam omnino deberet. Et ita separatim eas comedat.

b l. in omnibus. ff. de cō dit. & demonstr. & c. fi. de prebend.

Et ad oppositа, quæ ex loco supra citato adduci possent, responderi potest, procedere in alijs materijs, in quibus alia mens & intentio statuentis Ecclesię consideratur: quamuis in præsentia non liceat per occupationes id speciatim & singulatim monstrare. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Dictiones, huiusmodi, præfata, dicta, faciunt relationem restrictiuam ad præcedentia.*

2 *Priuilegia, dato aliquo quod operentur, restringenda.*

3 *Dispensationes exorbitantes odiosa sunt, & restringendæ.*

4 *Ieiunium ecclesiasticum differt à ieiunio per Iobelæum, vel confessarium, vel voto, vel alia causa particulari indicto: vnde dispensatus per Cruciatam, vt comedendo oua satisfaciat ieiunio ecclesiastico, non tamen comedendo illa satisfaciet alijs prædictis ieiunijs, nu. 1. & seq.*

CONSILIVM V.

GRegorius XIII. cōcessit Cruciatā: cum clausula, vt [qui acciperēt illam, possent comedere oua & lacticinia diebus, quibus est indictum ieiuniū ecclesiasticum, & satisfacere huiusmodi ieiunio, seruando alia, quæ requirit ieiunium:] postea Sixtus V. concessit Iobelæum cum ieiunio feriæ quartæ, sextæ, & sabbati. Quæritur, an gaudētes clausula Cruciatæ, & ieiunantes secundum formam eius, satisfaciant ieiunijs indictis à Sixto in bulla sui Iobelæi?

1 Respondeo, quòd non. Tum quod dispensatio, siue priuilegium prædictæ clausulæ Cruciatæ solum concedit facultatem comedēdi oua & lacticinia in diebus ieiuniorum Ecclesiasticorum: concedit ēt facultatem gaudentibus illa, vt possint comedere oua & lacticinia in diebus ieiunij Ecclesiastici, & ꝙ seruando alia, quæ requirit ieiunium, censeatur satisfacere huiusmodi siue p̄fato ieiunio: qđ est restringendum ad ecclesiasticum: verbum. n. [præfatum,] vel [huiusmodi,] sunt restrictiua ad illud, qđ refertur iux. l. [huiusmodi,] cum ei adnoratis, [c] & sic hñt verba Hispana Cruciatę, [Guardādo en lo demas la forma del ayuno ecclesiastico Ioā vistos hauer cōplido y satisfecho ad dico ayuno.

c ff. de leg. 1.

2 Tū quia priuilegia, licet ita sint interpretanda, vt aliquid operentur vltra ius commune, c. in his. de priuileg. non sunt tamē extendenda ad alios effectus, dato aliquo, quem operentur, & ad quē sint vtilia, vt tradit Panormitanus, [d] quē copiosè cum multis alijs citat & sequit Decius, [e] & consequenter præfatum priuilegium non debet extendi ad alios effectus, dato aliquo, quem operetur, & interpretando, quod præfatum priuilegium operatur quo ad ieiunia ecclesiastica, siue ab Ecclesia iure communi instituta, non est extendendum ad ieiunia per præfatum Iobelæum indicta.

d in c. certificari. de sẽ pulț. e in c. 1. nu. 16. de resc.

2 Tum quod dispēsationes, quæ exorbitant à iure communi, quale est prædictum priuilegium, sunt odiosę, & restringendæ. [f]

f c. ea quæ. & c. odia. de reg. iur. lib. 6.

4 Tum quod à separatis nō fit illatio, [g] & secundum proprium & vulgarē modum loquendi aliud est ieiunium Ecclesiasticum à communi iure inductum, & aliud ieiunium, qđ quis vouet, & aliud ieiunium à confessore in pœnitentiam impositū, & aliud ieiuniū alio respectu particulari impositum: & cōsequenter pri-

g l. Papin. ff. de minoribus.

priuilegium datum ad moderandū ieiunium Ecclesiasticum institutum à iure cōi, non est extendendum ad ieiunium votum, vel à confessore iniunctum, vel à summo Pontifice, vel ab aliquo alio Superiore ad aliquem particularem respectum impositū alicui particulari homini vel personæ: quale fuit ieiunium iniunctum à S.D.N. ad quærendam Iobelæi indulgentiam pp grandem & particularem respectum. Tum quod generi per speciem derogatur, [a] & consequēter præceptum speciale factum de ieiunando à summo Pontifice, ꝙ præsumit factum de modo ieiunandi ſm ius commune, derogat priuilegio gñali satisfaciendi ieiunio Ecclesiastico. Salua, &c.

a c. generi. de reg. iuris lib. 6. & in regul. in toto. ff. eodē.

Vide consiliū sequens, ꝙ licet alicui videri possit, non tñ est huic contrariū.

SVMMARIVM.

2 *Priuilegium præsertim personale non extēditur vltra proprietatem verborum.*

3 *Ieiunare dicitur, qui necessitate ductus aliud non habens, edit quidem carnes, sed in reliquis ieiunium obseruat: quia necessitas facit, vt carnes sint cibi ieiunij: & quod dici probabiliter potest de eo, cui Papa concessit, vt diebus ieiuniorum posset vesci carnibus, & ouis, num. 2. verba tamen concessionis in primis erunt ponderanda, num. 1.*

CONSILIVM VI.

PApa fecit facultatem N. comedendi carnes & oua diebus ieiuniorum. Quęritur, an ipse N. lucretur meritum ieiunij seruādo alia, q̄ requirūt ieiunia.

1 Respondeo primo, ꝙ cum non videre rim breue, non possum cum certitudine integra respondere. [b]

b l. inciuile. le. ff. de legib.

Secundo, ꝙ priuilegium præsertim personale non debet extendi vltra id quod verba propriè significant. [c]

c cap. porro. de priuileg.

Tertio, ꝙ potest dubitari, an facultas vescendi carnibus & ouis in die ieiunij includat facultatem, vt ille, qui eam habet, censeatur ieiunare seruando reliqua, & an sit maior facultas, quæ datur comedendi vetita, cum facultate, vt seruādo alia censeatur ieiunare, quām simplex facultas comedendi vetita in die ieiunij, super quam quæstionem multa possent dici.

2 Ego verò nunc (salua mente Papæ) inclino in partē affirmatiuā. quia vī sua Sanctitas, concedendo huiusmodi facultatem, virtualiter concedere, vt carnes & oua sint priuilegiato cibi quadragesimales, vel conuenientes diebus ieiunij, & consequenter, ꝙ talibus vescens non censeatur vesci nisi cibis conuenientib. diebus ieiunij: ex quo sequitur, ꝙ comedendo tales cibos non frangit ieiunium, & ꝙ verè ieiunat, & consequentur consequetur meritum ieiunij.

3 Sicut credo ꝙ consequeretur illud, qui, quia non pōt habere panem & cibos quadragesimales, comederet semel tm̄ in die carnes, aut oua, aut lacticinia: quia necessitas facit hos cibos quadragesimales, quales ēt facit priuilegiū Papæ, quia in vtroq; vī esse eadem ratio.

Vide consilium præcedens.

De Ecclesijs ædificandis, vel reparandis.

SVMMARIVM.

1 *Pensionem habens super beneficio tenetur pro rata ad reparationem illius Ecclesię, nisi pensio ab omni onere sit libera.*

CONSILIVM I.

QVæritur an pensionarius clericus habēs pensionē impositam super aliquo beneficio Ecclesiastico, & fructibus eius, teneat̄ pro rata soluere impensas faciendas in refectione tecti & parietum Ecclesiæ.

1 Ad hanc quæstionem respondetur primo, ꝙ eam tractat Gigas doctor egregius in tract. responsorum ad quasdam quæstiones ei propositas super pensionibus, [d] & respondet affirmatiuè, ꝙ sic, si nō fuit impositа, ita, vt esset libera ab omni onere, &c. vt frequentissimè imponi solet à Sancta sede Apostolica.

d quæst. 8.

Secundo, ꝙ si pensio prædicta non fuit impositа ita, vt solueretur libera ab omni onere, Dominus consulens tenetur ad soluendos sumptus in prædicta

refectione factos pro rata redituũ prædicti beneficij. Et quia fundamẽta, quibus prædictus Gigas mouetur, apud eũ, & apud allegatos ab eo videri possunt, & quia etiam non vacat ob alias occupationes, remitto consulentem ad ea.

Aliqua ad accessoria huius quæstionis pertinentia videri possunt per Fea lynum, [a] & per Caccialuppum, [b] & glossam celebrem. [c] Salua, &c.

a in cap. ad audiẽtiam. 2. de rescri.
b in trac. de pẽsio. q. 10. & 16.
c in clem. 1 de decim. i glo. 1.

De immunitate Ecclesiarum, cœmiterij, & rerum ad eas pertinentium.

SVMMARIVM.

1 *Iudex extrahens ab Ecclesia exempta hominẽ, & iussus ab eiusdem Ecclesiæ Prælato vt captum restituat, non satisfacit, si captum liberum abire permittat, vel se subijciat obedientiæ Episcopi non habentis in illa Ecclesia iurisdictionem.*

CONSILIVM I.

EX Ecclesia exempta prætor hominem malefactorem extraxit, & postea Episcopo ordinario se submisit, & incarcerato fugiendi facultatem fecit, & Ecclesiæ exemptæ conseruator mandauit dictum carceratũ restituere. Dubitatur, an prætor pœnam per monitorium cõseruatoris positam incurrerit.

1 Respondetur primo, desiderare me videre copiam mandati conseruatoris, vt certius respondere possim, iuxta l. [vt responsum.] [d]

d c. de transac.

Secundo, inclinare me multum ad dicendum Dominum prætorem de rigore iuris incurrisse pœnam, quia non restituit captum illi Ecclesiæ, de qua cepit eum: quia non excusat ab inobedientia illa submissio, quam fecit Episcopo, qui non habebat iurisdictionem in illa Ecclesia exempta.

Tertio, putare me facile consequuturum eum gratiam cum Prælato, eo q̃ promiserit fugere, & ita facere libertatẽ, vt posset, si vellet, redire ad Ecclesiam prædictam regularem, in cuius porta fuit captus: nisi aliquid aliud, quod tamen non proponitur in casu, pacem inter eos impediat. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictionem etiam secularem ad personas ecclesiasticas spectantem sibi vsurpans laicus incidit in excommunicationem bullæ: & hoc modo dicta iurisdictio ad dictos ecclesiasticos ratione dignitatis Ecclesiasticæ spectet, aliàs non nu. 2.*
3 *Patronus laicus, cui competunt mẽses quatuor tantummodo ad præsentandum, is dicitur, cui, etiamsi sit clericus, competit ius præsentandi ratione bonorum laicalium: Ecclesiasticus autem, cui dantur menses sex, est, cui dictum ius ratione tituli Ecclesiastici competit.*
4 *Ecclesiasticis, inter quos etiam sunt monachi, etiamsi non sint clerici, insolita etiã mediatè vel immediatè imponẽs onera incidit in bullam Cœnæ.*
5 *Ecclesiasticis onus illud censetur impositũ, quod ita eorum subditis imponitur, vt ipsi cogantur illud in effectu subire.*

CONSILIVM II.

PRætor & magistratus ciuitatis N. incolas castri Turris S. Seuerini ad suum tribunal traxerũt, & eis imposuerunt onus soluendi singulis annis cereũ in recognitionem dominij. Et cum iurisdictio dicti castri pertineat ratione abbatiæ ad Abbatem monasterij S. Seuerini, & cũ indirectè onus Abbas, & monasterium soluere cogatur, quæritur, an prætor, & homines de magistratu in bullam Cœnæ inciderint.

Dubium prædictum videtur resoluẽdum affimatiuè, videlicet prędictũ prętorem, & prædictum magistratũ incurrisse excommunicationem bullę Cęnę Domini duplici capite. Vnũ est, q̃ qui vsurpat iurisdictionem pertinentem ad personas Ecclesiasticas, incidit in illã, & prædicti, vt præsupponit in dubio, vsurparunt iurisdictionẽ pertinentẽ ad Abbatem S. Seuerini, qui est persona ecclesiastica: nam decreuerunt, & relaxarũt mandatum executoriũ contra subditos prædicti Abbatis, quos sciebant illi esse subiectos, & à iurisdictione sua exẽptos: nec prodest illis dicere, q̃ non vsurparunt iurisdictionem Ecclesiasticam, sed sæcularem tantum: quia ad incurrendã illam, sufficit vsurpare iurisdictionẽ pertinentem ad personam Ecclesiasticam, modo pertineat ratione dignitatis Ecclesiasticæ, vt nos declaramus in septima declaratione decimæquartæ excommunicationis in Manuali. [a]

a cap. 27. nu. 69.

2 Vbi dicimus dictũ Caietani ibi citatum intelligendũ de vsurpante iurisdictionẽ sæcularem pertinentem ad personam ecclesiasticã ratione sui patrimonij separati à bonis ecclesiasticis, & non de pertinẽte ad personã Ecclesiasticam ratione dignitatis, vel bonorũ, q̃ antea erant sæcularia, & per donationem, vel aliàs facta sunt ecclesiæ, quib. est annexa iurisdictio tẽporalis, vt in casu nostro.

3 Sicut in simili patronus clericus habet semestre ad præsentandum, [b] & laicus quadrimestre, [c] & licet clericus, qui est patronus ratione patrimonij sui separati à bonis ecclesiasticis, censeatur patronus laicus, iuxta cap. [cum dilẽctus,] adiuncta glossa & doctrina communi: [d] qui tamen habet præsentationem ratione dignitatis suæ, cẽsetur ecclesiasticus, etiam si eam habeat ratione bonorum sæcularium donatorũ ecclesiæ suæ, vel beneficio. [e]

b ca. cũ autem. de iur. patr.
c ca. cũ propter. eo. tit.
d de iur. patron.
e argu. c. 1. §. verũ. de iur. patr. n 6.

4 Alterum caput est, q̃ qui imponũt onus insolitum ecclesiasticis personis, incidunt in excommunicationem decimamquartã prædictæ bullæ, vt ex ea patet: & licet prædicti prætor & magistratus solis laicis directè & immediatè imposuerint onus insolitũ recognoscendi in superiorem castri Turris S. Seuerini ciuitatẽ N. mediatè tamen, & indirectè imposuerunt illud Abbati, monasterio, & monachis, qui sunt ecclesiasticæ personæ, & si non essent clerici. [f] Cũ si prædictum castrum deberet subire onus soluendi prędictũ cereum in recognitionẽ dominij, Abbas & monachi prædicti deberent recognoscere prædictam superioritatem quo ad prædictum castrum: & qui vult antecedens, vult etiam cõsequens, quod illud necessario consequitur, iuxta l. [illud,] [g] cum allatis ibi per Iasonem, & ca. [præterea,] [h] cum citatis ibi per Decium, & qui vasallo & domestico facit iniuriam, videtur eam domino facere. [i] Salua, &c.

f ca. non dubium. ca. de montalibus. de sent. excommun. & ff. de acq. hæred. l. 2. ff. de iurisd. omn. iud.
g de officio deleg.
i Clem. 1. de exceß. prælat. in princ. vbi Card. no. 3.

SVMMARIVM.

1 *Fructus beneficiorũ, vt tales, subiacere potestati & dispositioni laicorũ, asserere, impietatem sapit quãdam: illorum q; administratio ita Papæ est reseruata, vt de illis laicus princeps non possit se intromittere. nu. 3. attamen postquã à clericis in alios fuerũt translati, tũc effecti profani laicæ subiacere poterũt potestati. nu. 3.*
1 *Beneficium ius spirituale est dependenter, & spirituale quid in recipiente requirit, vt eius sit capax.*
2 *Beneficium non solum prout est ius percipiendi fructus ecclesiasticos, sed & eius prædia sunt quid sacrum: quique ea vsurpat, est sacrilegus.*
3 *Christus est verus dominus bonorũ ecclesiasticorum, Papa summus administrator.*
4 *Iudices laici si non præcipiendo, sed rogando petunt ab Episcopis monitoria, Concilio non contraueniunt Tridentino.*

CONSILIVM III.

QVæsitum fuit primò, an fructus beneficiorum Ecclesiasticorum subiaceant potestati, & dispositioni laicorum.

Secundo, an particula illa decreti Cõcil. Trid. [k] ibi, [Nec ad eas cõcedendas cuiuslibet sæcularis, etiam magistratus, auctoritate adducatur,] aduersetur stylo parlamentorum Galliarũ præcipientium Episcopis, vt dent literas monitoriales ad effectum reuelandi.

k cap. 3. de reform. sess. 25.

1 AD PRIOREM quæstionem respondeo, q̃ impietatem quandam sapere videtur, asserere fructus beneficiorũ Ecclesiasticorum, quatenus sunt tales, subiacere potestati laicorum. Tum quia beneficia sunt iura spiritualia, [l] vel certe illis annexa, non quidẽ antecedẽter, vt est ius patronatus, sed dependenter, quod est plus, ita quod ad capacitatem illorum requiritur vt præcedat quiddã spirituale, quo quis fiat capax eorũ, iuxta cap. [cum adeo,] [m] & tradit S. Tho. receptus ab omnibus. [n]

l ca. dilecto. de præben.
m de rescr.
c. ex literis. de transact.
n in 2. 2. q. 100. art. 4.

2 Tũ quia ipsemet paulò prius, [o] dixit, non solum beneficia, quæ sunt iura

o q. 99. art. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

percipiendi reditus ecclesiasticos, vt de
a in c. 1. de reg. iur. li. 6. finiunt Petrus ab Ancharano, [a] Calderinus, [b] & ibi resolutè Fely. [c] sed etiam
b in c. in nostra. q. 3. de rescript. nu. 9. prædia ipsa Ecclesiarum, quatenus sunt talia, esse sacra, & qui diripit ea, vel absque solennitate Ecclesiastica vsurpat, est sacrilegus. [d]
c Et tot. d. c. sunt qui opes. & ca. quisquis. 17 q. 4. 3 Tum quia per plura irrefragabiliter probauimus in tractatu de reditibus ecclesiasticis. [e] D.N. Iesum Christum esse verum & plenariè Dominum omniũ bonorum Ecclesiasticorum, non solũ iure illo generali, quod, [Domini est terra
e q. 1. mon. 21. & plenitudo eius,] [f] sed ĕt speciali, quali quilibet homo est dñs rei sibi donatę, vel aliàs legitimè quæsitæ: adeo quidĕ, q̃ post Conc. Trid. quod ibi citauimus, non liceat opinari contrarium. Tum quia Concil. Lateranense sub Leone X.
f Psal. 23. habitum, [g] in indiuiduo declarauit Papam esse summum administratorem & dispensatorem omnium fructuum bene ficiorum, & Reges & principes nullã su per hoc habere potestatem: quem §. ĕt nos allegauimus in tractatu de Iobe-
g Sess. 9. §. & cum fructuum. læo. [h] Dixi supra, [quatenus sunt tales,] id est fructus & reditus beneficiorum: nã quatenus sunt res vendibiles, & emi
h Nota. 29. nu. 2. biles, & translatæ à beneficiarijs in aliquem per aliquam dispositionem licitã ab Ecclesia probatam, quia per illam facta sunt profana, possunt dici subiecta Regum & principum potestati.

4 AD SECVNDAM respondetur, particulam prefati Concilij non esse cõtrariam praxi celeberrimorum & omnigena eruditione præfatorum parlamentorum. Q̃nquidem nõ est credibile parlamenta illa Christianissimi Regis auctoritate collecta, vti stylo præceptiuo in rogãdo episcopos, vt dent literas monitorias in quæstione contentas: quia id esset contra oĩa iura naturalia, diuina, & humana, vt palam est: sed stylo precatorio, vt in omnibus terris, quas ipse incolui, fieri intelleximus: quod non est contrarium præfato Concilio, quod vetat, ne oĩ auctoritate laica eas dẽt. quia
i de iudi. id intelligendum est eo modo, quo c. 2. [i] decernit, ne iudices ecclesiastici spiritualia negotia iudicio laicorum expediãt: per quod non prohibet expedire aliqua ad preces & literas precatorias Regum, principũ, & aliorum iudicum laicorum.

E Quod si replicetur præfata parlamenta vti stylo præceptorio, & quasi superiores iubẽtes aliqua suis inferioribus, emẽdandus est vti contrarius iuri diuino, & sacris canonibus irrefragabilibus, qualia sunt c. [q̃m.] 10. d. c. [cum ad verum vẽtum est,] [k] & alia multa, per quæ, vt arbitror, Rex Christianissimus id admoni
k 96. dist. et ca. nouit. de iudic. tus facile iubebit emendare. Salua, &c.

SVMMARIVM.

Gabella nedum personalis, sed nec pro rebus proprijs potest imponi clericis, etiam quando eas vendunt in territorio, vel extra illud, etiam vt alteri donent, modo non causa negotiationis, seu gratuiti contractus expresse vel tacitè initi transmittant. nu. 1. 3. & 4. & cum dubitatur an causa negotiationis transmittami, eorum statur iuramento. nu. 4.

CONSILIVM IV.

RESpublica N. imposuit nouum pedagium, siue portoriũ, ita vt etiam ecclesiasticus dono mittens aliquos fructus, etiam ad Ecclesiasticos, teneatur G portorium soluere. Quæritur, an incurrerit aliquam censuram.

1 Respondeo primò, ad hanc quæstionem rñsuro conuenire multum legere statutũ, vel declarationem, qua præfata Resp. imposuit, vel declarauit impositã præfatã gabellam, seu portorium ex his quæ dono mittunt subiecti eius existentibus extra territorium eius, contra oĩa iura, quæ vetant imponi, & exigi ã clericis gabellã personalem, vel de rebus proprijs eorum, quæ nos tetigimus in Man.
l cap. 17. nostro conf. [l] & copiosius citant Dec. [m] & citati ab eo: vt melius intelligeret
nu. 201. H causam, finem, & intentionem huiusmodi impositionis & exactionis.
m cõs. 469.

2 Secundò, q̃ iuxta iura communia canonica non potest prædicta gabella, seu portorium exigi licitè a clericis mittentibus dono pro xenio aliquos fructus de suis hortis & arboribus collectos alicui amico, vel domino, ĕt extra territorium existenti: quia secundum illa non possunt cogi ad soluẽdum portoria, vel gabellas de rebus proprijs, vel de fructibus eorum, nisi causa negotiationis ea transmitteretur, iuxta clementinam vic. [a] cum donatio non sit genus negotiandi, cum sit cõtractus gratuitus, & negotiatio fiat per contractus non gratuitos, vt colligitur ex l. 1. & 2, [b] iuncto cap. [negotiatorem, & cap. [cijciens. [c]

a De censibus.
b Et tot. tit. ff. & C. de donat.
c Et tot. d. 88. & ex to titulo ne clerici vel monachi.

3 Tertiò, q̃ clerici per iura communia supra dicta non debent vllam gabellã impositã à potestate sæculari de fructibus propriarum rerum, quos vendũt intra territorium suum: ergo neq; portorium ab eadem impositum pro transmissione ad aliud territorium per viam donationis, argumento a fortiori: quia magis debetur de rebus venditis, quam B de rebus donatis, vt colligitur ex prædictis iuribus, & [d] Panor. & ex præfato consilio Decij, qui citat multos asserentes Ecclesiam non debere gabellam de quę sitis ex titulo lucratiuo.

d Consil. 6. lib. 6.

e in cle. vlt. de censib.

4 Quartò, q̃ glossa notabilis, [e] cõmuniter recepta habet, quod si inter clericum, & publicanum, seu eius exactorem fuerit controuersia, an res, pro qua petitur gabella, deferatur causa negotiãdi, vel alias, & non possit alio modo probari, deferetur iuramentum clerico deferenti: cui sequens est non deberi portorium à clerico, nisi sciatur eum deferre C causa negotiandi.

Per quæ omnia, & alia, q̃ adduci possent, respondendum videtur, nõ esse soluendam prædictã gabellam, seu portorium à clerico mittente dono aliquid, ĕt extra territoriũ, nisi dolo, vel fraude excusandi portorium mitteret illud nomine doni, facto forte prius expresse vel tacite pacto, vt is, cui mittitur, tantundẽ vel plus remittat noĩe doni. q̃d est in causa, vt suspicer prædictam Rẽp. motam fuisse ad iubendum solui prædictum portoriũ ex fraudibus clericorũ, quæ præfato modo & alijs consueuerãt D fieri publicanis suis: cum fraus & dolus nemini patrocinari debeant. [f] Ob quod
f cap. Sedes Apost. de rescript. conueniret, vt dixi, nosse finẽ, & causam quæ mouit prædictam Remp. ad imponendam, vel declarandam prædictam exactionem. Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Bona clerici patrimonialia non gaudent priuilegio bonorum Ecclesiæ, nisi in casibus in iure expressis, vel ad illorum titulum loco beneficij sit ordinatus.*
Clericus soluens sponte collectas peccat, sed non excommunicatur, exigẽs autem sic.

CONSILIVM V.

N. Sacerdos habet patrimonium, ad cuius titulum fuit ordinatus.

Quæritur primo, an teneatur ad collectas publicas laicorũ, quæ in dies imponuntur.

Secundo, an si eas soluerit, incurrat aliquam censuram.

1 Respondetur primò, q̃ q̃uis inter doctores res cõtrouertatur, cõis tñ conclusio habet, quod bona patrimonialia non gaudent regulariter priuilegio bonorũ Ecclesiæ, nisi in casibus à iure expressis, vt tradit Panorm. [g] & alij multi,
g in c. fi. de vita & honest. cler. et in c. si dilig. de sepult. in c. eccle quos citat & sequitur Felyn. [h]

Secundò, q̃ hæc cõclusio fallit in bonis patrimonialibus, quę hẽt clericus ordinatus ad illa data ei pro titulo ordinationis loco beneficij: quia pro hmõi bo*nis gaudet priuilegijs bonorũ Ecclesiæ, h in c. eccle* etiam in casibus nõ expressis à iure per glossi. [i] quam citat & sequitur Felyn. [k] & *via. de cõst.* Dec. [l] qui omnes firmius tenuissent, si tempore suo Conc. Trid. statuisset de hu*num. 8. sub finem.* iusmodi patrimonio illa, quæ statuit, [m] *i in c. Episcopus. de præb.* vbi prohibetur tale patrimonium alienari, nisi de licentia Episcopi, &c. *k & ibi supra*

Tertio, q̃ ex his sequitur decisio quæ *nu. 10.* fionis, s. quod huiusmodi clericus non *l in d. c. Epi* tenetur ad soluendas collectas impositas, vel imponendas de huiusmodi patri*scopus. n. 11.* monio, plusquã de alijs bonis Ecclesiæ. *m c. 2. de re* 2 Ad secundã respondeo primò, q̃ ob *forma. sess. 21.* solam solutionẽ collectæ, quam non debet ex illo patrimonio, non incurrit ullam censurã. Tum quia cap. [clericis,] [n] *n de immun.* per quod Bonif. VIII. statuit, vt incur*nit. eccl. lib. 6.* reretur excõicatio ab eis, qui soluerent huiusmodi indebita sine licẽtia, vel au*o in clem. fi.* ctoritate Papæ, fuit correctum & subla*eod. tit.* tum à Concilio Viennensi. [o] Tum quia licet dici posset hmõi solutionem vetari per Innoc. III. [p] non tamen excõmu*p in ca. ad*nicauit soluentem, & ita remansit sola *uersus. de* excommunicatio Concilij Lateranen*immun. ec*sis positi in cap. [non minus,] [q] in quo *clesiarum.* tamen nihil statuitur cõtra soluentem, *q eod. tit.* sed contra exigentem tantum.

Secundo

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secundo, quòd probabiliter dici potest eum peccaturum grauiter, si sciens & credens non teneri ad soluendam illã soluerit sponte sine timore iusto incurrendi aliquod maius malum, quia uide-
a de immu nit. eccles. tur transgredi præfatum celebre c. [auersus.] [a] Salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Statutum vt confrater sine consensu Prioris non possit confratrem in ius corã Ecclesiastico, vel seculari iudice vocare, sub pœna expulsionis à confraternitate, non est contra libertatem Ecclesiæ.*

2 *Libertatem Ecclesiasticam non ladit statutum continens consilium sancti Pauli de non litigando.*

3 *Statutum bona fide seruans nullam incurrit censuram, etiam si reuera esset cõtra libertatem ecclesiasticam.*

4 *Tempus immemoriale habet vim priuilegij, si allegetur, etiamsi per illud derogetur Ecclesiasticæ libertati.*

CONSILIVM VI.

QVædã confratria disciplinatorum ante centum annos inter alia statuit, vt nullus cõfratrum posset alterũ confratrẽ conuenire corã iudice ecclesiastico, vel seculari, super spiritualibus, vel tpalibus, nisi de consensu Prioris præfatæ confratriæ, sub pœna expulsionis à confratria. Quæritur, an hmõi statutum sit contra libertatẽ Ecclesiæ.

1 Respondeo, ꝙ non. Primo quidem, quia, si vlla ratione præfatum statutum esset contra libertatẽ ecclesię, maximè foret, eo quod tollit confratribus libertatem conueniendi confratres super spiritualibus coram episcopis: qua tamẽ ratione non potest dici contra libertatẽ Ecclesiæ. Tum quia præfatum statutum nihil in effectu continet aliud à consilio
b 1. Cor. 6. B. Pauli Apostoli, [b] ibi, [Sic non est inter uos sapiens quisquam, qui possit iudicare inter fratrem suum, sed frater cũ fratre iudicio contendit.] Tum quia illud statutũ non astringit nisi uolentem illud seruare: partim, quod nõ cogit nisi volentẽ intrare confratriã, quam nemo cogitur intrare: partim, quod cõfratria nulla alia pœna punit, quam quod desinat esse frater confratrũ: partim, ꝙ alioquin ẽt votum virginitatis esset contra libertatẽ ecclesiasticã, per q̃ clerici minorum ordinum possunt ducere vxores.

2 Secundo, quod præfatum statutum in effectu solum statuit, vt qui non vult seruare consilium Pauli, non sit confrater illius confraternitatis: & absurdum esset dicere, quod facere obseruare consilium Pauli apud aliquam confratriam esset contra libertatem Ecclesiæ, apud quam totam Paulus volebat illud seruari: & ita non dicendum. [c] *c l. nã quod absurdũ. ff. de bonis lib.*

3 Tertio, ꝙ præfati confratres bona fide, sinceroq; corde à maximo tempore tenent illud statutum in sua confraternitate: quod sufficit ad hoc, vt non incidant ob id in aliquam censuram, secundum Innoc. [d] quem communiter receptum retulimus in Man. confess. [e] *bert. cap. ad audientiã. de decim. d in c. noue rit. in fi. de sent. excom. e ca. 27. nu. 117.*

4 Quarto, quod tempus immemoriale habet vim priuilegij, [f] & ita præfata confraternitas potest se tueri allegando priuilegium habuisse faciendi & retinendi tale statutum, secundum mentem omnium fere scribentium. Salua, &c. *f cap. super quibusdam. §. præterea. de verb. sig. & l. hoc iure. §. ductus aqua. de aqua quot. et æstiuis.*

Ne Clerici vel Monachi sæcularibus negotijs se immisceant.

SVMMARIVM.

1 *Tutelam & curam minorum suscipere nec Episcopus, nec sacerdos secularis coguntur, etiamsi sint miserabilium personarũ licet Syluester & alij contrarium senserint. num. 3. possunt tamen & hoc, modo non accipiant illas turpis lucri gratia, vel ob alium malum finem, nu. 2. quia tunc etsi non incurrant suspensionem, possunt tamen puniri. nu. 5.*

3 *Exequutor testamenti, tutorque, & curator esse potest nedum presbyter secularis, sed etiam religiosus, modo obtineat à suo superiore licentiam.*

4 *Miserabiles persona reputantur omnes curatore, vel tutore egentes.*

CONSILIVM I.

ANPresbyter possit licite suscipere tutelã, vel curã minoris? Respondeo primo, quod de tutela & curã minoris idẽ videtur quo ad hoc propositum iudicandum, per textum in hoc mihi notandũ in cap. [peruenit.] [g] *g 86. dist.*

Secundo,

1 Secundo, quòd generaliter omnes clerici, & monachi sunt exempti à qualibet tutela & cura, per l. [generaliter,] [a] *a ca. de epiſcopis et cleric. c. generaliter. 16. q. 1.* siue tutela sit legitima, quæ lege deferatur, siue testamentaria, quę à testatore defertur, iuxta illos titulos de legitimis tutoribus & curatoribus datis ab his. [b] *b ff. C. & In sti.*

2 Tertio, quod presbyteri, & etiã episcopi possunt suscipere illas, si volunt, si ne vllius alterius licentia, modo non suscipiant illas gratia turpis lucri, vel auaritiæ, vel ad alium finem malum, quoniam omne id, cuius finis malus est, ipsum quoque malum est. [c] *c. cum minist. 3. q. 5.*

3 Quarto, quod etiam religiosus põt esse exequutor testamenti, petita tamen & obtenta Superioris licentia, [d] eadem ratione tutor, vel curator, ut recte ait Syluester, [e] addens, quod tutelam miserabilium personarum tenentur suscipere: quod ante ipsum dixerunt & alij, ut in his Cardinalis Turrecremata. [f] *d c. 2. de testam. lib. 6. e in uerbo tutela. q. 3. f in d. cap. peruenit. nu. 5.*

4 Quod tamẽ nulla ratione probatur & videtur reprobari, eo quod indigentes tutoribus & curatoribus censentur miserabiles personæ, vt satis probat præfatum c. [peruenit,] & tota dist. 87. & 88.

5 Quinto, quod presbyter, & alij prędicti, qui male suscipiunt tutelas vel curas, non incurrunt iuris communis suspensionem ipso iure, per præfatum ca. [peruenit,] quod solum dictat esse subijciendos correctioni, quam dictionẽ glossa male videtur exponere per suspẽsionem, vt colligitur. Tum quia ex Hugone Archidiaconus & Turrecremata sanius intelligunt de correctione arbitrio maiorum facienda, & sic de pœna imponenda à iudice, & non ipso iure. Tum quia nullibi probatur, quod verba illa, [subiaceant correctioni, vel castigationi,] debeant intelligi de pœna ipso iure, cum alienum sit à sua significa-
g c. in pœnis de reg. iuris lib. 6. cũ ei annotatis. tione, cumque mitior intelligenda sit alia, & in dubio intelligenda est lex de mitiori pœna. [g]

SVMMARIVM.

1 *Presbyter doctoratum in iure ciuili etiam si sine licentia Episcopi assumens nullam pœnam incurrit, peccat tamen capiens sine sufficienti scientia.*

CONSILIVM II.

QVæstio est, an presbyter beneficiatus possit sine licẽtia sui ordinarij doctoratus gradũ in iure ciuili assumere sine incursu alicuius censuræ, irregularitatis, & sine amissione bñficij.

1 Respondetur, quod si presbyter, de quo loquitur quæstio, callet sufficiẽter leges ciuiles, poterit assumere doctoratus gradũ in iure ciuili sine incursione irregularitatis & cẽsurę, & sine periculo perdendi beneficium, licet non habeat licentiam sui ordinarij, ẽm opinionem, quæ nobis magis placet, Panor. [h] Si aũt non callet satis leges ad sumendum gradum doctoratus in eis, peccabit eũ assumendo, iuxta glossam, [i] sed non incurret vllam censuram: sicut etiam, si ignoraret canones, & assumeret gradum in eis, peccaret quidem, iuxta prędictam glossam sed non incurreret censuram. Et addo nihil prodesse ipsi licentiam ordinarij: quia non potest eam dare ordinarius, iuxta notata in d. c. [super spec. & alibi communiter. Salua, &c.
h in c. super speculã. de cler. vel monac. i 2. cle. 2. de magist.

SVMMARIVM.

1 *Medicina exercitium prohibetur clerico existenti in sacris, alias non, nisi habeat beneficium ẽt non sufficiens ad sui sustentationẽ: non tamẽ ob id incurrit censurã, vel irregularitatẽ: peccaret tamen id faciens, nu. 2. sine dispẽsatione Papæ, nu. 4. imò nec peccaret, si causa pietatis, vel ẽt causa cognationis, vel instãtis necessitatis infirmi, vel suæ, vt sic sibi, cum aliun de non habeat, victum lucretur. nu. 3.*

CONSILIVM III.

DE Medico clerico sæculari prima tonsura vel minoribus tantum ordinibus insignito, & habente duas capellanias non reddentes victum ei sufficientem, an medendo peccet?

Respondeo primo, præfatum Dominum consulentem debere cauere, ne cõmittendo, vel omittendo peccet aliquod septem generum peccatorũ, quæ prohibentur, & esse peccata diximus in Manuali confessar. [k] de peccatis medici, & chirurgis, cum declarationibus eisdem ibidem habitis. *k c. 25. nume. 60.*

Secundo,

Universidad de Deusto
Biblioteca

1 Secundo, debere item cauere, ne vtatur officio, & arte medica: quia licet clericus simplex ordine sacro & beneficio ecclesiastico carens non peccet officio & arte medica vtẽs, plus quã laicus medicus: ordine tñ sacro insignitus, vel habens beneficiũ Ecclesiasticum peccat vtendo eis, ea ratione, q̃ est officium sęculare, cuius exercitiũ prohibetur clericis, & monachis, per rubr. [ne clerici vel monachi sęcularibus negotijs se im
a Et c.1. de ref. sess.22. misceant,] & [a] Conc. Trid. per q̃ inno uantur canones, & statuta vetantia clericis negotia sæcularia: in quod facit ẽt
b de refor. sess.14. c.25. nu. III. cap.6. [b] eiusdem Conc. licet non æquè clare, quę duo c. ẽt nos citamus in Man. conf. [c] Nec obstat, q̃ beneficia D. consulentis sint parui prouẽtus, & ad victum eius honestum non sufficientia: quia in ea sumus opinione, quę tenet beneficiũ etiã non sufficiens victui honesto obligare ad recitandas Horas canonicas: quam nostram sniam efficaciter probamus contra Dñicum Sotum in Enchir.
d c.21. nu. II. de oratio. [d] & qua ratione obligat ad Horas canonicas, debet etiam obligare
e Arg.l. illud. ff. ad l. Aquil. ad vitanda officia sæcularia. [e]
2 Tertio respondetur, quòd præfatus D. consulens solo iure communi attento non incurreret excommunicationẽ, nec vllam aliam censuram, nec irregularitatem propter exercitium artis prę dictæ medicinæ, licet peccaret per prædicta: quia nulla talis pœna incurritur
f c.is qui. de sent. excom mun. li.6. ipso iure, nisi alicubi exprimatur. [f]
3 Quarto, q̃ posset ẽt licitè sine vlla dispensatione curare causa pietatis infirmos miserabiles, & pauperes, & mea snia etiã causa cognationis, & instantis necessitatis ægroti, & etiam ipsiusmet
g Et 2. de postulan. consulentis, si egerit, argumento c.1. [g] quia necessitatis propriæ causa posset etiam negotiari, & aliquo honesto officio vel arte victum honestum sibi quęre
h c.25. nu. III. re, per ea q̃ citamus in dicto Manuali. [h]
4 Quinto, quòd indiget dispẽsatione Papæ ad curandum per prędictam artẽ generaliter quoscũq; infirmos diuites, & pauperes, propinquos, & extraneos sine peccato, vt prædictum est. Sal. &c.

SVMMARIVM.

1 *Generalia verba mandati & præcepti ad licita restringenda sunt.*

E *Constitutio Gregorij XIII. contra receptatores bannitorum lata, ligat etiam clericos eis fauentes extra casum confessionis & alios in quibus iure naturali vel diuino eos tuuare tenentur: nemini autẽ præcipit, vt bannitos denunciet. nu.2.* 2
Tolerare bannitos qui prohibentur, nõ ideo censentur obligati ad eos denunciandos. 3
Denunciatio bannitorum quando non potest nisi cum propria mortis periculo fieri, in dubio non est censenda per legislatorem præcepta. 4

CONSILIVM IV.

SVper contentis in bulla Greg. XIII. contra receptatores bannitorũ, &c. dubitatur primo, an omnes teneãtur accusare, propalare, vel denunciare bannitos. Secũdo, an esto laici teneãtur ad accusandum, denunciandum, & propalandum, etiam clerici teneantur ad idem.
1 Rñdeo primo, quod alicui videri posset non includi clericos, vel monachos in prædicta bulla. Tũ quia nullam de illis specialem mentionem facere vr: & quod nullam mẽtionem facit de Cardinalibus, Archiepiscopis, episcopis, Abbatibus, Decanis, Canonicis, &c. Tum
G quod meminit i specie Duces, Marchiones, Comites, & alios sæculares, siue laicos. Tũ quod verba illa, [ecclesiastica dignitate præditus, &c. Beneficio Ecclesiastico priuari,] possent intelligi de dignitate, & beneficio temporali, quàm, vel quod quis teneret ab ecclesia. Tũ quod clerici vel monachi non possunt licitè facere multa, quę in ea iubẽtur, & verba generalia restringenda sunt ad licita. [i]
2 Tum deniq; quod non est tanta ratio includendi eos, cum rari videantur clerici, vel monachi fauentes hmõi sanguinarijs, & grassatoribus: & quod con-
H stitutio est valde exorbitans à iure communi, & pœnalissima, ideoq; restringenda. Sed quia vtitur illo verbo generali, [Quicunque] & illis verbis, [Etiam ecclesiastica dignitate præditus,] & illis, [Ecclesiasticæ dignitatis, vel mundanæ cuiusuis conditionis, & ordinis,] & illis, [Ecclesiastico beneficio:] & quia condi-
k l.fi. C. de legib. tor eius, ad quẽ pertinet interpretari, est præsens: & quod etiam Ecclesiastici solẽt aliquibus eorũ male fauere: nõ auderem excludere illos, qui eis fauerent extra
i l. si procurator. ff. de cond. indeb. c.1. de iure tur. lib.6.

extra casus sacræ confessionis, & alios, A in quibus iure naturali vel diuino tenentur eis fauere.
2 Secundo, quod non vr quemquam per eam teneri ad accusandum, vel denũciandum: quoniam nulla eius parte id cauetur: licet in versiculo [communitates, &c.] iubetur, vt vniuersitates, quæ nouerint accessum, stationem, vel transitum aliquorum illorum, debeant pulsu campanæ conuocare populum armatũ, illosq; capere, si possunt, & si nõ possunt commonefacere finitimas quasq; communitates, vniuersitates, vel dominos, non tamen iubet id singularibus personis, quas mox obligat ad alia diuersa, in quibus non includitur accusatio, nec denunciatio, quamuis includatur receptatio, & largitio, & opitulatio per cibum & commeatum, & aliud ad euadendum & iussus non tolerare, non videtur iussus accusare, vel denunciare.
3 Tum quod apud emendatè loquentes, [tolerare,] significat sufferre, vel sustinere, vel tenuiter alere: & ita potest quis non tolerare contradicendo, vel nolendo, cõuersari, vel cohabitare, licet non accuset, neq; denunciet. Tum quod aliud est non tolerare iniuriam, & aliud C deferre illam iudici: passim enim videmus nobiles non tolerantes iniuriam, neq; deferentes eam in iudicium, & multi non tolerant excommunicatos, nec deferunt eos in iudicium, vt colligitur ex toto tit. de sentent. excomm.
4 Tum quod si S.D.N. voluisset obligare oẽs ad accusandum, vel denuncian
a de dec. dum, id expressisset, vt ait c. [ad audientiam,[a]] sicut expresit in sua extrauag. [ab ipso.] Tum quod periculosissima & morti vicina est huiusmodi denũciatio: & legislator præsertim iuris callentissimus, qualis est S.D.N. nouit non debere legem ligare aliquem ad huiusmodi
b 4. dist. periculosissima, iuxta c. [erit autẽ lex, [b]
c 1.2.q.95. art.3. declaratum per S. Tho. [c] Tum denique quod ipsemet S.D.N. nouit, quod leges huiusmodi denunciationes præcipientes male recipiuntur à populo: nouit enim quod extrauag.2. [d] quæ hoc præ-
d de simo. c c.17. nu. 106. cipit, nũquam fuit recepta, vt tradimus in Manu. confessar. [e] neque extrauagans prædicta, [ab ipso,] quantum ad hoc est recepta. Salua, &c.

SVMMARIVM.

Ius ciuile ẽt respiciens materiam criminalẽ prælegere, & super eo commentarios scribere nequaquam clericis beneficiarios ẽt in dignitate constitutis prohibetur, nec ob id incurritur aliqua irregularitas. nu.2. 1
auditio autem ijs solum prohibetur, qui sunt sacerdotes, vel habent dignitates, seu personatus, vel sunt monachi. nu.1.
Absolutio & dispensatio petita ab eo, qui ea non eget, et non nocet. 3

CONSILIVM V.

N. Lector materiarum criminalium B in Academia Romana, aliquot beneficia a Papa obtinuit, propter quod prima tonsura insignitus fuit: & cum ipse Papa illi propitius esset, ad maiorem cautelam absolutionem cum noua prouisione petijt, vt & lectionem criminalem, & dicta beneficia retinere posset: supplicationeq; signata, & ad registrum missa, Papa vita functus est: vnde in expeditione literarũ orta fuit difficultas.
Quæritur primo, an dispensatio sit necessaria.
Secundo, si nocet pro illa fuisse supplicatum,
C Ad primam respondetur, quod si antequam conferrentur D. cõsulenti prædicta beneficia, assumpsit primam tonsurã, de qua loqũitur, vt par est credere, non indiget noua collatione, nec noua expeditione bullarum, nec vlla dispẽsatione ad prælegendum ius ciuile: quia non habet dignitatem, neq; est presbyter, nec monachus: nec etiam indigeret dispensatione ad prælegendum iura ciuilia propter beneficia præfata, quæ non sunt dignitates, nec personatus, neq; officia, de quibus loquitur c. [de multa, [f]
f De præb. & ca. super neq; per consequutionem ad prælegen-
D dum partem iuris ciuilis, quæ materiã *specula. ne* criminalem continet. *clerici vel*
2 Tum per rationem prędictam. Tum *monach.* quia non vetatur prælectio legum ciuilium etiam constitutis in dignitate, sed tantum auditio, vt post Innocent. tradimus nos in Manuali nostro confess. [g] ne
g cap.27. nu.16. que debet timere incursionem irregularitatis, eo quod prælegit materiam criminalem, quia illa non incurritur propter prælectionem legum criminalium, neque propter commentarios super illis

Universidad de Deusto
Biblioteca

lis compositos, sed tantũ propter homi cidium, vel mutilationem factam, ope, consilio, vel auxilio ad id præstito, & ob eam præstationem consequuto.

3 Ad secundã rñdetur, q̃ nihil nocet ei petitio dispensationis prædicta. Tum quia non est necessaria per p̃dicta: quia petitio ẽt absolutionis ab excõicatione non inducit necessitatem eius, licet petatur, vt satis sentit glo. singularis, [a] quatenus loquitur de petitione ad cautelã, & allegat c. [ad eius.] [b] & Panor. cõiter receptus post multos à se citatos tenet: & citius ipse consulerem D. consuleti, vt ejiceret eam à domo, si haberet in arca, quam quæreret, vt eam mitteret in illam: quia ad nihilum prodesset, & veniens in manus alicuius parum eruditi posset nocumẽtum facti afferre, licet nõ iuris, quo ipse defenderetur, & ideo relinquat dormire. Salua, &c.

a in c. venerabilem. de electio. Verbo postulauit.

b 5. dist.

SVMMARIVM.

1 *Clericus in minoribus constitutus, beneficio carens potest sine peccato etiam in criminalibus patrocinari, nec eget ad id indulto: quod si eidem se talem narranti concedatur, non tamen ei ascendenti ad sacros, vel postea obtinenti beneficium proderit, sed peccabit patrocinando, non tamen incurrit irregularitatem, si ex suo patrocinio mors non sequatur.*

CONSILIVM VI.

CLericus in quatuor minoribus cõstitutus, cupiens promoueri ad sacros, fecit se absolui, eo quod patrocinatus fuisset in causis ciuilibus & criminalibus: & post hmõi absolutionem patrocinatus est in causis ciuilibus sæcularibus. Quæritur, an indigeat de nouo absolui, si ad sacros ordines promoueri voluerit. & an idẽ sit, si in causis ciuilibus Ecclesiasticis sit patrocinatus, & quid dicendũ, si in indulti patrocinandi supplicatione narretur, quod in quatuor minoribus ordinibus constitutus existat, nullumq; habens beneficium. Vtrum si ad aliquem sacrorum ordinum promoueatur, vel beneficiũ sine cura obtinuerit, indultum ipso iure fiat nullum?

1 Respõdeo primò, q̃ nullus clericus, siue tm̃ quatuor minoribus, siue etiam sacris initiatus, incurrit excõicationẽ, vel aliam censurã patrocinando in causis, siue sint ecclesiasticæ, siue sæculares, & siue criminales, siue ciuiles: quia nullo iure id cauetur: quamuis peccaret ẽt mortiferè id faciendo, si haberet beneficium Ecclesiasticom, vel si constitutus esset in sacris, licet non haberet beneficium, [c] incurreret tamẽ irregularitatẽ, si ex suo patrocinio sequeretur mors, vel mutilatio membri, per ea quæ habẽtur in cap. [sententiam sanguinis.] [d]

c c. 1. de poen.

d Ne clerici vel monachi.

Secũdo, nõ posse satis facile intelligi, à quibus fuit absolutus D. cõsulens, eo quod in quatuor minoribus cõstitutus patrocinatus fuerit, cum non dicat se tunc habuisse beneficiũ, nec proponat se incurrisse irregularitatem, nec petijsse dispensationem super illa.

Tertio, quòd etiam ex primo dicto sequitur, non indigere ipsum absolutione aliqua noua, nec dispensatione, si nõ fuit patrocinatus in causis criminalibus, ita vt ex eius patrocinio mors, vel mutilatio sequuta fuerit.

Quarto, q̃ indultum præfatũ, vt posset patrocinari in statu quatuor minorũ, & carens beneficio, non fuit indultũ, nec priuilegiũ, sed ius cõe, quandoquidem constitutus in quatuor minoribus tm̃, & omni beneficio carens, nullo iure prohibetur patrocinari, per præfatum c. 1. [e] & resolutionem Pauor. communiter recepti: & perinde debet iudicari de ipso, ac si non habuisset illud indultum, quia frustra precibus impetratur, quod iure communi conceditur. [f]

e de postul.

f l. 1. ff. ad municip. &

Quintò, quod posteaquam fuerit alicui quo sacro ordine insignitus, vel aliquod beneficium etiam simplex adeptus, non poterit patrocinari virtute illius indulti, nec iure communi, nisi in casibus permissis in dicto cap. 8 Salua, &c. [g]

gl. c. 1. de rescript.

g de postul.

Finis Tertij Libri, quo prima Pars absoluitur.

Deo Iesu Christo æterni Dei æterno filio, qui noster Aduocatus & Iudex est, sit gloria & honor in perpetuum.



VENETIIS, M DC.

Apud Ioannem Guerilium.

Universidad de Deusto
Biblioteca



VENETIIS, M DC.

Apud Iohannem Guerilium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca